Propriæ ſunt, quando res eſt euicta ratione dominij, & agi poteſt ad pretium, & duplum, ſecus ſecundum aliquos ſi ratione nudæ poſſeſſionis, quia tunc non agitur quaſi re euicta, ſed quaſi re non liberè tradita, vt libera tradatur. Eſt caſus, & ibi *Bar. in ratio in princ. ff. act. empt. latè Bald. & Salyc. in l. 1. C. de commod & peric. rei vend. Socin. ſen. in conſil. 199. num. 8. lib. 2. Iaſ. in l. venditores in fin. ff. de verb. obligat. Card. Alban. in lucubrat. ad Bart. in rubr. de euict. num. 2.* quia vbi euicta eſt poſſeſſio, dici poteſt rem non fuiſſe liberè traditam *Bart. in l. Ariſto. §. Labeo poſt princip. verſ 3. de donat. Iaſ. in l. Iulianus, §. qui fundum, num. 6. de verb. oblig. Alexand. conſil 63. num. 11. lib. 6.* Et in iſta actione veniunt damna, & intereſſe. *Aug. in l. 1. §. ſi hæres num. 3. ff. ad Trebell. Alex. d. conſ. 63. num. 11. Ceph. conſil. 167. n. 22. Rota coram Card. Seraph. in deciſ. 671. num. 6. & 7.*

Impropriæ dicuntur, quando ſolum pretium venit reſtituendum, *l. emptorem, §. fin. C. de act. empt. Caballin. de euict. §. 2. num. 23.* quæ pretij reſtitutio, cum ſit pars euictionis, peti poteſt, & id quod intereſt ad *text. in leg. ſi venditione, ff. de euict. vbi notat Salyc.* quod de natura actionis ex empto eſt, vt re euicta agatur ad intereſſe, refert, ac ſequitur *Surd. in conſil. 36. n. 25. lib. 1.*

5 Expreſſæ ſunt, quando res fuerunt traditæ, & euictæ poſt traditionem, & iſto caſu requiritur ſententia *l. 3. C. de euict. l. 1. habere licere, ff. eod. l. vtique, ff. de rei vend. & l. emptorem in princip. ff. de act. emp.* vbi Bart. dicit, hanc eſſe veritatem, & quod requiritur libellus, & ſententia, quamuis non teneatur emptor negare veritatem, ſed vti poſſit bona fide. *Soc. iun. conſ. 81. n. 10. lib. 1. Surd. qui id exornat in d. conſ. 36. n. 4.* Nec aliter locum habet promiſſio de euictione, vt actio ceſſa reuiuiſcat, *Bal. in conſ. 289. ſub n. 1. lib. 2.* licet ſecus ſit in actione ex ſtipulatu ratione contrauentionum per ea, quæ voluit *Rota Romana coram Card. Seraph. in deciſ. 723. n. 3. & 9.*

6 Tacitæ verò appellantur, quando res non fuerunt traditæ, nec tradi poſſunt, & pariter non eſt propria euictio, vt empto agere valeat de euictione, neque reuerti ad iura ceſſa, ſed debet agere ad intereſſe *l. 1. ff. de act. empt, Bald. conſ. 289 per totum*, qui circa finem appellat hanc fictam euictionem, quia ineſt de natura venditionis promiſſio rem tradi, vel etiam agitur ex empto ad pretium contra venditorem per *text. in l. ſi vendideris, vbi Bald.* pariter vocat tacitam euictionem, *ff. de euict. l. ſi ei, §. 1. ff. eod. Raph. Cuman. conſil. 33. in princ. Caballin. de euict. §. 5. num. 53.* Nam & quandoque, ſi facta denunciatione litis motæ omninò venditor ſuccubuiſſet, emptor agnoſcit bonam fidem erga petentem rem ſibi venditam, agit nihilominus de euictione, *Imol. & Canoniſ. in c. ſi venditor de empt. & vend. Afflict. deciſ. 49. num. 3. vbi latè Vrſil.* qui poſt adductos per eum de communi teſtatur, vt & *Moder. Pariſien. ad Dec. in conſil. 74. num 1.* Pro quo facit *text. in d. l. Iulianus, §. qui fundum, vbi Salyc. Caſtr. & Iaſ. ff. de act. empt.* Nam ſi Mæuius mihi Sempronij fundum vendat, à quo Sempronio illum demum acquiram, attamen Mæuius remanet ad tradendum obligatus, & non ſolum ad pretij reſtitutionem, ſed ad intereſſe, ſi non tradatur, vel ob id ego damnum patiar, *Azo. in ſumm. de act. empt. verſ.*

7 Item tenetur etenim emptori licet quærere traditionem ab alio fieri rei alienæ ipſi venditæ, *Iaſ. in l. ſi ſeruus, §. ſi ante in fin. ff. de leg. 1. Neurzan. conſ. 37. in princ.*

8 Ex quo vltimo ſequitur, quod vbi quis doloſè vendidit rem alienam, tunc euictio locum habet non ſecuta ſen-
9 tentia (vt dicemus latius ſuo loco) & idem, quando euictio eſt iurata, & vendens non implet promiſſa, latè *Beroiis conſ. 158. n. 50. vſque ad fin. lib. 1.*

10 Fallit quod ſupra diximus de tacita, vel expreſſa euictione in dote, quia ſi pecuniam dotalem, vel rem, quæ euincatur expreſsè, vel tacitè, dedit mulier, etiam non ſecuta ſententia poteſt ad ius ſuum ceſſum reuerti, quia ceſſio fauore dotis intelligitur, ſi res data in ſolutum, vel vendita permanſerit penes mulierem, *Bald. in d. conſil. 289. n. 7.* ſecundum nouam numerationem à me factam *lib. 2.*

11 Notandum tamē eſt, quod intereſſe debetur per actionem ex empto eatenus, quatenus ex dicta ex empto actione de iure infertur in tacita euictione iuxta *l. non tamen, ff. de euict. l. ſi vendideris, & leg. ſi cui, ff. eod. Salyc. et. in l. ſi in venditione, & in l. non dubitatur eod. tit. Caball. de euict. §. 2. n. 3. & ſeq. & in tract. de eo, quod inter ſub n. 122. Gabr. conſ. 129. num. 13. & 14. poſt Cuman. in d. conſ. 33. col. fin. in princ.* Quæ actio licet detur ad diuerſa, vt poſt *Ioan. Fabr. & Ioan. de Plat. tradit plenius Iaſ. in §. actionum n. 145.* & infra
12 *inſtit. de act.* In caſu tamen euictionis tacitæ ſecutæ dabitur tantum ad intereſſe, quod erit ſimplum, vt inquit *gl. in d. l. non tamen, ff. de euict.* quod et ir æſtimatio rei inſpecto euictionis tempore. *Cuman. d. conſ. 33. col. fin. in princ. Hier. Gabr. d. conſ. 129. num. 14.* & ſic ad verum, & iuſtum intereſſe caſuale *Caballin. in tract. de eo, quod intereſt num. 108.*
13 Nam ſimpli perſecutio actiones omnes continet, quibus rem, ſeu æſtimationem perſequimur. *Rebuff. in leg. aliena-*
14 *tum circa fin. ff. de verb. ſign.* Et hæc vbi verè conſtat de euictione, non ſi per confeſſionem emptoris, quo caſu venditor non tenetur de euictione, niſi aliter doceatur de veritate confeſſionis, vt ex notatis per *Imol. in l. fin. de empt. & vend.* dixit *Rota coram Cardin. Seraph. in deciſ. 1024, num. 5.*

15 Cæterum, & quandoque res ipſa tacitè ſibi euincitur *d. l. ſi vendideris, & l. non tamen, ff. de euict. & l. 4. ff. ad l. fal.* quo caſu ſicut alio euincente emptor agere poſſet ad pretij recuperationem, ita, & ipſo euincente. *Card. Alban. in d. tit. de euict. in rub. n. 1. Rot. Florent. per Magon. in deciſ. 48. num. 4.* Differt tamen in hoc, quoniam alio euincente agere poſſet ad duplum, at ſecus, cum ipſemet euincit, *l. ſi cui de euict. et l. cum emptor ad l. Falcid.* ac tradit *Paul. de Caſtr. in l. cui res ſub n. 2. ff. de act. empt.*

16 Petitio verò fit euictionis cauſa ſecundum ea, quæ præſcripta ſunt in venditione, vt ſi ſimplum eius nomine promiſſum ſit, pretium tantum reſtituatur, *leg. euicta de euict.* quod etiam ſequitur, quamuis dictum non ſit ex natura ipſius emptionis *d. l. in venditione, & l. ex empto de act. empt.* Agitur quoque ad duplum, triplum, quadruplum, ſi ita conuentum ſit, ſcilicet pretij conuenti, non bonitatis rei, vt in hoc eodem tractatu de ſingulis ſuo loco dicemus, & habetur ex *l. ſi fundo l. cum fundus, & l. vendicantem de euict. Az. in ſumma de euict. n. 13.* Vbi verò nihil de ea per ſtipulationem fuit conuentum, agitur ex empto ad id, quod intereſt, quamuis de euictione nominatim promiſſum non fuerit *d. l. non dubitatur, & ſi tibi liberam, C. de*
17 *euict. l. ſi dictum, & l. ſi plus eo. tit.* Prout ita iudicatum refert, *Valer. Max. lib. 3. c. 3. & Cic. in 3. offic.* in cauſa venditionis ædium Claudij Centimali, quas in Cælio monte habens vendiderat P. Calphurnio Lunario, cui iacuit ſe iuſſum ab auguribus eas demoliri, quare Catone iudice damnatus emptori damnum præſtare.

ARGVMENTVM.

De euictione qui agant, & aduerſum quem.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis actio competit ei, qui emptionis titulo acquirit, vel alia ſimili cauſa oneroſa, & vt n. 21.*
2 *Dictio, alia, repetit cauſam ſimilem præcedenti,*

Am-

Ampliatur etiam ſi addatur dictio vniuerſalis n.3.
4 *Euictio locum habet in contractibus tam nominatis, quam etiam innominatis.*
5 *Emptor de euictione agit aduerſus venditorem, & illius hæredes.*
6 *Euictio competit illi, qui rem habet à iudice non ſecùs ac ſi à priuato habuiſſet, cum factum iudicis cenſeatur factum partis.*
7 *Venditor, qui ſciuit rem venditam onere aliquo affectam, tenetur emptori ad intereſſe.*
8 *Et intereſſe loco ſuccedit reſtitutio pretij.*
9 *Venditor tenetur certiorare emptorem ſpecialiter de qualitate rei venditæ.*
10 *Promittens verbis vniuerſalibus non mouere litem, & ſuſcipere omnem defenſionem, tenetur ad omnia, quæ veniunt ex natura verborum.*
11 *Et quocumque modo res euincatur.*
Præſertim ſi verba ſunt ampla, n.12.
13 *Promiſſio indemnitatis euictionis, & litem in ſe ſuſcipiendi pariſicantur.*
14 *Promiſſio defendendi litem, & eam non mouendi non excludit condictionem indebiti.*
Primo ampliatur etiam ſi renunciatum ſit tali condictioni, num.15.
Secundo ampliatur etiam ſi talis renunciatio fuerit iurata, num.16.
17 *Promiſſio non contraueniendi non excludit petitionem iuſti pretij.*
Prout nec alia clauſula contractus, n.18.
Et ſic exceptionem læſionis, etiam quod iurata ſit, n.19.
Declaratur non procedere ſi enormiſſima ſit læſio, n.20.

Quæſt. II.

1 QVis de euictione agat, & aduerſus quem, tractatum aggredior. Et ſanè dicimus de euictione agere eum poſſe, qui emptionis titulo rem acquiſiuit, vel alia ſimili cauſa oneroſa contra vendentem, vel concedentem ad *tex. in leg. libera, Cod. de ſent. & interloc. omn. iud.* & ideò
2 in definitione diximus, rei emptæ, vel alia iuſta cauſa quæſitæ. Illa enim dictio, alia repetit cauſam ſimilem præcedenti, & ita oneroſam *gloſ. in leg. ſi fugitiui, ff. de ſeru. fugit. Afflict. deciſ. 244. num. 5.* vbi quod repetit ſimilia in
3 qualitate. *Abb. in cap. 2. num. 1. de ſer. latè Felyn. in cap. ſedes num. 6. de reſcript.* quod ampliant ſcribentes etiam ſi addatur dictio vniuerſalis, quæcunque, ſic *Iaſ. in leg. ſi vnus ex argentarijs, num. 10. ff. de pact. & in leg. quicunque num. 2. Cod. qui admitt.* licet in hoc vltimo contradicant
4 *Marſil. in rub. de probat. num. 120. & Gozad. conſil. 63. num.* 8. Vnde propterea locum quoque habere dicitur in contractibus do vt des, vel facias, ſtipulatione vallatis, in quibus neceſſariò venit translatio dominij iuxta *text. in l. fin. ff. de condit. ob cauſ. tradit Iaſ. in leg. Iulianus, §. qui fundum num. 5. ff. de verb. obligat. Socin. iun. in conſil. 84. num. quinto lib. ſecundo, & eſt text. in leg. 5. §. ſi dedi ff. de præſcript. verb.* vbi ſi aliquid dedi, vt tu aliquid faceres, ſi feceris, & poſtea res data euincatur, ages contra me de euictione ad intereſſe, & dixit *Franc. Crem. in ſing. 131.* quod dans, vel tradens tenetur de euictione, quamuis non dimittens, vel relaxans, & generaliter in contractibus innominatis procedere *ex l. ſi permutationis. Cod. de euict. Dec. conſ. 281. colum. 3. Caballin. de euict. §. 4. ſub num. 43.* & multo magis in nominatis dixit *Surd. in deciſ. 290. numer. 14.*
5 Ex qua concluſione infero, de euictione agere poſſe emptorem aduerſus venditorem *leg. 1. ff. de euict. & l. emptor fundi, C. eod. cap. fin. vbi latè Burgoſ. & Canoniſtæ, de empt. & vend.* quæ obligatio ad hæredes tranſit, & aduer-
6 ſus hæredes *l. ſi per imprudentiam, §. non mirum, ff. de euict,*
7 etiam ſi quis rem habeat à iudice *l. ſi ob cauſam, Cod. eod.* ita quod venditor, qui ſciuit rem venditam onere aliquo affectam, teneatur emptori ad intereſſe *leg. 1. §. 1. l. Iulianus in princip. & l. quæro, ff. de act. empt. Alexand. conſil. 14.*
8 *num. 8. & 9. lib. 5. Roman. conſil. 503. ſub num. 10. verſ.* Vnde requiritur, quod alienator, & loco intereſſe ad reſtitutionem pretij. *gloſ. in leg. 1. in verb. quanti. Cod. de his, quæ à non Dom. Bald. in l. ſi traditio num. 7. Cod. de act. empt. Alexand. conſil. 67. ſub num. 2. lib. 2. Ruin. conſil. 141. ſub num. 9. verſ. & tamen etiam ſub tali intereſſe lib. 1. Rimin. ſen. con-*
9 *ſil. 297. num. 10. & ſeqq.* Etenim venditor tenetur certiorare emptorem de qualitate rei venditæ, & quidem in ſpecie *Surd. conſil. 13. num. 34. & conſil. 15. numer. 15. & deciſ. 265. num. 8. & deciſ. 288. num. 46. Aldobrand. conſil. 19. num. 52.*
10 Et quatenus quis promittat verbis vniuerſalibus, & ſatis amplis non mouere litem, & in omnem euentum ſuſcipere in ſe controuerſiam omnem, tenetur ad omnia, quæ ex natura dictorum verborum veniunt *l. ſi ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. oblig. Bar. & Alex. in l. ſtipulatio iſta habere licere, ff. eod. Dec. conſil. 36. in princ. Anchar. conſ. 72.*
11 Adeò quod promiſſio huiuſmodi efficiat, vt venditor quocunque modo res euincatur, ad intereſſe teneatur, vt per *Abb. in conſil. 43. quidam D. Antonius lib. 1. quem ſe-*
12 *quitur Hier. Grat. conſ. 7. n. 24. lib. 2. præſertim,* ſi vt dictum, promiſſionis verba ſunt ſatis ampla *Socin. iun. conſil. 116. num. 63. lib. 1.* & ſi iurata ſit, ſoluendo intereſſe non liberat promittentem, ſic *Ant. Burg. in repet. rubr. de empt. & vendit. n. 5. & 6. Guliel. Bened. in cap. Raynutius in verb. teſtamentum n. 26. & 28. p. 1. de teſtam. Caualcan. deciſ. 11. num.*
13 *10. par. 1. poſt Capel. Thol. in deciſ. 407. in addit.* Nam pariſicantur promiſſio indemnitatis, euictionis, & litis in ſe ſuſcipiendæ *Pariſ. conſ. 16. n. 125. lib. 3. Ruin. conſ. 187. n. 2. & 3. lib. 1. Capel. Tholoſ. vbi proximè ſupra, & Caualcan. dict. num. 10.*
14 Circa quæ aduertendum eſt, promiſſionem ipſam non mouendi litem, ac defendendi non excludere conditionem indebiti *l. ſi §. idem quæſitum, ff. de cond. indeb.* vbi no-
15 tant omnes, & in ſpecie Caſtr. inquiens ita conſuluiſſe, cum quidam fratres inter ſe bona communia diuiſiſſent, & contra illam diuiſionem non venire, ac ſe inuicem non moleſtare pacti fuiſſent; Cæterum, quia bona fratris præmortui ad alterum ipſorum tantum pertinere apparebat, & idcirco, ille eadem repellere vellet, Reſpondiſſe inquit Caſtr. tale pactum non obſtare per illum tex. & hanc eſſe communem omnium ſententiam etiam ſi renuncietur ſine cauſa condictioni indebiti, quia talis renunciatio nullum producit effectum arg. eorum, quæ habentur in
16 *l. doli verſ. diuerſ. de noua.* Quod procedit etiam, ſi talis promiſſio fuerit iurata *l. fin. C. de non num. pecun.* quia iuramentum non auget conſenſum, vt dicitur in *d. l. fin. & per Bar. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & in l. 4. §. quæſitum, ff. ſi quis caut. Doct. in l. 1. ff. commod. Ruin. conſ. 134. n. 7. & 8. lib. 1. Tiraq. de iur. conſtit. p. 3. lim. 3. n. 35. & in l. ſi vnquam in præfat. 165. C. de reuocand. donat. Oſaſ. in deciſ. Pedem. 41. num. 5. deciſ. 92. num. 58. & 59. & deciſ. 49. num. 4. Gabr. in tit. de iureiur. concluſ. 10. & Aſin. in praxi, §. 19. cap. 5. limit. 6. num. 2.*
17 His additur, quod nec promiſſio non contraueniendi excludit petitionem iuſti pretij. *Pariſ. conſ. 20. num. 102.*
18 *lib. 1.* prout nec aliæ clauſulæ contractus, vt ibid. per eun-
19 dem *Pariſ. n. 96. & ſeq.* atque ita exceptionem læſionis, etiam quod iuratæ ſint, vt poſt alios tenuit *Didac. Couar. var. reſolut. lib. 1. c. 4. num. 4. Oſaſc. d. deciſ. 41. num. 1. Cagn. in l. 2. num. 98. & ſeq. C. de reſcind. vend. Mancin. in tract. de iuramen. part. 4. effect. 1. n. 4. & infra quæſt. 1. & quæſt. 2. & 8. eiuſdem effect. primi Aſin. de exec. §. 9. c. 30 Alb. conſ. 81.*
20 *n. 90.* quod intelligunt, ſi enormiſſima ſit læſio.

Digitized by Google

Et quæ ſupra in principio dicta ſunt de emptore, & venditore, idem etiam dicimus procedere in feudante, & feudatario in emphyteuſim concedente, & emphyteuticario, in permutaote, & in ſolutum dante, & recipiente, & cæteris ſimilibus cauſam oneroſam præſeferentibus, de quibus ſingulis ſuis locis diſſeremus Deo dante.

ARGVMENTVM.

De euictione, vt agi valeat, quę requirantur.
Et in denunciatione litis per emptorem facienda quid obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *De euictione, vt agi valeat, octo requiruntur, & quæ.*
2 *Denunciatio litis motæ per emptorem fieri debet venditori, vt de euictione agere poſſit. Et de ratione num. ſeqq.*
3 *Denuncians venditori, præſumitur doloſè id feciſſe.*
4 *Denunciatio qualiter facienda, duæ referuntur opiniones. Quarum vltima probatur cum declaratione tamen, n. 5.*
6 *Denunciatio, vt legitima ſit, ſufficit quod fiat venditori. Intellige, vt ibid. n. 7.*
8 *Denunciatio facienda non eſt fideiuſſori, quando principalis litis aſſiſtit.*
9 *Denunciatio facta viro pro vxore prodeſt, vt denuncians à dolo excuſetur, non ad mulieris præiudicium.*
10 *Denunciatio facta Procuratori, vel ſindico Reipublicæ, nocet ipſi Reipublicæ.*
11 *Denunciatio facta procuratori, quando conſtituat dominum in mora remiſſiuè.*
12 *Denuncians procuratorio nomine, tempore denunciationis debet fidem facere de mandato, vel de rato promittere.*

Quæſt. III.

1 VT autem per emptorem de euictionu agi valeat, octo requiri dixit *Pract. Papien. de for. libell. in cauſ. vend. in gl. promittens num. 6.* & ſequentibus, quorum quinque commemorat. *Alex. in conſil. 117. n. 4. et infra lib. 7. Couarr. variar. reſolut. lib. 34. cap. 17. & Roland. conſil 67. numer. 9. lib. 4.*

Primo, quod emptor denunciauerit litem ſibi eſſe motam, & quod requirat venditorem ad eam defendendam *c. fin. de empt. & vend.*

Secundo, quod emptor probet rem ſibi venditam euictam fuiſſe per iudicis ſententiam *l. vtique, ff. de rei vend. leg. atqui natura, §. cum me abſente, cum ibi notatis ff. de neg. geſt. leg. ſi cum quaritur, C. de euict. l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euict. l. fin. C. de act. empt.*

Tertio, quod emptor probet cauſam viriliter defendiſſe *l. 5. Cod. de peric. & commod. rei vend. l. emptor, C. de euict. leg. ſi ideo in princ. ff. eod. l. qui repudiantis, §. 1. ff. de inoffic. teſt. c. fin. extra de empt. & vend.*

Quarto, quod ſententia lata ſit executa *l. habere licere, ff. de euict.*

Quinto, quod appareat ſententiam fuiſſe latam ſuper proprietate rei euictæ, ſecus ſi tantum ſuper poſſeſſione, vt probatur in *l. ratio in princip. & ibid. gloſ. & Bart. ff. de act. empt. Bald. in l. 1. in fin. C. de peric. & commod. rei vend. & Franc. Arecin. in leg. ſi aliquam rem n. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* de cuius veritate dicemus in q. ..

Sexto, quod emptor fuerit condemnatus à ſuo iudice, non autem ab arbitrio, *l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euict.*

Septimo, quod appellauerit, *l. Herennius de euict.*

Octauo, quod iniuſte in cauſa nõ ſuccubuerit per obiectum, vel obſtaculum alicuius exceptionis, quæ ab ipſo emptore traxerit originem, vt in *leg. hoc iure cum l. ſeq. & l. ſi rem, §. ſi duplex, ff. de euict.*

Quæ ſingula percurrenda ſunt, vt ſciamus quid, cum caſus occurrat, agendum ſit.

2 Capio primum requiſitum ſupra poſitum denunciationis, videlicet litis motæ per emptorem, faciendæ ad hoc, vt de euictione regreſſum habeat, de quo in *l. emptor, C. de euict. qui concubinam, §. hæres, ff. de leg. 3. gl. in l. emptori, §. fin. in verb. fecit, ff. de euict. Bart. in l. atq; §. cum me, ff. de neg. geſt. de communi Rip. in l. 2. §. voluntatem n. 17. ff. ſol. matr. Alex. dicto conſ. 117. n. 4. lib. 7. & conſ. 24. n. 5. lib. 4. Dec. qui pariter de communi teſtatur conſil. 74. Aret. in §. actionum num. 18. inſt. de act. Rom. in conſ. 211. in fin. Capell. Tholoſ. in deciſ. 407. & ibi adden. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Card. Abb. & Ant. de Burg. in cap. fin. de empt. & vendit. & ibid. Barbat. num. 4. qui veriorem dicit, Corn. conſil. 502. lib. 3. Felyn. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 65. de conſtitut. & vendit. Hormanoct. Dec. in l. non ſolum, §. morte nu. 121. & ſeqq & ibid. Rube. Alexan. num. 414. cum ſeqq. & num. 468. ff. de non. oper. nunc. Afflict. deciſ. 16. Capyc. deciſ. 506. num. 1. & 2. Gomez. de retractat. cap. 2. ſub num. 39. de communi Gig. de Penſ. quæſt. 77. numero 8. & 20. Couar. var. reſol. lib 3. cap. 17. num. 2. in fin. Menoch. conſil. 178. num. 1. & 7. & conſil. 212. n. 8. Camill. de Lurath. conſil. 42. num. 14. Natt. conſil. 38. num. 5. Rimin. conſil. 126. num. 23. lib. 2. & conſil. 170. num. 11. eod. lib. Bar. Bal. Aug. Ioan. Andr. Spec. Dec Socin. ſen. Alexand. Rimin. iun. Villalob. Vin. Eman. Suarez. Mich. Craſſ. de communi teſtantes, quos refert, ac ſequitur Achill. Pedroch. conſil. 13. numer. 43. Cagnol in rubr. de inoffic. teſtam. num. 5. Duen. reg. 241. Burſat. conſil. 106. num. 19. lib. 1. Port. Imol. conſil. 125. num. 29. & ſeq. Borgnin. deciſ 8. num. 24. in fin. Peregrin. conſil. 27. num 8. lib. 1. Hercul. in reſpon. pro fideicomm. numer. 451. Theſaur. deciſ. 89. & 218. Rot. Roman. in deciſ. 564. numer. 6. & 7. part. in recentior. & Rota Bononien. in deciſ. 77. numero 8. in nouiſſim.*

3 Ratio adducitur, quia eo ipſo quod emptor conuentus non denunciat litem, dicitur eſſe in dolo, quare meritum ſi ei non datur actio aduerſus venditorem *l. ſi fundo venditum, § ſi cum poſſit, ff. de euict. tradit Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. n. 69.*

Eſt præterea ratio, quia venditor præſumitur magis informatus, quam emptor, ideò fieri debet hæc denunciatio, vt ſe tueri poſſit *Bal. in l. qui abſentem, ff de procur.* Nã denunciatio non fit ſolum, vt venditor ſuſcipiat in ſe defenſionem, ſed vt parare debeat defenſiones, & illas exhibeat emptori vna cum iuribus ad cauſam ipſam facientibus *d. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. Caſtr. in l. executione in gloſ. in verb. inſolidum, ff. de verb. oblig. Socin. in l. 2. §. voluntate, ff. ſol. matrim.*

4 Sed qualiter facienda ſit hæc denunciatio, Doctores inter ſe certant.

Nam aliquid dicunt ſufficere, vt ſimplex denunciatio fiat & huius opinionis fuerunt *Bal. & Salyc. in l. 5. C. de peric. & commod. rei vend. Dyn. in c. cum, qui certus de reg. iur. in 6. gl. Cyn. & Bal. in d. l. emptor, Cod. de euict. Alex. & Iaſ. in d. l. non ſolum, §. morte, ff. de nou. oper. nunc. Imol. in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtitut. & in cap. fin. vbi Barbat. & Burgoſ. colum. 4. de empt. & vendit.* vbi dicit hanc eſſe meram veritatem. Mouentur ij, ad ita tenendum pluribus fundamentis, ſed præcipuè quia iura videntur aperta, quæ ſolum requirunt fieri denunciationem abſque eo quod dicatur, vt vẽditor liti aſſiſtat, ac defendat emptorẽ

vt

Digitized by Google

vt in *leg. ſi dictum, §. pen. in fin. l. minor. §. ſi ſeruus, & leg. ſi res de euict. l. emptor l. ſi controuerſia, & leg. ſi cum quæſtio. C. eodem.* Cum enim litis motæ denunciatio fiat ad hoc, vt denunciatus defendat emptorem, cum denunciationis ratio ſit vnica, pro expreſſa haberi debet, *ad gloſ. in l. quamuis, C. de fideicomm.*

Altera eſt opinio, quod ad hoc, vt venditor de euictione teneatur, neceſſe eſt, vt emptor denunciet venditori litem ſibi motam extitiſſe a tali perſona ſuper bonis ſibi venditis, permutatis, vel ſimilibus cum duobus confinibus, quodque in denunciatione dicatur, vt venditor liti motæ aſſiſtat, & cauſam defendat, eidem quæ tranſmittatur copia libelli, & venditionis ſibi factæ, ſeu ſaltem exprimantur pacta, & conuentiones, iuxta quæ habentur per *Bar. & Rom. in dicto §. morte, idem Bar. in d. l. 2 §. voluntatem, ff. ſol. matrim. & in l. denunciaſſe, §. 1. ff. de adul. Bald. in l. ſi cum quæſt. C. de euict. Burg. in dicto cap. fin. col. 3. Specul. & Ioan. Andr. in titul. de empt. & vend. §. fin. ad fin. Angel. in conſil. 177. Abb. in conſil. 45. lib. 1. & conſil. 49. col. 2. libr. 2. Alexand. conſ. 33. & conſil. 138. lib. 1. conſil. 180. lib. 6. & conſil. 27. lib. 7. Corn. conſil. 255. col. 2. lib. 3. Ang. & Ioan. de Imol. in l. in executione, §. inſolidum, ff. de verbor. obligat. de communi cum cæteris modernis Felyn. in d. c cum M. Ferrarienſis num. 65. de communi pariter teſtatur Rube. in dict. §. morte, n. 674. & ibi Claud. de Seyſell. num. 93. Iaſ. num. 38. Barbat. in d. c. fin. num. 5. Cagnol. in l. venditor numer. 4. ff. de iud. Didac. Conar. var. reſol. lib. 3. cap. 17. ſub num. 3. verſ. 2. non ſufficit Aret. in d. §. actionum num. 18. inſtit. de act. Capell. Tholoſ. in d. deciſ. 407. & ibi adden. Ruin. conſil. 136. numer. 8. lib. 1. Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit. de centeſ. rubr. 11. §. 4. gloſ. 5.* vbi ait, quod denunciatio hæc ſemper facienda eſt in ſcriptis, & cum tenore inſtrumenti rei denunciatæ, & alias facta, eſt nulla. *Pedroch. d. conſil. 13. num. 52. & ſeqq.*

Ratio principalis huius ſententiæ funditur in *tex. d. l. 1. C. de peric. & commod. rei ven.* vbi ſcribentes ponderant illa verba, ita ſi ei denunciatum eſt, vt cauſæ agendæ adeſſet, quæ dictio, ita, importat modum. *Bar. in l. quibus, §. Termilius, ff. de condit. & demonſtr. & facit conditionem l. cum tale circa fi. ff. de condit. & demonſtr.* & ideo verba prędicta de forma videntur *l. prætor ait de collat. bon.* Denunciatio igitur, vt valeat, facienda eſt cum dictis verbis, videlicet, quod venditor cauſæ aſſiſtat, quæ aſſiſtentia inſer-
5 uit defenſioni cauſæ litis; Quodq; denũciatio fieri debeat, vt etiam venditor cauſam defendat eſt quoque *tex. in l. ſi parentes, C. de euict.* ibi, empti ſanè iudicio pro euictione, ſi conueniri cœperitis, nec vobis, vt defenderetis, denunciatum probetur, intelligit is quatenus vosmetipſos tueri debeatis, latè *Viu. comm. opin. lib. 1. opin. 434. Alciat. in l. deteſtatio n. 63. & 84. ff. de verb. ſign. de communi Rub. num. 677. Rip. in d. c. cum M. Ferrarienſis num. 163.* & hæc verior eſt, & magis recepta ſentẽtia, licet ſecundum plures actorum tranſmiſſio non requiratur, ſi ad inſtantiam partis, iudex coram quo lis agitur, hanc litis denunciationem faciat *Alex. Iaſ. & Rip. in d. §. morte, quos citat Caballin. de euict. §. 3. n. 36. qui tamen aſſerit n. ſeq. cum Bar.* citationis, & libelli copiam tranſmittendam, ſiue iudicialiter, vel extraiudicialiter denunciatio fiat, & eius ſententiæ fuiſſe *Cagn. in d. leg. venditor n. 4. ff. de iud.*

Verum, quod huiuſmodi tranſmiſſio non requiratur ſi a iudice fiat, & omnium tutiſſimum eſſe, & in Camera Imperiali quotidie obſeruari, vt nempe conuentus Actorem ſuum in libello ſupplici iudicialiter nominet, & iudicis officium, vt litteras denunciatoriales in forma conſueta ad eum decernat, imploret nouiſſimè tradidit *Roſental. de feud. lib. 1. c. 8. concl. 30. tit. de fin. effect. & ſeruit.*

6 Sufficit tamen quod fiat venditori abſq; eo, quod fiat primo actori, ſecũdum *Paul. de Caſtr. in l. habebat, §. ſi duo. ff. de inſtit. per tex. in l. ſi res, ff. de euict.* vbi dicit quod agendo contra actorem venditoris requiritur ceſſio iurium, ſine qua dicitur quis actione carere, ſequitur *Ioan. de Amic. conſ. 38. viſis n. 4. verſic. circa verò,* licet, vt ſuo loco dicetur, primus venditor, teneatur, ſiue res ab immediato tempore euincatur, ſiue ab habente cauſam ab eo, dummodo non ex facto emptorum etiam ſi per mille manus tranſiuiſſet *l. ſi pro te §. ſi pro euictione, & ibi gl. Bar. Bald. Ang. & Salyc. ff. de euict. Bal. in l. cum poſſeſſores ſub num. 3. verſ. ſed hic quæro, C. de euict. Aret. in d. §. actionum n. 18. verſ. vnum tene menti Inſtit. de act. Corn. conſ. 3. verſ. &*
7 *quando lib. 2. Alex. conſ. 67. n. 1. lib. 7. Dec. conſ. 74.* cum prędicta tamen modificatione, nempe quando primo authori fuit facta litis denunciatio, & fuerunt ceſſa iura contra authores & ſic vltimus habet iura ceſſa, cum alias neceſſe ſit, quod vltimus intimet ſuo authori immediato, & ita ordine ſucceſſiuo, ad tradita per *Bar. in l. Iulianus, §. qui fundum, n. 5. & 6. ff. de verb. oblig. & in dicta l. ſi pro te §. ſi pro euictione, vbi Ang. Caſtr. Alex. & Iaſ. in d. §. qui fundum Alex. in conſil. 67. lib. 2. Dec. dicto conſ. 74. colum. 2. in princip. Capyc. deciſ. 197. n. 8. & 9. & in propoſito videndi ſunt Bertaz. de Clauſul. clauſ. 27. gloſ. 1. ſub n. 1. & Peregr. in dec.*
8 *89. n. 3.* Nec facienda eſt fideiuſſori, quando principalis liti aſſiſtit, vel fuit ei denunciatum *Dec. dicto conſil. 74. Maran. de ord. iud. p. 6. tit. de laudat. n. 6. Rota Gen. deciſ. 15. n. 13.* Denunciatio tamen facta viro pro vxore prodeſt, vt
9 denuncians à dolo excuſetur non ad mulieris præiudiciũ, & facta Procuratoris, vel ſindico Reipublicæ, ipſi Reipu-
10 blicę nocet *Bart. in l. 5. §. ſi forte, ff. quod vi, aut clam.* Quando autem facta procuratori conſtituat dominum in mora tradit *Bar. in l. 1. §. marti, ff. de lib. agnoſc.* quod ſi contingat denunciantem procuratorio nomine denunciare,
11 fidem facere debet de mandato tempore denũciationis, vel de rato promittere *Bart. in l. qui abſentem, ff. de procur.*

ARGVMENTVM.

Denunciationem eſſe neceſſariam in euictione cum ſuis ampliationibus, clara, & breuis eiplanatio.

Moia quibus in caſibus ipſo iure contrahatur fauore minorum.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio ita eſt neceſſaria, vt ſi ſequatur euictio ea non facta venditor conueniri non poſſit.*
Primo ampliatur procedere ne dum in emptore, ſed etiam in eo, qui accepit bona in ſolutum, n. 2.
Extende etiam ſi iudex reſeruet emptori in ſententia iura ſua agendi, n. 3.
2 *Ampliatur procedere, etiam ſi ignoretur nomen ſucceſſoris, num. 4.*
Subampliatur, vt ibidem.
3 *Ampliatur etiam ſi in contractu dictum ſit, quod promiſit litem ſuſcipere n. 5.*
4 *Ampliatur, vt fiat nedum denunciatio moleſtiæ iudicialis, ſed etiam extraiudicialis, n. 6.*
5 *Ampliatur, vt ſi facta non ſit venditori, fideiuſſor non teneatur, n. 7.*
6 *Ampliatur, vt etiam ſi mortuus ſit venditor fiat hæredibus, vel hæreditati iacenti, n. 8.*
7 *Ampliatur, vt locum quoque habeat quoad pęnam, n. 9.*
Intellige, vt num. 10.
8 *Ampliatur, quando venditor promiſit defendere ſuis ſumptibus, n. 11.*

9 *Ampliatur, vt omnes authores, & hæredes laudentur, numero 12.*
10 *Ampliatur etiam in Colono conuento n. 13.*
11 *Ampliatur etiam ſi certo ſciat emptori litem motam, numero 14.*
12 *Ampliatur etiam quando his agitur cum pupillo, n. 15.*
13 *Ampliatur venditori teneri etiam ſi emptor ſit bene inſtructus vel cum litis denunciatione non intimatur pactum, n. 16.*
14 *Ampliatur procedere etiam in minore, & Eccleſia, vt denunciare teneantur, num. 17.*
Contrarium, ibid.
18 *Mora fauore minorum, quibus in caſibus contrahatur ipſo iure, & n. 19. 20 21. & 22.*
23 *Denunciatio, an tranſmitti valeat per negotium geſtorum, ibidem.*
An fieri poſſit per continuam perſonam abſque mandato, ibidem.
Quid ſi in marito, ibid.
Quid in tertio, ibidem.
Quid ſi facienda ſit vxori, fiat marito, an ſufficiat, ibid.

Quæſt. IV.

1 DEnunciatio litis motæ adeò eſt neceſſaria, vt ſi ſequatur euictio, ea non facta venditor non poſſit ab emptore conueniri, vt diximus in præcedenti quæſtione *l. ſi parentes verſ. empti; & l. cum quæritur, C. de euict. & c. fin. extr. de empt. & vend.* & ſupponunt omnia iura, quæ loquuntur de denuntiatione facienda ſicuti, reſpondit *Bald. in conſil. 279. quod dicto authori lib. 3. Dec. conſil. 74. per totum. Corn. conſil. 255. lib. 3. Camill. de Larath. conſil. 60. n. 2. Burſat. conſil. 106. n. 19. lib. 1. Rota deciſ. 564. num. 6. & 7.* vbi quid ſi venditor fuit præſens euictioni *part. 1. recentior.*

2 Primo ampliatur dicta concluſio, vt procedat ne dum in emptore, ſed etiam in eo, qui accepit in ſolutum l. libera vbi *Bart. & poſteriores C. de ſent. & interlocut. omn. iud. latè Alex. in conſ. 117. lib. 7. & Dec. in d. conſ. 74.*

3 Extende, vt locum habeat etiam, ſi iudex reſeruet emptori in ſententia iura ſua agendi ad releuationem contra venditorem, quia intelligitur quoad iura primæua *gl. in d. l. libera*, non autem quod ob id denunciatio ſit ſublata, & non requiratur.

4 Secundo ampliatur locum habere etiam ſi ignoretur nomen ſucceſſoris, cui fieri debet denunciatio, quoniam ſufficit, quod fiat domi ſolitæ habitationis, tamquam filio, & hæredi, etiam ſi erratum ſit in nomine, dummodò conſtet de corpore, quod ſit filius talis, & non adſit alius *l. ſi prædium, C. de euict. Bald. conſ. 447. circ. fin. verſ. præterea poſito lib. 2.*

5 Tertio ampliatur, vt ſibi vendicet locum, etiam ſi in contractu dictum ſit, quod promiſit litem ſuſcipere, &c. Et teneatur venditor etiamſi denunciatio ſit minus legitimè facta, quia intelligitur, vt per *Dec. conſil. 74. col. fin. verſ. vltimo non obſtat.*

Subampliatur ampliatio dicta, vt ſibi tribuat etiam ſi adſit pactum, quod intelligatur ſecuta euictio etiam ante appellationem, & ſententiam, quia intelligi debet iuxta terminos iuris, ſcilicet facta intimatione venditori, & etiã vbi res ab emptore eſſet ablata, ad ſcripta per *Dec. d. conſ. 74. ſub n. 3. & dicetur in q. 48.*

6 Quarto ampliatur, vt nedum requiratur denunciatio moleſtiæ iudicialis, ſed etiam extraiudicialis, vt quando venditor ſe obligauit etiam ad euictionem de facto ſecutam, quia intelligitur, dummodo ſeuerit, alias non tenetur *Angel. in conſ. 77. per totum*, vbi legitur etiam *Bald. idem reſpondiſſe.*

7 Quinto ampliatur locum habere quoque ad fauorem fideiuſſoris, nempe quod ſi facta non ſit denunciatio venditori in caſibus, in quibus fieri debuit, fideiuſſor conueniri non poſſit, *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 17. dixi in præcedenti q. n. 8.*

8 Sexto ampliatur etiam ſi mortuus fuerit venditor, quoniam ſi adſunt hæredes, illis facienda eſt denunciatio, ſin minus hæreditati iacenti, quia quod admittitur propter abſentiam, admittitur etiam per mortem, quia abſentia, & mors æquiparantur *Caſtr. conſ. 240. ſub n. 2. verſ. ex quibus videtur dicendum, & n. 3. lib. 1.*

9 Septimo ampliatur, vt procedat etiam quoad pœnam ſimpliciter in caſu euictionis promiſſam, quia ſicuti pretium ſecuta euictione reſtituendum venit, quando fuit facta intimatio hæreditati iacenti, ita quoque & pœna ſtipulata ſimpliciter in caſu euictionis, *ita Caſtr. d. conſ. 240. ſub n. 3. verſ. ex quo etiam ſequitur lib.*

10 Limitatur præcedens ampliatio, vt procedat in pœna promiſſa in caſu moræ, vt puta ſi eſt conuentum, quod teneatur de euictione, qua ſecuta teneatur infra breue tempus aliquorum dierum pretium reſtituere, & ſi non reſtituat teneatur etiam ad pœnam dupli, quia tunc pena debetur ex mora, non ratione euictionis, ideò non debetur aduerſus hæreditatem iacentem, ex quo hæreditas iacens non poteſt incurrere in moram *Caſtr. d. conſ. 240. n. 3. lib. 1.*

11 Octauo ampliatur (& hæc ampliatio conuenit cum tertia ſuperius relata ampliatione) vt locum habeat, quando emptor miſiſſet emptori defendere rem venditam ſuis ſumptibus, & illam manutenere, quia illa promiſſio facta intelligeretur ita demum, ſi ipſi venditori denunciatum eſſet ſecundum naturam contractus, ſuper quo promiſſio interponebatur *Corn. conſ. 255. per totum lib. 3. arg. l. ſi vno in prin. ff. locat. cum concordantibus, & latius firmat idem Cor. conſ. 325. col. 2. lib. 1. Peregr. deciſ. 89. n. 7.*

12 Nono ampliatur, vt etiam omnes authores laudandi ſint, ſi fortè plures ſocij, aut hæredes vendiderunt, vt *in l. ſi rem la 2. §. 1. ff. de euict. Felyn. in c. cum contingat de reſcript. Rebuff. de dilat. art. 5. gl. vnic. n. 25. Gomez. de contract. cap. 2. col. 2.* in pluribus hæredibus eſt *tex. in l. in executione, §. in ſolidum, ff. de verb. obl.* nec ſufficit, quod quilibet pro parte ſua offerat defenſionem parti, niſi ſimul omnes defenſionis onus ſuſcipiant, alias vno non defendente, omnes tenerentur *l. cum ex cauſa, ff. de verb. obligat. Ant. Burg. in c. fin. de empt. & vend.*

13 Decimo ampliatur in Colono conuento, qui tenetur Domino denunciare litem ſibi motam, vt per *Abb. in conſil. 49. n. 2. lib. 2. Cozad. conſ. 27. n. 2.* ſecundum quod ita intelligitur *Alex. in d. conſ. 117. n. 9. lib. 5. imo, & vim facham l. item quæritur. §. exercitia, ff. loca. ibi,* & Domino non denunciauit vbi etiam *Bald. not.*

14 Vndecimo ampliatur etiam ſi venditor ſciat litem eſſe motam, quia non obſtante tali ſcientia emptor tenetur denunciare *gloſ. in cap. 1. in verſ. negotium, & ibi Bald. n. 2. & 3. ſi de feud. defunct. vaſall. ab aliquo, vbi etiam Martin. Landen. num. 8. Aluarott. num. 4 Feder. Schench. num. 5. per notata per Bart. in l. non ſolum, §. morte num. 52. ff. de non. oper. nunc. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 17. num. 2. faciat text. in l. denunciaſſe, §. quid ergo, ff. de adul. Rube. in d. §. marte num. 408. Alex. in d. conſil. 117. & in conſil. 191. num. 8. lib. 6. Paul. de Caſtr. conſil. 308. lib. 1. Dec. d. conſil. 74. Corn. conſil. 6. num. 4. & conſil. 231. num. 10. lib. 2. Iaſ. in d. l. 2. §. voluntatem num. 26. ff. ſol. matr. & ante eum Alex. ibid. num. 12. Dyn. in cap. cum quis certus eſt num. 4. de reg. iur. in 6. Capell. Tholoſ. in d. deciſ. 408. & ibi adden. Natt. conſ. 38. num. 5. Soc. iun. conſil. 4. num. 34. lib. 2. Franc. Marc. deciſ. 581. n. 9. Rebuff. de dilat. art. 5. gl. 1. numer. 27. Curt. iun. conſil. 104. num. 1. Bellon. conſil. 50. Ioan. de Amic. conſil. 245. nu. 6. Bertrand. conſ. 12. lib. 4. Vin. opin. 1027. Rimin. conſ. 126. num. 24. & conſ.*

Digitized by Google

& conſ. 170 *num.* 1. *lib.* 2. *Carpan.ad Stat. Mediolan. cap.* 417. *num.* 788. *&* 789. Siquidem denunciatio requiritur non ſolum, vt quis certior fiat litem eſſe motam, ſed vt aliquid faciat venditor, & ſic veniat ad defendendum *Bar.in d.l.non ſolum,* §. *morte nu.*5.*ff. de nou.oper. nunc. per text.in l.*1.*ibi, cauſa agendæ adeſſet,C.de peric.& commod. rei vend.plenè Couar. d.cap.*17.*num.*3.*& ſeqq. Caballin. de euict.*§.3.*num.*22.*& ſeqq.& num.*45. *&* §.5.*nu.*4. *de communi Rube. in d.*§.*morte num.*677.*Fely.in cap.cum M.Ferrarienſis num.*64.*& ibid.Rip.numer.*163.*de conſt. Aluarot. in cap.*1.*num.*8.*ſi de feud.vaſall.Barz.deciſ.* 16.*num.*11. *& deciſ.*85.*nu.*10 *Caball. conſ.*58.*num.*5. *Rota in nouiſs. deciſ.* 69.*num.*11.*par.*2.*Pedroch.conſ.*13. *numer.*42. *ad* 47. Non enim notitia ſufficit ad incurrendam pœnam ei, qui ad aliquid faciendum eſt obligatus, ſed neceſſario illi eſt intimatio facienda *Ioan.Mohed.deciſ.*160.

15 Duodecimo ampliatur procedere etiamſi agatur cauſa cum pupillis, quia & eis denunciandum eſt,& ipſorum tutori *l.ſi dictum,*§.*ſi pupillo,ff.de euict. quem tex. mirabilem dicit Bal.in l.libera col.fin.C.de ſent.& not. Ang. Aret. in* §. *actionum col.*10.*inſtit.de act. Tiraq. de retract. lignag.* §.1.*gloſ.*13.*num.*25. *Bar.& Doct. in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb.oblig.*

16 Decimotertio ampliatur locum habere, etiam ſi emptore ſit bene inſtructus, & inſtrumenta defenſionis habeat *Rube.in d.l. non ſolum,* §. *morte num.*418. *qui reſpondet tex.in l. ſi fundo* ibi parum inſtructus eſſet, ſi de euict. vbi contrarium probari videtur, ſi bene eſſet inſtructus, *vt per Socin.in l.*2.§.*fin.num.*4.*ff.ſol.matr,* quoniam illa inductio ex quo ſit per argumentum à contrario ſenſu, admittenda non eſt, & ſic procedunt quæ inferius dicemus verſ. quinto limitatur, & num. 84. & infra. Vel cum litis intimatione non etiam intimatur pactum *Pedroch. dicto conſ.*13.*num.*48.54.81.84. *&* 85.

17 Decimoquarto ampliatur, vt procedat quoque in minore, & Eccleſia, vt nempe denunciare teneantur, vt decidunt *Barbat.in cap.fin.col.*2.*& ibid. Burgoſ. in limit.*2.*de empt.& vend.*

Contrarium ſenſit *Rebuff. ad conſtit. Gall. tit. de dilat. art.*5.*gloſ. vnic.num.*34.*tom.*3. vbi determinat, minorem, & eccleſiam non teneri denunciare, quando re ipſa ſuos debitores in minora conſtituant *l. in minorum C. in quib. cauſ.in integr. reſtit. Bal. in lib.*1. *C. de peric.& commod. rei vend.& in fiſco idem dicit Alex.in l.quod te,ff.ſi cert. pet. de communi Couar.d.cap.*17.*num.*4.*qui reſpondet iuribus, quibus Barb.& Burg. nituntur Adden ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 408 *verſ.ſecundo limita Carpan.ad Statut. Mediol cap.*43. *num* 10.*Surd.deciſ.*179. *numer.*6.*Mareſcot.var.reſol.libr.*2. *cap.*126.*num.*16.*& cap.*112.*num.*48. *Gratian.diſcept.lib.*2. *cap.*241.*num.*1.*tradit Rube. in d.*§. *morte num.* 249. *Rebuff. de reſtit.art.*2.*gl.*4.*n.*11. *tom.*2. Debet tamen hoc caſu venditor eſſe conſcius litis motæ, vt notant *Rip.in d.l* 2.§. *fin. n.*26.*ff.ſol.matrim.Vaſq quæſt.Illuſtr.lib.*1.*c.*9 *num.*13.

Et in eccleſia hanc poſteriorem ſententiam tenuerunt *Bal.in d.l.*1.*C.de peric. commod. rei vendit. vbi Roma.num.* 16.*Rubr. in dicto* §.*morte.num.*711. *Rip.in d.* §. *voluntatem num.*26.*& Couar.in d.cap.*17. *num.*4. qui de communi teſtatur,& de veriori, ac receptiori, quicquid in contrarium aſſeruerint *Barbat. & Burg. in d. cap. fin.numer.*4.*de emp.& vend.* quoniam eccleſia,quemadmodum & minor conſtituit debitorem in mora abſq; interpellatione,atque ita dicta l.in minorum procedit quoq; in eccleſia *gl. in* §. *ex maleficijs in ver.iudicium,Inſt.de act.vbi Iaſ.n.*31.*Gomeſ. n.*49.*ſequuntur.Rom.in ſing.*120.*Imol.in c.breui de iureiur. Alex.& Parpal.in d.l.quod te, ff. ſi certum pet.Rom in d.*§. *morte.numer.*10.*& Rube.num.*711.*idem Roma. in l.ex legati cauſa num.*9. *ff. de verb.oblig.& ibi. Aret.numer.*6.*Bal.in auth.hoc amplius num.*16. *C.de fideicom. Vincen. Franch. deciſ.*16.*Tiraq.de priuil. piæ cauſæ priuil.*141.*Peregr. in conſ.* 40.*nu.*4. *lib.*3. *Minor enim, & eccleſia æquiparantur cap. auditis in fin de in integr.reſtit. cum ſimil.*

18 Notandum tamen, quod regula, quæ habet, quod fauore minorum mora cõtrahitur ipſo iure limitatur quatuor modis. Et primò quando is, qui eſt debitor minoris etiam ipſe eſt minor, quia tunc melior eſt conditio poſſidentis, cum priuilegia conquaſſentur *Iaſ. in auth. quas actiones,C.de ſacroſanct.eccleſ. Franch.deciſ.*16. *nu.*3. *Gratian.diſcept.lib.*2.*cap.*241.*num.*51.*&* 52.

19 Secundò limitatur, vbi minor non habet perſonam legitimam, cui ſoluatur, tunc enim debitor non incurrit pœnam ipſo iure. *Franch.d.deciſ.*16.*num.*1. *Honded.conſ.* 36.*num* 15.*lib.*3. *Gratian.dicto cap.*241.*nu.*10.*ad* 23.

20 Sublimitatur,quando is, qui debitor eſt pupilli,eſſet talis, ad quem tutela, & ſucceſſio illius ſpectaret, quoniam peterer eidem dari tutorem. *Franch. dicta deciſ.*16. *numer.*6. *Rota in Romana bonorum* 14. *Ianuarij* 1600. *coram Pauia, vt refert, ac ſequitur Gratian.dicto cap.* 241. *num.*24.*&* 25.

21 Tertiò limitatur, vt non procedat ad effectum, vt quis teneatur ad pœnam;nam ad illam incurrendam,ſeu committendam requiritur mora incurſa per interpellationem *l.pen.quan.dies legat.ced.Bar.in l. ita ſtipulatus numer.* 54.*ff.de verb.oblig.Gratian.d.cap.*241.*numer.* 43. *lib.*2. *De cuius dicti veritate videas Card.Tuſch.tom.*3.*lit. E. concluſ.* 353.*nu.*68.*&* 69.

22 Quarto limitatur non procedere ceſſante minori ætate,quo caſu non durat effectus moræ irregularis pro tempore futuro ad not. per *Salyc.in d.l.in minorum ſub num.*6. *verſ.*Hinc eſt quod minori *Franch.d.deciſ.*16.*num.*4.*&*11. *Gabr.conſ.*121. *num.*60.*lib.*1. *nouiſſimè Munoz. de ratiocin. adminiſtrat.cap.*15 *num.*30.*ad* 33. Alia ſcitu digna videas per *Carpan.ad Statuta Mediol.capit.*417. *numer.* 764. *& plur.ſeqq.* vbi quid ſi denuntiatio tranſmittatur per negotiorum geſtorem, an fieri valeat per coniunctam perſonam abſque mandato? Quid in marito. Quid in tertio. Quid ſi facienda eſt vxori, ſufficiat, ſi fiat viro,& è conuerſo.

ARGVMENTVM.

Sequitur materia præcedentis quæſtionis, & ponuntur limitationes, quibus venditor tenetur de euictione, etiam nulla facta denunciatione.

SVMMARIVM.

23 *Denunciatio non requiritur, quando venditor,& emptor ſimul in vno,eodemque iudicio conueniuntur.*

*Declaratur procedere, quando venditor compararet,& defenderet emptorem,ſecus ſi non comparet, num.*24.

Sed quod concluſio procedat indiſtinctè, habetur ibidem numero 25.

26 *Scientia ſimplex non ſufficit aliunde conquiſita, cum vltra illam requiritur actus aliquis poſitiuus.*

27 *Denunciatio nõ requiritur, quãdo illi pacto fuit renunciatũ.*

*Primo ampliatur, vt procedat etiamſi pactum illud fuiſſet appoſitum in inſtrumento per relationem ad aliud inſtrumentum, num.*28.

*Secundo ampliatur, quando talis remiſſio etiam ſi non explicitè, ſaltem per verba importantia remiſſionem facta ſit.ibid.num.*29.

*Limitatur,vt num.*30.

31 *Denunciatio locum non habet, neque fit ſtante iuramento, & de ratione.*

At con-

Digitized by Google

At contra numero 32.
Diſtinctio affertur Anton. de Burg. numero 33.
De qua dubitat Alciat. Et refertur alia diſtinctio Rip. numero 34.
Verum eam probat Couar. quam tamen non ſeruari dicit Rebuff. numero 35.
Actor tamen diſtinguit duos caſus num. 36. & ſeqq.
37 *Iuramentum non inducit moram, quando debitum non præceſſit illud, ſed eodem tempore, quo interponitur, debitum contrahitur.*
38 *Iuramento non tollitur exceptio, quæ illi non eſt contraria.*
39 *Iuramentum in contractu venditionis operatur, ne emptor teneatur litem motam denunciare, quando Venditor iurauit ſuſcipere defenſionem, vbi primum fuerit mota lis.*
40 *Denunciatio litis non requiritur quando venditor ſciens litem eſſe motam habebat inſtrumenta ad victoriam cauſa facientia apud ſe, & illa emptori non exhibuit.*
Contrarium numero 41.
42 *Denunciatio non requiritur, quando venditor ſe obligauit defendere abſque denunciatione.*
Reſtringitur tamen ex æquitate numero 43.
44 *Non etiam requiritur, quando venditor pactum feciſſet, ſe nolle emptorem defendere à lite mota, vel mouenda.*
Contrarium ibid. numero 45.
46 *Nec quando venditor ſciebat rem à ſe venditam, eſſe alienam.*
47 *Neque minus, quando venditor ſe occultat, vel eſt abſens, & numero ſeqq. vbi declaratur.*
Tutius tamen eſt, vt denunciatio fiat ad domum, vel per adicta num 48.
49 *Denunciatio quomodo fieri debeat pupillo, ignoranti ſiue abſenti, & hæreditati iacenti, num. ſeqq.*
50 *Denunciatio non requiritur, quando venditor dixit ſe non venturum.*
52 *Nec quando emptor ignorat vbi ſit, vel moretur, quo caſu ſufficit proteſtatio, dummodo fiat cum reuertitur.*
Ampliatur procedere, etiam ſi venditor abſit abſque dolo, quid ſufficit renunciatio facta ad domum habitationis, numero 53.
54 *Non etiam requiritur in ceſſionario, qui agens actione ceſſa, cedenti non tenetur denunciare.*
55 *Nec quando notorie conſtat, venditori nullam defenſionem complere; & de ratione numero 56.*
Contrarium habetur. num. 57.
Prior tamen relata ſententia probatur num. 58.
Quæ declaratur. num. ſeqq. 59. 60.
61 *Denunciatio neceſſaria non eſt, quando res fuiſſet euicta per hypothecariam. Vbi declaratur.*
62 *Nec quando quis factus eſt procurator in rem ſuam.*
63 *Prout nec quando venditor promiſiſſet de euictione, quomodocunque euinceretur.*
Declaratur. num. ſeq.
65 *Neque vbi venditor eſſet in dolo.*
66 *Vel etiam quando cauſata fuit euictio culpa, & facto venditoris.*
Intellige, vt numero 67.
68 *Non requiritur quando is, cui fieri debet, eſt pupillus.*
Declaratur num. 69.
70 *Nec quãdo venditor nil allegat contra ius illius, qui euincit*
Contrarium num ſeq.
Sed prior ſententia probatur num. 72. Vbi quod concludenter ius venditoris probari debet.
73 *Denunciatio fieri debet venditori non fideiuſſori.*
74 *Item facienda eſt venditori, & illius hæredibus, non autem poſſeſſori bonorum.*
75 *Emptor licet agere non poſſit aduerſus venditorem de euictione ex capite non factæ denunciationis, agere tamen poteſt actione exempti contra illum.*
76 *Niſi venditor, vel illius hæres ſit in dolo.*
77 *Denunciatio non requiritur, vbi venditor cũ procuratore, & Aduocato dedit informationes, & ſponte defendit cauſã.*
78 *Nec quando venditor dixit nollo teneri quocunque modo res euinceretur.*
Declara, & intellige, vt num. 79. 80. 81. 82. 83.
84 *Venditor etiam non interpellatus tenetur de euictione, quando litem mouit, & penes ſe habet inſtrumenta ad cauſæ defenſionem ſpectantia.*
Sed contra num. 85.
Quod auctor, non probat num. 86.
87 *Tenetur tamen quando nedum litem agnouit, ſed fuit ſollicitator.*
88 *Fiſcus, & minor non tenentur denunciare litem motam.*
89 *Denunciatio non requiritur ſtante obligatione defendendi, etiam ſi per iniuriam Iudicis res euincatur.*
90 *Venditor de euictione tenetur, quando facta denunciatione non defendit. Quod tamen Auctor non probat.*
91 *Denunciatio litis non fit venditori, quãdo conſtat de iuſtitia euincentis, Et emptor fecit omnẽ poſſibilem defenſionem, ne euinceretur. Vbi extenditur idem procedere in fideiuſſore ſoluente non facta intimatione moleſtiarum.*
92 *Venditor in caſibus, in quibus de euictione non tenetur, non tamen excuſatur à traditione inſtrumentorum.*
Ampliatur etiam ſi lis non fuerit denunciata. num. 93.
94 *Denunciatio ad defendendum ſolum eſt neceſſaria, quando quis ageret de intereſſe, ſecus vt ſaluum ſit ius primæuum.*
95 *Emptor licet denunciet litem motam venditori, tenetur nihilominus illam proſequi, alias non agit de euictione.*
96 *Emptor quandoque poteſt bonam fidem agnoſcere, & non tenetur appellare, quando fouet iniuſtam cauſam.*
Limitatur nunc iſta regula, quod emptor teneatur litem ſibi motam denunciare venditori, vt contra illum de euictione agerere poſſit quampluribus modis.

23 PRimò, vt non procedat, quando emptor, & venditor in vno eodemq; iudicio ſimul conueniuntur ab eo, qui rem euincere prætendit, quia tunc abſque alia denunciatione emptor pro re euicta agere poterit ad verſus venditorem, vt poſt *gloſ. ſing. in leg. ſi dictum §. te præſente in ver. denunciari poſſit, ff. de euict. tradidit Bald. in leg. libera in princ. C. de ſentent. & interloc. omn. iud. & in l. fin. §. 1. de v ſur. rei. iud. Alexa. in l. 2. §. voluntatem numero 15. ff. ſol. matr. Decian. in conſil. 102. ſub numer. 2. verſicol. ſed quando venditor. Vin. deciſ. 510. numer. 8. 9. libr. 3. Decian. conſ. 18. numer 15 l. l. 1. & conſil. 69. numero 17. l. 4.*
24 Sumbilimitatur dicta limitatio, vt procedat quando venditor ſimul conuentus compareret, ac defenderet emptorem, ſecus ſi non compareret, & non defenderet, quia tũc denunciatio facienda eſſet ſecundum *So. in d. §. voluntatem ex Bart in leg. emptor, ff. de euict.*
25 Sed quod adducta limitatio indiſtinctè procedat quicquid dixerit *Soc. voluit Rip. in d. §. voluntatem num. 23.* ea ratione, quia ſi venditor fuit condemnatus vna cum emptore, non eſt audiendus, ſi dixerit litem ſibi non fuiſſe denunciatam, cum emptor agere poſſit de euictione tanquam res fuerit ſibi ab ipſo venditore euicta ob eius contumaciam, & negligentiam *arg. l. ideo in princ. ff. de*
26 *euict.* De quo ego dubito, quoniam vbi lege, vt hic, requiritur actus aliquis poſitiuum vltra ſcientiam, non ſufficit ſcientia aliunde conquiſita, cum forma ſit ad vnguem ſeruanda *Rota Romana in deciſ. 246 num. 10. part. 1. in nouiſs. & Intrigl. de ſubſiſt. centur. 1. quæſt. 12. numer. 80.* vbi, quod forma impleri oon poteſt, quando in ea requiritur expreſſio.
27 Secundo limitatur, quando in inſtrumento pacto fuiſſet renunciatum penuncrationi faciendæ, vel fuiſſet renunciatum omnibus priuilegijs tam de iure, quam de facto introductis ad fauorem venditoris; Denunciatio enim

Digitized by Google

enim pacto remitti poteſt. *l. Herennius in prin. ff. de euict. Bal. conſ. 447. incip. Certum eſt, quod emptor. ver. Item, certum eſt lib. 2. Corn. conſ. 6. num. 12. lib. 2. Alex. in l. non ſolum, §. morte nu 8 ff. de noa. oper. nunc. Barbat. in c. fin. in princ. extr. de empt. & vend.* ſic pluries practicaſſe, & obtinuiſſe teſtatur *Fab. Turretr. conſ. 8. num. 23. lib. 2.*

28 Primò ampliatur dicta limitatio, vt locũ habeat etiam ſi pactum hoc non fuiſſet appoſitum in inſtrumento, niſi per relationem ad aliud inſtrumentum, in quo tamen legeretur, quoniam ex huiuſmodi relatione perinde habetur, ac ſi pactum eſſet extenſum *Bal. dicto conſil. 447. circa princip. verſic. Item conſtat lib. 2.*

29 Secundo ampliatur, vt procedat etiam, quando talis remiſſio, & ſi non explicitè, ſaltem implicitè fiat per verba importantia remiſſionem denunciationis, videlicet, qualitercunque, vel quomocunque ſequatur *Alex. in addit. ad Bart. in l. ſi dictum §. ſi compromiſeto, ff. de euict. Rum. conſ. 25. num 7. lib. 1.*

Sublimitatur dicta limitatio, vt ita demum venditor

30 emptori non teneatur de euictione, ſi euictio ſecuta ſit dicto venditore ignorante, etiam quod promiſerit de iure, & de facto, quia intelligitur dummodò ſciuerit, alias non, & in caſu, quo remiſit denunciationem, intelligitur remiſiſſe denunciationem iudicialis moleſtiæ, non autem extraiudicialis. *Ang. conſ. 177. vbi etiam Bald. id ſequitur, Dec. dict. conſ. 74.*

Tertio limitatur non procedere, vbi adeſt iuramen-

31 tum de defendenda lite. *Alex. in l. 2. §. fin. n. 16. & ibid. Iaſ. nu. 27. Soc. num. 20. Rip. nu. 18. Aquen. num. 202 ff. ſol. matr. Couar. in c. quamuis pactum §. 4. ſub num. 5. de pact. Rol. conſ. 6. num. 48. lib. 1. Capyc. deciſ. 106. num. 3. Iaſ. in l. quod te an. 22. ff. ſi cert. petat. Barbat. in cap. fin. col. 2. limit. 5. de empt. & vendit. vbi de communi teſtatur Gozad. conſil. 27. numer. 20. Rub. in dict. l. Non ſolum §. morte nu 420. ff. de nou. oper. nunc. 10. Lup. in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. §. vlt. num. 31. Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 17. ſub. num. 4. verſic. ſufficiens eſt, qui de communi teſtatur Purpur. in leg. quod te numer. 92. ff. ſi cert. per. Rip. in capit. cum M. Ferrarienſis num. 166. de conſt. Bauer. in tract. de iureiur. num. 38. Aret. conſ. 150. Viſis diligenter Anchar. inn quæſt. 36. num. 4. 5. & 6. lib. 1. vbi ait ſic determinaſſe, & præter hos Corſett. in tract. de iureiur. num. 31. Alb. Barbat. Alex. Iaſ. Gozad. & Cremen. quos refert, ac ſequitur Rolan. dict. conſ. 6. numer. 48. & conſ. 25. num. 22. lib. 2. Dec. Aret. Bauer. Rub. Alex. Soc. ſen. Grat. Cur. iun. Capyc. Aufret. Feiya. & Nat. quos refert, ac ſequitur Caballin. de euict. § 3. num. 46. de magis recepta ſententia Turret. dict. conſ. 86. numer. 24. & ſeq. Rebuff. de dilat. ar. 5. gl. vnic. num. 35. Barz. deciſ. 16. numer. 12. Straph. de priuileg. iuram. priuileg. 49. latè Rota coram Cantucio in Neapolitana reſtitutionis in integr. 14. Aprilis 1578. in nouiſs. deciſ. 64. num. 3. & 4. part. 2. vbi de communi; & magis communi, iuxta quæ tamen habentur per Gratian. diſcept. lib. 2. cap. 241. num. 12.* Ea præcipue ratione mouentur ſupradicti Doctor. quoniam ſine promiſſione & iuramento venditor facta denuntiatione liti tenetur aſſiſtere *l. 1. C. de peric. & cõmod. rei vendit. iuncta l. emptori, C. de euict.* Ergo promiſſio, & iuramentum aliquid operari vltra ius, ne ſint fruſtatoria *l. ſi quando ff. de leg. 1.*

32 Sed contra dictam limitationem obijci poteſt iuramentum ſortiri quidem primordialem naturam actus cui accedit, non accidentalem *gloſ. communiter recepta in l. certi conditio, ff. ſi certam pet. argum. l. item veniunt, §. eam prædicimus, ff. de pet. hæred. Bald. in c. fin. col. 3. de iureiur. & in l. vnica §. ſed ſi non, C. de rei vxor. act.* Denunciatio autem eſt de natura accidentali, vt colligitur ex *Bald. in l. 1. col. 1. C. comiod.*

Non ergo debet iuramentum ſequi conditiones accidentales contractus.

33 *Ant. Burg. in dicto cap. fin. de empt. & vendit.* diſtinguit inter venditorem ſcientem litem motam, & ignorantem, quia illum iuramentum obligat, hunc verò ideoque requiritur hoc caſu denunciatio.

34 Dubitat tamen *Alciat. in dict. l. quod te in ver. indulgere col. 2. ff. ſi certam pet. & iterum diſtinguit Ripa in d. l. 2. §. fin. num. 18. ff. ſol. matr.* inter verba iuramenti ſimplicia, & ea, quæ aliquid addunt iuris obligationi, illa namque interpretationem accipiunt à contractu, ſuper quo apponuntur, vt *in d. l. fin. Cod. de non numer. pecun.* Hæc verò ſi addunt, ſeruanda ſunt, quæ opinio verior videtur per dictam *l. fin. & notata in c. quemadmodum de iureiur. & per leg. Titius ad fin. ff. ad Trebell.* quam in materia iuramenti adduxit. *Oldrad. conſ. 238.*

35 Verùm *Couar. in d. c. 17. n. 5.* ſequitur diſtinctionẽ *Ant. de Burg.* eam dicens magis communem, per quã defendi poſſe videtur, ſolã ſcilicet promiſſionẽ de defendẽdo ſufficere, niſi dixeris ſtrictiorẽ eſſe iuramenti obligationem.

At *Rebuff. ad conſtit. Gall. in tit. de dilat. arc. 5. gloſ. vnica nu. 36.* inquit praxim non obſeruare dictam communem ſententiam, quia oportet emptorem declarare litem venditori, & an velit eum defendere, alioquin defenſio inuito dari non debet *l. inuito, ff. de regul. iur.* antequam ergò venditor requiratur, non tenentur, vt firmat *Palat. Rubios in repet. dicti cap. per veſtras in fin. de donat. inter vir, & vxor. Gomez. in §. item ſi quis poſtulaute nu. 10. Inſtit. de act.* idque commodius videtur, vt proinde non incurrat periurium, aut pœnam contractus venditor non defendens ex adductis per *Gozad conſil. 27. num. 10.* non autem, vt euictionis actionem excludat.

Rem difficilem dixit *Hormanoct. Det. in d. l. non ſolum § morte n. 131. ff. de no. oper. nũc.* & ideo cogitandũ reliquit.

36 Ego autem has diſſidentes opiniones concordari poſſe reor conſtituendo duos caſus.

Primus eſt, quando venditor ſimpliciter iurauit cõtractum in genere venditionis, quo in caſu denunciationem requiri dixit *Rip. in d. §. voluntatẽ* quem ſequi viſus eſt *Couart. in d. c. 17. n. 4. & probatur ex Bart. doctrina l. eum qui, §. ſi iurauero, ff. de iureiur.* cuius ait, quod vbi debitũ non præceſſit iuramentũ, ſed eodem tempore, quo interponitur, debitum contrahitur, tunc iuramentum non inducit moram, ex quo inconueniens eſt quod vno codemq; tempore quis obligetur, & in mora conſtituatur l. quod dicimus, ff. de ſolut. additque hæc eſſe valdè notanda in Tuſcia, vbi inſtrumenta guarentigiata, ſeu confeſſionata vim habent ſententiæ diffinitiuæ, & nihilominus ad conſtituendum debitorem in more interpellatio requiritur.

38 Comprobatur, quia per iuramentum non tollitur exceptio, quæ iuramento non eſt contraria *d. l. ſi eum qui §. ſi iurauero il ſecondo, ff. de iureiurand.* vbi Doctores. Sed exceptio denunciationis non factæ, quæ proponitur per venditorem ad excludendum, ne de euictione teneatur, non eſt contraria iuramento ſuper contractu venditionis interpoſito, merito &c.

39 Secundus eſt caſus ex eodem *Ripa*, vbi ſupra, quando iurauit ſuſcipere defenſionem, vbi primũ fuerit mota lis, & tunc locum habet prima opinio ſuperius relata, quam ſequitur *Couar. in d. c. 17. ſub n. 4. ver. 5.* iudiciẽs in fi. vbi dicit ita loqui Doct. quoniã tũc vẽditor vrgetur vinculo iuramẽti ſtatim aſſumere defenſionẽ metu euitandi periurij ſine interpellatione. *l. ſi quis, C. de tran. Meno. cõſ. 128. n. 15. l. 2. vbi de veriori teſtatur Grat. diſ. l. 1 c. 175. nu. 30. & ſeqq.*

40 Quinto limitatur non habere locum, quando venditor ſciens litem eſſe motam habebat inſtrumenta ad victoriã cauſæ facientia apud ſe, & illa emptori non exhibuit, quia tunc venditor de euictione tenetur, etiam ſi ſibi per emptorẽ lis mota non fuerit denunciata. *Bal. in l. 1. C. de peric. & com. rei vend. Rip. in d. c. cum M. Ferrarienſis ſub. n. 166. verſ. ſecundo fallit.*

41 Contrarium tenet idem *Rip. in d. §. voluntatem nu. 19.*

quia

Digitized by Google

quia potuit venditor cogitare, quod emptor confidat de
victoria iuribus proprijs, vel nullitate proceſſus, vt habe-
tur *in l.emptori,C.de euict.* nec propterea in culpa eſſe vi-
detur, ſi inſtrumenta non produxerit, ſed emptor in cul-
pa fuiſſe dicitur, qui venditori non denunciauit litem ſibi
motam extitiſſe, & vt eũ veniret ad defendẽdũ, iuxta quæ
diximus in principali concluſione, cum de denunciatione
faciẽda tractare cępimus; Nec ideo mirum, ſi ei culpa ſua
nocere debet, vt per *Grat.in conſ.139.nu.13.& ſeqq.lib.2.*
42 Sexto limitatur, quando venditor ſe obligauit defen-
dere abſque vlla denunciatione, vt probat *gloſ.in l.Heren-
nius*, ibi pacto ei remiſſa eſſet nunciandi neceſſitas, *ff. de
euict.Burg.oſ.in d.c.fin limitat.7.de empt.& vend.Rip.in leg.
2.§.fin.nu.27.ff.ſolut.matr.Rebuff.ad conſt. Gall.tit de dilat.
ar.5.gloſ.vnic.num.39.Angel.in l.emptor,C.de euict.Fel.in
c.cum contingat.de reſcript.Rubr in d.§. morte nu.441. cum
ſeq.* qui quoad pœnam duplæ excuſat ignorantem, quan-
do venditor eſt abſens, & non reperitur. *Hugon. Donell.de
pign.pag.327.Rot.Gen.deciſ.15.ſub num.13.Marant. de ord.
iudic.part.6.tit. de lauda.num.15.* Non tamen dicitur re-
miſſa exceptio nullitatis ſententiæ, vt per *Rot. Gen.deciſ.*
43 *28.num.17.Rim.iun.inſtit.de dona.§.1.num.254.Becc.conſ.
106.num.17.18. & 19.* quod ex æquitate reſtringitur per
Ant.Gomez.de contract.fol.18.col.4.
44 Septimo limitatur non procedere, quãdo venditor pa-
ctum feciſſet ſe nolle emptorem defendere à lite mota, vel
mouenda. *Ant.Burg.in d.c.fin.col.fin.de empt. & vend.*
45 Contra dictam limitationem tenet *Rip. in dict.§.volun-
tatem n.25.* vbi rationes adducit, quas vide per te ipſum.
46 Octauo limitatur, quando venditor ſciebat rem a ſe
venditam alienam eſſe, quo in caſu denunciatio non re-
quiritur, ſic *Caballin.poſt Bart.Bald. & Alex.* quos refert
in d.tract.de euict.§.3.numer.162. qui quamuis aſſerat agi
poſſe ad intereſſe, attamen illud verum non eſt, quando
in ſpecie fuiſſet promiſſum de euictione, vt per *Turret.d.
conſ.86 num.27. lib.2.*
47 Nono limitatur, quando venditor ſe occultat, vel eſt
abſens, vt ſibi denunciari lis non poſſit, & non inuenitur,
vt citari valeat, *eſt text.in l.ſi ideo,§.fin.ff.de euict.ibi*; ſiue
autem abſit, ſiue præſens ſit, & per eum fiat, quominus
denunciet, committitur ſtipulatio *Iaſ.in leg.de pupillo, §.ſi
ſi quis pratori,n 4.ff.de non.oper.nunc.* qui ait, tutius eſſe,
48 quod denunciatio fiat ad domum, & iuxta formam *Clem.
cauſam,§.fin.de elect.ſic Rip.in d.§.voluntatem n.24.* & fuiſ-
ſe videtur de mente *Paul.de Caſtr.in conſ.240.* effectus pri-
49 mi dubij *nu.2.lib.1.* vbi quoque docet quomodo denun-
ciatio fieri debeat pupillo, ignoranti, ſiue abſenti, & hære-
ditati iacenti. Vel per edicta probauit *Burg. in d.c.fin.col.
2.in fin.limit.8 de empt.& vend.Rip.in l.2.§.fin.num. 24.ff.
ſolut.matrim.Rebuff.in d.tit.de dilat.ar.5.gl.vnic.numer.43.
eſt text.in l.ſi dictum, §.ſimili,ff.de euict. Bal.in l.cum ſucceſ-
ſores,& in l.ſi permutationis, C.eod.* vbi dicit tutius eſſe, vt,
ſi abſens ſit venditor, citetur, vel per ædictum continens
denunciationem, vt liti aſſiſtat, & eam inſtruat, & defen-
dat *arg.l.hac autem,§.non defendit, ff.ex quibus cauſ. in poſ-
ſeſ.ea.& l.ſi eo tempore,C.de remiſs.pign.Gomez.de contra-
ctib.c.2.col.3.de latitante Rub.in d.l.non ſolum, §.morte nu.
448.* quamuis hoc caſu emptorem non teneri proteſtari
coram honeſtis viris, vel coram iudice per ſe non ſtare,
quin fiat denunciatio, voluiſſe videatur *Rip. in tractat. de
peſt.in p.de priuil.ind.cauſ.peſt.num.26.* Idem quoque ſi ex-
50 preſsè dixerit ſe nolle defendere, *Rip.in d.§.fin.n.25.* Nam
& tunc alia denunciatione opus non eſt, nec citatione,
quando citatus dixit, ſe non venturum, *c.cum qui de dol.
51 in 6.gl.in cap.ad hac hic finitur.Rebuff.in d.ar.5.gloſs.vnica
num. 48.* verum emptor volens litem ſibi motam denun-
ciare venditori ſi eum non reperit, quam debet formam
ſeruare docet *Lambertengh.de contr.pag.487. nu.229.*
52 Decimo limitatur (& hæc limitatio eſt precedenti pro-
xima) quando emptor denunciare non poteſt, quia igno-
ratur vbi ſit venditor, vel moretur, nam ſufficit tunc pro-
teſtatio, dummodo ei denuncietur, cum reuertitur. *Bart.
& Alex.in l.de pupillo, §.ſi quis ipſi pretori.ff. de non. oper.
nunc.plenè Caſtr.in conſ.240. effectus primi dubij col.2.verſ.
ſuper ſecundo lib.1.*
53 Ampliatur idem procedere etiam ſi venditor abſit ab-
ſque dolo, quo caſu denunciatio non requiritur, niſi eo
modo, quo fieri poteſt, nempe ad domum habitationis.
Paul.de Caſtr.in d.conſ.240.d.verſ.ſuper 2. lib.1.
54 Vndecimo limitatur non habere locum in ceſſionario,
qui agens actione ceſſa, cedenti non tenetur denunciare,
vt latè per *Dec.conſ.102 Præſtantiſſime.præpoſi. in c.ſollici-
tudinem ad fin.de appell.Rebuff.de dilat.art.5.gl. vnic n.42.*
55 Duodecimo limitatur non procedere, quando noto-
rie conſtat, nullam defenſionem venditori competere, &
de iuſtitia euincentis, quia tunc venditor etiam non facta
denunciatione de euictione tenetur *gloſs.Bar. & Salyc. in
leg.empt.ff.de act.emp. Bald. & Ang.in l.ſi eum, C.de euict.
Rom. & Alex.in l.non ſolum,§.morte,nu.46. vbi Claud. A-
quen.n.101. & Rube.num.735.ff. de oper.nou.nunc Ang.&
Caſtr.in d.§.cum me abſente Fulg.in l.ſi ideo in princ.ff. de e-
uict. Alex.conſ 63.n.12. lib.6. & conſ.77.fortificantur præ-
dicta lib.3. Imol.in cap.fin.n.27.Barbat.col.3. & Ant.Burg.
n.7.de empt.& vend.Felyn.in c.cum olim n.11. & in c cum
Bertold.n.24.de ſent.& re iud.Dec conſ.74.col.fin.& conſil.
102.propè fin.Natt.conſ.232.n.5.& conſ.462. nu.8. Capyc.
dec.106.n.4.Soc.iun.conſ.120.n.11.& ſeq.lib.3.Afflict. deci.
49.n.3.Rip.in d.§.voluntatem nu.20. & in c.cum M.Ferra-
rienſ.n.66.de conſt.Cran.conſ.83.n.6.& conſ.179. n.6.Mo-
dern.Pariſien.in conſuet. tit.1.§.41.col.pen.Couarr.var.reſ.
lib.3.c.17.n.6.* vbi ait, hanc eſſe communem opinionem.
*Rota Bonon.dec.77.n.43.in recent.vbi D.Gypſ.in addit.Rim.
conſ.126 n.25.lib.2.Rebuff.d.tit.de dilat.ar.5.gl. vnic.n.38.
Gutier.de iur.conſ.p.1.c.61.n.18.Surd.de alim.tit.9. q.42.n.
28.Barz.deciſ.85.num.13.Surd.deciſ.22.n.9. & deciſ. 253.
nu.10.adden.ad Capp.Tholoſ.q.408. in 6.lim. Valer.Vallar.
in deciſ.Rot.Lucen.2.*
56 Ratio eſt, quia culpa non imputatur, ſi quis non fecit
id, quod factum non pro fuiſſet, *l.fin.§.pen.ff ſi quis ord.in
poſſeſs.ſeru.per quem text.ita tenet Caſtr. in conſil.322.* Vi-
ſo puncto ſupraſcripto, & dubijs *col.2.lib.1.*
Mouentur præcitati *Doct.* præſertim, quia lex emptori
negat actionem de euictione aduerſus venditorem, ſi ei
litem non denunciauerit, quoniam præſumit eo caſu rem
euictam fuiſſe, quia is male inſtructus cauſam defendere
non potuerit. *l.ſi fundo §.vlt.ff.de euict.* Igitur ſi manifeſtò
conſtet vllã defenſionẽ competiſſe etiam, quod emptor à
venditore inſtructus cauſam defendiſſet, actio compete-
re debet. Nam legis ratione ceſſante, ceſſat *lex.iur.vulgat.*
57 Contrarium tenet gloſs. quam ſequitur Bart. in d.leg.
emptorem, quæ requirit fieri debere denunciationem li-
tis motæ, etiam quod ius nullum in re vendita competat
venditori. Idemque tenet *Alberic.in dicto §. cum me ab-
ſente Aret.in §.fin.num.1.Inſtit de emp.& vendit.Dec.* qui
de communi fidem facit in *conſ.74. num.5.* & ab ea non
recedendo in iudicando, & conſulendo, de communi
*Grattan. conſil.157. lib.1. latè Socin.ſen. in l.2.§. voluntate
num.14.ff.ſol.matr.* vbi contrarijs reſpondet, & dicit nun-
quam in practica obtinere potuiſſe pro ſententia con-
traria, & eam in praxi ſeruari dixit *Rebuff. dicto artic. 5.
gloſs.vnic.num.37.Aretin.in §.actionum, Inſtit.de act.Pe-
regr. deciſ.89.ſub numer. 7.* qui declarat contrariam opi-
nionem procedere, vbi emptor qui vult de euictione age-
re, doceat de iniuſtitia notoria, ſecundum *Fulgoſ. vbi ſup.
& latè Cou.in d.c.17.nu.6.*
Huius ſecundæ opinionis fundamentum adducitur,
quia licet lex præſumat, Iudicis ſententiam eſſe iuſtam *di-
cta l.Herennius,§.Caia, de euict.* nihilominus re euicta per

Iudi-

Digitized by Google

Iudicis ſententiam, actionem euictionis prohibet, niſi venditor denunciauerit *l. empti actio l. ſi parentes, Cod. de euict.* Non ergo lex conſiderat iuſtitiam, vel iniuſtitiam cauſæ, ſed an denunciatio venditori facta fuerit.

Item, quia, quando res euincitur nulla venditori facta denunciatione lex ideò euinci præſumit, quoniam emptor malè inſtructus cauſam defendere non potuerit *l. ſi fundus, §. vlt. ff. de euict.* quæ præſumptio dicitur iuris, & de iure, quia ſuper ea lex fundatur, & ſtatuit, & per conſequens probatio in contrarium non admittitur, vt probatur in cap. is, qui fidem de ſponſ. & *in Authen. ſed iam neceſſe, Cod. de don. ante nupt.*

58 Prior tamen relata ſententia verior eſt, ac tenenda, quam tamen.

59 Declara procedere, quando de non iure venditoris notorie conſtat tempore litis motæ, at ſecus ſi poſt ſententiam notoriè apparuit de iniuſtitia venditoris, quia tunc ſecunda ſententia ſequenda eſt, *ita Fachin. contrau. iur. lib. 2. cap. 37. littera D. ex Rip. in d. §. voluntatem,* non enim tunc emptor poteſt ſe excuſare, quod non denunciauerit ob non ius venditoris, cum ſibi tunc temporis de eo non liqueret, neque ideo etiam excuſandus à culpa, & dolo, vnde non aget, *d. l. ſi fundo, ff. de euict. probat Rip. in d. §. voluntatem numer. 21. & ante eum Dec. conſ. 74. col. pen. verſic,* Non obſtat ſecundum fundamentum, nam ad emptorem pertinet probare, quod notoriè conſtaret de non iure venditoris, non autem ad venditorem, qui ſi fuiſſet interpellatus, occaſionem habuiſſet ſe defendendi. *Rube. in d. §. morte. num. 736. Burg. in d. c. fin. num. 6. & Couarr. in d. c. 17 ſub num. 6.* & hæc verior videtur, quicquid in contrarium ſenſerit. *Crau. conſ. 83. num. 8. & conſ. 179. num. 6.* Niſi tamen emptor probet de ſcientia non iuris venditoris tempore litis motæ, quo in caſu tenetur venditor etiam ad duplum, vt per *Couar.* in loco præallegato.

60 Item intellige, ſi emptor lata ſententia rem reſtituerit, ſecus autem, ſi bonam fidem agnoſcens ante ſententiam rẽ reſtituat, quoniã tunc non facta denunciatione venditor non tenetur ad duplum, quamuis emptor probauerit de iniuſtitia venditoris, & per cõſequens de iuſtitia euincentis *leg. habere licere, ff. de euict. & ex mente Imol. voluit Couarr. d. loco num. 6 probat Gutierez in d. c. 61 ſub num. 18, verſic. inter quas opiniones, qui in verſ.* Et reſolutiò breuiſſima id latius, modo quo ſupra, declarat,

61 Decimotertio limitatur, quando res euicta eſſet per hypothecariam, quia tunc emptor abſque denunciatione agere poteſt contra venditorem ad intereſſe ex illo capite quia res non fuit ſibi liberè tradita *Ang. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. poſt Iacob. Butr. in l. ſi tibi C. de euict. Alex. in conſ. 63. lib. 6. ſcribentes in l. ex iis prædiis. C. de euict. tradit. Maran. de ordin. iud. par. 6. in 5. membr. tit. de laud. nu. 4.* Quod tamen declara, vt *ibid. per Foller. in addit.* vt ſcilicet agi quidem poſſit, antequam res euincatur, vt res euincatur, vt res obligata libera tradatur, non autem agi de euictione, in qua de neceſſitate requiritur denunciatio, vt ibi per eum quem videas, & nos dicemus alibi in hoc ipſo tractatu.

62 Decimoquarto limitatur non procedere, & ſic denunciationem non requiri, quando quis factus fuit procurator in rem ſuam *Dec. conſ. 106. num. 21.*

63 Decimoquinto limitatur ſibi non tribuere, quando venditor promiſiſſet de euictione quomodocunq; res euinceretur, quia tũc venditor de euictione tenetur, etiam ſi non fuerit lis denunciata, *Bal. Imol. Alex. & poſteriores in leg. ſi domus, §. de euictione, ff. de l. 1. gloſ. & Bald. in l. cum pœna, ff. de arbitr. Alex. in l. filius à patre, §. vlt. ff. de lib. & poſth. Dec. in rub. extra de probat. nu. 12. Aret. in l. ex duobus col. 12. ff. de dub. reis, Alex. conſ. 4. lib. 3. Sac. in l. quidam relegatus num. 5. ff. de reb. dub. Burg. in dicto cap fin. numer. 14. de empt. & vendit. Aretin. in §. fin. Inſtit. eod. Curt. iun. conſil. 1. numer. 2. Goz. ad. conſil. 1. numer. 19. & conſil. 14. num. 22. & conſ. 63. num. 3. Tiraquell. qui alios adducit de retract. lignag. §. fin. in fin. numer. 67.*

64 Sublimitatur præcedens limitatio, vt locum habeat, quando venditor ſciuit litem eſſe motam, ſecus ſi ignorauit, ſecundum *Couar. dicto c. 17. ſub num. 7.* Vel procedit quoad pretium rei venditæ, & non quo ad intereſſe, vel quoad duplum,

65 Decimoſexto limitatur, vbi venditor eſſet in dolo, & de dolo conuenitur *Greg. Lopez in gloſ. magna in l. 32 tit. 5 part. 5,* vt quia vendidit rem pro libera, & erat feudalis, vel emphiteotica, fideicommiſſaria, vel alicui obligata; quia tunc emptor dicitur deceptus, ideò agit ad pretium, & damna ſine denũtiatione *l. ſeruus, §. ſi ſciens, ff. de act. empt. Alex. conſ. 67. lib. 3. & conſ. 63. ſub numer. 11. verſic. fortificatur lib. 6. vbi adden. in ver. concludit Dec. d. conſ. 102. in fin. Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 407. afflict. deciſ. 278.* per
66 rotam, & dicam latius ſuo loco. Vel cauſata fuerit culpa & facto venditoris, quo etiam in caſu denuntiatio non eſt neceſſaria *Crau. conſ. 83. num. 2. & ſeq. & n. 6. & conſ. 179. n. 6.* vbi quod vẽditor probare debet, quod ſi ei facta fuiſſet denunciatio habuiſſet iura, per quę ſe tueri potuiſſet.

67 Emptor tamen probare debere rem obligatam, vel dolum venditoris *Adden. ad Alex. in d. conſ 63 in verſic. concludit lib. 6.*

68 Decimoſeptimo limitatur, vt non procedat, quando is, cui denunciatio fieri debet eſt pupillus, quia non tenetur, ſi commodè fieri non poteſt datio tutoris, ex quo denunciatio nõ fit ad conſtituendũ in mora, ſed ad conſeruandã ius emptoris, *Caſtr. con. 240. col. 2 verſ. & ideo eſt ratio li. 1.*

69 Declaratur procedere quando agitur de conſeruatione iuris emptoris quo ad pretium *Caſtr. d. conſ. 240 ſub nu. 2. verſic.* ex quibus ſequitur, *qui num. 3.* addit, quod imò etiam quo ad pretium procedunt præmiſſa, quando pœna eſt promiſſa purè in caſu euictionis, ſecus ſi conditionaliter, prout ſi in caſu euictionis promiſerit ſoluere pretium infra breue tempus duorum dierũ, & ſi non ſoluerit promiſerit etiam pœnã dupli, quia ex quo pœna requirit moram dicto in caſu, neceſſaria eſt formalis renunciatio.

70 Decimo octauo limitatur non habere locum, quando venditor, qui aſſerit de euictione non teneri, ex quo lis ei non fuit denunciata, nihil allegat rationi conſentaneum contra ius illius, qui euincit, tanquam ſua non interſit. *Imol. in cap. fin. in fin. de empt. & vendit. Alexan. in l. non ſolum, §. morte nu. 47. ff. de nou. oper. nunc. & in l. 2. §. voluntatem n. 14. ff. ſol. matr. & conſ. 67. lib. 3. Rip. in c. cum M. Ferrarienſis. ſub num. 166. verſic. quarto fallit de conſtit. & in d. §. voluntatem. nu. 20. Alex. in conſ. 63. n. 10. in fin. & nu. 11. lib. 6. Crauet. conſ. 83. num. 6. & conſ. 179. num. 6. Rebuff. de dilat. art. 5. gloſ. vnic. n. 37. Natt. conſ. 232. nu. 5. Gratian. diſcept. lib. 2. cap. 354. num. 33.*

71 Contrarium tenet *Dec. conſil. 74. & Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 17. num. 7.* vbi in ſpecie reprobat *Crau. Villalob. in ſuis commun. opin. in ver. Emptor n. 42.*

72 Sed prior ſententia verior eſt, & magis communis vt teſtatur *Alba in conſ. 318. num. 43. conſ. 325. numer. 6. conſ. 417. num. 16. conſ. 514. num 9. & conſ. 552. nu. 4.* vbi, quod concludenter probandum eſt pro parte venditoris, quod ſi renunciatio facta eſſet, emptorem defendiſſet, & dicam latius in hoc eodem tractatu.

73 Decimonono limitatur, vt nempè denunciatio hæc fieri debeat venditori, non autem fideiuſſori, ſiue procuratori *l. auctore vbi Bald. Cod. de euict. idem Bald. in l. libera colum. final. verſicol. quæro nunquid, C. de ſent. & interloc. omn. iud. l. minor, §. ſi ſeruus, ff. de euict. l. item veniunt, §. petitam ff. de petit. hæred. Rebuff. d. art. 5. gl. vnic. n. 28. & 31.*

74 Primò ampliatur etiam procedere ſi procurator ſit generalis, vt per Areſtum 52 in ſtilo Parlamenti, & hoc

ſi ven-

ſi venditor ſit præſens, alioquin contra *gloſ.in capit. fin. de empt.& vend.leg.1.§.mulier,ff de ventr.inſpic.*

Secundo ampliatur, vt nec etiam fieri debeat poſſeſſori bonorum, ſed venditori, aut eius hæredibus *l.emptor fundi,C.de euict.*

75 Vigeſimo limitatur, vt licet emptor de euictione agere non poſſit non facta litis denunciatione, agere tamen valeat actione ex empto aduerſus venditorem, vel eius hæredes, quia tradidit rem alieni obligatam, ſiue obligatio fuerit pura, ſiue in diem, vel ſub conditione *Aug.in l.1.§. ſi hæres,ff.ad Trebell.poſt Bar.in l.cum ſtipulatus ſim mihi & Proculo,ff.fin.de verb.oblig.idem voluit gl.in l.qui rem, C.de euict.Io.Andr.in addit.ad Spec.in tit.de empt.& vendit.§.1.in addit.quæ incipit,quia hic §.Bald.in l. ex conuentione in fin.ff de pact.*

76 Sublimitatur, niſi venditor vel eius hæres ſit in dolo, vt in *l.1.& l.tenetur,§.fin.& l.emptorem ff.de act. empt. Affl. in c.1.n.3.ſi de feud.vaſall.*ab aliquo fuerit interpella.

77 Vigeſimoprimo limitatur, vbi venditor cum procuratore, & aduocato dedit informationes, & ſponte defendit cauſam, nam tunc euicta re, de euictione tenetur *Affl. d.c. 1.n 4.ſi de feud.vaſall.fuer.ab aliquo interp.*

78 Vigeſimoſecundo limitatur, quando venditor addiecit, quod quotunq; modo res euincatur, non teneatur vt in *d.l.emptor,§.fin.cum legib.ſeq.ff.de act.empt.*

79 Declaratur procedere quoad effectum exigendi intereſſe, non autem quoad prætium, quia hoc omni caſu reſtitui debet *Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.in princip ff. de verb. obl. Brun.conſ.96 Rebuff.ad conſtit.Gail.tit. de dilat. nr.5. gloſſ. vnic.n.50.Couar.var.reſol.lib.3.cap.17.n.2. Rube. in l. non ſolum,§.morte n.444 ff.de non.operis nunc. vbi de communi teſtatur,& conſ.52.pract.Papien.in for. libell.vendit.in gl. promittens in princ.Hugo Douell.de pign. pag. mihi 311. ad fin.*amplians etiam, quando venditor omninò voluit liberari ab onere euictionis, *Burgoſ.in d.c.fin.col.9. de empt.& vendit.& latius dicemus in q.ſeq.*

80 Cæterum *Rube.in d.§ morte n.447.hoc intelligit,*niſi nominatim expreſſum ſit, quod nec ad pretium obligari voluit, probat *Couar.var.reſol.lib.3.d.c.17.n.2.* dicens eo caſu, quo nominatim expreſſit, emptori, obligari ad factum certæ perſonæ, aut ex certa cauſa, nec ad pretium, illa perſona, aut cauſa euincente, ad tradita per *Doct.in l.qui libertatis,ff.de euict.Rom ſing.582.Marſil. ſing.656. Burgoſ. in d.cap.fin col.9.Aret.in §.action.inſtit.de act. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta n.11.ff.de verb.oblig.de communi Rube.in dicto §. morte num.445.* Quamuis contrarium defendat *Rebuff. d. artic.5 gloſ.vnic.num.51. Summ. Angelic. in verb. euictio §.23.*

81 Idem cenſet *Rebuff.in d.gl.vnic.n.52.* ſi tradatur inſtrumentum cum proteſtatione, quod alias non vult teneri, niſi de ſuo facto *Soc.in tract.fallen.reg.437.*

82 Pari modo, quādo certa cauſa euictionis fuerit expreſſa, vt puta ſi dicatur, nolo teneri ex cauſa petitionis hæreditatis, vel ſi fuerit factum pactum, quo prædixerit, ſe nolle teneri etiam ad pretium *d.l.libera,Bal.in l.1.C. de peric.& commod.rei vend.& in l.non dubitatur,C.eod.§ iurſ. quibus mod.feud.amit.Aufr.ad Capel.Tholoſ.q.460.Rebuff. in d.gl. vnic.num.53.* qui reſoluunt expreſſa perſona, aut cauſa euincente, tunc euictionis actionem non ſupereſſe, communem aſſerit *Couar.var.reſol.lib. 3.cap.17.*qui tamen falſum cenſet, quatenus de pretio agitur, *Hugo Douell.vbi ſupra pag.315.*

Concluditur itaque eum, qui noluit de euictione teneri, pretium reſtituere obligari, licèt taxatiuè pro ſe tantū, & hæredibus promiſerit per *tex. reputatum ſingularem in d.l.emptorem,ff.de act.empt.*quem ad hoc notabilem dixit *Iaſ.in l.ſtipulatio iſta habere licere n. 11. ff. de verb. oblig.* & nos dicemus in particulari quæſtione.

Non tamen omitto, quod *Iaſ.in loco proximè citato,* concluſionem deſumptam ex dicta *l.emptorem,§.fin.& gl. communiter recepta in l.non dubitatur, C.de euict.* nempe pactum, quod euictione quis non teneatur, ſcienti tem euinci non procedere, niſi cauſam exprimat *Felyn.in cap. ſi diligenti n.23.de for.compet.*

83 Limitat non habere locum, niſi etiam expreſsè de pretio cautum ſit, quia nec ad pretium obligabitur, vt ibi per illum *tex.præſertim in §.fin. ibi,* niſi forte quis omnes conuentiones recuperet.

84 Vigeſimotertio limitatur quando venditor nouit litē motam, & inſtrumenta ad cauſæ defenſionem ſpectantia penès ſe habet, & illa non exhibuit, quia tunc tenetur vltra defendere etiam non interpellatus, ſecundum *Bald. in dicta l.1.C.de peric.& commod.rei vendit. Adden.ad Capel. Tholoſ.in deciſ.408.in tertia lim. & Burgoſ.in d. c.fin. n.11. de empt.& vend.Rip.in l.1.§.voluntate n.29.ff. ſol.matr.*

85 Sed contra tenetur *Rip.in d.§.voluntate ſub n.18.& Caball.de euict.§.3.n.71.*ex quo leges denuntiationem, ac interpellationem requirentes, hunc caſum non excipiunt, nec ideò nos excipere debemus.

86 Quod ego non admitterem, quando venditor penès ſe ſcripturas ad cauſam facientes habens, illas ſaltem non exhibet, ex dicto per *Rip.in dicto §. voluntate n. 29.*

87 Vigeſimoquarto, limitatur quando venditor non tantum agnouit litem, ſed etiam illam perſecutus, ſollicitatoriſque officio perfugens, defendere procurauit *Affl.in c.1. n.10.ſi de feud.vaſall.*

88 Vigeſimoquinto limitatur in fiſco, & minore, qui non tenentur denuntiare actori ſuo litem motam, & ſecuta euictione agere poſſunt aduerſus auctorem ſuum. *Rub. Alex.in d.§.morte n.704.Pereg.de iur.fiſc.lib.6.tit.4.n.39.*

89 Vigeſimoſexto limitatur, quando venditor promittit emptorem defendere, & obligat ſe de euictione, etiā ſi per iniuriam iudicis res euincatur *Angel.conſ.176.incip.* præmittendum eſt ad euidentiam vbi declarat hoc pactum intelligi, quando per ignorantiam iuris, vel facti iudicis euinceretur, quia iudex ſeruato iuris ordine proceſſit; ſecus autem eſt, ſi prætermiſſo ordine iuris iudex procederet, & res euinceretur, quia dicto caſu vigore talis promiſſionis venditor non obligatur, ſequitur *Dec.conſ.74.n.2.et Guttierez,de iuram.confir p.1.c.61.n.17.*

90 Vigeſimoſeptimo limitatur, quia ſi facta eſt legitima denunciatio venditori, quamuis emptor non produxerit inſtrumenta, & ſe non defendat, tenetur tamen venditor, quando non fecit ipſe, quod debuit. *Ioan.de Anan.in conſ. 38.in fin. vbi Bolognin.in addit.*idem firmat, quia ſi venditor denunciatus non ſuſcepit litem ſibi imputet *Rebuff. de dilat.art 5.gl.vnic.n.7* Quod, ego non probo per ea, quæ dicam hic in fine.

91 Vigeſimo octauo limitatur, quando conſtat de iuſtitia euictionis, & emptor omnem defenſionem poſſibilem fecit, vt illam euitaret, quo caſu emptor agere poteſt de euictione etiam non facta denuntiatione litis vēditori, *Alex. conſ.63 n.12.lib.6 Cou.var.reſol.lib.3.c.17.n.6.Rota in cauſa Bononien.euictionis 5 Decembris 1605. coram bon.mem. Litta.& deciſ.630.ſub n.4.p.1.in recent.* vbi etiam dicitur, quod fideiuſſor, qui ſoluit pro aliquo principali debitore agere poteſt pro releuatione indemnitatis contra debitorem, & eius hæredes, etiam non facta intimatione moleſtiarum, quando nihil releuans opponere poterat, per *tex.in l.ſi fideiuſſ.ff. mandu.* cum adductis in Romana pecuniaria 20.Iunij 1589. coram Card.Pamphilio.

92 Sciendum eſt tamen in omnibus caſibus, in quibus diximus, venditorem non teneri de euictione, non ideo excuſari, quominus tradat emptori inſtrumenta & documēta, quibus cauſa inſtrui, ac defendi poſſit, & litem tueri, & munite *l.inſtrumenta,C.de commiſſ.Bald.in Margar. in ver. euictio in prima q.Rebuff.in d.art.5.gl.vnic. n.49.*

93 Quod intellige quoque, licet lis non fuerit denunciata,

vt

vt per *Rub. Alex. in d. l. non ſolum, §. morte nu. 433. & ſeq. ff. de non. oper. nunc.* vbi dicit hoc caſu magis dari actionem de dolo.

94 Item nota, quod denunciatio ad defendendam ſolum eſt neceſſaria, quando quis ageret ad intereſſe, ſecus, vt ſaluum ſit ius primæuum, *Crau. conſil. 83. num. 4.*

Præterea notandum, quod etiam ſi emptor denunciet
95 ſolemniter, & cum requiſitis neceſſarijs litem motam venditori, adhuc tenetur cauſam proſequi, alias agere non poſſet de euictione, *l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit.* ibi, & non abſente emptore contrarium pronunciatum eſt, vbi *Bal. col. 2. verſ. vlt. oppono. Paul. de Caſtr. in d. l. 1. num. 1. & num. 2. pract. Papien. in for. libell. in cauſ. vendit. in gl. promittens numer. 8. Capyc. in deciſ. 106. Gutierez. de iurament. confirm. p. 1. cap. 61. num. 8. & 12.*

96 Quamuis aliquando emptor, cui eſt mota lis poſſit bonam fidem agnoſcere, & agere de euictione nulla facta denunciatione *Afflict. deciſ. 49. Capye. deciſ. 106. Put. deciſ. 178. lib. 3. Rauen. ſing. 190. Maran. in Specul. p. 6. tit. de laudatione numer. 16. Decius conſil. 74.* quoniam emptor appellare, aut tergiuerſari non tenetur, quando fouet iniuſtam cauſam *Gom. Leo. deciſ. 19. inter deciſ. diuerſ. to. 1.* alias ſecus, *Natt. conſ. 208. lib. 1.*

ARGVMENTVM.

Litis motę denunciatio, quo tempore fieri debeat venditori.

Et an quando emptor ob non factam denunciationem agere non poteſt de euictione, poſſit pretium repetere.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiatio litis ſecundum aliquos facienda eſt ante ſententiam, & concluſionem in cauſa.*

Sed quod imo fieri poſſit tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, habetur, num. 2.

Declaratur prima ſententia non habere locum in agente ex cauſa lucratiua, quia tunc fieri debet ante ſuſceptum iudicium, & litem conteſtatam, num. 3. & 6.

Niſi tamen remiſſa ſit denuntiandi neceſſitas, num. 7.

4 *Denunciatio fieri debet tempore legitimo, & congruo, vt ſaluum ſit ius venditori faciendi ſuas defenſiones.*

Et ante publicationem proceſſu, num. 5.

8 *Denunciatio fieri omiſſa in prima inſtantia fieri poteſt in cauſa appellationis.*

9 *Denunciatio litis, quibus verbis concipiatur remiſſiuè.*

10 *Denunciatione in facienda ſtatuitur tempus iudici arbitrarium.*

Et qualiter eius arbitrium regulari debeat, ibid.

11 *Denuntiatio vbi fit, acta, & copia iurium, quæ ab actore producta ſunt, venditori tranſmittuntur expenſis emptoris.*

12 *Venditor denunciatione facta poteſt comparere, & aſſiſtere liti, & ſuſcipere totum iudicium in ſe omnibus inuitis, quando totum periculum ſpectat ad ſe abſque tamen nouatione.*

Et de ratione, ibid.

15 *Venditor, vt conſtituatur in mora circa litis aſſumptionem, præcedere debet proteſtatio.*

Fallit reſpectu pupilli data ſcientia venditoris. numero 14.

15 *Fideiuſſor non tenetur de euictione, quando principali venditori, vel eius heredibus non fuit principaliter proteſtatum de lite, & iudicio euictionis.*

16 *Primo fallit ſtante iuramento.*

17 *Secundo fallit, quando renunciauit priuilegio fideiuſſorum.*

18 *Fideiuſſor euictionis cum iuramento tenetur ſtatim habita ſcientia de lite mota illam in ſe aſſumere abſque denunciatione, alias tenetur ad pœnam.*

18 *Fideiuſſor promittens litem in ſe aſſumere, tenetur illam aſſumere quoties opportunum fuerit.*

20 *Emptor recuperat pretium etiam ſi ab eo denunciata non ſit lis venditori.*

21 *Diſtinguit in hac quæſtione author duos caſus.*

22 *Primus eſt, quando venditor dixit nolle teneri de euictione, quo in caſu tenetur ad pretium.*

Declaratur num. 23. 24. 25. 26.

27 *Secundus eſt caſus, quando tale pactum non interceſſit inter emptorem, & venditorem, quo caſu ſcienter emens rem alienam agit ad pretium.*

Contrarium habetur, num. 28.

Quæſt. V.

1 QVo autem tempore denunciatio fieri debeat, alia eſt inſpectio. Et ſanè ſecundum aliquos facienda eſt ante ſententiam, & ante concluſionem in cauſa, vt venditori ſuperſit tempus ad defendendum, ita *Bartol. in l. concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg. 3. per text. in leg. ſi rem, Cod. de euict. vbi gloſ. & Bartolus declarant Felyn. in capit. cum dilectus in princ. de fid. inſtr.* Et quia concluſio claudit viam probationi, nec mirum, ſi tunc non prodeſt emptori denunciare.

2 Sed quod denuntiatio fieri poſſit donec durat iudicium, ſeu lis tam in prima quam in ſecunda inſtantia videtur *text. in l. ſi rem, §. fin. cum ibi not. ff. de euict. Oldrad. conſil. 255. ſub numer. quarto, verſ. hinc eſt,* & ratio aſſignatur, quoniam emptor habet ex cauſa neceſſaria, & iura venditoris ſunt ſalua.

3 Inquit tamen *Abbas in conſilio 45. videtur primo nu. 2. verſic. Nec obſtat lib. 2.* quod ſufficit, ſi fiat ante ſententiam, declarans in legatario, & quocunque agente ex cauſa lucratiua fieri debere ante ſuſceptum iudicium, vt ibidem circa fin. verſic. præterea ex alio, *Bar. in d. l. concubinam, §. ſi heres, Corſett. in ſing. in verſ. denuntiatio, Capell. Tholoſ. in deciſ. 408.*

4 Verum, quod denuntiatio facienda ſit tempore legitimo, & congruo, vt venditori ſaluum ius eſſe valeat faciendi ſuas defenſiones, & eo tempore, quo integra ſunt iura ipſius defenſionis, adhuc videtur *text. in d. l. ſi rem, quam §. final. Bald. in leg. libera colum. fin. Cod. de ſenten. & interloc. omn. iudic. Felyn. in capit. cum M. Ferrarienſis numer. 163. & 164. de conſtitut. Alexand. conſil. 117. in princip. lib.*
5 7. hoc eſt ante publicationem proceſſus. *Couarr. variar. reſolut. lib. tertio capit. decimoſeptimo numer. 8. Gomez. de contract. cap. ſecundo colum. 3. Marant. de ord. iudic. parte 6. tit. de lauda, numer 5. & ibid. Foller. in addit. Papien. in forma libell. in cauſ. vendit. in gloſ. permittemus numer. 8.* qui
6 hoc declarat, vt ſupra, procedere, quando conuentus habet cauſam oneroſam, ſecus ſi lucratiuam, quia hoc ſecundo caſu denuntiatio fieri debet ante litem conteſtatam, ſecundum *Dyn. & Bart. in d. leg. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de l. 3. Ioan. Andr. in c. fin. de empt. & vendit. Cyn. in l. quoniam, C. de euict.*

7 Quod verum eſt, niſi ſit remiſſa denunciandi neceſſitas, vt ſæpè fieri ſolet in inſtrumentis, *leg. Herrennius, ff. de euict. Benedict. Capr. in reg. 87. num. 227.* & quatenus fieri omiſſa ſit in prima inſtantia, fieri poterit in cauſa appellationis *Conar. dicto cap. 17. num. 8.* vbi de magis receptа ſententia teſtatur cum Igneo *pract. Papienſ. vbi ſupra*

Gomez dicto cap.2.Rebuff.in tit.de dilat.artic.5.gloſs. vnic.
num.29. vbi hoc declarat, dummodò ius actoris factum
non fuerit detectius per d.l.ſi rem,§.final.vbi gloſ.ff.de euict.
Marſil.in praxi,§.ſequens quæſtio num.18.& 19. Amanell.
ſing.139.numer. 1. Maſuer.in rubr.de empt.verſic. Item ad
hoc, vt emptor.

9 Quibus vero verbis concipiatur, latè dictum fuit in
præcedenti quæſtione, ac tradit Mari.Socin.ſen. in capit.
quoniam frequenter,§.quid ſi ſuper num.27. vt lit. non con-
teſtat.Bart.in l.non ſolum,§.morte numer. 48. Alexand.nu.
42.Iaſ.num.38.gloſs in Clementin.cauſam de elect. quam ibi
ſequuntur Canoniſtæ.Felyn.in cap. cum M.Ferrarienſis num.
63. vbi etiam Rip.num.163. Rubeus in dicto §.morte numer.
674.& ibidem Claud.de Seiſell.numer.93.Mar.ant. dicto tit.
de laudæ.numer. 12. Craſſ. inter commun.opinionem relatus
tom.4.loc.12.inter Miſcellan.cap.34.verſic. quæro vlterius,
10 pro qua facienda, ſtatui debere tempus induci arbitra-
rium dixit Socinus ſenior in dicto §. quid ſi ſuper numer.26.
Rebuffus ad conſtitutionem Gal.tit. de dilat. artic.3.gl. vnic.
num. 8. quo loci etiam notat, qualiter eius arbitrium re-
gulari debeat, ibidemq;num.12.

11 Cæterum acta, & copia iurium, quæ producta fuerint
ab actore moleſtante, expenſis emptoris præſentari de-
bent, qui tenetur expectare exitum litis pro illarum refe-
ctione,ſeu reſtitutione,vt per Theſaur.in deciſ.218.numer.
2.& 3. & tunc debentur expenſæ tanquam damnum, &
intereſſe,Cuman.conſ.29.quidam Gionterinus circa fin. ver-
ſic.vnde tenet,& videndus eſt Bal.in leg. 2. ſub num.7. ver-
ſic.modo pone,C.de ſenten.quæ ſine cert.quantit.
12 Quare venditor pro ſuo intereſſe poteſt in iudicio com-
parere facta ſibi denunciatione litis motæ, & illi aſſiſtere,
ac defendere abſque tamen nouatione, l.ſi plus §. mota,ff.
euict.& leg.1.cum ibi notat.per gloſs.& Doct. in ſpecie Bald.
& Salyc.C.de pact.& conuent.rei vendit.leg. 3. & ibi Bar-
tol.ff.ſolut.matrimon.leg.denunciaſſe.in princip. vbi Dyn. &
Bartol.ff.de adult.facit leg ſi parentes,ff.de euiction. leg.ſi ſu-
ſpecta,§.1.ff.de inoffic.teſtamen. & probationes inducere,
ſaltem ſi emptor non induxerit Innocent. in cap. cum ſu-
per,extr.de re iud. & notant plenè Bartol.Doctor. in l.ſi per-
luſorio,§.1.ff.de appell.& Bald.& Angel.in d.leg.ſi ſuſpecta,
§.primo, etiam actore inuito, quando totum periculum
ad eum ſpectat. Alba conſil.216.numer.4.lib.2. Gabr.conſ.
34.numer.4.lib.2. vbi quod qui de euictione tenetur, co-
gitur defendere conuentum cauſatiue, quia habet regreſ-
ſum contra eum, nam poſt denuntiationem factam per
eum, cui res euincitur, ſententia contra illum lata præ-
iudicat ei, cui eſt denunciatum ipſo iure abſque alio pro-
ceſſu, vt per eundem Albam in conſil.374.numer.21. lib.
3. licet ſecus accidat ea non facta, cum vt venditor con-
13 ſtituatur in mora,circa litis aſſumptionem præcedere de-
beat proteſtatio ſecundum magis communem opinio-
nem, de qua per Dec.conſil. 74. ſub numer. 2. & Rubeus in
repet.leg.non ſolum,§.morte nu. 682.ff. de nou.oper. nunia-
14 tione. Quod tamen fallit reſpectu pupillorum data ſcien-
tia venditoris de lite mota, quo caſu ille conſtituitur in
mora ſi litem in ſe non aſſumat abſque aliqua intimatio-
ne,ſeu proteſtatione ſecundum Bald. in l.1.num. 9. verſic.
in dic,C.de pericul. & commod.rei vendit.per l.in minorum,
C.de in integrum reſtit. minor. quem ſequitur Roman. in dict.
leg.non ſolum,§.morte ſub num.10.verſic.prima niſi,& ibid.
15 Alex.col.15.verſic.ſexto declaratur. Prout nec tenetur fi-
deiuſſor de euictione, quando principali venditori, vel
eius heredibus non fuit proteſtatum de lite,ſeu denuncia-
tum,ſicuti de iure requiritur ad tex.in l.emptor. C.de euict.
vbi Salyc.& Bald. capit.final.vbi Abbas, Butr. & Imol.de
16 empt.& vendit.Dec.dict.conſil.74.num.1. Quæ concluſio
limitatur primo ſtante iuramento per ea, quæ dixi in præ-
cedenti quæſtione num.91.& ſequentibus.
17 Secundo fallit, vbi fuit renunciatum beneficio fideiuſ-
18 ſorum. Rot.Bononienſ.in deciſ.77.num.40.in recentior. ete-
nim vbi adeſt iuramentum, venditor tenetur ſtatim litem
in ſe aſſumere abſque denuntiatione, alias tenetur ad pœ-
nam, Anton.de Butr. & Imol. in gloſs. 3. in capit. breui
de iureiuran.Bauer.in tractat. iurament. column. ſexta, &
19 dixi in dicta quæſtion.tertia, & præſertim ſi in ſpecie ita
promiſerit Rota Bonon. in loco præadmonito numero vi-
geſimo primo.

Sed quæro, An quando emptor ob denuntiationem
venditori non factam agere non poteſt de euictione poſ-
ſit pretium recuperare?

20 Pro affirmatiua opinione tenet Dec. in conſilio 102. in
fine.

21 Verùm diſtinguendi ſunt duo caſus.

22 Primus eſt caſus,quando venditor fecit pactum ſe nol-
le teneri de euictione, & tunc licet venditor quoad pœ-
nam conuentam,vel intereſſe occaſione euictionis ſecutæ
non teneatur, nihilominus tenetur ad pretij reſtitutio-
nem ad text.in leg.emptorem, §. qui autem cum §.ſeq. ff. de
act.empt.

23 Intellige primo non procedere,quando expreſsè actum
eſſet,quod non teneatur etiam ad pretij reſtitutionem d.
§.qui autem,& ibi Bart.

24 Secundo intellige non habere locum in diuiſione, in
qua ſit actum neminem de euictione teneri, quia cum
quilibet videatur in ſe ſuſcipere periculum,non tenebitur
quiſquam ad pretij reſtitutionem, gloſ. eſt ſingularis in
leg.ſi familia, Codic.famil.herciſcund.& ibi Bart. & com-
muniter Doctor. & per nos dicetur in particulari quæ-
ſtione.

25 Extendas idem procedere in contractu emptionis,
ſi duo inſimul venderent, videlicet vnus alteri vnam rem,
& alter alteri, & dicerent, ſe nolle teneri de euictione ra-
tione prædicta Alex.in addit.ad Bartol.in d.l.emptorem,§.
qui autem,ff.de act.empt.

26 Tertio intellige ſibi tribuere, quando pactum factum
eſt in genere à quocunque euinceretur, ſecus ſi in ſpecie,
puta à Seio, quia tunc non tenetur ad pretium, eſt text.
in leg. qui libertatis, ff. de euict. ſecundum Roman.in ſingul.
382.ſi vendo. Gloſs.Angelus Fulgoſius, Salycetus, Paul.de
Caſtr.& Barbat.in dict.leg.emptorem, §.vlt. Bald. & Salyc.
in l.1.Cod.de peric.& commod. rei vendit. Marſil.ſing.656.
Burgoſ.in capit.final.num.15.de empt & vend.Afflict.quib.
mod.feud.amittatur, §.Rurſus ſi fidelis, numer.32.& Aret.
in §.actionum numer. 22. Inſtitut. de act. & eſt communis
opinio, vt latius dicam ſuo loco. Et ratio differentiæ eſt,
quia vbi in genere venditor dicit nolle de euictione tene-
ri, non potuit emptor certus eſſe de cauſa euictionis, nec
de iure,quod alteri ad rem venditam competere poterat,
ideò non eſt æquum, nec iuri conſonum, quod pretium
amittat, quod ſecus eſt, quando in ſpecie euictionis cauſa
exprimitur, quia emptoris culpæ attribuitur, ſi, ante-
quam emit, diligentiam non adhibuit ad inquirendam
euictionis certitudinem, & ea ratione nec pretium pete-
re poterit re euicta ſicuti ſcribit Bal.in d.leg.qui libertatis,
vbi Odofred.declarat hoc procedere, quando in ſpecie
venditor titulum, & cauſam euictionis exceperit, & ita
vult non ſufficere ad pretium amittendum exceptionem
cauſæ alicuius generaliter expreſſam, nempe libertatia,
niſi expreſsè excipiantur cauſæ, & nomen tituli ſcilicet li-
bertatis ex titulo teſtamenti Sempronij, prout colligitur
etiam ex Bart.in d.leg.1. cuius contrarium tenet Couar.var.
reſolut.lib.3.cap.17.

27 Secundus eſt caſus, quando tale pactum non interceſ-
ſit inter emptorem,& venditorem, quo caſu ſi quis ſcien-
ter emerit rem alienam, poteſt pretium repetere, quãuis
venditor quoad damna, & intereſſe de euictione non te-
neatur,ſic Aret.in l.ſi aliquam rem,ff. de acquir. poſſeſſ. per
l.vlt.§.fin.C.com. de leg.qui tamen text. non obſtat, cum
ibi

ibi n on fuerit empta res aliena ſimpliciter, ſed res venditoris reſtitutioni tamen ſubiecta occaſione fideicommiſſi ini u nđi, additur, *sext.in l.emptorem.§.vlt.ver.ibid.att, ff.de act.empt.* qui nec etiam reſiſtit, quoniam ibi emptor non habuit malam fidem, nec ſcientiam rei alienæ etiam ſi conſenſerit legi à venditore dictæ, qui ita conuenerit, ne euictione teneatur. Et ideò.

38 Contraria ſupradictæ eſt opinio, quod emptor rei alienę cum mala fide, & certa rei alienę ſcientia non poteſt de euictione agere etiam ad pretij reſtitutionem, *ſic Iaſ. & recentiorns in l.fin.§.fin.C.commun. de leg.Io.Lup.in rub. de donat.inter virum & vxorem,§.65.nu.53. & Couar.variar.reſolut.lib.3.dict.cap.17.numer.1. & 2. & in verſic.ad eam quæſtionem,et probatur in l.ſi fundum, Cod.de euict.* de quo Deo dante dicemus inferius in hoc tractatu in particulari quæſtione.

ARGVMENTVM.

Clericus laudatus, an pro defenſione teneatur comparere coram Iudice laico, ſeu forum emptoris declinet, & ſic petere poſſit remitti ad ſuum Iudicem?

SVMMARIVM.

1 *Clericus laudatus vel neceſſarius defenſor emptoris forum declinare non poteſt, & de ratione num.5.& 7.*
Ampliatur, num.8.
Contrarium habetur. num.9. vbi de magis communi, ac veriori.
Refertur opinio Io.de Imol.num.11.
Et reſpondetur contrarijs.num.12. & ſeqq.
2 *Actor laudatus, licet apud eundem Prætorem ad expenſas, et intereſſe conueniri debeat, emptor tamen agere tenetur coram Iudice rei venditę.*
4 *Clericus quando venit ad iudicium, vt defenſor laici, non habet locum ſtatut um de compromiſſi ea ratione quia declinari non poteſt iuriſdictio.*
6 *Ius tertij defenſoris comparentis in iudicio regulatur quoad executionem iudicij à iure principalis litigatoris.*
10 *Defenſor neceſſarius comparens in iudicio poteſt opponere exceptiones competentes tam ex perſona ſua, quam eius, pro quo comparet.*
Declaratur. num.16.
13 *Plura in iure licent fieri ex quadam conſequentia, quę ſi principaliter agerentur, prohibita forent.*
14 *Regula cum quid de reg.iur. in ſexto procedit inſpecto fine, non autem ſi modus inſpiciatur.*
15 *Clericorum cauſę reſpectu ipſorum non ſunt ſpirituales.*
17 *Cauſa agenda eſt coram procuratore fiſci, ſi fiſcus vult emptorem defendere.*
18 *Eccleſia comparatur fiſco, et eius vtitur priuilegijs.*
Et qualiter hoc intelligatur ibid.
19 *Fiſcum, et Eccleſiam forum mutare qualiter intelligatur.*
Et quid in clerico, ibid.
20 *L.venditor ff.de iud.locum non habet in fiſco.*
Et de ratione ibid.
21 *Refertur Areſ.concordia inter dictas opiniones.*
A qua licet diſſentiat Caballin. num.22.
Eam tamen probarunt plures, num.23.
24 *Verum auctor plures diſtinguit eaſus.*
25 *Clericus, quando principaliter conuenitur, et in eo ſubſtantiatur iudicium, ſemper remittitur ad ſuum Iudicem.*
26 *Clericus, quando tanquam actor laudatus comparet pro ſuo intereſſe ad emptorem defendendum, et ante litem cęptam ſeu conteſtatam dicit ſe nolle iudicari à Iudice laico, remittitur ad Eccleſiaſticum.*
Et de ratione, ibid.
27 *Clericus habens directum dominium rei, et conuento emphyteuta, vel vaſallo comparet, et dicit ſe velle ad ſuum Iudicem remitti eſt remittendus.*
28 *Clericus, qui rem poſſidet, in qua executio eſt attentata vigore ſententię Iudicis laici aduerſus illius actorem laicum latę, et illi ſe opponit, ad ſuum Iudicem eſt remittendus.*
29 *Iudex laicus cognoſcit, an clericus poſſideat, vel ſit deſiſtendum ab executione, licet non poſſit vlterius progredi, conſtito de tenuta, et poſſeſſione.*
30 *Clericus, quando non eſt actor laudatus, ſed à Colono nominatus in dominum remittitur ad ſuum Iudicem.*
31 *Clerici, et laici vbi eadem eſt cauſa, clericus vna cum laico remittitur ad Epiſcopum.*
Ampliatur procedere etiam in delictis. num.32.
33 *Perſona miſerabilis coram quo conuenietur, remiſſiue.*

Quæſt. VI.

1 CONtrouertunt Doctores. An clericus, qui pro defenſione rei venditæ cogitur comparere coram Iudice laico, coram quo emptor moleſtatur, poſſit declinare forum, & petere cauſam remitti ad ſuum Iudicem. Et negatiuè reſpondendum videtur per *text.in l. venditor, ff. de iudic.leg.1.Cod.vbi in rem act.tradit Abb in cap.ſ.quoniam frequenter, §.fin.num.28.vt lit non conteſtat. Ancharan.in cap.ſignificaſti num 15. de foro competent.et in cap. ea, quę queſt.17.num.21.de reg.iur in ſexto, Burgoſ. in cap.fin.num.16.in fin.de empt. et vendit.Gomez.de contract.ca.2.colum.3.Barbat.in dicto cap.fin.colum fin.Afflict.in cap.1. numer.33.ſi de feud vaſall.Capyc.deciſ.197.num.7. Miſinger.ſing.obſeru.cent.1.obſeru.22.ad fin.Gail obſeruat.lib.1.obſeruat.37.num.8.et 9. qui de veriori teſtatur, et in Camera recepta opinione, Maran.de ord.iud.par.6.membr.5.tit.de lauda,numer.6.Caguol.in d.l.venditor num 8. Anguſol.conſ.19. Rimin.conſil.422.num.1.et ſequ.lib.4. Honded. conſil. 25.nu.14 et 15.et infra lib.1.facit text.in leg.minor.ff.de euict.Re-*
2 *buff.dilat.art.5.gloſ.vnic. num.6.* dicens, quod licet laudatus apud eumdem Prætorem, ad expenſas, & intereſſe conueniri debeat, tamen emptor agere tenetur coram Iudice rei venditæ nominato, ſi ipſe remitti petat, quod firmat etiam. *Imbertus Rupellanus lib.1. inſtitut.forenſ.§.1. in princ.* eſt enim reus neceſſarius hoc caſu, & ideò coram ſuo Iudice conueniendus ſecundum iuris principia, quibus actor ſequitur forum rei, ad quem defendendum, ſi poſtea accedat clericus, quia eſt voluntarius, litique ſe offerens, declinare nequit iuriſdictionem, quemadmodum nec cæteri, qui ſi ſua intereſt, citati comparent, vt per *Socin.ſen.in reg. 10. fallent. final. Rebuff. in concord.tit. fol.ſeſſageſimo ſeptimò, poſt Cępol. cautel. 68. Affl t. deciſ. venteſima quarta, numer.ſecundo et 268. Iaſon in leg.teſtamenta omnia numero ſecundo, et tertio, Cod. de teſtament.Gomez.de contractib.capit.ſecundo, column ſecunda,* qui huic venditorem dicit etiam non vocatum ad iudicium poſſe liti aſſiſtere, illamque defendere, ſi velit, facit, quod tradit *Blanch. de compromiſſ. quæſt. tertia, numero 49.* cum dixit hoc caſu locum non habere ſtatutum de compromiſſis celebrandis, quoniam declinari iuriſdictio non poteſt.

Quodque clericus veniens ad iudicium ad defenden-

Digitized by Google

dum emptorem, declinatoriam opponere non valeat, de
veriori,& receptiori teſtatur *Soc.ſen.in conſil 91. num. 11.
& 14.lib.3. vbi poſt Florian.* firmat, ſententiam hanc in
praxi eſſe receptam, ſecundum quam etiam decidit *Ma-
rian.ſen.in c quoniam frequenter numer.127. vt lit.non con-
teſt.* communem pariter inquit *Suuan. conſil.49. num.45.
Couarr.pract.quæſt.c.2. num.2.& 3. & cap.8.num.2. Boer.
deciſ.69.num.27.& 30.* vbi dicit ſeruari de conſuetudine,
& plures refert *Capycius dicta deciſ.197.numer.7.*qui di-
cit de iure hanc opinionem procedere poſt *Ang.in l.ſi cui
§.idem Imperator.ff.de accuſat.& in l.tantum. §.illud.ff.iud.
ſolut.*vbi limitat,quando vt clericus conueniatur, in ſecu-
larem fuit facta venditio. Et ratio eſt prædictæ opinionis,
quia ob comparationem defenſoris in iudicio, actor fieri
non debet deterioris conditionis, vt *in l.3.§.defendi, ff.ex
quibus cauſ.in poſſeſſ.eatur, quem text.* pro hac opinione
induxit *Soc.in d.conſil.91.num.11. & in dicto cap.quoniam
frequenter,* vbi etiam adducit notata in *cap.fin. vt lit.pen-*
6 *dent.* Vbi quod ius tertij defenſoris comparentis in iudi-
cio regulatur quoad executionem iudicij a iure princi-
palis litigatoris,citat *Innocent.in capit. cum ſuper de re iu-
dic.& Anchar.* qui hanc tenuit ſententiam in reg. ea quæ
de reg. iuris, ac denique adducit pro hac opinione *Ioan.
Andr.in d.cap.quoniam frequenter, §.quod ſi ſuper, Caball.
de euict.§.3.num.119.& ſequentibus, qui nu.122. qui addit
poſt Alexand.Bald.& alios,* quod ſi iudex Eccleſiaſticus
7 inhiberet Iudici laico, ne in cauſa procederet, ſed cleri-
cum ad ſe remitteret, ad vlteriora tamen in cauſa proce-
dendum eſſet, cum eo caſu iudex Eccleſiaſticus iuriſdi-
ctionem non habeat, vt inquit *Socin.in d.conſ.91. in fin.li.
3.Rim.iun.& Honded.in locis præcitatis.*
8 Ampliatur dicta concluſio, vt procedat etiam, quando
clericus venditor in initio, & antequam iudicium contra
emptorem ſit inchoatum, comparuit, vt quicquid voluit
*Dec.conſil.700.num.9.& Aretin.in rubric. de except.ſub n.
20.verſic.in ſic dictas ſenſerunt Soc ſen.dicto conſ 91.col.fin.
verſic.non obſtat poſtremo Conar.pract.quæſt.capit.8.ſub nu.
3.verſ.idemque erit Cagnol.in d.l.venditor n.14. Caballin.in
dicto §.3.numer.122. & Honded.dicto conſil.25. num.17.li-
bro primo.*

Contrarium,nempè, quod immò clericus poſſit decli-
9 nare forum, in ſpecie tenuit *Specul.in tit.de primo, & ſe-
cundo decreto, §.rectat verſicul.quid ſi clericus,* vbi voluit
clericum comparentem in iudicio ad ſuſcipiendum in ſe
litem,& cauſam opponere poſſe exceptionem incompe-
tentiæ, & petere quod cauſa ad ſuum iudicem remitta-
tur,ſequitur *Aretin.in §.actionum, inſtitut. de act.& in ru-
bric.de except.ſub num.20.verſic.ex his,* firmans ita obſer-
uari,& addit ita tenuiſſe Ang.ſibi contrarium in *dicta leg.
venditor per gloſ.in cap.clericum 11.quæſt.1. quamuis Abb.
in dicto cap fin. num.8.* cum citet in contrarium partem,
idem *Abbas in capit. quoniam in verſic. & hæc faciunt ad
quæſtionem vt lit.non conteſtat. Angelus in l.non ſolum, §.
quod vulgo, ff.de vſucap.& Paul.de Caſtrenſ.* ibidem, qui
ſcripſit ſecum ex ſua perſona hoc idem facere poſſe, per
notata *in leg.3 Cod.de iure fiſci, vbi Ioan.de Plat.*id expreſ-
sè firmat, ſequitur *Decia de Clerica loquens in conſil. 700.*
de veriori, & in practica ſeruata opinione teſtatur *Boer.
dicta deciſ.69. num. 17. ſupra quæſtione in fin.* & ſic deciſum
in plurimis cauſis in Regio Conſilio Neapolitano dicit
Grammatic.in deciſ.21.num.2.& 9.qui numer.10. eam di-
cit magis communem, veriorem, & receptiorem ſen-
tentiam, cum qua tranſire quoque viſus eſt *Abbas in
dict. capit. finali,* quatenus referr ad ſe *Specul. in dicto §.
reſtat. & Butr. vt teſtatur idem Abbas in dict. cap. quo-
niam frequenter §.fin. numero 28. iterum Angelus in leg. ſi
ſuſpecta numero 1.ff.de inoffic.teſtamen.Siluan. conſil.49.nu.
42.qui cæteros refert.*

Comprobatur ex eo,quod tradit Angel.Aretin.in d.§.
10 actionum,vbi inducit text. & Bart.in l.idemque, §.quali-
ter,ff.mandat.quo in loco probatur, defenſorem neceſſa-
rium comparentem in iudicio poſſe opponere exceptio-
nes tam ex perſona ſua, quam eius, pro quo comparet,
competentes, *Bart & Doct.idem tradunt in l.ſi auctor, ff.de
procurat.Decius conſil.finali num.6.eſt text.in l.ſi pactum,C.
de euict. cuius meminit Socin. in dicto conſil. 91.ſub numer.
10. verſic.ſecundo lib.3.*
11 Cæterum *Imol.in l.non ſolum,§.quod vulgo de vſucapion.*
dixit, dictas auctoritates ſolum admitti poſſe, quando
iudicium nequit fundari in perſona rei conuenienti, vt
quia eſſet colonus clerici, aut alterius priuilegiati,qui iu-
dicium in ſe ſuſcipere vult, ſequitur *Alexand. de Nen.in
conſil.55.* nam alias ſi poteſt in eo fundari,& iudicium in-
ſtitui, quia nempe non nunc proprio poſſidet, prout em-
ptor,& ſimiles,iudicium mutari non poteſt, vt in *l.vendi-
tor, ff.de iudic.& in leg.1.Cod. vbi rem act. & in l.emptori,
Cod.de euict. vbi Bald.* aſſerit clericum venditorem non
poſſe perimere forum, ſic, & *Salyc. in dicta l.1. & Flor.in
dicta leg.venditor,*dicens ita de conſuetudine obſeruari,&
voluit *Angelus in dicto §.quod vulgo,*hanc vti communem
ſequitur *Socin.in dicto conſ.91.col.pen.& in ſi.vltimo dubio
lib.3. & facit. Aret.conſ.33.col.2.*
12 Et ad *cap.ſi diligenter de foro competent.* in quo princi-
paliter ſe fundant contrarium tenentes, aſſerentes hoc in
caſu Iudicem ſecularem in effectu cognoſcere de cauſa
clerici, eumdemque condemnare, ſi reum emptorem
condemnet quoniam eo ipſo clericus venditor de eui-
ctione obligatur, vt dixit *Ancharan.in dicta reg.ea,quæ &
Angelus in dicto §.quod vulgo,* cum dixit clericum hoc ca-
ſu a Iudice laico incidenter iudicari, quod fieri non po-
teſt, per *capit.qualiter,& quando de iudic.& capit.ſi Iudex
laicus de ſentent. excommunic. libr.6.* vnde quod vna via
prohibetur, alia admitti non debet *cap.cumquid de regul.
in ſexto,* clericus enim dicitur res ſpiritualis, vt per *Cano-
niſt.in cap.at ſi clerici de iudic.*quem nec principaliter, nec
incidenter Iudex laicus iudicare poteſt *capit. tuam, & ibi
gl.& Doct de ordi.cogn.*

Reſpondetur verius hoc caſu Iudicem laicum ſolum
cognoſcere de cauſa emptoris laici rei principalis,ſub cu-
ius iuriſdictione eſt, & ad quem ſpectat iudicare. Vnde
cum principaliter de iure ſecularis agatur, & quod prin-
cipaliter agitur attendendum ſit, non eſt quod clericus
conqueri poſſit, licet incidenter, & in quandam conſe-
quentiam de iure ſuo agatur, cum plura in iure liceat ex
quadam conſequentia fieri, quæ ſi principaliter ageren-
13 tur prohibita forent *leg.1.ff. de auctor. tut.l.interdum.§.qui
furem,ff.de fur.iuncta l.ſolemus,ff.de iud.* & in ſpecie, quod
præiudicium reſultans ex ſententia iudicis laici non con-
ſideretur, deducitur ex *c.cum ſit generaliter. cum ibi not.de
for.competen.* vbi ſi Clericus laicum conueniat, illum con-
uenire debet coram iudice laico cuius ſententia lata in
fauorem laici clerico nocet, ergo idem in caſu ſupradicto
dicendum eſt.
14 Non etiam obſtat regula cum quid de reg.iur. quia
procedit inſpecto, fine, non autem ſi modus inſpicia-
tur, quo inſpecto, vna via prohibitum, alia concedi-
tur, id explicat *Dominic. Gemin. & Abb. in cap.tuę. de
procurat.* Sed iura prohibent clericum forum ſeculare vo-
cari, & ibi iudicari, quando videlicet ducitur inuitus, &
tamquam reus, & de illius iure principaliter agitur
quando volens comparet in iudicio, & non principaliter
vocatus defendens emptorem, in quo ſubſtantiatur
iudicium.
15 Nec videtur verum cauſas clericorum reſpectu ipſo-
rum eſſe ſpirituales,cum ſi id concederemus,numquam
iudex laicus his cognoſcere poſſet, & nihilominus, vt di-
ctum,contrarium habetur in d.c.cum ſit generale.
16 Non etiam mouet quod dicitur, defenſores ſcilicet
neceſ-

Digitized by Google

neceſſarios opponere poſſe omnes exceptiones compe-
tentes ex perſona ſua.

17 Quoniam, vt dixit *Socin. in d. conſ. 91. in fin. verſ. non ob-
ſtat*, id procedit quoad exceptiones peremptorias, ſeu
etiam dilatorias reſpicientes in rei conuenti defenſio-
nem, non autem fori declinatoriam, quia hæc ſolum com-
petit reo originario, contra quem principaliter iudicium
dirigitur ex præmiſſis, neque obſtare videtur *l. 3. C. de iur.
fiſc. lib. 10. vbi gl.* notat, cauſam agitandam coram procu-
ratore fiſci, ſi fiſcus vult emptorem defendere, atque itā
in eo locum non habere *leg. venditor. ff. de iudic. firmat. Io.
de Plat. & ſequuntur Paul. de Caſtr. in d. l. venditor, & ibid.
Cagnol. num. 16. Soc. conſ. 46. lib. 4. Dec. d. conſil. 700. Capyc.
dec. 197. Pereg. de iur. fiſc. lib. 7. tit. 1. nu. 9. quare Io. de Plat.*
vbi ſupra, dicit idē procedere in Eccleſia, & perſonas Ec-
cleſiaſticis, ſeu etiā pupillis, & alijs ſimiliter priuilegiatis.

18 Quia argumentum prædictum ex *Plat.* ſolū concludit
in Eccleſia, quam fiſco comparari, & illius frui priuilegijs
notatur in *l. ſi proc. iunct. gloſ. ff. de iur. fiſc. Canoniſ. in c. 2. de
precar.* clericos autem fiſci priuilegij frui, aut eccleſiæ niſi
in caſibus a iure expreſſis nullibi ſcriptum reperitur, vt
notatur *in c. ſi. de vit. & honeſt. cler. in c. litt. de pign. & in c.
quā quā de cenſ. lib. 6. gl. Butr. & alij in c. ſi dilig. de præſcrip.
ſic reſpondet Burgoſ. in d. c. fin. col. antepen. de empt. & vend.*
quæ ait, quod, & ſi verum ſit fiſcum, & eccleſiam forum
19 mutare, non tamen idem dicendum eſt in clerico.

Reſp. præterea in caſu illius *text.* ideo fiſcum forum mu-
tare, quia res fuit ab eo vendita minoris, quam ab eo alie-
nare debui, quare ipſemet fiſcus pignoratitia actione o-
bligare potuit, vt *in l. 1. & 2. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib.
10.* quod & in quolibet priuato creditore qui procedit
prior conueniri debet, emptor verò in ſubſidium, vt in *l.
1. & ibi gl. C. ſi vend. & pig.* agat, & ex quo ibi conueniri
principaliter fiſcus debuit, potuit forum mutare, vt dixi-
mus in Colono eccleſiæ, aut clerici. Vel etiam videtur dici
poſſe in illo caſu reum conueniri, quia minoris emit à fi-
ſco. Nō ergo mirum fiſcum litem mouentem forum mu-
tare. Non tamen ſic eſt in propoſito quia reus non con-
uenitur ex eo, quod emerit a fiſco vel ab eccleſia, ſed quo-
niam res, de qua agitur, eſt actoris.

20 Quinimo, quod *d. l. venditor.* non ſeruetur in fiſco tenet
*Bald. in d. l. 3. col. 2. verſ. item non obſtat C. de iur. fiſc. Aret. in
rubr. inſtit. de except. num. 17. latè Soc. in d. conſil. 61. lib. 3. Co-
uar. pract. qq. c. 8. num* 3. quibus accedit *Fachin. contro. iur.
lib. 2. c. 38. ſub lit. D. & Theſaur. deciſ. Pedem. 213. numer. 3.*
Ratio adducitur, quia fiſcus iure priuatorum, vtitur præ-
terquam in caſibus expreſſis, & exceptis ſecundum *gloſ.
in l. item veniunt, §. in priuatorum, ff. de peti. hæredit. Decian.
conſ.* 5. ergo idem dicendum eſt in re, de qua agitur. Non
enim id expreſſum, vel exceptum habemus in fiſco con-
ſtitutum.

21 Pro concordia dictatum opinionum *Aret. in dict. rubr.
de except. num. 20. Verſ. Tu dic, & Dec. conſ. 700. num. 9.* di-
cunt primam opinionem admitti poſſe, quando clericus
ad iudicium fuit vocatus pro defenſione rei conuenti
poſt litem cœptam, & conteſtatam, quo caſu iudicium
immutari nequit, neque deterior fieri agentis conditio.
At ſecus quando ante litem conteſtatam ipſe cauſæ de-
fenſurus comparet.

A qua concordia licet diſſentiant *Soc. d. conſ. 91. col. fin.
22 verſ. non obſtat poſtremo. Conar. d. c. 8. ſub num. 3. verſ. idem-
que erit Cagnol. in d. l. venditor nu. 4. Caballin. in d. §. 3. num.
122. & Honded. conſil. 25. num. 17. libro 1.*

Nihilominus ea probarunt *Rimin. iun. in d. conſ. 422. n.
13. & 14. libr. 4.* dicens probabilem eſſe cum ante litem
conteſtatam plura concedantur in cauſis, quæ poſtea
prohibeantur ad notata in *l. edita, C. de edend. Marcheſan. in
tract. de commiſſ. p. 1. commiſſ. auoc. cauſ. c. 2. num. 22. & 24.
in prima impreſſ. & parte 2. capit. 4. ſub num. 47. ibi*, ſed pro
facilitori Scacc. de appell. quæſt. 7. ſub n. 123. verſ. & moueo
primo cæterum.

23 Sed quo clarior res reddatur aliqui ſunt conſtituendi
caſus.

24 Primus eſt, quando clericus à laico conuenitur, vt pro
euictione condemnetur, quo in caſus Clericus remittitur
ad ſuum iudicem, & quod dicitur principaliter conueniri
& contra illum porrigitur libellus: nam quando princi-
paliter conuenitur pro ſuo intereſſe, & in eo ſubſtantia-
tur iudicium, ſemper remittitur ad iudicem eccleſiaſti-
cum, vt per *Anchar. in d. cap. ea, quæ quæſt. 17. in fin. Ang. in
d. leg. non ſolum, §. quod vulgo, ff. de vſucap.* vbi quoque ait,
quod nominatus in iudicio à Colono poteſt forum de-
clinare, & agentem trahere ad iudicem eccleſiaſticum
*Abb. in cap. fin. §. fin. num. 28. extr. vt lit. non conteſtat. Dec.
conſ. 77. n. 6. & ſeq. Barbat. Caſt. & cæteri, quos adducit Rim.
iun. d. conſ. 522 nu. 6. Cagnol. in d. l. venditor, ſub nu. 23. Hon-
ded. d. conſ. 25. num. 16 lib. 1.*

25 Secundus eſt caſus, quando clericus tanquam actor
laudatus comparet pro ſuo intereſſe ad emptorem de-
fendendum ante litem cœptam, ſeu conteſtatam, dicit, ſe
nolle iudicari a iudice laico, ſed remittendum ad ſuum
iudicem Eccleſiaſticum, & tunc iudex laicus nihil poteſt
contra eum ſtatuere, ſed illum remittere debet ad iudi-
cem eccleſiaſticum per tradita per *Specul. in d. tit. de pri-
mo, & ſecun Decre. §. reſtit. verſ. quid ſi Dominus verſ. ſeqq.
per text. in d. c. ſi diligenti extr. de for. compet. in l. placet, C.
de epiſc. & cler. & in §. aliud quoq. capitulum in authent. de
ſanctiſſ. epiſc. & rationem ponit gl. in cap. clericus nullus 11.
26 q. 1.* quia per laudationem authoris non fit clericus de fo-
ro ſæculari, cum ſit de iure diuino, & a iuriſdictione illius
omnino exemptus Vnde iudex laicus eſt penitus incapax
huiuſmodi cognitionis, vt per *gloſ. in c. Imperator. 96. diſt.
quam pro ſing. ſequitur Abb. in d. c. ſi diligenti, & in c. eccle-
ſia ſanctæ Mariæ in princip. de conſtit. & in c. fin. extra de ſo-
lut. in c. propoſuiſti de conceſſ. præben. & in c. 1. extr. de con-
ſuetud. Card. in ca. perpendimus col. 5. extr. de ſent. excomm.
Aret. Dec. Capyc. Grammat. Foller. Rimin. iun. Marcheſan.
cæteri ſuperius adducti, numer. 9. &* 23. Quicquid ſecus ſit,
quando comparet poſt litem cœptam, & conteſtatam,
quo caſu procedere poſſunt contrarium tenentes.

27 Tertius caſus eſt, quando clericus habet directum do-
minium rei, & conuento emphyteuta, vel vaſallo clericus
comparet, ac dicit, ſe pro ſuo intereſſe velle illum defen-
dere, ſed coram ſuo iudice, & tunc ad eccleſiaſticum eſt
remittendus. *Specul. in d. tit. de primo, & ſecundo Decreto,
§. reſtat videre Anchar. in d. cap. ea quæ q. 17. Surd. conſ. 396.
ſub num. 35. & 36. lib. 3.*

28 Quartus caſus, quando clericus, qui rem poſſidet in
qua executio eſt attentata vigore rei iudicatæ a iudice
laico aduerſus illius authorem laicum latæ, & ad ſuam
poſſeſſionem defendendam executioni ſe opponit, &
tunc cum talis clericus non dicatur defenſor voluntarius,
ſed neceſſarius ex quo, & coactus, & non vltro principali-
ter ſe offert, vt alium impediat, ad eccleſiaſticum iudicem
eſt remittendus. *Anchar. in c. ea quæ quæſt. 17. ad fin. verſ.*
qua ratione dicendum eſt generaliter *de regul. iur. in 6. qui
infert in caſu l. fin. C. de euict. Diu. Adr. tollen.* quod ſi com-
paret tertius clericus pro ſuo intereſſe remitti debet ad
ſuum iudicem *Dec. conſ. 700. n. 7. Barbat. conſ. 84. lib. 4 Ca-
gnol. in d. l. venditor n. 19. de iudi.* ex quo enim clericus poſ-
ſidet, & ſic eſt reus, & non actor *iuxt. dec Grammat. 61. in
princip.* qui poſſidentem facit reum, coram ſuo iudice vti-
que remitti debet *c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, & nullus,
iudicium extr. de for. competent. conferunt ſcripta per Ang.
de legit. contradict. quæſtion. 3. numer. 185. in ſpecie Petrus
de Anchar. quem refert Barbat. in capit. ſignificaſti col. pen.
verſic. poſtremo quærit hic Dom. Petrus in terminis Puipur.
in conſ. 26. per totum lib. 1. qui reſpondet Aufrer.* qui con-

B 3 tra-

Digitized by Google

trarium voluit in repet. *Clem.1. in ſecunda reg.col. 1. verſ. decimo fallit de offic.ord.& Anch.in conſil.333.ſub numer. 1.& ſeq.*

29 Quintus eſt caſus, quando dubitatur, num iudex laicus ad effectus cognoſcendi, an clericus poſſideat, ſi competens, vt ſic ſciat, an procedendum ſit, vel deſiſtendum in executione, & tunc dicitur cognoſcere poſſe, licet non valeat vlterius progredi conſtito de tenuta, & poſſeſſione clerici, ita declarat *Purpurat.in d.conſ.26. num.5. conſilium Ancharan.333. & dicta per Anfrer.in dict.Clement.1. col. 5.de offic.ord.*

30 Sextus eſt caſus (primo ſuperius poſito proximus, quãdo clericus nõ eſt actor laudatus, ſed a Colono dominatus in dominium, & tunc, quia Colonus poſſidet domine domini in iudicio nominati, nec iudicium ſubſtantiatur in perſona Coloni, ſi dominus clericus comparear, & petat cauſam remitti ad ſuum iudicis eccleſiaſticum, audiendus erit *Angel.& Imol.in d.leg.non ſolum, §.quod vulgo,ff.de vſucap.Petr.de Anchar.in d.c.ea, quæ in 17.quæſt. de reg.iur.in 6.Abb.in c.fin.§.fin.nu.28.extr.vt lit. non conteſta.Dec.d.conſil.700.num.6.& ſeq.Natt.conſ.324.Rip.in c.2.num.24.de iud.Caballin. de euict.§.3.num.121. optimè Mar.Soc.ſen. in c.quoniam frequentior.§.fin.in ſecundo prin. art.in 4.quæſt.extra vt lit.non conteſta. Rimin.iun. in d.conſ. 422.numer.8.11.& 12. libr.quarto, Surd.d.conſil.396.numer.37.lib.3.*

31 Septimus caſus eſt, quando eadem eſt cauſa clerici, & laici, & iure quodam inter eo indiuiduo clericus vna cum laico remittitur ad Epiſcopum, & ratione clerici laicus quoque coram illo debet conueniri ſic *Bartol. in l. præcipimus, §.eo obſeruando, Cod.de appell.ſequitur Iaſon in l.Imperium col.3.ff.de iuriſd.omn. iud..Abb.in cap.quanto in primo notab.extr.de iudic. Alciat.in l.2 in princ.nu.38.ff.de*

32 *verb.oblig.* quod in delictis patratis a laicis procedere videmus, inter quos ſi adſit vnus clericus, qui petat ſe remitti ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, laici omnes cum illo ad eumdem remitti debent. *Socin.ſen.in cap.2. coll.15. fall.8.de muta.peti.& in ca.1.col.8.declarat.15. de for.compet.Marſu.ſing.18.Soc.iun.conſ.34.col.1.lib.2.Ferrat.caut. 10.Rim.iun.d.conſ.422.n.9.& 10.lib.4.*

33 Quid autem dicendum ſit in perſona miſerabili. *Caballin.de euict.§ 3. numer. 121. & Marcheſan.* licet loquatur in diuerſis terminis dicta *p.2. de commiſſ. auocat. cauſ.caſ. 4.num.33.*

ARGVMENTVM.

Venditorem, cui fuit lis denunciata regulariter ſequi forum emptoris, & illum defendere teneri citra nouationem, & ex ſua perſona non poſſe declinare forum, & propterea ſententiam formandam in perſonam ipſius emptoris oſtendunt.

Et quid quando lis denunciata non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, contra quem agitur ex cauſa euictionis tenetur ſequi forum emptoris, & num.ſeqq. vbi quod non poteſt forum ipſum declinare.*
Ampliatur, vt ibid.num.2.
3 *Primo limitatur non procedere in clerico remiſſiuè.*
4 *Secundo limitatur in fiſco.*
5 *Tertio limitatur, quando venditor comparet, vt procurator in rem ſuam, vbi declaratur.*
6 *Quarto limitatur, quando priuilegiatus venit principaliter ad iudicium pro intereſſe ſuo.*
7 *Venditor denunciatus quando comparet, vt ſimplex defenſor non poteſt nouare iudicium, & in ſuam perſonam transferre.*
8 *Tenetur tamen defenſionem ſuſcipere requiſitus.*
9 *Venditor iudicium ſuſcipiens ab actore non poteſt recuſari, dummodo non moueat iudicium.*
10 *Sententia in cauſa euictionis formatur in perſonam emptoris.*
11 *Sententia lata cum emptore non nocet venditori, cui lis non fuit denunciata.*
Fallit, quando inſimul cum emptore fuit quoque citatus venditor, num.12.
Primo ſublimatur, & quando venditor, & emptor ſimul poſſident, & ambo probationes faciunt, & cauſam defendunt ſecus ſi venditor cauſam non defendat, n.13.
Et de ratione, num.14.
Sed contra per Rip.num. 15.
Prima tamen opinio probatur, num.16.
Secundo ſublimitatur, quando euictio fuit promiſſa cum iuramento, num.17.

Quæſt. VII.

1 Regulariter autem venditor contra quem agitur de euictione, tenetur ſequi forum emptoris, *l.venditor ff. de iud.* quod etiam procedit quoad legem, & ordinem fori, quo in caſu ſtatuta, & leges fori emptoris atten-

2 di debent tam circa ordinem, quam circa deciſionem. *Bald.conſ.460.ſub nu.5. verſ.item certum eſt libr.4.* & ideò veniens ad iudicium pro defenſione emptoris obijcere non poteſt declinatoriam fori, ſed in foro emptoris cum defendere tenetur *d.l.venditor, & leg.1. vbi Petr.& Cyn. not.Cod.vbi in rem act. Bald.Fulgoſ.& Paul. de Caſtr. in d.l. venditor, vbi Cagn.num.8.Petr.de Anchar.conſ 183. col.1. verſ.ſecundo hoc probat.Bar.conſil.119. Aſſlict. deciſ. 227. num.ſecundo Socin. iun. Rebuff. & alij adducti per Caballin. de euiction. §. 3. numer.118. Houded. conſil.25. numer.13. lib.1.*

Quæ regula limitatur pluribus modis &

3 Primo in clerico, intelligendo, vt diximus in præcedenti quæſtione.

4 Secundo limitatur in fiſco venditore, qui euocat cauſam ad iudicem ſuum *leg.3. vbi gloſ in verſic.ſi autem contra emptorem.C.de iur.fiſc. lib.10. l.cum vẽdente l.ad fiſcum & tot tit.C.vbi cauſ.fiſca.l.1. & l.2.Cod.ſi aduerſ.fiſc. Corn. conſ.79 Soc.conſ.91.col.fin.lib.3.& conſ.46.column.1.lib.4.* quos refert, ac ſequitur *Cagnol.in d.l.venditor ſub num.17. vbi ex Paul.de Caſtr.de receptiori teſtatur.*

5 Tertio limitatur, quando venditor tamquam procurator in rem ſuam, & pro ſuo intereſſe animo nouandi iudicium, & liberandi emptorem comparet, quo in caſu admittitur etiam actore inuito. *Bald.in l.1.in fin.Codic.vbi in rem act. & Paul. de Caſtr. in leg. ſolutionem. ff. ſolut. & Cagn.in d.l.venditor num.9.Natt. in conſ.360. numer.2.* vbi hoc intelligit, quando venditor vult ſuſcipere iudicium perinde, ac ſi poſſideret, ſecundum *Ang.in l.ſed, & ſi lege,§.Item ſi rem col.fin.ff.de petit.hered.& Paul. de Caſtr.in l.ſi actor circa princ. ff. de procur.* qui ait, quod tunc venditor promittere deberet rem reſtituere, licet eam non poſſideat, ſub pęna, per *not.in l.3.§ fin.ff.de alien. iud. mutant.cauſ. fact.* quod vbi ſupra comprobat ex *Bald.in d. l.ſi actor ad fin.ff.de procur.* cum dixit, quãdo venditor bene poteſt comparere prout procurator in rem ſuam, &

pro

Digitized by Google

pro ſuo intereſſe, & ex ſua perſona opponere exceptiones, non tamen comparere poteſt animo nouandi, & liberandi emptorem ab inſtantia, & iudicio inuito actore. *Hond. d. conſ. 25. n. 8.*

6 Quarto limitatur, vt locum non habeat, quando priuilegiatus venit principaliter ad iudicium pro ſuo intereſſe, vt puta emphyteuta conuentus à laico, aut Colonus clerici, qui conuentus in iudicio nominat clericum dominum, qui venit ad defendendum directum dominium, & ius ſuum pro intereſſe ſuo principali, nam in caſu remittendus eſt ad proprium iudicem, vt per *Afflict. in dec. 15. 216. & 217. Cagn. qui cæteros refert in d. venditor nu. 19. & dixi in præced. quæſt. 27. & infra.*

7 Licet, vt dictum, quando venditor comparet vt ſimplex defenſor, non poſſit nouare iudicium, & in ſuam perſonã transferre rem ad ſuum iudicem trahendo *Cagnol. in d. l. venditor num. 20. Franc. Marc. deciſ. 293. num. 1. part. 2. vbi de communi Caballin. in d. §. 3. num. 120.* tenetur tamen defenſionem ſuſcipere, vbi ad id denunciatus, & requiſitus

8 fuerit ab emptore, *Ceph. conſ. 168. ſub num. 15.* cum venditor ita ad defenſionem admiſſus non conſideretur, vt principalis, ſed vti aſſiſtens emptori, & illius defenſor, *Soc. ſen. d. conſil. 91. ſub numer. 14. verſ. vel tertio libr. 3. Cagnol. in d. l. venditor ſub num. 11. verſ. ſed hæc: Ceph. dict. conſilio 168. ſub num. 16.* vbi ait, quo defendere, eſt idem agere, quod dominus ageret, neque ideò poteſt ab aduerſa-

9 rio recuſari dummodo nolit iudicium nouare, ſed ſolum idem agere, quod reus agere deberet, eiuſque vices gerere, vt ex *Petr. Cyn. & alijs in l. 1. C. vbi in rem act. Bartol. in l. liberto, §. fin. ff. de neg. geſt. & alijs relatis ſcripſit Ceph. d. conſil. 168. num. 23. Hond. d. conſ. 25. num. 8. lib. 1. qui numer.* 9. addit in tantum id eſſe verum, quod ſententia in cauſa

10 proferenda formanda non in perſonam venditoris cauſam defendentis, ſed in perſonam emptoris, vt poſt *Bal. in d. leg. libertos, §. fin. ſenſit Imol. in l. à ſententia num. 1. verſ. ſi autem comparet pendente, ff. de appellat. Natt. conſil. 630. num. 4.*

Sed pone quod emptor, & venditor in ſimul pro indiuiſo poſſident fundum, & aduerſus emptorem actum eſt de euictione à prætendente in fundò prædicto ius habere quæritur quid iuris quoad venditorem, cui non fuit lis denunciata.

11 Prima facie dici poſſe videretur, ſententias latas cum emptore non nocere authori, cui facta non fuit litis denunciatio, atque ita venditorem de euictione non teneri *l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. l. emptor, & l. ſi Parentes, C. de euict.* cum concordantibus, de quibus per *Marant. de ord. iudic. in 5. membr. 6. par. in titul. de laudat. & plenè fuit dictum ſupra in quæſt. 3.*

12 Sed in contrarium facit, quod regula prædicta denunciatione facienda non procedit, & limitatur, quando in ſimul cum emptore fuit quoque ab euincente citatus venditor, ad tradita per *Alex. in l. 2. §. fi. in 3. limit. ff. ſol. matr. Anton. de Burg. in c. fin. in 4. caſu extr. de empt. & vend. & Capyc. in deciſ. 106.*

13 Quæ limitatio primo ſublimitatur, vt locum habeat quando emptor, & venditor ſimul poſſident, & ambo pariter probationes fecerunt, & vtiliter ſe defenderunt, quo in caſu ſi ſequatur euictio, venditor de euictione condemnari poterit non obſtante denunciatione non facta; lit eſt ſublimitatio non caret ratione, quia cum author fuerit in iudicio, & cum emptor ſe defenderit, dicitur feciſſe, id quod tenebatur, *Ceph. d. conſ. 168. ſub n. 16.* nec eſt, quod emptori imputetur. Secus vero vbi auctor citatus non comparuit, & in eius contumaciã fuit factus proceſſus, & lata ſententia, & ſic ceſſat ratio gl. quæ tenet pro validitate ſententiæ, quia videlicet author ſe defendit, & emptorem, & ita intelligi debet *Alex. nempè ſecundum gl. quam allegat, prout & Anton. Butr. et alij, qui gl. ſequuntur,* vt aduertit *Socin. ſen. in d. l. 2. §. fin. in 3. limit. 2. ff. ſol. ma. tr.* addens hanc limitationem, ſeu potius ſub limitationem veram eſſe, cum quia ceſſat ratio *l. pro fundo §. fin. eod. tit.* tum etiam quoniam denunciatio fit ad effectum, vt actor veniat, & defendat, ſed quando venditor conuentus non comparet, & defendit, tunc dici poſſet denunciationem requiri, vt venditor certiorem reddat emptorem de iuribus, quibus vti poſſet pro defenſione litis ſibi motæ, iuxta quæ tradidit *Bart. in l. emptorem, ff. de euict. & dixi in dict. quæſt. 3.*

15 Bene verum eſt, quod *Rip. in d. § fin. in 4. limit.* aſſerit idem eſſe quando venditor eſt contumax, cum ſit inſimul condemnatus, & ita opponere non poteſt de denunciatione ſibi non facta, quia emptor de euictione agit tanquam res fuerit euicta ab ipſo venditore, ob eius contumaciam, & negligentiam *arg. l. ſi ideo ff. de euict.*

16 Tamen opinio prædicta non procedit. Etenim vbi condemnetur actor euincenti in contumaciam, facile concedi poteſt, hanc contumaciam operari ad euincentis fauorem, qui non euincit à venditore, vt dicit Rip. ſed ab ipſo poſſeſſore, cuius onus erat probandi, ſeu denunciandi venditori.

Secundo ſublimitatur, vt non procedat quando facta eſt euictionis promiſſio cum iuramento, quia hoc caſu ſufficit ſóla ſcientia, vt inquit *Alexan. in d. §. fin. quem ibid. ſequitur Iaſ. Barbat. in d. cap. fin. vbi etiam Ant. Burg. in 3. caſu de empt. & vend. Capyc. d. deciſ. 106. ſuper quo videas quæ dixi in d. quæſt. 3.*

ARGVMENTVM.

Euictio quo tempore debeatur, & exerceri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Euictio per venditorem promiſſa debetur lata ſententia, & executa contra Caballin. & Ruin.*

Primo ampliatur, vt procedat etiam ſi dictum ſit quod lite mota emptor recuperet pretium, n. 2.

Secundo ampliatur, etiamſi res vendita ſit alteri obligata, n. 3. fallit n. 4.

Tertio ampliatur, vt ſecuta euictione per ſententiam, et executionem, poſſit emptor nedum agere de euictione ſed etiam incipere ab executione, n. 5.

Quarto ampliatur, etiam ſi emptor ſit paratus probare rem alienam eſſe, n. 6.

Quinto ampliatur, vt ſatis non ſit, ſi lata ſit ſententia, niſi ea confirmetur, num. 7.

Sexto ampliatur procedere etiam quoad expenſas, numero octauo.

Primo limitatur concluſio, quando creditor ſciens tradit creditori ſuo rem alteri obligatam, n. 9.

Secundo limitatur, quando emptor mota ſibi lite illam denunciauit venditori, n. 10. vbi extenditur.

Tertio limitatur, quando fouet malam cauſam, numero vndecimo.

Quarto limitatur non procedere ratione doli venditoris numero 12.

Quinto limitatur, quando venditor vult euincere, numero 13.

Sexto limitatur, quando ſpecialiter aliquid promittitur hoc vel illo pacto ſe habere, n. 14.

Septimo limitatur, quando re nondum tradita reperitur obligata n. 15. vbi idem ſi res tradita ſit.

Ampliatur, n. 17.

Octauo

Digitized by Google

Octauo limitatur, quando eo caſu datur etiam actio quanto minoris, num. 18.

Nono limitatur in eo, qui agnouit bonum ius euiacientis, n. 19. vbi ad quædam inſertur.

Ampliatur procedere etiam ſi perfectum, non ſit iudicium, numer. 21.

Decimo limitatur, quando euictio imminet in limine contractus, num. 22.

Ampliatur, & ſubampliatur n. 24. & 25. vbi etiam habetur contrarium.

Sublimitatur tribus modis, numer. vigeſimoſexto vigeſimoſeptimo, & vigeſimooctauo.

Vndecimo limitatur, quando euictio ſequitur ex ſententia iudicis incompetentis, & de ratione, numero vigeſimonono.

Duodecima limitatur, quando ex iniuſta ſententia res fuit ablata, n. 30.

Decimotertio limitatur, quando emptor re nondum euicta eum effectu petit, quod venditor condemnetur ad dimittendam bona n. 31.

Decimoquarto limitatur, quando promiſſæ ſunt litis expenſæ, & agitur ad illarum recuperationem, numer. trigeſimoſecundo.

Decimoquinto limitatur in fideiuſſore, qui poteſt agnoſcere bonam fidem, n. 33.

Decimoſexto limitatur, nu. 34.

Decimoſeptimo limitatur, numer. 35.

Declaratur, n. 36.

Ampliatur, nu. 37 & 38.

Sublimitatur duobus modis, nu. 39. & 40.

Decimooctauo limitatur, n. 41.

Decimenono limitatur, nu. 42.

14 *Ignorantia non excuſat ab intereſſe, licet ſit a pæna.*

16 *Obligatio rem tradi in venditione, admixtam habet obligationem rem dari.*

20 *Emptor, an teneatur reſpondere poſitionibus, & quid obſeruandum.*

23 *Empti actio non datur pretio ſoluto, vt de euictione caueatur, ſed eo non ſoluto datur retentio.*

43 *Venditor non tenetur cautionem de euictione præſtare ſoluto pretio.*

Limitatur, ib. num. 44.

45 *Euicta re, & executa, ſtatim de euictione agi debet, & numer. ſeq.*

46 *Præſumitur contra differentem agere tempore, quo probatio eſt extincta.*

47 *Euictionis actio licet non detur, niſi re per executionem ablata petit tamen poteſt cautio de euictione, & qualiter præſtanda, remiſſiuè.*

48 *Res non dicitur euicta, quando ſententiæ latæ fuerunt in iudicijs executiuis.*

Quæſt. VIII.

EVictione per venditorem promiſſa, vt ad illam agatur, non ſolum conſtare debet ſententiam ſcilicet latam eſſe *leg. qui rem l. ſi ſtatut, & l. empti acti, Codic. de euict. l. vniq. ff. de rei vend. gloſ. in l. aut qui natura, §. cum me abſente in verſic. communitas, ff. de negot. geſt. Crauett. conſ. 845. numero 12. Oſaſc. deciſ. 24 numer. 4. Boccac. de cenſ. pag. 2. numero 147. Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 2. numero 39 Maſuer. de Papienſ. de for. libell in cauſ. vend. in gloſ. promittens de euictione in add. i. inci. de euict. in princ. & Magon. in deciſ. Flor. 93.* ſed etiam per realem rei euictionem, & executionem, ſeu abdicationem eſſe factam *l. habere licere, ff. de euict. l. rem, vbi Bald. C. eod. tit. glo. in l. ſi ſenſum in princ. in ver. abſit, & ibi Doct. ff. de act. empt. Imol. in l. ſi fundum per fideicommiſſum in fin. princ. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 4. num. 1. libr. 3. & conſ. 119. num. 25. libr. 2. Iaſ in l. quoties numer. 48. ff. de rei vend. Becc. conſ. 106. numero 44. Burſatt. conſ. 194 num. 41. libr. 2. Theſaur. deciſ. 85. num. 1. & deciſ. 102. Surd. deciſ. 265. num. 7. & conſ. 359. numero 38. libr. 3. Caballin. conſ. 54. num. 4. lib. 1. Rota deciſ. 77. num. quinto par. 2. in recent. reperta inter deciſ. 88. num. 8. & 12. Rota deciſ. 422. numer. 2. part. 2. in recent. Oſaſch. deciſ. 181. numero quarto Benintend. deciſ. 25. Rube. in l. non ſolum §. morte num. 467. ff. de nou. oper. nunc. Crauet. conſ. 682. libr. 4. cenc. de cenſi. par. 2. c. 2. quæſt. 3. art. 3. numero 22. & Rota in deciſ. 40. numer. quinto. & deciſ. 198. numero 17. inter impreſſ. poſt dictum tract. licet Caballin. in tract. de euict. in princ.* dixerit, ſe putare non requiri abdicationem, & quidem male ex præmiſſis, prout & fallitur *Rain in conſ. 146. lib. 1.* quia priuſquam auocetur poſſeſsio, agi non poteſt de euictione, ſed tantum ad intereſſe, prout loquitur *leg. ſeruus quem, §. ſi ſciens de act. empt.* vbi ſe fundat, & declarat *Paul. de Caſt. & alii in d. l. 4. in princ. et in §. ſi ſciens,* vbi

1 quod tunc agitur ad intereſſe actione ex empto, & aduerſus Ruin. tenuit Rota coram Sanctiſs. Clemente VIII. tunc Auditore in Vulterana bonorum 15. Februarij 1585.

2 Primo ampliatur, vt procedat etiam ſi ſimpliciter, dictum ſit, quod lite mota emptor recuperet prætium, nec addita ſint illa verba, quamuis res nondum euicta ſit, vel non expectato litis euentu *Crauet. conſ. 682. lib. 4.* ea ratione, quia verba debent intelligi cum effectu, & non videtur lis mota, niſi effectualiter res euincatur, dubius eſt enim litis euentus, vt decidit *Theſaur. d. deciſ. 85. n. 3.* vbi ſic deciſum teſtatur a Senatu, in caſu, in quo in inſtrumento aderant verba ſimilia ſi aliqua lis aliqualiter mota fuerit, quamuis ipſe in contrario voto eſſet.

3 Secundo ampliatur, vt etiam locum habeat, quando res vendita eſt alteri obligata ſub conditione, quoniam & tunc requiritur executio, & effectuali euictio. *l. qui rem, C. de euict. facit text. in l. fin. §. ſin autem ſub conditione, Cod. com. de leg.* vbi quod valet alienatio rei obnoxiæ fideicommiſſo conditionali, vel in diem incertum; ergo interim euictio ſequi non poteſt. Quod.

4 Limitatur, quando ex proximis coniecturis conditio incerta ad certitudinem reduceretur *Aachar. in conſilio 349. et conſilio 385. Iaſ. in leg. certum, numer. 10. ff. ſi cert. pet.*

5 Tertio ampliatur, vt ſecuta euictione per executionem poſſit emptor nedum agere de euictione, ſed etiam incipere ab executione, & tenuta, tam pro prætio, quam pro damnis, & intereſſe liquidis, ſecus pro non liquidis, quia tunc non competit tenuta. *Neguſ. de pign. 2. memb. 3. part. princ. num 12. verſ.* & ex hac deciſione. Nam nec euictio locum habet, vt dari valeat executio aliqua, quando non eſt liquida, quia prius liquidari debet. Si enim ego vendidi domum, alter vendidit pretium terræ, & ſequatur euictionis ſententia ſuper vtroque mixtim, donec fiat executio ſententiæ, & auferatur domus, quam ego vendidi, non tenor de euictione, *Alexandr. conſil. quarto ſub. numero ſecundo verſ. nam poſito libr. tertio,* vbi in illo, qui euicit, vt creditor vel alio modo pro certa ſumma ſoluta, requirit liquidationem quantum pro domo, & quantum pro prętio terræ.

6 Quarto ampliatur procedere, etiam ſi emptor ſit paratus probare rem alienam eſſe, quia venditor poteſt replicare, quod ei habere licet, & hoc ſufficit ſecundum *Aret. in §. nouiſſ. num. 4. inſtit. de ſuſpect. tuto. quem refert Becc. in conſil. 106. num. 44. vbi ponit caſum notabilem, et n. 48. & 49.*

7 Quinto ampliatur, vt non ſatis ſit, quod lata ſit ſententia a iudice primæ inſtantię, niſi etiam appellatio ad ſuperiorem interponatur, & ſententia ab eo ſit confirmata, vt per *Bart. Bald. Alberic. & Fulgoſ. in l. Herennius, ff. de euict.*

Digitized by Google

euict. Afflict. in c. 1. §. ruſus, num. 51. quib. mod. feud. amitt. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 50. verſic. limitatur tertio, C. de bon. mater. Gomez. de contract. cap. 2. ſub num. 38. verſic. ſecundo Capyc. deciſ. 106. num. quarto Aret. in §. final. inſtit. de empt. & vend. & in §. actionum inſtit. de act. Deci. conſilio. 74. numer. tertio.

8 Sexto ampliatur habere locum etiam quod expenſas, vt ſcilicet interim venditor ad eas non teneatur, ſic *gl. in l. primo Cod. de euict. & in l. atqui natura, §. cum me abſente, ff. de negot. geſt. tradit Bart. in leg. venditores, ff. de verb. obligat.*

9 Primo limitatur dicta principalis concluſio, quando debitor ſciens tradit creditori ſuo rem alteri obligatam, quia tunc creditor ratione intereſſe agere poterit aduerſus ſuum debitorem antequam res ipſa in ſolutum ſibi data a ſe auocetur, & ſibi euincatur *l. ſeruus, quē a me, §. fin. de act. empt. l. ſi hominem de ſolut. Bartol. in l. atqui natura, §. cum abſente in fin. verſic. vltimo aduerte de negot. geſt. Bald. in l. libera num. 9. verſ. quæro actor. C. de ſent. & interlocu. omn. iud. Gabr. conſ. 129. num. 13. libr. 1. Surd. deciſ. 253. num. 10. Rota in Romana pecuniarum coram Card. Pamphilio 25. Iuny 1601. impreſſ. poſt tract. Cenc. de cenſi. deciſ. 198. num. 1. & idem Cenc. vbi ſupra n. 23. Card. Seraph. deciſ. 321. num quarto.*

10 Secundò limitatur, quando emptor mota lite illam denunciauit venditori, quia lata ſententia agere poteſt contra venditorem, quamuis facta non ſit actualis executio, nam ſufficit quod poſſit euinci *l. habere licere, ff. de euict. Azo. in ſum C. eod. tit. numer. 11. & ita limitatur tex. in leg. qui rem, C. de euict. vt per gl. ibi, per l. poſt perfectam, C. eod. vbi, quod ſufficit imminere euictionem. Bal. in l. ex prædiis num. 4. C. eod. tit gl. in §. fin inſti. de ſuſpec. tut. vbi Ioan. Fab. & Aret. Ang. Alex. & Rip. in l. 1. §. ſi res ff. ad Trebell. idem Alex. conſ. 63. numer. 11. lib. 6. glo. & ibi ſcribentes in l. emptorem ff. de act. empt. & in leg. ſi cum quæſtio. Codic. de euict.*

Dictaque fallentia præſertim procedit Florentiæ, quādo fuit pronuſſa euictio pleniſſima ſecundum ſtylum formularij, vt per *Aret. in §. fin. num. 4. inſtit. de author. tut. gl. in l. qui rem ff. de euict. ſuper quo videas tamen quæ dixi ſuperius ſub n. 2.*

11 Tertio limitatur, quando venditor fouet malam cauſam facta denunciatione, quia non tenetur emptor proſequi, appellatione interpoſitam. *Bar. & Bal. in d. l. Herennius, § Caia, §. de euict.* de quo dic, vt dicam, dum tractabitur, de appellatione.

12 Quarto limitatur, quia licet ſit regula, quod emptor agere non poteſt de euictione niſi de lata ſententia, facta executione, quaſi conditio non extiterit ante factam executionē *l. euictis. ff. de euict.* nihilominus ratione doli vēditoris, qui rem vendidit alienam, velut liberam cum tamē eſſe emphyteuta. vel oneri fideicommiſſi ſubiecta, conueniri valet etiam ante factam executionem, idemque eſt ratione ſtipulationis rei liberæ promiſſa, & non liberè traditę, ac etiam ratione generalis defenſionis promiſſæ, quia ſi litem non ſuſceperit, conueniri, poteſt, & contra cum agi ex ſtipulatu ratione contrauentionis *Oſaſc. deciſ. 24. per totam Card. Seraphin. deciſ. 123. numero 3. & 9. vt & res libera tradatur Rota apud Card. Ludouiſ. deciſ. 88. numer. 9. poſt Alex. Dec. & Oſaſ. ab ea adductos, vbi quod ita dari debet, vt ob eo auocari non poſſit. Cæpol. caut. 71. incip. regulariter Alex. conſilio 105. in princ. libr. quinto Rota in deciſ. 286. numero 10. poſt tract. cenc. de cenſib. Berou. conſ. 158. n. 52. lib. 1. Alex in conſ. 4. lib. 3. Surd. conſ. 36 nu. 23. lib. 1. Rota deciſ. 586. num. 2. par. 1. diuerſ.* vbi dantur limitationem, & eſt eadem cum deciſ. præallegata *Seraph. 321. Theſaur. d. deciſ. 85. in princ.*

13 Quinto limitatur, quia licet emptor non agat de euictione, niſi res adducta fuerit d. l. habere licere, tamen lex illa loquitur, vbi tertius euincit, ſed vbi venditor vult euincere, ſufficit, quod ille ſolus controuerſiam moueat, vt ſtatim de euictione agere poſſit emptor gl. in d. l. habere licere in ver. legauerit. Marta vor. 61. num. 7. qui n. 9. addit, tunc dici purificatam conditionem euictionis, cum in poteſtate Domini eſt agere, ex *Dec. in l. ſi cum ſeruum, ff. ſi cert. pet.*

14 Sexto limitatur, quando ſpecialiter aliquid promittitur hoc, vel illo pacto ſe ſe habere, quoniam empti actione cogi poteſt venditor ad aliud præſtandum: nam ex tali narratione, & promiſſione inductus videtur emptor ad emendum, alias non empturus, quaſi iſta expreſſa conuētio augeat obligationem, *l. cum eiuſdem, §. interdum de ædil. edict. & colligitur ex text. in l. ſi quis hæres, §. 1. de except. rei iud. & in l. cum eiuſdem, §. interdum de in diem adiect. Corn. conſil. 226. numer. 3. libr. 2. Bocc. de cenſi. part. 2. num. 147. limit. 2.* & expreſſa conuentio obligationem auget *l. venditores, ff. de verb. oblig. Cagnol. in l. vnica num. 71. 72. verſ. ſecundus caſus conſideratus, & numer. 114. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. Surd. deciſ. 165. numer. 11. Rota coram Card. Seraph. d. deciſ. 321. numer. 5.* vbi quod etiam datur actio quanto minoris, *Oſaſ. d. deciſ. 24. num. 5. Boccac. de cenſi. d. part. 2. num. 147. limit. 3. vbi de communi Coſta de fact. ſcien. & ignor. diſt. 4. nu. 4. cent. 1.* qui deſtinguit quando venditor res alij obligata a caſu quando vēditur res aliena, vt ibid. latè *Surd. deciſ. 195. num. 10.* vbi intelligit in venditore ignorante, quæ ignorantia excuſat ad intereſſe extrinſeco, quamuis teneatur quanto minoris emptor eſſet empturus *Abb. in c. iniuſtum, numero ſexto de rerum permut. in c. Eccleſia S. Mariæ numero 11. vt lit. pend.* Cæterorum verior eſt ſententia, quod ignorantia ad intereſſe non excuſat. *Abb.* enim loquitur in pæna, in qua ſuccurritur ignoranti, quicquid aliud ſit intereſſe c. vaſſallus feudum, vbi *Afflict. ſi de feud. fuer. controuer. inter Dom. & Agna. Fabia. de Mon. de emptio. & vend. quæſt. 4. prin. nu. 5. verſ. 3. quæro. Car. Seraph. de veriori in deciſ. 787. numero 8. & 9.*

15 Septimo limitatur, quando re nondum tradita, ſi reperitur à venditore obligata, agi poteſt actione ex empto, vt liberetur, & ſi agatur ad pretium, emptor poteſt exceptione ſe tueri l. ex his prædijs, iuncta *gl. C. de euict. addit. ibid gl. quod ſi res fuerit tradita*, emptor etiam aget actione ex empto, vt liberetur *leg. creditor, §. prædium, ff de act. empt. Boccacc. de cenſi. d. par. 2. ſub n. 147. limit. quarto*, ne deterioris ſit conditionis emptor re tradita, quam ſi tradita non eſſet, probauit idem *gl. in d. l. qui rem*, quam refert, ac ſequitur *Oſaſc. dic. deciſ 24. ſub num. 2. ver. in contrarium, & num. 4. et ad intereſſe Rota per Card. Seraph. in dec. 321. num. 4.*

16 Confirmatur, quia obligatio rem tradi in venditione admixtam habet obligationem rem dari *Bart. in leg. certi conditio numero 22. & 23. ff. ſi cert. peta. vbi late Dec. num. 11. et 13. et Bart. in leg. in conuentionalibus, ff. de verb. oblig.* quoties autem in obligatione, eſt rem dari agi, poteſt, vt res libera tradatur *l. Iulianus, §. qui fundum, ff. eod.* quia ita tenetur dare, vt dominium auocari, non valeat *Iaſ. in dict. §. qui fundum numero quinto Rota penes Seraph. d. dec. 321. numero 8. & 9.*

17 Ampliatur, vt emptor, agere poſſit, quod res libera tradatur, etiam ſi res, non ſit obligata, ſed aliquo caſu poſſit ad tertios poſſeſſores deuenire *Oſaſc. d. deciſ. 24. numero ſexto.*

18 Octauo limitatur, quoniam eo caſu datur etiam actio quanto minoris, vt etiam dixi in præcedenti limitatione *Bar. in leg. cum ſtipulatus ſim. ff. de verb. oblig. Ang. in leg. ſi ſeruus la ſeconda, de cond. furti, cum adductis per Oſaſc dict. deciſ. 24. n. 5 Rota deciſ. 297. num. 9. inter nouiſſ nouiſſimarum. par. 4.*

19 Nono limitatur in eo, qui agnouit bonum ius euincētis

rem

Digitized by Google

rem ſibi venditam eidem reſtituendo, ſic *Bart.poſt.gloſ. in l.atqui natura, §.cum me abſente, ff.de neg.geſt.leg.emptorem ſecundum vnum intellectum, ff.de act.empt.& leg. quoties,§.ſicut,ff.de ad. in.tut. Rimin.conſ.203. num 5.libr.* 2. licet emptoris onus ſit probandi rem eſſe illius, cui facta fuit reſtitutio, vt ex notatis per Bart. in d.§. cum me
20 abſente, vbi ex hoc infert, quod ſi per auctorem agentem contra ipſum emptorem fiant poſitiones ſuper dominio ipſius agentis, illis reſpondere non tenebitur, ſi non velit, cum tunc ſubeſſe dicatur iuſta cauſa, quia oporteret vel ipſum dei erare, ſi negaret, vel ſi fateatur, ſibi præiudicaret, quia grauaretur, onere probandi, vt plenè per ipſum *Bart.& Surd.in deciſ.22.& dixi in quaſt ſeq numero* 44.

Addit vbi ſupra *Bart.* quod quando quis reſtituit ante euictionem ſecutam agnoſcendo bonam fidem, antequã reſtituat venditori denunciare debet, vt veniat ad defendendum ipſum emptorem, & ſi non venerit poterit reſtituere etiam non expectata ſententia & de euictione agere dummodo probet de iure illius, cui reſtituit.

Quinimmo fortius concludendum videtur, quod etiam facta denunciatione idem fieri poſſit, ſi venditor nil rationabile alleget, nec quid oſtendat contra ius illius, cui ſit reſtitutio, quod tcicuet non enim tunc videtur intereſſe ipſius venditoris denunciationem ſibi fuiſſe factam, atque ita quatenus opponeretur de denunciatione non facta replicari poſſet ſua non interfuiſſe, ex quo agens habebat bonum ius, & ipſe venditor nullam habebat defenſionem contra illum.

Aduertendum tamen, quod hoc caſu, licèt agi poſſit actione ex empto de euictione, ſeu ad intereſſe, non tamen agi poterit ex ſtipulatione de lucro, ſi interuenit promiſſio, cum illa omnino requirat rem eſſe euictam per ſententiam *d.l.habere licere, plenè per Imol.in c.ſi venditori extra de empt. & vend.*

21 Ampliatur id quoque procedere, ſi perfectum non ſit iudicium ex eo videlicet, quod lata fuerit duntaxat vna ſententia, & poſtea per appellationem ſuſpenſa, cum manifeſtè apparet bonum ius actoris, quia agnoſci poteſt bona fides, & non minus agi poteſt de euictione, quam ſi litigatum fuiſſet vſque ad finem, ita per *gl. & Bar.in leg. emptorem in princ ff. de act.empt.* qui magis communiter probatur, quando venditor neſcit docere quo pacto rem defendere potuiſſet, in ſpecie reſpondit *Alba in conſilio 325.numero ſexto & faciunt quæ dixi in quæſtion.tertio numero 70. & 72.*

22 Decimo limitatur, quando euictio imminet in limine contractus, quia tunc ſi pretium non ſit ſolutum, cautum eſt emptori per illius retentionem, qui ad ſoluendum ideò compelli non poteſt, niſi præſtita cautione de indemnitate præſtanda, ac *tex.in l.ſi poſt perfectam, Codic. de euict. vbi gl. Odofred. Petr. Cyn. Iacn. de Are. Bar. Bal.. Alber. Salic.* & alij id tenent *l.habitationem, §.fin.de peric.& commod.rei vend. vbi gloſ & Bar.l.ſi.§.1.vbi Bar. & Bal.C.de reſcind.vend.l ſi poſt perfectam, C de euict. Specul.de empt. & vend.§ 1.verſ verum tamen, numer.8. Bart.& Caſtr.in l.1.§.ſtipulationum, ff.de prætor.ſtipul. Bertaz. Clauſul.42. gl.11.num.1. Gomez.var.reſol.tom.2.c.4. num.39.ver. Item*
23 *extende. Paul.de Caſtr.in conſ.46. per totum lib.1.* vbi ait, quod pretio ſoluto nulla datur emptori actio, vt ſibi pro euictione caueatur, ſed eo non ſoluto datur retentio, & addit, quod non ſufficit nuda cautio, ſed eſſe debet cum fideiuſſ. *Alex.conſ.65.n.2.lib.5.*

24 Ampliatur, vt venditor teneatur de euictione cauere, nedum pro illa lite mota, ſed etiam generaliter pro quacunque alia mouenda *gl.in d.l.ſi poſt perfectam, C.de euict. in ver.ſatis. Ioan. Andr.in addit.ad Spec.d.§.1.in ver.verum tamen. Bart.in d.l.ſtipulationum, n.2. Bertazol.d.clauſul.42. gl.21. num.1.*

44 *Emptor licet non teneatur agnato de euictione, niſi pro dato, & facto ſuo, tamen tenetur verſus ſecundum emptorem ſi rem illam tertio alienauerit.*

Fallit ſi emptor ſecundus fuit certioratus, quod res erat retractui ſubiecta, vel ſi aliter notitiam habuiſſet, n. 45.

Et an teneatur ad pretium ſupra plus exburſatum per tertium remiſſiuè, n. 46.

49 *Euictio pro hæredibus promiſſa, qualiter intelligatur.*

Quæſt. XI.

AN idem, quod in præcedenti quæſtione dictum fuit concludendum ſit, quando venditor promiſit pro dato & facto ſuo tantum, vt nempè is teneatur etiam pro facto ſuis hæredis parum diſtat ab illius reſolutione.

Qua in re vt diſtinctè procedamus, conſtituo duos caſus.

1 Primus eſt, quando quis promiſit de ſuo dato, & facto ſimpliciter abſque taxatiua, tantum, & hoc caſu promittens, vt ſupra, tenetur quoque de facto hæredis per *l. ſtipulatio iſta ver. ſed ſi ſe ff. de verb. obligat. tradit Bart. in leg. qui in futurum. §. 1 ff. de pact. Caſtr. Alex. Aret. & in alij in d. l. ſtipulatio iſta Tiraq de retract, conuent. §. 1. gl 6. nu. 1. & 4. Petr. de Rauen. ſing. 229. Ruyn. conſ. 42. n. 13. & 14. libr. 7. Cephal. conſ. 630. nu. 13. Lauren Siluan. conſ. 65. nu. 7. Rimin. iun. conſ. 591. n. 9. Andr. Alciat. in l ſi cum fundus n. 3. & 4. ff. de verb. ſignif.*

2 Qui caſus ampliatur etiam procedere è cõuerſo quando hæres promiſit pro ſuo dato, & facto, vt teneatur, ex facto defuncti, vt deducit, & probat *Crauett. de antiq. tempor. par. 4. in princ. n. 127. & ſeqq. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 6. n. 4. Cephal. d. conſ. 630. n. 13. Menoch de præſumpt. lib. 3. præſum. 47. n* 8. quod omnino indubitatum eſt, ſi hæres adeat hæreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij, 3 quia tunc teneretur etiam quod nullo modo, de euictione promiſerit. *arg. tex. in l. cum hæredes, ff. de acq. hæred. & l. pro hæreditariis, C. de hæred. act.*

4 Licet ſecundum alios etiam procedat, quando quis fuit hæres defuncti cum beneficio inuentarij quia inuentarium non prodeſt in his, quæ habentur a defuncto præſertim patre. *Minado. conſ. 12. n. 5. Doct. communiter in l. fin. in comparatione, & de iur. delib.*

5 Declaratur, vt talis promittens teneatur de facto defuncti ſui auctoris vniuerſalis, vt dixi in præcedenti quæſtione, quia factum auctoris videtur factum ſuum cuius perſonam ipſe repreſentat, *Bart. in l. ſi ſeruus numer. 3 ff. de condit. furt. Alex. Aret. & alii in d. l. ſtipulatio iſta, Alex. conſ. 18. num. 15. libr. 5. Alban. in lucubrat. ad Bart. in d. l. ſi ſeruus num. 3. Ruyn. conſ. 94 n. 6. lib. 5. Franc. Cremen ſing. 31. Nicola. Euerard. in loco 72.* à natura dictionis taxatiuæ verſic. quartò iſtud limitatur, *Alciat. in dict. leg. ſi cum fundum.* At ſecus in auctore ſingulari, cuius reſpectu euictio promiſſa non parit obligationem, ita *gl. in dict. l. fundum. Crem. ſing. 158. Caballin. de euict. §. 5. n. 43.* quamuis teneatur ad pretij reſtitutionem, *l. emptorem. §. qui autem, ff. de act. empt. & ibi gl. in ver. ſi euicta, & ver. ſucceſſ. Surd. conſ. 36. n. 22. Gomez. var. reſol. lib. 2. cap. 2. ſub nu. 36. ver. primus. Vin. dec. 24. n. 5. & ſeqq.*

Secundus eſt caſus, quando quis de euictione promiſit de ſuo dato, & facto tantum, Et hoc in caſu, an teneatur de facto ſui hæredis, quæ ſunt contrariæ Doctorum opiniones.

6 Prima eſt affirmatiua, quam tenent *Caſtren. & Roma. in d. l. ſtipulatio iſta. Bald. in l. ſi. Cod. de act. empt. & ibi Salyc. Ruin. conſ. 94. num. 3. & 6. lib. 1. qui de veriori, & magis recepta teſtatur Paul. de Caſtr. in d. l. ſeruus, ff. de condit. furti Aret. in §. actionum ſub num. 22, ver. quid ſi promiſit, Inſtit. de act. Anchar. conſ. 83. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gl. 6. num. 2. & ſeq. & num. 5. qui cæteros adducit, & n. 19. dicit receptiorem.*

7 Declarando id non procedere (poſt contrarias relatas opiniones) vbi adeſſent alia verba magis declarantia mentem contrahentium, *Ant. Gabr. de verb. ſignific. col. 5. & ex mente Ruyn conſ. 94. numer. 5. verſic. nec obſtat diſtinguit Surd. d. conſ. 36. n. 18. lib. 1. Fabian. de Mont. de exempt. & vend. par. 6. princ. quæſt. 19. n. 70. verſ. non obſtat.*

8 Mouentur dicti ſentientes per *text. in d. l. ſtipulatio iſta* qui tex. non loquitur, quando fuit facta promiſſio cum dictione taxatiua.

9 Secundo pro hac ſententia adducitur *leg. neceſſaria, §. de vendendo, ff. de pign. act.* vbi dictio taxatiua poſita in perſonam creditoris, comprehendit etiam eius hæredem.

Sed huic textui reſpondetur, quod ibi illa taxatiua fuit verbum Iuriſconſulti, & non partis, nam dicit ibi I. C. quod ſolum fuit expreſſa perſona promiſſoris, ita reſpondet *Alex. in d. l. ſtipulatio iſta, & Tiraq. in d. §. primo, gloſ. 6. num 7*

10 Secunda eſt opinio, quod dicta verba non comprehendunt hæredem, & quod ideò promittens non teneatur de facto hæredis, quam tenent *Alex. Aretin. & Iaſ. in d. l. ſtipulatio iſta, Bald. in l. qui ſe patris in verb.* Item quæritur ſi vaſſallus. *C. vnde lib. Ruin. conſ. 42. num. 18. lib. 1. Bart. in l. ſi ſic, ff. de verb. obligat. et ſecundum Aret.* & hæc eſt communis ſententia, quam ſequitur *Cognol. in l. 2 ſub numer. 45. in ver.* Sed contrarium verius, *Cod. de pact. inter empt. & vendit.*

11 Primo mouentur dicti Doctores in *text. in l. non ſolum, §. tale, ff. de libera legat.* vbi probatur, quod per dictionem tantum, excluditur hæres, cui reſpondet *Tiraqu. in d. §. 1. gl. 6. num. 10.*

12 Secundo mouentur per tex. in l. niſi hoc iuncta *l. iuriſgentium, §. pactorum, ff. de pact.*

13 Prima relata ſententia mihi verior videtur, & ratio eſt manifeſta, quoniam dictiones iſtæ taxatiuæ non excludunt caſus ſimiles, vel habentes ſimilem rationem *l. ob æs, Cod. de præd. minor. vbi gl. & Doct. Falyn. in cap. iator. de homicid. Curt. iun. conſ. 74. num. 4. & dixi in præcedenti quæſt. nu. 7. Cran. de antiq. temp. par. 3. princ. ſub num. 120. verſ. tranſeo nunc.*

Quid autem ſtatuendum ſit in eo puncto, an ſcilicet talis promiſſor teneatur de facto ſui auctoris, quamuis aliqua dixerim in præcedenti quæſtione, nunc plenius attingendo conſtituo duos caſus.

14 Primus eſt, quando quis promiſit abſque taxatiua, & tunc dico teneri, quam ſententiam tuetur. *Fulgoſ. in d. l. ſi ſeruus ff. de condit. furti. Ruin. d. conſil. 94. libr. primo. & dixi vbi ſupra.*

Secundus caſus eſt, quando promiſſio facta fuit cum conditione.

In quo duæ ſunt Doct. contrariæ opiniones.

15 Prima eſt affirmatiua, quam tenet *Bald in capit. 1. qui ſucceſſ. tenean. gl. Bar. & Bald. in d l. ſi ſeruus in ver. intereſt, ff. de cond. furt. Roma. in d. l. ſtipulatio iſta, & ibi Caſtr. numer. 4. Franc. Cremen. ſing. 31. incip.* ſæpe iſtud quotidie contingit, vbi de communi teſtatur *Paul. de Caſtr. in d. l. ſeruus la ſecunda, Ruin. dict. conſ. 94. lib. 1. Cagnol. in 2. ſub n. 45. verſ. ſed contrarium, C. de pact. inter empt. & vend. Martin. Laudcn. & Cardin. Alex. in dicto cap. 1. qui ſucceſſ. teneã. Alex. conſ. 18. lib. 5. Ruba. in l. non ſolum, §. morte n. 112. ff. de oper. nou. nunc. Dec. conſ. 281. & conſ. 213. Surd. d. conſ. 36 n. 18. lib. 1. Boer. dec. 67. Alciat. in l. ſi eum fundum, ff. de verbor. oblig. Marſil. ſing. 656.*

16 Secunda eſt opinio negatiua, quam tenent *Franc. Aretin. in dict. leg. ſtipulatio iſta, & Fulgoſ. in dict. leg ſi ſeruus.*

Mouentur iſti ex duobus.

17 Primo, quia factum hæredis non eſt propriè factum defuncti, & ideo, ſi promittit de facto ſuo tantum, non tenetur de facto defuncti, cùm in contractibus verba propriè capi debeant, *leg. quicquid aſtringendi, ff. de verb. oblig.*

Hæc ratio non obſtat, quia natura contractus, ſuper quo interponitur, operatur, quod verba improprientur, imò quando promiſiſſet de facto proprio ſine taxatiua factum extranei non intelligitur excludi, quod eſt fortius *l. emptorem, §. fin. ff. de act. empt.*

Item, quia in facto auctoris eadem militat ratio, quæ
18 in facto proprio. Et regula l. quicquid. adſtringendæ non habet locum, quando in caſu omiſſo ſubeſt par ratio. *Oldrad. conſ. 224. col. 7. poſt med. Bald. conſ. 95. lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gl. 1. n. 19. Crau. conſ. 62. n. 14. & conſ. 130. n. 7. Pariſ. conſ. 16. num. 24. & conſ. 66. n. 63. lib. 3. alios refert Surd. d. conſ. 36. num. 21.*

19 Secundo mouentur, quia nulla eſt differentia, inter factum hæredis, & factum defuncti, vtroque enim in caſu reputatur factum promittentis, *Auth. de iure iur. a morien. præſt. in princip.* Et ideo ſecuti ex facto hæredis non dicitur contrauenire promittens, quando de facto ſuo tantum promittit, ita neque contrauenire dicitur hæres ſi promittit de facto ſuo tantum, licet ex perſona defuncti contrauenialut.

Sed reſpondetur, quod diuerſa eſt ratio inter caſum & caſum, nã quando hæres de facto ſuo tantũ promiſit, pactũ remanet perſonale reſpectu perſonæ, quia ſecundum veritatẽ obligatur, alia, perſona quã promittentis eſt facto tamen verè alieno, quod ſecundũ fictionẽ eſt factum etiam eiuſdẽ, & ſic non remanet etiam obligatus hæres ex promiſſione ſua, quia illa eſt perſonalis, & remanet reſpectu perſonæ perſonalis, ſed remanet obligatus eſt facto defuncti tãquã hæres, qui etiã repreſentat, & dicitur eadẽ perſona cũ defuncto. *d. Auth. de iureiu. in princ.* At quãdo defunctus promiſit de facto ſuo tãtũ, tuc ſi hæres obligaretur ex perſona promittẽtis ſecũdũ veritatẽ obligaretur alia perſona ex facto etiam ſuo, & non promiſſoris, ex quo promiſſor ſe obligauit de facto ſuo tãtũ, quo caſu eius obligatio nõ cõprehendit hæredẽ, vt dictum eſt, & ſic illo caſu ſecundũ veritatem perſona eſt diuerſa, & factum eſt diuerſum, & ideo pactum perſonale non porrigitur ad hæredem; ſed alio caſu attenta veritate eſt eadem perſona,

Digitized by Google

perſona, propterea tenetur ex facto proprio verè, & fictè, licet pactum eſſet perſonale, quod non egreditur perſonam paciſcentis verè probatur ex *Bar. in l. niſi in fi. ff. de pact.* vbi ait quod pactũ dicto caſu dicitur perſonale, quia finitur cũ perſona, ſed tamen cũ promiſſore egreditur perſonam *l. acquiret. & l. hæredi in princ. ff. de pact.*

Pactum ergo in caſu noſtro ſatis dicitur perſonale, quamuis ex facto proprio ficto, & non vero obligetur promittens, quia eo viuo locum habet fictio, ſed alio caſu non quia eo mortuo ſuperuenit, quo pactum erat extinctum, & finitum cum perſona, Ideò teneas opinionẽ
20 affirmatiuam, quàm tamen declara duobus modis.

21 Primò procere in auctore vniuerſali, ſed ſecus in auctore ſingulari, qui mihi vendidit, etiam quod non apponatur taxatiua, tantùm, qui non tenebor, ſi euincatur ex facto auctoris mei, *ita Cremen. ſing. 158. vnus ſocius ex gl. in l. ſi cum fundum, ff. de verb. ſignific. ſequitur Tiraquel. de retract. conuent. gl. 6. num. 5. Aloyſ. de Alber. ſingul. 247. Fabian. de Mont. de empt. & vendit. par. 6. princip. quæſt. 19. nu. 76. Oſaſc. deciſ. 48. num. 8. ad finem.*

Contrarium tenuit Addens ad *Dec. conſ. 281. ſub litera E.* fallit, vbi adeſſet clauſula, non aliter, nec alio modo, quia tunc, vt verba illa aliquid operentur, tolleretur etiam promiſſio auctoris, *Mantua ſingul. 14. nu. 7. & Surd.* vbi infra.

22 Secundo declaratur, ſibi tribuere, quando poſt venditionem a ſe factam venditur ei ſucceſſit, quoniam hic adeundo verſatur nouum factum venditoris, quod non debet poſt perfectam venditionem emptoris conditionẽ facere deteriorem, non tamen ſic eſt, ſi poſtquam ſucceſſit, vendidit, quia hæc clauſula principaliter adhibetur ad cauendum, ne quis teneatur de facto eorum, quibus iam ſucceſſit, neque ob id clauſula hæc excludit, quin teneatur venditor cedere actiones ſuas, ſi quas alias de euictione haberet contra auctores ſuos, ita Adden. ad *Alexandr. conſ. 18. lib. 5.*

23 Primo ampliatur ſuperius firmata concluſio, vt is teneatur de dato, & facto auctorum impropriè, pro vt ſi iudex vendidit, ex quo factum iudicis dicitur factum patris *l. ob cauſam; vbi Bart. Bal. & alij, C. de euict. latè Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 4. num. 13. Crau. conſ. 1. num. 1.*

24 Secundò ampliatur, ſi ſciuit rem alienam, vel alteri obligatam, quia tenetur ad omnia damna, expenſas, & intereſſe, licet non ex facto ſuo proueniat, & voluerit teneri ex facto ſuo tantum ad *text. in l. 1. in fin ff. act. empt.* quia dolum facere dicitur, qui ſciens rem alienam vendit. *Bart.*
25 *in l. emptorem, §. fin.* vbi quod pactum, ne quis teneatur de euictione nihil operatur circa tria, & præcipue quando venditor eſt in dolo, ſequitur *Bal. in l. 1. numer. 9. C. de*
26 *commod. & peric. rei vend. tradit Gomeſ. de contract. cap. 2. num. 39. verſic. Primus quando, Afflict. in cap. Imperialem. numer. 168. de prohib. feud. alienat. per Federic. Tiraquell. de retract. lignag. ad final. titul. numer. 44. & 49.* vbi de alienante rem vitioſam. *Surd. dict. conſil. 36. numer. 15. lib. 1.*

27 Primo limitatur non procedere; quando dictum eſt, quod teneatur pro dato, & facto ſuo tantum, & non aliter, nec alio modo, *Afflict. in d. cap. Imperialem in decima tertio notab. numer. 109. de prohib. feud. alienat. per Feder. Surd. d. conſ. 36. num. 22. lib. 1.*

28 Secundo limitatur, ſi dictum ſit, quod re euicta ad nihilum teneatur, Afflict vbi proxime ſupra.

Contrarium habetur per *Surd. d. conſ. 36. num. 22. verſ.*
29 *contra.* Niſi pactum ſit reſtrictum ad certam perſonam vel cauſam ex *Marſil. ſin. 636. & alijs per eum citatis, Natt. conſ. 181. num. 7.*

30 Tertio limitatur, vt nempè non teneatur de caſu for-
31 tuito. *Natt. dict. conſ. 181. num. 3.* nec etiam de facto alieno ibid.

32 Quarto limitatur, non etiam teneri, ſi promittens de euictione de facto ſuo, & quod non inferret moleſtiam ſub pœna &c. reſtituat domino inſtrumenta, per quæ euinci poteſt res, vel euincitur, quia non venit in promiſſione id, quod eſſet peccatum, videlicet retinere alienum *Ioan. de Imol. in conſ. 82.* in caſu præmiſſo. Nam, vt inquit, verba euictionis pro facto ſuo communiter intelliguntur, quod non fecit datum, vel contractum, aut obligationem contrariam, non autem venit factum, pro vt reuelatio, vel reſtitutio inſtrumentorum Domino, per quæ ſequitur euictio, vt per eundem *Imol. d. conſ. 82. num. 2. & per totum.*

33 Prædictis adde ad declarationem præmiſſorum, quod licet venditor velit tantùm teneri de ſuo dato, & facto quo caſu non tenetur de facto extranei nihilominus tenetur de pretij reſtitutionem, quia deducitur cauſa ad non cauſam *l. ſi quis domum. ff. de locat. Bal. & Ang. in l. non dubitatur C. de euict. Bal. in l. emptorem, §. fin. per illum text. ff. de act. empt. in lectura antiqua Adden. ad Cremen. ſingul. 31. Natt. dict. conſ. 181. lib. 1. niſi dictum ſit quod ad extraneos teneatur, Fabian. de Mont. de empt. & vendit. part. 6. quæſt. 19. ſub n. 76. verſ quid enim tenetur,* etiam ſi nihil ſit,
34 quod ei imputetur. *Ioan. Papon lib. 1. titul. 4. Areſt. 4. & Areſt. 2. titul. 3. eod. libr. Dec. conſil. 282. Marſil. ſing. 475.*

35 Primo ampliatur idem procedere in eo, qui non tenetur de euictione aliqua, quia nihilominus tenetur ad pretij reſtitutionem, niſi actum ſit ſpecialiter, vt nec ad eius reſtitutionem teneatur, vt per *Alciat. in l. poſt contractam numer. 23. ff. de dona. Tiraq. d. ct. gloſ. 6. num. 10. & 13. & 14.* vbi hoc declarat *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 17. num. 1.* verſ. ex quo palam.

36 Vel niſi proueniat euictio ex facto emptoris, vel eius auctorum, *Alciat. in l. qui Romæ, § duo fratres col. 9. verſic. idemque dicendum, ff. de verb. oblig.*

37 Secundo ampliatur, vt in euictione facti ſui veniat etiã id, pro quo emptor ille obligatus erat, exemplificando, vt per *Aret. in conſ. 105. num. 2.*

38 Primo fallit, ſi expreſsè dictum ſit, venditorem etiam non teneri ad pretij reſtitutionem, vt deciditur in *libr. Placit. Cur. tit. de euict. lib. 2. in deciſ. diuerſ. Franch. in deciſ. 239. part. 2.*

39 Sublimitatur, ſi venditor ſciens vendidit rem alienam, quia tenebitur ad pretij reſtitutionem non obſtante expreſſa conuentione, *Papon. d. lib. 11. tit. 4. Areſt. 4.*

40 Secundo fallit, quando res non fuit vendita iuſto, pretio, ſed viliori, quia tunc ad nihilum tenetur. *Nat. d. conſ. 181. num 8.* & quomodo hoc caſu factum ſuum intelligatur. *Dec. conſ. 492.*

41 Notandum eſt præterea, quod reſpondit *Bal. conſ 167. lib. 1.* cùm quærit, quod ſi quis promiſit vendere fundum, & declarat nolle teneri, niſi pro ſuo facto, & dato tantum, & interim fecit ſibi cedere iura vnius mulieris, qui ipſe obligatus erat ad dotis reſtitutione, & fecit impenſas in fundo, an teneatur de euictione, & concludit teneri, quia ille promiſit de facto ſuo tantum, & nunc venit tanquam nouus, homo ex perſona mulieris, *Bal. refert*, ac ſequitur Addens ad *Bar. in l. ſi ſeruus in ver. quæſtionem ff. de condit. furt. & Add. ad Ale. in conſ. 18. in litera F. lib. 5.*

Item ſciendum eſt, quod obligatus pro facto ſuo ſi nulliter emerit a minore abſque ſolemnitate, ex quo minor reuocauerit iure medio rem alienatam, agnatus contra emptorem illum non habet regreſſum de euictione tanquam quod prouenerit ex facto ſuo, *Alexan. conſ. 34 conſideratis col. 1. lib. 7. tradit latè Tiraquell. de retract. lignag. ad fin. tit. num 4. ad 50.*

42 Limitatur in caſu, in quo emptor videns rem ſibi euincendam, ſeduxiſſet agnatum inſciam ad eam rem redimendam, quia tunc de euictione tenetur, *facit tex. in l. ſi quis affirmauerit, & in l. cum venditor. ff. de dol. mal. & l. Tu-*

rus,

*tius,§.1.de ff.fideiuſſ.Paul.de Caſtr.conſ.174.col.1.verſi.ſed. ad hoc reſpondetur lib.1 Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.9. numer.*157.nam & pactum etiam expreſſum, ne venditor teneatur de euictione, nihil iuuat ipſum venditorẽ, qui in dolo, & caliditate verſatur, vt quia ſcit cauſa, ex qua euinci poſſit,& tacet,vt per *Tiraq.d.tract.ad fi.n.*43.& dixi ſuperius. Sicut nec illicitus emptor agit de euictione,etiam ſi id ſtipulatus nuncupatim fuerit *l. quemadmodum,C.de agric.& cenſi.lib.11.Cyn.in l.ſi fundũ, C.de euict. & in l.cum vir prædium, ff.de vſucap.Bal.in cap.1.§. ad hoc col.2.ver.Item quia venditor de pact. iura firman. Tiraq. in loco præalleg.num.*47.

44 Denique omittendum non eſt, quod emptor primus licet non teneatur verſus agnatum de euictione, niſi pro dato, & facto ſuo; tamen tenetur verſus ſecundum emptorem, ſi rem illam tertio alienauerit ad intereſſe in caſu euictionis ſecutæ ab agnato. *Tiraq. videndus de retract. lignag.§.12.gloſ.1.num.6.& 24.*

45 Fallit ſi emptor ſecundus fuit certioratus; quod res erat retractui ſubiecta, vel de hoc notitiã habuiſſet, quoniam tunc tenetur ad hoc intereſſe, niſi expreſsè conuenerit, *d.l.ſi fundum, & ibi gl.& Doct.C.de euict.Tiraq.dict. §.12.gloſ.1.num 6.*

46 Vtrum autem teneatur ad prætium ſuprà plus exburſatum per tertium emptorem, diſtinguit ibid. *Tiraquell. num.10.& infrà.*

47 Sed quid, quando euictionis promiſſio limitatur ad caſum, quo res euincatur per aliquem, aut eius deſcendentes, vel hæredes, illud vocabulum,hæredes,quomodo intelligatur dubitatio eſt. Et quid dicẽdum videtur,quod contrahentes ſenſerint de hærede, qui euinceretur tanquam hæres, ideſt ex aliquo iure prouueniente ex perſona ipſa nominata,cuius ſit hæres, non aliter. Pro quo facit regula communis,quod quando fit mentio de hærede,intelligitur de hærede tanquam hærede, ideſt tanquam repræſentante perſonam illius, cuius eſt hæres *l. ſi perſonas, hereditatem,& ibi notat Ang.ff.de inoff.teſta.Dec.con.283. col.6.in prin.in terminis A.ba conſ.321.n.17.& 18.lib.2.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſſionis auocatio, an etiam dominij requiratur, vt de euictione agi poſſit. Et quid in re ablata ex Saluiano interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis actio,vt detur,requiritur, quod res euicta ſit, tàm ratione,dominij, quàm etiam poſſeſſionis.*

Contrarium, quod ſufficiat, ſi ſola poſſeſſio auferatur.num.2.

Ampliatur.num.13.& 14.

3 *Poſſeſſione euicta agitur ad damnà, & intereſſe.*

Et de ratione num.4.

5 *Res non dicitur euicta per immiſſionem ſecutam in Saluiano interdicto.*

Ratio affertur, num.6.

Sed vide num. 7.

8 *Differentia quæ ſit, quando res euincitur ratione dominij,& poſſeſſionis, vel poſſeſſionis tantum.*

9 *Poſſeſſio, quando ſola auocatur, per oblationem eiuſdem rei cum damnis,& intereſſe ſatisfit obligationi.*

Et tunc magis propriè agitur, quaſi re non liberè tradita, vt libera tradatur.nu.10.

Habetque euictio hæc exceptionem, niſi luatur pignus.n.11.

Declaratur num.12.

15 *Euictio licet propriè dicatur, vbi dominium euincitur,requiritur tamen quod etiam ſit abdicata poſſeſſio.*

16 *Emptor paſſus euictionem ratione dominij,vel quaſi agit ex ſtipulatu.*

Emptor cadens ſua culpa vel negligentia a poſſeſſione, agit de euictione ratione petitorij.

18 *Euincens ratione dominij, an pretium reſtituat, remiſſiuè.*

Quæſt. XII.

1 DIctum etiam fuit ſupra inter alia adhuc requiri, vt quis ſibi paret actionem euictionis, quod probet rem euictam fuiſſe etiam tàm ratione dominij, quam etiam poſſeſſionis,ſecus ſi ſuper poſſeſſioni etantum, vt firmaſſe videntur *Caph.conſ. 168.n.5.& Menoch. conſil, 361.n.5.li.4.*poſt eos, quos adducunt.

2 Sed contrarium magis communiter recipitur, nempè quod etiam tunc dicatur res euinci,quando poſſeſſio fuit ablata,ſicut quando proprietas, & dominiũ euinceretur, eſt *tex.in l emptorem, §.idem Neratius,ff. de act. empt. vbi Paul.de Caſtr.* id expreſsè notat. Eſt etiam *tex. in l.datio in prin.ff.eod.l ſi ſeruus venditus.§.1.& l.habere,ff. de euict. Bal.& Salyc.in l.1.C.de pericul. & commod. rei vendit. Iaſ. in l.domus,§.de euictione num.11.ff de leg.1.Bero. conſ.158. num.34.lib.1.Rim ſen.conſ.490.num.3.lib.3.Surd.deciſ.224 n.7.Cardin.Seraph.deciſ.671.n.7.Rota deciſ.77.nu.4.par.2. in recentior.& apud Card.Lodouiſ. deciſ.88. n.2. vbi num.7.*

3 addit ſaltem negari non poſſe, quin etiam pro poſſeſſione euicta agi poſſit ad damna,& intereſſe, per *Cephal. dicto conſil.168.num.22.Gratia.diſcept.lib.5.cap.950.nu.*18.

4 Ratio videtur eſſe, quoniam vbi euicta eſt poſſeſſio, dici non poteſt, rem fuiſſe liberè traditam *Bart.in l. Ariſto, §. Labeo col.1.ver.tertio,de donat.Iaſ.l.Iulianus,§.qui fundum num.6.ff.de verb.oblig.Alexan.conſ.63.num.11.lib.6.Dec. conſ.102. circa fin. & in iſta actione veniunt damna, & intereſſe,Alex.d.conſ.62.num.11 poſt Ang.in l.1. §. hæres nu. 3.ff. ad Trebell.Card.Seraph.d.deciſ.671.num.6.*

5 Non obſtant *Caph.d.conſ.168.nu.5. & Menoch.d. conſ. 361.num.5.lib.4. quibus adhærere viſa eſt Rota in Peruſina bonorum 17.Aprilis 1617.coram R P.Dom.Buerata*, vbi legitur fuiſſe deciſum, rem euictam dici non poſſe per immiſſionem ſecutam in iudicio Saluiani; quod & tenuit

6 *Caballin.de euict §.5.num.44.* cuius rei rationem reddens *Pariſic.de Salua Interdict.inſpect.4.cap.1. num.79.* licèt aſſerat eſſe,quia quando agitur de ſola poſſeſſione, non habet locum euictio non tamen benè loquitur; ſed veriùs dicitur id ideò eſſe, quoniam huiuſmodi immiſſio ex Saluiano non auocat poſſeſſionem, ſed ſolum detentionem; cum creditor immiſſus ex Saluiano ſibi non poſſideat, ſed pro debitore, vt habetur per *Surd.in conſ.481.num.14. lib.4.*

7 Nos verò agimus, quando verè auocatur poſſeſſio, in ſpecie, ſic etiam reſpondet *Beltramin.ad dictam deciſ.Ludouiſ.88.in addit.ſub littera B.* Neque ideò *Cæph. & Menoch.* quatenus ſententiant, poſſeſſionis ſolam auocationem non ſufficere,benè loquuntur.

8 Quæ omnia ſicuti vera ſunt, ità quoque aduertendum erit, non paruam eſſe differentiam, an vno, vel altero modo res euincatur.

Nam ſi ratione proprietatis, & dominij ſequatur euictio,& emptor agat contra venditorem, & is offerat emptori rem eandem euictam in eodem ſtatu, & non deterioratam;& vlterius omne intereſſe paſſum, & expenſas, vt dixi in *q.183.nu.4.& ſeqq. præſertim ex Alba conſ.688. num.1.* (& hæc quidem erunt pro limitatione dictorum ibi) non auditur, nec agentem emptorem repellit ab executione ſententiæ, ea ratione, quia euictio hæc perpetuam habet cauſam, & ſemel commiſſa ſtipulatio reſolui ne-

Digitized by Google

ui nequit, *leg. habere licere in fine, ff. de euict.*

9 Si autem ſecundo modo euiocatur, hoc eſt ratione poſſeſſionis, & venditor prædictam oblationem faciat auditur; & cõmiſſa ſtipulatio reſoluitur, ac ſufficit, qood emptor rem ſibi ablatam recuperet, vna cum omni eius intereſſe, & paſſis expenſis, ex quo debito ſoluto hypotheca extinguitur, *l. euictus, ff. de euict. & velle videtur glo. in d. l. habere licere, in glo. fin. & in d. l. euictus in gloſ. pen.* & vltra quam ſequuntur *Alberic. Ang. & Fulg. ſub n. 4. verſ.* ibi facilius, qui dicit, communem eſſe ſententiam; prout & ita diſtinguit *Socin. ſenior. conſ. 199. ſub. n. 8. verſ. Poſtremò defendi poteſt, lib* 2. & pluribus comprobat, & præſertim, quia quando ratione dominij res euincitur, tunc propriè dicitur euicta, & magis propriè de euictione agi-

10 tur, quoniam euictio eſt perpetua: at quando ratione poſſeſſionis tantum res auocatur, licet ſecundum prædicta agatur quaſi re euicta, magis tamen propriè agitur, quaſi re non liberè tradita, vt libera tradatur: & habet hęc euictio exceptionem, niſi luatur pignus, ad latè notata

11 per *Caballin. de euict. §. 3. n. 152. & infra Caball. conſ 6. n. 3. libr. 1.* eandem diſtinctionem ſenſit *Vinc. Franch. in deciſ. 145. part. 1.* qoi addit hujus opinionis fuiſſe quoque *Odofred. in dicta l. euictus,* & quod ſecundum eam fuit concluſum in Sacro Concilio.

12 Et hæc concluſio eo facilius, & libentius admitteretur, quando ſententia, quamuis lata eſſet ſuper dominio nondum tamen executa fuiſſet: tunc enim venditor offerens rem dimittere penes ipſum emptorem illius poſſeſſorem, & eum à moleſtia liberare, ac intereſſe, & expenſas ſoluere, vtique auditi deberet; neque emptor quid aliud prætendere poſſet, ſic *gloſ. in l. fideiuſſor euictionis, in glo. pen. propè finem,* ibi, contra hanc tamen ſolutionem, *ff. de dolo mal. except. vbi clarè Alber. in fine, Fulgoſ. in d. l. euictus, & in dicta l. habere licere. Soc. ſen. in dicto conſ. 199. ſub n. 8. & ante illum, ita quoque reſpondit Bal. conſ. 3. Titius vendidit, & conſ. 23. in quodam inſtrumento lib. 1. ſequitur Franch. dicta deciſ. 145. num. 3. Caball. conſ. 6. lib. 1.*

13 Primò amplia concluſionem ſupra in principio firmatam, dum actum fuit, an poſſeſſione euicta competat de euictione actio, vt fortius procedat, quando euictio fuit in forma promiſſa; & ſunt appoſita verba illa generalia quacunque cauſa, & quocunque modo, directè, vel indirectè; quia per ea verba conſeretur eſſe receſſum à diſpoſitione iuris communi, *Turrett. conſ. 86. num 12. lib. 2.*

14 Secundò amplia, ſi clauſula fuit appoſita communiter apponi ſolita, nempè quòd venditor de euictione teneatur, ſiue ſequatur in poſſeſſorio, ſiue in petitorio, & ſiue ratione proprietatis, & dominij, ſiue etiam ratione ſolius poſſeſſionis.

15 Rurſus notandum eſt, quòd licèt dicatur res propriè euicta, vbi dominium euincitur, *l. ratio, ff. de act. empti,* tamen requiritur, qoòd etiam fuerit abdicata poſſeſſio, vt per *gloſ. in lib. 4. in verb. abeſt, ff. eodem d. l. habere licere in fine, vbi Bal. hoc notat ad medium ff. de euict. Capoll. cautel. 151. Anguſol. conſ. 273. num. 1.*

16 Et præterea, vbi res euicta eſt ratione dominij vel quaſi, emptor paſſus euictionem agit ex ſtipulatu, *Bald. conſ. 160. ſub num. 3. verſ. ſi autem propter rem lib. 4.*

17 Item ſciendum, quòd euictio locum haber quoad petitorium, ſi emptor, vel is, cui eſt promiſſa euictio agat cõtra ſpoliatorem, etiamſi negligentia, vel culpa ceciderit emptor à poſſeſſione, quia licet quoad poſſeſſionem propriè non debeatur euictio ſecundum pleroſque; debetur tamen quoad proprietatem, ſi ſuccumbat, *Bald. conſ. 377. per totum, vbi eſt caſus lib. 4.*

18 An autem euincens iure dominij teneatur ad pretij reſtitutionem, videndi ſunt *gl. & Bald. in l. ſi ſuper in fine, C. de euict. & l. in ciuilem C. de furt.* & dicetur ſuo loco.

ARGVMENTVM.

Euictio ſecuta ex ſententia Iudicis compromiſſarij, an, & quando debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis actio non datur re euicta per compromiſſum.*
Et de ratione ibidem.
Ampliatur etiamſi compromiſſum ſolùm factum ſit de, iure. num. 2.
Primò fallit, ſi promiſſum ſit de euictione quomodocunque, & qualitercunque, num. 3.
Intellige, vt num. 4.
Secundò fallit, quando, emptor coactus fuit ad compromittendum vigore ſtatuti, num. 5.
Ratio affertur, num. 6.
Ampliatur locum habere etiam in minore, & muliere, num. 7.
Primò ſublimitatur, quãdo compromiſſum fuit factum, poſt tempus à ſtatuto præfixum, num. 8.
Secundò ſublimitatur, quando verſaremur in caſu claro Vel vbi fingeretur lis, vel quid ſimile, num 9.
Tertiò ſublimitatur, quando compromiſſum factum fuit ſine citatione venditoris, num. 10.
Quartò ſublimitatur non ſufficere compromiſſum fieri ex forma ſtatuti, niſi etiamſi conſtet in actis, quòd Iudice mandate, & cogente illud factum fuit num. 11.
Cæterum auctor cenſet ſufficere compromiſſum factum fuiſſe vigore ſtatuti. num. 12.
Quintò ſublimitatur, vbi non conſtat emptorem neceſſe habuiſſe reſtituere rem euictam, num. 13.
Sextò ſublimitatur, quando à ſtatuto daretur aliqua forma, & extra illam fiat, num. 14.
Septimò ſublimitatur, quando conſtaret, quod omninò partes ſponte abſque ſtatuto compromiſiſſent num 15.
Octauò ſublimitatur, quando iuſſus non eſſet ita præciſis, vt ei non valeat à partibus renunciari num. 16.
Nono ſublimitatur, quando compromiſſum factum fuit extra locum ciuitatis ſtatuentium, num. 18.
Tertiò fallit, quando Iudex cogeret partes ad compromittendum. num. 19.
Ampliatur num. 20.
Ratio adducitur, num. 21.
Quartò fallit, vbi emptor in venditorem compromiſerit, num. 22.
Quintò fallit ſi arbiter non proceſſit ſimpliciter, & de facto, ſed iuris ordine ſeruato, num. 23.
Sextò fallit, vt num 24.

17 *Statuta de compromiſſis faciendis in dubio locum habent, ſi compromiſſum fuerit petitum.*

25 *Euictio, licet non debeatur emptori, qui ſuccubuit ex laudo voluntario, intelligitur reſpectu dupli, & pœnarum, non quantum ad pretium, & intereſſe.*

26 *Cautela, vt venditor teneatur à ſententia Iudicis compromiſſarij.*

27 *Venditor conſanguineus veniens ad defenſionem emptoris extranei, an poſſit ex ſua perſona petere cauſam compromitti, vigore ſtatuti; remiſſiuè.*

Quæſt. XIII.

1 IVxta quæ diximus in *quæſt. 2.* vt de euictione quis agat, requiritur etiam, quod res non euincatur per compromiſſum, & à non ſuo iudice, *l. ſi dictum, §. ſi compromiſ-*

ſero,

ſero,ff.de euict. gloſ. in cap. fin. de empt. & vendit. Alex. conſ.4.viſo proceſſu,num.2.libr.3.Rimin.ſen.conſil.93 num. 16.lib.1.Roman.ſing.468.Cremen. ſing.31. & ſing. 115. tu ſcis,quod ſi Iaſ.in l.ſi domus,§.de euictione, num.12.ff.de legat.1.Pancir.conſ.118.num.27.Franc.Petr. Rim.conſ.102. num.48.lib.2.Surd.conſ.452.num.29.lib.3.Aſin.in praxi in princ.cap.7.num.53.Menoch.conſil.361. numer.3.lib.4.poſt Rebuff.Caſtr.& Gozad.ab eo adductos,Afflict.in capit.1.§. Rurſus, numer.3.quib.mod.feud.amittit.Barbat.in dicto cap. fin.col.4.de emptio.& vend.

Ratio eſt, quoniam fides, & authoritas Iudicis ordinarij publicè à Principe, vel populo approbata eſt; ideò ad eum paſſim homines confluunt; quòd ſecus eſt in arbitrio à partibus electo. Vnde nil mirum, ſi huius ſententia venditori non nocet, *Gomeſ.de contract.cap.2. n.41.l. ſi minor,§. minoris, ff. de minor.* vbi minor dicitur læſus ſi compromittat.

2 Ampliatur procedere quoque, ſi compromiſſum eſſet ſolùm factum de iure, *Butr.in dicto cap.fin.numer.8. in fine de empt.& vendit.& ibi Burgos, num.15.* Cum euictionis reſpectu æquipararetur talis iudex compromiſſarius iudici incompetenti, à quo ſi declaretur euictio, emptor non habet regreſſum de ea contra venditorem ſic *Gloſ.in dicta leg.ſi dictum,§.compromiſero*, quam ſingularem appellat *Roman.ſing.12.nunquid.*

3 Primò fallit, ſi promiſſum ſit de euictione quomodocunq; & qualitercunq; vel quomodolibet res euincatur, quia per huiuſmodi dictiones venit illa euictio, quæ aliàs de natura actus vel ſub promiſſione de euictione non comprehenderetur, *Imol.in l.ſi domus,num.2.ff.de leg.1. & ibidem Bald.num.1.verſ. & ideo ex ſententia arbitri, Alex. conſ.4.num.2.lib.3.& conſ.102.num.5.lib.1.Curt.iun.conſ.1. num.2.verſic.& in iſtis locis, Aret.in fin.ſub num.1. Iſtit.de empt.& vendit. Rimin.conſ.362.numer.2. lib.3. latè Bero. quæſt.56.n.7.Hier.Laurent.in deciſ.Auen.133. Barz.deciſ. 27.num.22. Capoll.cautel.97. Gozadin.conſ.1.numer.79.& conſ.14.num.22.conſ.7.num.30.& conſ.82.num.18. Franc. Marc.quæſt.584. & 585. Rota Gennen.deciſ.15.numer.13. Blanch.de compromiſſ.quæſt.9.num.95.* Ratio eſt, quoniam verba illa ſunt adeò generalia, ſeu vniuerſalia, vt nihil excludant, *Corn.conſ.69.col.fin.lib.3. Dec.conſil.387.in fine, Gozadin.conſ.63.num.9.& conſil.76.num.3.& conſ.14.nu. 2.Riminal.conſ.92.nu.17.lib.1. Alexand.d.conſ.4.numer.2. & dicto conſil.102.verſic.Pro hoc lib.6.& in l.cum hæreditas col.2.ff.ad Trebell.Port.conſil.142.num 33.Socin.in leg. quidam relegatus,ff.de rebus dub.Felyn.in cap.1.ſub numer. 57.limit.3.de conſtitut.& in cap.quæ in eccleſiarum,numer. 45. eod. tit.quidquid ſub dubius aſſeruerit Cou.variar.reſol. lib.3.cap.17.numer.7.verſic.& præter hæc non ita facilè & Caballin.de euict.§.5.ſub num.10.*

4 Fateor tamen, quòd iſta generalitas non eſt ſic generaliter intelligenda, ſed reſtringitur ad arbitrium iuris tantum, & data ſcientia venditoris: aliàs non procedit dicta *Gloſa in d.l.cum antea, vt voluit Cou. in dict. cap. 17. ſub num.7.illat.7. quia in re Bal.in l.1.num.6. C. de peric. & commod.rei vendit.* conſulit, citandum venditorem, maximè in ſententia arbitratoris; & ſic generalitas, & prægnantia verborum reſtringitur ad iuris diſpoſitionem, & ne nimium lędat, vt & dicam inferius.

5 Secundò fallit, quando emptor fuit coactus ad compromittendum vigore ſtatuti: quo fit, vt tanquam compromiſſum factum ex neceſſitate vim habeat, vt commiſſa ſit ſtipulatio de euictione, *Bal.in l.fin.num.3.C. de iudic. & conſ.447.certum eſt, quod emptor in princ. lib.2. Abb. conſ.72.verſic.ad tertium motiuum, lib.2.Card.in cap.fin.*
6 *q.4.de empt.& vendit.& ibidem. Imol.num.7.Caballin. de euict.§.5.num.17.verſic.ſecundò,vt non procedat.Lanfranc. in c. quoniam contra in verſic. recuſationes, numer.18. de probat.* quaſi iſti arbitri vim potiùs habeant iudicum delegatorum quàm arbitrorum ob iuriſdictionem; quam obtinent, *Bart.in l.fin.in 2.notat.Cod.de iud. Iaſ. in l.ſi conuenerit,de ſent.& re iud.Soc.conſ.27.col.4.lib.1.latè Surd. in tract.de alim tit. 8.priuileg.56. num.33. & ſeqq.*

7 Ampliatur procedere quoque in minore, & muliere *l. ſi ſine hærede,§ Lucius, ff. de admin.tutor* etiam abſque decreto, *Curt.iun.in l.ſi quis maior numer. 8. Cod.de tranſact. Bart.in l.creditor,ff.de ſolut.& Bal.in leg.omnem, Cod. ad Tertull.* etenim ſtatutum huiuſmodi obligat pupillos, & mulieres compromittere, *Blanch.de compromiſſ. quæſt. 3. numer.39. & deciſum teſtatur Peregrin. in deciſ.88. numer.2.*

8 Primò ſublimitatur, quando compromiſſum factum fuit poſt tempus a ſtatuto præfixum: nam ſi in tempore non fuit petitum, diceretur compromiſſum voluntarium, non neceſſarium, *Alciat.in d. l. ſi quis maior,ſub numer.3. verſic.Idem dicendum,Cod.de tranſact. & ibidem Bertazol. num. 310.*

9 Secundò ſublimitatur, quando verſaremur in caſu claro, vel vbi fingeretur lis, vel quid ſimile: quia in his caſibus nulla poteſt eſſe coactio, *Bart.in l.ſi poſt rem,ff.de tranſact. Ang.in l.cum hi,§.cum lis,ſub n.3.verſ. Nota quod lex ficta.ff.eodem,* quaſi tunc lex reſiſtat potentiæ tranſigendi, & compromittendi; vt per *Iaſon.in d. §.cum lis n.3.*

10 Tertiò ſublimitatur, quando compromiſſum fuit factum abſque citatione venditoris: quia non ſufficit quem cogi ad compromittendum; niſi etiam compulſus citet venditorem, ſeu auctorem ſuum, vt intelligat in quem compromittat; tum alias non habeat regreſſum de euictione: etenim magna eſt vis in eligendo arbitros, cum in eis pendeat ſtatus omnis quæſtionis, vt in ſpecie ſic tradit *Bal.in l.1.num.7.Cod.de pericul. & commod.rei vendit.& in dicta l.ſi dictum §.ſi compromiſero,* vbi quod venditoris intereſt, nequis ſuſpectus in arbitrum eligatur, *arg.§.quod ſæpè, in Authen.de trient.& ſemiſſ. ſequitur Felyn. in cap. quamuis,ſub num.13.verſic.cogitabam.de re iud. Alex.conſ. 82.in cauſa vertente,ſub num 4.lib.1. Ant.Burg in dict.cap. fin.col.8.verſic.& iſto caſu venditor citari,de empt. & vendit. Blanch.de compromiſſ.quæſt,9.num.5.*

11 Quartò ſublimitatur, vt non ſufficiat compromiſſum eſſe neceſſarium; tanquam factum ex forma ſtatuti; niſi etiam conſtet in actis, quod Iudice mandante, & cogente, illud factum fuit, quaſi actus dicatur ſponté geſtus priuſquam qui compellatur: quamuis ad illud compelli potuit, ſecundum *Salicet.in l.fin.numer.4. verſic. hæc non diſciplent mihi, Cod.de iudic.& ibid. Iaſ. numer.6.* vbi quod eſt valdè notandum, tanquam ſingulare, & *conſil.12.ſub.numer.5.verſic. Nec huic fundamento libr.1. Ioan.Franc.de S.Nazario,in cap.cum M.Ferraricn. numer. 181.de conſt.*

12 Cœterum reor ego verius dici poſſe, quòd ſufficiat factum fuiſſe compromiſſum, vigore ſtatuti, abſque eo, quod dicendum ſit de aliqua compulſione: quidquid *Salicet.* & alij eum ſequentes dixerint per *Bart.in d.l. ſi quis maior, ſub numer.2.verſ.ſecundo habes hic, Cod.de tranſact.* cum dixit requiri neceſſitatem, & formam ſtatuti, vel præceptum Iudicis; & ità alternatiuè conſiderat coactionem, & ibi eum ſequitur *Aret. numer.1. in fin. in tertio notab. comprobat Bald.conſil.351. Ioannes, & Federicus num.8.lib.5. Iacobin.de S.Georg.in d.l.ſi quis maior in quarto notab.& ibidem Ruminald.in tertio notab. Curt.iun.num. 8.Ioann.Crot.in l.nemo poteſt,num.40.ff.de legat.1.Dec. latè in cap.cum.M.Ferraricn.num.34.de conſt.de magis vera,* & recepta opinione teſtatur *Blanch.de compromiſſ. quæſt. 1.ſub.num.18.verſ.Contrarium, quod compulſio, & verſ.& vt dixi hæc opinio.*

13 Quintò ſublimitatur non habere locum, vbi non liquet, quod emptor neceſſe habuerit reſtituere rem euictam, ſeu emptam, virtute ſententiæ, ſeu arbitramenti de

ſuper

ſuper lati; quaſi non ſufficiat ſimplex reſtitutio, ad hoc, vt de euictione agi poſſit, *Alex.d.conſ.4.ſub.num.2.verſ. Nam poſito lib.3.*

14 Sextò ſublimitatur non procedere, quando à ſtatuto daretur aliqua forma: quia ſi extra illam fiat; compromiſſum voluntarium diceretur, non neceſſarium, vt in ſpecie declarat *Rimmald.in d. l. ſi quis maior in tertiò not. C. de tranſact.*

15 Septimo ſublimitatur, quando conſtaret, quod omninò partes ſpontè abſque ſtatuto compromiſiſſent, *Dec.in d.c.cum M. Ferrarien. num.34. in fine de conſtit.* Vnde non poteſt dici compromiſſum neceſſarium.

16 Octauò ſublimitatur, quando iuſſus non eſſet ita præciſus, vt ei non valeat à partibus renunciari: quia tunc ſine dubio compromiſſum dicitur voluntarium; & partes metu legis non cenſetur compromiſiſſe; quia non videtur quidquam factum metu illius *Bar. in leg. huiuſmodi, §. cum pater ff. de leg.1, in ſpecie ſic concludit Alciat. in d.l.ſi quis maior, num.27. & 28.* quem ibidem ſequuntur *Bertazol. num.304. Cod.de tranſact.* Quare ſi ſtatutum mandet ſolum compromitti, quatenus altera partium petierit, dici non poteſt adeſſe aliquam coactionem, reſpectu eius, qui petijt, niſi quando appareret ab eo factum, vt alterum præoccuparet, cum ſufficiat veriſimiliter dubitaſſe cogi poſſe, *gloſ. in leg.nouiſſimam, ff. quod falſ.tuto. auctor.& tradit Alciat in d.l. ſi quis maior nu 29.*

17 In dubio autem fieri debet interpretatio, vt ſimilia ſtatuta locum habeant, ſi compromiſſum fuerit petitum, *Alex.dicto conſ.82.in cauſa vertente ſub num.4. lib.1,* vbi, quod talis petito produci debet parte citata, aut præſente, ad hoc, vt ex tali petitione præiudicetur aduerſario, *Bald.in l.ſi ea, in fine, C.qui accuſare non poſſ.*

18 Nonò ſublimitatur, quando compromiſſum factum fuit extra locum ciuitatis ſtatuentium: quo caſu ſtatututum non poteſt arctare ad compromittendum eos, qui exiſtunt extra dictum locum; licet res in litem deductæ eſſent ſitæ in territorio, in quo ſtatutum viget, ſic *Imol, in c.ſanè de foro compet.vbi Felyn.in fin.ver.ex dicto,& Marian.Soc.ibidem ſub num.12.verſic.& ex prædictis infertur, declar.14.in ſpecie Iaſ. conſil.12. ſub num.5. verſic. ſed quid ſi fortius, quod illud compromiſſum fuerit lib.1. Socin.conſil. 71.circa præſentem conſultationem in fin. verſ. & ex hoc infert lib.4. Alex.ad Bart.in l. non diſtinguemus, §.de liberale, in verſ.porrigitur de Arbitr. Lanfranc.eod.titul. quæſt. 42. verſ.Quæro, Blanc.de compromiſſ.quæſt.3. numer.46. verſic. limita prædictam concluſionem.*

19 Tertio fallit, quando Iudex cogeret partes ad compromittendum, vt litium detur finis: quoniam etiam hoc caſu debebitur euictio, cum eo caſu dicamus verſari in compromiſſo neceſſario; & per illud detur iuriſdictio tali-
20 bus arbitris, tanquam veris iudicibus, *Caputaq; deciſ.166. part.1.quæ concluſio procedit*, etiam quod arbitri eligantur de voluntate partium: quia nihilominus attenditur magis iuſſus iudicis, qui dat illis iuriſdictionem, *Ang.in l. arbitro, numer.8.ff.qui ſatiſdar.cogant.& conſil.192. quæritur an de iure numer.3. Pariſ.ad Bart.in l.fin.in verſ.eligendos, Cod.de iudic*, ratio adducitur: quoniam, licet adſit
21 conſenſus partium in arbitro dato à iudice: non tamen inficiari poteſt, quod non detur euictio quædam ſaltem reuerentialis, *dicta leg.ſi quis maior, ibi nullo cogente imperio, Cod.de tranſact.§. fin.Inſtit. de rerum qualit. & differunt. Blanch.de compromiſſ. quæſt.10.ſub num.5.verſic. & ratio.*

22 Quartò fallit, vbi emptor in venditorem compromiſerit, *Specul.de arbitr.§.2.ad finem, Rom. ſing.486. & Cremen.ſing.31. num.1.*

23 Quintò fallit, quando virtute compromiſſi arbiter proceſſit iuris ordine ſeruato, & plena cauſæ cognitio habita fuit factis debitis probationibus & appellatio coram ſuperiore introducta: quo caſu emptor agit de euictione ſecundum *Caldas in tr.de empt. & vendit. cap.31. ſub numer. 31.*

Sed huic limitationi obſtant, qui dixi ſupra *numer. 1.& 2.*

24 Sextò fallit, quando fit compromiſſum à venditore cum emptore ſuo de re ipſum empta ab alijs, quam nunquam habuit ab auctoribus ſuis; quo caſu venditor agere poteſt contra ſuos auctores, propter rem non traditam, ſcilicet ad intereſſe, *l.1.de actio.empt.l.ex empto,§.pen.eod. tit.in terminis, Alba conſ.268.ſub num.4.lib.2.*

25 Vnum addas in materia euictionis per compromiſſum ſecundum aliquos, quod quamuis regulariter euictio non debeatur emptori, qui ſuccubuit ex laudo lato, vigore compromiſſi voluntarij; id tamen intelligitur reſpectu dupli, & pœnarum, non quantum ad pretium, ac intereſſe, ad quæ agere poteſt, vt ait *Gloſ.in d.l.ſi dictum,§. ſi compromiſero, & videtur text.in l.non tamen ff.eodem.* Et præſertim, quando probaretur, quod emptor fouebat iniuſtam cauſam, & quod facta denunciatione etiam venditor ſuccubuiſſet, vt per *Caccialup. in l. ſi domus, §. de euictione, ff.de legat.1. vbi etiam Alex.notat, & videtur de mente Bald. in leg.libera, Cod. de ſent.& interloc. omn. iudic.*

26 Ad remouendas tamen dubitationes bonum erit, ſi inter contrahentes paciſcatur, ſeu declaretur, quòd venditor de euictione teneatur, non ſolum, ſi apud iudicem; ſed etiam ſi apud arbitrum euincatur, vt tradit *Maſcard. de probat.concluſ.594.num.30.lib.2.* vbi etiam addit, quòd prodeſt paciſci de euictione qualicunque, iuxtà doctrinam *gloſ.in l.cum pœna, de recept. arbitr.*

Vel etiam, quod arbiter capiatur de conſenſu venditoris, vt per eundem *Maſcardum dicta concluſ. 594. numer. 31.*

27 An autem venditor conſanguineus, veniens ad defenſionem emptoris extranei, poſſit ex ſua perſona petere cauſam compromitti, vigore ſtatuti, diſponentis, quòd cauſæ inter conſanguineos, compromittantur; videndus eſt *Bart.ſing.127.& Ioan.de Arno.ſingul.70.num.1.* & nos dicemus, cum agetur de retractu.

ARGVMENTVM.

Emptor, an, & quibus caſibus appellare teneatur à ſententia contra eum lata, & appellationem proſequi, vt de euictione agere valeat.

SVMMARIVM.

1 *Emptor appellare non tenetur a ſententia contra eum lata*
Contrarium num. 2.
Et hæc vltima ſententia eſt receptior, & tutior, nu.5.& 7.
Et appellationem proſequi debet, num. 4.
Ampliatur pluribus modis, num.8.9. 10. & 11. extenditur num. 12.
Primò limitatur, non habere locum, quando emptor fouet malam cauſam, num.13.
Contrarium num. 14.
Amplia, vt num. 5.
Secundò limitatur, quando emptor eſt pauper, num. 16. Sed contra num.17.
Tertiò limitatur, ſi facta denunciatione venditori abſenti, ille non appellaret, num. 18.
Quartò limitatur, quando emptor habet cauſam dubiam, n. 19. Contrarium habetur num. 20.

Quintò

Quintò limitatur, quando ſolemnitas hæc in venditionis inſtrumento fuit remiſſa num. 21.
Sublimitatur, num. 22. 24. 25. 26. 28.
Sextò limitatur, non habere locum in poſſeſſorio, num. 30.
Sublimitatur num. 31. 32 33. 34. & 35.
Septimò limitatur, quando in inſtrumento fuit renunciatum omnibus priuilegijs num. 36.
Octauò limitatur, quando ſententia lata fuit præſente venditore, num. 37.
6 *Præſumptio, quamuis ſit pro ſententia, ea tamen admittit probationem in contrarium.*
23 *Creditor, qui ex pacto bona debitoris auctoritate propria apprehendere poteſt ſi iudicem adeat, beneficio illius pacti ampliùs vti non poteſt.*
27 *Fidem fruſtra quis poſtulat ſibi ſeruari ab eo, cui fidem ſeruare recuſat.*
29 *Dolus præſumitur ex omiſſione remediorum.*

Quæſt. XIV.

AN emptor à ſententia contra eum lata teneatur appellare, modò videndum eſt.

1 Et non teneri ſententia fauit *Bald. in l. emptor, numer. 6. C. de euict.* quam communiter receptam eſſe dixerunt *Rube. Alexan. in l. non ſolum, §. morte, num. 703. ff. de nou. oper. nunciatione, Ruyn. conſ. 84. quæritur ſub num. 2. in fine, verſ. ſed præmiſſis, lib. 5. Adden. ad Dec. conſ. 74. ſub litte. C. in verſ. appellare, Caſtr. conſ. 282. in caſu iſto num. 10. verſic. item non obſtat lib. 1.* etenim præſumitur pro ſententia, vt firmant *Doct. in l. Herennius, iuncta gloſ. de euict.*

2 Contrarium, quod emptor, qui habet regreſſum aduerſus venditorem, auctorem ſuum appellare teneatur, eſt *text. in leg. ab eo, Cod. quomodo. & quan. iudex l. 1. C. qui per met. iudic. non appell. & l. 1. Cod. ſi ſæpè in integr. reſtit. Specul. in titul. de appellat. § 1. ſub numer. 8. verſic. ſed nunquid Bart. & poſteriores in leg. fundum meum per illum text. de euict. Alex. conſil. 117. numer. 3. lib. 7. Decian. conſ. 74. ſub numer. 2. verſic. tertio hoc debet. Franc. Marc. quæſt. 587. Caphal. conſil. 233. numer. 22. lib. 2. Riminald. ſen. conſil. 274. numer. 16. lib. 2. Cornel. conſil. 325. verſic. Tertio propè fin. lib. 1. Roland. à Valle conſil. 52. num. 23. lib. 4. Riminald. iun. conſil. 1. numer. 45. lib. 1 & ante eum Ruyn. conſil. 7. numer. 21. lib. 3. Caballin. de euict. §. 5. num. 50. & 51. Rota Innen. deciſion. 28. numer. 15. Natt. conſil. 298. lib. 1. Iacob. Berett. conſil. 47. numer. 5. nouiſſimè Scacc. de appellat. quæſt. 5. num. 14. & ſeqq.*

3 Et quidem tenetur appellare legitimè: nam alias appellatio nulla non releuat, vtputa ſi appellaſſet à Vicario ad Epiſcopum, vel ad alium, omiſſo medio: ſecus tamen, quando pars non oppoſuit, quia valida eſt. *Abb. conſil. 45. videtur primo ſub num. 2. verſic. nec poſtremo obſtat lib. 2.*

4 Qui etiam nedum appellare debet, ſed & appellationem proſequi vſque ad finem; & venditorem certificare etiam in ſecunda inſtantia, vt iudicium defendere poſſit, *dict. leg. Herennius, §. Cum in verſ. Venditore, ff. de euict.* quam ſic intelligit *Couarr. variar. reſolut. libr. 3. capit. 17. num. 9. verſic. Qua ratione ſi venditor.*

5 Et hæc eſt communis, & magis recepta ſententia, vt teſtantur præcitati Doctores.

Non obſtat quod ſupra dicebatur, emptorem ſcilicet non teneri appellare à ſententia contra eum lata, cum pro ea præſumatur, iuxta *Bald. deciſion. in dict. leg. emptor. num. 6.*

6 Nam reſpondetur, quod licet pro ſententia in dubio præſumendum ſit, ea tamen præſumptio coram Iudice appellationis probationem in contrarium admittit, vt in ſpecie tradit *Couarr. dicto libr. 3. variar. reſolut. cap. 17. ſub num. 9. verſic. ego arbitror. vbi poſt Bald. inquit iſtud probari*

7 *ex allegato §. Cum,* & teſtatur de veriori, & tutiori, & in praxi recipienda opinione, quam etiam ſecuti fuerunt *Aretin. poſt Caſtren. de quo ipſe mentionem facit in §. actionum ſub num. 47. verſic. in dic. Iſtitut. de actio. Anton. de Butrio, & Imola in cap. non iuſtè de procur. Iacob. n. de S. Georg. in l. inuitus nu. 7. & 14. verſic. item iste, C. de procur. & Hier. Cagnol. in l. venditor. num. 5. de iudic.*

8 Ampliatur dicta magis recepta ſententia, vt procedat non ſolùm quando conſtat, ſententiam contra emptorem latam, eſſe iniuſtam; verum etiam vbi appareret ex proceſſu, ſententiam eſſe iuſtam, & æquam: quoniam adhuc emptor ipſe venditore à iudice abſente appellare tenetur, & appellationem ipſam proſequi, vt in ſpecie inquit *gloſ. final. in dicta l. Herennius, §. Cum de euict.* quam ibidem ſequuntur *Ricard. Malumbr. Martin. Selmà, Iacob. Butrigar. Bartol. Bald. & recentiores, Bart. in leg. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes ſub num. 3. Mand. pract. Papien. in form. libell. in cauſ. vendit. in gloſ. promittens num. 8. & 9. Aretin. in §. final. numer. 7. Inſtit. de empt. & vendit. & latius in §. actionum, num. 47. Inſtit. de actio. Dec. d. conſil. 74. numer. 2. Iacobin. de S. Georg. in dicta l. inuitus numer. 7. Riminal. ſen. conſ. 274. n. 24. lib. 2. Caballin. de euict. §. 3. num. 145. Couar. variar. reſol. lib. 3. cap. 17. ſub num. 3. verſic.* Tenetur quidem, vbi ait, ex receptiori Doctorum ſententia ita fuiſſe iudicatum, vt & *n. 9. verſ. Imo etiamſi.*

9 Secundò ampliatur, vt etiam emptor euictionis beneficio priuetur, ſi deſeruerit appellationem ab eo interpoſitam, licèt prius ei licuiſſet non appellare, vtputà ob iniuſtitiam ſententiæ. *Ita gloſ. Bald. & ſcribentes in d. l. Herennius, §. Cum de euict. Burgos: & Canoniſt. in c. fin. de empt. & vendit. Salycet. in leg. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes, ſub num. 4. verſic. ſi tamen appellet, ff. manda. Bartol in l. propter veneni, §. vlt. ff. ad Sillan. Aretin. poſt Specul. & Paul. de Castro in §. actionum num. 47. Inſtit. de action. Imol. in l. ab executore, §. alio, ſub num. 8. de appellat. Alexand. conſ. 117. nu. 4. verſ. etiam in caſu lib. 7. de communi. Ruin. conſ. 84. num. 3. lib. 5. de receptiori Couar. d. c. 17. ſub num. 9. verſic. & tamen,* & huius ampliationis ratio adducitur; quia emptor appellando fatetur ſententiam eſſe iniuſtam, & ideò ſua aſſertione ſibi præiudicat, ſi appellationem non proſequitur, vt declarant *Bald. Salyc. Imol. c. ret. & Ruin. in locis citatis.*

Nam appellatio tollit præſumptionem, quæ ex ipſa ſententia oritur, vt probatur in *l. 1. §. fin. ff. ad Senatuſ. Conſult. Turpillian. l. 1. de appellat. & §. illud quoque determinare in Authent. de his, qui ingred. ad appell. Innocent. & Hoſtien in c. præſentium de renunciat. Imola in c. cum in iure de officio delegat. Abb. in rubric. de appell. ſub num. 4. Alex. conſ. 119. num. 22. lib. 2. & alij Doctor. ſuperius relati.*

10 Tertiò ampliatur habere locum etiamſi fuerit venditori lis denunciata: nam eodem venditore abſente, tempore latæ ſententiæ, emptor, vbi comperit ſententiam contra eum latam eſſe iniuſtam, ab ea tenetur appellare, & appellationis cauſam proſequi: alias contra venditorem de euictione non agit, ſic *gloſ. vltima in dicta leg. Herennius, §. Cum. Dec. conſil. 74. num. 2. Bart. & Bald. in dicto §. Cum, Alexand. conſil. 63. numer. 10. lib. 1. Anchar. Innoc. quæſt. 36. lib. primo,* & Doctores omnes adducti in prima ampliatione.

11 Quartò ampliatur procedere quoque, quando emptor appellauit, & appellationi interpoſitæ renũciauit, quo caſu, nec etiam aduerſus venditorem de euictione experiri poteſt, ità ex ſententia *gloſ. Bald. Imol. & Doctores reſpondit Ruin. in d. conſ. 84. num. 3. lib. 5. quem ſequitur Caball. de euictione §. 3. num. 145.*

12 Extende idem ſibi tribuere, ſi emptor paſſus fuit labi tempus præfixum ad appellationem proſequendam, vt ſcripſerunt *Roland. conſil. 52. numer. 23. lib. 4. Caphal.*

conſil.

Digitized by Google

conſil.215.ſub numer.21. et 22. lib. ſecundo, et Riminaldus iunior.conſil.301. numer.decimoſexto, libr.tertio, et probatur in lege prima, Codic.de ijs, qui per met.iudic non appellant. & faciunt adducta ſuperius in ſecunda ampliatione.

13 Primò limitatur, quando emptor fouet malam cauſam: quia tunc poteſt bonam fidem agnoſcere Alexand. conſ.63.numer.10.lib.6. Afflict.deciſ.39.ad fin. Natt.conſil. 208.per totum Apoſtill. ad Dec.conſ.74. in verſ. appellare, vbi dicit communem: nam alias emptor non poteſt recuperare emendam ſtultæ appellationis. Papon.lib.11. tit. 4. Areſt.12.

14 Contrarium, quod imò requiratur appellatio, idem Dec.conſ.24. col.fin. vbi de communi.

15 Ampliatur limitatio præmiſſa, vt procedat etiam in fideiuſſore, qui appellare non tenetur: ſed poſt bonam fidem agnoſcere, quando non conſtat de ſcientia exceptionis competentis principali, Afflict. dicta deciſ.49.

16 Secundò limitatur, quando emptor eſt pauper, ob quam paupertatem excuſatur, ſi non appellat. leg. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes, ff. mandati, Aret.in §. actionum ſub num.47. Inſtit.de actionib.

17 Cæterum Bart.in dict.§.ſi ignorantes, num.1. ait, quòd paupertas excuſat à proſecutione, non ab appellatione, de quo per Gloſ.& Doct.in dict.leg.inuitus, C.de procurator. Franc.Marc.q.587.par.1.

18 Tertio limitatur, vt quidem emptor appellare non teneatur, ſi facta intimatione, ſeu denunciatione abſenti venditori, non etiam venditor ipſe appellaſſet, vel appellationem fuiſſet proſecutus, ſecundum Bald.in d.l.emptor, ſub nu.6. C.de euictio.per Riccard.Malumbr. quam refert in d.l.Herennius, §.Caia, n.1.verſ.ſi verò ſit abſens, & clarè videtur haberi ex dicta leg.ſi procurem, §.ſi ignorantes in fine, vbi notant ſcribentes.ff.mandati.

19 Quartò limitatur, quando emptor habet cauſam dubium; quo in caſu appellare non tenetur, quia nulla lege cautum reperitur, quod appellare teneatur; ex quo leges dant actionem emptori de euictione, quatenus litem denunciauerit emptori, nulla facta mentione neceſſitatis appellandi, quando emptor malam fouet cauſam, vel dubiam. l.libera, C.de ſent.& interlocut.omnium iudic. Fachin. contro verſiar.iur. lib.2.capit.40.ſub littera D. Vrſill. ad Afflict.d.deciſ.49.num.4.

20 Contrarium, quòd, quando cauſa eſt dubia, ſi venditor præſens non fuerit, emptor appellare teneatur, voluerunt Bald.in dicto §.Caia, Aret.in § actionum, num.20. Inſtitut. de action.& Couarr.variar.reſol.lib.3.cap.17. verſic. Nono venditor, & hac vertor.

21 Quinto limitatur non procedere, quando à venditore in venditionis inſtrumento, ſolemnitas hæc fuit remiſſa, dicta leg.Herennius in princ.de euict.gloſs. & Bald. in l.cum pœna.de arbitr.Salycet.in l.emptor, n.3.in fine. Cod.de euict. Doct.in l.ſi domus, §.de euictione, ff.de legat. 1. Aret. in §.fi. ſub num.7.Inſtit.de empt. & vendit. Alex. conſ.4. ſub num. 1.& 2.lib 3.Caballin.de euict.§.3. numer.168. & prius Gozadin.conſil.1.numer.19. & latius Couarr.d.lib.3. var.reſol. cap.17.num.7.

22 Primò ſublimitatur dicta limitatio, vt locum habeat quando emptor, pacto non obſtante, appellauit, abſque vlla proteſtatione, quia tunc appellationem proſequi tenetur, ex adductis ſupra in ſecunda ampliatione, & nunc addo text.in d.leg. fin.ibi, ſciens ſe vnius electione alterius, ſibi aditum præcluſiſſe, C.de codicil.l.quod in hærede, §.1. de tribut.& l.cum filius, §.varus, ff.de leg.ſecunda, & hinc eſt,

23 quòd creditor, qui ex pacto bona debitoris propria authoritate apprehendere poteſt, ſi iudicem adiuerit, & ita iuris remedium elegerit, beneficio illius pacti amplius vti non poterit, iuxta ſententiam Bald.quam refert Socin. iun. conſil.122.numero 12.libr. primo, Dec. conſil. 145. numero 6.in ſpecie Becc.conſil.87.numer.ſecundo, qui loquitur de emptore vnum beneficium eligente, qui alteri beneficio contrario renunciare cenſetur; iuxta illud. Via, quam elegiſti, tibi pateat.

24 Secundo ſublimitatur non procedere, quando ſecundum ſtilum Curiæ, ſeu fori, emptor in denunciatione facta venditori de lite ſibi mota pacta, & conuentiones inter ipſos facta, & factas, non exprimuntur, qui ſtilus ex inſpectione aliarum denunciationum rectè probatur, vt pulchrè per Pariſ.conſil.12.num.142.lib.2. & conſ.17.nu. 8.lib.4.ea ratione, quia venditor ex conuentionum expreſſione, certior factus indemnitati ſuæ magis conſulere poſſet, ad regulam leg.1.de edendo.cum ſimil.& potius admittitur, vt actus corruat, quàm quod contra ſtilum aliquid inducatur, Bald.in leg.nemo, §. qui frater, nu 1. de hæred.inſtit.Felyn. in c.2.num.16. de reſcript. Bero.conſil.134. num.29 lib.2. præſertim vbi venditor ex temporis lapſu veriſimiliter pacti obliuiſci potuit, puta decennij, ad notata per gl.final.& Doctor.in l.licet, C.de acquirend.poſſeſſ. Alex.conſil.134 ſub num.8.lib.1.Corneus conſ.179.numer. 16.lib.3.Socin.conſ 153.n.8.lib.2.Gozadin.conſ.9.n.35. Rutn. conſil.11.num.10. lib.2. præclarè Cranett. conſil.28.numer.4. Neuizan.conſ.8.num.61.conſ.25.nu.15. & conſ.68.num.3. Becc.conſ.111.numer.16. de communiori. Vaſq.in tract.controuerſ.Illuſtr.cap.61. num. 6. qui cæteros allegat; in propopoſito etiam faciunt Bero.quæſt.75.nu 4. & 5. & Gabr. lib.3.commun.concl.tit.de ſolut.concl.9.num.25.

25 Tertio ſublimitatur, non habere locum, quando ex alio inſtrumento apparere poteſt fuiſſe derogatum iſti pacto, per quod emptor ab onere proſequendarum litium non liberatur, cum pactum vltimum priori deroget. leg.pacta nouiſſima, C.de pactis, l.1.§.final. de ſtipul.ſeru. l.cum in plures, §. ff.locator horrei.locuti Pariſ.conſ.21.numer.21. lib.4. comprobant Roland.conſ.59.nu.41.lib.3.Rim. iun.conſil.68. numer.34.lib.1.Decian.conſil.29.num.84 lib.2.Burſat.conſ. 48.num.6.lib.1.

26 Quartò ſublimitatur, non obtinere, vbi emptor iuxta eius promiſſionem, venditori non denunciauit, vt appellaret, ſi vellet, & ſic ex parte ſua contractum non adimpleuit; quia tunc vigore dicti pacti ſe tueri nequit, ea ratione, quoniam is, qui vult de euictione agere, prius oſtendere debet, ſe omnia ex parte ſua implenda, impleuiſſe, ſecundum Rim.& Brun.quos refert, & ſequitur Burſat. conſ.21.num.18.lib.1.Idem cenſet Aret.in §. æquè ſub n. 15. verſ.in potes, Inſtitut.de except.quatenus firmauit, quod agens numquam auditur, niſi prius adimpleat ex parte ſua, & ex Bart.& Caſtr.probatur. Iaſ.in §.actionum, num 13. Inſtit.de actio. quem ſequuntur Cranet. conſ.227.ſub nu.17. latè Bec.conſ.45.nu.15. Dec.conſ.1.nu. 66. lib.3. Rota penes

27 Mantic.deciſ.1. num. 8. fruſtra enim fidem quis poſtulat ſeruari ab eo, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat, vt inquit Summ.Pontifex in cap.fruſtra de reg.iur.in ſexto, & probatur in l.ſi inſtitum.in princ.ff.de inoff. teſtam. l.cum proponas, C.de tranſact.

28 Quinto ſublimitatur, locum ſibi non vendicare, quando conſtat, quod emptor in defenſione cauſæ negligens fuit, vt quia vſus non fuit in appellatione ab eo interpoſita opportunis iuris remedijs, quibus, ſi vti potuiſſet, ſententiam contra ſe non retuliſſet; nam eo caſu, pactum huiuſmodi ei non prodeſt, ad hoc, vt de euictione agere valeat contra venditorem, ita gloſs.& Cardin.quos refert, ac ſequitur Soc.ſenior conſil.273.numero 6.libr.3. Alex. conſilio 98.num.4.lib.7 Gozad.conſil.38 ſub num.11. Rim.ſen.conſ. 205.ſub num.22.lib.2.Cranett. conſ.132.ſub num.4. verſ.ſimiliter.Rol.à Valle conſ.52.numer.25. lib.4. Becc.conſ.105. num.26.Gerard.Mazol conſ.61. numer.22. Menoch. conſil. 75.ſub num.6.lib. 1.

29 Et dolus præſumitur ex omiſſione remediorum; vt in-

quit Bal. in conſ. 395. ſub n. 4. verſic. qui dolus ll. 2. ex text. in l. Ademque, §. ſi ignorantes, ff. manda. & leg. fin. §. illud, Cod. de temp. appellat. & cap. eis. extra de elect. ſequitur Craueſt. conſ. 97. num. 7. & eſt text. ſatis planus in l. capitalium, §. incendiarij, verſ. Nam fortuita incendia. de pœnis.

30 Sextò limitatur in poſſeſſorio, in quo appellatio non datur *Gloſ. ſpecul. Bart. Bald. Ang. Cuman. Fulg. Alex. Iaſon. Corn. Capic. Aretin. Dec. Alciat. Crot. Rub. Alex. Tir. Socin. iun. Coſt. Nicoll. Vant. Coraſ. Pract. Papien. qui de communi teſtatur Pariſ. & Bero. quos refert, ac ſequitur, dicens magis communem eſſe ſententiam. Rolan. conſ. 77. num. 9. lib. 2. late poſt Menoch. & Dominos de Rota. Contard. de moment. poſſ. limit. 1. num. 28. & q. 8. num. 23.*

31 Primò ſublimitatur, procedere quoad remedium ſuſpenſiuum; ſecus quoad deuolutiuum, vt voluerunt præcitati Doctores, licet *Iacob. Berett. poſt Didac. Contard. & alios per eum adductos in conſ. 61. n. 6.* dixerit de iure canonico, quoad vtrunque remedium dari appellationem; nam vt ſupra, non dari appellationem tradiderunt *Bald. Aret. Pariſ. Neguſ. Benintend. & Menoch. quos citat Rimin. iun. conſ. 348. nu. 2. & ſeq. lib. 4. quamuis, & ipſe diſſentiat, Turret. conſ. 86. num. 19. lib. 2. vbi ait ita in Rota Romana, & in partibus ſemper obſeruari.*

32 Secundò ſublimitatur, quando iudex noluiſſet teſtes recipere, vel eos recepit, qui recipiendi non erant; quoniam tunc etiam in poſſeſſorio datur appellatio, vt per *Bald. in leg. poſt ſententiam, ſub numer. 4. verſ. pone ergo, C. de ſent. & interlocut. omn. iud. & in leg. 2. numer. 19. Cod. de epiſc. audien. Felyn. in cap. ſuborta, ſub numer. 4. verſ. facit text. de ſent. & re iud. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. num. 817. Oſaſch. in deciſ. 25. ſub numer. 14. verſic. vl. Contrarium, Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſin. 38. numer. 4. Surd. deciſ. 36. num. 27.*

33 Tertiò ſublimitatur, quando etiam iudex exceptiones liquidas, vel incontinenti liquidandas appoſitas reieciſſet; veluti, ſi quis dominij exceptionem oppoſuiſſet, vel præſcriptionis, hypothecæ, compenſationis, & ſimiles, quæ immiſſionem impediunt, quatenus liquidæ eſſent, vel incontinenti liquidandæ; quoniam hoc caſu iuſta adeſſet cauſa appellandi, vt per *Felyn. in cap. ſuborta ſub numer. 4. de re iudic. & et conſ. 107. ſub num. 2. & 3. Caſſan. conſ. 68. conſ. 39. 41. & 43. Contard. de moment. poſſ. limit. 2. §. 4. nu. 20. & limit. 19. num. 32.*

34 Quartò ſublimitatur, quando iudex non ſeruaſſet formam ſtatuti de modo procedendi in cauſa poſſeſſoria; quia eo caſu liceret appellare, vt per *Hier. Grat. conſ. 163. num. 48. lib. 2.*

35 Quintò ſublimitatur non habere locum, quando ſuper petitorio non poſſet amplius litigari reſoluto poſſeſſorio: & ſic grauamen aliter non poteſt reparari; quia tunc appellatio permittitur à ſententia in poſſeſſionis, *l. qui exceptionem, §. ſi pars, ff. de cond. indeb. Bart. in leg. 2. numer. 3. C. vbi in rem act. tradit Peregr. in tract. de fideic. art. 46. numer. 46. ad 50.* vbi idem firmat; cum poſſeſſorium ſapit cauſam proprietatis: & cum ſuper proprietate non expectatur aliud iudicium: vel vbi poſſeſſor in poſſeſſorio condemnatus fuit ad relaxationem poſſeſſorij rei cum fructibus, & damnis, vt ibidem.

36 Septimò limitatur, vbi in inſtrumento fuit renunciatum omnibus priuilegijs, tam de iure, quam de facto introductis, ad fauorem venditoris; ex quo cenſetur renunciatum etiam remedio appellandi, ad ſcripta per *Roland. conſ. 13. num. 9. lib. 1.* Nam remedio appellandi renunciari poteſt ad *text. in l. fin. in fine, Cod. de temp. appell. & pactum valet, de communi teſtatur Rimin. iun. conſ. 450. num. 14. & 15. lib. 4. & conſ. 273. numer. 1. libr. 3. Turret. d. conſil. 86. num. 20. & 21. lib. 2.*

37 Octauo limitatur, quando ſententia lata fuit præſente venditore. *Nata. conſilio 208. numero ſecundo, per dictum, §. Caia, & dict. leg. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes.*

ARGVMENTVM.

Venditor, an, & quando appellare poſſit à ſententia, à qua emptor non appellauit; & quid è conuerſo, & in tertio.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor appellat à ſententia, à qua emptor poteſt appellare: non autem ab ea ſententia, à qua emptor non poteſt appellare.*

Contrarium, num. 6. 10. & ſeqq.

2 *Venditor à ſententia lata ſuper proprietate contra emptorem, appellare poteſt infra decem dies nomine emptoris; non autem nomine proprio, & num. 18.*

3 *Venditor appellare non poteſt à ſententia lata contra emptorem, à qua ipſe emptor appellare non poteſt.*

4 *Venditor, quando comparet lite mota contra emptorem in prima, ſecunda, vel tertia inſtantia, poteſt eo modo, & tempore appellare, quo poteſt emptor conuentus.*

5 *Tertius appellare non poteſt, quando ſententia tranſiuit in iudicatam.*

Sed contra, num. 7.

8 *Statutum, vel decretum prohibens appellationem, habet tantum locum reſpectu eius, qui fuit in iudicio, & ſententias contrarias reportauit, non reſpectu tertij.*

9 *Appellatio facta per tertium, impedit executionem.*

11 *Scientia litis tertio, qui vult appellare, non ſufficit; ſed requiritur ſcientia ſententiæ.*

12 *Tertius ratione ſui intereſſe appellare poteſt infra decem dies à die ſcientiæ, & non arctatur à die ſententiæ.*

Prout, et appellationi adhærere infra dictum tempus ex veriori, num. 13.

14 *Reprobatur Hond. conſ. 25. lib. 1.*

15 *Nominatus in dominum appellare poteſt a ſententia, quæ contra ipſum ferretur, etiam quod appellare non poſſet nominans, ſi ipſe iudicium fuiſſet proſecutus.*

16 *Venditor in caſibus, in quibus appellare poteſt, eius appellatione vti poteſt emptore victo; non retardata tamen executione.*

Idem procedit è conuerſo in emptore, venditore victo, nu. 17.

Intellige, vt num. 19. & 20.

Et de ratione, num. 21.

22 *Venditori conceditur appellatio, ſi emptor fuit miſſus in poſſeſſionem rei emptæ, vigore contractus, in quo venditor dedit licentiam apprehendendi eam propria auctoritate.*

23 *Venditor, vel eius hæredes, qui appellarunt, et appellationem non ſunt proſecuti, nil imputare poſſunt emptori, ſi non appellauit.*

Ampliatur, num. ſeq.

25 *Emptori ſufficit intimare ſententiam venditori, vt ab onere appellandi, ſeu appellationis proſequendæ eximatur.*

26 *Venditor comparens in iudicio in prima, ſecunda, vel tertia inſtantia, poteſt eo modo, ac tempore appellare, quo poterat emptor conuentus.*

27 *Hæres putatiuus, qui ſuccubuit in actione interdicti quorum bonorum, non poteſt appellare ratione expenſarum factarum ab ipſo in rebus emptis.*

QVÆ-

Quæſt. XV.

SEd an venditor appellare poſſit à ſententia, à qua emptor non appellauit, ſeu appellare, non modica eſt difficultas.

1 Nam, quod venditor appellare poſſit ab ea ſententia,
à qua poteſt emptor appellare: non autem ab illi, à qua
emptor appellare non poteſt, vt quia lata ſit tertia ſen-
tentia, vel ſecunda conformis, vbi adeſt ſtatutum, vel de-
cretum, quod a duobus conformibus appellari non poſ-
ſit: vel quia intra decennium non fuit appellatum; & ſic
tranſitum fecerit in iudicatum, voluiſſe videtur *Paul. de
Caſtr. in l. ab executore. §. alio condemnato ſub numer. 2. in 2.
caſu, ff. de appellat. & relat.* cum dixit, quod, ſi lata ſit ſen-
2 tentia contra emptorem ſuper proprietate rei emptæ, il-
la nocet venditori per indirectum: quoniam habebit re-
greſſum contra illum; ex quo non ſuper iure venditoris:
nec ſuper actione, quæ competat ipſi venditori, vel con-
tra ipſum venditorem, ſed principaliter lata dicitur con-
tra emptorem. Quare inquit, ſi venditor vult appellare,
non debet appellare ſuo nomine; ſed nomine emptoris:
idque exequi debet intra decem dies à die latæ ſententiæ:
alias ſententia tranſit in rem iudicatam: nec poſtea ratio-
ne proprij intereſſe appellare poteſt, ſequuntur *Couarr.
pract. q. cap. 15. ſub nu. 3. verſ. tertio deducitur, & Ruginell.
3 de appellat. §. 2. cap. 1. num. 25. in fine*, aſſerentes, vendito-
rem appellare non poſſe à ſententia lata contra empto-
rem: à qua ipſe emptor appellare non poteſt, quod etiam
ſentit *Couarr. in c. 13. ſub. num. 2. verſ. Cuius rei exemplum,
eod. tit.* Idem in terminis cenſuit *Rota Roman. vt teſtatur
Pur. deciſ. 384. num. 4. & ſeqq. lib. 2. poſt Angel. Aretin. &
Imol. in l. ſi perluſorio ff. de appellat.* vbi dixit Rota, quod,
4 quando lite contra emptorem mota, venditor comparet
in iudicio in prima, ſecunda, vel tertia inſtantia, à ſenten-
tia condemnatoria poteſt eo modo, & tempore appella-
5 re, quo poteſt emptor conuentus, & non aliter, & quod,
quando ſententia tranſiuit in iudicatum, tertius appella-
re non poſſit, ſenſiſſe videtur *Bart. in leg. à ſententia, num.
7. ff. de appellat.*

6 Contrarium, quod venditor poſſit appellare ratione
proprij intereſſe infra decem dies computandos à die
ſcientiæ: & ſic etiam poſt lapſum decem dierum latæ ſen-
tentiæ, atque ita poſſit appellare, licet ab appellatione ſit
excluſus emptor ob lapſos decem dies, reſpondit *Caphal.
conſ. 106. n. 4. & infra lib. 1. quem refert, ac ſequitur Lancel-
lot. de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. princ. n. 169. & ſeqq.*

7 Comprobatur, quia tertius veniens ad cauſam pro ſuo
intereſſe appellare poteſt à ſententia contra alium lata,
*per text. in l. ſi parentes, C. de euict. l. ab executore, §. alio, &
l. à ſententia, ff. de appellat. cap. ſuper eo. de offic. deleg.* notant
*Doct. in l. à Diu. Pio. §. ſuper rebus, ff. de re iudic. & in ca. ve-
niens il 2 de teſti.* quamuis illi, contra quem lata eſſet ſen-
tentia, prohiberetur, vt quia latæ eſſent tres ſententiæ
conformes, vel duæ, quæ vigore ſtatuti, ſeu decreti vim ha-
berent trium. *Felyn. in cap. qualiter, & quand. il primo, num.
13. de accuſat. late Iaſ. in d. §. ſuper rebus, num. 13. & ſeqq.
Cæph. conſ. 395. num. 48. & infra lib. 3.*

8 Decretum enim, vel ſtatutum prohibens appellatio-
nem, habet tantum locum reſpectu eius, qui fuit in iudi-
cio; & ſententias contrarias reportauit, non autem re-
ſpectu tertij, *Abb. in c. Paſtoralis, vbi etiam Philip. Franc.
num. 35. & ſeq. de appell. Ant. Butr. in c. vt debitus, eod. tit.
Bart. in l. 1. §. interdum, num. 9. ff. à quibus appell. non licet.
Card. in Clement. prima, in quarta quæſtione de re iud. Bartol.
Ang. & Imol. in leg. à ſententia, ff. de appell. Felyn. in dicto
cap. ſuper eo numer. 2. de offic. deleg. Alex. conſ. 84. numer. 7.
lib. 3. Pariſ. conſ. 107. n. 121. lib. 3. Ruyn. conſ. 209. nu. 25. lib.
1. Zucchard. in l. fin. num. 399. C. de edict. Diui Adrian. toll.
Rim. iun. conſil. 445. num. 3. & ſeqq. lib. 4. Vant. de nullit. in
tit. quis poſ. dicer. de nullit. n. 15. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ.
rem. 4. num. 845. & ſeqq.*

9 Hinc eſt quod huiuſmodi appellatio impedit etiam
executionem ad *not. in c. veniens, & ibi per ſcrib. de teſti.
& in cap. ſuper eo. ff. de offic. deleg. & in d. l. à ſent. Iaſ. in d. §.
ſuper rebus, nu. 16. & ſeq. Boer. deciſ. 79. in princ.* vbi ait bre-
uiter, pone regulam, quod tertius appellans impedit exe-
cutionem. *Rota deciſ. 4. alias 390. ſi feratur, de ſequeſt. poſſ.
& fruct. in Nou. & dec. 10. alias 349. Nota, quod ſi feratur
de ſent. & re iudic. in antiq. Gerard. Mazol. conſ. 103. num. 2.
ſeqq. pluribus Rimin. iun. conſil. 445. nu. 1. & ſeqq. lib. quar-
to, tradit Lancell. de attent. parte 2. capit. 12. ampliat. 14. nu-
mer. 2.*

10 Et in terminis, quod venditor appellare poſſit à ſen-
tentia contra emptorem lata, à qua emptor non appella-
uit: & propterea contra illum fecit tranſitum in iudica-
tum, dummodo appellet intra decem dies à die ſcientiæ,
etiam ſi ſciuerit cauſam agi, ex quo ad hoc, vt ſibi currat
11 tempus ad appellandum, non ſufficit ſcientia litis, ſed re-
quiritur ſcientia ſententiæ, præter *Cæph. d. conſ. 106. num.
4. & per tot.* qui etiam loquitur, in caſu, in quo emptor
appellare non poteſt a ſententia, refragante ſtatuto, vo-
luit *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 15. n. 2. & infra, quos refert Lan-
12 cellot. in d. c. 12. limitat. 50. num. 169. & ſeqq.* Nam vt ſupra
dixi, id eſt etiam regulare in appellatione interponenda
à tertio: quoniam is ratione ſui intereſſe appellare poteſt
infra decem dies à die ſcientiæ, & non arctatur à die latæ
ſententiæ, vt per *Alex. in l. ſæpè numer. 82. de re iudicata*,
quem à morſu quorundam tuetur *Couar. pract. q. cap. 15.
ſub num. 2. & probauit Lancellot. in d. limit. 50. numer. 168.
Rota deciſ. 5. alias 225. adhærentes, de ſent. excomm. in Nou.
Mil. in repert. in ver. appellationem ab alio, & in verb. ex-
communicatus potens, poſt Salyc. in Auth. hodie q. 9. ſub nu.
13 4. C. de appell.* qui ſcribunt, quod tertius debet adhæſiſſe
appellationi intra decennium, intra quod appellare po-
tuiſſet, & poteſt adhærere quandocunque, ſi ſententia
proferenda, ſit ei præiudicialis, & ſic poteſt adhærere
etiam poſt lapſum decem dierum, per ea, quæ ſcribit *Ol-
drad. conſil. 225. Contra prouiſionem, ſub num. 2. verſ. præte-
rea,* ibi ſed, in caſu noſtro contrarium.

14 Quæ ſententia verior eſt, præſertim in caſu, de quo
agimus: quidquid dixerit *Honded. conſil. 25. lib. 1.* & con-
15 firmatur ex eo, quod dicitur in nominato in dominum,
vt ſcilicet appellare valeat a ſententia, quæ contra ipſum
ferretur, etiam quod appellare non poſſet nominans, ſi
ipſe iudicium fuiſſet proſecutus, vt *arg. text. in d. c. ſuper eo.
ad fin. de offi. deleg. notat Murian. Soc. ſen. in c. quoniam fre-
quenter ſub numer. 128 q. 7. vt lite non conteſt. & Ruginelli
in tr. de appell. §. 2. c. 1. num. 31.*

16 Verum etſi in caſibus, in quibus venditor appellare
poteſt, vt eſt, quando ignorat appellationem pendere
contra emptorem, eius appellatione vti poteſt emptore
victo per tres ſententias, ex *Bar. in d. l. à ſententia, col. fin.
de appell. & Ab. in d. cap. cum ſuper. num. 26. de re iud.* non
ideò tamen debet executio retardari: quia imputandum
eſt emptori, quare litem venditori non denunciauit, *leg.
qui concubinam, §. de hæred. ff. de leg. 1. gl. in l. ſi rem, §. fin. de
euict. Put. d. deciſ. 384. num. 3. & 4. lib. 2.*

17 Quæ ſingula ſupradicta procedunt etiam è conuerſo
victo venditore: quoniam appellare poteſt emptor. *Spe-
cul. in d. tit. de appellat. §. 1. ſub numer. 1. Paul. de Caſtr. in d.
l. ab executore, §. alio condemnato ſub num ſecundo, verſ. Idem
dico in tertio exemplo, ff. de appellat.* Qui addit, quod em-
18 ptor appellare debet non nomine proprio: ſed vendito-
ris nomine, idemque dicit quoque de venditore, quod
appellare debet nomine emptoris, vt dixi ſupra, & vo-
luit *Franc. Ferrar. in tract. de appellat. lib. 2. cap. 1. num. 121.*

Digitized by Google

conditionaliter loquens, vt ſcilicet poſſit appellare venditor, victo nolente appellare.

19 Declaratur, quod dicitur venditorem appellare poſſe, victo emptore, & emptorem, victo venditore, non procedere, ſi emptor prius appellauerit: quia tunc venditor appellare non poteſt; ſed tantum aſſiſtere emptori, qui appellauit, ſic *Ruyn.d.conſil.84. ſub num.5. verſic. quinimò ne bitror.lib.5.& Rugmell.in d.tr.de appell. §.2.p.1. numer. 25.ad fin.* quod ſatis probari videtur ex *d.leg. ab executore,§.alio*, ibi, ſi emptor de proprietate victus eſt, eo ceſſante, author eius appellare poterit: ergo à contrario,

20 emptore non ceſſante appellare, venditor appellare non poterit. Quod concedendum non eſt, ſi prius appellaſſet venditor: quoniam emptor quoque poſtea appellare poſſet. Ratio differentiæ eſt in promptu: quia ad emptorem principaliter pertinet defenſio, & ſecundario ad venditorem. *Paul.de Caſtr.in d.l.ab executore, §. alio ſub nu.2.* in ſecundo caſu, & ſic hoc caſu principale non impeditur à ſuo ſucceſſorio, *Ruyn.dict.conſ.84.num.5. lib.5.*

21 Sed in caſu propoſitæ declarationis, acceſſorium impeditur à ſuo principali, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, non autem è contra. *Ruin.d. conſ.84.ſub n. 5.verſ.Nec obſtant prædictis.*

22 Datur tamen venditori appellatio, ſi emptor fuerit miſſus in poſſeſſionem rei emptæ, vigore contractus, in quo venditor dederit licentiam emptori, vt poſſit authoritate propria capere poſſeſſionem, ſecundum *Bald.conſil. 210.Punctus in fine lib.5.* cuius deciſionem ſequitur *Conturd.in l.vnica limitat.14.num.7.* ibi, ſed an deneganda ſit, *& num.8.*ibi, quæ ſanè opinio. *C de momento poſſeſſ.*

23 Ex promiſſis aliud occurrit dubium, quid dicendum, ſi emptor à ſententia contra illum lata, non appellauit, ſed eam venditori intimauit, ſeu eius hæredibus, qui appellarunt: non tamen fuerunt proſecuti: Num ij culpam imputare poſſint emptori, quod nõ appellauit, & cauſam amiſerit, & reſpondetur, venditorem, vel hæredes illius imputare non poſſe culpam emptor, in qua etiam ipſi fuere, qui per eorum appellationem factam emendare poterant negligentiam ab emptore commiſſam in prima inſtantia,

24 ſecundum *Aretin.in §.actionum, ſub num.28. verſ. dic amplius Inſtit.de action.* vbi amplius voluit, lata ſententia, præſente venditore, qui potuit appellare, & non appellauit imputandum eſſe venditori, quia non appellando, videtur acquieſcere ſententiæ: nec ideò poſſe emptoris culpæ aliquid adſcribere, in qua etiam ipſe ſecundo fuit, & poſteriorem culpam ponderat *Nutt. conſil.* 208.

25 quem in his terminis ſequitur *Iacob. Berrett. conſ.145.nu. 2.& ſeqq.* Pro quo faciunt, quæ in ſuperiore quæſtione dixi ſufficere, nempe ſecundum pleroſque, emptorem intimaſſe ſententiam venditori, vt eximatur ab onere appellandi, & appellationis proſequendæ, vt & ſcripſit *Berrett. dict. conſilio* 145. *numero quartò, poſt Aretin. in §.actionum ſub numero quarenteſimo ſeptimò, inſtitut.de actionib.*

26 Item nota, quod comparens in iudicio in prima, ſecunda, vel tertia inſtantia, poteſt eo modo, ac tempore appellare, quo poterat emptor, & perſona conuenta, & non aliter. *Put. dicta deciſ.384. libr. 2. Beninteud. deciſ.92.*

Verum dubium eſt, quid concludendum in hærede putatiuo, & dicitur, quod ſi ſuccubuit in actione interdicti quorum bonorum non poteſt appellare ratione expenſarum factarum ab ipſo in rebus euictis. *Angel.Aret. in leg.ante ſententiam, numer.decimuſeptimo, ff.de recip. Rugmell.de appell.§.ſecundo,capit.tertio.num.* 297.

ARGVMENTVM.

Euictio proueniens à ſententia iniuſta, vel per iudicis imprudentiam, an, & quando debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Euictio proueniens ex iudicis ſententia iniuſta, vel per imprudentiam, non debetur.*

Et de ratione num.2.

Emptori tamen conſultum eſt aduerſus iudicem per actionem in factum, num.5.

Primò ampliatur principalis firmata concluſio, procedere, etiam ſi nulla interceſſerit emptoris culpa num.6.

Secundò ampliatur, etiamſi verbis ampliſſimis, & generalibus fuerit de euictione promiſſum, num.7.

Tertio ampliatus procedere quoque quoad fideiuſſorem de euictione, num.8.

Et de ratione, ibidem.

Primò limitatur, ſi venditor promiſerit defendere de iure, & de facto, num.9.

Secundo limitatur, quando venditor non ſolum tenetur de euictione; ſed etiam promiſit litem defendere, numer.10. & ſeq.

Tertio limitatur, quando clarè non conſtat accidiſſe per iudicis imprudentiam, ſeu imperitiam, num.12.

Quarto limitatur, quando iudex proceſſit nullo iuris ordine ſeruato, num.13.

Quintò limitatur, quando à ſententia lata in prima inſtantia fuit nedum appellatum; ſed in ſecunda inſtantia confirmata habitus recurſus ad ſuperiorem, numero 14.

Sextò limitatur, ſi iniuria, vel iniuſtitia fuit culpa, vel odio venditoris cauſata, num.15.

Septimò limitatur in fiſco, vel Republica venditrice, numero 16.

Octauo limitatur, quando venditor erat inimicus iudici, numero 17.

Intellige, vt numer.18.

Nono limitatur, quando euictio fuit promiſſa, etiamſi per imperitiam, & iniuſtitiam iudicis ſequatur, num.19.

Intellige, vt ibidem.

Decimo limitatur, quando fuit promiſſum de euictione in forma pleniſſima, etiam pro euictione iniuſta, num.20.

Vndecimo limitatur, quando emptor pro ſe habet magnam iuſtitiam, num.22.

3 *Venditor de ſententia iniuſta non tenetur, niſi ſit in culpa, quia non appellauerit.*

4 *Periculum caſu fortuiti pertinet ad emptorem.*

21 *Promittens de euictione quacunque, tenetur de euictione, quæ aliàs de natura actus non comprehenderetur.*

23 *Affertur diſtinctio Cardinalis Mantica in præſenti quæſtione.*

Quæſt. XVI.

1 EVictionis actio, vt legitimè proponi poſſit, oſtendi debet eam accidiſſe ex ſententia iuſta, & ſeruatis ſeruandis lata: nam, ſi appareat lata iniuſtè vel per imprudentiam, ſtultitiam, aut ſordes iudicis, eam non deberi dicendum eſt, iuxta *text.in l.ſi per imprudentiam, in princ.* & quod ibi notat *gl.& Doctor.ff.de euict.& l.exceptionem,&*

ibi

Digitized by Google

ibi latè Bart.ff.de fideiuſſor. Aug. conſ.176. & 177. Aret. in
§.actionum,ſub numer.49. verſ. & prædicta procedunt.Inſt.
de actio.& in §.fin ſub nu.5.verſ.alias iniuſtitia. Bald. conſ.
460.in fine libr.4.Corne.conſ.225.col.2.lib.1.Alex.conſil.4.
lib.3.Ruyn.conſ.171.num.7.lib.4. Alba conſ.216. nu.2.Me-
noch.conſil.361.numer. 1. lib.4. Quia iſte caſus dicitur for-
2 tuitus,de quia non videtur fuiſſe cogitatum, vt concludit
Bart.in l.ſtipulatio iſta habere in 3. membr.ff. de verb. oblig.
& quod iſte caſus ſit fortuitus; & venditor de euictione
non teneatur, probatur in dicta leg. ſi per imprudentiam,
& in d.l.exceptionem.vbi Bart.num.4. Bald. in l.fin. numer.
4.verſ.ad iſta, Cod.de actio.empt. vbi dicit, venditorem
3 de ſententia iniuſta non teneri,niſi ſit in culpa, quia non
appellauerit, vt notat gloſ. in leg.emptorem, in princip.ff.
de act.empt.& ſequitur Salicet.ibi in fine, & Paul. de Caſtr.
ſub num 4.verſ.poteſt etiam illud verbum. Alex.in d.l.ſti-
pulatio iſta,num.16.& Aret.ſub num.6.verſ.ſecundo adde,
& Iaſ.ſub numer.14.verſic.Tertio aduerte,vbi loquit,hanc
eſſe veritatem: Nam periculum caſus fortuiti pertinet ad
4 emptorem, capit.primo, de nou.form. fidelit ibi iniuſtè,
vel fortuitu caſu. Paul. Aemil. deciſ. 317. licet in caſu,
in quo iniuſta ferretur ſententiam conſultum eſſet em-
5 ptori aduerſus iudicem per actionem in factum, vt per
gloſ.in dicta leg.ſi per imprudentiam. Afflict. in cap. Impe-
rialem,§.Rurſus ſi fidelis. Caball. de euiction. §.quintò, nu-
mer.10.Qua concluſio.

6 Primò ampliatur, procedere, etiam ſi nulla interceſſe-
rit emptoris culpa; de communi Couar.var.reſol.lib.3.c.
17.num.10.Caballin.in d.§.5.num.7. & 8.Menoch. d.conſil.
361.ſub num.1.

7 Secundò ampliatur idem quoque procedere, quando
verbis ampliſſimis,& generalibus, fuit promiſſum de eui-
ctione:ita Menoch.vbi proximè ſupr. poſt Couarr. d.cap.17.
& Ruyn. conſ.77.num.5. lib.1.qui reſpondit venditorem
non teneri, etiam promiſerit defendere omni ſuo pericu-
lo,& expenſis,quod verum non puto, ex dictis præſertim
numer.10.& ſeq.in hac quæſtione.

8 Tertio ampliatur idem quoque procedere quo ad fi-
deiuſſorem de euictione, vt ſcilicet is non teneatur quan-
do res euincitur per imprudentiam, ſtultitiam, vel ſordes
iudicis ratione prædicta: quia periculum caſus fortuiti
pertinet ad emptorem leg.Lucius.ff.de euictio. Bart. in d.l.
exceptione, ff.de fideiuſſor. & ratio eſt, quia ille, à quo res
euincitur, agere poteſt contra euincentem, & dicere de
nullitate,& repetere rem euictam indebitè,nulliter, & in-
defensè. Salicet.in d.leg.ſi per imprudentiam in fine princi-
pij, & Bart.in d.l.exceptione.Caputaquenſ.deciſ.317. per to-
tam,par.1.

9 Primo fallit, ſi venditor promiſerit defendere de iure
& de facto: quia per illa verba venditor tenetur, etiamſi
fuerit iudicatum iniuſtè, & per imprudentiam, vt tenent
Cyn.& Bart.in l.vltima, C.de action.empti. & Bart. in lege
ſtipulatio iſta habere licere,in fine princ.verſic.quæro, aliquis
vendens promiſit,& ibi Doct.ff. de verbor.oblig. Ang.dict.
conſ.176. Præmittendum eſt ad euidentiam.Dec.conſil.74.
ſub num.5.verſ.Quarto demonſtratur, & declarant Abb.in
cap.fin.ſub numer.7. verſ.ſed dubium eſt, quod ſi emptor,
de empt.& vendit.

10 Secundò fallit, quando venditor non ſolum de euictio-
ne tenetur;ſed etiam litem promiſit defendere, vt probat
Bart.in l.qui abſentem in fine per illum tex.ff. de procur. qua
ratione,quamuis venditor non teneretur de euictione,ſal-
tem teneri debet, quia non defendit, ad id quod intereſt
eius,qui erat defendendus, ſic Bart.in leg.venditores, verſ.
Non obſtat ratio, quod iniuria venditori non nocet, ff.de
verb.oblig. vbi ait,quod ex capite rei non defenſæ, vendi-
tor non poteſt emptori obijcere caſum d.leg.ſi per impru-
11 dentiam,ff.de euict.& dicere malè fuiſſe iudicatum: quia
ipſe venditor fecit iniuriam,& ſibi imputare debet,quare
emptorem non defenderit litem in ſe ſuſcipiẽdo; & dicit,
quod ob rem non defenſam tenetur emptori ad id, quod
eius intereſt; & ibi eum ſequitur Caſtr.in verſ. nec obſtat,
quod lis,& poſteriores idem tradunt;vt & Ang. in leg.qui
abſentem, ff. de proc. & licet in hac actione ſecundum præ-
dictos veniant ſumptus litis, non tamen negatur, quod
veniat omne aliud intereſſe; maximè ſi in inſtrumento
fuerit promiſſum duplum, ſicut eſt de conſuetudine, &
ſtylo,vt poſt Cumau. & Alex.declarat Iaſ. in d. l.vendito-
res,ſub nu.5.verſ.2.limit.ff.de verb.obligat.

12 Tertio fallit, quando clarè non conſtat id accidiſſe per
iudicis imperitiam, cum alias præſumatur pro iuſtitia
ſententiæ. leg.Herennius, §.Cata,ff. de euict. & leg. 1.ff.de
re iudicata.

13 Quartò fallit, vbi iudex nullo ordine iudiciario ſerua-
to,tulit ſententiam: quia tunc non tenetur venditor. leg.
fiſtulas.§.ſi frumenta,ff.de contrahend.empt. non enim ſe
obligaſſe cenſetur in caſu inſolito.Ang.conſ.177. Gozadin.
conſ.94.num.42.

14 Quintò fallit non procedere,quando à ſententia lata
in prima inſtantia fuit nedum appellatum, ſed & nihilo-
minus ea in ſecunda confirmata, habitus fuit recurſus ad
ſupremum iudicem, & Principem: cum recurſus nun-
quam impediri poſſit, Auth.quæ ſupplicatio. C. de precib.
Imper.offer.vbi Iaſ.& cæteri Doct.cum conſtito de iniqui-
tate non ſufficiat confirmatio, quæ propterea exequi
non poſſunt,vt poſt alios tradunt Barbat. conſil. 1.lib.pri-
mo,Cur.conſ.104.num.4. & conſ.124. num.14. Pariſ.conſil.
89.num.60.& conſ.125.num.33.lib.2.& Couarr. var.reſol.
lib.1.c.1. num.10. Nam vt prædicti interpretes ſcribunt,
ſententia iniqua æquiparatur ſententiæ nullæ, quæ exe-
cutionem non meretur.

15 Sextò fallit,ſi iniuria,ſeu iniuſtitia,fuerit culpa,vel odio
venditoris cauſata.Bald.conſ.460 n.3.lib.4.

16 Septimo fallit in fiſco, vel Republica venditrice; quia
tenentur emptori de euictione: licet per errorem, vel iu-
dicis imprudentiam fuerit lata ſententia, ita Roman. ſing.
754.per tex.cũ gl. in l.2.§.grati in verſ. per iniuriam de ad-
miniſtr.rer.ad Ciuitat.pertinen.ea ratione, quoniam fiſcus,
vel Reſpublica hoc damnum ſentiunt ſuo facto,vel culpa:
ex quo talem iniuſtum iudicem conſtituerunt, l.damnum
de reg.iur.ſequitur Caballin. de euict.§.5.numer. 12. qui hoc
declarat num.88.

17 Octauò fallit, quando venditor erat inimicus iudicis,
quia tunc ſententia lata per iudicis iniuriam contra em-
ptorem, culpæ venditoris imputatur, leg. ſi merces,
§.culpa.ff.loc.ſic Bart.in l.ſtipulatio iſta in fi.prin.ff. de verb.
oblig.

18 Intellige,quando talis inimicitia fuit ſuborta ante
venditionem: ſecus, ſi poſt venditionem; cum venditor
non teneatur de aliquo caſu contingente, poſt eam d.leg.
Lucius.de euict.Ruyn.conſ.59.numer.14 lib.4.Caballin.d.§.
5.n.13.& 14.& nos latius dicemus ſuo loco.

19 Nonò fallit, quando euictio fuit promiſſa: etiamſi per
imperitiam,& iniuſtitiam iudicis ſequatur.Ioan.Ant.Ru-
be.in repet.l.non ſolum,§.morte,nu.474.ff.de non.oper nunc.
Caballin.vbi ſupra,nu.14.in fine.

Intellige dummodo in forma iudicij ſequatur, & fiat
intimatio.Dec.conſ.64.ſub num.3. verſ.quarto.

Item ſi per ignorantiam iudicis, vel facti euinceretur;
ſecus ſi omiſſo iuris ordine,vt per Rol.conſil.45.nu. 21 lib.
3.& de ratione ibidem num.22.

20 Decimò fallit, quando fuit promiſſum de euictione in
forma pleniſſima per verba, quandocunque, & qualiter-
cunque, vel pro euictione iniuſtiſſima: quo caſu dicitur
omne periculum deuoluiſſe in venditorem, l.Herennius
de euict.& l.quæritur,§.ſi venditor,ff.de ædili.edictio.Alba
d.conſ.216.num.3.lib.2.

21 Comprobatur,quia generalis promiſſio de euictione,

Digitized by Google

quomodocumque res euincatur, trahitur ad quamcunque euictionem etiam quæ alias ex natura actus non comprehenderetur, & etiam ex cauſa non conſiderat à iure. *Tiraq. de retract. lignag. ad finem, tit. numer. 97. in q. 22. Rol. conſ 67. lib. 4.*

22 Vndecimo fallit, quando emptor pro ſe habet manifeſtam iuſtitiam, quæ ſi adminiſtretur a magiſtratu, illam negligendo contra Ciuitatem, emptori repreſaliæ conceduntur, quæ regulariter, ob denegatam iuſtitiam concedi ſolent, *c. dominus videtur 18. q. 2.* & quod plenè notatur *in c. 1. de iniur. in 6.* ita, & ob neglectam, vt probatur *in c. 1. vbi Bald. & Innoc.* hoc tradunt. de milit. vaſall. qui contumax, eſt in vſib. feud. *Rom. conſ. 169. n. 1. & 2. & Stephanus Bertran. conſ. 103. viſo proceſſu, num. 12. lib. 2.*

23 Diſtinguit in hac quæſtione *Cardin. Mantica de tacitis, & ambig. conuent. lib. 4. tit. 27. num. 43.* caſum, in quo venditor de euictione ſimpliciter promiſit, à caſu, in quo fuit de euictione promiſſum, ſi res euicta fuerit de iure, ſiue de facto.

Vt in primo caſu venditor non teneatur, etiamſi emptori non poſſit culpa imputari, *dict. leg. ſi per imprudentiam, & ibi Bartol. & alios, & Bartol. in d. leg. exceptione, numer. 4. ff. de fideiuſs. ex communi Rube. in dict. leg. non ſolum, §. morte, num. 82. verſic. ſecundus caſus. ff. de non. oper. nunc.*

Secundo caſu ſub diſtinguit, quod aut iudex per errorem iuris, vel facti, tulit iniquam ſententiam: iuris tamen ordinem ſeruauit: & tunc tenetur, quoniam iſte caſus ſæpè accidere ſolet, ſecundum communem curſum iudiciorum, ex quo dubius eſt euentus litis, *leg. quod debetur, ff. de pecul.* Ideò videtur ſuſcepiſſe venditor hoc periculum, cum dixerit, ſe velle teneri, ſiue de iure, ſiue de facto res euincatur; quo in caſu dicit limitari *d. l. ſi per imprudentiam.*

Aut iudex nullo iuris ordine ſeruato, & velo leuato, emptorem priuauit, & tunc venditor non tenetur; quia de iſto caſu inſolito cogitatum non videtur, *arg. l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrahen. empt. Bald. in d. conſil. 176. inter conſil. Angeli fratris ſui incip. Præmittendum Gozad. conſil. 94. num. 43.* & ideò verba pacti eſſe diligenter inſpicienda, vt ibidem per eundem Manticam.

ARGVMENTVM.

Violenter eiectus, ſeu ſpoliatus à re ſibi vendita, an, & quando de euictione agat.

SVMMARIVM.

1 *Venditor emptorem reuelare non tenetur, quando citra iudicialem cognitionem res ei de facto aufertur, & numero 3.*

Secundo ampliatur, etiam quod venditor promiſerit, ſe velle teneri, quomodocunq; res euincatur, etiam de facto, numer. 4.

Secundo ampliatur, etiamſi emptor à poſſeſſione ceciderit, ſine culpa, vel negligentia, num. 5.

Tertio ampliatur, etiamſi ad id vendens ſe obligauerit, numer. 7.

Quartò ampliatur, etiam quod Principis mandato, vel Reipublicæ emptor priuetur, num. 8.

Quintò ampliatur, vt ſecuta euictione ex facto Principis venditor petere poſſit pretium, num. 11.

Sexto ampliatur etiam procedere, quando pretium fuit ſolutum, & apud venditorem non durat, vt quia auferatur à Principe in ſpecie, vel in genere, culpa emptoris; quo caſu non tenetur, num. 12.

Quod è conuersò procedere dicitur, ſi odio venditoris res euincatur, ibidem.

Primo limitatur, non habere locum, quando violentia commiſſa eſſet in odium venditoris, num. 15.

Ampliatur, etiamſi id accidat abſque culpa venditoris, numero 16.

Declaratur, num. 17.

Secundo limitatur, vbi venditor ſciuerit Principem id facturum, & tacens alienauit, num. 18.

2 *Venditor vendendo transfert omnem caſum fortuitum in emptorem.*

6 *Euictio, quando iudicialiter non ſequitur, venditor de euictione non tenetur.*

9 *Principis factum reputatur caſus fortuitus.*

10 *Superioris authoritas, in qualibet re ſemper reſeruata cenſetur.*

14 *Oratio vniuerſalis limitatur, & reſtringitur ad veriſimiliter cogitata.*

Quæſt. XVII.

1 AT quæritur, quid dicendum, quando per violentiam res empta fuit ablata; vel ea quis fuit ſpoliatus.

Et concluſiuè, iuxta morem procedendo; dicimus per promiſſionem euictionis venditorem non teneri releuare emptorem, quando citra iudicialem cognitionem res ei aufertur de facto, *l. fin. C. de actio. empt. Angel. in l. ſi filiofam. §. ſi vir. col. fin. ff. ſolut. matr.* vbi dicit quod Florentini, quibus vendita fuerunt certa loca, & paulo poſt oblata per Piſanos, contra venditorem nullum de iure
2 habent regreſſum quoniam venditor vendendo, transfert omnem caſum fortuitum, & violentum in ipſum emptorem, eſt *text. in l. Lucius, ff. de euict. vbi Gloſ. & Doctor. communiter Bart. in l. exceptiones, ff. de fideiuſſor. Bal. conſil. 277. factum ita ſe habet, lib. 4. Paul. de Caſtro conſ. 220. col. 2. lib. 1. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta colum. pen. ff. de verbor. obligat. Socin. in l. relegatus in 3. not ff. de reb. dub. Barbat. in capit. fin. col. pen. & ibidem Burg. de empt. & vendit. Gomeſ. de con-*
3 *tract. cap. 2. numer. 41. & 43. Abbas in d. capit. fin. numer. 7. Mainer. in leg. non videtur defendere, num. 5. de reg. iur. Iaſ. in d. l. ſtipulatio iſta nu. 29.* eandem ſententiam tenet *Grammat. conſil. 22. num. 6. Natt. conſil. 281. Rol. à Valle conſ. 45. num. 19. lib. 3. qui num. ſeq. citat Gozad. conſil. 94. numer. 42.* dicentem, quod licet quis promiſerit aliquem defendere, non ideo tamen tenetur de vi, & violentia, *per d. l. fin. C. de act. empt.*

4 Primò ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiam quod venditor promiſerit, ſe velle teneri quomodocunq; res euinceretur, etiam de facto, quia non intelligitur de violentia extraiudiciali, quæ non venit ſecundum naturam contractus, hoc eſt iudicialiter, vt euincens faciat, quæ facti ſunt ciuili modo, & adiſtat apud Tribunal, producat libellum, & ſcripturas, & petat examinari teſtes, ac ſimilia. *Bald. in d. leg. fin. quem ſequitur Angel. in d. conſil. 176.* præmittendum eſt. *Natt. conſil. 21. Dec. conſ. 74. col. 3. in fin. Maſuer. ad Pract. Papien. in form. libell. in cauſ. vendit. in ver. legitimo defenſore, in prima addit. Aretin. in §. actionum, num. 23. inſtit. de act. Butr. conſil. 22. numer. 5. Gozad. d. conſ. 94. n. 42. Gomez. var. reſol. de contract. cap. 2. nu. 43. verſ. octauus caſus.*

5 Secundo ampliatur, etiamſi emptor perdiderit, aut à poſſeſſione ceciderit abſque culpa, ſeu negligentia, *leg. ſi rem quam, §. ſi duplæ, l. mancipium. in princ. ff. de euict. Gloſ. in l. ſi controuerſia, in Gl. fin. in fine, C. eod. tit. Gomez. d. cap. 2. num. 43. verſ. decimus caſus.*

6 Nam

6 Nam eſt regula generalis, quod, quando res in iudicio euicta non eſt, venditor de euictione non tenetur *l.non tamen,l. ſi ſeruum cuius nomine , ff.de euict.l.qui rem, & l.ſi cum quæſtio.C.eod.tit.ſed opus eſt,* quod lis, ſuper re coram Iudice mota ſit,& euictio per ſententiam ſecuta , *l.vtique autem,ff.de rei vend.de quo dixi ſupra in q.8.n.1.* & alia requiruntur ; vt pariter dictum fuit in præcedentibus quæſtionibus.

7 Tertiò ampliatur,etiamſi ad id vendens ſe obligauerit, *Grammat.conſ.22.n.6.Aret.in d.§.actionum,n.50.inſtit. de actio,*

8 Quartò ampliatur procedere quoque,quando mandato Principis,Senatus, vel Reipublicæ emptor re empta priuatur,abſque vlla culpa venditoris : quo caſu contra eum nulla datur actio emptori de euictione,nec ratione intereſſe,nec ad pretij reſtitutionem , quod ſoluendum tantum erit per Principem,Senatum,vel Rempublicam ; vel per venditorem,ſi ei Princeps, vel Senatus, ſeu Reſpublica dediſſent,*d.l.Lucius de euict.Put.dec.381.num.2.lib.1.Natt.dicto conſ.281.num.4.* quaſi tunc euictio cauſam ſumat ex nouis legibus diſponentibus circa deciſoria vltra vel contra ius commune , nec ideo obeſt venditori.
9 *Bald.conſil.460.factum tale eſt n.4.lib.4.* Item,quia factum Principis reputatur fortuitus caſus , cuius Imperio reſiſti non poteſt *l.item ſi verberatum , §. item ſi fortè de rei vendic.l.apud Iulianum,§.conſtat,ff.de leg.1.Bal.in l.falſus, n.3. C.de furt.Alex.Randen.conſ 9.ſub n.4. in fine lib.2.* quare
10 ſemper in qualibet promiſſione reſeruata cenſetur ſuperioris authoritas,*l.fin.vbi Iaſ.n.6.ff qui ſat.ſdat. cogant, & in l.ſi quis maior.n.19.C. de tranſactionib.*

11 Quinto ampliatur , vt ſecuta euictione ex facto Principis,venditor poſſit petere pretium, *d.l.Lucius. ff de euict.* & a fortiori etiam retinere , *Put.d.deciſ.381.ſub num.3.in fine*,

12 Sextò ampliatur etiam procedere, quando pretium , quod venditori eſt ſolutum apud illum non durat ; ſed ab eo aufertur à Principe,vel Tyrano in ſpecie,vel in genere, culpa emptoris ; quo caſu emptor non dicitur liberatus ; nec pro eius parte contractum impleuiſſe ; & haberi,ac ſi pretium non ſoluiſſet,iuxta *l.Iulianus,§.offerri,& l.emptorem in princ. de actio. empt.* ex quo ſolutum non dicitur, quod non durat ſolutum culpa eius , qui ſoluere tenebatur,*l.ſi vero,§.verſum de in rem verſ.iuncta Gl.fin.* in prima ſolutione data ad contrarium. Quod adeo verum eſt,vt ſi emptor ad rem emptam agat, exceptione repelli poteſt , ita *Ruyn.conſ.85.num.4. & ſeqq. lib.1.*

Quod è conuerſo locum quoque habet ; quando euictio ſequuta fuit in odium venditoris, quia de euictione tenetur venditor , ex cuius culpa hoc accidiſſe lex interpretatur,*l.ſi merces,§.culpæ,ff.locati.*

13 Prædictorum ratio eſt: quia in promiſſione etiam generalis euictionis cenſeri non debet incluſum caſum fortuitum,præſertim etiam inſolitum facto Principis, vel alterius ſuperioris magnum ſibi damnum afferentem , quia de eo non cenſetur cogitatum , *arg.tex.cum Gl.in 1.ver, commentum , de reſtit.in integr. lib.6.& habetur per Dec. conſil.203.vt vera,column.penult. clare Beron. quæſt.125. ſub num.2.eſt text.in l.1.§.ſi ſæpè in depoſiti, & in l. ſed & ſi quis,§.quæſitum,vbi Glo.in verb.ſpecialiter verſ.extra quaro,an hoc,quod debeant,ſi quis caut.in l.inter ſtipulantem §.ſacram.ver.& caſum aduerſamque,ff.de verb. obligat. & latè Iaſ.in d.§.quæſitum num.36.& ſeq. & in l. quæ fortuitis,C.de pignor.actio,l.Labeo, & l.fiſtulas , §.frumenta vbi ſcribentes de contrahen.empt. Boſſ. in tit. de remiſſ.merced. ſub num.36.56.57. & 58. Rip.in tractat.de Peſte,titul. de priuileg.contra cauſ. peſt. ſub num.33.verſ. ſed quia non eſt credendum,quod aliquis voluerit,et num 75.& ſub num 86. Redoa.de reb.eccleſ.non alien.rubr.de remiſſ. merced.Sebaſt. Medic.in tract.de caſu fortuito par.1.num.21.& ſeq. q.11. & q.13,num.7.& q.15,num.16.* & vniuerſalis oratio limi-
14 tatur,& reſtringitur ad veriſimiliter cogitata *l.obligatione generali de pignor.Bartol.in l.ſi is qui ducenta, §. vtrum n.5. in ſecunda oppoſit.de reb.dub.Cranet,in l.1.ſub num.45 ff.de leg.1.*

15 Primò limitatur,non procedere,quando violentia, vel iniuria,ſiue iudicialis,ſiue extraiudicialis commiſſa fuiſſet in odium venditoris,vel eius culpa.*Zaſ.in d.l. ſtipulatio iſta n.29.Bal,in d.conſ.460.num,3.lib.4.Ruyn.conſ.59.ſub num. 13.lib.4.*

16 Ampliatur habere locum,etiam ſi ſine culpa venditoris is odio habebatur,vt per *Bart,in l.pen, ff. ſol.matr. Ruyn.d. conſ.85.ſub n.5.lib.1.*

17 Declaratur ſibi tribuere,quando odium præceſſit venditionem,& emptionem,non autem ſi ſubſequatur,ſecundum *Bald.& Salyc.in l.fin.C.de act.empt. Rom.in. & Alex. in d.l.ſtipulatio iſta,in princip.ff.de verb.oblig.per l.Lucius de euict.Ruyn.d.conſ.85.ſub n.5.& conſ.59.ſub n.14.lib.4.* & dicam latius in particulari quæſtione.

18 Secundò limitatur, quando venditor ſciuit, Principem id facturum, & tacens alienauit, quia eo caſu in dolo verſari dicitur,argum.eorum, quæ de ſciente legem promulgandam tradunt paſſim Doctores in prohem. *Gregor.& Meneſ.in l.conſtitutiones,num.8. Cod. de iur. & facti ignor. Sot.de inſt.& iure lib.1.q.1.art.4.col.2.in fine , & ego dixi in q.1.propè finem.*

ARGVMENTVM.

Caſus fortuitus euictionis ad quem ſpectat.

SVMMARIVM.

1 *Periculum caſus fortuiti , quando ante venditionem perfectam contingit,ſpectat ad venditorem.*

2 *Venditor de natura contractus venditionis tenetur de euictione,reſpectu ſui,& pro ſuorum authorum,etiam extraneorum.*

3 *Periculum euictiones contingens poſt perfectam venditionem pertinet ad emptorem.*

Primò ampliatur,ſiue empta ſit res certa ſiue incerta,n.5.

Secundò ampliatur,etiam ſi ſit conuentum,quod emptor non teneatur ad pretium. ſi vendita non poſſint poſſideri,donec recuperentur , n.6.

Tertiò ampliatur,quando ab euentu litis conſtat,quando emptor recuſauerit rem venditam abſque iuſta cauſa, recipere,n.8.

Quartò ampliatur , quando ſtetit per emptorem , quin res traderetur , n.9.

Primò fallit , quando emptor ſuſcepit in ſe periculum omne caſus fortuiti,n.10.

Secundò fallit,ſi venditio fiat ad menſuram , vt n.11. & ſequentibus.

Tertiò fallit in venditione gabellarum ad incantum ſi contingat damnum, dum facta eſt oblatio ad baſtam , ſed non deliberatio,n.15.

7 *Promiſſio facta in vno caſu, non ſe extendit ad alium caſum in pactis.*

12 *L.ſi in venditione, §.1. ff. de periculo, & commod. rei vendit.loquens in mobilibus,procedit etiam in bonis immobilibus,*

13 *Dominium vbi fuit tranſlatum in venditione, damnum, & augmentum cedit emptori.*

14 *Periculum mutuum tam in re vendita,quam in re aſſignata loco pretij , cum vtroque caſu poſſit contingere augmentum,vel diminutio,tollit remedium euictionis.*

16 *Ven-*

Digitized by Google

16 *Venditor, & emptor licitè poſſunt poſt contractum ſuſcipere periculum caſus fortuiti.*
Fallit num.17.
18 *Emptor, vel venditor periculum caſus fortuiti ſuſcipiens, tenetur etiam de caſu contingente ex culpa alterius partis.*
19 *Promiſſio de euictione, quouis cuſu ſequatur, operatur vt de euictione is teneatur, etiamſi res euincatur, culpa & facto emptoris.*
Contrarium, n.20.
21 *Promittens de euictione ob caſum fortuitum, tenetur præſtare cuſtodiam.*
22 *Emptor ſubiens periculum rei venditæ tenetur etiamſi res conſignata non ſit.*
Intellige, num.23.
Ita quod nullum damnum, ſeu intereſſe petere poſſit ab altera parte, num.24.
Ratio aſſignatur, num.25.
26 *Euictionis periculum ab emptore ſuſceptum non liberat venditorem a pretij reſtitutione, niſi etiam conuentum ſit, ne ad pretium teneatur.*

Quæſt. XVIII.

QVæritur modò ad quem ſpectet caſus fortuitus euictionis.

Et in hac quæſtione diſtinguendi ſunt duo caſus.

1 Primus eſt, quando ante venditionem perfectam, & traditionem periculum contingit, & tunc proculdubio dicendum eſt, periculum ad venditorem ſpectare, *l. emptorem, §. qui autem, & ibi Gl. in ver. per omnes, ff. de act. empti, & in l. inter ſtipulantem in princ. & ibi Gl. in ver. habere licere, ff. de verb. obl.* vbi quod de natura contractus venditionis eſt, teneri venditorem de euictione reſpectu ſui, &
2 pro facto auctorum ſuorum etiam extraneorum; Idemq; tradit *Angel. in l. 1. in 2. not. C. de peric. & commod rei venditæ*, vbi ſi exitij ex forma legis ſeu pactorum reſtituuntur ad bona, tenetur tunc venditor de euictione, quia cauſa euictionis iuris fictione præceſſit contractum *Bal. conſ. 214. n. 1. lib. 1. & conſ. 393. n. 1. lib. 4. Aret. in §. cum autem n. 2. inſtit. de empt. & vendit. per Gl. in l. ſi fundus, & in l. item, ſi verberatum, ff. de rei vendic.*
3 Secundus eſt caſus, quando periculum euictionis, & caſus fortuiti accidit poſt perfectam venditionem, quo in caſu non ad venditorem, ſed ad emptorem ſpectat, quando præſertim venditio eſt pura, *l. 1. C. de pericul. et commod. rei vendit. l. neceſſ. ff. eod. in l. ſi per imprudentiam, & ibi*
4 *Bar. in primo not. ff. de euict.* vbi violentia, ſeu iniuria, quæ fit emptori, vel alia cauſa ſuperueniens non nocet venditori. *Iaſ. in l. ſtipulatio iſta in prin. n. 14 ff. de verb. oblig. poſt Salyc. in l. fi. C. de act. empt. Bal. conſil. 460 ſub num. 4. verſ. tertio præmittendum lib 4. Angel conſ. 176 circa finem verſ. præterea iſte caſus, Oſaſch. in deciſ. Pedem. 48. num. 1. & ſeq. Natt. conſ. 181. n. 3. Bart. in ſing 162. & in d. l. 1. C. de periculo, & commodo rei vend. Petr. de Rauenna in ſing. 488. Petr. de Anch. conſ. 151. n. 4.*
5 Primò ampliatur, procedere, ſiue empta ſit ſpes certa, ſiue incerta *d. l. neceſſario, ff. de peric. & commod. rei vendit. l. 2. C. eod. Bal. in dicto conſ. 393. ſub n. 1. lib. 4.*
6 Secundò ampliatur procedere, etiam ſi ſit conuentum, quod emptor non teneatur ad pretium, ſi vendita non poſſint poſſideri, donec recuperentur, quia ſi pars perdatur, pretium retineri non poteſt, ſic *Anch. d. conſ. 151. ſub*
7 *n. 3. vbi n. 4.* addit, quod prouiſio facta vno caſu, non ſe extendit ad alium caſum in pactis.
8 Tertiò ampliatur, quando ab euentu litis conſtat quod emptor recuſauerit rem venditam abſque iuſta cauſa recipere, quoniam periculum contingens ad eum ſpectat, *l. qui decem in princ. l. creditor oblatus in princip. vbi Bart. & ſcribentes, ff. de ſolut. latè Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 6. n. 34.* & ideò tenetur etiam ad expenſas.
9 Quarto ampliatur, quando ſtetit per emptorem, quominus res traderetur, *Abb. conſ. 66. ad finem colum. 2. verſ. item facit, lib. 1.*
10 Primò fallit, quando venditor ſuſcepit in ſe periculum omne, etiam caſus fortuiti, quia tunc de illo tenetur, quoniam contractus ex conuentione legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſiti. Paul. de Caſtro in conſ. 145. num. 2. lib. 1.*
11 Secundò fallit, ſi venditio fiat ad menſuram, quia donec fiat menſuratio rei, dicitur conditionalis, & non transfertur dominium, adeo quod omne periculum deteriorationis, & augmenti ante menſurationem cedit periculo venditoris, eſt *text. in l. ſi venditiones, §. 1. vbi Salyc. & Fulgoſ. ff. de peric. & commod. rei vend. vbi Bar. ait.* Quod quamuis
12 lex illa loquatur in bonis mobilibus; tamen procedit etiã in bonis immobilibus. *Alex. conſ. 90. viſo proceſſu, lib. 5.*
13 *Curt. iun. conſ. 76. n. 7. & 9. lib. 2.* ſicut è conuerſo, ſi dominium eſſet translatum, omne damnum, & augmentum poſtea contingens cederet commodo, & periculo emptoris. *Gratian. diſcept. lib. 2. c. 361. num. 1. & lib. 3. c. 566. n. 7.* licet, vbi adeſſet mutuum periculum, tam in re vendi-
14 ta, quam in re aſſignata loco pretij, cum vtroque caſu poſſit contingere augmentum ſeu diminutio, tollatur remedium euictionis, *Menoch. conſ. 87. n. 84. lib. 1. Surd. conſil. 576. n. 11. lib. 4. Grat. diſcept. lib. 2. c. 234.*
15 Tertiò fallit in venditione gabellarum ad incantum, ſi contingat damnum, dum facta eſt oblatio ad haſtam, ſed non deliberatio, quia dicitur venditio pendens, & perfecta, *Bal. in d. conſ. 393. per totum lib. 4.*
16 Sed difficultas eſt, quid iuris ſit, quando venditor, vel emptor poſt contractum venditionis ſuſcepit expreſsè periculum caſus fortuiti, an liceat, & quid operetur talis ſuſceptio, *text. in l. 4. §. non ſolum*, ſecundum intellectum *Bulgar. communiter approbatum ibi per Gloſ magnam, & omnes Doct. ff. ſi quis caution. admitti*, licere, quod in contractibus venditor ſuſcipiat periculum caſuum, dummodo illi caſus ſpecificentur, vel aliqui ſaltem, & poſtea addatur clauſula generalis de omnibus alijs caſibus: at ſecus,
17 quando generaliter quis aſſumpſerit in ſe periculum abſque ſpecificatione aliqua, ſequitur *Salyc. in d. l. 1. Cod. de periculo, & commod. rei vend. in ſpecie Pariſ. conſil. 75. omnis difficultas, num. 31. lib. 4. & Decian. conſil. 2. num. 144. lib. 1.*
18 Operatur autem primo ſuſceptio huiuſmodi, quod is, qui ex natura actus tenetur ſuſcipere in ſe periculum caſus fortuiti, vt puta emptor, poſt contractum venditionis ſi expreſsè ſuſcipiat periculum, talis ſuſceptio operabitur, vt ſuſcipiens teneatur de caſu fortuito contingente etiam ex culpa alterius partis, idemque in venditore dicendum ſequitur ratione correlatiuorum, in quibus eadem eſt diſpoſitio, *l. 1. C. de expreſs. lib. 12.*
19 Nam, ſi venditor, qui regulariter de euictione ex natura contractus tenetur, *l. emptorem, § qui autem, iuncta Gl. in ver. omnes, ff. de actio. empt. de euictione*, promittat quouis modo, & caſu res euincatur, operabitur hæc promiſſio, vt teneatur de euictione, etiamſi res euincatur culpa, & facto emptionis, ita ex *Bar & alijs in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautionibus reſpondit Alex conſ. 84. n. 6. lib. 7. quem ſequitur Corn. conſ. 203. col. penult. lib. 2. Rolan. à Valle conſ. 67. n. 6. lib. 4. qui addit, eiuſdem opinionis fuiſſe Soc. ſen. conſ. 70. num. 3. lib. 3. & ſequitur Sforz. Odd. conſ. 50. num. 9.*
20 Contrarium, quod ſuſcipiens caſus fortuitos, tam cogitatos, quam etiam incogitatos non dicatur ſuſcepiſſe caſum prouenientem à perſona alterius partis, reſpondit *Ioan. de Monte Sperell. conſ. 3. Ioſeph. Ludou. tom. 3. Syntag.*
com-

Digitized by Google

commun.opin.diuerſ.pag.465.tit.de iure emphyt.col.1. verſ. Intelliga Brunor. à Sole quæſt.51.num.38.39.ad 47. Iul.Ferret.de Gabell.num.909.Sebaſtian. Medic. in tom.2. ſuorum tractatuum,de caſ.fortuit.parte 2.quæſt.10. numero 21. & in terminis num.44.pag.146.& in prima parte quæſt.15. n. 59.pag.137.& ante num.19.& in fin.quos omnes refert, ac ſequitur Alex.Rand.conſ.9.n.138.lib.2.

21 Secundò operatur, quod altera pars tantum præſtare tenetur cuſtodiam, vt quando vinum fuit venditum, & illud ſtat periculo emptoris, *l.ſi quis Vina.§.ſi auerſione, ff. de peric.& com.rei vend.Couar.pract.q.c.3. n.6.*

22 Tertiò operatur, vt venditione perfecta, quando emptor ſubit periculum rei venditæ, eadem res dicatur ſtare illius periculo, etiam ſi conſignata non ſit, *l.qui officij, §. fin.ff.de contrah.empt. Odd. d.conſ.50. n.10.* dummodò ta-
23 men ſteterit per emptorem, quominus conſignatio facta fuerit, iuxta quæ dixi ſupra in ampliatione quarta.

24 Quartò operatur, quod is, qui in ſe periculum rei ſuſcepit, nullum damnum, nullumque intereſſe petere poteſt ab altera parte. *Gloſ.in l.ſicut periculum, & ibi Bal. Salyc.& omnes Doct.C.de action.empt.* Ratio eſt, quia ſibi im-
25 putare debet, vt puta emptor, qui ante actualem conſignationem, ſeu traditionem voluit periculum ſubire, cum alias ad venditorem ſpectaſſet, in ſpecie ſic *Bald.in l.ſecunda num.1.Cod.de pericul.& commod.rei vendit. & ante eum Gloſ.in dicta l.ſi quis Vina,§.in auerſione, ff.eod.Franc, Marc. quæſt.58. ſub num.7.Odd.dicto conſ.50.n.19.*

26 Poſtremò ad præmiſſa notandum eſt, quod euictionis periculum ab emptore ſuſceptum non liberat venditorem à pretij reſtitutione niſi etiam conuentum ſit, ne ad pretium teneatur *Gloſ.Bar. & Paul. de Caſtro in l. emptorem,§.qui autem,ff.de act.empt.tradit Peregr. in tract. de fideicomm.art.52.n.71.*

ARGVMENTVM,

Venditor, qui promittit defendere de iure, & de facto, numquid teneatur emptorem defendere, ſi vi armata per aliquem expellatur.

Creditor cui data fuit à debitore facultas ingrediendi poſſeſſionem bonorum propria authoritate, ſi à debitore impediatur, & nihilominus poſſeſſionem ingreditur, an dicatur vim inferre.

Emptor, quæ probare debeant quando expulſus eſt à poſſeſſione vt de euictione contra venditorem agere valeat.

SVMMARIVM.

1 Venditor de euictione non tenetur, vbi res de facto inuaditur, & n.3.
Ratio adducitur, n.2.
Præſertim, quando expellens talis non erat, qui metum inferre potuerit, n.4.
5 Venditur, qui promiſit defendere de iure, & de facto, non tenetur eum tueri, qui vi armata per aliquem expellitur.
Ampliatur, etiam ſi promiſerit defendere quomodocunque res euincatur, n.19.
Primò declaratur, vbi nulla culpa venditoris, vel emptoris accedit, vel quando venditor non fuit in cauſa violentiæ, num.20.
Ampliatur etiam quando etiam inimicitia eſſet abſque culpa venditoris, n.21.
Contrarium n.22,
Concordantur opiniones, n.23.
Subdeclaratur, quando talis inimicitia fuiſſet ſuborta, ante factam vendiſionem, num.24.
Sed contra, num.25.
Auctor tamen tenet ſubdeclarationem, n.26.
Secundò declaratur procedere in priuata perſona, ſecus in Principe, n.28.
Subdeclaratur, num.29.
Tertiò declaratur, quando quis fuit iniuſtè conuentus, n.30.
Et de ratione, n.31.
Quartò declaratur, ſi venditor fuerit requiſitus ab emptore, n.31.
6 Verbum de facto non comprehendit, quod eſt extra naturam contractus.
7 Verba intelligi debent ciuili modo, & n.12.
8 Caſus fortuiti non veniunt de natura vendiſionis, & emptionis, niſi ſpecialiter ſint enumerati, & n.38.
9 Promiſſio defendendi aliquem de iure, & de facto, intelligitur de moleſtia iudicata, non autem de extraiudiciali.
Item intelligitur, vt n.13.
10 Defenſio cum armis, non venit de natura contractus.
11 Venditor non dicitur promittere factum alienum.
14 Caſus fortuitus poſt perfectam venditionem pertinet ad emptorem.
15 Factum iniuſtum ſuperioris reputatur caſus fortuitus.
16 Venditor quando promittit emptorem defendere de iure & de facto, etiamſi per iniuriam iudicis res euincatur, qualiter promiſiſſa intelligatur.
17 Caſus dicitur inſolitus, quando proceditur nullo iuris ordine ſeruato.
18 Venditor, quod ſe obligare voluerit ad id, quod rarò accidit, non eſt veriſimile.
27 Venditor tenetur ad factum momentaneum.
32 Creditor ex pactu poteſt propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum debitoris.
Et an vim facere dicatur, ſi ingreditur debitore ſibi opponente, referuntur opiniones, n.33.
Quæ à Bar. diſtinctione concordantur, n.34.
Et refertur ſententia Salyc. n.35.
36 Euictio contingens ob culpam debitoris, ſeu venditoris, ab eis debetur.
37 Venditur tenetur de expulſione facta ab inimicis ſuis.
Intellige, ſi inimicitia orta erat tempora contractus, ſecus ſi poſtea, n.39.
40 Emptor quæ probare debeat, quando expulſus eſt à poſſeſſione, vt de euictione contra venditorem agat.

Quæſt. XIX.

1 STantibus ijs, quæ in præcedentibus quæſtionibus diximus, nempè quod venditor de euictione non tenetur, vbicunque res alienata de facto inuaditur, vel occupatur, vt in ſpecie probat *text.in l.fin.& ibi Bartol.& Doctores C.de actio.empt.& in l.ſtipulatio iſta in princip. ff. de*
2 *verb.oblig.* cum alijs ad id adductis. Ratioque eſt, quia ſubintelligitur, quod debeat iuſtè, & iuris ordine ſeruato defendere. *Bart.in l. quidam cum filium, vbi etiam alij, ff.de verb.oblig.* ſeu etiam ſecundum *Gloſ & Doct.in d.l.fin.* quoniam ad hoc, vt agatur de euictione res euinci debet per ſententiam, & ſententiæ executionem, *l. habere licere, C. de euict.* & ſæpè fuit dictum in ſuperioribus quæſtionibus,
3 & ſpoliatio, ſeu expulſio non eſt per ſententiam euictio,

& vcu-

& venditor non tenetur de iniuria facta emptori, *l.ſi per*
4 *imprudentiam,ff.de euict.* præſertim,ſi is,qui vim infert,ta-
lis non eſt,qui metum inferre potuerit, *Affict.deciſ.*150.
n.14.poſt Bart.in tract.de Tyran.q.7.Menoch de arbitr. iud.
lib.2.Cent.2.caſu 137.*n.*17.

5 Quærit *Bal.in d.l.fin.* quid ſi venditor promiſit defende-
re de iure,& de facto, & emptor vi armata per aliquem
expellatur,vel aliter,ita quod non audeat ire ad poſſeſſio-
nem,vel illam retinere non poſſit ob potentiam aduerſa-
rij,an teneatur eum defendere,ſi hoc ſit ei poſſibile, & fa-
cile? & reſoluit poſt Doctores quos adducit, quod non,
quia videtur promiſiſſe factum alienum *d.l.ſtipulatio iſta,*
poſt princip.ff.de verb.oblig quem ſequitur Ioan. de Imol in
l.damni.la ſecunda in princ.ff.de damno infecto: quia verbũ
6 de facto intelligi poteſt pluribus modis: vnde in dubio nõ
comprehendit id,quod eſt extra naturam contractus,*d.l.*
damni in princ. quæ ad hoc allegatur, vt inquit *Imol.con-*
cordat l.ſi ſtipulatus ff.de vſur.l.ſi vni locat.& l.inſulam, qui
7 *pot.in pign.habeant*, & etiam quoniam verba intelligi de-
bent ciuili modo *l.ſi cui,ff.de ſeruit.*

8 Item alia ratione, quia de natura emptionis, & vendi-
tionis eſt,quod in illo contractu non veniant caſus fortui-
ti, niſi ſpecialiter ſint enumerati, vt dixi in præcedenti
quæſtione,*l.ſed & ſi quis,§.quæſitum, ff.ſi quis cautio,* at
illa violentia videtur eſſe caſus fortuitus,vt *l.contractus,ff.*
de reg.iur. quod & latius proſequitur *Bar.in d.l.ſtipulatio*
9 *iſta in princ.* Non ergo iſta promiſſio intelligi debet de
moleſtia facti extraiudicialis,ſed de ea,quæ venit ex natu-
ra contractus,& ſic factum intelligitur,aſſiſtere ad Tribu-
nal,procedere teſtes,expenſas ſoluere,& his ſimilia, iuxta
dictam *l.fin.vbi Bald.Salyc.Paul.de Caſtro,& alij,C. de act.*
*empt.& vend.Rom.in Rubr.de arbitr.n.*15. *Dec.conſ.74.n.*
3.Gozad.conſ.94.n.42.Iaſ.in l ſtipulatio iſta n.12.ff.de verb.
oblig.Neuiz.conſ.92.n.21.Natt.conſ.181. num.2. Myſing.
ſing.obſeru Cent.1.obſeru.54.n.3.& cent.2.obſer.19. num.2.
*Marſil.ſing.*354 *Rol.conſ.45.lib.*3. Non enim defenſio cum
10 armis venit de natura contractus,*d.l.fin.C.de act.empt.* ne-
que dicta verba id important, *l. inſulam, ff qui potior.in*
11 *pign.habeant,& d.l.damni,§.1.* neque venditor promiſiſſe
videtur factum alienum *d.l.ſtipalatio iſta poſt princip.* quia
ille eſt caſus fortuitus,nec ideo eſt de natura contractus,
neque legitur enumeratus in *d.l.ſed & ſi quis,§.quæſitum,*
12 *ff.ſi quis cautio,* & vt ſuperius dixi; verbum illud de facto
intelligi poteſt ciuiliter, & ſecundum naturam contra-
ctus; videlicet in iudicio, non ſolum de iure, producendo
iura ſua, ſed etiam de facto, ſuſcipiendo defenſionem, &
iudicium ſuis impenſis,& emptori aſſiſtere ex præmiſſis;
& nunc addo *Iacob.de Arena,qui hoc tenet in d. l. damni de*
damno infect.per l.ſi parentes,C.de euict.

13 Præterea verbum illud de facto, intelligi poteſt alio
modo, vt nempè teneatur defendere de iure, & de facto,
ideſt quod non feratur ſententia iniuſta,& ſi feratur, vult
teneri,& ita renunciare, *l. ſi per imprudentiam ff. de euict.*
ſecundum Bar. quamuis hanc vltimam explicationem
probent *Bal.in d.l.fi.C.de act.empt.& ibi Salyc.& Caſtr.ſe-*
quuntur Alexand. Aret.& Iaſ. in d.l.ſtipulatio iſta habere.
Natt d.conſ.181.n.2.Ang.conſil.72.Barba.conſ.22. Præ-
clarè col.pen.lib.2.Rol.d.conſ.45.in fin. lib.3. & ratio eſt, vt
14 dixi in præcedenti quæſtione: quia caſus fortuitus poſt
perfectam venditionem pertinet ad emptorem, *l.1. C.de*
periculo,& commod.rei vend.& l.neceſſario, ff. eod. tit. ſed
15 factum iniuſtum ſuperioris reputatur caſus fortuitus, *l.*
Lucius, ff.de euict. & ideò illa verba hoc importare non
16 poſſunt. Quinimò,ſecundum *Ang.in conſ.*176. quando
venditor promittit emptorem defendere de iure, & de
facto,& quod magis eſt, obligat, etiamſi per iniuriam iu-
dicis res euincatur, hoc pactum intelligitur quando per
ignorantiam iuris, vel facti iudicis euinceretur, qui iudex
ſeruato iuris ordine proceſſit, ſecus autem ſi prætermiſſo
iuris ordine procederet,& res euincerẽtur, quia tunc non
17 teneretur. Ratio eſt, quia quando proceditur nullo iuris
ordine ſeruato,talis caſus dicitur inſolitus,& inopinatus,
de quo non tenetur,*l.fin. ff. de pign.act. ſequuntur Alex. in*
d.l.ſtipulatio iſta col.fin.Barba.in d.c.fin. col.pen. verſ. in ad-
do extra de empt.& vend.Dec.conſ.74.col.pen. Gozad. dict.
conſ.94.n.42.Natt.d.conſil.181.n.2.& Rol.d.conſ.45.n.22.
18 *lib.3.idemque de mente Ang. voluit Alex. in d.l.ſtipulatio*
iſta,dicens veriſimile,non eſſe, quod venditor obligare ſe
voluerit ad hoc,quod rarò accidit,*arg.l.fiſtulas, ff.de con-*
trah.empt. ſecus ſi iuris ordine ſeruato male iudicauit per
ignorantiam,ſeu alio modo.

19 Ampliatur præcedens principalis concluſio, vt proce-
dat etiamſi venditor promiſerit ſe velle teneri quomodo-
cunque res euincatur. Non enim is tenetur de euictione
de facto,quia non venit de natura actus,*d.l.fin. vbi notatur*
Natt.d.conſ.181.Caball.de euict.§.5.ſub n.22. verſ. quintus
caſus.

20 Primò declaratur dicta concluſio,vt procedat,vbi nul-
lius culpa,ſcilicet nec venditoris, neque emptoris hoc ac-
cidit,vel vbi venditor non fuit in cauſa huius violentiæ,vt
quia emptor fuit ſpoliatus, vel expulſus de re vendita per
inimicum ipſius emptoris,ita *Bar.in d.l.ſtipulatio iſta*,quẽ
ibi communiter ſequuntur *Doct.per l.ſi merces,§.culpa,&*
§.vis maior.ff.locati,& l.pen.ff.ſol.matr.Ruyn. conſ.84. ſub
n.5.verſ.a.lib.1. Secus ſi venditor fuiſſet cauſa,& origo hu-
ius violentiæ,& ſpoliationis,vt quia ab inimico ſuo expul-
ſus,& ſpoliatus eſt emptor,quoniam de euictione tenere-
tur per dicta iura.

21 Ampliatur d.declaratio,vt etiam locum habeat, quan-
do hæc inimicitia ſit abſque culpa ſeu defectu venditoris,
vel emptoris,quia nihilominus tenetur, per *d.§.culpa,*&
ibi adducta per ſcribentes,& tenent *Gloſ.Bar. & Bal. in d.*
l.penult.

22 Sed *Bal.poſt Cyn.* videtur tenere contrarium, quoniam
iniquum eſſet,& inhumanum, quod ſi quis ſine culpa tua
te habet odio, & dat damnum in te per te conducta, vel
vendita,quod tu tenearis *arg.l.ſed de damno, ff.locati, & l.*
ad eos,ff.commodati.

13 Verum tu dic ſecundum *Paul. de Caſtro in d. l. penult.*
quod ſi ille,qui odio habebatur,prouidere potuit,vt quia
fuerint ei relatæ minæ, nec adhibuit diligentiam, nec ſi-
gnificauit illi, de cuius præiudicio agebatur, procedat di-
ctum Gloſæ,& Bar.alias ſibi vendicet dictum *Bal.& Cyn.*
& ita perterauſit,idemque ſentit *Alberic.in d. l.ad eos, ff.*
commodati,& ad hoc facit tex.in l.qui bona fide, §.cum in-
ter,ff.de damno infecto.

24 Subdeclaratur dictam declarationem procedere quan-
do talis inimicitia fuiſſet ſuborta ante factam venditio-
nem,ſecus ſi poſt, quia tunc venditor non tenetur de ali-
quo caſu ſuperueniente poſt perfectam venditionem,
l.Lucius de euict.& leg.1. Cod.de peric. & commod.rei ven-
dit.Bal.Alberic.Salyc.& Paul.de Caſtr.in d.l.fin.C.de actio.
empt.Rom.Alex.& Iaſ.in d.l.ſtipulatio iſta, vbi Iaſ. inquit,
hoc eſſe clarum, quia venditor non tenetur de aliquo ca-
ſu,quando non habet cauſam retro, & latè dixi in duabus
præcedentibus quæſtionibus.

25 Contra hanc ſubdeclarationẽ tenet *Ruyn.conſ.85.n.12.*
lib.1. qui mouetur,quoniam *Bar.in d.l.ſtipulatio iſta*, indi-
ſtinctè loquitur,& quia *d.l.Lucius*, non agit, quando res
emptori fuit ablata in iniuriam venditoris, ſed quando
fuiſſet ab alio, & a quocunque ablata ſecundum *Bar.in l.*
creditori, ff de ſolut.

26 Non tamen recedas à dicta ſubdeclaratione,quæ com-
muniter recipitur, cum verè dicta *l.Lucius*, non loquatur
ſine culpa, & inimicitia venditoris, ſi non ſuperueniat fa-
ctum poſt venditionem,& traditam poſſeſſionem;& ideo
generaliter eſt intelligenda, *arg.l.1.§.hoc generaliter,ſ.de*
legat.præſtand.

27 Facit

27 Facit ratio, quia venditor tenetur ad factum momentaneum, ideſt ad tradendum, quo facto eſt liberatus, vt notatur in *auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. & in d. l. ab emptione, ff. de pact.* Vnde merito ſecuta traditione, periculum ad eum non ſpectat; ſed ad emptorem, *d. l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit.* & hanc eſſe rationem *d. l. Lucius, fatetur Ruyn. conſ. 77. n. 8. lib. 1.*

28 Secundo declaratur locum habere in priuata perſona; ſecus in Principe, qui alicui defenſionem, ſeu protectionē promiſit, quia intelligitur promiſiſſe, quod eum ſit defenſurus, & protecturus, aduerſus eos, qui ipſum de facto turbarent, vt inquietarent; ſicuti decidit *Petr. de Anch. conſ. 87.* omiſſo primo dubio, & poſt eum *Io. de Anan. in c. pen. in fin. de accuſ. & per c. 1. de offic. delegat. faciunt notata per Bart. in l. 1. C. de excuſ. mun. lib. 11. Myſing. dicta obſeru. 19. num. 3. cent. 2. qui addit Euerar. in Top. legal.* loco à ſubiecta materia, quod velut memoratu dignum, obſeruandum dixit.

29 Subdeclaratur procedere, quando Principis promiſſio de defendendo non fieret de natura contractus particularis, ſed ſecus, ſi talem promiſſionem facit, quando vendit rem particularem: quoniam tunc ex natura contractus non tenetur Princeps defendere armis ita *Bart. in prohem. digeſtorum n. 7. ſequuntur Alex. n. 17. & Iaſ. n. 14. verſ. 4. adde in dicta l. ſtipulatio iſta.*

30 Tertiò declaratur, quod iſta promiſſio de defendendo de facto non obligat ad defendendum conuentum etiam iniuſtè, ſed intelligitur, ſi iuſtè poſſit defendere, & non aliter, *Dyn. per illum tex. in l. ſi quis in graui, §. ſi maritus ff. ad Syllan. refert, ac ſequitur Fran. Aret. in d. l. ſtipulatio iſta de verbor. oblig.* ſi enim intelligeretur quoque de defenſione iniuſta, ſequeretur, quod promittens obligaretur ad committendum dolum futurum, contra *l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact.* Nam ſicuti dolo facit, qui plus petit, quam debeat, ita quoque reus, & quilibet defenſor agnoſcere debet bonam fidem, ſuper, quo videndus eſt *text. cum Gl.* quod ibi notatur per *Bar. in l. atqui natura, §. ſi me abſente, ff. de negot. geſt, & quod notant Gloſ. & Doct. in c. fin. de præſcriptionibus.*

31 Quartò declaratur ſibi tribuere, ac intelligi, ſi venditor fuerit requiſitus ab emptore, alias promiſſio ipſa contineret illicitum: quoniam ego non poſſum defendere vim alteri illatam in ſuis rebus, niſi ſim requiſitus ab eo, cui vis infertur, ſic *Innoc. in c. ſi quando de officia deleg. ſequuntur Bar. in l. deuotum, C. de meta. lib. 12. Bal. in repet. l. data opera, Cod. qui accuſar. non poſſunt, & Aret. in dict. l. ſtipulatio iſta.*

32 Obiter quæro, An quando licitum eſt creditori propria authoritate ingredi poſſeſſionem bonorum debitoris ex conuentione facta in contractu, quod poteſt, *l. 3. C. de pign. vbi Bar. & Doct. notant, & habetur per Io. And. in c. fin. extra de conſuet. & Hoſtienſ. in ſumma illius tit. verſ. qualiter probari, & verſ. Quid ergo, de conſuet.* quam quidā ſeruant, quorum *d. refert. Alberic. in d. l. 3. faciunt, quæ habentur in l. cum debitoris, C. de iudic. l. pen. C. de pign. act. & l. cum creditor, ff. de furt.* nec vim inferre dicitur, quoniam conuentio facit licitum, quod alias eſſet illicitum, vt dictis iurib. Num ſi debitor creditori volenti ex conuentione ingredi poſſeſſionem rei pignoratæ, reſiſteret, & reſiſtentiæ debitoris non obſtante creditor ipſe ingreditur, vim facere videatur?

33 *Gl. in præcitata l. 3.* mouet quæſtionem, & refert Azonem in ea fuiſſe ſententia, quod ſic, & opinionem Ioannis contrarium, qui tenuit, quod non dicitur vim facere.

In qua vltima opinione reſidet per Glo. quas opiniones ibi in repetitione Bart. nititur concordare diſtinguendo inter reſiſtentiam, quam facit debitor creditori,
34 an ſit ſolum verbalis, aut facti, ſi verbalis ſolum, & ea non obſtante creditor ingrediatur, vim facere non dicitur, cum vtatur iure ſuo, *d. l. 3. & l. non videtur, ff. de reg. iur.* licet vbi non præceſſiſſet pactum, & conuentio, vt creditor ingredi poſſit propria authoritate, dicta prohibitio faceret vim factam eſſe videri, vt *l. 1. §. quid ſit, ff. quod, vi, aut clam.*

Sed ſi debitor de facto reſiſteret creditori, ne ingrederetur, tunc vi, & armis ingrediens diceretur vim facere, cum illud pactum, ſeu conuentio de ingrediendo propria authoritate tunc non extenderetur ad iſtum caſum, qui eſſet cauſa rixæ, & maioris tumultus, quod pacto priuatorum non poteſt induci, nec conueniri, *l. non eſt ſingulis in princ. ff. de reg. iur. & addit, vbi ſup. Bar.* ſic eſſe intelligendum *tex. in leg. Colonis, & l. cum fundum, ff. de vi, & vi armata.*

35 At *Salycet. in d. l. 3.* fatetur illud quod dicit, Bart. in violentia verbali, ſed & in ea, quæ facti eſt etiam ſequitur Bar. in exemplo reſiſtentiæ factæ cum armis, ſed in ea, quę fieret ſine armis, ſecus dicendum ſibi videtur per text. cui dicit non poſſe reſponderi, *in d. l. pen. verſ. nec creditor, C. de pign. actio. qui tex.* debet ponderari in eo, quod alternatiuè loquitur dicens, quod creditor citra conuentionem, vel præſidialem iuſſionem auferre non poteſt. Verbum autem auferre denotat violentiam, vt *l. 1. ff. de conſultat. et l. auſertur in princ. ff. de iure fiſci.* ideò ſibi videtur, quod ſi violentia facti interueniat, ſiue alterius delicti admiſſione, illa non debet attendi, vt dicatur creditor ingrediens ſine vitio rem poſſidere, ſecus ſi illi ingreſſui admixtum eſſet aliud delictum, ſcilicet coactio hominum illicita, ſanguinis effuſio, aut ſimile, quia tunc non eſſet hoc permiſſum, per eum allegata pro hac parte; & per id quod habetur in *l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi publ. vel priuat.*

36 Concludit ergo Salyc. circa hunc articulum, quod ſi debitor reſiſtat cum cauſa iuſta, ne creditor ingrediatur rem ipſius debitoris quamuis obligatam, non liceat creditori ingredi inuito ipſo debitore, ſecùs, ſi ſine cauſa, & ſolo verbo: quoniam ea contradictione non obſtante, poteſt creditor ingredi ratione præmiſſa, videlicet, quod non dicitur vim facere vtens iure ſuo.

Cæterum, vbi reſiſtit debitor via facti, ſecundum Bar. opinionem, creditori non licet ingredi poſſeſſionem ad euitandam rixam, & tumultum. Cuius contrarium tenet *Salyc. per d. l. pen. in ver. nec creditor*: Conſulit tamen creditori, vt ſit cautus, ne rixa, vel tumultus, vel aliud delictū ſibi in ipſo ingreſſu imputari poſſit. Ideò ſi videat materiam ad malum paratam, ab ingreſſu abſtinere debet alias commodius reuerſurus; vt ſi poſſet creditor habens ex conuentione facultatem ingrediendi authoritate propria, nemine poſtea reperto in poſſeſſione; aut nemine tunc ſibi contradicente illam ingrediatur, iuſtè dicatur fuiſſe ingreſſum; quod, & voluit Bart. quia præcedens conuentio illum excuſat à vitio violentiæ per *alleg. leg. pen. & quod habetur in d. l. cum creditore iuncta gl. ff. de furt.*

Addit quoque Salyc. quod ſi creditore haberet per cōſtitutionem precarij poſſeſſionem rei obligatæ, quam debitor conſtituit ſe præcario nomine debitoris poſſidere, licet creditori poſſeſſionem ingredi cauſa tuendi eam cū moderamine inculpatæ tutelæ, cauendo, ne incidat in delictum, & ita ſenſit quoque *Alber. in d. l. 3. Io. Andr. & Hoſtien. in locis præallegatis.*

Illuc autem ſciendum eſt, quod vbi euictio cauſaretur cauſa iniuſta, & iniurioſa, ob culpam venditoris, is vtique de euictione tenetur emptori *Bald. conſ. 460.* factum tale eſt, *n. 3. lib. 4.*

37 Aduertendum eſt præterea ad ea, quæ ſuperius dixi, nempè venditorem de euictione teneri, ſi emptor expellitur à ſuis inimicis; & ita propter odium ſui ipſius non ſimpliciter, & abſolutè intelligenda ſunt, vt alias dixi: ſed limitantur, vt locum habeant, ſi tale odium fuit tempore con-

Digitized by Google

contractus; nam aliud ſtatueretur, ſi poſtea exortum fue-
38 rit; quia iſte videtur caſus fortuitus, qui non debet à venditore præſtari, *l. Lucius, ff. de euict. & l. fin. Cod. de action. empt. vbi Bald. num. 2. & Salyc. num. 3. qui ait, hoc Bar. ſenſiſſe in d. l. ſtipulatio* iſta habere, dum dicit, ſi eius facto, & culpa eſſet antea cauſata, quod tamen in libro meo non inueni, idem ſentit *Bal. inter conſ. Angeli conſ. 176. num. 2. Roma, in d. l. ſtipulatio iſta in principio n. 9. Alex. n. 15. Iaſ. n. 24. quicquid dubitauerit. Aret. n. 6. contra quem tenet Iaſ. di-*
39 *cto num. 14. in fine*, quia venditor non tenetur de aliquo caſu, qui poſt venditionem ſequatur, & non habet cauſam, quæ reſpiciat retro. *Ruyn. conſ. 59. n. 14. lib. 4. Oſaſch. deciſ. 48. n. 2.*
40 Et propterea emptor, vt in propoſito de euictione agere valeat duo debebit probare; Primo, quod fuerit expulſus odio venditoris: Secundo, quod tale odium præceſſerit venditionem, cum alias ſubſecutum præſumatur, *l. cum actum, ff. de neg. geſt. Ruyn. d. conſil. 59. n. 14. lib. 4. Card. Mantica de tac. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 27. n. 41.*

ARGVMENTVM.

Euictio præſtatur de natura emptionis, & venditionis.

Re euicta quid veniat, ſeu præſtandum ſit, & quod pretium attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Euictio præſtatur de natura emptionis, & de ea tacitè actum intelligitur.*
2 *Notarius tacitè intelligitur rogatus euictionis promiſſionem in contractu apponere.*
Niſi aliter fuerit conuentum, ibid.
3 *Debitor conſentire tenetur in inſtrumento deſcribi, quæ ſunt de conſuetudine.*
Vt, & obligari ad ea, quæ ſunt de natura contractus, n. 4.
5 *Euictio expreſsè promiſſa, intelligitur ſecundum contractum cui adijcitur.*
Extenditur idem obtinere in fideiuſſore, vt ſicut tenetur venditor, ita etiam teneatur fideiubens pro eo, n. 7.
8 *Fideiuſſor ſimpliciter accedens, tenetur de euictione in omnem caſum ſortis, intereſſe, vſurarum, & expenſarum, ſicut principalis, cui accedit.*
Et eo magis, vbi expreſsè ſe obligauit, n. 9.
10 *Venditor tenetur ſe obligare de euictione, etiamſi nihil dictum ſit, & ex poſt cogi poteſt.*
11 *Venditor pro euictione non tenetur promittere duplum, ſed ſimplum.*
Fallit cum venditur res pretioſa, vel alias eſt de conſuetudine, ibid.
12 *Venditor tenetur de euictione ſe obligari cum hypotheca bonorum per ſtipulationem.*
13 *Venditor poſt venditionem perfectam non tenetur de caſu fortuito.*
14 *Factum Principis, & ſuperioris enumeratur inter caſus fortuitos.*
15 *Superioris authoritas excluſa cenſetur, vt & potentia, & factum in qualibet promiſſione.*
16 *Venditor non tenetur, ſi res euincatur facto Principis, ſeu ſuperioris.*
17 *Venditor tenetur de natura venditionis de euictione reſpectu ſui, & ſuorum auctorum.*
Et eo ipſo, quod vendidit, & pretium recedit, n. 18.
Neque traditio rei conſideratur ſaltem quod reſtitutionem pretij, n. 19.
20 *Venditor tenetur de euictione, quæ cauſatur à defectu iuris ipſius venditoris, & non facti.*
21 *Venditor tenetur quanto minoris euicta re emptori.*
Et habetur ratio eius, quod habiturus fuiſſet, ſi res euicta non fuiſſet, n. 22.
Et habetur reſpectus ad damna, quæ paſſus eſt emptor, numero 23.
Et habetur ratio omnis lucri, quod emptor feciſſet, n. 24.
25 *Venditor non liberatur in caſu euictionis pretio reſtituto, ſed quanti intereſt emptoris.*
Quod ibidem comprobatur.
26 *Euicta re, quod pretium attenditur, diſtinguuntur duo caſus.*
Primus eſt, quando agitur actione ex ſtipulatu, & tunc attenditur valor tempore contractus, n. 27.
Secundus eſt, quando agitur actione ex empto, et tunc attenditur tempus euictionis, n. 28.
Exemplum ponitur in praxi allata diſtinctionis, n. 29.
30 *Emptor, vbi agit ad damna, ratione euictionis, non cogitur probare requiſita Paul. de Caſt. exemplum ponitur, n. 31.*
32 *Ratio quæ ſit, vt minus veniat in actione ex ſtipulatu.*
33 *Euictione ſequuta, cum agitur ex ſtipulatu exactio fieri poteſt vltra duplum.*
34 *Promiſſio tunc dicitur pura quando ſcienter fuit facta: ſecus, ſi per errorem.*
35 *In actione ex ſtipulatu, reſpicitur ad tenorem ſcripturæ conuentionalis.*
36 *Euictio, quando ſequitur ex natura rei, contra venditorem non agitur ad pœnam, nec ad damna, ſeu expenſas, vel fructus.*
Quod etiam dicitur procedere in locatione, feudo, & ſimil. ibidem.
Et quando emptor ſciuit cum qualitatibus, n. 37.
38 *Emptor agens actione ex empto, non exigit vltra valorem dupli pretij conuenti.*

Quæſt. XX.

1 EVictionem aliam eſſe tacitam, aliam expreſſam, ſuperius quoque dictum fuit. Nunc autem clarius, & expreſſius rem agendo, priuſquam ad vlteriora progrediamur.

Dicimus de vẽditionis, & emptionis naturę eſſe, vt euictio præſtetur, & hoc tacitè actum intelligi, *l. ex empto in princ. ff. de act. empt. & vendit. Glo. Bal. in l. pacta conuenta,*
2 *ff. de pact. euictio* enim numeratur inter adminicula emptionis, *Surd. conſ. 15. num. 1. lib. 1.* quare notarius (ſi illud non fuerit conuentum contra naturam contractus, vt venditor de euictione non teneatur *d. l. ex empto in princ.* nam cum ibi dicitur, ſi nihil conuenit, tunc datur intelligi ea præſtari, quæ naturaliter inſunt huius iudicij poteſtate, quòd ſi aliud conuenerit pactum obſeruari debeat) tacitè cenſeatur rogatus huiuſmodi promiſſionem, quę naturaliter ineſt inſtrumento emptionis, & venditionis apponere, vt in ſpecie reſpondit *Alex. conſ. 28. n. 2. lib. 2.* &
3 debitor tenetur conſentire inſtrumento deſcribi ea, quæ ſunt de conſuetudine, vt dicit *Bart. in l. ſi ex ea parte, ff. de verb. oblig. per d. quod ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de adil. edict. l. ſi prius, §. 2. vbi etiam Bar. ff. de aqua plur. arcen. Alex. in d. l. ex ea parte, & conſ. 105. prope finem lib. 2. Io. Guttierez,*
4 *pract. q. lib. 5. q. 94. n. 6.* & ſe obligare ad omnia, quæ ſunt de natura contractus *Petrus de Rauenna ſing. 776.*
5 Et vbi expreſſim quis de euictione promiſerit, vtiq; intelligitur ſecundum naturam contractus, cui talis conuentio adijcitur, *l. ſi legati ſerui nomine, ff. de legat. 1. Ruyn. conſ. 11. n. 12. lib. 1.* & huius actioni fundamenta ſunt duo, pactum videlicet, & natura contractus ſecundum *Bal. in l. 2. n. 1. de aſſert. tollend. Dec. conſ. 483. num. 15. Decian. conſ. 3. num. 48. lib. 5. Surd. d. conſ. 15. nu. 1. conſ. 421. num. 12. lib. 3.*

& de-

*& deciſ.*208.*n.*11.*Menoch. conſ.*84.*n.*28. *Burſat. conſ.*101.
*n.*7.*lib.*1.*Menoch.conſ.*1178.*n.*7.*&* 12.*lib.*12.*Francb.deciſ.*
239.*n.*1.*Rota coram Sanctiſſ.Ludouiſio deciſ.*25.*n.*3. *& dec.*
90.*n.*10.
6 Ex quo intelligimus,quòd licèt euictio præſtari debeat
ex legis diſpoſitione, ea tamen tacita contrahentium vo-
luntate proficiſcitur ; quoniam quod ex natura contra-
ctus venit,tacitè actum intelligitur,*l.cum quid* , *ff. ſi cert.*
*pet.Andr.Alciat.in l.*4.*§.Caro,n.*96.*ff.de verb. oblig.*
7 Quæ obtinent etiam in fideiuſſore , vt nempè ſicut te-
8 netur venditor,teneatur quoque fideiubens pro eo ; quia
fideiuſſor ſimpliciter accedens , in omnem caſum ſortis ,
intereſſe,vſurarum , & expenſarum tenetur velut princi-
palis,cui accidit ad *tex.in l.auctore,& in l.exceptione,C.de*
euict.& l.fideiuſſor,ff.de doli except.Gloſ.& Bar.in l.centum
*Capua,& ibidem Iaſ.num.*3.*& poſteriore,ff. de eo,quod cert.*
*loco Paul.de Caſtr.conſ.*23.*col.fin.lib.*1.*Alex.conſ.*34.*col.*2.
*lib.*2.*Crauet.conſ.*45.*num.*6.*& conſ.*273.*n.*2. & vbi fideiuſ-
9 ſor expreſsè ſe obligauit,prout principalis venditor,nul-
la dubitatio eſt ; quo principalis obligationem traxit ad
ſe ipſum:cauere autem & ſe obligare de euictione tenetur
10 venditor in venditione, & nihil à principio dictum ſit, &
ex poſt cogi poteſt,*Gloſ.in l.rem alienam,in fin. ff.de con-*
*trah.empt.Paul.de Caſtro conſ.*207.*in princip.lib.* 1. *Caball.*
*de euict.§.*2.*n.*3.*Surd.de alim.tit.*7. *quæſt.*18. *n.*17. hoc eſt
obligatione ſimplici abſque fideiuſſore, *l.illud in princ. &*
l.ſi dictum poſt princ. ff. de euict. niſi in caſibus ibi notatis
11 per *Gloſ.in d.l.illud,& per Caſtr.* vbi proximè ſupra , qui
addit,quod non tenetur promittere duplum,ſed ſimplum
tantum;ideſt ſolum intereſſe emptoris; niſi cum venditur
res pretioſa,vel cum aliud ſit de conſuetudine *l.Panton.ff.*
de euict.l.quod ſi nolit,§ quia aſſidue de cond.ob cauſ. debet
12 ſe tamen ſolenniter obligare per ſtipulationem, & iuxta
ſolitum, ſcilicet cum hypotheca bonorum , *Tiraq. de re-*
*tract.lignag.§.*29.*n.*3.*& Guttier. pract.quæſt.lib.*5. *quæſt.*
94.*n.*6.*& ſeq.* poſt tamen venditionem perfectam, ac rei
13 traditionem ſi ab emptore caſu fortuito res euincatur ,
venditor non tenebitur , cum caſus fortuitus ad empto-
rem tali caſu ſpectet , *l.*1.*C.de peric.& commod.rei vend.*
leg.neceſſariò,ff.eod. inter quos caſus fortuitos, ſuperioris ,
14 Principis factum enumeratur, *l.Lucius,ff.de euict. Bart.in*
l.exceptione in ſecunda quæſt. ff.de fideic. in l. ſi per impru-
dentiam,ff.de euict.Bal.in l.falſus col penult. ff.de furt. Go-
*mez.cap.*2.*de emption.& vendit ſub num.*40.*verſ. Quintus*
*caſus,Crauett.conſ.*65.*num.*1.*poſt Corn.conſ.*23. *lib.*2. *Natt.*
*conſ.*181.*numer.*4. *Alciat.conſil.*340. *Caballin.de euict.§.*5.
15 *num.* 56. ſubdens in qualibet promiſſione cenſeri reſer-
uatam,ſeù excluſam ſuperioris auctoritatem,potentiam ,
& factam,*Iaſ.in l.fin.ff.qui ſatiſdar.cogan.Ioſeph.Lud. in de-*
16 *ciſ.Peruſ.*10.*n* 2.in quibus venditor teneri non debet, etſi
id expreſsè cum iuramento promitteret , cum ſe præcisè
contra edicta Principis, vel impedimentum ab eo prone-
niens obligare nequiuerit,*Bal.conſil.*395.*num.*3.*lib.*2.*Cra-*
*nett.d.conſil.*95.*ſub num.*1.*& conſ.*233.*num.*2.*Rol.conſ.*45.
*n.*5.*lib.*3.
17 Cæterum tenetur de natura ipſius venditionis de eui-
ctione reſpectu ſui,& ſuorum authorum , *Oſaſch.deciſ.*48.
*n.*1.*Boer.deciſ.*67.*par.*1. & eò ipſo tenetur,quod vendidit ,
18 & tradidit,& pretium recepit , *Bar. in l.*11.*n.*3.*ff.de actio.*
empt.& venditi , neque traditio rei in conſideratione ha-
betur, quominus venditor ſaltem de euictione ad reſtitu-
19 tionem pretij teneatur,*Oſaſch.dicta dec.*48.quod reſtrin-
gitur ad euictionem rei per ſe venditæ, non per alium,
*Soc.iun.conſ.*52.*n.*19.*&* 2.*n.lib.*4.*Dec. conſ.*3. *num.*11. *lib.*3.
*Corn.conſ.*325.*n.*8.*lib.*1. vbi quod venditor tenetur de eui-
20 ctione, quæ cauſatur à defectu iuris ipſius venditoris, &
non facti alieni,*Ceph.conſ.*21. *n.*3.
Difficultas eſt,quod veniat re euicta , quid ve præſtan-
21 dum, ſit emptori , & habentibus cauſam ab eo . In qua
iura dicunt , quanti minoris intereſt venditorem teneri *l.*
empti actio.l.ſi tibi liberorum,& l. ſi permutationis , Cod.de
euict.& l.fin.C.commun. rer. alienat. in quo habetur ratio
eius,quod habiturus fuiſſet, ſi re euicta non extitiſſet, *l. ſi*
22 *ſterili, §.per venditorem,C.de actio. empt. l. ſi traditio,vbi*
*Bal.q.*1.*C.eod.tit.Card.Seraph.deciſ.*1114.*n.*2.
Iura verò intereſſe conſiderant, reſpectu damnorum,ſi
23 quæ damna paſſus fuerit emptor ex cauſa rei emptæ, *l. ſi*
*eum quæſtio,C.eod.& l. fideiuſſor , ff.de doli except.*ſi quid
expendiſſet pro rei melioratione , vt eam pretioſorem
redderet,*l.ſi controuerſia,C.eod.tit.*
Habetur præterea ratio omnis lucri , quod emptor fe-
24 ciſſet,ſi res non fuiſſet euicta,eſt textus expreſſus,in *l.ven-*
ditor hominis,ff.eod.
Quare *tex.in l.ſucceſſores,Cod. eod.tit.* generaliter allo-
quens emptorem ait in hæc verba.Quanti tua intereſt te-
25 neri venditorem,non quantum pretij nomine dediſti,pu-
blicè notum eſt . Ex quo textu manifeſtè datur intelligi ,
venditorem re euicta non liberari pretio reſtituto,ſed te-
neri quanti intereſt emptoris. Intereſſe autem emptoris
conſideratur,non ſolum reſpectu damni emergentis vt ſu-
pra fuit dictum : ſed etiam reſpectu lucri ceſſantis amiſſi ,
prouenientis ex re empta .
26 Dubium eſt,euicta re,quod pretium attendatur,& in
hoc conſtituo duos caſus.
27 Primus eſt quando agitur actione ex ſtipulatu,quia tūc
attenditur valor temporis contractus,*l.ex mille, §.*1. *& l.*
bonitatis,ff.de euictionib.
28 Secundus eſt caſus , quando agitur actione ex empto :
quo in caſu attenditur tempus euictionis , ſiue res ſit me-
lior,ſiue deterior facta,*l.euicta re,la ſecunda, ff.de euict. &*
l.ſi Titius in prima, ff.de actio. empti ita diſtinguit *Gloſ.in l.*
Titius in ver.deterior, vbi notat Bart.in princ.& Odofred.in
d.leg bonitatis,vbi ponit formam euictionis , quam etiam
notarij noſtri temporis ſeruant:& inquit,hoc eos facere ,
quia inſtructi ſunt a peritioribus , licet non omnes id fa-
ciant, quia negligunt conſulere peritos , & Doctores ma-
gnæ ſcientiæ , in terminis ita diſtinguendo decidit *Vin-*
*cent.de Franch.in deciſ.*297. *ſub numero primo , & per to-*
tum .
29 Huius diſtinctionis exemplum in praxi ſic poni poteſt.
Prædium tempore contractus venditum fuit pretio ſcu-
torum quinquaginta , quod quidem fuiſſet pretijs com-
munis valoris ſcutorum centum emptore agente ex ſtipu-
latu ſupplenda eſſe quinquaginta , ratione bonitatis ſuæ
intrinſecæ pro intereſſe emptoris intrinſeco:quod ſi præ-
dium factum fuiſſet communis pretij ſcutorum centum
viginti , in actione ex empto haberetur ratio huius pretij
communis ſupercreſcentis ratione intrinſeci intereſſe
emptori debiti .
30 Dictis *ſupra n.*25. addendum eſt, quod quando agitur
ratione euictionis,& prætenduntur damna deberi, vel ea
eſſe locum,neceſſe non eſt ea probari , iuxta requiſita
*Paul.de Caſtro in l.*3.*§.nunc de officio , de eo, quod cert.loc.*
quem paſſim ſequitur *Rota vt in deciſ.*237.*p.*1.*in nouiſſ.* ſi-
cuti tradit eadem *Rota per Card.Seraph.in d deciſ.*1114.*n.*
1.*&* 5.
31 Exemplum eſt in fundo vendito,qui creuit in bonitate
intrinſeca , in quo ratio haberi debet pretij excreſcentis ,
tempore ſequutæ euictionis,ſic vt pro eo pretio tantum
per venditorem expoſito; quia cum iſtud ſit intereſſe lu-
cri intrinſeci ex re ipſa prouenienſ , vtique debetur *dict.l.*
venditor hominis,& eſt text.in l.ſi cum venditor,§.ſi 2.*ff.eod.*
emptor enim re euicta venditori non tenetur pro pretio
tantum,quod ſoluit:ſed etiam quanti intereſt venditoris,
dict.l.cum ſucceſſores,& habetur penès Seraphinum vbi ſu-
pra .
32 Verum , vt ad dictam diſtinctionem redeamus , ratio
quare minus veniat actione ex ſtipulatu , ea eſſe poteſt ,

Digitized by Google

quia ſtricti iuris eſt, *l. quicquid adſtringenda, ff. de verb. obligat.* at ex empto *actio eſt bonæ fidei, §. actionum, Inſtitut. de actio, & in re hac adduco tex. in l. emptorem, §. qui autem, ff. de actio. empt.* vbi ſi in venditione actum ſit, quòd venditor non teneatur, niſi pro facto ſuo, & ſucceſſorum ſuorum: quinimò etiamſi dictum ſit, quod de euictione non teneatur re euicta, inquit tex. pretium deberi, ex quo textu, deducitur, quod cum in venditione habita fuit ratio euictionis, non pretium tantum, ſed vtilitas debetur emptori; ita quanti vltra pretium eius intereſt, iuxta quæ etiam dixi ſuperius, ex *Rota Coram Cardin. Seraph. & cæteris.*

33 Vnde exactio fieri poteſt vltrà duplum ſequuta euictione, cùm agitur ex ſtipulatu; ſecundum opinionem *Gloſa in l. vnica, in ver. dupli, in fine, verſ. vel verius aliud cum agitur, C. de ſent.* quæ pro eo, quod inter quam ſequitur *Rota coram Card. Lancellotta in cauſa bonorum Burgi S. Sepulchri 9. Ianuary 1598. & per Card. Pamphilium in Placentina de Puteo bonellis 16. Ianuary 1589. & declarat Bar. in d. l. fin. n. 27. verſ.* Nunc venio ad tertiam quæſtionem, & ibidem *Bal. n. 24.* vbi quod promiſſio tunc dicitur pura, quando tamen ſcienter fuit facta; ſecùs ſi per errorem, *l. ſi*
34 *diuortio de verb. oblig. l. 2 verſ. Velut, ſi cert. petat. l. ſed etſi quis, §. fin. ff. ſi quis cautionib.*

35 Aduertendum tamen erit quòd quando agitur ex ſtipulatu, reſpiciendum erit ad tenorem ſcripturæ conuentionalis, vt ſic, quod ſcriptũ eſt, ſeruetur, *l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verb. oblig.* In ſtipulationibus verba, ex quibus oritur obligatio, inſpicienda ſunt, & in ſui figura verborum ſcripturam conuentionis, & pactorum ſeruandam eſſe, facit tex. *in l. fideiuſſor magiſtratus, ff. de fideiuſſor. & in l. ſi quis ſtipulatus in fine, ff. de verb. oblig.*

36 Rurſus ſciendum eſt, quod quando euictio ſequitur ex natura ipſius, rei non ſolùm agi non poterit aduerſus venditorem ad pœnam euictionis, ſed neque ad damna, neq; ad intereſſe neque ad expenſas neque fructus perceptos ante, vel poſt litem cœptam, tanquam acceſſorios ad rem principalem, licet promiſſum ſit de euictione, niſi ſpecialiter quoque de illis fuerit dictum; quicquid aliud ſit in pretio, quod reſtituendum eſt, vt dixi niſi ſcienter voluerit emere rem illam oneri reſtitutionem teneretur, ſolum ad illud tenebitur, quod venditionis tempore accepit, cùm augumentum, & diminutio non conſideretur; ſed ſolum bonitas, & ſtatus tempore contractus, ex ijs, quæ late reſpondit *Menoch. conſ. 418. per totum lib. 5.* vbi idem concludit in locatione, feudo, ac ſimilibus, de quib. ante eum per *Gozadin. conſ. 25. verſ. Quartò reſpondeo, Dec. conſ. 411. n. 4. Natt. conſil. 181. n. 8.*

Intellige quod dixi de ſcientia emptoris, ſi fuerit cum
37 qualitatibus, & non aliter, *Gloſ. in l. familia, C. famil. hercis. Caballin. de euict. §. 5. n. 33. & ſeqq. Piſtor. lib. 2. quæſt. iur. p. 1. q. 10. n. 7. & ſeq. poſt Tiraq. qui de communi teſtatur de retract. lign. §. 1. gloſ. 9. n. 35.*

38 Sed quid, cum ex empto agitur (quo caſu ſuperius diximus venditorem, vel eius fideiuſſorem teneri ad verum valorem rei euictæ tempore euictionis,) ſi talis valor excederet duplum pretij conuenienti, dicitur non deberi, ex *Bart. ſing. 201. de qua videas, quoq; Magon. deciſ. Florent. 110. n. 2. & 6.*

ARGVMENTVM.

Euictio, quæ ſequitur ex natura rei, vel negari, an, & quando debeatur.
Quid in fructibus perceptis, viuente, vel mortuo venditore.
Et regula, quòd euictio etiam non promiſſa præſtanda ſit, quando locum non habeat.

SVMMARIVM.

1 *Euictio, quando ſequitur ex natura rei, vel negotij, non debetur, & n. 11.*
2 *Pra vt nec quando euincitur, ſecundum rei qualitatem, n. 2.*
Primò fallit, quando vendita fuit res aliena emptori ignoranti, n. 15.
Secundò fallit, quando partes noluerunt rei naturam attendere, ſeu obſeruare; ſed eam mutarunt, vel ab ea diſceſſerunt, n. 16.
Tertiò fallit, quando fuit promiſſa indemnitas ab omni lite, ac controuerſia, num. 16. etiamſi ſua natura res ipſa ſit euictioni ſubiecta, n. 20.
Quamuis regulariter de euictione, quæ prouenit ex natura rei euictæ, quis non teneatur, n. 21.
Quartò fallit, quando in contractu quis in ſpecie ſe obligauit ad damna, & intereſſe, n. 22.
3 *Stipulatio, ſimplex de euictione intelligitur, ſecundum quod eſt de natura contractus.*
Præſertim in ſciente qualitatem, & naturam rei, n. 4.
Et de ratione ibidem n. 5.
6 *Emptor ſcienter emens rem communem de euictione ſecuta pro parte agere non poteſt aduerſus venditorem, vt ſoluat damna, & intereſſe.*
7 *Emens rem ſubiectam reſtitutioni etſi ſtipuletur de euictione re euicta ſecundum ſuam naturam, non agit a pœnam euictionis.*
8 *Diuidentes inter ſe bona emphyteatica, ſi de euictione promiſerint, ſecuta euictione, non agunt ad pœnam, ſeu damna.*
Et de ratione.
9 *Conductor domus ad nouennium eam vendens ſcienti, cui etiam de euictione promiſit tenetur, ſecuta euictione ex natura rei.*
Extende idem quoque procedere in feudo, n. 10.
12 *Euictio vt debeatur, etiam quod ſequatur ex natura rei, non ſufficit ſimplex promiſſio de euictione: ſed debet eſſe concepta verba vniuerſalibus, vel generalibus amplis, aptis comprehendere talem euictionem: vel quod ſit facta promiſſio cum pacto conſtituti ad formam ſtatuti, ſeu conſtitutionis, n. 13.*
14 *Venditor tenetur de euictione, etiam ſi non promiſerit.*
Primò declaratur non procedere in conſentiente venditionis, n. 25.
Secundò declaratur, quando illegitimè, & violenter res fuiſſet euicta, n. 26.
Tertiò declaratur, quando res fuiſſet euicta, facto ipſius emptoris, n. 27.
Quartò declaratur, quando expreſsè conuentum eſſet, quòd in caſu euictionis, venditor non teneatur neque ad reſtitutionem pretij, n. 28.
Quintò declaratur, non habere locum, quando non vendita fuit res, ſed ius ſuper ipſa re, vel ceſſum eſt tale ius, numero 29.
30 *Venditor re euicta natura ipſius rei, quando pretium reſtituere tenetur, illudmet præſtare debet, quod tempore venditionis accepit ab emptore, non habita conſideratione diminutionis, vel augmenti.*

Quæſt. XXI.

1 EST concluſio communiter à Doctoribus recepta, quam etiam in præcedentibus quæſtionibus firmauimus,

Digitized by Google

nimus, quòd vbi res euincitur ex natura rei vel negotij,
non detur euictio, neque damna, ſeu intereſſe pro ipſa-
met euictione ſubſecuta: ſed nec etiam pretium reſtitui-
tur, *Bald. Ang. Salyc. & alij in l. ſi familiæ, C. fam. hercij. Be-
ro. conſil. 41. num. 48. Becc. latè conſil. 24. num. 34. & infra,
Rol. conſil. 51. num. 19. lib. 4. Maſtrill. decij. 61. num. 6. Dec.
conſil. 411. num. 4. Ruyn. conſil. 7. num. 18. lib. 3. Roſentall. de
feud. c. 9. concluſ. 54. num. 17. & ſeq. Cran. conſ. 24. numer. 1.*
vel quando res euincitur, ſecundum rei qualitatem, *Rom.
conſ. 503. num. 14. Ruyn. conſil. 146. num. 1. & 3. lib. 1. Hond.*
2 *conſ. 3. num. 4. & 42. lib. 1.* quaſi imputandum ſit ei, qui ita
3 contraxit: quia ſimplex ſtipulatio de euictione intelligi
debet ſecũdum quod eſt de natura actus, ſuper quo inter-
ponitur, *l. ſi ſtipulatus in princ. ff. de vſur. l. ſi legati ſerui no-*
4 *mine, ff. de leg. 1.* maximè in ſciente qualitatem, & naturam
rei, quia debet ſibi proſpicere, *l. ſi quis domum, §. penul. ff.
de locat. tradit Salyc. in d. l. ſi familiæ in fine, num. 6. C. famil.*
5 *hercij.* ex quo magis videtur ſuſcepiſſe periculum, & caſum
poſt traditionem contingentem, *Becc. d. conſ. 24. num. 35.
poſt Bal. in d. l. ſi familiæ, n. 17. Surd. conſil. 311. num. 26. lib. 3.*
ſicuti quando res ſuppoſita fideicommiſſo alienatur ſciẽ-
ti, vt probat tex. *notab. in l. fin. §. vltimo, C. commun. de legat.
& fideicomm. & affirmarunt Gl. in d. l. ſi familiæ, vbi Bal. nu.
7. Aret. in conſil. 3. num. 2. Roman. conſil. 396. num. 3. & con-*
6 *ſil. 503. num. 31.* cum reſpondit emptorem ſcienter emen-
tem rem communem de euictione ſecuta prò parte agere
non poſſe aduerſus venditorem, vt ſoluat damna, & inte-
reſſe: ſic quoque *Iaſ. in d. leg. finali, §. vltimo num. 2. C. com-
mun. de legat. & fideicom.* ſcripſit, quod emens rem ſubie-
7 ctam reſtitutioni, & ſi ſtipulatur de euictione, nihilomi-
nus eueniente caſu ipſo reſtitutionis, & ſic re euicta, ſe-
cundum ſui naturam non agit ad duplum, hoc eſt ad pœ-
nam euictionis: ita etiam *Alex. in conſil. 21. num. 7. lib. 5.*
qui reſpondit, quod etiamſi diuidentes inter ſe bona em-
phyteotica de euictione promiſerint: attamen, ſecuta eui-
ctione natura rei, vt quia caſus euenit deuolutionis ad do-
minium directum, promiſſor ille euictionis non tenetur
hoc caſu ad pœnam, & ad damna, & intereſſe, cùm, vt ſu-
biungit Alex. illa euictionis promiſſio facta intelligatur,
quando euictio ipſa aliter ſequeretur, quam natura ipſius
rei: ſequitur *Curt. ſen. conſ. 64. antiquiſſima, col. antepenult.
verſ.* Si autem aliquis ſciret *Rota coram Cardin. Seraph. de-
ciſ. 468. num. 1.* ita quoque *Gozadin. conſ. 25. colum. 2. verſ.*
8 *quartò* conſuluit, quod conductor domus ad nouennium
vendens ſcienti, cui de euictione promiſit, ad euictionis
pœnam non tenetur, & ſecuta natura rei, cum ſcilicet ca-
ſus euenerit reſtitutionis domus, ſicque finito nouennio:
cùm, vt inquit Gozad. is venditor cenſeatur vendidiſſe
ſolum ius, quod habebat in ipſa domo: Idemque dicimus
eſſe in feudo, quod ſi in diuiſione vni ex fratribus obue-
nit, & alij allodium, cum vterq; ſciret qualitatem rerum,
& per mortem fratris ſine filijs maſculis, ſola filia relicta,
feudum deueniat ad dominum, non poteſt filia hæres pa-
tris agere de euictione contra patruum; quamuis in diui-
ſione interuenerit promiſſio euictionis, niſi ſit expreſsè
9 ad eum caſum promiſſa, *Gl. Odofred. Cyn. Bart. Bald. Albe-
ric. Ang. Salyc. & alij in d. l. ſi familiæ.* Quinimò, ſecundum
Bal. Salyc. & alios ibid. ipſemet frater ſuperſtes poſſet
agere ad feodum, ſi eſt antiquum; nec exceptione euictio-
nis ſubmoueretur, *Bal. in c. 1. § rurſus ſi fidelis, ſub n. 3. verſ.*
10 *Sed quæritur tit. quibus mod. feud. amitt. ſequitur Martin.
Lauden. & Card. Anchar. conſ. 76. num. 3. Signorol. conſ. 117.
num. 4. Roman. conſil. 503. num. 14. Alex. conſ. 21. num. 6.
& 7. lib. 5. Caballin. qui alios citat in tract. de euict. §. 5. num.
33. & præter eos Aret. conſil. 3. in princ. Soc. iun. conſ. 114.
n. 2. lib. 3. & in eodem caſu Bero. conſ. 108. in vltimo dubio
lib. 1. Becc. conſil. 24. n. 31. verſ.* confirmatur hoc in eodem
caſu *Rol. conſ. 51. n. 9. lib. 4.* quodque euictio non debeatur,
11 quæ prouenit ex natura rei, habetur latè deductum per
*Rotam in cauſa Bononien. de Arioſtis 2. Nouembris 1591. co-
ram Card. Mollino,* nec ſufficit generalis promiſſio de eui-
12 ctione in forma communi ſed requiritur ſpecifica, & ex-
preſſa illum caſum, *Cyn. Bal. Salyc. Caſtr. & alij in d. l. ſi fa-
milia Roman. d. conſ. 503. n. 14. Rolan. conſ. 51. n. 10. & ſeq.
lib. 4. Surd. deciſ. 243. n. 3. & 4. & conſ. 67. n. 53. & conſ. 70.
n. 17. lib. 1. Decian. conſ. 41. n. 160. lib. 1. & conſ. 30. n. 44. lib.
3. Rim. conſ. 117. n. 17. & conſ. 126. n. 22. lib. 2. & conſ. 174. n.
13. ead. lib. Alba conſ. 693. n. 1. lib. 4. & Hond. conſil. 3. n. 42.
lib. 1. Rota coram Card. Seraphino deciſ. 1130 num. 8. & deciſ.
152. n. 4. p. 2. in recentior* vbi quod debet eſſe concepta ver-
bis vniuerſalibus, & ſufficere, quod fiat verbis amplis, &
generalibus, quæ apta ſint comprehendere talem euictio-
nem, vt & per *Card. Seraph. d. deciſ. 1180. n. 4.* licet non fiat
nominatim, & ſpecialiter, vt fuit reſolutum coram *R. P. D.
Cantuccio poſteà Epiſcopo Lauretano in deciſ. 152. n. 5. p. 2. in
nouiſſ. & habetur in deciſ. 211. n. 5. p. 2. & tenuit eadem Rota
coram Gypſio in Recanaten. tranſactionis 22. Iunij 1592.* re-
fert, ac ſequitur *Mareſc. variar. reſol. lib. 2. c. 19. n. 33.* & de
communi teſtatur *Alex. Raud. in deciſ. Piſan. 22. n. 57. verſ.
Nec obſtat.*

13 Et vbi facta eſt promiſſio, cum pacto conſtituti ad for-
mam ſtatuti, vt eſt *Bononiæ ſub rubr. Pact. Conſt. Rota Ro-
mana in cauſa de Blanchettis, & Arioſtis 6. Martij 1592.
coram Card. Millino,* dixit, venditorem de euictione tene-
ri; quamuis in caſu illius deciſionis in tranſactione con-
trarium fuerit firmatum; & eadem *Rota idem quoque cen-
ſuit in eadem cauſa 9. Decembris eiuſdem anni,* vt benè ad-
notauit eruditiſſimus *D. Camill. Gypſ. in addit. ad deciſ. Bo-
non. 102. in recent.* quod idem voluit *Rota Bonon. in d. deciſ.
102. n. 54.*

14 Licet in præcedentibus quæſtionibus dixi, regulariter
venditor de euictione teneatur, etiam quod expreſsè il-
lam nõ promiſerit, & nunc addo *Surd. conſ. 421. n. 12. lib. 3.*

15 Primo fallit principalis firmata concluſio, vt non pro-
cedat, quando fuit vendita res aliena, & emptor id igno-
rauit, *Hier. Gabr. conſ. 90. n. 43. lib. 1. Surd. conſ. 311. n. 27. lib.
3. & dicam latiùs ſuo loco.*

16 Secundo, fallit, quando partes noluerunt rei naturam
attendere, vel obſeruare, ſed eam mutarunt, & ab illa di-
ſceſſerunt, quoniam tunc debetur euictio etiamſi in eum
caſu non fuerit ſtipulata, vt concludit *Aret. in d. conſ. 3. ſub
n. 1. verſ.* ſed in diuiſione fuerat tota vni fratrum aſſigna-
17 ta; qui dicit, quod ſi in diuiſione data ſit facultas alienan-
di, fratri ſuperſtes non poterit rem illam vendicare è ma-
nibus eius, cui fuit vendita ab illo, qui eam habuit in diui-
ſione, quoniam frater defunctus eam alienare videtur de
conſenſu alterius, nec propterea, qui conſenſit, illam po-
teſt reuocare *c. 1. §. Titius il primo, ſi de feudo fuer. contro u.
inter domin. et agnat. cap. 1. §. præterea quib. mod. feud. amitt.
ſequitur Cran. conſ. 24. n. 11. & 15.* de fideicommiſſo con-
18 ditionali agens, ac dicens illud cenſeri remiſſum, quando
fuit conceſſa facultas alienandi, & per conſequens fidei-
commiſſi caſu adueniente, ſubſtitutum excludi, optimè
Menoch. conſ. 88. n. 89. lib. 1. vbi hæc & alia proſequitur in
propoſito.

19 Tertiò fallit, quando fuit promiſſa indemnitas ab om-
ni lite, & controuerſia, quia tenetur quocunque modo
20 res euincatur, vt reſpondit *Dec. conſ. 323. num. 3.* etiamſi
res ipſa ſui natura ſit euictioni ſubiecta, vt ait *Burſatt. conſ.
173. n. 42 lib. 3.*

21 Quamuis regulariter de euictione, quæ prouenit natu-
ra rei euictæ, non teneatur, ſecundum *Alex* iuncta addit,
ad eum, quæ concordantes allegat *d. conſ. 21. n. 7. lib. 5. Ca-
ball. d. §. 5. n. 33.*

22 Quartò fallit, quando in contractu quis ſe obligauit
ad damna, & intereſſe in caſu etiam, quo aliàs ex natura
actionis non teneretur: quia propter pactum expreſſum
tenetur, *Card. Seraph. deciſ. 787. num. 1. & 10.* a quibus ven-

ditor non excuſatur, ibidem *n.3.* etiamſi fuerit ignorans prohibitionis *d.loco n.4.*

23 Sed ſciendum eſt, quòd fructus, qui ab emptore percepti ſunt a re reſtitutioni ſubiecta, puta emphyteuſis, viuente venditore re euicta non reſtituuntur euincenti rem ipſam, nam, ſicut venditor ipſe, ſi non alienaſſet bona hęc, iure percepiſſet dictos fructus, ex quo dominus ipſorum erat, ita etiam emptor potuit illos percipere qui illius loco ſucceſſit, eſt enim certum, quod etſi res emphyteotica alienari non poteſt in eorum præiudicium, ad quos aliquando deuolutura eſt, nihilominus commoditas fructuũ diſtrahi poteſt; ſicut a fortiori de commoditate fructuum feudi affirmarunt, *Ruyn.conſ.176.n.13.& 18.& conſ.263.n.3.lib.1.Iulius Clar.in §.feudum q.31.verſ.ſucceſſiuè quæro, et Rol.conſ.80.n.31.lib.1.*

24 Quod etiam intelligimus procedere in fructibus perceptis ab hoc emptore, mortuo venditore, & lite cępta, nam cùm fructibus ſint acceſſorij ad rem principalem, vt probat *tex.in §. item ea, inſt.de rer.diuiſ.* quemadmodum rei principalis euictæ natura reſpectu ipſiuſmet rei non tenetur venditor; ita etiam nec reſpectu fructuum: quia vt ſupra diximus in princ.huius quæſtionis, euicta re natura ipſius rei, non tenetur venditor ad damna, & intereſſe emptoris, ſic dicendum, quòd non teneatur pro ipſis fructibus euincenti.

Id vero quod fuit dictum venditorem de euictione teneri, etiam quod non promiſerit.

25 Primò declaratur, non procedere in conſentiente venditioni, qui licèt videatur alienare, *l.& ſic, ff. ſoluto matrimon.l.in edib.§.quod ſi filius, ff.de donat.* tamen de euictione non tenetur, *l.exceptione, C.de euict. l.inter ſtipulantem, in princ.ff.de verb.oblig.Innocent.in c.ſi quis col.2.de rebus eccleſ.non alien.Ancharan. conſil.76. in quarto dubio Tiraqu. de retract.conſang §.1.gl.9.n.37.Soc.d.d.conſ.42.nu.11.lib.3.conſ.15.*

26 Secundò declaratur, quando illegitimè, & violenter fuiſſet res euicta; quia de illegitima, & violenta euictione non tenetur venditor, ſed agitur contra inquietantem, *Myſinger.ſing.obſeruat.cent.1.obſernat.54. num.2.* qui alios allegat.

27 Tertio declaratur non procedere, quando res euincitur facto ipſius emptoris, *Alex.conſ.21.n.6.lib.5.Myſinger.cent.1.obſeru.56.num.5.Gomeſ.variar.reſolut.cap.2.tom.2.num.39.verſic.Ideò intelligitur.Vnde Coſta de facti ſcient.et ignor.diſt.4.num.12.cent.1.* dixit quòd emptor non agit de euictione, quando ex induſtria innouat. litem irritando crabrones, niſi id fecerit per viam cridarum, & proclamatum, ex *Roman.conſ.53.*

28 Quartò declaratur, non habere locum, quando expreſsè conuentum eſſet quòd in caſu euictionis venditor non teneatur, neque ad reſtitutionem pretij, vt per *Coſtam d.diſt.4.n.18.cent.1.*

29 Quintò declaratur, non procedere, quando non fuit vendita res; ſed ius ſuper ipſa re, vel ceſſum eſt tale ius, quia tunc re euicta, non agitur de euictione: quoniam alia eſt res, aliud ius in ipſa re, *Coſta d.diſt.4.in fine,* penes quem habentur alij.

30 Poſtremò ſciendum quoque eſt, quòd venditor re euicta natura ipſius rei, tenetur reſtituere illudmet pretium, quod ipſe tempore venditionis ab emptore accepit, cum augmentum, nec diminutio non conſideretur, ſed bonitas, & ſtatus tempore contractus, *l.bonitatis, ff.de euict.* & in ſpecie, quando ſit reſtituendum pretium, poſt *Modern. Tariſicoſ.Ignc.& Caball.Menoch.dict.conſil.418.numer.21.lib.5.*

ARGVMENTVM.

Traduntur cautelæ, vt quis omni in caſu teneatur de euictione.

Singularitas, an, & quando reſoluatur in pluralitates.

Pignus, vel hypotheca in quibus tacitè contrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Lites ſæpè oriuntur, culpa contrahentium, & notariorum, qui non benè explicant mentem partium.*

2 *Venditor, vt teneatur de euictione ſequuta ex natura rei, vtile eſt, vt in ſpecie exprimatur.*

Vel fiat reſeruatio iurium ſuorum in caſu euictionis, n.3.

Vel quod emptor curet, quod venditor renunciet allegationibus, quas opponere poſſet, cùm declaratione, vt n.4.

5 *Cautela, vt omni in caſu quis de euictione teneatur, a quo tradantur, remiſſiuè.*

6 *Venditor de euictione ex natura rei tenetur, ſi pactum apponatur, quòd pretium rei inueſtiatur in aliqua re immobili pro cautione ipſius emptoris.*

Effectus huius pacti, qui ſit, n.7.

Ampliatur, vt hoc prælationis priuilegium locum habeat etiam contra creditorem ex cauſa dotis, n.8.

Sed contra num.ſeq.

Declaratur, ſi obligatio fiat ante rei traditionem, n.10.

Sed vide, n.11.

Traditur cautela ad euitandas difficultates, n.12.

13 *Pretium ſi ex forma conuentionis reinueſtiendum eſt in vna re immobili pro euictione, non eſt illum ſatisfactum, ſi emantur plures.*

Ampliatur procedere, etiamſi ſit promiſſum reinueſtire in aliqua re immobili, n.13.

Declaratur non procedere, ſi agitur ſolùm de cautione, & ſecuritate emptoris, quæ tantum prodeſſet, ſi in duabus reb. quàm ſi in vna adimpleatur, n.18.

Secundò declaratur, non habere locum, ſtante difficultate ſubrogationis, n.23.

14 *Dictio, aliqua, capit tantùm vnam.*

15 *Singularis ſermo ex vi vocabuli non adaptatur ad plures.*

16 *Diſpenſatus permutare, cum vno, non poteſt permutare cum pluribus.*

17 *Licentia vendendi vni, non comprehendit venditionem factam duobus.*

19 *Singularitas reſoluitur in pluralitates, & è contra, vbi adeſt eadem ratio, vel æquitas.*

Idem, ſi ex neceſſitate verificari non poſſit in ſingularitate, n.20.

Quid ſi ſit data pro forma, n.21.

Vel de neceſſitate exigeretur pluralis n.22.

24 *Fideiuſſor, vbi præſtari non poteſt a debitore, aut quid ſimile, quod ſit in obligatione, aliud pro alio ſolui poteſt.*

25 *Pactum, & diſpoſitio de pluribus, non verificatur in vno.*

26 *Quod intellige vt ſupra, n.19.*

27 *Pretium, vbi debet inueſtiri in re immobili, intelligitur implendum in ciuitate, vel territorio, vbi celebratus eſt contractus.*

Declaratur n.28.

29 *Pignus vel hypotheca tacitè contrahitur, ſi ex pecunia mutuis res empta ſit.*

Secundò, ſi viriliter ematur ex pecunia, quæ ad iſtum effectum mutuo data ſit, n.30.

Ter-

Tertiò, quando fundus deſignatur, ex quo alimenta percipi, debent.
Quartò, quando res à tutore empta eſt ex pecunia pupilli, num.32.
Declaratur procedere, ſi pupillus elegerit pecuniam, n.33.
Quinto ſi pecunia pupilli ſit mutuo alicui data pro emenda aliqua re, n.34.
Declaratur n.35.
Sextò, quando quis tranſegit, non animo nouandi, n.36.
Extende idem procedere, ſi tranſactio facta fuit animo nouandi, & is, cum quo fuit tranſactum, dolum admiſit, vel dolo malo tranſactionem non ſeruauerit, n.37.
Septimò, quod Colonus partiarius tacitam habet hypothecam in fructibus, n.38.
39 *Colonus partiarius à ſingulari ſucceſſore expelli non poteſt.*
40 *Caſus, in quibus locum habet tacita hypotheca, vbi habetur remiſſiuè.*

Quæſt. XXII.

1 QVotidie videmus in materia euictionum lites agi,
partim culpa contrahentium, quid a principio non
bene explicarunt, quid facere intelligerent: vel etiam ex
ignorantia notariorum, qui benè non concipiunt ſtipu-
lationum verba, & ſæpè numero omittunt neceſſaria, &
non neceſſaria apponunt in inſtrumento, non abſque læ-
ſione illorum conſcientiæ, & damno immodico ipſorum
contrahentium, veluti contingit, quando quis vendit cum
promiſſione ſimplici de legitima, & generali defenſione
bonorum, & de euictione in forma, & ſecundum naturam
ſtatutorum, ſine aliqua mentione euictionis ex natura
2 rei nam licimus, vt fuit dictum in præcedenti quæſtione:
quod regulariter venditor non teneatur de euictione, quæ
prouenit ex natura rei, *Gloſ. in l. ſi familia, in ver. pro parte, & ibi Bar. & alij, C. famil. hercis. cum alijs, vbi ſupra adductis*, à qua regula, licet diſcedatur, quando promiſſionis
verba ſunt ampla, & apta comprehendere etiam euictio-
nem ex natura rei: non tamen verba promiſſionis prædi-
ctæ ſufficiunt, vt locum habeat obligatio de euictione ex
natura rei, vt decidit *Rota penès Card. Seraph. deciſ. 1480. n.3.* ita quod vtile ſit præcauere, & ſpecificè exprimere,
quòd venditor de euictione teneatur: etiam quod ſequa-
tur ex natura rei, vt per *Seraph. d. loco*: vel fiat reſeruatio
iurium ſuorum in caſu euictionis, vt admonet *Alba conſ.*
3 *325. n.2. lib.2.* vel quod emptor curet, quòd venditor re-
nunciet allegationibus, quas ei opponere poſſet, vt per
4 *Maſcard. de probat. lib.2. concl.614. n.28* & bonas cautelas,
vt omni in caſu venditor de euictione teneatur, & nulla
5 valeat exceptio opponi docuit *Cæpol. caut.97. quem refert Card. Alban. in lucubr. ad Bart. in l. in habitationem, §. ante pretium, ſub n.2. ad finem, ff. de periculo, & commod. rei vendit. & in rubr. ff. de euict. n.3.*
6 Valde quoque vtile erit, ſi emptor in contractu ipſo
venditionis pactum apponat, quod pretium inueſtiatur
in aliqua re immobili pro cautione ipſius emptoris in ca-
ſu euictionis rei emptæ, *Alex. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſdare cogant. Neguſant. de pignor. par.5. memb.2. num.18. Bertazol. de clauſul. clauſula 42. gloſ.1. numer.1.*
7 Huius pacti, & conuentionis effectus eſt maximus: quo-
niam, vbi pretium inueſtiatur in aliqua re, quæ expreſſe
obligetur, & hypothecetur emptori pro euictione, is in
ea præfertur omnibus alijs creditoribus, etiam potioribus
ipſius venditoris, eſt *tex. in l. licèt, Cod. qui pot. in pignor. habeant. vbi Bart. & poſteriores, & l. in procuratoris, §. planè, & ibi Caſtrenſ. ff. de tribus act. Rip. in l. priuilegia, numer.32. fallent.9. ff. de priuileg. credit. & in l.1. num.13. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacitè contrah. Neguſant. in dict. tractat. part.5. membro 2. num.17. & 18. Strach. de Decoct. par. vltima, num 5. Bertazol. dicta clauſula 42. gloſ.1. num.2. & ſequenti. Cæpol. cautel. 124. vulgaris colum.2. verſ. potes etiam.*
8 Ampliatur præcedens concluſio, vt hoc prælationis
priuilegium locum habeat etiam contra creditorem ex
cauſa dotis, *Neguſant. d. membr.2. n.17.*
9 Verùm durum eſſet id obtinere ſecundum *Bertazol. dicta clauſ.42. gl.1. n.4. ob text. in Authent. de æqualit. dot. §. his conſequenter, collat.7. & quia etiam contrarium tenent Specul. in titul. de obligat. & ſolut. §.1. verſic. quid ſi vendidi fundum, & ibidem Ioan. Andr. in addit. Bar. in l. interdum, ff. qui potior. in pignor. habeant. Ripa in dicta nona limitat. numer.32. Aſflict. deciſ.306. num.5.* quod tamen durius mihi
videtur.
10 Declara tamen, vt diſpoſitio *dict. l. licèt, C. qui potior. in pignor.* habeant. de qua ſupra diximus, locum habeat, vt is,
de cuius pecunia res empta eſt, præferatur cæteris etiam
anterioribus creditoribus expreſſa ſibi facta obligatio-
ne, requiritur, quòd obligatio fiat ante rei traditionem,
vel in ipſa traditione; nec ſufficit ſi fiat poſt etiam in eo-
dem inſtrumento, vt tradit *Neguſant. de pignor. par.4. q.4. n.35. Bertazol. d. clauſ.42.* vbi pariter ait, quòd etiam vix
obtinebit, cum in inſtrumento nihil dicat prius, aut po-
ſterius factum antequam ſit lectum, & publicatum, ad no-
tata per *Cagnol. poſt alios in l. lecta, n.151. & ſeqq. ff. ſi cert. pet.* quodque aduerſus *Neguſant. expreſsè tenet Benuen. Stracc. citando Curt. iun. conſ.148. col.2. & Ruyn. conſil.314. num.10. lib.1. in tract. de decoct. in dicta vltima parte num.6.*
11 addit tamen idem Bertaz. cautius eſſe ad euitandas diffi-
cultate huiuſmodi obligationem apponere in ipſa tradi-
tione, vel antea.
12 Aduertendum inſuper eſt, quòd ſi venditor velit inue-
ſtire pretium, non poteſt illud in pluribus rebus inueſtire,
ſi in pacto dictum ſit in vna re immobili, cùm diſpoſitio
loquatur in vno, & non debeat extendi ad plura, *Bal. in c. inter cæteras, in fine de reſcript. Bertaz. clauſul. clauſ.43. gl.3. num.1.*
13 Ampliatur procedere, etiamſi promiſſum fuiſſet rein-
ueſtire in aliqua re immobili, cùm ob dictionem illam
(aliquam) non veniat, niſi vna, *Rebuff. in l. creditorum, verſ.*
14 *interdum qualibet, ff. de verb. oblig.* vbi, quod propter di-
ctionem, aliquam, intelligitur quaſi ex vna pluribus, *Felyn. in c. omnes leges, col.3. verſ. iſtis adde diſt.1.* & ratio eſt,
quia intereſt eius, ad cuius fauorem facta eſt conuentio
reinueſtituram non ſcindi in plures res, ne difficilior ſit
exactio a pluribus facienda, & minutatim *l. planè, ff. fam.*
15 *hercis.* & eſt regulare, vt ſermo ſingularis ex vi vocabuli
non adaptetur ad plures *l. ſi duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutel. cap. gaudemus, de diuor. Io. Andr. in regula pluralis locu-*
16 *tio. poſt princ. verſ. ſciendum autem, quòd ſicut, de reg. iur. in ſexto*, vnde diſpenſatus permutare cum vno non poteſt
permutare cum pluribus, *Ant. de Butrio in cap. cum venerabilis, n.10. de except. per cap. non poteſt & capit. ſi motus, de præbend. in ſexto, Felyn. in d. cap. omnes leges, ſub num.6.*
17 & licentia vendendi vni, non complectitur venditionem
factam duobus, *Surd. deciſ.186. numer. primo, verſic. & licentia.*
18 Limitatur dicta concluſio, vt non procedat, ſi agatur
ſolùm de cautione, & ſecuritate emptoris, quæ tantum
prodeſt, ſi in duabus rebus, quàm ſi in vna adimpleatur,
19 nàm vbi adeſt eadem ratio, vel equitas ſuadet, tunc fieri
poteſt reſolutio ſingularis ſermonis in pluralem; & è con-
tra: quaſi idem, ſit quod rationes vnitas, & connexitas in-
ducit, *gl. in c. ſi compromiſſarius in ver. compromiſſarius, de elect. in ſexto, quam ſequitur Dom. Gemin. in d. c. omnes leges num.6. diſt.1. & ibi Felyn. in princip. num.1. Ioan. Fabian. Inſtit. de iure perſon. in princip. per text. in l. ſi cui iama, ff. de legat.3.*

Digitized by Google

20 Idem dicimus, quando ex neceſſitate verificari non
poſſet in ſingularitatem, Felyn. in d. c. omnes leges ſub n. 8.
21 io ſiue ar quando fuit data pro forma, tunc pluralitas re-
ſolui non poteſt in ſingularitates: nec e contra, quaſi for-
ma debeat in ſpecie adimpleri, vt tradit Bal. conſ. 123. n. 3.
in fin. lib. 9. per l. Prædius, §. in ſeruum cum l. ſeq. & l. ſicuti
tribus, de arb. l. Pomponius de re iud. Tiraq. in l. ſi vnquam in
ver. ſuſceperit liberos n. 262. C. de reuoc. don.
22 Vel etiam, quando de neceſſitate exigeretur pluralis
numerus, non reſolueretur in ſingularitatem, Bar. in l. 3.
§. negotia, ff. de negot. geſt. Felyn. in d. cap. omnes leges, verſ.
23 Idem tenet diſt. 1. ex quo neceſſitas debet facere licitum,
quod alias eſſet prohibitum cap. quod non eſt de reg. iur. in
ſexto l. 1. de offic. conſul. Iaſ in l. principalibus, ff. ſi cert. pet.
24 Propter quam cauſam, quando etiam debitor non poſſet
dare fideiuſſores, aut quid ſimile, quod eſſet in obligatio-
ne, liceret aliud pro alio ſoluere, Iaſ. in l. 2. §. mutui datio
ſub n. 8 fallent. 1. & ibidem Ripa ſub n. 23. verſ. ex quibus iu-
ribus, ff. ſi cert. pet.
25 Prout è contra, quando pactum, & diſpoſitio eſſet de
pluribus, non verificatur in vno, ſecundum Ang. conſ. 56.
quidam non ſuppoſitus, ſequitur Tiraq. in d. l. ſi vnquam,
in ver. ſuſceperit liberos n. 232. Rip. in d. l. 2. §. 1. n. 23. Berta-
zol. d. clauſula 42.
26 Quod intellige, vt vbi ſupra n. 19. fuit dictum.
27 Item aduertas, quòd ſi ſimpliciter dictum ſit, quòd pre-
tium deberet inueſtiri in re immobili, intelligi quoque
deberet illud implendum in ciuitate, vel territorio, vbi
celebratus eſt contractus, ſic Alex. qui dicit ita reſpondiſ-
ſe in ciuitate Bononiæ, in d. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſarium, et
ibidem ſequuntur Iaſ. & Iacobin. de S. Georg. ff. qui ſatiſd. co-
gan. Marſil. in l. de minore, §. plurimum n. 37. de q. & in rubr.
de fideiuſſ. n. 262. Boer. deciſ. 99. ad fin. Vrſil. ad Affl. dec. 137.
num. 4. Rul. conſ. 58. num. 19. lib. 1. Bertaz. d. clauſ. 42. gloſ. 4.
per totam.
28 Declaratur, vt ſufficiat remittere in alia ciuitate, vel lo-
co eiuſdem Prouinciæ, quæ ſit ſub eodem Principe: ſecus,
ſi eſſet ſub diuerſis principibus: quoniam tunc, licet illa
alia ciuitas eſſet propinqua, non ob id ſufficit, quia iuriſ-
dictio vnius, nec mediatè, nec immediate habet vim in
alia ciuitate, ita Iaſ. in d. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſarium n. 8. ff.
qui ſatiſd. cogant.
Plures tamen ſunt caſus, in quibus pignus, vel hypothe-
ca contrahitur, pro intellectu eorum, quæ ſuperius dicta
ſunt.
29 Primus eſt, ſi ex pecunia militis res empta ſit; quia in-
telligitur ei tacitè obligata, Gl. in l. quamuis, & ibi Bar. &
Salyc. de pign. idem Salyc. voluit in l. licet, num. 2. C. qui pot. in
pign. habean. Neguſ. de pign. p. 2. memb. 4. n. 164.
30 Secundus eſt, ſi militia empta ſit ex pecunia, quæ ad iſtū
effectum mutuo data ſit: quo caſu illa militia creditori in-
telligitur tacitè hypothecata etiam cum priuilegio præ-
lationis, l. fin. & Auth. qua ſubijcitur, C. de pign. Neguſ. d. p.
2. membr. 4. ſub n. 164. verſic. decimus caſus eſt.
31 Tertius caſus eſt, quando fundus deſignatur, ex quo ali-
menta percipi debent: quia tunc ille hypothecatus intel-
ligitur, l. 2. ff. de alim. legat. & Bar. in l. Lucius, n. 4. eod. tit. &
in l. fundus quem, ff. de ann. lega. idemq; procedit ſi fundus
fuerit deſignatus pro ſoluenda annua penſione, vt habe-
tur per Neguſ de pign. & hypoth. p. 2. memb. 4. n. 164. verſ.
Vigeſimuſtertius caſus eſt.
32 Quartus eſt caſus, quando res à tutore empta eſt ex
pecunia pupilli: quoniam ei tacitè intelligitur hypothe-
cata, ſeu obligata, l. idemque iuncta Glo. & Bar. ibi n. 2. ff. qui
pot. in pign. hab. & l. 3. in princip. ff. de reb. ear. Rom. in. in l. ſi
cum dotem, §. tranſgrediamur, ſub n. 41. ver. fallit, & n. 51. ff.
ſol. matr.
33 Declaratur, ſi pupillus elegerit pecuniam: nam ſi rem
emptam maluerit, & ſibi acquiritur; & ideò non poteſt
illi iure pignoris eſſe obligata, l. neque pignus, ff. de reg. iur.
& ita Gl. & Bar. intelligunt, & Bal. in l. ſi tutor n. 2. de ſeru.
pign. da. manu. Neguſ. de pign. d. p. 2. memb. 4. ſub num. 158.
verſ. Subdit tamen Iaſ.
34 Quintus eſt caſus, ſi pecunia pupilli ſit mutuo alicui da-
ta pro emenda aliqua re: quoniam res empta ex illa pecu-
nia tacitè intelligitur ei hypothecata, d. l. idemque & ibi
35 Gloſ. & Bar. hocq; intelligitur quando res ab alio, quam à
tutore eſt empta ex pecunia pupilli, quia tunc dominium
pupillo non acquiritur; ſed tantum tacita hypotheca cum
prælationis priuilegio, Bal. in l. ſi tutor. num. 2. de ſer. pign. de
manu. Neguſ. d. p. 2. memb. 4. n. 165.
36 Sextus eſt caſus, quando quis tranſigit abſque animo
nouandi ſub aliqua obligatione, & is, cum quo tranſegit,
non obſeruat tranſactionem, ex priori obligatione, &
actione conueniri poteſt, l. cum proponas C. de pact. & l. ſi-
ue apud acta, C. de tranſact. & illius bona tacitè intelligun-
tur hypothecata, Bar. & Salyc. per illum text. in l. fin. ff. in
quib. cauſ. pign. tac. contrah. quod Bar. putat eſſe notandum;
quia frequenter poteſt de facto accidere, & ſequitur Ne-
guſ. d. memb. 4. n. 164. verſ. Vigeſimuſprimus caſus eſt.
37 Extende idem dicendum, ſi tranſactio facta fuerit ani-
mo nouandi; & is, cum quo tranſegit, dolum admiſerit, vel
dolo malo tranſactionem non ſeruauerit vt Bar. intelligit,
& ſequitur Neguſ. vbi ſupra n. 164. verſ. Vigeſimuſſecundus
caſus eſt.
38 Septimus eſt caſus, quod Colonus partiarius in fructi-
bus, tacitam habet hypothecam: ex quo infertur, quod à
ſingulari ſucceſſore expelli non poſſit, Aret. Inſtit. de lo-
39 cat. & conduct. in princ. & de except. in princip. verſ. ſed ad-
uerſus, Fabia. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæſt. 6.
memb. 18. verſ. Item, & tertio in Colono partiario, Oſaſc.
deciſ. 82. n. 8 & ſeqq. qui tamen ad fin. diſtinguit, & viden-
dus eſt Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 11.
ſub n. 8. vſque ad fin.
40 Sunt & alij caſus, quos breuitatis cauſa omitto, cum
ſint extra noſtram materiam, qui colligi poſſunt ex Ne-
guſ. d. quarto membr. per diſcurſum.

ARGVMENTVM.

Titulus onerosus qui dicatur, vt de euictione agi poſſit.
Res vendita, quando detegitur non libera Quid reſoluendum per emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Titulus oneroſus dicitur emptio.*
2 *Permutatio.*
3 *Donatio reciproca.*
4 *Donatio remuneratoria.*
5 *Dos tradita Genero.*
6 *Emphyteuſis.*
8 *Feudum.*
9 *Datio in ſolutum.*
10 *Tranſactio.*
11 *Locatio.*
12 *Et omnis contractus, in quo dominium transfertur.*
7 *Redhibitoria datur in emphyteuſi.*
13 *Venditor tenetur rem liberam, vacuam, & expeditam tra-
dere.*
14 *Venditor agens ad pretium, reijcitur exceptione rei non li-
bera tradita.*
15 *Emptor etiam lite ſibi non mota agere poteſt aduerſus ven-
ditorem, vt res ſibi libera tradatur, & n. 18.*

Sine

Digitized by Google

Siue res tradita ſit,ſiue non,num.16.& 19.

17 *Emptor non debet eſſe deterioris conditionis poſt traditionem,quam ante, & num.ſeq.*

20 *Obligatio rem tradi in venditione, habet admixtam obligationem rem dari.*

21 *Venditor tenetur ita dare, vt dominium auocari non poſſit.*

22 *Emptori occaſione rei ſibi non liberè traditæ, datur actio quanto minoris.*

23 *Primò ampliatur,vt fortius procedat,quando venditor,rem vt liberam vendit.*

Secundò ampliatur, vt donec res ab obligatione haberetur, non teneatur emptor ad intereſſe pretij,num.25.

Contrarium habetur,num.26.

Declaratur, num.27.

Tertiò ampliatur procedere, etiamſi res vendita non eſſet purè obligata,ſed ſub conditione num.28.

Sed contra num.39. Declaratur,num.38.

Quartò ampliatur etiam habere locum, ſi pretium eſſet ſolutum, numer.31.

Et quatenus ſolutum non ſit, retineri poteſt, donec liberetur, num.32,

Et dicto caſu ſuccurritur per cautionem,num.33.

Quintò ampliatur, vt agi poſſit ad faciendum conſentire omnem perſonam,num.34.

Et loco conſenſus admittitur ſatiſdatio, num.35.

Sextò ampliatur eò magis procedere, quando venditor ſciens rem alteri obligatam,vendidit,num.36.

Primò fallit in locatione reſpectu iuris conductoris, numero 37.

Secundo fallit, quando ius detentoris eſt potentius iure emptoris, num,38.

Tertiò fallit, quando emptor ſciuit rem eſſe obligatam, numero 39.

Et ſufficit hoc caſu notitia in genere, num.40.

24 *Venditor ſciens, rem venditam eſſe oneri affectam, tenetur emptori ad intereſſe, & loco intereſſe ad pretium.*

41 *Emptor, cui res non traditur libera, ſi non ſoluit totum pretium, ſed habet penes ſe tantum quod correſpondet ſuæ prætenſioni, poteſt illud retinere, nec conqueri poteſt.*

42 *Emptor qua actione conuenitur, quando prædium detegitur alteri quomodolibet obligatum.*

43 *Emptor qui euictionem timet,ſecurè ſoluere poteſt, non expectata ſententia.*

Declaratur procedere exiſtente debito liquido, & notorio, ſecus,ſi doloſo,num.44.

45 *Pretium reſtituitur, vbi bona libera tradi nequeunt.*

Præſertim, ſi venditor aſſeruerit, quod res eſſet libera quo caſu contractus reſciſſio competit, numero 46.

Et agitur via executiua, vt obligationis Cameralis, quatenus appoſita ſit, num.47.

Amplia, quando cautum eſſet de euictione, & dati fuiſſent fideiuſſores, num.48.

49 *Venditor,quando prius obligauit rem venditam, conſequi poteſt pretium dato fideiuſſorem.*

Contrarium, num.51.

50 *Euictio, quando imminet in limine contractus, ſi venditor agit ad pretium, vel ad partem, pro reſiduo cauere debet cum fideiuſſore de euictione.*

52 *Emptor vbi nullum poteſt pati damnum, ceſſat exceptio rei non liberè traditæ.*

53 *Contractus reſciſſio non concedatur, ſed implementum peti debet, quando venditor, vel emptor non impleuit.*

Quæſt, XXIII.

Viſo, quæ requirantur, ad hoc, vt de euictione detur actio: nunc videndum eſt in quibus ſingulariter actio huiuſmodi concedatur. Quam materiam, licèt in genere attigerim in *q.2.* in præſenti tamen rem hanc pro pleniori vtilitate, & aptiore ad actum practicum vſu per caſus particulares diſcutere viſum fuit: nam facilius erit pro facti contingentia nodum diſſoluere.

Dixi ergo de euictione agere poſſe,qui emptionis titulo rem acquirit, vel alia ſimili cauſa, ſeu titulo oneroſo, per cuius contractum dominium transfertur.

1 Cæterum,qui ſit titulus oneroſus,alias ego dixi in meo *tract.de impu.& detractio.q.10.nu.12.& ſeq.* quo loci adduxi exempla quædam videlicet emptionis, *l.apud Celſ.§. ſi quis autem,ff.de dolo mal. & met.except. latè Menoch. de recup.poſſ.remed 9.num.179.& 180.*

2 Permutationis,ad not. *in l.vnica, C.de impen.lucrat.deſcript.lib.10.*

3 Donationis reciprocæ, vt per *Lup.in rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.50.num.57.in fine, & n.18.Boer.dec.185. n.10.quicquid diſſentiat Decia.in conſ.1.num.61.& 72.verſic.6.reſpondeo lib.4.*

4 Donationis remuneratoriæ, vt ſcribunt omnes in *lege Attilius Regulus per illum tex.ff.de donat.Soc.iun.conſil.94. num.13.lib.1.Decia.d.conſil.1. nu.74.lib.4. Gabr. conſ.136. num.20.& 30.lib.2.*

5 Dotis traditæ Genero, occaſione filiæ eidem nuptæ *Afflict.deciſ.86.n.4.Boer.d.deciſ.185.n.10.propè final.Rota diuerſ.deciſ.488.num.6.part.1.*

6 His adducitur contractus emphyteuſis, qui eſt vltrò, citroq; obligatorius: quia dominus transfert vtile dominium: & emphyteuta ſoluit annuum canonem conuentum, vt per *Specul. in tit.de locato, §.nunc aliqua, & ibi Io. Andr.in vltim. addit.clarius Azor.in ſumma, Cod.de euict. numer. 7.* vbi in ſpecie ait, emphyteutam, ſuperficiarium, & vaſallum agere poſſe de euictione.

Mouetur duplici ratione.

Prima quia ſunt loco emptoris.

Secunda, quoniam ius habent,in re,per quam vltimam

7 rationem inquit *Bal.in l.2.n.6.& ſeq. de euict.* quod datur emphyteutæ redhibitoria.

8 Idem dicimus in feudo, *Bart.in l.iuriſgentium,§ quintò num.19.ff.de pact.Curt.iun.de feud.par.2.q.7. nu.57. Franc. Becc.conſ.18. num.10.*

9 In datione inſolutum, *Paul de Caſtr.conſ.305.num.2.lib. 1.Alba conſ.2.n.12.Ceph.conſ.98.nu.46.*

10 In tranſactione *Soc.iun.conſ 98,n.16.lib.2.Ludou.in dec. Peruſ 101.Franc.Marc.q.52.p.2.*

11 In locatione *Alba conſil.351.numer.11.Surd.deciſ.265. numer. 40.*

12 Et ſimiliter in quacunq; alio contractu, in quo dominium transfertur, *leg.ſciendum, ff.de euict. Surd.deciſ.290. num.12.& 13.& infra.*

13 Proſequendo emptionis, ſeu venditionis materiam, dicimus venditorem teneri,rem liberam vacuam,& expeditam tradere, *l.ſi in emptione, §.vacuam, & §. ſi.cum leg. ſeq.in princ.vbi notant Doct.ff. de act.empti, l.ſi pater, Cod. eod. c.cum Ioan. & ibi notatur, extra de fide inſtr. l.ex prædijs vbi ſcribentes, C.de euict. Rot.poſt tract.Pacific.de Salnia interd.deciſ.152.num.1.& 2.& deciſ.77 numer.1.pest. 2. in recent.vnde ait Bald.in d.l.*ex prædijs, quod rem vendens ſimpliciter, cenſetur tanquam liberam vendere, & talem tenetur tradere, *Dec.conſ.119.num.1.Bero. conſ.158. nu.31.lib.1.* vbi quod tradidiſſe non dicitur, qui rem non tradit liberam. *Alex.conſil.15.nu.3.lib.5.Tiraq. latè de retract.conuent.§.1.gl.9.n.56.Oſaſch.deciſ.24.nu.4. Iacob.Be-*

rett.

Digitized by Google

vett.conſ.145.num.13.Rota d.deciſ.87. nu.5.Surd.conſil.13.
num. 16. lib.1. ideo ſi venditor agat ad pretium reijcitur
14 exceptione rei liberè non traditæ, *l.Iulianus,§.offerri,cum*
ibi notatis,ff. de actio. empti: & hæc dicitur doli exceptio,
leg.ex prædijs in fi.C.de euict.l.qui pendente, ff. de act.empti,
15 vel etiam ex parte emptoris agi poteſt, vt res liberetur.
Nam etſi agi non poſſit de euictione, antequam res euicta
ſit, quando tamen res eſt alij obligata, poteſt emptor,
licet ei nulla ſit mota lis, agere ex empto, vt res libera tradatur,
ex notatis per *Bald.in d.l.ex prædijs, per illum text.*
qui, quamuis loquatur, re nondum tradita, idem tamen
eſt, ſi ſit tradita, quoniam agit nihilominus emptor, ſecundum
Gl.in d.leg.ex prædijs,per text.in l.creditori,§.præ-
16 *dium,ff.de actio empt.* vbi hoc etiam declarant *Bar. & Salyc.*
qui dicit, quod hoc modo emptor obtinet, excipiendo,
quod non conſequeretur agendo, & ſubdit poſt *Gloſs.*
17 hoc procedere, re tradita: quia emptor non debet eſſe
deterioris conditionis, poſt traditionem, quam ante, eſt
text. in l.creditor §.prædium, ff.de act. empt. quem ibi Paul.
de Caſtr. dicit eſſe notandum, & menti tenendum vti
factum ad declarationem huius dubij, *Franch.deciſ.200. nu.*
13. 14. & 15. vbi quod vel fiet deductio pretij, vel cogetur
ſtatim venditor liberare rem, & in fine ſæpius deciſum
teſtatur, competere actionem, etiam ſi lis ſuper rei, ſeu
18 pecuniæ auocationem non fuerit adhuc mota; & vltra
Doct.eſt text.in l.ſi hominem, ff. de ſolutio ibi nec expectabimus,
vt creditor euincat, tradit *Surd. dec.165. n.6.Oſaſc.*
d.deciſ.24.numer.6. & ita etiam concludit *Ripa poſt Alex.*
in l.1.§.ſi hæres, num.32.ff.ad Trebell. vbi ait hanc eſſe bo-
19 nam cautelam ad ſolutionem differendam vt ſiue tradidit,
ſiue non, emptor apponat ſe non teneri ad pretij ſolutionem:
quia res eſt alij obligata: quo caſu, ſi pretium
non eſt ſolutum, ſuccurrit emptori per viam exceptionis,
ſi verò eſt ſolutum, datur actio *dict.leg.creditor,§.prædium,*
Oſaſch.d deciſ.24.ſub num.2.verſ.contrarium,Cardin.Seraph.deciſ.321.nu. 8. vbi dicitur ad huius confirmationem,
20 quod obligatio rem tradi in venditione habet admixtam
obligationem rem dari *Bar.in l.certi condictio. numer.22.*
23.ff. ſi cert.pet.& ibi latè Dec.num.11.& 12. idem Bart.in
leg.in conuentionalibus,ff.de verb.oblig. quoties autem in
obligatione eſt rem dari, agi poteſt, vt res libera tradatur,
21 *l.Iulianus,§.qui fundum,ff.eod.tit.* quia tenetur ita dare, vt
22 dominium auocari non valeat. *Iaſ.in d.l. qui fundum.nu.5.*
rurſus emptori occaſione præmiſſa conceditur actio
quanto minoris, *Bar.in l.cum ſtipulatus ſim.§.fin.ff.de verbor.oblig.*
Ang.in l.1.§.ſi hæres, nu.3.ff.ad Trebell. vbi etiam
Alex.num.3. qui vtramq; actionem probat per *d.l.ex his*
prædijs, Alex.conſil.63.num.9 lib.6.Neguſ. de pign.in primo
membr.5.part.ſub n. 24.verſ.ſimiliter,Oſaſch.deciſ.26. num.
5.Card.Seraph.deciſ.321.num.7.

23 Primo ampliatur, vt eo fortius procedat, quando venditor
ſciens rem alicui oneri obnoxiam, vbi liberam
vendidit, *l.ſeruus quem, §.ſi ſciens, vbi Bartol. & Salycet.ff.*
de act.empti l.3.C.de euict.l.ſi tibi cum Gloſs.C.eod. l.ſed hoc
nomine vbi Gloſs.in verſic.ſciuit, ff.eod. quia vt inquit Horat.
Epiſt.lib.2. in epiſt.ad Lucium. Florum. Multa fidem
promiſſa leuant, vbi plenius æquo laudat venales, qui vult
extrudere merces.

24 Quo caſu venditor ſciens rem venditam eſſe oneri
affectam, tenetur emptori ad intereſſe, & loco intereſſe
ad reſtitutionem pretij, *Rota deciſ.459.numer.1.parte*
2. in recentior.

25 Secundò ampliatur, vt donec res ab obligatione liberetur,
non tenetur emptor ad intereſſe pretij, *Bald.*
in leg.prima ſub numer.5.Cod.de bon.mater. Afflict. deciſio.
20.num.5.Soc.conſ.88.num.17.lib.4.& conſ.103. numer.24.
eod.lib.Corn.conſ.59.col.fin.verſ. Nec obſtat, quod venditor
lib.3.

26 Contrarium, quod emptor fructus non lucretur cum
venditoris iactura, & quòd in hoc obſtet æquitas *lege curabit.*
Cod.de actio.empti,ex ijs, quæ habentur per Baldus in
leg.2.numero quarto,Cod.de vſur. Alexand.conſ.147.numer.
3.lib. 5. & propterea dubium videri reſpondit *Soc.conſil.*
176.num.11 libro 2.

27 Sed tu teneas dictam ampliationem, hac adhibita declaratione,
quod contrarium adductum procedat, quando
emptor fructus omnes abſque aliqua pretij vel vſurarum
ſolutione lucrari velit: at ſecus, vbi ageretur, quod
emptor teneatur ad totale intereſſe conuentum: cum
venditor fidem non ſeruauerit *d.l.Iulianus, §.offerri, ff.de*
act. empti. quia tantum tenebitur emptor ad vſuras recompenſatiuas
iuxta fructuum perceptorum quantitatem,
vt poſt alios tradit *Lup.de vſur. comment.1.§.7. num.*
142.Alex.d.conſil.147.ſub num.3.verſ.& tales vſuræ, Couarr.
variar.reſol.lib.3.capit.quarto, ſub numero ſexto, verſic.
duodecimo hic infertur, Modern. Pariſienſ. in tract.
de vſur. numer. 560. inquiens, deberi vſuras non in totum,
ſed vſque ad concurrentem fructuum ſummam
dumtaxat.

28 Tertiò ampliatur, etiam quando res vendita non
eſſet purè obligata, ſed cum conditione, quæ adhuc pen-
deret: æſtimatur enim, & attenditur ille dubius euentibus:
Alexand.conſil.63.numer. 11. lib. 6. Grat. diſceptat.
lib.2.c.361.num.5.

29 Contrarium ſcripſerunt *Bald. in dict.leg. ex his prædijs*
in fine. Alex.conſ.65 numer.quarto,lib.5.& Neguſan.de pignor.
in primo membro quinto, part ſub numer.24. verſic.ſed
difficultas.

Verum tene ampliationem, & declara dictum *Baldus*
procedere, ſeu intelligi, vbi ſuper alijs bonis emptori poteſt
eſſe conſultum alias ſecus, ita *Alexand. d.conſil. 65.*
numero 4.& Afflict.deciſ.241.numer.5. quia tunc non in-
30 tereſt emptoris liberari, cum ſuper alijs bonis poſſit ei eſ-
ſe conſultum.

31 Quartò ampliatur quoque procedere, ſi pretium eſſet
ſolutum, ne deterioris conditionis ſit emptor, qui ſoluit,
quàm qui non ſoluit: nec ideò mirum, ſi ei, datur actio
ex empto aduerſus venditorem, vt prædium venditum
obligatum luat, *d.l.creditor, §.prædium,ff. de act.empti, poſt*
Bald. Ang. Salyc.& alios, ſic reſpondit Peregrin. conſ.93.nu.
8.lib. 5. quodque res, quando venditor vt libera (quæ etiamſi
non dicatur, intelligitur vendita, vt talis, *l.in venditione,*
ff.de actione empt. Peregr. vbi proxime ſupra) quæ
non eſt: tunc, ſi pretium eſt ſolutum, agatur vt liberetur,
32 & vt indemnis ſeruetur emptor, & ſi non eſt ſolutum pretium,
illud retineri poſſit, donec liberetur eſt *tex.in dict.l.*
ex prædijs, & ibi Baldus num.10. & lege cum liberam, Cod.
de euictio, & eo caſu etiam ſuccurritur per cautionem, vt
33 notant *Doct.in lege 3.C.eod. & ſequitur Rota deciſ.362. n.*
7.parte 4.in nouiſs.nouiſſimar.

34 Quintò ampliatur, vt quoque agi poſſit ad faciendum
conſentire omnem perſonam, iuxta *Gloſs. in lege qui rem,*
& ibi Baldus num.10.C.de euict. Rota deciſ.828.num.2.p 4.
inter nouiſs.nouiſſimar.

35 Et vbi is, qui habet rem obligatam nollet conſentire
ſatisdari poteſt ab eo, qui tenetur ad liberandum; ita vt
damnum pati non poſſit. ad *text.in lege ſi pater, cum gloſs.*
in verb.liberentur littera E.C.de collat. Alexand.d.conſ.65.
numer.5.libr.quinto, & ibi Addent.in verb.liberam, Neguſan.
de pign.part.5.membro primo,numer.28. Amat.deciſ.
20.numer.24.

36 Sexto ampliatur, vt licet ante euictionem ſecutam agi
non poſſit, *lege qui rem, Codice de euict.l.lege ſi plur, §.mora,*
eod.tit. tamen ſecus eſt, quando venditor ſciens rem alteri
obligatam, vendidit: nam tunc agi poteſt ad intereſſe
etiam ante euictionem, *lege ſeruus quem à me, §.fin.de act.*
empt.l.ſi hominem, de ſolu Bart.in l.atqui natura, §. cum me
abſente, in fine, verſic.vltimo aduerte, de negot.geſt. Bald.in

l.libera

Digitized by Google

l.libera in fine ſub numer. 9. verſic. Quaro actor. C. de ſent. & interloc. omnium iudic. Surd. deciſ. 253. *numero* 10. quando
præſertim ſpecialiter aliquid promittitur, videlicet rem
eſſe liberam, & nulli alij obligatam, cum ſimul quia tunc
ex tali narratiua, & promiſſione emptor inductus videtur
ad emendum, alias non empturus, quaſi iſta expreſſa cô-
uentio augeat obligationem, *lege cum eiuſdem, §. interdum
de ædilit. edictio, Corn. conſil.* 226. *numero* 3. *libr.* 2. *Caguol. in
lege vnica, num.* 71. & 72. *verſ. ſecundus caſus conſideratus,
Cod. de ſent. quæ pro eo, quod inter Surd. deciſ.* 165. *numer.* 11.
Rota coram Card. Seraphin. in Romana cenſus de Cuppis 15.
Martij 1577. vbi etiam quo datur actio, quanto minoris,
Oſaſch. dict. deciſ. 24. *numero* 25. *latè Surd. d. deciſ.* 165. *num.*
10. licet intelligat in venditore ignotante, & non benè, vt
dixi in ſeq. in princ.

37 Primò fallit in locatione reſpectu iuris conductoris, ſe-
cundum *Iaſ. in lege* 1. *in conuentionalibus, §. ſi quis vacuam,
in princ ff. de verborum obligation.* ſecus ſi dixiſſet vacuam,
liberam, & expeditam, *Imol. ibi in verſic. ſi autem quis
promitteret, Iaſ. num.* 2. vbi dicit, quod iſta verba non ſunt
ſuperflua, ſed vnumquòdq; operatur.

38 Secundo fallit, quod dicitur de poſſeſſione vacua, & li-
bera tradenda, ex *dicto §. vacua*, non procedere, quando
ius detentoris eſt potentius iure emptoris, vt in caſu *dict.
§. vacua*, in creditore miſſo in poſſeſſionem ex primo de-
creto, *Angel. Imola, Alexand. & Iaſon, in dicta lege ex con-
uentionalibus, §. ſi quis vacuam, Rota dicta deciſ.* 78. *num,* 2.
p. 2. *in recentior,*

39 Tertiò fallit, quando emptor ſciuit rem eſſe obligatam,
lege 1. *in fine, ff. de actio. empti, Gozadin. conſ.* 24. *n.* 7. *Berous
conſil.* 2. *ſub numero* 12. & 15. *libro* 1. cum alijs per *Surdut
deciſ.* 265. *ſub numero* 28 & *deciſ.* 172. *numer.* 5. *Rota in Ro-
mana locationis Caſalis* 5. *Ianuar. coram R. Pater D. Ortem-
bergo*; quia tunc ſtante iſta ſcientia, quamuis fuiſſet pro-
miſſum tradere rem venditam liberè, ſufficit, quòd trada-
tur libera, vacua, & expedita eo modo, quo tradi poteſt,
vnde ſi emptor ſciebat rem eſſe locatam, non poteſt ex-
cipere de re ſibi non tradita liberè, licèt ita fuerit con-
uentum, cum videretur approbaſſe quod ſibi detur va-
cua, poſtquam finita erit locatio, vel poſtquam ceſſabit
obligatio, ſi alteri eſſet obligata, *Surdus dicta deciſ.* 265.
num. 25. *cum ſeq. Berous conſ.* 2. *numero* 15. & 17. *libr.* 1. *Go-
zad. conſ.* 24. *num.* 7. quos omnes ſequitur *Rota d. deciſ.* 78.
40 *numer.* 3. & 4. *p.* 2. *in recentior.* vbi etiam, quod ſufficit ha-
bere notitiam in genere obligationis, quæ adeſt in tali
re vendita; ita declarando Doct. dum volunt, venditorem
teneri ad rem tradendam, iuxta *lege ex his prædijs, Cod. de
euictio. & l. cum venderes, ff. de contrahend. empt. lege quo-
niam. & ibi Bald. C. de compenſat. Surd. conſ.* 13. *num.* 18. *lib.*
1. quorum occaſione notandum eſt, quod emptor, qui res
41 traditur libera, ſi non ſoluat totum pretium; ſed habeat
penes ſe tantum, quod correſpondeat ſuæ prætenſioni,
poteſt illud retinere; nec conqueri poteſt, tanquam ſit ſi-
bi ſatisfactum per æquipollens, quod ſufficit, vt in ſpecie
fuit deciſum per *Cardin. Seraphin, in deciſ.* 1243. *num.* 2. &
3. vbi approbatur iſtud implementum pretij, quod pro
parte remanet penes emptorem, vt per *Oſaſch dicta deciſ.*
24. *Neguſantib. de pign p.* 5. *memb.* 1. *nu.* 24. & 28. cum alijs
per Rotam coram R. P. D. Bubalo in Romana Palatij 7.
Maij 1590. & coram Cardin. Millino in Auximana bono-
rum 2. Iunij 1595.

42 Qua autem actione conueniri poſſit venditor, quando
prædium detegitur alteri quomodolibet obligatum, tra-
dit *Myſinger. ſingul. obſeruat. centur. prima obſeruat.* 37: *qui
numero primo, & ſeq.* inquit, primo conueniri poſſe eui-
ctione de indemnitate, & exempto ad intereſſe, euictione
tamen ſecuta per ſententiam, præcedente debita intima-
tione, *lege emptor, ff. de euict. ſecundò actione ex empto ad
intereſſe per lege ſi minor, Codice de actio. empti, & lege Iu-
lianus, ff. eod.* Tertiò ſtipulatione de indemnitate appo-
ſita in contractibus emptionis, *gloſs. ad lege tibi liberam,
Cod. de euict,*

43 Qui eodem in loco, *n.* 3. tradit emptorem, qui rem à ſe
euinci veretur, ad liberandum eam ſecurè ſoluere poſſe,
non expectata ſententia, *lege ſi quæſtio, ff. de euict.*

44 Quod declaratur procedere exiſtente debito liquido,
& notorio: at ſecus, ſi ſit dubium per *lege* 2. *Codic. de euict.
citat Socin. fallent.* 117. *lege* 2. *C. de euict.*

45 In caſu verò, quo bona dari non poſſunt, liberè, perin-
de eſt, ac ſi fuiſſent euicta; & ſucceſſiuè locus eſt reſtitu-
tioni pretij *leg. ſi in venditione, ff. de euict. Gloſs. communi-
ter approbata in lege ſi rem quandam, ff. eod. Alexand. conſ.*
63. *numero* 10. & 11. *libro* 6. *Ruyn. conſil.* 141. *numer.* 5. *libro
primo, Oſaſch. dicta deciſ.* 24. *numer.* 3. & *ſeq. Surdus deciſ.*
153. *numer.* 14.

46 Præſertim ſi venditor aſſeruerit, quod res erat libera;
quo in caſu contractus reſciſſionem competere reſpon-
dit *Marzar. conſilio* 57. *numero* 14. & *Gratian. qui alios ad-*
47 *ducit, deciſ.* 13. *numero* 18. & *ſeq.* agi poteſt via executiua
vi obligationis Cameralis, quatenus appoſita exiſtat e-
nam, cum ex tali aſſertione de ea nullus contractus, nec
quaſi contractus fuerit celebratus, illa obligatio tanquam
appoſita ſuper contractu emptionis eius naturam, & effe-
ctum ſortiri debet, *l. ſi ſtipulatus fuero, ff. de verb. oblig. Do-
ctores in rubr. eiuſd. tit.* nam ſi agi poteſt ex empto ad pri-
mæuam obligationem de tradendo, agi quoque poterit
executiuè vigore obligationis Cameralis, ſuper contra-
ctu appoſitæ vt per *Cardin. Seraph. dicta deciſ.* 321. *numer.*
20. vbi ampliat, quando cautum eſſet de euictione, & dati
fuiſſent fideiuſſores, per quorum præſtationem, licet quis
ſit liberatus à primæua obligatione, *Bart. in lege cum quis
ſibi aut Titio, §. qui hominem, ff. de ſolutio, & in lege ſi quis*
48 *aliam, numer.* 2. *eod. titulo,* tamen illud intelligitur, quando
non appareret, quod res eſſet obligata, ſed ſecus ſi de
obligatione conſtaret, *Alexand. in lege Iulianus, §. qui
cum fundum num.* 2. *in fine, ff. de verbor. oblig. per text. in le-
ge* 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebell. & lege ex ijs prędijs, C. de euict.
Rota coram R. P. D. Peregrino in Romana domus de Alicor-
nis* 2. *Martij* 1598.

49 Et quamuis non deſint, qui aſſerant quod quando ven-
ditor prius obligauit rem venditam, poteſt conſequi pre-
tium dato idoneo fideiuſſore, ex *Alber.* dicente ita obti-
nuiſſe in *lege ex prædijs, Cod. de euict. quem ſequitur Angel.
Aret. in §. fin. n.* 3. *Inſtit. de ſuſpect. tutor. & Rube. Alex. in l.
non ſolum. §. morte nu.* 461. & *ſeq. ff. de noui oper. nunciat.* di-
cens in facto habuiſſe, & durum eſſe recedere ab opinio-
ne Alberici; licet in puncto iuris dicatur contrariam opi-
nionem eſſe veriorem, eandem ſententiam ſequuntur
Rip. in lege 1. *§. ſi hæres, ff. ad Trebell. Surd. conſilio* 36. *num.*
14. *verſic. Quia oblata ſibi, lib.* 1.

50 Mouentur *Alber. & ſequaces arg. lege poſt perfectam, C.
de euict. vbi notant Bar.* & cæteri omnes, quod quando
euictio imminet in limine contractus, ſi venditor agit ad
pretium, vel ad partem pro reſiduo, quòd cauere debet
cum fideiuſſore de euictione, idem voluerunt *Bart. Iaſ. &
alij in lege à Diuo Pio, §. poſt addictum, ff. de re iud. Bald. &
Salyc. ac Paul. de Caſtr. in lege non idcirco, C. de contrahend.
empt. Angel. Alex. Socin. ſen. Fabia. de Monte, Afflict. Grat.
& alij quos refert Caball. de euict. §.* 2. *nu.* 8. *Gomeſ. Bertran.
Grama. Nrurz. & cæteri, quos refert, ac ſequitur Rota in no-
uiſſ. deciſ.* 281. *numero* 32. *parte* 2. *Menoch. de arbitr. iudic.
caſu* 234. *numero* 2. & *Fabian. de Monte empt. & vendit.
quæſt.* 6. *num.* 51.

51 Nihilominus contrarium, tanquam verius ſequuntur
plures, videlicet emptorem nullatenus cogi poſſe ad ſol-
uendum reſiduum pretij, etiam dato fideiuſſore; & hæc o-
pinio fuit originalis *gl. in §. fin. Inſtit. de ſuſpect. tut.* quam
ibi ſequitur *Ioan. Faber. in fin. ſub nu.* 3. *verſ.* ſed antequam,
vbi

vbi ait, quod quando notorium eſt eius euincentis, ſolue-re non tenetur, *Ang. in l. 3. C. de euict.* eiuſdem opinionis fuit quoque alia *gl. Bart. & Bald. in leg. ex prædijs per illum tex. C. eod. Iaſ. dicens eſſe ſingulare, in l. à Diuo Pio, §. poſt ad-dictum, ſub nu. 2. verſ. & aduerte diligenter. ff. de re iudic. Io. Andr. Ang. Petr. de Rauen. & Io. de Monte Sperel. quos re-fert, ac ſequitur Fab. de Monte d. q. 6. n. 50. Neuiz. conſ. 37. n. 2. in fi. Burſ. conſ. 194. n. 41. lib. 2. Oſaſc. d. dec. 24. n. 4. Menoc. de arb. iud. caſu 224. num. 2.* hancq; ſententiam verè videtur ſecutus *Alberic. in loc. præalleg.* cum, ait, quod dicta opinio quæ fundatur in *d. l. poſt perfect.* procedit, ex quo dubium erat de litis euentu: quare nimirum, ſi præſtita fideiuſſio-ne ſuccurrit venditori. Verum, quando eſt certum de eui-ctione, tunc ceſſat dicta fideiuſſio: quia dicunt præcitati Doct. tutius eſſe inhærere rei, quam habere fideiuſſorem.

Vel reſponderi poſſet, quod in caſu contrario non erat facta promiſſio tradendi rem liberam, & à nemine occu-patam, ſeu alicui obligatam, nam agens ex contractu vl-tro citroque obligatorio debet primò impleuiſſe pro parte ſua, antequam agat, alias non auditur, *l. Iulianus, §. offerri, vbi Bart. & ſcribentes, ff. de actio. empti.* plures refert *Rim. iun. conſ. 24. num. 31 & conſil. 101. num. 1. li. 1. Honded. conſ. 86. num. 16. lib. 1.* & hanc opinionem vti veriorem in puncto iuris fore tenendam, reſpondit idem *Hond. conſil. 39. num. 37. eod. lib.*

52 Verum vbi ceſſant moleſtiæ, & emptor nullum poſſit damnum pati, ceſſat quoque intereſſe: ita vt non obſit exceptio rei non liberè traditæ *Alex. conſ. 65. numer. 4. & 5. lib. 5. Rota coram Sanctiſſ. Ludou. deciſ. 295. numer. 1. & ſeqq. vbi addent.*

53 Vnum tamen generaliter obſeruandum eſt, quod ſiue venditor ex parte ſua non impleuerit, ſiue etiam emptor, neuter eorum, cui non fuit impletum agere poteſt ad re-ſolutionem contractus: ſed ſibi impleri petere per mo-dos, vt ſupra fuit dictum *lege in ciuile, & ibi notat Bald. Cod. de rei vend. lege empti fidei, Codic. de contrahend. empt. Bart. in lege fin. column. prima, Cod. de condit. cauſ. dat. Gabr. conſil. 89. libr. primo, Surd. deciſ. 170. numer. 4.* & infra ſuis locis dicetur.

A R G V M E N T V M.

Vendens rem ſeruituti obnoxiam ad fauorem emptoris, qualiter teneatur. Et emptori quando concedatur receſſus a contractu.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor, qui rem ſeruituti obnoxiam alienauit tenetur a-ctione quanto minoris, & num. ſeq. & nu. 6.*
2 *Seruitus rei inhærens non eſt pars pretij, ſed qualitas.*
3 *Res vendita, ſi in bonitate promiſſa ab initio non tradatur emptori agendo, & excipiendo eſt perpetuo conſultum.*
Et ad totum actio datur, ſi emptor vitium ignorauit, nec fue-rit empturus, num. 4.
Et ad intereſſe, num. 5.
Secus ſi ſciuerit emptor, & clarius exprimi non curauit, nu. 7.
Ampliatur procedere, etiam quod euictio promiſſa ſit ex cau-ſa qualibet cogitata, & non cogitata, quia etiam ſcienter emens rem ſeruituti ſubiectam, agere non poteſt de eui-ctione, num. 8.
Ratio dictæ ampliationis affertur, num. 9.
10 *Venditor tenetur explicitè certiorem reddere emptorem de qualitatibus rei venditæ.*
Itaut debeat omne intereſſe pro re non ſic tradita, nume-ra 11.
Siue ſciuerit, ſiue etiam ignorauerit, n. 12.
Primo ampliatur, vt ſi venditor ſit ſciens, non releuet etiam ipſum proteſtatio facta, quod teneri nolit de aliqua ſerui-tute, numer. 13.
Quæ ſcientia præſumitur in venditore, licèt non in emptore, numer. 14.
Secundo ampliatur etiamſi ſit ignorans, ſiue ignorantia iuſta ſit, ſiue iniuſta, num. 15.
Tertiò ampliatur etiamſi emptor ſupinè ignorauerit, nume-ro 16.
Extende, quando venditor ſciebat, & ſupinè ignorabat, quo caſu dolus venditoris præponderat culpæ emptoris, nume-ro 17.
Contrarium num. 18.
Subampliatur, quando emptor haberet præſumptionem, con-tra ſe, num. 19.
20 *Venditoris ignorantia, an noceat emptori, quominus vendi-tor teneatur, ſi emptor ſit deceptus, diſtinguitur intereſſe intrinſecum ab extrinſeco.*
21 *Venditor etiam ignorantiam tenetur emptori ad damna, et intereſſe.*
Præſertim ſtante clauſula, voluit teneri ad omnia damna, ex-penſas, et intereſſe, num. 22.
Declaratur, procedere, emptore ignorante, num. 23.
Reprobatur quod de ignorantia venditoris dicitur, nu-mero 24.
Ampliatur, vbi venditor affirmauit aliquam quantitatem quia non obſtante iuſta ignorantia, tenetur actione quan-ti minoris, num. 25.
26 *Emptoris iuramento probatur quanti minoris eſſet em-ptiurus.*
Fallit, quando emptor certior fuit factus, num. 27.
28 *Seruitus ſi ſit detecta poſt perfectam venditionem, ob quam res redditur maioris æſtimationis, pretium augetur, quan-do pluris emptor veriſimiliter fuiſſet rem illam empturus, fallit in commodo ſeruitutis ſuperuenienſe poſt perfectam venditionem à caſu, ſeu fortuna, num. 29.*
30 *Res vbi venditur minori pretio ob ſeruitutem, ſi huiuſmo-di ſeruitus incontinenti eſt finita commodum illud eſt em-ptoris.*
Ampliatur procedere in augmento quod prouenit, ſi creſcat rei æſtimatio, num. 31.
32 *Venditor tenetur certiorem reddere emptorem non ſolum de his, quæ deſcendunt ab ipſa re, ſed de his quoque quæ ſunt extra rem.*
Ampliatur idem procedere in locatore, et ſimilibus, qui tene-tur exprimere qualitates rerum, num. 33.
34 *Emptori non permittitur receſſus à contractu, vel illius re-ſolutio, ob non implementum.*
Primò fallit, ſtante pacto reſolutiuo, num. 35.
Secundò fallit, quando peccatum inde reſultaret in cauſa fi-nali conſiſtens, num. 36.
Tertiò fallit ſtante iuramento, num. 37.
Quartò fallit, quando concurrit cauſa finalis in actu, numero 38.
Quintò fallit, quando emptoris non intereſt, num. 39.
Sextò fallit, quando res vtiliter fuit empta, & poſtea detegi-tur oneri fideicommiſſi obnoxia, num. 40.
41 *Actio quanti minoris, quanti æſtimanda, referuntur opi-niones.*
42 *Venditio facta liberè ab omni onere, qualiter intelligatur.*
43 *Venditio facta de fundo libero, an intelligatur de decimis.*
Et quid, ſi res fuerit in loco à decimis exempto, numero 44.
45 *Venditor an teneatur emptorem certiorare, quod fundus profert herbam peſtiferam.*

QVÆ-

Digitized by Google

Quæſt. XXIV.

1 QVæro, quid ſi vendatur res ſeruituti obnoxia? Et dicitur, quod quamuis regulariter tunc non agatur
2 de euictione *l.pen.ff de euict.vbi Gloſ. & communiter Doct.* ea ratione quia ſeruitus non eſt pars rei, ſed quædam qualitas rei inhærens, *leg.quid aliud, ff.de verbor.ſignificat.* & declarat *Gomez. de contract.cap.2. num.45.* tenetur tamen quanti minores res vendita valeat, ſeu empturus fuiſſet emptor, ſi ſciuiſſet ſeruitutem rem emptam debere, *l.quoties, & l.vltima, ff.de edil.edict. l.Iulianus in princip. vbi gloſs.Bar.Paul.de Caſtro, & alij communiter, ff.de actio. empti.l.cum venderes, ff.de contrah.empt.leg.domum, ff.eod. Gloſ.& Fulgoſ.in l.penultim.ff.de euict. Gloſs. in leg. qui vti optima, ff.de verb.ſignific.& in d.l.quoties Bald.in l.2.q.2.C. de reſcind.vendit.Paul.de Caſtr.in leg.1.§.1.ff.de act. empti. Capoll.de ſeruit.ruſtic.præd.cap.1.col.5. Alex.conſil.95. diligenter col.2.lib.5.Curt.iun.conſ.177. numer.5. Dec.conſil. 483.num.16.Cagnol.in lege 2.numer 173.C.de reſcind.vend.*
3 *Alc.in l.qui vti, ff.de verb.ſignif.* vnde agendo, & excipiendo emptori eſt perpetuo conſultum: quamuis ab initio
4 rem ſimpliciter accepiſſet, ſi demum in bonitate promiſſa non tradatur, vt latè per *Pariſ.conſ.78.lib 3.* præſertim
5 ſi emptor non fuiſſet empturus, & forte nihil emiſſet, ſi vitium rei venditæ ſciuiſſet: ideò ad totum actio daretur: vt per *Io.Criſp.in term.act. ver. Actio quanti minoris, num. 177.poſt Salyc.in d.lege Iulian.quem ſequitur Nenz.conſil. 37.num.5.& 7.* cum alioquin teneretur ad intereſſe, *d.leg. Iulianus, §.quod autem dicitur, & leg quæro, & l.ſi quis fundum, ff.eod.tit.d.leg.cum venderes, ff.de contrah.empt.gloſ.in dicta l.quoties in ver.victus.*

6 Et in propoſito, quod talis venditor actione quanti minoris teneatur, eſt *Gloſs.in d. leg.Iulianus in ver. quanti minoris, ff.de act.empti.* & videtur *text. in l.ſi minor. C.eod.* vbi ſi venditor fundi, ſiue ſciens, ſiue ignorans, minorem dixerit capitationem, & maior inuenta ſit, intantum ab emptore conueniri poteſt, in quantum ſciens ab initio
7 minus pretij daret. Si autem emptor a principio onus hoc maius, & grauamen cognouiſſet, nullam contra venditorem haberet actionem; ſed curare debet, vt id clarius exprimatur, alioquin venditor non cenſetur rem vendidiſſe liberam, ſic *Salycet.l.1 ſub num.2. C de euict.* in illis verbis, quia illam rem non intelligitur vendidiſſe, *Rota in Tiburtina Caſtri S.Poli 15 Ianuarij 1590.coram Cardinali Platta.*

8 Ampliatur procedere etiam, quod euictio promiſſa fuerit ex quauis cauſa, tam cogitata, quam non, quo caſu ſcienter emens rem ſeruituti ſubiectam, agere non poteſt de euictione, *Rota deciſio 142. numer. 5. parte 2. diuerſor.* quoniam huiuſmodi promiſſio operari non poteſt ſuum
9 effectum, niſi quo ad ea, quæ fuerunt vendita, licèt regulariter venditor teneatur explicitè certiorem reddere em-
10 ptorem de qualitatibus rei venditæ, propter quas minoris fuiſſet empturus, *lege quæro ver.ſpecialiter.ff.de act.empti Alex.conſ.95. lib.5.* ita vt præſtare debeat omne inte-
11 reſſe pro re non ſic tradita. *Alexand.conſ.14. col.fi.libro 5. Burſat conſil.194.num. 21.& 32.libro ſecundo Berett.conſil.66.num.2.Rim.conſ.12.num.8.libro 1.Mſing.obſeru.56. numer.8.cent.1.Surd.deciſ.165.num.9.& ſeq.* ſiue ſciuerit,
12 ſiue etiam ignorauerit ſeruitutem: non enim emptoris intereſt, quod fallatur ignorantia potius, quam ſcientia, & calliditate venditoris, *Bald.in lege 1.n.3.C.de ediliti.act.* vbi inquit, quod ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris, *Azo.in ſumm.num.23.Paul.de Caſtr.in d.l.Iulianus numer.4.& 5.vbi poſt Bal.in d.l.1.* ait, quòd venditor ſciens, tenetur ad intereſſe, cum tamen ignorans illud non præſtet, *Cornel.conſ.81.col.2.verſic. his tamen non obſtantibus in fin.lib.3.* qui ponit prædictam differentiam; de qua tamen latius docetur infra.

13 Quod ampliatur, vt ſi venditor ſit ſciens non releuaret etiam ipſum proteſtatio facta, quod nolebat teneri de aliqua ſeruitute, quam haberet res vendita, ad *text.in leg. 1.§.1.vbi omnes, & in lege quæro, ff.de act. empt.vbi Caſtr. facit l.quæritur, §.ſi venditor, ff.de ædil.edict. & lege qui libertatis, §.pen.ff.de euict.idem probatur in d.leg.Iulianus, §. idem Iulianus, & in l.venditione, ff.de act.empt.. Alexand. conſ.95.diligenter num.6.libr.6.& conſ.14. viſo proceſſu col. fin.nu.10.lib.5.Cornel.conſil.12.& 81. lib.3.ſequitur Pariſ. conſ.78.num.23.lib.3.Burſat.conſil.194.libr.2.* ſcientia tamen non præſumitur in emptore, ſed potius ignorantia,
14 *Alex.d.conſ.63.num.9.lib.6.* ſed in venditore ſcientiam præſumi rei ſuæ reſpondit *Cornel.conſil 81.col.2.lib.3. poſt Bald.quem allegat.*

15 Primò ampliatur procedere, ſiue ignorantia iuſta ſit, ſiue iniuſta, quia cum emptor ſit re ipſa deceptus, curandum non eſt de iuſta, vel iniuſta venditoris ignorantia. *Caballin.c.2.num.18.& 19.de ædil.edict. Surd.poſt Cæpol.ab eo adductum deciſ.146.nu.5.*

16 Secundo ampliatur quoque ſibi tribuere, quando emptor ſupinè ignorauit, quoniam etſi ſupina ignorantia in emptore habeatur pro ſcientia *Azo.in ſumma, C.de ædil. edict.numer.24.Gloſ.in leg.ea*, quæ commendandi, ibi vel ſcire potuerit, *ff.de contrah.empt.in l.fin.verſ.neſcienti, Cal. de ædil.edictio, in l.quæritur, §.fin.ff.eod.Capol.in l.1. in princ. num 10 eod.tit.*

17 Tamen in propoſito non attenditur, quando venditor ſciebat, & emptor ſupinè ignorabat, quia tunc tenetur etiam emptori ſupinè ignoranti, quoniam dolus venditoris præponderat culpæ emptoris, *lege ſi obſtetrix, §.iuſſu. ff. ad legem Aquil. ita Petr. quem ſequitur Cyn. in lege prima numer.2.in fine, Codic.de ædil.edicto. Azor.in ſumm. eodem tit.num.24. Cæpoll.in d.l.1 in princ. num. 12. Caball. d.cap.2.num.24.*

18 Contrarium voluit *Gl.in d.leg.1. de ædil. edicto*, quam ſequitur *ibid.Bald.n.6. in fin.* inquiens, hoc caſu venditorem non eſſe in dolo, qui tacuerit, cum crediderit emptorem ſcire, quæ omnes ſciebant, & non eſſe fatuum, quod placuit etiam *Salyc.ibi, numer. 2.in fine*, qui de communi teſtatur, & non eſſe in dolo venditorem, quando vitium erat patens.

19 Subampliatur, quando emptor haberet præſumptionem contra ſe, vt puta, quando emit ſeruum, quem lex præſumit furem, vel prædium, quod regulariter eſt affectum tributis, ſeu collectis, & certum eſt bona tranſire cum onere ſuo *Laderch.conſ.130.nu.7. Coſta de facti ſcien-*
20 *tia, & ignor.inſpect.90 numer.5.* vbi etiam diſputat, num ignorantia venditoris noceat emptori, quominus venditor teneatur, ſi emptor ſit deceptus, & ex *Surd.deciſ.165. numer 9.& 10.* diſtinguit intereſſe intrinſecum ab extrinſeco: nam hoc non exigitur per emptorem illud indiſtinctè præſtat venditor, vt per *Crauett conſ.1000. num.4.Io. Ant.Lanar.conſ 73.num.24.* etiam ſi quis rem vendiderit, vt illam teneat, quia adhuc non excuſatur a damnorum,
21 & intereſſe præſtatione, cum teneatur, de euictione *lege quæro, ff.de act.empti l.non dubitatur, C.de euict. vt per Laderch.d.conſ 130.numer.7.& Lanar.d.conſ.73.num.24. Rota coram Card.Seraphino in Romana Saluiani interdicti, prima Iunij 1587. poſt tract. Pariſici de Saluia. interdi. deciſ.*
22 *151. per totam*, quod ſine dubio procedit, quando in vēditione adeſt clauſula illa. Alias teneri voluit ad omnia damna, & expenſas, & intereſſe, cum obligatione Cameralì, vt cenſuit *Rota coram Card.Seraph. in Romana damnorum, & intereſſe 11. Februarij 1591. poſt dictum tract.Pariſici deciſ.1.num.1.*

23 Declaratur procedere emptore ignorante, ſecus verò, ſi ipſe ſciret huiuſmodi ſeruitutem, vel onus rei annexum,

quia

Digitized by Google

quia certiorari non debuit, qui non ignorauit, *lege prima, in fine, ff. de act. empti, & tradunt Doctor. in locis præallegatis*.

Intereſt autem, quod venditor ſciuerit, vel ignorauerit, quia primo caſu tenetur ad omne intereſſe etiam extrinſecum, vt ſuperius dixi. Secundò vero, caſu quando ignorauit, tenetur ſolum quanto minoris fuiſſet empturus, vt diſtinguit *Cyn. in d. leg. 1. C. de ædil. actio. vbi Baldus, num. 3. Salyc. num. 2.* qui materiam hanc latè diſtinguunt, concludentes, quod data ignorantia venditoris tenetur adhuc quanti minoris empturus fuiſſet emptor ſi ſciuiſſet, & cum hoc diſtinctione tenet *Abb. in c. iniuſtum nu. 6. de rerum permut. & in c. ecclesia S. Mariæ n. 11. vt lite pend. Caballin. de ædil. edict. c. 2. nu. 17. & ſeq.*

24 Licet quæ diximus de ignorantia venditoris non admodum ſint tuta, cum verior ſit opinio, illam non excuſare ab intereſſe; nam *Abb.* loquitur in pęna, in qua ſuccurritur ignoranti, quicquid aliud ſit in intereſſe *c. vaſſallus feudum, vbi Afflict. ſi de feudo fuer. controuer. inter dom. & agnat. Doct. in lege cum lex. C. de fideicomm. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæſt. 4. princip. ſub numer. 5. verſic. tertio,* quæro, & de veriori opinione teſtatur Rota apud *Cardin. Seraphin. in Romana Saluiani interdicti, inter impreſſ. ſub eius nomine deciſio. 787. numer. tertio, quarto, & 9.*

25 Tertiò ampliatur, vbi venditor affirmauit aliquam qualitatem, quia etiam data iuſta ignorantia, tenetur illam præſtare, alias condemnatur quanti minoris, iuxta *Gloſ. in l. cum venderes, ff. de actio. empti, & expreſſius in leg. prima. §. cauſa, ff. de ædil. edict.* vbi referendo aliorum ſententiam ait, quod ſecundum aliquos venditor, qui iuſtè ignorauit non tenetur, niſi expreſſiſſet eſſet talem. Ratio eſt, quia non caret culpa, qui aſſeuerat, de quo ipſe non eſt certus, *arg. leg. ex duobus, ff. de neg. geſt. Roman. conſ. 426. in fin. Crau. conſ. 129. num. 10.* & expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocerent *leg. nonnumquam, vbi Gloſs. de condit. & demonſtr. l. expreſſa vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.* & mendacium arguit verum dolum, vt probat *Surdus conſil. 149. num. 6.* ob quem locum eſſe reſciſſioni per *lege 3. §. ſi pro ſocio, & l. eleganter in princ. ff. de dolo, dixit idem Surd. deciſ. 253. ſub nu. 17.*

26 Verum æſtimatio quanti minoris probabitur iuramento emptoris, ſi rei qualitates, & onera ſciuiſſet *Paul. de Caſtr. in d. leg. Iulianus in princip. col. 2. Baptiſt. de Sancto Blaſio de act. & eius natura. 21. act. ſequitur Bertrand. conſ. 30. num. 6. par. 3.*

27 Fallit, ſi emptor fuerit certificatus de iure, quod auctori competebat, & adhuc emere voluit, quia non agit de euictione, nec quanto minoris, vt per *Purpurat. conſ. 405. num. 4. lib. 2.*

28 Sic è contra dicimus, quod ſi poſt venditionem habita fuerit notitia alicuius ſeruitutis debitæ rei venditæ, ob quam maioris reddatur æſtimationis, pretium augendum erit, quando pluris veriſimiliter emptor fuiſſet rem illam empturus, ſi de commodo ſeruitutis prædictæ conſtaret. Nam quemadmodum venditor tenetur emptori quanto minoris emiſſet, ſi aliqua detegitur ſeruitus debita à re vendita ignorante emptore, *l. 1. in fine, & l. in vendit. ff. de actio. empti.* cum cæteris præallegatis: ita quoque æquum erit augendum eſſe prætium quanto pluris emptor emiſſet, ſi è contra ſeruitutis commoditas detegatur, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, & idem operetur, oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, & propter naturam correlatiuorum, quæ ad imparia non debent iudicari, vt latè in ſpecie declarat *Cagnol. in l. 2. num. 172. de reſcind. vendit.*

29 Quicquid aliud ſit in commodo ſeruitutis ſuperuenientæ poſt perfectam venditionem a caſu, ſeu fortuna, quod
30 equidem eſt emptoris: nec propter illum caſum debet
augeri pretium, vt de eo, qui rem vendidit minori pretio ob ſeruitutem, quam præſtare, tenebatur, ſi huiuſmodi ſeruitus incontinenti eſt finita, quia res pluris valet, commodum illud erit emptoris, vt concludit *Bal. in rubr.*
31 *C. de peric. & commodo rei vend. in fine num. 9.* vbi id ampliat ad augmentum, quod prouenit, ſi creſcat rei ęſtimatio *leg. voluntate in fin. ff. de reſcind. vend.* Prout ſi aliquid rei intrinſecè accreſcit, vt fructus, vel intrinſecè, vel aliquæ actiones *Bald. in leg. 1. num. 8. C. de peric. & commodo rei vendit. Bar. in l. Prætor, §. quod de fructibus, ff. de bon. auctor. iud. poſſiden. facit text. in leg. pen. in princ. ff. de peric. & commod. rei vendit.* vbi ſi vendidi domum, in qua ſecundum voluntatem defuncti, cui ſucceſſi, debebam habitationem libertis, & cum hoc pacto vendidi, & ita maiori pretio, ſi ſtatim liberti obierint, nō tamen plus pretij peti poterit ab emptore, cum illud commodum proueniens poſt emptionem ſpectet ad emptorem, & quia excipiens onus rei venditæ, videtur excipere, iuxta quod imponi poteſt, vt per *Paul. de Caſtro in d. leg. pen.* vbi quod eſt bene notandum, & ideò, quatenus venditor nollit teneri, o-
32 nera omnia explicitè ſignificare debet, & non perfuſorijs, verbis, cum emptor certiorari debeat non ſolum de his, quæ dependent ab ipſa re, ſed de illis quoque, quę ſunt extra rem, vt plenè per *Surd. conſ. 13. n. 19. ad 41. & conſil. 150. n. 125. ad 133. lib. 1.* vbi ampliat ad locatores, & ſimi-
33 les, qui tenetur exprimere vitia, & qualitates rerum. *Bald. conſ. 413. lib. 5. Alex. conſ. 95. libr. 5. Ber o. q. 61. in fine, Afflictus, deciſ. 399.*

34 Vtrum autem in his permittatur emptore receſſio à contractu, vel detur illius reſolutio, alia eſt difficultas in
35 qua negatiuè reſpondetur, niſi aliud ſuadeat pactum reſolutiuum in contractu appoſitum, de cuius vi habetur penes *Magon. in deciſ. Floren. 49. numero 2. & ſeq. Franc. Marc. deciſ. 552. part. ſecunda, & Carol. de Graſ. de except. except. 31.*

36 Vel quando peccatum inde reſultaret in cauſa finali conſiſtens, vt quia emptor non fuiſſet alias empturus cum illo vitio, aut cum illo onere, quod ab emptore probandum erit. *Burſat. conſ. 191. & conſil. 194. lib. 2. Crauett. conſ. 246. numer. 2. per l. fin. C. de cond. ob cauſ. Roland. conſ. 69. lib. 4.*

37 Vel etiam, quando iuramentum fuiſſet interpoſitum in venditionis inſtrumento quod præcisè aſtringit, exigitque implementum formale *Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 74. Caroc. de locato parte ſecunda, tit. de condit. ob cauſam.*

38 Et quando concurrit cauſa finalis in actu, vt poſt alios ſcripſit *Decian. conſ 79. libr. 5. & poſt eum Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 24.*

39 Seu etiam, quando emptoris non intereſt, *Cardin. Seraphin. deciſ. 321.* vnde inquit idem *Seraphin. in deciſ. 1243. ſub nu 5.* quod non eſt locus reſolutioni contractus, quando emptoris non intereſt, rem emptam eſſe alijs obligatam, quam deciſionem ſequuta eſt Rota in conſtitutione cenſus ſuper re alijs obligationibus onerata, quando ipſa res excedit valorem obligationis in Romana cenſus 17. Aprilis 1598. incip. cum anno 1594. coram Penia, quod ceſſante intereſſe non obeſſet exceptio rei non liberè traditæ, ſequitur eadem Rota in alia Romana cenſuum 16. Febtuar. 1607. coram Cardin. Ludouiſio, poſtea Gregor. XV. incip. fuit reſolutum inter impreſſ. ſub eius nomine deciſ. 295. & in Lauretana bonorum 6. Iunij 1611. coram eodem *Sanctiſſ. quę in recentior. eſt deciſ. 350. parte 2. num. 3. & in impreſſ. vbi ſupra deciſ. 505. nu. 5.* vbi quod eodem modo intelligitur promiſſio, quod res nulli erat obligata, vt intelligatur de obligatione præiudiciali emptori, vt, & dixit eadem *Rota in Peruſina hereditatis 8. April. 1587. coram Orano, & in d. Romana cenſus.*

40 Vbi verò quis emeret rem cum promiſſione, quod eſ-

ſet

ſet libera ab omni fidei commiſſo purificato, & purificando, ſi detegatur fideicommiſſum, non tenetur ſtare venditioni, qui expreſsè voluerit emere rem liberam. Rota coram Pyrouano in Aſculana bonorum 11. Martij 1611. quam ſequitur eadem Rota in Parmen. Datij 8. Maij eiuſdem anni 1611. coram Couino, quæ eſt *deciſ.318. ſub nu. 2. part. 1. inter recentior. incip. Domini dixerunt*.

41 Et quatenus, vt ſupra, ageretur actione quanti minoris, queritur, quanti ſit æſtimanda hæc actio, Alij dicunt venire dimidium pretij pro quo fuit res primo loco liberè vendita, alijs minus *Iaſ. in l. 1. num. 1. & 2. C. de iure emphiteot. Afflict. deciſ. 72. nu. 4. Maſcard. de probat. concl. 615. numer. 16. & ſecundum Surd.* detrahitur ſexta pars pretij *conſ. 452. num. 77. lib. 3.*

Borgnin. autem dixit detrahi etiam in *deciſ. 36. numer. 7. lib. 1.*

Sed *Purpurat. conſ. 356. num. 4. lib. 1.* ait relinqui Iudicis arbitrio facta æſtimatione perperitos, cui magis aſſentiendum reor, & fuiſſe de mente *Bald. videtur conſil. 103. lib. 1*

Cœterum *Theſaur. iun. quaſt. foren. lib. 3. quaſt. 115. in fine*, dixit, Senatum Pedemontanum, re diligenter examinata, æſtimationem quanti minoris taxaſſe ad quartam partem pretij conuenti.

42 Notandum eſt etiam, quod ſi quis vendiderit fundum liberum ab omni onere, hoc intelligitur de hypoteca ſer-
43 uitute, & canone vaſſalitio, ac ſimilibus. De decimis autem non intelligitur quia de iure communi debent, *c. 1. & c. cum non ſit. De decim. Alciat. in conſ. 35. lib. 1.*

44 Sed quid, ſi res fuerit in loco à decimis ex empto, dicitur, quod ſi illa non ſit exempta, venditor tenetur, emptorem certiorem facere, alioquin conueniri poteſt ad intereſſe *Specul. in tit. de empt. & vendit. verſ. nonnunquam. Alciat. in d. conſ. 35. n. 7. lib. 1. Mil. in recept. in ver. venditor.*

Si verò quis vendiderit explicitè fundum liberum ab omnibus decimis, non intelligitur de ordinarijs, ſed extraordinarijs, *Bal. in l. fiſtulas, § frumēta, ff. de contrab. empt. Franc. Cremen. in ſing. 17.* vendidi ſibi fundum quicquid de hoc dubitet *Fely. in c. ſedes num. 17. de reſcriptis.*

45 Et quid, quando quis vendit prædium, quod affert herbam peſtiferam, & non declarauit, vide *tex. in l. pen. §. fin. & ibi Bal. & Salyc. Cod. de adil. act.* ſic in ſimili, quando venditor fundus, & habet malos vicinos, quod venditor teneatur illud exprimere, *l. quod ſapè, §. fin. ff. de contrab. empt. & vendit. & l. fin. & ibi Bal. & Salycet. Cod. de pact. inter emptor. & vendit. & quæ notat Bald. in l. 2. verſ. quartus, C. de pericul. & commodo rei vendition. addent. ad Dyn. in reg. eum, qui certus ſub littera A, de regulis iuris in 6.*

ARGVMENTVM.

Venditor, quando tenetur de vitio rei venditæ, & cogitur reſtituere pretium.

Redhibitoria, quando agi poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Vendens, vel commutans, quid corruptum, cogitur reſtituere pretium, & quod tradidit accipere, ſi pro ſano, & integro vendat,*
2 *Venditor tenetur palam vitia, & morbus exprimere.*
3 *Redhibitoria in animalibus, & brutis ex morbo, & vitio competit.*
4 *Morbus quid ſit.*
5 *Vendens equum, etiamſi proteſtetur ſe nolle teneri de aliquo vitio, vel morbo, non liberatur ſi ſciat vitium.*
Fallit ſi vitium, vel morbus eſt patens, num. 6. & 8.
Sublimitatur, quando conſtat emptorem verè ignoraſſe.
7 *Commendatio, generalis non obligat.*
10 *Equus morboſus, ſi ab ignorante ignoranti vendatur emptor, agit quanti minoris*
Et de ratione, num. 11.
Licèt, quando ſcienter vendidit teneatur ad intereſſe, numero 12.
Ampliatur locum habere etiam in re deficiente in ſubſtantia vel in quantitate, vel in qualitate. num. 13.
Limitatur non procedere in cæteris rebus vitioſis, quarum poteſt vtilitas, vel vſus aliquis adeſſe, etiam vitio accedente, num. 14.
Prout etiam quando, modicum eſt vitium, num. 15.
16 *Morbus, vbi à venditore prætenditur, quod acciderit ex immoderato labore emptoris, onus eſt venditoris id probare.*
Ratio eſt quia non præſumitur, num. 18.
17 *Culpam allegans, illam probare debet.*
18 *Morbus equi, licet præſumatur affuiſſe tempore contractus, vtile tamen eſt emptori, ſi probet tempus vitij ante ipſam venditionem, & venditorem morbum ſciuiſſe.*
20 *Morbum, ſeu vitium præceſſiſſe venditorem, qualiter probetur.*
21 *Practica ad cognoſcendum animal, quod breui tempore mortuum eſt illud eſſe mortuum ex præcedenti vitio.*
Primò declaratur, vt non procedat, quando morbus accidit poſt venditionem, num. 22.
Secundò declaratur non habere locum, quando emptor ſciuit vitium, vel morbum ipſius rei emptæ, num. 23.
24 *Agens redhibitoria recuperat, quod ſoluit nomine vectigalis.*
Fallit in fiſco, num. 27.
Et repetit expenſas factas in re poſt litem conteſtatam, licet non expenſas victus, num. 29.
25 *Collecta ſunt ei reſtituenda, cui euincitur poſſeſſio.*
28 *Statutum, quamuis non faciat mentionem, vt quis debeat ſoluere gabellam, intelligitur, quod ſoluat acquirens, non venditor.*
30 *Redhibitoria ceſſat, lapſis ſex menſibus a die ſcientiæ.*
31 *Actio quanti minoris præſcribitur anno.*
32 *Tempus infra quod agi poteſt redhibitoria, vel quanti minoris eſt vtile, & ignoranti non currit, niſi ignorantia ſit ſupina.*
33 *Emptor ad quę tenetur in actione redhibitoria, vel reſtitutoria.*
34 *Actio redhibitoria non redditur pro omni vitio.*
35 *Venditor debet carere omni dolo, & clarè loqui in venditione rei ſuæ, & non generaliter, & ſub inuolucro verborum.*
Declaratur, ſi ſciuit venditor, quam ſcientiam emptor probare debet, num. 36.
37 *Actione, redhibitorijs, & quanti minoris, an renunciari poſſit diſtinguitur.*
38 *Venditor præſumitur ſcire vitium, quod habet res, quam vendit.*
39 *Plurium rerum vnica dicitur emptio, vt propter vitium vnius omnes redhibeantur, licet ſingulis pretium ſit conſtitutum.*
Et quid libet probetur, num 40.
Et quid quando commodè ſeparari non poſſunt, num. 41.
42 *Libelli forma, in actione redhibitoria, & quanti minoris, remiſſiuè.*

Quæſt. XXV.

1 HVc ſpectat ea quæſtio de eo, qui quid vitio corru-
ptum commutauit, vendiditque, vt cogatur reſti-
2 tuere pretium, & quod tradidit accipere, ſi pro ſano, &
integro vendat, *l. 1. de ædil. edicto*, ſic enim edicto Aedi-
lium cautum eſt, vt qui vendunt, teneantur palam vitia,
3 & morbos exprimere, *d. l. 1. & l. ædiles aiunt, eod. tit.* nam
pro cauſa in animalibus, ſeu brutis, aut irrationabilibus,
4 cur redhibitoria competat vitium, & morbus ſunt *d. l. ædi-
les aiunt, §. loquitur. verſ. cauſa*, morbum Sabinus definit,
habitum cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum
eius ad id faciat deteriorem, cauſa cuius natura eius cor-
5 poris nobis ſanitatem dedit, *l. 1. §. ſi intelligatur. verſic. ſed
ſciendum de ædil. edict.* Quæ adeo vera ſunt, vt etiamſi
vendens equum proteſtetur ſe nolle teneri de aliquo vi-
tio, vel morbo, cum illum vendat pro cæco, claudo, lu-
natico, dolente retro, & ante retrogrado, pleno ſchinel-
lis, & magagnis, non liberatur, ſi ſcit vitium equi, vel
morbi, quem expreſſit ſub inuolucro verborum, cum
cenſeatur in dolo ſi ſpecificè non exprimat dictũ, vitium
vel morbum, *l. quæro, ff. de act. empt. Specul. in tit. de empt.
& vendit. §. nunc dicendum in 2. verſic. quid ſi venditor. &
ibidem Ioan. Andr. in addit. in verſic. quid ſi vendo Bald. &
Salycet. in d. l. 1. de ædil. act. Bald. in l. 1. §. 1. ff. de actio. empt.
Ang. Caſtren. & Iaſ. in l. paciſci, ff. de pact. Alex. poſt alios in
in l. ſi quis cum aliter, colum. fin. ff. de verb. oblig. Aret. in §.
Prætorium inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. & in §. in du-
plum num. 8. inſt. de actio. Corn. conſ. 81. lib. 3. Alex. conſ. 14.
& 95. libr. 6. Marſil. in rubr. ff. ad l. Cornel. de Sicar. numer.
13. & conſil. 71. numer. 21. Ruyn. conſil. 53. numer. 11. libr. 1.
Fabian. de emption. & vendit. quæſtion. 5. princip. numer. 56.
57. & 58.*

6 Fallit, ſi vitium, vel morbus eſt patens, quia non tene-
tur venditor etiamſi ſanum conueniat, quoniam intelli-
gitur de cæteris partibus occultis, *l. & quæ commendandi,
ff. de contrahen. empt.*

7 Vbi etiam dicitur, quod commendatio generalis non
8 obliget, licet ſecus ſit ſi non eſt notus, quia dolus vendi-
toris præponderat culpæ emptoris, vt in *l. item ſi obſtetrix
in fine, ff. ad l. Aquil. Surd. deciſ. 146. num. 11. & 12. & de-
ciſ. 88. num. 56 ad finem.*

9 Sublimitatur dicta limitatio, vt non procedat, quan-
do conſtat, quod emptor verè ignorauit vitium, vt per
*Capoll. in l. 1. in princ. ſub num. 15. verſic. niſi emptor proba-
eet*, inquit enim, quod ſi morbus eſt talis, quòd primo
aſpectu cognoſci poteſt, ceſſat ædictum, ſed fallit, quan-
do emptor probat ſe malè vidiſſe, & inſpexiſſe rem,
etiamſi ſecundum eum ignorantia eſſet ſupina *gl. in princ.
in l. ſciendum, §. tempus. ff. de ædil. edicto, probauit Surd. d. de-
ciſ. 146. num. 23. & ſequenti.*

10 Si verò vterque eſt ignorans, hoc eſt tam venditor,
quam emptor, & agitur quanti minoris, res vel animal
valet propter vitium, vel quanti minoris empturus fuiſſet
emptor ſi ſciuiſſet, *l. Iulianus in princ. ff. de action. empti,*
11 *iuncta Gloſa ibi in verſ. quanti minoris, & verſ. dic contra
ea ratione*, quia vitium, quod rei realiter, vel per accidens
ineſt, illius naturam immutat, & bonitatem alterat, ac ſuc-
ceſſiuè facit eam minus valere, quam valeret vitio remo-
12 to, licet quando ſcienter vendidit, teneatur ad intereſſe,
extra rem, quod contingit, quando vitium tale eſt, quod
rei vſum prorſus inutilem reddit, & præſertim, cum res ta-
li vſui, ſeu alij, non erat ſua forma deſtinata, & ad id com-
parata *d. l. Iulianus, & l. Labeo libris poſteriorum, ff. de con-
trahen. empt. Fabian. de Monte de empt. & vendit. d. quæſt.
6. ſub num. 56. in fine, Surd. deciſ. 165. nu. 10. his confert text.
in l. ſed addes, ff. locat. vbi Vlpianus ait in hæc verba*, ſi quis
dolia vitioſa ignorans locauerit, deinde vinum effluxerit
tenebitur in id, quod intereſt, nec ignorantia eius erit ex-
cuſata, & ita Caſſius ſcribit. Si dolia huic caſui dumtaxat
deſtinata ſunt, & in id comparata, vt in ijs, vel vinum, vel
oleum, vel quid aliud liquide reponatur, eſt conformis
*text. in l. tenetur, §. illud ſeruus de act. empt. Quamuis gl. in d.
§. ſi quis dolia. in ver. excuſata*, dixerit ſpeciale eſſe in vaſe
locato, at ſecus dicendum in vaſe vitioſo vendito, cui ad-
herere non debemus, cum non adducat rationem ſpecia-
litatis, quare non idem ſeruetur in venditione vaſis vi-
tioſi, quod in ipſius locatione.

13 Ampliantur præmiſſa, locum habere etiam in redefi-
ciente ex ſubſtantia, vel in quantitate, vel in qualitate, vt
de primo eſt *tex. in d. l. Labeo, ff. de contrah. emp. de ſecũdo eſt
tex. in l. tenetur in prin. ff. de act. empt. iuncta gloſ. ibidem in
verſ. venditor, & de tertio eſt text. in l. quoties, & ibidem gl.
in verſ. vitius, ff. de ædil. edicto.*

14 Prædicta tamen concluſio limitatur non habere locum
in cæteris rebus vitioſis, quarum poteſt vtilitas, vel vſus
aliquis adeſſe, etiam vitio accedente, quia tunc non eſt lo-
cus redhibitoriæ. *Iul. Ferret. de re Naual. lib. 15. num. 19.*

15 Prout etiam, quando modicum eſt vitium. *Rota in deciſ.
833. in collectis per Farinac. n. 7.*

16 Et quatenus replicaretur equum incidiſſe in morbũ ob
immoderatũ laborem, non releuaret, niſi doceretur, illud
fuiſſe adeò immoderatum, vt equus neceſſariò in morbũ
ipſum incederit, quod eſſet onus venditoris, ſecundũ *Bal.
in c. 1. §. item quod dictũ n. 3. quæ fuer. prim. cauſ. benef. amit.*
17 *Bonacoſ. in tract. de equo, q. 177. in fine Maſcar. de prob. cõcl.
632. n. 4. ver. vnde tunc vẽditor, & n 6.* & eſt regulare, quod
alleganti culpam, incumbit onus eam probandi, latè idem
18 *Maſcar. in 4. tract. cõcl. 477. n. 1.* in terminis, de culpa in de-
fatigando equum venditum, vel locatum præ nimio iti-
nere, vt non præſumatur, *Ioann. de Imola in leg. cum ita, §.
ſpecies, ff. de leg. 2. latiſſimè Caroc de locat. part. 4. fol. 167.
& 168.*

19 Et licèt conſtituto de morbo præſumatur affuiſſe tem-
pore contractus, l. 1. §. 1. *& d. l. ædiles aiunt, ff. de ædil. edict.
Rota Bonon. deciſ. 22. n. 4. & 5. in recentior.* vtile tamen erit,
ſi emptor aliter probet tempus vitij ante ipſam venditio-
nẽ, & emptionẽ, eſt *tex. in l. quæro, §. fin. ff. ædil. edict. & in l.
2. ff. de prob. tradit Caballin. de ædil. edict. cap. 2. numer. 5. &
25. & venditorem morbum ſciuiſſe, vt ibidem per eundem,
num. 24.*

20 Probabitur autem vitium, ſeu morbũ præceſſiſſe vendi-
tionem ex peritis, qui per iuramentum inſpiciant vitium
*arg. l. ſemel, C. de re milit. lib. 12. Maſcar. de prob. concl. 615. n.
3. & 4. & ſeq. plur. Rota Bonon. d. deciſ. 22. n. 11.* & infra, &
præcipuè vitium probatur probando intra triduum ani-
mal mortuũ eſſe; nam ex breui temporis interuallo præ-
ſumitur venditionis tempore fuiſſe morboſum, ſecun-
dum *Abbat. in cap. inimicum, num. 5. verſic. & vide aliam
quæſtionem. de rer. permutat. Marſil. in l. ſtatu. liber. ſub num.
16. verſic. adde etiam prædictis, ff. de quæſt. Caballin. d. cap. 2.
num. 26. Maſcard. d. concl. 615. num. 8. Surd. deciſ. 146. n. 18.*
21 *Fabian. de Monte d. quæſt. 6. numer. 57. 58. & 59.* vbi refert
prædictam ad cognoſcendum animal, quod breui tempo-
re mortuum eſt illud ſcilicet eſſe mortuum ex præcedenti
vitio *Aretin. in §. duplum num. 11. inſtit. de actio. & dixi in
quæſt. 200. prope fin.*

22 Declaratur ſupradicta per nos firmata concluſio, vt
non procedat, quando morbus ſuperuenit poſt vendi-
tionem, quo caſu venditor non tenetur, vt ſcribunt
Doctores ſuperius allegati, & reſoluit *Rota in redhi-
bitoria librorum Mercurij, 2. Iunij 1599. coram Cardi-
nali Molino, inter impreſſ. per Farinac. deciſion. 833.
numer. 5.*

23 Secundò declaratur, non habere locum quando, em-
ptor

Digitized by Google

ptor ſciuit vitium, vel morbum ipſius rei emptæ. *Rota in d.deciſ.823.num.4.*

24 Præterea agens redhibitoria, recuperat quod ſoluit
nomine vectigalis, quod notandum pro gabellis equo-
rum, dicit *Ang.in d. l.debet in fine ff. de ædil. edicto. Aret.
in d.§.in duplum ſub num.11. inſtit.de act.Odd.conſ.4.num.9.*
25 ſicut & collectæ ſunt ei reſtituendæ, cui euincitur poſſeſ-
26 ſeſſio *Bart.in d.l.debet in fine*, etenim emptor indemnis
diſcedere debet, & propterea etiam quod vectigalis no-
mine datum eſt repetitur d. l. debet in fine quicquid ſit
27 fiſco, qui redhibitione facta, reſtituere, non tenetur ga-
bellam, quam accepit pro contractu, ſed venditor, debet
illam emptori reſtituere, ſuper quo tamen videas, quæ
dixi in *q 26.n.22.& q 27.n.23.* & ſic non fiat mentio, in
28 ſtatuto quis debeat ſoluere gabellam, intelligitur, quod
ſoluat acquirens, non venditor, *Bald.in l. ſi prædium num.
6.in princ.C.de euictio.*

29 Item & repetit expenſas neceſſarias facta in re poſt li-
tem tamen conteſtatam, quamuis non expenſas victus,
quia cum vſu equi compenſantur, & etiam repetit dam-
num, quod ſenſit propter dictum vitium equi *l.quod ſi no-
lit.primo reſponſo,eodem. tit.*

30 Sed & ſciendum eſt redhibitoriam ceſſare lapſis ſex
menſibus a die ſcientiæ, *Aret.in d.§.in duplum, ſub num.11.
inſtit.de actio. Rota d.deciſ.833. num. 6.* quanti autem mi-
31 noris anno, vt *in d. l.ſciendum,& l.cum ſex menſes,ff.de
ædil.edict.& habetur in l.2.C. eodem titul.Maſcard.d.concl.
615.num.18.& 19.*

32 Quæ tempora ſunt vtilia, vt per dictos Doctores; ideò
ignoranti non currunt, niſi tamen ignorantia ſit ſupina
gl.& ibi Bal.in l.2. C. eod. tit. ſunt que etiam vtilia in pro-
ceſſu temporis, *vt not.Gl.& Bart.in l. annus, ff. de calumn.
& d.l.cum ſex.Cyn.Bald.& Salyc.in l. C.eod.tit.Ang. Aret.
in d. §.in duplum ſub num.9.inſtit.de actionib.*

33 At in actione iſta redhibitoria, ſeu reſtitutoria ad quæ
teneatur emptor videndus *text.in d. l. dum autem redhibi-
tio in l.generaliter in l.ædiles etiam & in l. videamus, ff. eo-
dem*, prout ad quæ teneatur venditor, habes ex *text. in l.
debet, & in l. illud ſciendum, ff. eodem, & Aret.in d.§. in
duplum, verſ.& dicitur redhibitoria de action.*

34 Non tamen actio prædicta redditur pro omni, morbo,
vel vitio, ſed opus eſt, vt ſit tale vitium, vel morbus, qui
ex toto impediat vſum rei, vel valde incommodet, aliàs
agitur quanti minoris *d.l.1.§.ſciendum,cum §.ſeq.& l.ſeq.*
35 *vſq;ad illud, ff.eod.* & venditor carere debet omni dolo,
& fraude, quæ committitur, ſi obſcurè, & ſub inuolu-
cro verborum loquatur, vel aſſeruit de equo, & te-
vendita certum vitium, cum pluribus alijs, quæ alijs,
quæ non habebãt, veluti ſi dicatur, vendo equum pro
male ſano, & quod eſt totus vitioſus, vel plenus Schinellis,
in hoc caſu venditor non releuatur propter dicta genera-
lia verba, quæ prolata videntur gratia decipiendi empto-
rem *Gloſ.* eſt ordinaria, & ibi notant *Bal.& Florian. in leg.
paciſci, ff.de pact.tradunt Specul. in tit.de empt.& vendit.in
§.nunc videndum in ver.quid ſi venditor equi,in ver. quid ſi
vendo tibi,& ibi Io.Andr.in addit.Cyn.& Bal. in l.1. Cod.de
ædil.act.Angel.& Io. de Imola in l. ſi quis cum aliter, ff. de
verb.oblig.Aret.in d.§.in duplum.n.9.Corne. conſ.81. lib.2.*
36 & procedit ſi ſciuit venditor, quam ſcientiam probare
debet emptor *l.quæritur, §.ſi venditor de ædil.edict.Iaſ. poſt
Ang.& Caſtr.in d. l.Paciſci, ff.de pact. Alex.conſ.14 in fine,
& conſ.95. lib.5.Caballin.de ædil.act.n.24.Bonacoſſa, qui de
equo loquitur q.87.licet nihil determinet Caroc.dec.46.n.23.*

37 An autem actionibus prædictis, ſcilicet redhibitoriæ,
& quanti minoris renunciari valeat, vel pactum fieri, quod
non agetur dictis actionibus, vel ſi dicat venditor nolle
teneri occaſione morborũ, vel vitiorũ, diſtinguendum eſt

Quod ſi venditor, vitium, aut morbum ſciebat, & talis
renunciatio, ſeu factum non ſubſiſtit, ſi emptorem non
certificauit, ſed ſi vitium, aut morbum ignorauit, tunc pa-
ctum, ſeu renunciatio prædicta valet, quia renuncian-
tibus iura ſua non datur regreſſus, *l. quæritur, §. ſi vendi-
tor, ff.de ædil.edict.* In dubio autem præſumitur ſcientia,
cum regulariter præſumatur ſcire qualitates rerum ſua-
38 rum, *l.quiſquis, Cod.de reſcind.vend. vbi in ſpecie Bartol. &
Doctor.* hoc tradunt, venditorem ſcilicet præſumi ſcire vi-
tium, quod habet rem, quam vendit. *Bald.in leg.1.§. hoc
amplius, & ſequent. de ædil.edicto. Corne. dicto conſil. 81.
lib.2.*

39 In prædictis autem obſeruandum eſt, quod quamuis in
emptione plurium capitum bonorum in ſingula capita
pretium ſit conſtitutum, ita plures videantur venditio-
nes, & emptiones, nihilominus vna eſt emptio, & vendi-
tio, vt propter vnius vitium omnia redhibeantur, quando
non niſi omnia quis venditurus, aut empturus fuiſſet,
quaſi tunc neutri non niſi omnia habere expediat, quod
probari poteſt ex affinitate rerum, vel perſonarum, vt
per *gloſ.l.cum eiuſdem in verſ Omnes ff.de ædil. edict. iuxta
l.plerumque, ff.eodem titul.* vbi ſi non poſſint ſeparari ſine
40 magno incommodo, & ſine ratione pietatis, tunc pro-
41 pter morbum mancipia redhiberi poſſunt non morboſa,
prout dicimus, quod ſpectat ad officium iudicis, non
ſeparare familias in poſſeſſionum diuiſione, ita quod vni-
ca familia vni adiudicetur, *l. poſſeſſio Cod. commu. vtriuſq;
iudic.*

42 Formam libelli in actione redhibitoria, & quanti mi-
noris, videas per *Aret.in d.§.in duplum nu.13. & ſequent.
inſtit.de actionib.*

ARGVMENTVM.

Sequitur materia præcedentis quæſtionis, Et diſſeritur quando debentur expenſæ a victo, ſeu a deferente appellationẽ, & emptori quid reſtitui debeat.

SVMMARIVM.

1 *Primò, quando reſpicit qualitatem, vel bonitatem rei, eſt locus redhibitoriæ, quæ reſcindit contractum.*

Declaratur, quando quod quis promiſit, reſpicit alienas conuentiones, num.2.

Et ibidem de ratione.

3 *Emptor qui obtinuit in redhibitoria, poteſt renunciare ſententiæ, nec ex ea præmiſſum eſt venditor, agere.*

Declaratur, num.4.

Extenditur dicta concluſio ad dilationem alicui conceſſam, num.5.

Limitatur num.6.

Et qualiter procedat contrarium, num.7.

8 *Non appellans a ſententia, non dicitur conſentire.*

9 *Abſolutio ab expenſis locum habet, ſi victus acquieuit ſententiæ licet appellatum, & poſtea deſerta ſit appellationis cauſa.*

Declaratur procedere, quando appellatio eſſet deſerta ex voluntate non autem ſi deſerta, fuerit declarata per iudicem contradicente appellante, præſentatis iuribus & ſcripturis, num.10.

11 *Appellans condemnatur in expenſis, vbi contradicit, & fatigat aduerſarium.*

Et condemnatur in expenſis factis per appellatum in proſequenda appellatione, quam idem appellans non eſt proſecutus. num.12.

Intellige, vt num.13.

14 *Appellationem deferens, tunc dicitur ſuccumbere cum legi-*

timè conſtat de deſertione, qui ſi fuerit declarata, tunc habet vim ſuccumbentiæ,
15 Appellatio non admittitur in notorijs.
In quibus non requiritur iuri ordo, num.16.
Intellige, vt num.17.
18 Venditoris negligentia non obeſt, quando emptor periculum in ſe ſuſcepit.
19 Venditor vbi ſciuit, & emptor ſupinè ignorauit, non tenetur de redhibitoria.
Contrarium, num.20.
21 Venditor, quando non vult reſtituere pretium emptori redhibendi, comdemnatur, ad duplum.
22 Contractus vbi eſt reſciſſus, vel reſolutus per actionem redhibitoriam, emptori reſtitui debet gabella per venditorem.

Quæſt. XXVI,

1 INquit Bald. in leg. ſi prædium numer.12. Cod. de euiction, quod quando promiſſum reſpicit qualitatem, ſeù bonitatem rei, tunc locus eſt redhibitioni, quæ reſcindit contractum, l. redhibere de ædil. edict. vt quando eſt erratum in qualitate intrinſeca ipſiuſmet rei, vt ſi ager eſt ſterilis l. etiam in fundo ff. de ædil. edict. vel ſi eſt peſtilens, vel lethiferas herbas ferat, leg. ſi prædium, Cod. eodem per quem text. mouetur. Bald.
2 Quòd declaratur non habere locum, quando, quod quis promiſiſſet, reſpicit alienas conuentiones, quia tunc habet locum l. eum te fundum, Cod. de pact. inter empt. & vendit. vt inſpiciamus ſi illud dederit cauſam contractui nec ne, vt bene dicit ibi Bald. Ratioque eſt, quia redhibitio ad Aedilibus introducta, qui de corporali vitio tantum locuti fuerunt, l.1. in fine, ff. de ædil. edict. & propterea in fundo, iuriſconſulti, & Imperatores exemplificant in qualitate intrinſeca, quæ corporaliter ineſt ipſi rei, vt ſi ager eſt peſtilens, vel vt ſupra ferat peſtiferas herbas, non autem, quando vel non eſt alteri obligatus, vel etiam alienatus emptor tamen contra venditorem agere non poteſt, ergo dici nequit, quod locus ſit redhibitioni, quia emptor agere poſſet redhibitoria.
3 Poteſt tamen emptor, qui obtinuit in redhibitoria, renunciare ſententiæ, nec ex ea permiſſum eſt venditori, agere, Gloſ. in l. illud in verſic. reſtituere, vbi Bald. & Cæpoll. in l. ſciendum, §. dictum in fine, ff. eodem titulo, ſed ibi hoc
4 procedit, quia res nondum tranſiuit ad condemnationem vtriuſque partis, ſecùs quando tranſiuit, quia tunc ſtandum eſt ſententiæ, ex qua oritur venditori actio in factum, ſi emptor illa vti nollit Tiraquell. de retract. lignag. ad finem tit. num.25. in fine.
5 Quod etiam eſt in dilatione alicui conceſſa, cui renunciari non poteſt in præiudicium aduerſarij, nec ea pendente admitteretur probatio. Etenim propter æqualitatem ſeruandam, dilatio facta eſt communis ex legis beneficio, quod quidem beneficium non eſt in illius poteſta-
6 te, qui dilationem impetrauit cùm impari iure non poſſit vnus alteri præiudicare, leg. ſi poſt mortem, §. vult. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. quicquid ſecus ſit in iure, quod nõ venit pariter, ſed in conſequentiam l. ſi iudex de mino. in ſpecie dilationis not. Bal. in l. ſi arrogator. in fine, ff. de adopt.
7 & in l. poſtqua col. vlt. q.7. C. de pact. ſcribentes in l. petende. C. de temptar, in integr. reſtit. Quo in loco quamuis per Bar. teneatur contrarium, quo ſcilicet dilationi poſſit renunciari, tamen intelligi debet, quando quis meruit dilationem de iure ſpeciali, quando ius ſpeciale proditum eſt ex ſingulari fauore, ſed de iure communi attenditur æqualitas in iudicijs, ita opiniones, cõcordat Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. nu.26. in fine verſ. tu tene primam partem.
8 Sed quid dicendum, quando quis a ſententia non appellauit dicitur, quod conſenſus non appellantis iunctus cum ſententia non parit naturalem obligationem quia verè non conſenſit, cum ſententia feratur in inuitum: nec dicitur patere, ideo conſenſus non appellandi, non promittendi, aut ſoluendi, quia victus potuit non appellare animo execrandi lites, non autem, vt conſentiret. Felyn. in cap. cum inter ſub numero 2. verſ. & dicit de re iud. poſt Bar. in leg. ab eo, Cod. quon. & quando iudex Abb. in cap. ſi quis contra clericum, col.15. de foro competent. & in cap. quoad conſultationem column. 4. verſic. & hęc faciunt de ſentent. & re iudicata.
9 Quare Maſtrill. deciſ.166. num.11. dixit, quod abſolutio ab expenſis locum habebit, ſi victus acquieuerit ſententiæ, licet appellatum fuerit, & poſteà deſerta ſit appella-
10 tionis cauſa, quod tamen intelligit, vt procedat, quando appellatio eſſet deſerta ex voluntate ipſius appellantis, qui voluit illam deſerere, non autem ſi fuiſſet declarata deſerta per iudicem contradicente appellante, & præſentatis iuribus, & ſcripturis ad effectum, vt non declaretur illius deſertio, quoniam tunc dici nõ poteſt, quod acquie-
11 uerit ſententiæ, cum in primo caſu ſola appellatio ſine aliqua proſecutione nihil obeſſet, ideo appellans contradicit fatigando aduerſarium condemnatur in expenſis, cum ſecus ſit, vbi nulla adeſſet contradictio. Imol. in c. interpoſitæ, §. ille denique in fine de app. per tex. in l. properandum, §. ſi autem alter vtra, C. de iud. c. fin. de dolo, & contumacia. ita ſecundum Imol. in d. §. ille denique in fine intelligitur deciſ. Rota 425. alias 22. in fine de re iudic. dum voluit quod
12 quamuis appellans condemnari debeat in expenſis facts per appellatum in proſequenda appellatione, quam idem appellans non eſt proſecutus, c. ſæpe de appellat. cap. repre-
13 henſibilis, & cap. Nicolao. eod. tit. nihilominus non tenebitur ad expenſas factas per appellatum in faciendo pronunciari appellationem deſertam tamquam eſſ l. euerit dictam appellationem deſerere. Butr. in dict. cap. interpoſitæ, §. illud denique, & ibidem Franch. ſub num. 1. qui etiam ſequitur Imol. vbi ſuprà.
14 Inſuper obſeruandum eſt, quod deferens appellationem tunc dicitur ſuccumbere, dummodo legitimè conſtet de deſertione, quæ ſi fuerit declarata, tunc habebit vim ſuccumbentiæ, cum alias quis non habeat impediri negare deſertionem, & appellare à declaratione deſertionis, donec talis ſententia non tranſeat in iudicatum, quo caſu
15 diceretur de ea legitimè liquere in ſpecie ſic declarat, Cæphal. cõſil. 209. nu.16. lib.2. ſicuti dicimus de notorijs, in quibus quamuis appellatio non admittatur, cap. peruenit
16 de appellat. & in eis non requiratur iuris ordo, cap. ad noſtram il 3. de iuretur. cap.3. de teſtib. cogen. neque illa indigeant probatione lege emptorem de actio. empti, Card. conſil.56. num.6. Tamen intelligitur, dummodo prius conſtet illa eſſe notoria, alias ſecus cum multa dicantur eſſe talia, quæ in rei veritate non ſunt. Vnde in dubio, ſeruandus erit iuris ordo, & appellatio erit admittenda, ſecundum Franch. in cap. conſuluit, in primo nu.2. & ibidem Dec. numer.4. de appellat. per cap. quanto de tranſlat. epiſcop. & habetur latè per Maſcard. de probat. lib.3. concluſ. 1206. cum plurib. ſeqq. concluſion.
18 Prout è conuerſo venditoris negligentia non obeſt, quando emptor periculum in ſe ſuſcepit. Odd. conſil. 50. n. 3 penes quem alij habentur lib.1.
19 Sciendum eſt præterea, quod vbi venditor ſciuit, emptor ſupinè ignorauit, venditor non tenetur redhibito-
20 ria, eſt Gloſ. in l.1. C. de ædil. edicto, quam loquitur Baldus, cuius contrarium videtur tenere alia gl. in l. quęritur, §. ſi venditor. ff. eodem, quam citat Petr. de Rauenn. ſing. 779. qui in ſing. 777. illud quoque notat, quod quando venditor non vult reſtituere pretium emptori redhibendi, condemnatur in duplum, ex text. cum Gloſ. in lege redhibitoria, ff. de edil. edicto.

22 Et

22 Et vbi contractus eſt reſciſſus, vel reſolutus per actionem redhibitoriam, vt quia redhibita fuit res vendita, ob aliquod eius vitium, vel morbum, emptori reſtitui debet gabella non per fiſcum, vel publicanum, qui eam exigit, ſed per venditorem *Bald. in leg. fin. num. 6. Cod. de ædil. edict. Angel. in l. debet, ff. eod. Bertachin. de gabel. part. 1. 8. part. princip. Bertrand. conſil. 271. lib. 1. & noua gabella non debetur, Angel. in leg. ſi hominem de vſucap. Tiraq. in tract. conſtitut. part. 1. titul. 2. Gloſa 2. nu. 16.* & dixi in præcedenti *quæſt. numer. 27. ſed videas in quæſt. 28. numer. 23. & ſequentibus.* Vbi, quod contraria ſententia verior videtur.

ARGVMENTVM.

Retentio, an concedatur, quando res non fuit libera tradita.
Taxatio ad certam quãtitatem fructuum à principio quando licitè fiat.
Et quid ſi periculum immineat euictionis.

SVMMARIVM.

1 *Retentio ſeu exceptio rei non liberè traditæ non datur ei, qui ſciuit rem eſſe alteri obligatam.*
2 *Res vendita ſcienti eam eſſe obligatam eo modo tradi debet quo poteſt.*
3 *Emptor ſciens rem eſſe locatam, excipere non poteſt de re ſibi non liberè tradita, tanquam ita fuerit conuentum.*
Et de ratione, ibidem.
Et ſufficit habuiſſe notitiam in genere obligationis, quæ erat in tali re vendita, num. 4.
5 *Renunciatio generalis non comprehendit exceptiones futuras.*
Fallit ſi ſit cogitatum, num. 7.
6 *Emptor non dicitur cogitaſſe quod res ſibi non traderetur, cum aliàs non emiſſiſſet, ſi hoc cogitaſſet.*
8 *Nouatio fit ſtante incompatibilitate ſine aliqua expreſſione.*
9 *Venditor ſatis dicitur impleuiſſe, relinquendo pœnes emptorem partem pretij correſpondentem ſuis prætenſionibus, & ideo danda eſt executio pro reſiduo.*
Et de ratione, ibidem.
10 *Taxatio ad certam quantitatem fructuum licitè fit per venditorem, ne emptor habeat rem, ac pretium.*
Primò ampliatur procedere etiam nulla data mora, numer. 11.
Secundo ampliatur etiam non ſecuto implemento, numer. 19.
Tertiò ampliatur locum habere, etiam quod eſſet translatum dominium, vel habita fides de pretio, numer. 21.
Quarto amplia, etiam quod data eſſet dilatio incerta, & indeterminata ad pretium ſoluendum, ſecus ſi dilatio contineret tempus certum, num. 22.
Extenditur locum habere ſi pretium ſoluendum eſſet incertum, vt in pretio declarando per tertium, cum ſemper emptor habeat rem, & pretium cum damno venditoris, numer. 24.
Ampliatur primo, etiam quod periculum euictionis immineret in limine contractus, num. 25.
Secundo ampliatur, etiam ſi promiſſum eſſet dare rem liberam, quæ non eſſet, num. 26.
Et de ratione num. 27.
Limitatur in fideiuſſore pretij, qui ad fructus non ſe obligauit, num. 20.
12 *Fructuum taxatio non datur à principio tamquam fiat in fraudem.*
Fallit ſi probetur intereſſe venditoris iuxta dictam taxationem, num. 13.
Ampliatur, vt etiam nulla facta probatione iudex ex officio poſſit taxare, num. 18.
14 *Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, ſed exactio.*
15 *Taxatio intereſſe licita eſt, etiam quod agatur de mutuo, quando illud eſt veriſimile, & abeſt omnis fraus, & dolus palliandi vſuras ex veriori, quicquid alij ſentiant.*
Ratio aſſignatur.
17 *Lucrum ceſſans in negociationibus iuſtis, eſt magis vicinum damno emergenti, quàm lucro ceſſanti.*
28 *Aſſertur deſtinctio Theſaur. inu. in quæſt. 88. lib. 1. quæ ab Authore improbatur.*

Quæſt. XXVII.

VEnditum fuit prædium affectum pro parte oneri libellario, pacto inito, vt fructus Montis, vel alterius fundi ſemper ſint, & eſſe debeant obligati, affecti, & hypothecati pro redemptione dictis prædij dicto oneri, qua liberatione facta fructu prædicti liberè ſpectent, & redeant ad venditorem.

Quæritur, num emptor poſſit retinere reſiduum pretij non ſoluti ſub prætextu dicti oneris, & prædij non liberè traditi, vel potius illud perſoluere teneatur vna cum fructibus recompenſatiuis.

Et reſoluitur, illi retentionem non competere, cum conſenſerit quod ſibi non tradatur, ſed redimatur ex fructibus Montis, vel alterius fundi, & ſucceſſiuè fuit acceptata talis cautio, quæ ipſum excludit, vt excipere non valeat de huiuſmodi parte rei non liberè traditæ, cum
1 exceptio iſta non detur ei, qui ſciebat, rem eſſe alteri obligatam. *Bald. in leg. ſi fundum. Cod. de euictio. & in leg. ſi domus, vbi Bart. Ang. Imol. & Alexad. ff. de legat. 1. Aretin. in leg. ſerui electione, §. fin. col. 2. ff. eodem tit. Beron. conſil. 2. numer. 12. 15. & 17. lib. 1. Surd. deciſ. 265. num. 26. iuxta doctrinam Paul. de Caſtr. in l. ſi emptione la ſeconda, §. vacua in vltimis verbis, ff. de action. empti, per text. in l. ſi ſeruus, §. vltim. ff. eodem tit. l. habere licere, ff. de euictio.* Tunc
2 enim ſtante iſta ſcientia; licet promiſſum fuerit tradere rem venditam liberè, ſufficit, quod tradatur libera, & vacua, & expedita, eo modo quo tradi poteſt. Quare etiamſi emptor ſciebat rem eſſe locatam, excipere non poteſt de re non ſibi tradita liberè, quamuis ita fuerit conuentum, quia videtur approbaſſe quod ſibi detur vacua, poſtquam finita eſſet locatio, vel poſtquam ceſſabit obligatio, ſi alteri obligata eſſet. *Surd. dicta deciſion. 265. numero 25. & in fine. Beroui conſilio ſecundo numer. 15. & 17. libr. primo Surd. deciſ. 265. numer. 25. Gozad. conſil. 24. numero ſeptimo quos omnes ſequitur Rota deciſ. 76. numer. tertio, & quarta part. 2. in recentior.* vbi quod etiam ſufficit habere notitiam in genere obligationis, quæ erat in tali re vendita, ita declarando Doct. dum volunt, venditorem teneri ad rem tradendam, iuxta *l. ex his prædijs, C. de euictio. leg. cum vendere, ff de contrahend. empt. quoniam, & ibi Bal. Cod. de compenſat. Surd. conſil. 13. numer. 18 libr. primo*, & facit ratio, quoniam, quamuis dici non poſſit renunciatum exceptione rei non traditæ per generalem renunciationem omnium

auxilio, cum ſimilibus clauſulis, attamen hoceſt ob il-
5 lam rationem, quia generalis renunciatio non cum-
prehendit exceptiones futuras. *Bec.conſil.* 108. *numero*
sexto Roland. conſil. decimoquinto numer. 37. *libr.primo*
6 quemadmodum eſt exceptio iſta rei,non traditæ, cum
traditio, & aſſignatio rei fiat poſt contractum, & veriſi-
mile non eſt, quod emens cogitauerit quod ſibi res non
traderetur, cum alias non emiſſet, ſi hoc cogitaſſet *Ca-
rol.de Graſſ.de except. capitul.decimotertio numer. decimo-
ſexto*. Vnde cum in præienti adſit ſcientia, quod res
alteri obligata erat, huiuſmodi exceptioni rei non tradi-
tæ fuit renunciatum, tanquam locum non habeat iſta
ratio, quod videlicet emptor non ita contraxiſſet, &
per conſequens renunciatio, vt ſupra facta, extendetur
7 ad iſtam exceptionem, cum de ea ſit cogitatum. *Bald.in l.
primo ſub numer.quarto verſic.ſecundo quæritur, Cod. com-
modati, Soc.conſil.*147. *numer.*17. *libr.primo Curt. iun.
conſil.*47.*in fine, & conſil.*63. *numer.quinto Rolan.conſil.
ſexto numer.*57. *libr.primo Becc.conſil* 108. *numer.*20. *&*
21. *Gozadin.conſil.*27. *numer.*25. *Tiraquell.in leg.ſi vn-
quam in præfat.num.*130. *Cod.de reuoc.donat.Ripa in leg* 4.
§.*condemnatum, num.*24. *ff.de re iud.Menoch.*37.*num.*84.
libr. primo.

8 Maximè, quia ſtante huiuſmodi pacto adeſſe vide-
tur incompatibilitas; Non enim adinuicem compatiun-
tur, quod emptor retineat pretium, & quod fructus non
exigantur per venditorem, cum eodem tempore priua-
retur emptor commodo cõſecutionis pretij, & fructuum
alterius partis pretij, quod non eſt dicendum fuiſſe
per venditorem cogitatum, dicam factum, ſeu conuen-
tum, quia incompatibilitate, ſtante, ſit nouatio etiam ſine
aliqua expreſſione. *Gabr conſil.*81.*numer.*3.*lib.*1. *Decian.
conſil.*21.*num.*69. *libro primo, Dec.conſil.*463. *numer.ſexto
Rota diuerſ.deciſ.*262. *numero quinto part.*2. *Cardin.Man-
tic.de tacit. & ambiguit. conuent. libr.*17. *titulo tertio nu-
mer.* 13.

9 Vnde ex quo ſimpliciter, & abſolutè fuerunt relictæ
pecuniæ apud emptorem abſque vlla conditione, dici-
tur effectualiter venditorem impleuiſſe relinquendo ta-
lem partem pretij, quæ correſpondet prætenſionibus
emptoris, ita quod licitum non ſit modo opponere
de re liberè non tradita, ſed danda eſt executio pro re-
ſiduo pretij rei venditæ, quatenus à venditore petatur,
ſecundum ea quæ decidit *Rota coram Cardin. Seraphin.
deciſion.*1245. *numero ſecundo & tertio, & coram Cardin.
Sacrato in Romana Caſaletti* 7. *Iunij* 1610. *inter recen-
tior.deciſion.*242.*numero quarto parte prima*. Non enim
ſtantibus prædictis emptor conqueri poteſt, tanquam
ſit ſibi ſatisfactum per æquipollens quod ſufficiat, vt in
ſpecie fuit deciſum per *Seraphin. dicta deciſion.*1243. vbi
approbatur huiuſmodi implementum pretij, quod pro
parte remanet penes emptorem, vt per deciſ. *Oſaſc.*24.
*Nauſant. de pignor. parte quinta, membro primo, nume-
ro vigeſimoſequarto, & vigeſimooctauo cum alijs per Rot.
coram R.P.D.Bubalo in Romana Palatij* 7. *Maij* 1590. *co-
ram Cardinal. Millino in Auximana bonorum ſecunda Iu-
nij* 1595.

10 Ex his infero, quid dicendum, quando pro reſiduo pre-
tij fuit inter partes conuentum, vt ab emptore ſolueren-
tur, puta octo pro centum, an taxatio hæc admittenda
ſit. Et reſpondetur quod ſic, ne emptor prædij habeat
rem, & pretium ad ea, quæ habentur in *leg cum ſit, Codic.*
11 *de actio. empt.* per quam conceduntur fructus recompen-
ſatiui etiam nulla data mora emptoris. *Bald.in leg.ſecunda
ſub numer.quarto verſicul.denuò quæritur, vbi etiam Paul.
de Caſtr.numero quinto Codic.de vſur. Alex.conſilio* 31.*viſo
themate, numer.*18. *libr.ſexto latè Hoad.conſil.*30. *num.*16.
ad 25.*libr.primo Surd.conſ.*101. *numer.*27. *&* 28 *libr.*1.*&
deciſ.*117.*num.*7.

12 Et licet à principio fructuum taxatio non detur, tam-
quam hoc fieri videatur in fraudem vſurarum, *Rebuff. in
l.vnica Gloſ.vltim.numer.*34. *vſque ad.*42. *Cod.de ſent.quæ
pro eo, quod inter Alexand.conſil.*61.*num.*12.*lib.*2.*Purpur.
in l.Vinum n.*60.*ff.ſi cert.petat.Canoniſtæ in c. ſalubriter de
de vſur.* tamen ſi probatur intereſſe venditoris iuxta præ-
13 dictam taxationem, conualidaretur conuentio, & appro-
baretur, ſeu per probationem poſtea ſubſecutam in vim
probationis deductæ peti poterit, quod alias honeſtè pe-
ti potuiſſet, prout declaratur *Lap.de vſur.*§.6.*in fine nu-
mer.*26.*verſic.& quod dictum eſt ſupra, Dec.conſil.*111.*pro-
tenui ad fin.numer.*14.*verſic. Non obſtat Acharan.iunior.
q.*33.*numer.quarto, & ſequent.libr.*2.cùm alijs per *Burſat.
conſ.*320.*num.*54.*&* 86.*lib.*3.*Plot.in l.ſi quando num.* 453.
*C.vnde vi, latè Surd.conſ.*327.*num.*54.*&* 55.*lib.*3.*& conſil.*
485.*numer.*6.*libr.quarto Caguol.in l.prima num.*51.*Cod.de
ſenten.quæ pro eo, quod intereſt Rota Ianuen.deciſ.*9. *nume-*
14 *ro* 32. quaſi taxatio certi lucri non reddat contractum
illicitum, ſed exactio *Aym conſil.*189.*ſub numer.octauo
verſic.*Non negarem tamen, poſt *Dec.conſ.*15. *& in capit.
cum venerabilis de except.* & ſic faciendo differentiam in-
15 ter validitatem contractus, & illius inualiditatem, & exa-
ctionem, & taxationem, intelligitur, idem *Dec.conſil.*116.
& 119. Quodque licita ſit taxatio intereſſe, etiam quod
fortius eſt, ſi ageretur de mutuo, quando illud veriſimile
eſt, & abeſt omnis fraus, & dolus palliandi vſuras, tradit
*Hoſtienſ.in capit. ſalubriter colum.*2. *in fine, verſic.ideo
puto ex mente, & in capit.nauiganti, colum.prima ver-
ſic.quid ergo ſi quis paratus de vſur quem ſequitur Nauarr.
de communi teſtatur in Manual.cap.decimoſeptimo numero*
211.*verſic.*& quod inter omnes conuenit, *& cap.ſexto per
totum cap.decimo numero* 3.*de vſur.cap.primo numer.primo
verſic. at non eſt certum de offic.iud.et in tract. de vſur.no-
tab.*15.*verſic.tertio inter omnes conuenit, Couar.var.reſo-
lut.lib.*3. *cap.*4.*a.*5. *Felyn.in cap cum venerabilis ſub nu-
mer.* 9. *verſic. niſi mutuans eſſet homo de except. Hieron.
Grat.conſil.*49. *numer* 9. *libr.ſecundo Alciat.conſil. octauo
numer.* 10. *tom. primo. libr. primo, Honded. conſilio* 41.
numero 40. *libro primo*, de magis communi opinione
*Gutierez de contract.iur.par.*1. *cap.*2. *numer.quinto Bar-
boſ.in l.*2.*par.prima, in princip.numer.*48.*ff.de ſolut.matrim.
Vrſil.ad Afflict.deciſ.*20. *numer.tertio Natt. conſilio* 477.
*numer.tertio in fine Surd.deciſ.*259.*numer.*16. *et* 17. *et de
aliment.titul.primo, quæſt.*45.*num* 76.*&* 77. *Coſm.Philiar.
de officio Sacerd.libr.quinto cap.*7. *in fine tom.ſecundo. Lu-
douic. Lopez de contract. & negociat.libr. primo cap.* 23.
numer.tertio Conrad.de contract.tractat ſecundo quæſt. 30.
*colum.quinta in fine verſic.tertia auctoritas.Molin de con-
tract.diſput.*315. *num.quinto.* vbi quod iſta eſt verior ſen-
tentia, quidquid in contrarium ſenſerit *Innocent. in
capit.fin.in ver. periculum, de vſur. vt teſtatur Alphonſ.
Vilagut.de vſur.quæſt.*18. *concluſion.prima &* 2.*Petri Na-
uar.de reſtit.oblat.tom.ſecundo lib.*3.*capit.*2.*n.*287.*latè Mi-
chael Salon.de iuſt.& Iure, quæſt.*78.*art.*2.*controu.*9.*lib.*2.

16 Huius concluſionis ratio aſſignatur, quia id, quod in-
tereſt etiam ex mutuo, non habetur pro vſura, quamuis ſi-
mus in intereſſe lucri ceſſantis. *Alex.conſ.*221.*num.primo
libr.ſecundo poſt Cyn.in authen. ad hæc quæſt.pen.et ibidem
Bal.col.*2. *C.de vſur.Iaſ.conſ.*151.*in fin.libr.quarto.cum alijs
latè per Tiraquell.de retract. lignag.*§.1. *Glo.*8. *numer.*71.
præſertim in iuſtis negotiationibus, in quibus lucrum
ceſſans eſt magis vicinum damno emergenti, quam lucro
17 ceſſanti. *Couar.variar.reſol.libr.*3.*cap.*4.*numer.primo,et* 2.
*Oſaſc.deciſ.*143.*in fin.*

18 Et vt vnde diſceſſimus, redeamus, quatenus etiam nulla
probatio, ſeu liquidatio fieret, iudex ex officio poterit ac-
cepta deſuper informatione taxare intereſſe ad rationem
quinq; vel ſex pro centenario, vt in ſpecie dicta *l. curabit
C.de actio.empt.poſt Lup.de vſur.*§.6. *commentar.*1.*nu.*118.

reſpondit

Digitized by Google

reſpondit Honded.conſ.30.n.20.et 23.lib.1. Rota Ianuen.deciſ.194.num.3.

19 Ruſus fructus recompenſatiui debentur etiam ſine
mora emptoris,quando ſcilicet fuiſſent promiſſi fideiuſ-
ſores, & non dati, vel quid ſimile fuit conuentum, quod
non eſſet adimpletum, quoniam ex defectu huiuſmodi
adimplementi non minuitur vſus rei venditæ,ſeu traditæ,
& per conſequens etiam neque debet venditori minui in-
teruſurium pretij non ſoluti, cum etiã iſti fructus ſint re-
parationes damni, nõ vſuræ: Præſertim,quia ſatis dicitur
emptorẽ impleuiſſe tradendo rẽ liberã quoad fructus re-
cõpenſatiuos,quidquid ſit,quoad alios effectus,quaſi etiã
emptor ſibi debeat imputare rẽ ipsã venditã acceptando
cum potuiſſet omninò abſtinere,donec impleretur,iuxta
communem ſententiam in dicta l.curabit, vbi in ſpecie
*Cagnol.n.33. C.de actio.empt.n.poſt Bal.in l.2.ſub numero 4.
verſic.denuo quæritur, vbi etiam Caſtrenſ.num.2.C.de vſur.
Alex.conſ.31. viſo themate, numer.18.libr.6.& conſ.147.
numer.quarto libr.5. Bertrand.conſil.190. in fin.lib.ſecundo
Gozad.conſ.55.numer.primo,Cephal.conſilio 609.num.ſexto
& 7.libro quarto Couar.variar.reſolut.libr.3. dicto capitul.
quarto numer.6. verſ.duodecimo.Surd.conſ.101. numer.25.
& 28.libr.primo & deciſ.157. num.7. Honded.dicto conſilio
30. numer.16. ad 15. libr.primo Magon.in deciſ. Lucen.17.
numer.30.& paſſim ſeruat Rota, vt in Beneuentana pecu-
cuniaria 18.Iunij.1607. coram Cardin. Sacrato, & coram
eodem in dicta Romana Caſaletti 20. Iunij 1611. & coram
R. P. D. Coccino Decano in Aſculana pecuniaria 13.Martij
1606.inter impreſſ.ſub eius nomine, deciſ.275. num.5.&
deciſ.320. numer. tertio, & quarto*. Quod limitat non
20 procedere in fideiuſſore pretij, qui ad fructus non ſe o-
bligauit, *leg.fideiuſſores magiſtratuum,§. pro Aurelio.ff.
de fideiuſſor.*

21 Primò ampliatur dicta concluſio, vt procedat etiam
quod eſſet tranſlatum dominium, vel habita fides de pre-
tio, quia nihilominus iſti fructus deberentur; ex quo do-
minium tranſit in emptorem ex miniſterio legis cum hoc
onere, vt ſoluantur fructus recompenſatiui, donec fuerit
ſolutum pretium,ita in ſpecie *Couar. variar. reſolut.libr.3,
cap.4 numero quarto Lup.de vſur. Commentar.1. §.7. num.
143.Ruyn.conſ.73. ſub num.3. verſic. Tertius eſt caſus libro
primo Honded.dict.conſil.30.numer.30. libro primo Cardin.
Mantic.de tacit.& ambig.conuent.libro quarto tit.24.n.15.*
& habetur ex dicta l.curabit, quæ obligat emptorem ſub
nomine vſurarum, quia ſi non præſupponeretur transla-
tio dominij, lex obligaret ad fructuum reſtitutionem,
quam rationem propriè conſiderat *Rota coram Card. Sa-
crato in d.Romana Caſaletti 20.Iunij 1611.*

22 Secundo ampliatur procedere quoque, ſi data eſſet di-
latio incerta,& indeterminata ad pretium ſoluendum rei
venditæ, quæ de ſui natura venit quamprimum adimplẽ-
da,quia in hac fructus debentur, ſecus in dilatione, quæ
continet tempus certum ac determinatum ab initio, vi-
delicet, quod ſolutio fiat infra annum, vel biennium, &
eſt ratio,quia primo caſu,cum venditor teneretur quanto
citius implere, & præſumatur habuiſſe in animo facere
quod tenebatur, non præſumitur quod ſuæ indemnitati
proſpexerit per augmentum pretij. In ſecundo verò ca-
ſu in danda dilatione, videtur habita ratio fructuum per-
cipiendorum, & ob id in aliquo plus auctum pretium.
23 *Gabr.conſil.57.numer.quinto libro primo, & tenuit Rota in
dicta Romana Caſaletti 20.Iunij.1611. coram Sacrato, &
iterum in eadem cauſa 15. Decembris eiuſdem anni, coram
eodem.* Vbi emptor promiſit ſoluere pretium, facta men-
ſuratione, & impletis quibuſdam alijs per venditorem
implendis, & non ante, nec alias, & tamen dictum fuit,
quod iſta dilatio non impedit, quin debeantur fructus
recompenſatiui, cum illa non afferat ſecum tempus con-
ſiderabile, ſed momentaneum, & dilatio ſit talis, quæ
debet quanto citius expediri ad inſtar ſimplicis promiſ-
ſionis de aliquid faciendo,quę importat, vt ſtatim fiat, *§.
impoſſibilis inſtit. de inutil.ſtipul.§. omnis ſtipulatio. inſtit.de
verb.obligat.Bart.in l.ita ſtipulatus, nu.33.vbi Iaſ nu.21.ff.
eod.tit.*

Quin etiam propriè iſta dici nequit dilatio,ſed ſuſpen-
ſio, ad impedïendam coactionem ſolutionis pretij, ſiuè
ſecuritas per modum cuiuſdam pignoris. *Honded.conſilio
44.numero 14. in fine ver. quoniam verba, & numer.15.
verſ.iſtis præmiſſis libr. primo Nauarr. conſil.21.numero 8.
de vſuris.*

24 Extende idem habere locum,ſi pretium ſoluendum eſ-
ſet incertum, quando nempè venditor non fecit defalca-
tiones, quoniam ſemper militat illa ratio, vt non cenſea-
tur ex hoc diminutus vſus rei, & ſemper emptor habet
rem,& pretium cum damno venditoris. Quare videmus
in pretio declarando per tertium, licet illud ab initio ſit
incertum, tamen fructus debentur ante declarationem
*Gabr.dicto conſ.57 num.5.lib.1.Ioſeph. Ludou.in deciſ. Pe-
ruſ.53.numer. quinto Honded. dict.conſil.30 numer.28. li-
br. primo. Rota in dicta Romana Caſaletti*, vbi etiam,
quod ad iſtum effectum non obſtabit, quod periculum
25 euictionis immineat in limine contractus *Honded. dict.
conſil.30.numer.24* exemplo promiſſionis de dando rem
26 liberam,quia non obſtat,etiamſi res non appareat libera
*Bal.in l.2.numer.quarto & ibidem Caſtr. num.primo Cod.de
vſur.Alex.conſ.147.numer.quarto libr.5. Bero conſil.1.nu-*
27 *mer.126.Honded.conſil.40.num.14.lib.1* & ratio eſt,quam
adduxi ſuperius.quoniam iſta quidem excuſant à mora
ſoluendi, ſed non à fructibus recompenſatiuis, qui de-
bentur abſque mora.

28 Et quamuis in re hac *Ant. Theſaur.iun. in quæſt.forenſ.
88.numer.4. lib.primo aſſerat*, Senatum diſtinxiſſe, quod ſi
emptor facta prius oblatione, & venditore recuſante ca-
uere fecit depoſitum,iuxta *l.2.C.de vſur.* tunc non tenea-
tur ad intereſſe, *Oſaſcb.dicta deciſ.24.* ſi autem non depo-
ſuit, nec obtulit prius, & tunc teneatur ad intereſſe, &
procedat opinio Cagnoli compenſatis expenſis litis ob
mutuam negligentiam; aut ab emptore fuit facta ſola o-
blatio retinendo pecunias pœnes ſe, & fuiſse reſolutum,
quia imminebat periculum euictionis, vt non teneretur
emptor pecuniam tradere, licet cautio per aduerſarium
offeretur: non tamen diſcedas ab ijs quæ proximè dixi ex
Rota Romana, Hond & cæteris.

Ad vnum etiam aduertas, non etiam recipiendum
Theſaur. vbi ſupra numer.5. dum addit ceſſare diſpoſitio-
nem dictæ l.curabit,quando data eſt dilatio ad ſoluendũ,
habita fide de pretio, donec fundus fuerit repertus, ſuper
quo pecunia veniat implicanda,ex *Socino conſ.176. colum.
fin.libr.2.Dec.conſ.119.numer.3. & Cranet.conſ.189. in 3.
caſu*, ſed ſi fuerit ſimpliciter conuentum, vt pecunia
implicaretur, non arbitrari emptorem liberari à præ-
ſtatione intereſſe, cum ei obſtent ea, quæ in hac quæſtio-
ne diximus præſertim *ſub num.21.& infra,& Cranet.dict.
conſ.189.ſub num.7.verſ.tertius caſus*,non aſſerat id, ad
quod allegatur.

ARGVMENTVM.

Solutum vltra pretium Proxenetis, vel pro gabella, an, & quando facta redhibitione repeti poſſit per emptorem.

Et qualiter detrahatur.

Hæres

Hæres iuſſus emere aliquam rem alicui de cuius pecunijs hoc fieri debeat?

S V M M A R I V M.

1 *Emens, ſi vltra pretium ſoluit proxenetæ, vel mediatoribus & ſiat redhibitio, repetit quod neceſsitate cogente dedit, & n. 3. vbi exemplificatur.*
Declaratur, n. 7.
Fallit, num. 4.
Contrarium, n. 5.
Declaratur dicta limitatio, n. 6.

2 *Emptor repetit quod emptionis cauſa ſolutum eſt, & quod venditionem accreſcit.*

7 *Solutio, quando dicitur facta ſponte, & quando coactè.*

8 *Emptor agens redhibitoria, recuperat quæ ſoluit nomine vectigalis.*
Et pro Collectis, ibidem.

9 *Solutiones, & expenſę, quæ fiunt proxenetis, & mediatorib. connumerantur inter expenſas neceſſarias, et detrahuntur, tamquam æs alienum.*
Prout, et facta in ſubſtationibus, et ſolutionibus inſtrumentorum, gabellarum, et ſimilium, n. 10.
Ampliatur, n. 11.

12 *Gabella, ſi pro venditione ſolui debeat ad rationem tot ſolidorum pro ſcuto detrahitur quod ſoluitur pro faciendis ſubhaſtationibus, vel proxenetis, et pro gabella exigitur tantum reſpectu illius quod remaneat iis, detractis.*
Et fortius, quando ſtatutum diceret, pro pretio, quod recepiſſet, eum non recipiat, niſi quod apud eum remanet, numero 13.
Declaratur, nu. 14.

15 *Mulier ſi vendidit rem pro vndecim libris, et in proxenetis expendit vnam libram, de venditione detrahitur vna libra, et contractus iudicabitur validus in decem libris.*

16 *Statutum annullans contractum mulieris vltra decem libras, non comprehendit libram ſolutam proxenetis.*

17 *Expenſæ, et onera deducuntur in beneficijs, et cæteris diſpoſitionibus, ad cognoſcendam veram æſtimationem rei.*

18 *Repetitio non datur eorum, quæ ſponte præſtantur mediatoribus, et proxenetis, nullo cogente.*

19 *Emptori reſtituitur ſolutum proxenetis iuxta morem, et conſuetudinem loci, non quod ex ſua liberalitate ſoluit.*

20 *Teſtator mandans hæredi, vt emat alicui aliquam rem, de cuius pecuniis id fieri voluiſſe cenſeatur.*
Et quid quando mandat, quod hæres emat teſſeras frumentarias, et qualiter intelligatur, n. 21.

22 *Emptio, ſi facienda eſt talis menſuræ, menſuratio ſpectat tam ad emptorem, quam etiam ad venditorem.*

23 *Gabella ſoluenda eſt per emptorem.*
Contrarium, n. 24.
Prima ſententia dicitur verior, & magis recepta, numero 25.

Quæſt. XXVIII.

1 EMens, ſi vltra pretium ſoluat proxenetis, vel mediatoribus; & fiat redhibitio, petit quod neceſſitate cogente dedit, non autem quod ſponte. Bart. in l. debet per
2 illum tex. *ff. de ædil. edict.* & ſic omne id, quod emptionis cauſa ſolutum eſt, & venditioni accreſcit, d. l. debet, & leg. cum autem, *§. iubet, ff. de ædil. edict. Gloſ. in d. l. debet in verb.*
3 *erogatum, & ibi Ang. in princip* qui hoc vt ſupra intelligit, nempè quando ex neceſſitate hoc emptor faceret, ſi videlicet emptori venditor dixiſſet non venditorum, niſi per manus talis mediatoris, qui concordabit nos de pretio, cui dabis ſalarium pro labore, quo in caſu locum habet reperitio. Idem probat *Bal. in d. l. debet*, vbi dicit, eſſe caſum notandum, referendo *Gloſ. ibi dicta in verb. erogatam. Iaſ. in l. 1. num. 7. ff. de condict. cauſ. data* vbi inquit, ſic determinaſſe Martin. de Fano, quando, quamuis ipſe contrarium ſentiat. Hanc etiam ſententiam, & diſtinctionem tenuit *Stracc. de Proxenet. verbo item quæritur, numer. 2.* vbi quoque ita intelligit *Aret. in §. duplum, col. penult. verſ.* & dicitur redhibitoria inſtitut. de action. & eamdem diſtinctionem refert *Tiraquell. de retract. lignag. Gloſ. quarto §. 29. numer. octauo.*
4 Addit tamen *Iaſ. in d. leg. 1. numer. 7.* quod ſi dedi decem proxenetæ, vt faceret mihi vendere equum, ſi poſt venditionem eius opera ſecutam cum redhiberi tanquam morboſum, illa decem repetere non poſſum, quia cum data ſint pro ſeruitio, & opera proxenetæ, quæ ſecuta eſt, re-
5 petitionem impedire debet, ad *tex. in leg. diebus; et ibi Gloſ. de ædil. edict.* quod tamen nec *Gloſ. nec Bart. nec tex. dicunt*, & ideò ſententia *Iaſ.* recipienda non eſt, ſed tenenda diſtinctio ſuperius relata, coactæ ſcilicet, & ſpontaneæ ſolutionis.
6 Opinio tamen Iaſ. locum habere poſſet, quando ageretur aduerſus eumdem proxenetam ad reſtitutionem eius, quod ei fuit iam ſolutum, quo caſu non daretur repetitio, niſi dolus proxenetæ interueniſſet, quoniam tunc daretur etiam actio de dolo, ſecundum Stracca de proxenet. verſic. item quæritur, ſi res vendita in fine.
7 Sed tu aduertas, quod licet ſimiles ſolutiones fiant proxenetis ſpontè, vbi tamen interueniant tales perſonæ, à quibus ad id cogi poſſent, non conſideratur, quod ſolutio facta fuerit ſponte, quia cum per prædictos compelli potuiſſet emptor ad ſoluendum, dicitur ſoluiſſe compulſus, quamuis actum ſpontè fecerit, quaſi paria ſint ſoluere coactè, vel metu coactionis, adeo quod ſemper dicatur inuitus ſoluere, qui ſciebat ſe poſse cogi, *leg. nouiſſimè, ff. quod falſ. tut. auct. geſt. dicat.* vbi id comprobat *Bal. Bar. in l. creditor verſ. tertio quæro, ff. ſolut. Abb. conſ. 60. numer. 4. lib. 1. Dec. conſ. 25. col. 3. verſ.* & idem in iſta quæſtione late *Felyn. in capit. cum M. Ferrarien. num. 21.* extra de conſtit.
8 ideo emptor agens redhibitoria, recuperat, quod ſolui nomine vectigalis, quod notandum pro gabellis equorum, dicit *Ang. in leg. debet in fine, ff. de ædil. edict.* ſicut etiam collectæ ſunt ei reſtituendæ, cui euincitur poſſeſſio. *Bar. in d. leg. debet in fine.* Nam emptor indemnis diſcedere debet.
9 Circa præmiſſa, quoad ſolutiones factas proxenetæ; vel mediatori, ſciendum eſt, quod regulariter inter expenſas neceſſarias connumerari ſolent expenſæ, ſeu ſolutiones,
10 quæ fiunt proxenetis, & mediatoribus, adeò quod detrahantur, tamquam æs alienum exemplo earum, quæ fiunt in ſubhaſtationibus, ſolutione inſtrumentorum, gabellarum, & ſimilium, iuxta quæ tradit *Bartol. in leg. vbi purè §. fin. numer. primo ff. ad Senat. Conſult. Trebellian. & in leg. quantitas patrimonij, ff. ad leg. Falcidiam, & in leg. final. §. in computatione colum. 3. vbi Iaſ. numer. 2. C. de iure deliberan.*
11 Ampliatur id procedere etiam quantum ad tertium, cui ius competit ex contractu, ideò ſi pro venditione ga-
12 bella ſolui debet, ad rationem tot ſolidorum pro aureo detrahitur, quod ſoluitur pro faciendis ſubhaſtationibus, vel proxenetis, & pro gabella ſolum exigitur reſpectu illius, quod remanet iis detractis, apud venditorem, *Bar. in l. ſed ſi hoc, quam repetit, in l. ſed ſi vir vxori, §. cuidam in princ.*

in princ.numer.1.ff.de condit.& demonſtrat. & ibi Caſtren.
num.3.Iaſ.in l.uoa amplius num.quarto ff.de leg.prima Rip.
in leg.vbi purè,§.fin.num.ſexto ff.ad Trebell.Caſell.Coti.in
memorial.in ver.ſtatuto Mediolanen.cauetur, quod in diui-
ſionibus col.2.in princ.verſic.confirmatur per illud,& fortius
13 quando ſtatutum diceret pro pretio quod recipiſſet, cũ
verè recipiat, niſi quod apud eum remanet. *Bar.in d.l.ſed*
ſi vir vxori,§.eiudamuum.1.
14 Declaratur procedere,vbi ſtatutum ſimpliciter loque-
retur,quod ſoluatur gabella pro pretio rei, quia tunc pre
tium intelligitur deducto omn i eo, quod impenditur oc-
caſione perficiendę venditionis,ſecus autem ſi ſtatutum
diſponat,quod ſoluatur gabella pro pretio,quo vendiſſet
quia tũc pro toto pretio ſolueretur,eum verum ſit:quod
tanti vendidit, neq;alia expenſarum deductio fieri debe-
bit,*arg.l.in quartam,§.fin.ff.ad l.falcid.& l.qui fundum,eod.*
tit.Bar.in l.ſed ſi hoc,§.cum quidam, verſ.aut dicit,quod ſol.
uatur.ff. de cond. & demonſtr.
15 Item notandum eſt, quod ſi mulier alienet rem pro
vndecim libris,& ad hoc,vt contractus ſortiatur effectum
impendit io proxenetis vnam libram, detrahetur de ven-
ditione vna libra,& contractus validus iudicabitur in de-
16 cem tantum libris, ita vt non comprehendatur in ſtatu-
to annullante contractum mulieris vltra decem libras,ita
Lamberteng.de contrac.mulier. Gloſſ.5.quaſt.7.num,18.mo-
tus ex Bart.Doctrina in l.ſed ſi hoc, §.1.ff.de condit. & de-
17 *monſtrat. cum alijs per Tiraquell.de retract. lignag. Gloſſ.*
prima §.15.numer.quinto, vbi quod in beneficijs,ac cæte-
ris diſpoſitionibus deducenda ſunt onera, & expenſæ
ad cognoſcendam veram æſtimationem rei cum declara-
tionibus,de quibus per eumdem *Tiraquel.ibidem à nume-*
ro primo ad numer.18. & Gloſ.quarto §.29. num.octauo ad
11. vbi loquitur in caſu reſciſſionis, ex *l.2. C.de reſcind.*
vendit.
18 Ex quibus neceſſario ſequitur, repetitionem videlicet
non dari eorum,quæ dantur mediatoribus,& proxenetis
ſuo motu,& ſponte,nulla cogente neceſſitate per empto-
rem, nec per conſequens illorum vlla habetur conſidera-
tio,vt in ſpecie *dict.leg.debet,declarat. Bal.in l.ſi prædium*
19 *num.6.C.de ædil.act.Caball.de redhibit.c.2.num.48.*vbi ait
quod reſtituitur emptori ſolutum proxenetis iuxta mo-
rem,& conſuetudinem loci, non tamen quod ex ſua libe-
ralitate ſoluit, cum ad illud præſtandum, nemo potuiſſet
emptorem cogere,ne alias fraus fieret, ſi id permittere-
tur,*Ferrar.in conſuet.Burdegall.lib.1.tit.2.de retract.col.2,*
in fine,verſ.nam cum in eo.
20 Sed quæro, quid ſi teſtator mandet hæredi, quod tibi
emat aliquam rem,an cenſeatur voluiſſe,vt ematur de ſuo
vel de bonis hæreditarijs,& non de pecunia tua,&
21 Reſpondetur,quod de tuo,vel de pecunia hæreditaria,
quaſi non ſolum dicatur iniunxiſſe grauamen facti,ſed iuris
Prout etiam ſi mandet, quod hæres emat tibi teſſaras
frumentarias, quia intelligitur de emptione frumenti tot
menſurarum,non autem ſolum de ipſis menſuris,vt nota-
uit *Paul.de Caſtro in leg.ſed etſi ſuſcepit,§ primo n.6. & 7.*
de iudic.
22 Sed cuius expenſis menſuratio facienda ſit,ſi quæratur
reſpondendum eſt ſpectare ad vtrunque communiter nẽ-
pe tam ad venditorem,quam emptorem, *l.4.§.1.verſ.ſed*
& ſi menſor. vbi Florian.ff.fin.regund. Bart.in l.ſi poſtulaue-
rit n.2.ff.de adult.Salyc.in l.3.n.3.C.fin.regund.Neuiz.conſ.
38.n.8.cum alijs per Surd.de Alim.tit.1.quaſt.86.nu.1.2.3.
& 4.Felyn.in c.quia iudicante,col.1.verſ. & adde quod de
præſcript. *Iaſ.in leg.Prætor ait,§.is etiam numero decimo*
ff. de c ſen.
23 Quicquid aliud ſit in gabella,quæ ſoluenda eſt per em-
ptorem.*Bar.in l.cum mulier col.2.ff.ſol.mat.Bal.in in l.præ-*
dium,C.de ædili.ędict.
24 Licet quidam voluerint, ſpectare ad venditorem, vt
per *Guter.de gabell.quaſt.46.num.2.et dixi in q.16.n.27.&*
q.23.ſub nu.22.
25 Tamen prima relata ſententia verior videtur, & magis
recepta.*Roma.ſing.588.& ibidem Adden. Doct.in dict.leg.*
debet in fine,ff.de ędil.adict.Tiraquell.de retract. conuent.§.
ſexto Gloſ.2.numer.primo Girond,de gabell.part.4.§. primo
numer. primo.

Ex quibus infero non eſse tutam reſolutionem, quam adduxi in proximè præcedentibus quæſtionibus ſuperius relatis, dum aſserui onus hoc pertinere ad venditorem.

ARGVMENTVM.

Venditio rei alienæ, quando ſubſiſtat, & euictio debeatur. Et ad quæ venditor in ſpecie teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor non ſolum tenetur rem pro libera vendere, ſed & tenetur liberam tradere.*

Idque tacitè conuentum cenſetur inter emptorem, & venditorem, n.2.

Et ſufficit rem poſſe aliquo caſu peruenire ad tertium poſſeſſorem, n.3.

4 *Emptor, cui res aliena fuit vendita, agit de euictione, etiam antequam moleſtetur.*

Et vti poteſt retentione, n.6.

Primo ampliatur procedere, etiam quod venidtor dixerit, ſe nolle teneri de euictione, n.16.

Secundò ampliatur, vt iudicium non requiratur, ſeu ſententia, n.17.

Tertiò ampliatur etiam ſi iuris alieni ſciens fuerit in genere emptor, n.18.

Sed contra, n ſeq.

Quartò ampliatur, vt nec etiam detur actio ad pretium, numer. 20.

Quintò ampliatur, vt nec ob id venditor contrauenire poſſit, num. 21.

Primò fallit, quando emptor ſcienter emit rem alienam, numero 22.

Ratio ponitur, ibid.

Primò ampliatur procedere, vt non modo negetur emptori actio ad pretium iam ſolutum, ſed etiam ad retinendum ſi habita fide de pretio illi fuit res tradita, numero vigeſimotertio.

Secundò ampliatur etiamſi in genere fuerit de euictione promiſſum, n.24.

Primò limitatur, ſi in ſpecie ſtipulatum ſit de euictione, numer.25.

Declaratur n.26.27.28.29.& 30.

Secundò ſublimitatur, ſi ſcientia non ſit certa, numer. trigeſimoprimo.

Secundò fallit, quando alienatio eſt nulla, & bona poſſunt auocari, nu.32.

Tertiò fallit in eo, qui habebat ius ad vitam, numer. trigeſimotertio.

Extenditur, n.34.

Quarto fallit, ſi facta eſſet promiſſio de obtinendo conſenſu à domino, alias de euictione teneri, n.35.

Quintò fallit in emente bona fide bona eccleſiarum, qui ſemper habet regreſſum aduerſus alienantem, numer. trigeſimoſexto.

Sextò fallit, ſi colligi poſſit ex coniectu, is, quod emptor voluerit caueri de euictione, nu.37.

Septimò

Google

Septimò fallit, quando ſucceſſione, vel aliter venditor efficeretur dominus, nu. 38.
Subimitatur, vt locum habeat tradita iam poſſeſſione, numer. 41.
Octauò fallit, quando pretium fuit conuerſum in vtilitatem vendentis, n. 42.
Nonò fallit, quando dominus ratam habet venditionem ab alio factam, n. 43.
Decimo fallit in feudo alienato, quod ſcienter emi non poteſt, num. 45.
Vndecimo fallit, quo ad obligationem perſonalem, numero 47.
5 Venditor ſciens rem eſſe alienam, dolum committit, qui poteſt ſtatim purgari.
7 Emptori licet ab emptione diſcedere, quando qui vendit non omnia expreſſit, quæ potuiſſent eum à contrahendo retrahere.
Et contractus reſcinditur, n. 14.
Nec ſufficit partem onerum exprimere, nu. 8.
Quia certiorari debet non ſolum de his, quæ ab ipſa re dependens, ſed de his quoq; quæ ſunt extra rem, n. 19.
Quod ibid. amplificatur.
10 Venditor ſi ſciet decretum, ſeu bannum breui publicandum, per quod diminuetur valor frumenti, tenetur emptorem certiorem reddere, alias tenetur de dolo.
Extenditur etiam ad mutationem monetarum futurarum, numer. 13.
11 Argumentum de mutatione bonitatis intrinſeca ad mutationem extrinſecam valet.
Quamuis non teneatur in foro conſcientia ad reſtitutionem, numer. 12.
15 Venditor in dubio ſemper cenſetur vendere rem, vt liberam.
39 Pignoris datio confirmatur ex iure ſuperuenienti,
40 Mandatum ſuperueniens validat venditionem, mandantis nomine factam.
42 Emens, & vendens ſcienter rem alienam, furtum committit.
48 Venditor rei alienæ ſi prætium non eſt ſolutum, contra emptorem agere non poteſt, vt illud ſoluat.
Sed vide num ſeq.
50 Venditio rei alienę, quamuis non ſubſiſtat emptore nolente de iure tamen fieri poteſt in prętudicium vendentis, ſeu alienantis.
51 Res aliena vendi poteſt emptore exiſtente in bona fide, & ignorante alienam eſſe.
52 Caballin. reprobatur in tract. de euict. §. 5. n. 22.
53 Venditor, & emptor, vbi conſen ſunt rei alienæ, fiſcus eam aufert.
54 Fiſcus aufert turpia lucra.

Quæſt. XXIX.

1 EX ijs, quæ diximus ſupra de re liberè tradenda, infertur ad quæſtionem de re aliena vendita, cum non ſolum vendens teneatur rē pro libera vendere ſed etiam teneatur liberam tradere, ad notata per *Bald. in l. ex prædijs per illum text. C. de euictio. latè Tiraquell. de retractat.*
2 *conſang. §. 1. Gloſ. 9. num. 10.* vbi dicit tacitè videri conuentum inter emptorem, & venditorem, quod res libera
3 tradatur, & inquit *Seyſel. in leg. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell.* quod ſufficit rem poſſe aliquo caſu peruenire ad tertium poſſeſſorem, vt dicatur non liberè tradi: ſequitur *Oſaſch. in deciſ. Pedem. 24. nu. 3. §. 6. Bero latè conſ. 158. num. 21. 22.*
4 *30. & ſeq. & num. 52. lib. 1.* vbi in ſpecie agit de re aliena vendita, cuius occaſione emptor agere poteſt, etiam antequam inferatur ſibi moleſtia, vt probat. *Gloſa in l. ſi ſeruus quem, §. ſi ſciens, vbi Bart. Ang. & Salycet. & Alex. ff. de actio empt. Bart. in leg. at qui natura, §. cum me abſente, ff. de neg. geſt. Bald. in leg. libera, col. final. Cod. de ſent. & in leg. primo in quinta oppoſit. Codic. de peric. & commod. rei venditæ.*

5 Et ratio eſt, quia venditor ſciens rem eſſe alienam dolum committit, qui poteſt ſtatim purgari, vt ait *Bald. in d. l. libera n. 9. allegat. d. l. ſi ſeruus quem, § fin.* vbi dicit non eſſe alibi, *& d. Gloſ. ſequuntur Ant. Burg. in cap. fin. ſub num. 27. verſic. ſecundus caſus, de empt. & vend. Ruyn. conſ. 151. num. 5 lib. primo,* qui ſubdit, non eſſe ab illa recedendum, *Bero. dicto conſil. 158. numero 30. Gomeſ. de empt. & vendit. c. 2. numer. 29. verſic. Secundo limita,* vbi dicit communem *Caballin. poſt Azon. Bart. Bald. Caſtr. Roman. & Salycet.* quos refert *de euict. §. 3. numer. 163. latè Oſaſch. dicta deciſ. 24. num. 3. Crauet. conſ. 211. nu. 7. Ioan. Crot. in l. qui Romæ, §. duo fratres, numer. 78. d. verb. obligat. Surd. deciſ. 253.*
6 *numer. 10.* qui addit; quod ſi agere licet de euictione, multo magis licebit pretium retinere, cum facilius detur retentio, quàm actio; & petitio *leg. per retentionem, Cod. de vſur. cum ſimil.*

7 Quia licebit etiam ab emptione diſcedere, quoniam qui vendi, tenetur ea omnia exprimere, quæ potuiſſent emptorem à contrahendo retrahere, *l. Iulianus, §. qui pecus, & §. quod autem, ff. de action. empt. l. qui libertatis, §. ſed etſi quis, ff. de euictio. leg. quæro, ff. de actio. empti, l. quæritur, §. ſi vendito, ff. de ædil. ædict. l. in venditione, vbi Caſtren. ff. de actio. empti, l. in vendende, §. ſi cum ſeruitus, ff. de con-*
8 *trahen. empt. l. ſi ſterilis, §. ſi prædii, ff de act. empti.* Ita quod non ſufficiat partem onerum explicitè, alia verò perfuſorijs verbis ſignificare, *l. Iulianus, §. Idem Iulianus, ff. de actio. dicta l. qui libertatis, §. ſicuti, ff. de euict. Bal. in rubr. C. de contrahen. empt. num. 6. & conſ. 413. lib. 5. Alex. conſ. 93.*
9 *numer. 4. libr. 5.* nec etiam certiorari emptorem ſolum de his, quæ ab ipſa re dependent; ſed de his quoque, quę ſunt
10 extra rem, vt ſi ſciat venditor decretum, ſeu bannum breui publicandum, per quod diminuatur valor frumenti, tenetur emptorem certiorem reddere: alias tenetur de do-
11 lo, *Bart. in l. quæro ff de actio. empti,* valet enim argumentum de mutatione bonitatis intrinſecæ, ad mutationem extrinſecæ, vt notat *Bald. qui idem voluit in l. 2. C. de peric. & commod. rei vendit. Ang. & Paul. de Caſtro in l. primo §. vltimo, ff. de actio, emptio. Afflict. in deciſ. 399. numer. 9. Marſil. in l. ſtatu liber. numer. 17. ff. de quæſt. Roman. ſing.*
12 *286. Bero. quæſt. famil. 61. in fine, Couar. in relect. cap. peccatum in ſecunda parte, §. 4. numer. 5.* licet dicat in foro conſcientiæ non teneri ad reſtitutionem, *Stracca in tract. de mercatura tit. de ſponſ. §. item quæro, n. 2. Cagnol. in l. 2. num. 173. C. de reſcin. vend. Menoch. in tract. de arbitr. iud. libr. 2. caſu 165. ſub num. 20. 21. & 22.* & quod venditor teneatur
13 non ſolum ad reſtitutionem; ſed etiam ad intereſſe, ſcribit *Brun. in tract. de ceſſio. bonorum q. 30. q. 4. in princ. ſub n. 1.* & idem contra eum, qui prohibitionem monetarum futuram ſciebat, & ideò illas ſtatim expendit, vel de illis creditori ſatisfecit, quod inquam illas recipere teneatur, & bonas, & expendibiles earum loco reſtituere, ſequitur. *Brun. d. q. 30 n. 2. & videndus Marc. Ant. Cucc. Inſtit. moral. lib. 1. tit. 3. ſub n. 21.*

14 Quodque locus ſit reſciſſioni contractus, quando res eſt aliena, latè *Bero. d. conſ. 158. n. 20. 39. & per totum libr. 1. Surd. d. deciſ. 253. ſub n. 17.* dicens ſibi ſemper placuiſſe quod propter dolum ſit locus reſciſſioni contractus, per *l. 3. §. fin. ff. pro ſoc. & l. eleganter princip. ff. de dolo.* ea ratione, quia dubium non eſt, quod ſciens rem eſſe alienam, ſi vendendo taceat, dicitur in dolo per *text. in d. l ſeruus quē, & in d. l. quæro, Ruyn. & Bero. in locis preallegatis:* ſublata
15 differentia, an venditor promiſerit rem vendere liberam vel ſimpliciter vendiderit, cum in dubio vt dictum, ſemper vendere intelligatur vt liberam dicta l. ex prædijs, vbi *Cyn. Bal. et Salyc. hoc notant.*

Primò

16 Primò ampliatur procedere quoque, ſi venditor dixerit ſe nolle teneri de euictione, nam ſtante dolo conuenitur, *l.teneiur, §.fi.ff.de act.empti*, vbi loquitur quando remiſſa eſt euictio. *Bart.in emptorem, §.fin.ff.eod.tit.Bald.in l.1.nu.9.C.de pericul.& commod.rei vendit. & in d.l.emptorem, §.fin.Gomeſ.de contract.c.2.num.39.verſic.Primus,quando Aſſlict.in cap. Imperialem in decimotertio not. numer.168. de prohibit.feudi alienat. per Federic. Alciat.conſil.158. in fine,Surd.deciſ.165.num.14.& 15.*vbi dicit propterea,vltra remedia in *in d.deciſ.adnotata*,etiam competere actionem de dolo.

17 Secundò ampliatur, vt actio de euictione ad intereſſe competens contra vendentem rem alienam ſcienter, non requirat iudicium,ſeu quod per ſententiam euincatur res vendita. *Boer.in ſuis ſingul.titul.actio,actor,& agere,Petr. Rauen.ſing.869.Bar.in l.ſi cum,ff.de neg.geſt.*

18 Tertio amplia, locum etiam habere, ſi iuris alieni,vel ſeruitutis emptor habuerit ſcientiam generalem, ita contra *Couar.variar.reſolut capit.17.lib.3.Magon.in deciſ.Florent.48.num.12.Menoch.conſil.1106 num.7.& conſil.1134. num.18.lib.2.*

19 Sed contra videtur *Surd. deciſ.265. numero 40. & infra, ac ſupra,Rota deciſ.78. num.3.& quarto part.ſecunda in recentior.*

20 Quartò ampliat,vt nec etiam detur actio ad pretium *l.ſi fundum,C.de euict.Dec.conſ.411. circa fin.Alex.in l.qui Romæ,§.duo fratres nu.34.vbi Aret.de communi,ff.de verb. obligat.*

21 Quintò ampliatur, vt licet quandoque venditor non obligetur ex alienatione, quam fecit, vt contingit in marito alienante bona vxoris ſuæ;& conſequenter ſua non intersit alienationem confirmari:tamen confirmatur reſpectu exceptionis,vt maritus contrauenire non poſſit,& ſi contraueniat,repellatur exceptione,ita ex *Corneo docuit Cranett.in tract.de antiq temp.par.5.ſub §.diuino ſubſidio, n.23.pag mihi 299.propè finem, & pag.300 in princ.*

22 Primò fallit, quando emptor ſcienter emit rem alienã, *l.fundum,C.de euict.& l.ſi à matre,ff.de iure dot Nat.conſ.181.n.8.& conſ.267.Gozad.conſil.24.n.7.conſ.58.num.13. Corn.conſ.170.n.5.lib.4.Ryn.conſ.146.n.1.lib.1. Rub. Alex. in repetit.l.non ſolum, §.morte nu.434. de nou.oper.nunciat. Rota Genuen.deciſ.190. Couar.variar.reſolut.lib.3.cap.17. num.1.& 2.Affl.deciſ.278.ſub numer.3. Burſat.conſil 144. numero 33.lib.2.Sfort.Odd.conſ.4.num.23.Surd.conſ.13.nu. 6.libro 1.& conſil.15.numero 19.eod.lib.Rota deciſ.784.nu. quinto par.2.in recentior.Peregrin.de fideicom.art.52.num. 57.& 58.Barz.deciſ.32.n.46.* vbi quod nec agit ad prætium *Magon.in deciſ.Florent.51.nu.7.& deciſ.80.n.2.Rota inter nouiſſ.nouiſſimar.par.4.deciſ.387.numero quarto,*ratio eſt ſecundum aliquos, quoniam ſcienter emens rem alie-
23 nam,videtur prætium donare, *argum.l.fin. C.communi.de legat.Palat.Rubios in cap.per veſtras §. 65. numero 53.de donat.de communi Vaſq.lib.1.quæſt. Illuſtr.cap.2. num.16. Ant.Gomeſ.de conſuet .cap.2.nu.42.* addens non modo id procedere, vt negetur emptori actio ad pretium iam ſolutum repetendum;verum etiam ad retinendum, ſi forſan habita fide de pretio,illi fuit res tradita.Rationem tamen prædictam non eſſe veram inferius demonſtratur in ſeptima fallentia.

Sed ea adduci poteſt; quoniam ſcienter emes rem alienam,dicitur eſſe in mala fide, *Menoch.conſ.8.nu.96.libr.1.* qui alios citat.

24 Ampliatur etiamſi in genere fuerit de euictione promiſſum, *Rim.conſ.126.n.1.lib.2.per glo.communiter receptã in l ſi familiæ in ver.pro parte,C.famil.hercisc.Tiraq.de retr. lignag.§.1.glo.9.num.35.& in fine,& Caball.euict.§.5.num. 31.& infra.*

25 Primo ſublimitatur, ſi in ſpecie ſtipulatum ſit de euictione, *Rol.conſ.67.num.2 lib.4.& num.8.ac ſeq.Couar.variar.reſol.lib.3.cap 17.num.7.Rota coram Card.Seraph.dec. 785.num.8.dec.723.num.7.& deciſ.1480 num.7.*vbi quod repetit pretium,ſi eſt promiſſum; & iſto caſu non intrat diſpoſitio *l.fin.§.emptor.Ant.Gomeſ.var.reſ.tit.de empt.et vend.num.42. in fine.*

26 Primò declaratur non procedere, ſi venditor rem in qua ius aliquod habet,alienauit;quia nullo modo etiam promittendo tenetur, *Cum.conſ.170.n.3.vſq;ad finem.*Videndus *Surd.conſ.13.n.29.lib.1.*

27 Secundò declaratur, ſublimitatio prædicta, vt locum habeat in conuentione hominis:ſecus,ſi debeatur ex legis diſpoſitione,quia tunc emptor non recuperat pretium, ſecundum diſtinctionem, *Caſtren.in l.emptorem, §.fin.ff.de actio.empti.Cranet.conſil.211.num.6.Petra de fideicomm.q. 14.num.44.*

28 Tertio declaratur,vt ſibi non vendicet, ſi generaliter dictum ſit eum non teneri de euictione;ſecus ſi ſpecialiter quod non teneatur ob aliquam certam cauſam;quia tunc re euicta ob eam ipſam cauſam, venditor non tenebitur ad pretij reſtitutionem, *Tiraquell. de retract.lignag.§.1. Gloſ.1:n.14.*

29 Quarto declaratur,non procedere in pluribus diuidentibus bona,quorum aliqua ſunt libera ; aliqua vero ſunt feudalia,vel fideicommiſſo ſuppoſita conditionali,quia cum ſciant,ſi vni obueniant omnia bona libera,alteri verò omnia bona fideicommiſſaria, ſeu feudalia,relictis hæredibus filiabus fœminis, illæ agere nequeunt de euictione promiſſa,niſi ſpecialiter dictum ſit;ſi ſequatur euictio, ex natura rei,& ex facto actorum *Alex. conſ.21.ſub num. 6.verſ. Tertio principaliter lib.quinto vbi Adden. cæteros referunt,Rol.conſ.51.num.9.& ſeq.lib.4.latè Soc.iun.conſil. 119 lib.3.de communi Grat.conſ.72.nu.20.libr.1.Bar.Bal.et alij in l.ſi familiæ, C.famil.herciſc..Alciat.conſ.133.numero quinto et conſil.138.prima facie Phanuc.de inuentar.par.7. n.203,*vbi dicit communem *Cranet.conſ.24. et conſ.211.n. 7.Curt.conſ.49.n.79.Gozad.conſ.58.nu.6.et 23.*latius dicetur ſuo loco.

30 Quinto declaratur,non habere locum in caſu *l.ſi.§.fin. C.comm. deleg.*quia, licet in caſu d.l.emptor, fuerit ſtipulatus,de euictione, agere non poteſt ad totale intereſſe, vel damnum, ſed ſimpliciter ad recuperationem pretij, vt ibi notatur, Vnde eſt quædam compenſatio,vt ibid.per *Iaſ.Corne.conſil.2.num.15.lib.3.et quamuis Caball.d.§.5. numer.31.* det alium intellectum, ille tamen communiter recipitur,ſuper quo adeas quoque *Card.Seraph.in d.deciſ. 1480.n.7.*

31 Secundò ſublimitatur dicta limitatio, ſeu fallentia, vt locum non habeat,ſi ſcientia non eſt certa, *Couar.var.reſ. lib.3.c.17.n.2.*

32 Secundò fallit, quando alienatio eſt nulla, & bona poſſunt auocari; *Cephal.conſ.624.nu.22.et ſeqq.et numero 27.lib.5.*

33 Tertio fallit in eo,qui habebat ius ad vitam,puta,vſumfructum:quia,ſi locat ſcienti per decem annos,& promittat manutenere ab omni perſona,non tenetur hæres mor-
34 tuo vſufructuario ante lapſum decem annorum, *Cum. d. conſ.170.verſic.ad ſecundum*, vbi hoc extenditur etiam, ſi quis habeat proprietatem communem cum fratribus habentibus vſumfructum,

35 Quartò fallit,ſi facta eſſet promiſſio de obtinendo cõſenſu a domino;alias de euictione teneri voluit *Cran.conſ. 64.num.4.*

36 Quinto fallit in emente bona fide bona eccleſiarum, quia ſemper habet regreſſum contra alienantẽ,licet non contra eccleſiam,cuius erant bona alienata, *Gl.reputata notabilis in Can. Ea enim, §.ſi verò in ver. ſed melius in fine 19.quæſt.2.vbi Gl. limitat.l.fundum,C.de euict.* vt non procedat in emere ſcienter & mala fide de bona eccleſiaſtica nam ſemper habet regreſſum aduerſus alienantem, vt &

dicam

dicam latius ſuo loco, cum de alienatione rerum eccleſiæ agemus.

37 Sextò fallit, ſi colligi poſſit ex coniecturis, quod emptor voluerit caueri de euictione: quamuis expreſsè non dixerit puta, quia manifeſta læſio alias induceretur, *Alciat. conſ. 138. Caballin. de euictio. §. 5. numer. 34.* ſicut nec remiſſum cenſetur ius fideicommiſſi per emptionem ſcienter factam, latè *Menoch. de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 127. num. 12.*

38 Septimò fallit, quando ſucceſſione, vel aliàs, venditor efficeretur dominus: quo caſu conualeſcat huiuſmodi venditio, *l. ſi à Titio, ff. de rei vendit. l. cum vir. & ibi Bart. de vſufruct. Bald. in l. cum à matre, C. de rei vendit. Boer. deciſ. 23. n. 17. par. 1. Fabian. de Monte, de empt. & vend. quæſt. 4. princ. ſub n. 9. pag. mihi* 82. vbi ait, quod dicta iura in emente ſimpliciter loquentia, intelligitur etiam procedere in ſciente emente.

39 Confirmatur ex eo, quod ſcripſit *Neguſ. de pign. tertio membr. 2. par. num.* 51. quatenus voluit pignoris dationem confirmari ex iure ſuperueniente, per *text. in l. rem alienã C. de pignor. act. & facit Cornel. conſilio 269. num. 6. libr. primo*, cum dixit, quod mandatum ſuperueniens validat

40 venditionem mandantis nomine factam, quod in materia quoties, *C. de rei vendi. voluit Roma. conſ.* 270. dicens in caſu illius legis venditionem a non domino factam, confirmari ex ſuperuenienti iure, vt ſcilicet is præferatur, cui prius tradita fuit, quando eo tempore dominus non eſſet, ſequitur *Marſil. ſing. 82. Aff. in capit. ſi facta numero 17. ſi de feud. fuer. controuer. Couar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 19. num. 7. in fine, Boer. deciſ. 23. num. 13. Pariſ. conſ. 1. num. 104. lib. 3.*

41 Sublimitatur dicta fallentia, vt vera ſit, ac procedat, vbi iam tradita fuiſſet poſſeſſio: nam aliàs, quando vendens de euictione non tenetur, ius ſuperueniens emptori agenti ad rem tradendam non prodeſt, quamuis proſit ad excipiendum, ſi res iã tradita eſſet, vt inquit vbi ſupra *Boer. n. 16.* & ante illũ hoc voluit *Bal. in c. 1. n. 13. qui ſucc. ad feud.*

42 Octauò fallit, quando pretium fuit conuerſum in vtilitatẽ vendentis: quoniam tũc illud reſtituere debet re euicta, ad *tex. in l. emptor, ff. de rei vendi.* eſt communis ſententia, de qua per *Gomeſ. de contract. c. 2. num. 42. in fine, Gutierez. Pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 8. numer.* 20. ex quo ſatis videtur non eſſe veram rationem eorum, qui dixerunt, ex eo non poſſe emptorem agere de euictione, quia rem alienam ſcienter emit, quoniam viſus fuerit donare pretium: nãm ſi hoc verum eſſet, non vtique repetitio concederetur, etiamſi fuiſſet in rem, & vtilitatem venditoris verſum contra communem relatam ſententiam, de quo tamen dicetur infra.

43 Quare reor potius eam rationem eſſe quia ſcienter emens, & vendens rem alienam, calumniam, & furtum committit, vt *in §. furtum in fine, inſtit. de vſucap. ibi.* nãm qui rem alienam vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtum eius committit, & pariter emptor, qui ſcienter emit, vt *in l. 2. C. de furt.* ideo ex illo contractu, nulla datur ex empto actio.

44 Nonò fallit; nam vendens rem alienam vendere videtur alieno nomine; ideò dominus ratam habens venditionem de euictione tenetur *Bal. in leg. mater, ff. de iure dot. Dec. conſil.* 282.

45 Decimò fallit in feudo alieno, quod ſcienter emi non poteſt, & ſi emitur, venditio non valet *Affl. in c. 1. §. ſed ſi res, col. 6. verſ. & ratio, & in cap. Imperialem in princ. not. 13. n. 99. de prohib. feud. alienat. per Feder. Rol. conſ. 37. n. 20. & 22. lib. 3.*

46 Vndecimo fallit, ſi venditor quouis modo de euictione promiſerit. *Gozad. conſ. 63. n. 9. & conſ. 58. num. 6. et 23.* & de ea fuerit ſtipulatum dicta *l. ſi a matre, probatur in l. 2. C. ne rei domi. vel temp.* vbi *Gl. in fine, & Doct. in c. ad audiẽtiam, de reb. eccl.* vbi communiter Canoniſtæ, a qua ſententia in foro ſaltem Canonico in praxi non eſſe recedẽdum dixit *Corne. conſ. 2. n. 13. lib. 3. Crau. conſ. 64. Rol. conſ. 64. lib. 4. Put. deciſ. 257. lib. 2.*

47 Duodecimò fallit, quoad obligationem perſonalem, ad cuius effectum valet venditio, *l. alienam, ff. de contrahen. empt.* & ſi rem non tradit, tenetur venditor ad totale emptoris intereſſe, *l. 1. ff. de act. empt.* etſi tradiderit emptori bonæ fidei, præbet iuſtum præſcribendi, & vſucapiendi titulum tot. tit. ff. de vſucap. & ff. de publician. ſecus in rebus legatis, & per fideicommiſſum relictis, ex quo lex prohibet alienationem ipſo iure, non valet venditio; ideo emptori in illa re non acquiritur titulus habilis ad præſcribendum ſpatio longi temporis, *leg. nullo, C. de reſcin. vendit.* nec emptori ſi rem non tradit, vel ſi tradita euincatur tenetur hæres ad totale intereſſe; ſed tantum ad pretij reſtitutionem per caſum *leg. fin. §. emptor, C. comm. de lega.* quamuis preſcribat per ſpatium longiſſimi temporis, prout quilibet ſine titulo poſſidens, vt latè per *Peregr. in tract. de fideic. art. 41. num. 1. & pluribus ſeq.*

Ex præmiſſis, colliguntur infraſcripta ſingulariter notanda.

48 Primò, quod hoc caſu venditor ſi pretium non fuit ſolutum aduerſus emptorem agere non poteſt, vt illud ſoluat: quoniam, vbi par eſt turpido, vtriuſq; potior eſt poſſidentis conditio, *c. in pari de regul. iur. in ſexto*, ex contractu enim illo, cum nulla detur ex empto actio venditor non poteſt illud exigere, in quo aberrauit contrarium ſentiens, *Gomeſ. de contract. d. cap. 2. ſub num. 42. ex Patr. & Cyn. quos adducit.*

49 Et vbi pretium eſt ſolutum; emptor illud repetere haud poteſt, per regulam, quod poſſeſſoris potior eſt cõditio, quod procedit etiam, ſi liquet conuerſum eſſe in vẽdentis vtilitatem: licèt *Gomez. dicto c. 2. numer. 42.* contrarium ſentit per *tex. in l. emptor prædium, ff. de rei vendi.* qui parum facit, ſi reſpiciamus primum *Gl. intellectum.* quæ uoluit ibi ignoranter fuiſſe emptum, & ſic bona fide. Vnde nil mirum, ſi uenditor non debuit pretium amittere. Si uerò alius *Gl. intellectus intueatur idem reſpondentis*, ſi ſcienter rẽ emat; illius tamen legis caſus diſsidet à quæſtione noſtra; quia ibi non fuit mota quæſtio inter emptorem, & uenditorem; ſed magis inter emptorem, & euincentem.

50 Secundo, quod uenditio rei alienæ, licet non ſubſiſtat emptore nolente, de iure tamen fieri poteſt in præiudicium uenditoris, ſeu alienantis, ad *text. in d. l. rem alienam, ff. de contrahen. empt.* quæ uenditio tenet de facto non tamẽ omninò ualere inquit I.C. ſed rẽ alienam uendi poſſe, ſicuti etiam tradit *Rebuff. in l. vnica, in Gl. dupli. num. 35. C. de eo, quod inter. iuxta quod procedit, quod voluit Afflict. in deciſ. 369. et Ant. Pinell. de bonis mater. in princip.* in præiudicium tamẽ alienantis, non veri domini, ad quẽ ſpectat, rem alienatam uendicare poteſt, *dict. leg. rem alienam, vbi communiter ſcribentes, et leg. nemo poteſt, Codic. de reb. alien. non alienan. Couar. variar. reſolut. libr. tertio cap. decimoſeptimo, et probatur in dict. leg. rem alienam*, quæ non dicit uenditionem ualere, ſed venditionem, & emptionem hoc eſt de facto, vt ſentire quoq; viſus eſt, *Alex. conſil. 69. lib. quarto et Rebuff. in d. Gl. dupli. numer. 35. latè Fabian. de Monte, de empt. et vendi. qu. quarto prin. num. 7.* non enim de re aliena alicui diſponere licet inuito vero domino, & in illius præiudicium *l. id quod noſtrum, ff. de regu. iur. et l. fin. in fin.* ibi, neq; alium quemcumq; contractum in alienis rebus contra domini voluntatem, *C. de pact.*

51 Vnde dicendum ſequitur, præallegatam legem rẽ alienam; quatenus dicit rẽ alienam vendi poſſe, intelligẽdam fore in caſu, quo emptor ſit in bona fide, ignoretque

rem

rem eſſe alienam, at ſecus, ſi ſciebat, per *l.domum, ff.de contrah.empt.* nàm ex eo contractu nulla competit actio, *leg. itaque fullo, ff.de furs.* ibi, ſed nemo de improbitate conſequitur actionem, & ideò ſoli bonæ fide poſſeſſori, & c.eſt conformis *text.in leg.ſi fundnm, C.de euictio,* ibi ſi fundum ſciens alienum, vel obligatum comparauit Athenocles, neque quicquam de euictione conuenit, quod ei eo nomine dedit, contra iuris poſſit rationem. Cuius auctoritate ita ſenſere, *Gl.Bartol.& Salyc. in leg.ſi non dubitotur, C.de euictio.Gl.& Abb.in cap.ad audientiam, de reb eccleſ. non alie.Caſtr.in leg.raptorem, §.qui autem nu.3.ff. de actio. empt.Dec.conſil.114.n.5. Natta.conſ.181.nu.8. Couar.var. reſol.lib.3.c.17. num.1.*

72 Quare cauendum eſt à *Coballi. de euict. §.5. numer.22.* quatenus dubitat, an *d.l ſi fundnm, C.de emct.* correcta ſit *à l.fin.§.fin.Cod.com.de legat. quoniam in d.§.fin.*agitur de emptore rei fideicommiſſo obnoxiæ, quæ vere aliena non erat, vt probat. *Couarr.in loco prææadmonito verſic. ad eam quæſtionem.*

Sed aliter reſpondet *Fachin.controuer. iur.lib.2. cap.40. text.illum intelligendnm de venditione,* in qua fuit de euictione promiſſum: quo in caſu actio datur ſaltem ad pretium.

73 Quibus fit deinde hoc in caſu ſcientiæ vtriuſque, vt nedum vendens indignus ſit pretium retinere, ſed, & emens amittat, & fiſcus auferat, *Gloſs.Bald.& Salyc.in l.2.*
74 *Cod.de rei domin.* & ratio eſt quoniam turpia lucra fiſcus aufert, *leg.Lucius, ff.de iure fiſci in ſpecie Affl. in cap.primo nu.33 per illum text. de probi.feud. alienat. per Federic. in notab.13.nu.9.refert, ac ſequitur Peregr. de iure fiſci lib. 2.tit.10.num.12.*

ARGVMENTVM.

Res aliena an alienari poſſit, quemadmodum, & vendi.

Tacens, & præſens, quando pro conſentiente habeatur.

Emptor quando non tenetur ſoluere pretium, & de euictione agat vbi res vendita detegitur aliena.

SVMMARIVM.

1 *Res aliena alienari non poteſt, ſicut vendi.*
Contrarium nu.7.& de ratione ibid.
2 *Alienatio propriè ſignificat dominij translationem.*
3 *Dominus ſi ſciuit rem ſuam pignori, aut hypotheca dari, & tacui, videtur conſentire, ac tenetur, nu.5.*
Sed vide nu.7.
Declaratur, nu.9.& ſeq.
4 *Rei alienę obligatio, ſeu pignoris datio non conſiſtit.*
6 *Venditio rei alienę valet.*
8 *Contradicendo ſi quis impedire poteſt quod agitur, & tacet, conſentire videtur.*
10 *Tacens, & præſens non habetur pro conſentiente, vt perſonaliter obligetur.*
Fallit duobus modis, vt n.11.& 12.
13 *Emptor rei alienę, vt alteri pignoratę, ſi pretium venditori ſoluat, dominus habet actionem. primò contra bona, & in ſubſidium contra pretium, intellige, vt numero 14.*
15 *Emptor non tenetur ſoluere pretium, quando res vendita detegitur aliena.*
Amplia etiamſi offeratur cautio, num.16.
Declaratur procedere, ſi ſit notorium eſſe alienam, nu.17.
18 *Venditor tenetur ad ſumptus, cum non licet emptori rem habere.*
19 *Venditor conuenitur, quando eſt in dolo licet declarauerit nolle de euictione teneri.*
20 *Emptor vbi ſciens rem alienam emit, non agit de euictione.*
Fallit ſi de ea expreſsè cauerit, num.21.
22 *Emptor vbi fuit ignorans rem à ſe emptam eſſe alienam, venditor tenetur ad damna, intereſſe, & de euictione.*

Quæſt. XXX.

1 VTrum autem eodem modo dicendum ſit in re aliena alienata, vt ſcilicet alienari poſſit, quemadmodum, & vendi ſupra concluſum fuit, &

Reſpondetur non poſſe.

2 Quoniam alienatio propriè ſignificat dominij translationem, per *text.in l.alienatum, ff.de verbor. ſignific.* vbi dicitur, in hæc verba. Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio remanet: venditum tamen recte dicitur. Quod, & latius demonſtrabitur infra in *q. ſeq.num.46.& quæſt.24.& 25.*

3 Sed quid, ſi ſciuit dominus rem ſuam pignori aut hypothecæ dari, vel obligari, & præſens tacuit, an iſti obligationi tacitum videatur accommodaſſe conſenſum, ita vt, & teneatur, vt plerique aſſeruut, *vt Andr.de Iſer.in c. 1. §. prętereà num.31. Aluarot.ibid.num.4 Prępoſ. verſic.*
4 Sed tu ſubtilius conſidera, *Afflict.ſub num.8. verſ.Secundò probatur,* ibi, licet ſecus ſit in pignore, *quib.mod.feu. amit. sit.eius.* initij primo quia inquiunt etſi rei alienæ pignoris datio, vel obligatio non conſiſtit, *leg. 1.& tot.tit.Cod.ſi res alien.pign.dat.ſit.l.qui filios. C.quę res pignor. oblig.poſſ. Rip.in l.Centurio, nu.14 .ff.de pignor.Petr.Nicol. Mozzi.de pignor. hypoth.ſub rubr.quę res pign. dor.poſs.vel non, nu.2.*
5 *& 3.& ſeq.* tamen, quoniam creditor nititur ius in re acquirere: ideoque præſens contradicendo impedire, &
6 actum nullum reddere potuiſſet, quod ſi non faciat, conſenſiſſe præſumitur, quamuis venditio rei alienæ abſolutè valeret, *dict.leg.rem alienam, ff.de contrahend. empt.vbi per Doct. notatur.*

7 Contra alij contendunt, nempe eandem rationem eſſe in pignoris obligatione rei alienæ, quæ eſt in venditione: quod nimirum vtrumque quoad contrahentes valeat, & naſcatur actio, licèt non in præiudicium domini, vt in di*cta leg.rem alienam, l.tutor.§.contrarium,* & ibi notatur, de pignor.actio. aſſeruntq; quod ipſe dominus rei hanc pignoris obligationem contradicendo nullam reddere non potuiſſet, & per conſequens tacitus eius conſenſus ex ſui præſentia cum taciturnitate non inducatur, iuxta quæ habentur per *Abb.in c.nonnè, num.1.& Felyn. num.13.de pręſcript.Bened.Capr.in reg.56.n.15.46. & ſeqq. eſt text.in leg.ſecnnda,* ibi, ſi non ſciens hæc agi in fraudem, *Codice ſi rer alien.pignor. da. ſit.* Cuius ratio ab eo pendere videtur, an contradictione potuerit impedire. Nam in eo
8 apud omnes recipitur, ſi quis contradicendo impedire potuit id quod agebatur ſuper re ſua, & tacet, cum pro conſentiente habendum; & è contra facit *l.ſępè.ff.de re iudic.l.fideiuſſor.§.pater, ff.de pignor.c.2.de accuſ.libr.6.Gloſſ. communiter approbata in leg. Caius, ff.de pignor.act.vbi, & Petr.Coſtal.leg.quidam, C.de euict.cap.2. de his, quę fiunt à Pręlat.Bar.in l.quę dotis, numer.20.& 22. & ibidem Iaſ.in ſecunda lect.num.76.Roman.& alij, ff.ſolut.matr Socin.ſen. in leg.2.§.voluntatem, ff. eodem tit. Aret.in §.penult. Inſtit. quib.mod.ius patr.poteſt.ſolut.Gloſs.in cap.nonne, & ibidem Canoniſt.& præſertim Bal.Abb.numer.1. & Felyn.num.11.*

& 12. & 13. vbi ponit tres regulas, cum pluribus fallent. & de communi reſtatur, de præſumpt. *Dyn. in cap. qui tacet, num. 1. de reg. iur. in ſexto, Alex conſ. 2. nu. 5. lib. 2. Curc. ſen. conſil. 41. ſuper proceſſu inquiſitionis nu. 5. Iaſ. conſ. 3. nu. 2. lib. 1. Pariſ. conſ. 76. nu. 16. lib. 4. de communi Bened. Capr. d. reg. 56. num. 15. 45. & ſeqq. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. Gl. ſ. 9. num. 49 Iaſ. in leg. cum proponas, n. 11. C. de pact. Curt. iun. conſ. 24. num. 5.*

Verum an ego contradicendo rei meæ venditionem
9 impedire poſſim, præcitati Doct. ſentiunt, quod non, & quidem verum eſſe intelligo, quatenus contrahentes in nuda venditione manſerunt, niſi rei illius alienatio ſine meo conſenſu aliunde ita ſit prohibita, vt abſque eo non valeat.

At ſi vltra modum contractum ad traditionem fuerit proceſſum, aut aliud factum poſitiuum interuenerit, ſecùs.

Quod pariter intelligitur, ſi is, de cuius conſenſu introducendo agitur, aliquem actum, ex quo comprobatio inducatur, agat, veluti loquuntur iura, in quibus hanc doctrinam fundant ad *text. in l. ſi filiusfamilias, ff. de tutel. in l. filius, ff. ad Senat. Conſult. Maced. in capit. ex ore. De his, quæ fiunt à maior. parte, Pariſ. conſil. 76. numer. 15. lib. 4. Capr. d. reg. 56. num. 25. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 1218. numer. 11. 12. 24. & 51 libr. 3.* adeoque is ex huiuſmodi
10 actu poſitiuo obligatur, vt etiamſi alias tacens, vt præſens non habeatur pro conſentiente, vt perſonaliter obligetur ad *text. in lege filiusfam §. inuitus, ff. de procurat. Bart. in d. l. quæ dotis num. 23. & Iaſ ibid. num. 100. ff. ſolut. matr. Capr. d. reg. 56. num. 51. de communi Maſcard. dict. concluſ. 1218. num. 30. & infra.*

Fallit, ſi talis acceſſerit actus poſitiuus eius, de cuius
11 conſenſu agitur, vt ex iuribus, & Doctoribus præcitatis habetur.

Licet, vbi de magno præiudicio tractaretur in præſen-
12 te, & tacente, ex actu difformi conſenſus non præſumatur, vt per *Bart. in d. l. quę dotis num. 24. Abb. in dicto capit. nonne num. 3. Alex in leg. non ſolum, §. morte, ff. de non. oper. nunciat. Aret. conſil. 156. nu. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 1153. num. 50. lib. 3.*

Illud vero ſciendum eſt, quod emptor rei alienæ, vel
13 alteri pignoratæ, ſi pretium venditori ſoluat rei ſibi venditæ, dominus habet actionem primò loco contra bona, & iis non extantibus in ſubſidium habet actionem contra pretium, *l. 1. Cod de reb. alien. non alienand. vbi Gloſs in ver. videbit, Gloſ. fin. in l. 1. verſic. & ideò pretium pignorum, ff. de diſtract. pignor.*

Quod intelligas, locum habere duobus concurrenti-
14 bus: nempè primo, quod aliter non ſit ſuccurſum creditori; & excuſſo principali debitore. Secundo, quod pretium retineatur ex cauſa lucratiua, non autem ex cauſa oneroſa, *Bar. in lege 1. nu. 1. & 2. & Salyc. n. 2. ff. de diſtract. pignor. Bald. in l. ſi mater n. 12. & ſeq Barc. n. 7. Caſtrenſ. ſub n. 6. ver. in Glo. C. de rei vendic. Alex. conſ. 108 nu. 9. & 10. lib. 5.* qui ita declarant *text. in d. l. ſi mater, refert, ac ſequitur Rota deciſ. 688. num. 7. p. 1. in recent.*

Quamquam pretium ſoluere non teneatur, vbi res
15 vendita detegitur aliena, etiamſi offeratur ſibi cautio,
16 *Bald. in l. 1. in tertia appoſit. C. de bon. mater.* vbi dicit, quod tenetur ſoluere vſuras, mediante fideiuſſione, ſed non pretium.

17 Quòd locum habet, ſi ſit notorium rem eſſe alienam, quo caſu retineri poteſt pretium. *Gloſs in §. nouiſſimè, vbi Io. Faber. & Aret. numer. 3. verſic. niſi ſaluando. Gloſs. Iaſ. in l. à Diuo Pio, §. ſi poſt addictum, ſub numer. ſecundò, verſ. ſed aduerte diligenter, ff. de re iudic.* ſecus autem, ſi non ſit notorium, & incontinenti non probetur: quia tunc emptor teneretur ſoluere pretium; prout etiam videtur de mente Socini *ſen. conſil. 208. ſub num. 3. verſic. ex quibus inferendo lib. 2. Neurzan. conſ. 37. num. 31 Surd. deciſ. 253. num. 15.*

18 Qua ratione cum emptori non liceat rem habere, venditor tenetur ad ſumptus, *l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig. Bar. Ang. & Imol. in l. vendit. eod. cit. Magon. in deciſ. Flor.*
19 *93. numer. 6.* & quatenus declaraſſet nolle teneri de euictione, nihilominus teneretur, ſi eſſet in dolo, *l. tenetur, §. fin. ff. de actio. empti, Bart. in leg. emptorem, §. fin. ff. de euict. Bal. in l. 1. n. 9. ff. de peric. & commod. rei vendit. alios citat Surd. conſ. 36. n. 15. & deciſ. 165. num. 15.*

20 In caſu verò, quòd emptor fuerit ſciens rem ſibi venditam eſſe alienam, venditor de euictione non tenetur,
21 niſi de ea expreſsè ſibi cauerit, iuxta *leg. ſi fundum, Cod. de euictio. Fabian. de Monte in tr. de emptione, & vendit. q. 4. numer. 7.*

22 Licèt, vbi eſſet ignorans rem eſſe alienam, emptio valida ſit, & venditor teneatur ad damna, & intereſſe, & de euictione, *d. l. ſi fundum de euictionib.*

ARGVMENTVM.

Rem alienam mobilem vendens ad quid teneatur.

Præſcriptio qualiter procedat in vtroque foro.

Emens ſcienter rem alienam, quando recuperet pretium.

SVMMARIVM.

1 *Res furto ſubtracta, aut per vim, à domino vendicari poteſt. Et de ratione.*

Licèt non dicatur nominatim à quo res illa ablata fuerit, num. 4.

Sufficitque quod probetur fuiſſe ablatam à me impersonaliter, num. 5.

Ampliatur, etiamſi inter ſcientes rem illam eſſe alienam facta ſit venditio, nec valeat, cum vergat ad crimen, num 6.

2 *Dominium rei alicui quęſitum auferri non poteſt ſine facto ſuo.*

3 *Dominus etiam ſua voluntate non poteſt deſinere eſſe dominus.*

7 *Vendens rem alienam ſcienter, committit furtum.*

8 *Emens ſcienter rem alienam incidit in ſuſpicionem criminis.*

Et furtum dicitur committere, num. 9.

Et quatenus res extet, tenetur rem ipſam reſtituere; ſin minus iuſtum eius valorem, nu. 10. & 14.

Vel etiamſi extet, ſed non penes ſe, num. 11.

Rem alienam ſcienter accipiens, ſeu retinens ex cauſa emptionis, vel aliter, ſi non reſtituat, reputatur fur.

Et non minus dicitur moroſus. num. 13.

Ampliatur etiamſi nullam ex ea re vtilitatem accipiat, numero 15.

Primò limitatur, quando res fuit acquiſita iuris auctoritate fundata ſuper virtute, vt quia quis acquiſiuit præſcriptiones, num. 17.

Vel etiam acquiſierit in bello iuſto, num. 18.

Sublimitatur, num. 19.

Secundò limita, vt locum non habeat in iis, quę à latronibus emuntur, quarum dominus ignoratur, emitur quaſi domino, num. 28. Intellige, vt num. 29.

Tertio limita, ſi res empta ſit bona fide, & poſteà emptor no-

uit eſſe alienam,quia poteſt eam furi reſtituere,& pretium ſolutum recipere, num.30.
Quod ibidem comprobatur, num.31.
Contrarium,num.32.
Declaratur, num.33.
Affertur concordia dictarum opinionum, 34.
Qua non tenetur. num.35.
Sed ab auctore probatur dicta limitatio,nu.36.
Quartò limitatur , quando quis rem habuit, ac retinuit bona fide,num.37.
Declaratur, num.38.
Subdeclaratur num.39.
20 *Præſcribens in foro conſcientię reſtituere tenetur,ſiue ſit in mala, ſiue ſit in bona fide.*
Contrarium etiamſi ſuperueniat ſcientia rei alienæ, n.21. & ſeqq.
22 *Negligentia diuturna,& aperta,ęquiparatur voluntati.*
Et præſertim quando negligens monitus eſt à iure, vel ab homine,num.23.
24 *Tacens habetur pro conſentiente in præſcriptione inducenda,data ſcientia eorum,contra quos præſcribitur, n.26.*
25 *Conſenſus tacitus inducit præſcriptionem.*
27 *Præſcriptio contra ſcientem , habet in ſe tacitam renunciationem.*
40 *Emptor rei mobilis alienæ ſcienter, non poteſt repetere pretium à venditore.*
Et de ratione , num.41.
Primò declaratur , quando ſcienter emens fuiſſet ſtipulatus de euictione,num.44.
Secundò declaratur , niſi vendens ſucceſſerit domino , vel ad ipſum rei dominium res peruenerit, num.45.
Extendas dictam concluſionem procedere quoque in emente ab eccleſia ſine ſolemnitatibus,num.42.
Contrarium,quando eccleſia facta eſt locupletior, n.43.
46 *Venditio rei alienæ facta ignoranti eſt nulla quoad præiudicium domini , quamuis teneat quoad præiudicium vendentis.*

Quæſt. XXXI.

Licèt quæ diximus in præcedentibus quæſtionibus applicari poſſint alienationi, ſeu venditioni rei quoq; mobilis : tunc tamen ſpecialius agendo de ea videndum eſt,quid dicendum de re aliena mobili ſubtracta , vel alienata,ſeu etiam vendita.
1 In qua ſic dicas : quod rei ſubtractæ dominus per fur-
tum,ſeu per vim non amittit dominium , ac ideò rem ſuã
vendicare poteſt iure dominij , nedum a fure,& violento
occupatore,ſed à quocunque , qui ab eis etiam bona fide
emiſſet,nullo pretio reſtituto,eſt *text.expreſſus in l.ciuile,*
2 *C.de furto,*& ratio eſt, quia dominium rei alicui quæſitum
non poteſt ab eo ſine facto ſuo auferri, *l.id quod noſtrum ,*
ff.de regu.iur. adeò vt dominus etiam ſua ſola voluntate
3 non poſſit deſinere eſſe dominus, *l.ſi quis vi,§.differentia,*
4 *ff.de acquirend.poſſeſſ. l.penult.ff de pactis,*quamuis non di-
catur nominatim,à quo res illa ablata ſit , *Boer.deciſ.218.*
5 *num.5.* & ſufficit, quod probetur fuiſſe ablatam à me im-
perſonaliter . *Iaſ.in §.quadrupli, num.48. Inſtitut. de actio.*
6 etiamſi inter ſcientes rem illam eſſe alienam facta ſit ven-
ditio , & dicitur venditionem non valere , quia vergit ad
7 crimen,vt in *l.ſi in emptione.Bald.in rubr.Cod.eod.* vendens
enim rem alienam ſcienter committit furtum , ſecundum
Bartol.in l.cum vir.ff.de vſucap probatur in leg.alienum , C.
de furt. videlicet in re mobili , *Fabian. de Monte in tracta-*
8 *tu de empt. & vendit. quæſt 4. princ. numer. 3.* etſi emens
ſcienter rem furtiuam incidat in criminis ſuſpicionem
leg.in ciuilem rem , & leg.ciuile eſt,Cod. de furt. Fabian.vbi
9 *ſupra.* quinimò ipſe quoque furtum committit , rem a-
lienam inuitè contrectando, *Medin.in ſuis tractat.tom. 2.*
Inſtit.de reb.reſtit.q.10.initio.fol. 94. & quatenus extet, te-
10 netur,rem ipſam reſtituere ; ſi verò non extet, quia con-
ſumpta ſit,tenetur ſoluere valorem, *Medin. in loc.ſuperius*
11 *citato:* vel etiamſi extet,ſed non penes ſe, quia ſit ei furto
ſubtracta,quia ſic tenetur ipſe fur , *Dominic.Sot. de iuſt.&*
iur.lib.4.q.7.art.2. verſ. Quæſtio hæc paulò poſt princ.concl.
*2.col.2.*cum fur ſit moroſus,*Bero.conſ.93. ex facti ſerie, nu.*
12 *13.lib.1.*& qui ſcienter retinet rem alienam ex cauſa em-
ptionis ; vel aliter accipit, & non reſtituit, reputatur, fur,
Medina in ſuis tract.dicta quæſt.10. ad finem in princ. tit.de
13 *reb.reſtit. column. 2.* & dicitur non minus moroſus , vt
ibidem per Medin. quodque is , qui mala fide habuit ,
ſeu retinet rem alienam , teneatur eam reſtituere , ſi
14 poteſt , ſin minus quanto pluris valuit à tempore iniu-
ſtæ acceptionis , vel retentionis , licèt abſque illius cul-
pa perierit : quoniam , qui mala fide contrectat , ac re-
tinet rem alienam , ſemper eſt in mora , & ſuo damno
perit , *Nauar.in ſuo Manual.confeſſ. cap.17.ſub numer.10.*
verſ.qui autem, Leonard.Leſſ. de iuſt. & iure , lib.2. cap.14.
num.1. & 2.
15 Ampliatur,vt reſtituere teneatur etiamſi nullam ex ea
re vtilitatem accipiat, ea ratione, quia ita teneretur ipſe ,
fur,*Sot.d.q.7.art.2.verſic. quæſtio hæc.* Igitur etiam teneri
debet,qui eam retinet,ſciens eſſe alienam. Ratio eſt, quia
vterque eſt in mora.
16 Verum autem an id locum habeat in dubitante , ſeù
ignorante, vide per te penès *Medin.in d.q.10.verſic.ſi ve-*
rò rem,& ſeqq.fol.96.
17 Primò limita,quæ ſuprà proxime dixi,non procedere,
quando is,qui rem habet alienam, eam aſſecutus eſt iuris
authoritate fundata ſuper veritate, vt puta, quia præſcri-
ptione acquiſiuerit,*Sot.de iuſt.& iure , li.4.q 7.art.2. con-*
cluſ. 4. ibi vt ſi ab illegitimo poſſeſſore *col.3.* vel etiam
18 acquiſiuerit in bello iuſto , de quo tamen videndus *Co-*
uarr.in capit. peccatum parte ſecunda §. vndecimo , ſub nu-
mero ſexto,verſic res autem , & numero ſeqq. de regul. iur.
in ſexto , ratio limitationis eſt , quia res libera dicitur ex
conſenſu tacito , ſeu interpretatiuo domini , cum legi
transferenti dominium in præſcribentem populus con-
ſenſerit.
19 Sublimitatur procedere , ſi præſcriptio ſit fauorabilis,
quæ procedit cum titulo , & bona fide , ſecus ſi eſt odio-
ſa , quæ procedit cum mala fide : quia tunc tenetur reſti-
tuere,*Ant.de Butr.in cap quia plerique nu.9. il 1. verſic.ex*
his patet,& ibidem Ancharan. numero 10.q.3. & eſt com-
munis Canoniſtarum ſententia,vt teſtatur *Butr.vbi ſupra,*
20 *& ibidem Abb. nu.25. de immunit.eccleſ.* quamuis Theo-
logi aſſerant , quod præſcribens vtroque caſu tenetur re-
ſtituere in foro conſcientiæ , quibus adhærere videtur
Ant.de Butr.in loco præallegato , a quibus receſſit *Abb. di-*
cto numer.25. & indiſtinctè concludit , quòd tutus iuris
21 diſpoſitione , ſit tutus in vtroque foro, & ideò reſtituere
non tenetur , etiam ſuperueniente ſcientia rei alienæ, ra-
tione duplici.
22 Primò,quoniam diuturna, & aperta negligentia æqui-
paratur voluntati *Gloſ.in cap.vlt.in ver.aut negligenter 11.*
quæſt. 3. & facientis culpam habet , qui quod corrigere
poteſt,emendare negligit , & non caret ſcrupulo conſen-
ſionis occultæ,qui manifeſto facinori deſinit obuiare , *ca.*
error diſt.83.cap.facientis, diſt.86. & cap.negligere 2.quæſt.
23 *7.* & præſertim hæc regula procedit , quando negligens
monitus eſt à iure , vel ab homine , prout a iure mone-
tur is , aduerſus quem præſcribitur , dum ei tempus
præfigitur.
24 Secunda eſt ratio , quòd tacens habetur pro conſen-
tiente *Ioan.Andr. in capit.poſſeſſor ſub nu.16. verſic.tertia*
ratio,& ſub n.43.verſ.Concludo igitur,de regul. iur.in ſexto,
quod ex tacito conſenſu oriatur præſcriptio,tradit *Alex.*

Digitized by Google

in l.filiusfamilias,§.Diui,ſub number.28. verſic. tetigit hic ad
finem,ff.de leg.1.quem ſequitur Balb.de præſcript.part.1. qu.
26 *5.princ.num.5.* inquiens, quod interueniente ſcientia co-
rum,coutra quos preſcribitur,videnter tacitè conſentire;
27 ſecus ſi ignorent & addit *Barb.vbi ſupra nu.6.* qnod præ-
ſcriptio contra ſcientem habet in ſe tacitam renunciatio-
nem. Vnde *Butr.in dicto c.quia plerique nu.9.il 1*, ait, quod
non eſt rantus ſtimulus conſcientiæ,quando præſcribitur
contra ſcieutem, quia tunc habere videtur illius con-
ſenſuum.

28 Secundò limita, vt locum non habeat in eis, qui à la-
tronibus emunt res,quare dominum ignorant, vel ſi non
ignorant, quaſi dominus eas amplius recuperare non va-
leant, aut ea intentione, & pretio emunt, vt quaſi vtile
domini negotium geſſerint, quia iſti emptores, non ſo-
lum non participant de furto,ſed neque eas reſtituere te-
nentur,niſi reddito ſibi pretio,ſi fuerit modicum: quia
veriſimiliter ipſe dominus tali pretio eas redemiſſet, *Rota*
deciſ. 29.ſub num.1.& 2.inter impreſſionem poſt primum li-
brum Conſil.Farinacij.

29 Intellige procedere,quando res tranſinit in dominium
hoſtium, at ſecus, quando non tranſiuit, vel quando ca-
pta eſt à latronibus,qui numquam efficiuntur domini,&
res habet coutrouerſiam,an dominus debeat emptori re-
ſtituere pretium: tu tamen,cum caſus contigerit, adhibe
diſtinctionem *Rota vbi ſupra, & Conar.in d.cap.peccatum*
parte 3.in fin. principij num.5. de regul.iur. in 6. & dicam
ſuo loco in hoc tractatu latius.

30 Tertiò limita,vt qui rem bona fide emerit ab eo,quem
dominium eſſe credebat rei ſibi venditæ, & poſtea certo
nouit eundem furto illam ſubtraxiſſe, poſſit tuta con-
ſcientia rem prædictam eidem furi reſtituere, vt pretium
ab eo recuperet, quo ſe indemnem conſeruare non poſ-
ſet,ſi rem vero domino reſtituiſſet, quia pretium amit-
teret,*Nauarr. & alij quos refert, ac citat Leonard. Leſſ.de*
iuſt.& iure lib.2.cap.14.num.14.

31 Comprobatur, quia prima charitas incipit à ſeipſo
adeò quod liceret mihi alienas merces proijcere in ma-
ri,vt meas ſaluarem,*l.qui ſeruandarum,ff.de præſcrip.verb.*
& non tenemur alteri ſubuenire, cum damno notabili
noſtro,ita ex *Diuo Thoma 2.2.art.2. ad primum, & q.77.*
art.1.ſequitur Ioan. Azor. Inſtit. moral. parte 3.lib.5.tit.de
vſur.cap.4.verſic.Communis, & inquit Seneca lib.2.de be-
nefic.cap.1. Dabo egenti, ſed non vt ipſe egeam. Item,
Succurram perituro,ſed non vt ipſe peream.

32 Contrarium, quòd ſcilicet emptor non valeat rem furi
reſtituere,ſed reſtitutio faciēda ſit domino, etiamſi amit-
tat pretium ex tutiori in rigore conſcientiæ, & ita agen-
dum eſſe,ſi iſte emptor credat, quod ſi rem furi reſtituat,
& numquam amplius perueniet ad dominum, tenet *Me-*
din.in ſuis tract.tom.2.tit.de reb. reſtit.qu.10. verſ. ſi autem
col.3. & latius in verſ. Verum quamuis col. 5. & abſolutè
magis tenet *Sot.de iuſt.& iur.lib.4.q.7.ar.2.poſt 4. conclu-*
ſionem,ibi,quo ſit rurſus,col.3.fol.378. dicens, quod, ſi red-
diderit illegitimo poſſeſſori, reſtitutioni manet obno-
xius,quia de iuſtitia tenebatur reſtituere domino.

33 Intelligit tamen *Sot.* vbi ſupra, dummodo reſtituere
potuerit domino ſine ſuo magno damno,hoc eſt infamia
& clarius id aſſerit *dict. artic. 2. col.5.* ibi, ob hoc forte
non deerit.

34 Pro deciſ.huius quæſtionis concludit *Azor. d.c.3. q.1.*
verſ.quare dicendum emptorem ſecundum conſcientiam
rem domino reſtituere debere, quando pretium a fure
repetere non poteſt; vel quia in longinquas regiones di-
ſceſſerit,ita vt conueniri non poſſit,vel quia mortuus, vel
quia latitet,& non compareat, vel pretium reddere recu-
ſet;vel non poſſit:nam inquit, cum tunc res adhuc extet,
domino ſuo debetur: & emptor ſi non reddat, incipit eſ-
ſe poſſeſſor malæ fidei.

35 Sed *Azor.* ſententia non benè aperit, quid dicendum,
quando nequit recuperare pretium à fure, vel in caſu, in
quo illud emptor recuperare non valeat; præter id, quòd
eius opinio recipienda non videtur,dùm videtur, reſtrin-
gere reſtitutionem ſub conditione,quando pretium à fu-
re repetere non poteſt,

Quare melius locutus videtur *Medina d.quæſt. 10. verſ.*
tùm etiam il 2.col.5.fol.96. cum ait,quod ſi emptor poſſet
furi rem reſtituere, vt pretium ab eo recuperaret, ſeque-
retur,quòd ſi fur eſſet mortuus,vel eſſet abſens,aut omni-
no pauper factus emptor poſſet rem apud ſe retinere, aut
etiam alij vendere,ne ſcilicet pretium amittat, quod ipſe
falſum eſſe aſſerit.

36 Tu autem, iuxta primam relatam ſententiam teneas
reſtrictionem, quam probat, ac tuetur *Leonard. Leſſ.dicto*
cap.14.nu.14.& ſeqq.

37 Quarto limita, locum habere, quando rem habuit, &
retinet bona fide,qua ſtante, & durante ignorātia inuin-
cibili eū etiam excuſat à peccato,& ideò,nec in foro fori,
neque in foro conſcientiæ tenetur eam reſtituere; nam li-
cèt rem illam emerit à fure;& ſucceſſiuè habuerit, & reti-
neat contra voluntatem domini: attamen, quia hæc om-
nia ſibi ſunt ignota, non habentur in conſideratione: ita
Medina in ſuis tract.to.2.de reb. reſtit. q.10. verſic.ſi autem
col.3.fol.95. qnod tranſit abſque difficultate, cum impoſ-
ſibile ſit, vt quis obligetur reſtituere id, quod iuſtè igno-
rat alienum eſſe; & per conſequens, ſi interim durante
38 bona fide emptor rem alienauerit,vel diſtraxerit: & de-
inde nouit,rem illam fuiſſe furto ſubtractam, & ſic tunc,
incipiat ceſſare bona fides, tenetur vero domino reſti-
tuere,quantum ipſe factus eſt locupletior:ita quod ſi nul-
lum lucrum ex ea re percepit, vt quia tantum, dederit
pretium furi, quantum ipſe recepit ex venditione facta.
Aut ſi fur ei rem illam donauit, & ipſe ſimiliter rem ean-
dem donaſſet: Aut res ipſa nullo inde commodo perce-
pto perijt,nihil reſtituere tenetur: ſecus, ſi vt dictum,ali-
quam ex ea commoditatem, ſeu vtilitatem perceperit, &
factus ſit locupletior, vt ſi tantumdem de ſuis bonis fuiſ-
ſet conſumpturus, quatenus rem illam conſumpſerit, vel
alteri eam pro pretio maiori vendiderit,vel quid ſimile
egerit; tunc enim id ipſum tenetur domino reſtituere,
Medina in dict.q.10.verſ.ſi autem propè fin.Nauarr.in Ma-
nuale confeſſ.c.17.ſub n.7.& 8.Sot.de iuſt.& iure lib.4. q.7.
art.2.poſt quartam concl.ibi.emi.fundum à latrone col.3. in
fine,& col.4. vbi ponit regulam, quod quicumq; reſtitue-
re tenetur ſolum ratione rei acceptæ tenetur reſtituere
rem,ſi eam habeat,& ſolum id,in quo loco locupletior fa-
ctus eſt, non autem tenetur reſtituere id quod bona fide
conſumpſit, per quod ditior factus non eſt,quam regulā
pluribus declarat exemplis,& probatur ex *l.item veniunt,*
ff.præter hec in fine verſic. eos autem.ff. de petit.hæredit.vbi
Gl.in ver.facti eſſent, inquit, eſſe optimam regulam.

39 Declara,quod dixi,emptorem ſcilicet teneri reſtituere
quatenus factus eſt locupletior, procedere, ſi incremen-
tum proceſſerit ex re ipſa: ſecus ſi proceſſerit ex labore,
induſtria,aut diligentia emptoris,qui poſtea maiori pre-
tio reuenderit,vt declarat *Sot.de iuſt. & iure, d.q.7.art.2.*
*poſt 4.concluſ.*ibi,intellige autem, ſi factus eſt locupletior,
colum 4.in fine,& Azor Inſtit.moral.p.3.lib.4.tit.de reſtit.
cap.3.quæſt.2.verſic.in hac re.

40 Sed, an emptor rei mobilis, ſciens rem alienam, poſſit
repetere pretium a venditore re euicta, & dicendum vi-
detur,quod non: cum non teneat contractus,ex quo ipſa
venditione committitur furtum, *leg.1. Cod.de vſucap pro*
empto.

41 Item quia malæ fidei poſſeſſor emens,non agit ad pre-
tium,eſt *text.in l.1.C.de præſcript. 30.annor.* emens autem
ſcienter rem alienam, habere non poteſt bonam fidē, *d.l.*
cum quærebatur,& facit tex.in c.fin.de præſcr. Bal.conſ.43.
num.

num.mihi 20.*lib.*1: ſic ille, qui contra iura mercatur, *lege quemadmodum, Cod.de agric.& cenſi.lib.*11. *qui in cap. qui contra iura de reg.iur.in* 6.*Odd. conſ.*41.*num.* 101. qui idem ait in emente,rem eccleſiæ abſque ſolemnitatibus,ibidem *num.*105.*&* 106.

43 Sed contra ibidem tenet idem *Odd.ſub.nu.*11. maximè ſi eccleſia ex hoc facta ſit locupletior.

44 Primò declaratur procedere, niſi ſcienter emens fuiſſet ſtipulatus de euictione,per *text.in d.l.ſi fundum,*à contrario ſenſu,vt ibidem declarat *Cyn.in l. ſi fratres, C.commun.vtriuſque iud. & in d.l. quemadmodum Fab. de Monta in d.tract.de empt.& vendit.quæſt.*4.*princ.num.*9. *Menoch. conſ.*559.*num.* 8.*lib.* 6.

45 Secundò declaratur habere locum,niſi venditor ſuccedat domino, vel ad ipſum rei dominium poſtea peruenerit,vt in *leg.ſi à Titio,de rei vendit.& l.cum vir. & ibi Bartol.ff.de vſuca.& in l.cum mater,& ibi Bald.C. de rei vendi. Fabian.vbi ſupra, Mol.de iuſt. & iure to.*2. *de contract.diſp.* 327. *verſic. obſeruandum tamen, & diſput.*340.*verſic. Res aliena*, vbi agit quoque de pœnis, quas imponunt leges Hiſpaniæ contra ementes ſcienter rem alienam, & contra eos, qui veriſimiliter ſuſpicari, & præſumere debebant, quod res erat aliena, attenta qualitate venditoris, & rei, quæ venditur.

46 Si verò emens ignoret rem eſſe alienam, ac emit bona fide,& tunc dico, venditionem eſſe nullam quo ad præiudicium domini: quia rei alienæ nullum transfertur dominium in emptorem, neque vſucapiendi conditio, niſi res ipſa vendita in domini in poteſtatem reuertatur, *ad text. in leg.ſequitur,§.quod autem,Inſtit.eod.tit. Fabian.dict. q.*4. *ſub num.*3. *&* 7. verum quoad præiudicium vendentis, venditio tenet: & venditor obligatur ex empto,tanquam ſi rem propria vendidiſſet,*leg.rem alienam.de contrahend. empt.& l.nemo,Cod.de reb.alien.non alienand.& tenetur de euictione,l.ſi fundum,C.de euict.Fabian latè d.q.*4.*num.*7. & hoc eſt, quod diximus rem alienam vendi poſſe, d.l.rem alienam; vbi dicitur, rem alienam diſtrahere quem poſſe, nulla dubitatio eſt: nam emptio eſt, & venditio, ſed res emptori auferri poteſt.

ARGVMENTVM.

Filius inſtitutus in legitima, an, & quãdo poſſit rem ſuam à patre alienatam recuperare. Et de euictione nõ teneatur. Alienatio facta à defuncto de re hæredis, quando ſubſtineatur.

SVMMARIVM.

1 *Filius debet habere legitimam purè,& abſque onere,& grauamine.*
*Intellige,vt num.*6.*&* 30.
2 *Filius, ſi nihil habet vltra legitimam facto inuentario, non repellitur à vendicando rem ſuam à patre alienatam, & num.*14.*&* 25.
Declaratur num. 32.
*Contrarium habetur ex veriori, nu.*3. *& ſeq.nu.*8.26.27.31.
*Ratio huius ſecundæ opinionis affertur, num.*4.
*Declaratur,vt procedat in filio vniuerſaliter inſtituto,vel in quarta hæreditatis,num.*18.*&* 20.
*Secundò declaratur,num.*21.*&* 28.
*Limitatur primò, quando filius inſtitutus eſt in legitima, non ſub nomine quotæ, ſed in re certa pro legitima, quia tunc non repelleretur, num.*9.
*Ampliatur præcedens limitatio, vt procedat, non ſolum ſi filius inſtitutus eſt in re certa pro legitima, ſed etiam ſi fuiſſet inſtitutus in quota bonorum, num.*10.*& ſeq.*
Et de ratione ibidem.
*Contrarium dicitur verius,num.*26.
*Secundò limitatur,niſi pater alienaſſet rẽ filij hoc pacto,quod de euictione nõ teneretur,nec de pretij reſtitutionem n.*23.
5 *Hæres non poteſt factum defuncti impugnare.*
*Declaratur num.*24.
7 *Legitima deducitur ære alieno deducto.*
11 *Regula l.cum à matre, de rei vendic. & Gloſ.ibi, quatenus loquitur de legitima, locum habet, quando filius fuit inſtitutus in quota hæreditatis.*
15 *Filius inſtitutus in legitima habetur loco legatarij.*
*Et qualiter legitima dici poſſit quota hæreditatis, n.*16.
*Et ad quem alium effectum, nu.*17.
19 *Regula quem de euictione tenet actio, locum non habet, quando quis non habet lucrum iure hæreditario, ſed iure particularis legati.*
*Declaratur.num.*29.
23 *Regula l.ex qua perſona lucrum, de regul.iur. non procedit in legitima.*
24 *Hæres non dicitur venire contra factum defuncti, quando hæreditas eſt debita.*
33 *Alienatio à defuncto facta rei eius, qui illi eſt hæres pro parte,qualiter ſuſtineatur.*
34 *Hæres repræſentat defunctum pro ea parte, pro qua eſt hæres, & quo ad alias partes cenſetur extraneus, & ſic pro alijs partibus, pro quibus hæres, non eſt, non repellitur à vendicando,num.*35.

Quæſt. XXXII.

EX prædictis inſurgit alia quæſtio, an filius, qui fuit inſtitutus in ſola legitima,& fecit inuentarium, vendicare poſſit rem ſuam à parte alienatam.

1 Dubium facit,quia filius debet habere legitimam purè ſine grauamine, & ſine onere, *l.quoniam in prioribus,Cod. de inoff.teſt.Doct.commun.in l.in quartam, ff.ad leg.Falc.* & eſt propoſito indubitata per illum *text.Bart.conſ.*34. *Pariſ.conſ.*109.*n.*15.*lib.*3.*Soc.iun.conſ.*131.*num.*2. *lib.*2.*plenè Peregrin.de fideicomm.art.*36.*num.*61.

Cæterum, ſi admitteremus eum repellendum à vendicando rem ſuam, maximum eſſet grauamen, cum legitima priuaretur;merito, &c.

Gl.mouet hanc quæſtionem in l.ſancimus, §.in computa-
2 *tione,C.de iure delib.* vbi in fine decidere videtur. Quod ſi filius nihil habet vltra legitimam, facto inuentario, non repellatur à vendicando rem ſuam. Mouetur *Gio. per d.l. quoniam in prioribus*, quæ diſponit, quod legitima relinquatur abſque onere, onus autem, & grauamen abſq; dubio cenſeretur impoſitum, vbi legitima compenſari deberet cum re ſua à patre vendita, à qua vendicando filius repellatur.

3 Contrarium,& quidem verius firmauit *Acenſius in d. l.cum à matre,C.de rei vendit.*dum vult,quod etiamſi filius non habeat niſi legitimam, pro ea repellatur vendicans rem ſuam, ſeu veniens contra paternum contractum, quam ſententiam Dnn. omnes probant, continere puram,& meram veritatem.

Hæc vera ſententia probatur: quoniam negari po-
4 teſt,quod ſi filius iſte euinceret ab emptore rem ſuam, emptor ille creditor eſſet hæreditatis, at ſi creditor præfertur filio etiam in legitima: cum legitima ea dicatur, quæ ſupereſt detracto ære alieno, *l.Papinianus, §.quarta, ff.de inoff.teſtam.*

5 Item,quia cum ipſe,tanquam patris, hæres, de euictione,teneatur,& ita repellatur *per.leg.vendicantẽ*,repellitur

quoque ex eo, quod hæres, & defunctus vna, & eadem
perſona cenſetur, vt in *Auth.de iureiur.à morien.præſtit.in
princ.* nam eſt regula certa, quod hæres non poteſt factum
defuncti impugnare *l.vendirici, C.de reb. alien. non alien.
l.ſi ab eo, C de liber.cau. l.Seia, ff. de euict. in filio eſt text. in
l.fin.ff.de liber.cauſ.*
6 Non obſtat, quod filius conſequi debeat legitimam
abſque onere, *d.l.quoniam in prioribus*, quia reſpondetur
illam fore intelligendam ſine onere, & ſine grauamine
legatorum, & fideicommiſſorum, & quolibet grauamine
7 appoſito per partem in teſtamento: at ſecus eſt in onere
creditorum, & æris alieni, quoniam hoc eſt impoſſibile,
cum æs alienum potentius ſit, quam legitima, quæ dicun-
tur ære alieno deducto, *d.leg.Papianus, §.quarta*, prout, &
ita reſpondet *Glo.huic argumento in d.l.cum à matre*; quod
patet, quia ſi diceremus contrarium, filius ex legitima
non teneretur ad ſolutionem æris alieni patris: cuius con-
trarium iura voluerunt, vt in *d.§.quarta*, cum alijs ſupe-
rius adductis.
8 Concluditur itaque cum communi, filium videlicet
etiam quoad legitimam teneri ſtare contractui paterno,
& repelli a re ſua vendicanda, iuxta *Gl.in d.l.cum à matre*;
quæ tamen infraſcriptas recepit limitationes.
9 Et primo limitatur non procedere, quando filius inſti-
tutus eſt in legitima, non ſub nomine quotæ, ſed in re cer-
ta pro legitima: quo caſu nequaquam repelleretur: quia,
ſicuti tunc à creditoribus hæreditarijs conueniri non
poſset, *ad leg.quoties, Cod.de hæredib. inſtit.* Ita quoque ar-
gui non poteſt *ex lege vendicantem, de rei vendic.* à qua
ſumitur regula, quem de euictione tenet actio, ſic limitat
dictam *Gloſ.Bart.in d.leg fin §. in computatione col.fi. verſ.
ſic poſſet, Cod.de iure deliber.* & tenet expreſsè *Gloſ.in dicta
lege cum à matre*, cum dixit, quod ſi filius eſſet inſtitutus
in re certa pro legitima ſibi debita, non repellitur, nec te-
netur ex contractu paterno, ſed contrauenire poteſt; cum
æs alienum non ſequatur fundum, *d.leg.quoties*, & ſequun-
tur communiter *Doct.in dict.lege cum à matre, & in d.§.in
computatione.*
10 Ampliatur præcedens limitatio, vt procedat non ſo-
lum ſi filius inſtitutus in re certa ſit pro ſua legitima, ſed
etiam ſi fuiſſet inſtitutus in quota bonorum, vt quia pa-
ter dixerit inſtituo N. filium in tertia parte illi debita iu-
11 re naturæ, ſic *Bald.in d.l.cum à matre, col.2. verſic. Aduer-
te*, vt non erres, limitans dictam *leg.cum à matre, & Gl.ibi
poſitam*, quatenus loquitur de legitima, vt locum non ha-
beat quando filius inſtitutus eſſet in quota hæreditatis,
quia tunc in eum proportionabiliter deſcendit obligatio
defuncti, tanquam in hæredem vtilem, *l.1.C.ſi cert petat.*
12 At non ſic eſt, quando quis eſt inſtitutus in re certa,
vel in quota bonorum, quia tunc in ipſum non deſcendit
obligatio defuncti, tanquam in hæredem, vt in *d.l.quoties*,
13 ſed vt in filium, in quem non deſcendit obligatio ex cõ-
tractu paterno; ex quo legitima dicitur deducto ære alie-
14 no, vt in *d.§.quarta, quare Bal.concludit in hæc verba.* Æs
alienum non obligat filiũ hæredem exiſtentem in ſola
legitima, quod ait benè notandum. Et quamuis *Bal.* hære-
dem ſic inſtitutum, vocet hæredem; aduertendum tamen,
15 quod propriè non eſt heres; & habetur potius loco lega-
tarij, cum legitima non ſit quota hæreditatis, ſed quota
bonorum, *d l.Papinian.§.quarta, ff.de inoffi.teſt. Bar.in l.ex
16 facto ſub n.1.ad fin.ff.de hæred.inſt. Alex.conſ.150.ſub n.6.
verſ.* Item videamus lib.2. licet quoque dici poſſit quota
hæreditatis ad effectum, vt illi accreſcat reſiduum hæredi-
tatis, *Dec.in l.heres inſtituta, ſub n.5.verſ. replicari poteſt, C.
de impub. & alijs ſubſt.Corn.conſ.31.ſub n.5.& ſeq.lib.4.Ro-
ta coram Card.Ludou.in dec.244.n.6. & quoad excluſionem
querelæ per d.§.quarta, & Bal.in d.l.quoties, ac Bart.in l.ex
17 facto la g: āde col.2.ff.de hæred.inſt.* quo ſtante non prohi-
betur totum fundum vendicare; cùm non cenſeatur hæ-
18 res, prout *Angel.in d.l.cum à matre, & Bart.in d.§.in com-
putatione col.fin.*
19 Nec locum habet regula *leg.vendicantem*, nempè quẽ
de euictione tenet actio, cum lucrum non habeat iure hę-
reditario, ſed iure particularis legati, & ita procedit, &
20 declaratur *Gl.in d.l.cum à matre*, vt ſcilicet locum habeat
in filio vniuerſaliter inſtituto, vel in quota hæreditatis; ſe-
cus ſi filius inſtitutus ſit in quota bonorum, vel in re cer-
ta, ſeu in ſua legitima tantum, quod idem importat, quod
quota bonorum, vt & ſenſit *Bald.in l.quoties de hęred. in-
ſtit.Vinc.Franch.deciſ.127.p.1.Rota deciſ.347.nu.6.& 7.p.
1.deciſ.474.n.3.ead.parte in nouiſs.*
21 Declaratur hæc vltima relata, & recepta ſententia, vt
procedit dummodo alius vniuerſaliter fuerit ab eodem
teſtatore hæres inſtitutus, non autem ſi ſolus filius, quia
tunc, ſiue in re certa, ſiue in quota bonorum inſtituatur,
habetur tanquam hæres vniuerſalis, vt in *leg.1.§.ſi ex fun-
do.ff.de hęred, inſtit.*
22 Secundò limitatur *Gl.in d.l.cum à matre*, niſi pater alie-
naſſet rem filij; hoc conuento, quod de euictione non te-
neatur, nec ad pretij reſtitutionem, quia tunc filius eam
vendicare poteſt; nec reijci valet reſpectu legitimæ, ſi non
habet vltra legitimam, ſecundum *Butrig.* quem ſequitur
Bart.in d.§.in computatione.
Non obſtat dicta regula *lege vendicantem*, quia cum
pater non teneretur de euictione, nec etiam filius teneri
debet.
23 Non etiam mouet alia regula, *l.ex qua perſona, ff.de re-
gul.iur.* videlicet, ex qua perſona lucrum ſentio, &c. Quo-
niam filius non dicitur lucrum ſentire ex eo, quòd habet
legitimam ſolum, quæ eſt ſibi debita, & habetur loco æris
alieni, & non lucri, atque debitum accipit, non autem lu-
crum ſentit, *l.1.& 2.C.ſi quid in fraud patron. iuncta Gloſs.*
vbi deducitur, quod patronus ſuccedens liberto ab inte-
ſtato, poteſt per actionem Caluiſianam reuocare aliena-
ta in eius fraudem. Vnde Gloſa ibi dicit, quomodo hæres
reuocat factum defuncti, cum hoc fieri non poteſt *l.ſi ab
eo C.de liberali cauſ.* & reſpondit ibi eſſe ſpeciale, vel quia
patronus dicitur magis debitum accipere, quàm quod
hæres ſit titulo lucratiuo. Ideò *Bart notat ibidem text.cum
24 Gl.& declarat concluſionem*, quod hæres non venit con-
tra factum defuncti, procedere in eo hærede, qui ex hæ-
reditate dicitur lucrari; ſecùs in eo, cui hæreditas eſt de-
25 bita; ex quo infert, quòd filius inſtitutus in debito bono-
rum ſubſidio, quamuis hæreditatem adiuerit, non pro-
hibetur alienata reuocare per quærelam inofficioſæ do-
nationis, & ſequitur *Angel.ibi, & in dict.§. in computa-
tione, vbi Paul.de Caſtr.Petr.de Anch.& Io.de Imol.in c.ſ.
1.de teſtam.*
26 Contraria tamen ſententia verior videtur, & eſt tenen-
da, quòd nempè filius etiam pro re certa, & quota bonó-
rum ſibi relicta pro legitima, tenetur creditoribus hære-
ditarijs, cum legitima debeatur deducto ære alieno, & im-
27 penſis funeris, *d.l.Papin.§.quoniam autem quarta, ff de in-
offic.teſt.* ergo quatenus habet in legitima, repelletur à
vendicando, ſiue hereditatem patris adeat cum beneficio
legis inuentarij, ſiue non, vt aduerſus *Bart. tenent Raph.
28 Fulgoſ.& Alex.in d.§.in computatione, vbi etiam Iaſ.id de-
clarat*, non procedere, dato alio hærede vniuerſali, quia
tunc filius in legitima tantum inſtitutus, reuocari pote-
rit alienata in ſui præiudicium, *d l.cum à matre.*
29 Non obſtat regula lucri: quia procedit, quando lucrum
habetur titulo vniuerſali, non autem particulari, vt per
Iaſ.vbi ſupra, verſic.ſecundus caſus.
30 Non etiam obſtat, quòd legitima debeatur purè ſine
onere vel grauamine.
Quia reſpondetur id verum ſine onere, hoc eſt cõditio-
num, & dilationum, quas teſtator in teſtamento appoſuit
ſed alia onera minuunt legitimã, vt per *Iaſ. vbi ſupra n.9.*
Rota

Digitized by Google

Rota deciſ.735.par.2.& coram Cardin.Seraph. deciſ.976.n.4.& 5.

31 Et hanc ſententiam latè quoque tenuit *Suarez in leg. quoniam in prioribus,ampliat.7.ſub num.13. verſic. hæc limitatio,& Nicol.Arelat.in l.generaliter num.125.C.de ſecund.nupt,& fuit ſententia Gl,in d.l.cum à matre , C. de rei vendic.*

32 Dicunt tamen præcitati Doct.Bartol. ſententiam ſalpari poſſe,quando pater vendidiſſet fundum, hoc expreſsè acto, quod non teneatur de euictione, de quo dicemus in ſequenti quæſtione ; vel etiam in caſu,in quo filius reuocaret per querelam inofficioſæ dotis , vel donationis : quoniam filius reuocat inofficiosè donata,etiamſi ſit hæres,vt in ſpecie per *Suar. in d.l. quoniam in prioribus ampl. 7.ſub n.15.in fine,de inoffic.teſtam.*

33 Verum,quod dicendum,quando defunctus vendit rem eius,qui illius hæres eſt pro parte,ſi contingat, quòd portio,in qua eſt hæres, plus valoris , & vtilitatis contineat , quàm ſit res alienata , an iterum hæres pro parte repelli debeat?

Et concluditur non repelli,niſi pro quota hæreditatis, pro qua eſt hæres,vt ſi fuerit ſolus hæres in totum abſolutè excludatur, ſi cum altero ; pro dimidia ; ſi cum duobus pro tertia,& ſic de ſingulis,at colligitur in l.cum à matre, ibi,pro qua portione,& ibidem *Gl magna ad finem, & cõmuniter Doctores ibi,& in d.§.in computatione, vbi Bal.nu. 14.& Corn.num.6. verſic.quartus caſus , Suarez dicta ampl. 7.num.16.Ari.Pinell.in dicta l.1.par.3.ſub n.79. verſic. eadem concluſio,C.de bon.matern.Nicol.Arelat.in dicta l.ge-*

34 *neraliter num.123.* ratio eſt, quoniam hæres repræſentat tantum defunctum pro ea parte,pro qua hæres eſt,& quo ad alias partes cenſetur extraneus , ſecundum *Gloſ.receptam in l.2.ad finem,ff.de Prætor.ſtipulat.& ibi Bar. & omnes,idem Bart.in l.Anus,ff.de pact.in l.continuus, §.fin. ff.de verb.oblig.*& ſi pro alijs partibus, pro quibus hæres non eſt , non repellitur à vendicando , cum pro illis non de-

35 ſcendat in illum obligatio à patre,nec alicuius iuris confuſio,*l.ſi adulta,C.de hæred.act. & eſt caſus in dicta l.cum à matre,Bald.in dicta §.in computatione,col.4.verſic.*& vnum ſcias,pro quo videndi ſunt *Pinell.vbi ſupra, & Phanuc. in tract.de inuentar.p.5.ſub n.72.circa fin.*

In præmiſſis tamen videas,quæ dixi in *q 35.q.50. & q. 321.n.15.& ſeqq.*

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio quando dicatur vacua, ſeù libera , & in ea committatur ſtipulatio de euictione.

Venditor,quando tenetur ad dandum,& quando ad tradendum , vt & emptorem defendere in poſſeſſione.

Et quid , quando conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere.

Res an prius tradenda ſit, vel pretium in emptione,ac venditione.

SVMMARIVM.

1 Poſſeſſio dicitur vacua,quæ à nemine poſſidetur.

Vel etiam detinetur , quia fortè detentor ſit in poſſeſſione , cauſa rei ſeruandæ,n.2.

Extenditur procedere, etiam quod tradatur res , quæ debet aliquam ſeruitutem realem, n.3.

Quo caſu non committitur ſtipulatio de euictione , ſi alius euinceret ſeruitutem,n.5.

Quamuis non dicatur libera poſſeſſio, & ideò practici notarij apponunt in inſtrumento, quod venditor promittit dare rem vacuam,liberam,& expeditam,n.4.

6 Venditor,qui dixit rem nemini obligatam,cum eſſet,tenetur crimine falſi.

Limitatur,niſi venditor luat , ideſt ſatisfaciat ante ſententiam,quia tunc fidem implet, n.7.

8 Poſſeſſionem plenam promittens , tradere intelligitur cum fructibus,idem ſi vacuam ſecus ſi ſimpliciter.

9 Poſſeſſio pacifica intelligitur,vbi ceſſat controuerſia iudicialis,vel extraiudicialis iuris , vel facti.

10 Venditor compelli poteſt ad rem tradendam.

Licèt non ad dandum , ideſt ad dominium transferendum , num.11.

12 Venditor tradens , ſi eſt dominus, dominium tacitè venit in conſequentiam, alias venit vſucapiendi conditio.

13 Emptor quare teneatur ad dãdum, & venditor ad tradendũ,

14 Venditor,ſi tenetur in genere , puta ad decem corbes frumenti,vel ad decem cados vini,tenetur ad dandum, & ſic ad dominium transferendum,vt ibidem.

15 Venditor,qui conuenit dare rem pro decem,et ita dominium transfert,ex hoc non dicitur contrahi emptio,vel venditio, ſed contractus innominatus do,vt des.

16 Verba in contractibus appoſita , nempè vendidit, dedit , & tradidit impropriè ponuntur,vt hic.

17 Contractus emptionis , & venditionis qualiter cognoſcatur remiſſiuè.

18 Venditor an teneatur rem præcisè tradere,diſtinguitur.

Venditor vbi conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere præcisè compelli poteſt ad tradendum.

Sed contra n.20.

Et quod potius agendum ſit rei vendicatione, vel Publiciana,aut interdicto vti poſſidetis,ibid.

Declaratur hæc vltima opinio , vt licet venditor per conſtitutum liberatus cenſeatur ab illa iuris traditione , per quã dominium transfertur , & poſſeſſio,non tamen liberatus videtur à traditione facti, ideſt à corporali traditione poſſeſſionis , pro cuius conſecutione competit emptori actio ex empto contra venditorem, n.21.

Ratio adducitur , quia per conſtitutum non dicitur res verè tradita , ſed haberi pro tradita, nec ob id quis liberatur à vera traditione , & actuali , quæ venit ex natura contractus venditionis, n.22.

Et maximè procedit , quando venditor vltra conſtitutum promiſit ipſi emptori tradere vacuam , & expeditam poſſeſſionem,quæ verba important actualem traditionem, & verificari poteſt in traditione ficta,quę fit per conſtitutum, num.23.

24 Venditor ſi ſemel tradidit rem vẽditam,& poſtea perueniat ad manus venditoris,ſi emptor agat aduerſus eum actione ex empto,ſuccumbet,quia debebit agere rei vendicatione, vel publicana , vel interdicto rei poſſidetis.

25 Venditor,qui ſemel tradidit rem emptori , non tenetur defendere in poſſeſſione.

26 Res an prius tradenda ſit in venditione,quam pretium.

27 Emptor condemnatus ad ſoluendum venditori , poteſt in executione ſententiæ obijcere exceptionem rei ſibi non traditæ.

Fallit, ſi ſit diſceptatum,& per eam impugnatur ſententia , ſecus ſi non fuit deducta , licèt ſalua remaneat actio emptori,vt petere poſſit rem ſibi tradi, n.28.

Et idem dicitur,ſi venditor condemnatus tradere , opponat in executione,pretium non fuiſſe ſolutum , n.29.

36 Emptor,cui res vendita adhuc ſibi tradita non fuit, comparere non poteſt,& impedire,ne tertius in poſſeſſionem mittatur per venditorem.

Quæſt.

Digitized by Google

Quæſt. XXXIII.

DIctum fuit ſupra, venditorem teneri emptori tradere
liberam,& vacuam poſſeſſionem rei venditæ.
1 Nunc autem quæro, quænam poſſeſſio dicatur vacua.
Et dico, quod illa dicitur poſſeſſio vacua, quæ à nemi-
ne poſſidetur, *Bar. in l. ſi in emptione, §. vacua, ff. de action.*
2 *empt. & ibidem Card. Alban. in lucubrat. ad eum, ſub num. 1.*
vel etiam detineatur, quia fortè detentor ſit in poſſeſſio-
ne cauſa rei ſeruandæ, *Imol. in cap cum Ioannes extr. de fide*
inſtrum. per l. 2. §. 1. ibi allegatam à Gloſſa; Vbi etiam addit
3 Imol. quod ſi tradatur res, quæ alias debet aliquam ſerui-
tutem realem, adhuc dicitur poſſeſſio vacua, allegat *Ia-*
cob. Butrig. & Bar. in l. Mœnius, §. fundum, ff de legat. 3. &
quæ habentur per *Bar. in d. leg. 2. §. 1. alleg. in Gloſ. iuncta l.*
quod ad ſeruitutes, ff. de euict. ſed non dicetur libera poſſeſ-
4 ſio,& ideo practici notarij apponunt in inſtrumēto, quod
venditor promittit dare rem vacuam, liberam, & expedi-
5 tam, alias non committitur ſtipulatio de euictione, ſi alius
6 euinceret ſeruitutem, ſecundum ipſum. His addit *Felyn. in*
d. cap. cum Ioannes, n. 33. quòd ſi venditor dixit rem nemi-
ni obligatam, cum eſſet, tenetur crimine falſi, ſecundum
Bar. in l. cum duobus, & expreſſius in l. ſi à debitore, ff. de falſ.
7 vbi limitat niſi venditor luat, ideſt ſatisfaciat ante ſenten-
tiam, quia tunc fidem implet & ſequitur *Bal. in l. 1. Cod. de*
dolo.
8 Item qui promiſit plenam poſſeſſionem tradere, intel-
ligitur cum fructibus. Idem ſi vacuam: ſecùs ſi ſimpliciter.
Ita *Bal. in l. ſi plures col. 3. C. de condit. inſert. per text. in l. ſi*
ſtipulatus ſis, ff. de vſur. & vbi fit mentio de poſſeſſione pa-
9 cifica, intelligitur, quando ceſſat controuerſia iudicialis,
vel extraiudicialis iuris, vel facti ſecundum *Paul. de Elea-*
zar. in Clem. Gratian. de reſcript. & ibi per Card. q. 13.
10 Sed hic quæritur, an venditor ad rem tradendam poſſit
compelli. Quæſtionem hanc tangit *Bar. in l. 1. ff de act. em-*
pt. & in l. certi conditio in princip. in ſexta col. in princip. ff ſi
cert. pet. & Bal. in l. contractus col. 7. Cod. de fide inſtr. & in l.
traditio col. 1. C. de act. empt.
Et teneri concludendum videtur per *text. in l. ex em-*
11 *ptione in princ. ff. de act. empt.* licet non ad dandum, ideſt
dominium transferendum per *l. rem alienam, ff. de contra-*
12 *hen. empt.* nihilominus dominium tacitè venit in conſe-
quentiam, ſi venditor tradens erat dominus, alias venit
vſucapiendi conditio, *l. ex empto in princ. ff. de contrahēnd.*
empt. iuncta l. clauibus. Diuerſitatis ratio aſſignatur, quare
13 ſcilicet emptor tenetur ad dandum, & ſic dominium
transferendum, venditor verò tenetur ad tradendum:
quoniam emptor tenetur ad pretium in genere, venditor
autem ad ſpeciem, ſecundum quod dixit *Gloſ. in d. l. ex em-*
pto in ver. agitur, quam ibi ſequitur, & commendat *Bar. ff.*
14 *de contrah. empt.* ex ea inferens, quod ſi venditor, tenetur
in gnenere, putà quia vendidiſſet decem corbes frumenti,
in genere, vel decem cados vini pro tanta pecunia, quod
hoc caſu venditor tenetur ad dandum, & ſic ad dominiū
transferendum, magis ex obligationis qualitate, quia in
genere, quam ex natura contractus; idemque voluit *Bar.*
in l. ſi hæres, §. qui concubinam, poſt Gloſ. ibi, ff. de legat. 3. &
in l. 2. circa finem principij, ff. ſi cert. pet.
15 Premiſſis additur, quod ſi quis eſſet dominus rei, quam
vendit, & conueniret eam dare pro decem, & ita ſecun-
dum prædicta dominium transferre, talis non eſſet con-
tractus emptionis, & venditionis, ſed contractus innomi-
natus, do, vt des, eſt caſus notabilis, *in l. fin. ff. de cond. ob*
cauſ. vbi Bar. & alij notant, & idem Bar. in d. l. ex empto in
princ. vbi ex hoc infert, quod illa verba, quæ communiter
16 poni ſolent in contractibus emptionum, & venditionum,
vendidit, dedit, ac tradidit, impropriè ponuntur, quia im-
poſſibile eſt, quod detur, & tradatur: quarè illud verbum
dedit, impropriè ponitur, niſi vendens eſſet dominus.
Idem tradit *in l. 1. C. de rer. permut.* ſuper quo videndus eſt
17 *Alex. conſ. 10. ad finem n. 6. & 7. lib. 4.* prout, & qualiter
cognoſcatur contractus emptionis, & venditionis, idem
Alex. conſ. 107. n. 8. & 9. lib. 3.
18 Verùm autem venditor teneatur præcisè rem tradere,
ita quod non liberetur, præſtando intereſſe, alia eſt diffi-
cultas.
In qua Imol. & poſt eum *Felyn. in d. cap. cum Ioannes n.*
34. diſtinguunt, quod ſi venditor habet rem, & facultatem
rei tradendæ, præcisè tenetur ad illam tradendam, per il-
lum *tex. cum Glo. Rol. conſ. 53. num. 1. & ſeq. lib. 1.* & ſi ven-
ditor eſt dominus, non ſufficit ſimpliciter tradere, ſed da-
re, ideſt dominium transferre ex *Bar. in dicta l. certi condi-*
tio, ff. ſi certum peta. & l. 1. in quarta col. & in l. ex empto, ff.
de actio empt. ſi verò non habet eam, ſed dolo, & culpa ſua
deſijt habere, tenetur ad intereſſe; & contra eum iuratur
in litem; ſi autem ſine dolo, vel culpa habere deſijt, ad nihi
lum tenetur: de quo habetur etiam per *Bar. in l. ſtipulatio-*
nes non diuiduntur in princ. col. 32. ff. de verb. obligat. & per
Bald. in l. ſi traditio in prima quæſt. C. de actio. empt. & in l.
contractus in pen. colum. C. de fide inſtrum. vbi tenuit opi-
nionem, per quam limitatur prædicta communis conclu-
ſio, quòd ſi venditor habet facultatem rei præſtandæ, &
eſt dominus, teneatur præcisè tradere: ſi verò non eſt do-
minus, quamuis habeat facultatem rei tradendæ, non ta-
mē cogitur, præcisè tradere, ne ſequatur abſurdum, quod
quis cogatur iniustè incurrere in pœnam dupli re euicta,
vt ibi per eum, quem impugnat *Paul. de Caſtro in dicta l. 1.*
in princ. ff. de actio. empti, & in prædictis videndus erit *Plo-*
tus de in litem iurand. §. 4. n. 66.
19 Obſeruandum eſt inſuper quod ſcripſit *Bald. in l. vnica*
col. 1. Cod. de ſentent. quæ pro eo, quod inter. nempè, quod
vbi venditor conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere,
poteſt præcisè compelli ad tradendum, pro quo videas
Roman. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur in princip.
20 Sed quòd immo ſi in inſtrumento venditionis appo-
nantur illa verba, quæ communiter apponi conſueuerunt,
videlicet, quod venditor conſtituit ſe tenere, & poſſidere
nomine emptoris &c. licèt in rei veritate rem non tradi-
derit, venditor amplius conueniri non poſſit actione ex
empto, vt rem tradat, ex quo per dictum conſtitutum ſta-
tim fuit ab vlteriori traditione liberatus, & ſtatim tradi-
diſſe dicitur; ſed opus ſit, vt emptor agat rei vēdicatione,
vel Publiciana, aut interdicto vt poſſidetis, aliàs ſuccum-
beret, tradit *Gloſ. ſolemnis in l. ab emptione in Gloſ. fin. in*
verb. conſtituatur, ff. de pact. quam Bar. dicit menti tenēdam.
facit l. Iulianus, §. ex vendito verſic. Poſſeſſionem autem tra-
ditam, ff de actio. empt. de quo vidēdi ſunt Iaſ. in §. actionum,
num. 138. Inſtit. de actio. & Tiraquell. de iure conſtit. par. 2.
Roland. dicto conſil. 53. num. 4. vbi dicit idem voluiſſe Ange-
lus Aret. in §. 1. in fine, Inſtit. de empt. & vend. Oſaſch. deciſ.
36. per totam, Capyc. deciſ. 14. n. 11.
21 Declaratur, vt licèt venditor pro conſtitutum libera-
tus cēſeatur ab illa iuris traditione, per quam dominium
transfertur, & poſſeſſio; non tamen liberatus videtur à
traditione facti, ideſt à corporali traditione poſſeſſionis,
pro cuius cōſecutione competit emptori actio ex empto
contra venditorem, *Cyn. Bald. in l. 1. C. quand. liceat ab em-*
pt. diſced. & de magis communi *Alex. conſ. 28. num. 7. lib. 2.*
ſequitur Rolan. in dicto conſil. 53. num. 5. lib. 1. vbi rationem
22 reddit *num. 6.* quia per conſtitutum non dicitur res verè
tradita, ſed haberi pro tradita, vt notat *Gloſ. in d. l. ab em-*
ptione, & ibi Bar. in fine, ideò ob id quis liberatur à vera
venditione, & actuali, quæ venit ex natura contractus vē-
ditionis, *Gl. in l. Iulianus, §. vendito, ff. de act. empt. Rol. dict.*
conſ. 53 n. 5. 6. & 7. lib. 1. Quæ declaratio magis procedit,
23 quando venditor vltra conſtitutum promiſit ipſi empto-
ri tra

Digitized by Google

ri tradere vacuam,& expeditam poſſeſſionem,quæ verba important actualem traditionem, & verificari non poſſunt in traditione ficta, quæ fit mediante conſtituto, & quæ iam facta erat,vt comprobar *Rol.d.conſ.53.n.7. in fin. & n.8.9.& 10.poſt adductos per eum*.

34 Subdit etiam vbi ſupra Iaſ.in propoſito, quod ſi venditor ſemel tradidit rem venditam, & poſtea perueniat ad manus venditoris, ſi emptor ageret aduerſus eum actione ex empto, ſuccumberet, quia debebit age agere rei vendicatione, vel Publiciana, vel interdicto vti poſſidetis ad *Gl.in l.ſi cum fundum,§ ferè ver.tradat,& in verb.multis,ff.de contrahen.emp.& notat Gl.in auth. Sacramenta puberum in ver.cuſtodiant,C.ſi aduerſ. vendit.*

35 Et ego addo, quod ſi venditor ſemel tradidit rem emptori,non tenetur emptorem defendere in poſſeſſione, *Gl.in l.factum cuique,ff.de reg.iur.& ſunt tex.in l.pen.§.vlt. & l.finali,ff.de act.empt.*

36 Sed an prius tradi debeat res,aut prætium,videatur *Gl. in cap.in tantum in ver.prius*,& quod ibi dixit *Felyn. extra de Simo.Alex.conſ.39.n.2.lib.5.& conſ.10.lib.1. Anchar. conſil.341.quos refert,& ſequitur Berou.conſ.15.n.17.lib.3.* qui dicunt, quod is, cui facta eſt promiſſio dandi vel vendendi, agere non poteſt niſi prius facta exburſatione, & ſolutione pretii:nam rei interuentu, & ex adimplemento contractus ab vna parte oritur actio,ex contractu, & non prius,& ſola verbalis oblatio hoc caſu non ſufficit ad producendam actionem, quare ille agens tenetur probare pro parte ſua impleuiſſe,& ſi hoc non facit, ſuccumbere debet,vt apud præallegatos habetur.

37 Non etiam eſt omittendum,quod in *d. c. cum Ioannes, dicunt Butr.& Imol quos ibidem refert Felyn. ſub num.34. verſ.*ſubdunt etiam,quod emptor condemnatus ad ſoluendum venditori, poteſt in executione ſententiæ, obijcere exceptionem rei ſibi non traditæ, & hoc quando nihil

38 fuit diſceptatum in iudicio de hac exceptione, & illa non impugnat ſententiam,quia fatetur emptor ſe pretium debere,ſed dicit rem ſibi tradi. Vnde tunc opponi poterit, ſecus in iudicio,fuerit deducta exceptio prædicta, & ea non obſtante ſententia lata, quoniam tunc reiecta videtur,nec opponitur in executione,ſed ſolum remanet actio emptori, vt petere poſſit rem ſibi tradi ſecundum *Specu-*

39 *lat.de execut.ſent. § fin. verſ.item pone*. Cuius dictum ſic debet intelligi ſecundum præallegatos; Et ita quoque dicitur, ſi venditor condemnatus tradere, opponat in executione pretium non fuiſſe ſolutum, vt ibidem per Felynum.

30 Præterea quoque nota,quod emptor, cui res vendita adhuc ſibi tradita non fuit, non poteſt comparere, & impedire, ne tertius in poſſeſſione mittatur per venditorem,ita ex *Iacob.Butrigar.in l.manifeſtiſſimi,C.de furt.relato per Bal.in e.t.col* 1.Quid ſit inuenit,dixi *Roma.ſing.299. per l.is,cui,ff.de fur.l.fin.§.vltima, ff.de donat. Bald.in d.l. manifeſtiſſimi col.1.Iaſ.in l.quoties poſt princ.C.de rei vendic. Tho.Ferrar.Cautel.48.ſi quis in principio.*

ARGVMENTVM.

Emptor ex quibus excludatur ab euictionis promiſſione.

Indemnitas promiſſa præſertim fideiuſſori,quid operetur.

Iuramentum in materia euictionis qualiter attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Emptor,vt ab euictionis actione excludatur,ſufficit,vt aliquo modo poſſit ei culpa imputari circa rei euictionem.*
Et quando potuit vſucapere,& neglexit,n.2.
Vel ſua culpa cecidit a poſſeſſione,n.3.
Aut fecit pactum,de non petendo,n.4.

5 *Res quando in iudicio euicta non eſt venditor, de euictione non tenetur.*
Quare opus eſt,vt res euincatur per ſententiam,n.6.
Et quidem legitimè,& quod præceſſerit debita litis denunciatio,n.7.
Ac viriliter ſe defenderit emptor,n.8.

9 *Emptor etiam quod litem fuerit proſecutus,ſi contumaciter abſit tempore latæ ſententiæ,de euictione non agit aduerſus venditorem.*
Primò declaratur procedere dummodò ſententia lata fuerit contra emptorem,ob eius contumaciam,& ex cauſa ipſius abſentiæ,n.10.
Secundò declaratur,ſi emptor ita fuiſſe verus contumax,vt propter eius contumaciam appellatio non ſit admittenda, num.11.
Limitatur,vt non procedat,ſi in eum quoque caſum fuit euictio a venditore promiſſa,n.12.

13 *Emptor eo ipſo quod fuit requiſitus,vt liti aſſiſtat, & fuit conſtitutus in mora, tenetur ad pœnam,& ad omne damnum,& intereſſe.*
Quo caſu,licet per eum agi non poſſit ex clauſula de euictione, ex quo res non fuerit euicta tamen agi poteſt ob rem non defenſam, maximè ſtante clauſula, rato manente pacto,n.14.
Quamuis non teneatur in ſe litem aſſumere, ſed ſolum aſſiſtere,& exhibere inſtrumenta,& teſtes,n.15.
Fallit hoc vltimum, ſtante promiſſione indemnitatis facta ad fauorem fideiuſſoris,n.16.
Ampliatur idem procedere,etiam ſi non fuerit promiſſa indemnitas, quia ſemper fideiuſſor eſt conſeruandus indemnis,licet dictum fuerit, n.18.
Extendens idem eſſe,ſi promiſſio fuit iurata,n.22.
Declaratur, vt tunc iuramentum operetur, & habeat vim ſpecialis expreſſionis, quando generalis oratio includeret cauſam de qua ageretur,n.23.

17 *Promiſſio indemnitatis,ac defenſionis,idem in vtroque operatur.*

18 *Promiſſio indemnitatis non efficit, vt agi poſſit contra promittentem,niſi poſtquam damnum,& intereſſe quis paſſus fuit.*
Intellige,vt n.20.

21 *Fideiuſſor: promiſſa indemnitas plenius interpretatur.*

24 *Promittens indemnitatem non teneatur defendere,nec ſuſcipere iudicium motum, quando damnum accidit culpa eius,ad cuius fauorem fuit promiſſa indemnitas.*

25 *Iuramentum nihil operatur,quia recipit eaſdem qualitates & conditiones,quæ in principali promiſſione adſunt.*

26 *Culpa vbi adeſt, agi non poteſt ad indemnitatem.*

27 *Iuramentum in materia euictionis operatur, quod non ſolueas in termino, cogi ad ſoluendum pretium poſſit, & ob periurium emptor perdit pretium, & venditor ab euictione liberatur.*
Contrarium habetur,n.28. & infra.
Prima tamen relata ſententia dicitur magis communis, & ſi dara,& in practica vix obtineat,n.30.

29 *Iuramentum non extenditur ad incogitata.*

Quæſt. XXXIV.

1 VT emptor ab euictionis actione excludatur, ſufficit, vt aliquo modo ei poſſit culpa imputari circa rei eui-

euictionem,Gloſ.in l.quod ſi nolit,§.ſi mancipium in ver.ad-
hibaerit,ff.de ædil.edict.Dec.conſ.74.ſub n.2. verſic.ſatis ad
prædicta.Tiraquell.de retract.lignag. in fine num.48. Gram.
conſil.ciuil.22.num.5.vt quando potuit vſucapere, & negle-
xit, l.ſi dictum,§.ſi cum poſſet,vbi Gloſ. ff.de euict. Caballin.
2 de euict.§.5.num.29. vel ſua culpa cecidit a poſſeſſione , l.ſi
3 rem quam , §.ſi duplæ,ff.de euict.Caballin.d.§.5.num.50.vel
4 fecit pactum de non petendo l. ſi mancipium in princ. ff.de
euict.Gloſ.in l.ſi controuerſia in Gloſ.fin.C eodem tit. Caball.
in d.§.5.n.50.verſ. dicimus nonus caſus eſt Gomeſ.variar.
reſolut.tom.2.de contract.capit.2.tit.de empt & vendit.ſub
num.43.verſ.decimus caſus , & eſt regula generalis. quod
5 quando res in iudicio victa non eſt venditor de euictione
non tenetur,l.non tamen, l. ſi ſeruum, cuius nomine , ff. de
euict.l.qui rem l.ſi cum quæſtio.C.eodem tit Surd.conſil.259.
6 num.23.lib.3.vnde opus eſt,quod lis ſuper re coram iudi-
ce mota ſit,& euictio per ſententiam ſecuta , l.vtique au-
tem,ff.de rei vendic.l.ſi pro re pupilli, §.ſi pro euictione, ff.de
euict.& obique Doctores. Imò nec ſufficit, vt in iudicio
7 ſequatur euictio,niſi legitimè fiat, & præceſſerit debita
venditori,vt abundè dixi in quæſt.4. & alibi ſæpè , & em-
8 ptor viriliter ſe defenderit,vt bene per Sard.conſ.15.num.
24.lib.1.& Menoch.conſ.87. num.80.lib.1. Nam etiam
quod emptor litem fuerit proſecutus , & contumaciter
9 abſit tempore latæ ſententiæ de euictione , non agit ad-
uerſus venditorem , eſt tex.in l.ſi ideo, ff.de euict. quem
adhoc dicit ſingularem. Bald.in l.1.num.18. Cod.de ſent.
& interlocut.omn.iudic. & magni facit idem Bal. in leg. ſi
quando num.10.C.de teſtibus,& in l.2.num.11.C.quibus res
iudic.non noce,& eundem tex.refert, & explicat. Marſil.
ſing.4. & plenius Andr.Alciat. regul.3. præſumpt.22.Go-
mez in loco praadmonito,Couar.variar.reſolut.lib.3.cap.17.
10 num.9.vbi addit id procedere,dummodo ſententia lata
fuerit contra emptorem propter eius contumaciam , &
ex cauſa ipſius abſentiæ, qua ratione, ſi emptor dum agi-
tur cauſa,ac de ea diſceptatur , fuerit in iudicio præſens,
& defenſiones diligenter deduxerit, & pro poſſe litem
fuerit proſecutus vſque ad concluſionem ipſius cauſæ,
quamuis tempore latæ ſententiæ fuerit abſens, & contu-
max , non ob id excluditur ab euictionis actione aduerſus
venditorem,cum licet emptor præſens fuiſſet,parum eius
præſentia profuiſſet eo tempore , quo nihil ab eo , quod
vtile eſſet ipſi cauſæ, fuit omiſſum , hancque ſententiam
amplexi ſunt Bart.in l.ſi ſuperatus,num.1. ff.de pignor.Saly-
cet.in l.1.C.de peric.& commodo rei vendi, in fin.Bald.in d.
l.ſi ideo,ff.de euict.Abb.in c.in cauſis,& in cap.pen.num.10.
extra de ſent.& re iud.Felyn.in c. cum Bertoldus, n.23. eod.
11 tit. qui hoc limitat non procedere , ſi emptor ita fuiſſet
verus contumax , vt propter eius contumaciam appella-
tio non ſit admittenda,ad trad.per Gl. & ſcrib. in Clem.
vnic.de dolo,& contum.

12 Sublimitatur dicta limitatio, vt ſibi non tribuat, ſi in
eum quoque caſum fuit a venditore euictio promiſſa ,
quoniam non obſtante emptoris contumacia, præſtanda
eſt ſecundum Specul.in tit.de empt.& vend.§. ſciendum, n.
37.quem ſequitur Alex.conſil.67.ſub n.5.verſ.tamen in ca-
ſu noſtro lib.2.Franc.Becc.conſ.106.n.2. Surd.conſ.441.nu.
39.lib.3.

13 Notandum præterea, quod eo ipſo quod fuit venditor
requiſitus,vt liti aſſiſtat, & fuit conſtitutus in mora , per
ea quæ habentur in l.qui Romæ,§.cohæredes, ff.de verb.obl.
& in l.fideiuſſor.in princ.ff.de fideiuſſ.tenetur ad pœnam ,
& omne damnum, & intereſſe , ex tex.l.Lucius, ff.de act.
empt.& habetur per Petr.de Anch.& Ioan.de Imol.in cap.
fin.extr.de empt.& vend.vbi concludunt , quod licet agi
non poſſit ex clauſula de euictione , ex quo res non fuit
euicta,tamen agi poteſt ob rem non defenſam, maximè
14 ſtante clauſula rato manente pacto,l.qui fidem, ff.de tran-
ſact.de qua quæſtione habetur in l.1.& ibi per ſcrib. ff.de
euict.& per Anan.& Bolognin. poſt Bart. ab eis adductum
conſ.31.

15 Quamuis non teneatur in ſe litem aſſumere , ſed ſolum
aſſiſtere,& exhibere inſtrumenta,& teſtes. Alex. in l.ven-
ditores,ff.de verb.oblig.

16 Fallit hoc vltimum ſtante promiſſione indemnitatis
facta ad fauorem fideiuſſoris , quia tunc eam promittens
tenetur non ſolum ad reſarciendum damnum , quod paſ-
ſus eſt fideiuſſor vna cum intereſſe, fructibus , & alijs de
quibus per Gloſ.Bart.& Alex.in addit. in l. quæro in princ.
ff.de locat.Ruyn. conſ.187.n.3 lib.1. Verum etiam debet li-
berare,a moleſtijs,& ſtatim ſuſtinere iudicium motum ,
cum idem ſit promittere indemnitatem,& defenſionem ,
17 vt vna cauſa veniat in conſequentiam alterius , ita nota-
biliter concludit Bart.in l.Pater.num.1. ff.de dot. prælegat.
vbi, quod eſt menti tenendum ,quia alibi non reperitur.
Pariſ.conſ.109.n 37.& 38.lib.1.& conſ.16.n.114.& 125.
lib.2.Alex.conſ.32 n.14.lib.4.Socin.ſen. conſil.70. in princ.
lib.3.Bal.in l.cum tibi num.2.C.de euict.& in l.ſi pro ea , nu.
13.poſt princ. verſ.interdum,promittit,C.mandati. Ruyn. d.
conſ.87.n.2.lib.1.Socin.iun.conſ.94. n.26. lib.3. Caualcan.
deciſ.9.n.10.Bertaz.clauſ.21.Gl.29.n.2.& clauſ.43.Gloſ.2.
propè finem .

18 Ampliatur idem procedere,etiam ſi non fuerit promiſ-
ſa indemnitas,quia ſemper fideiuſſor eſt conſeruandus ſi-
ne damno, licet nihil dictum fuerit, tamquam hoc ſit de
natura fideiuſſoris Bal.in l.in conſtitutionibus , C.de vſur.
Marſil.in rubr.de fideiuſſor n.193.q.26.& n.315. q.44. Pa-
riſ.conſ.104.n.12.lib.3.Bertaz.d.clauſ.43.Gl.1.n.1.

19 Nec mouere debet,quod ille, cui fuit promiſſa indem-
nitas , agere non poſſit contra promittentem niſi poſt-
quam damnum, & intereſſe paſſus fuit , iuxta conſilium
Alexan.conſ.199.lib.3.Petr.Caballin.conſ.170.num.33.lib.
1.Rota in Romana ſeu Bononienſ. vigintiquinque millium ſe-
ptima May 1601.coram R.P.D.Corduba impreſſ poſt tract.
Zacch.de oblig.Camer.deciſ.101. n.18. & in Romana Cam-
biorum 17. Decembris 1584. coram R P. D.Gypſio in im-
preſſis vbi ſupra,deciſ 20. num.11. Marthesan. de commiſ-
ſion.dilat. morat. cap.1. ſub numero 24. ad fin. Galleſſ. de
obligat.Camerali quæſt.32. numero 5.& ibidem Zacchi. nu-
mer.2.

20 Reſpondetur enim aliud eſſe fideiubere , aliud conſer-
uari indemnem,nam intelligitur in ſubſidium , ſi prin ci-
palis non eſt ſoluendo.Felyn.in c.ex reſcripto n.10.de iure-
21 iur.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.88.n.11.vbi latè adden.
n.11.& 12.quoniam aliud eſt in reo promittente,quo ſci-
licet eius fideiuſſor conſeruabitur indemnis , quia tunc
iſta promiſſio recipit pleniorem interpretationem,vt de-
clarat Bal.in l.ſi pro eo n.13.C.mand.Bertaz. clauſ.43. Gl.2.
ſub n.1.

22 Extende idem eſſe,ſi promiſſio fuit iurata, quaſi quod
tunc iuramentum vim habeat expreſſionis ſpecificæ , ac
ſpecialis,leg.cum Pater,§.filium Matrem,ff.de leg.2. Bal.in
leg.1.§.ſi quis ita,ff.de verb.obligat. & in l.ſciendum eodem
titul.

23 Quod tamen declaratur , vt tunc iuramentum opere-
tur , & habebat vim ſpecialis expreſſionis , quando gene-
ralis oratio includeret cauſam,de qua ageretur,cum alias
nihil per illud eſſet ampliatum,Bald.in l.1. de contron. feud.
apud Pares terminan.Bar.in l.ſed & ſi quis,§.quæſitum,vbi
etiam Ang.ff.ſi quis caut.in ſpecie Soc.conſil.70.num.6.libr.
24 1.qui concludit, quod promittens indemnitatem, non
tenetur defendere,neq; ſuſcipere iudicium motum,quan-
do damnum accidit culpa eius,ad cuius fauorem fuit pro-
25 miſſa indemnitas,& ideò in hoc nihil operatur iuramen-
tum,quod recipit eaſdem qualitates, & conditiones, quæ
in principali promiſſione adſunt,l.fin. C.de non numer.pe-
cun.l.fin.ff.ſi quis ſatiſd.cogat. cap. quemadmodum de iure
iur.Alex.conſ.114.n.2.lib.3.Parij.conſ.104.n.12. lib.3. qui
reſpon-

26 reſponderunt , quod ſtante culpa agi non poteſt ad indemnitatem.

27 Notandum tamen eſt vnum ſingulare, quod operatur in materia euictionis iuramentum ab emptore præſtitum, nempè, quod ſi vendidi tibi fundum pro centum, & me obligaui de euictione ad duplum,& mihi ſoluiſti quinquaginta, & reſiduum promiſiſti cum iuramento ſoluere certo termino, ſi demum non ſolueris , poteris cogi ad ſoluendum,& ob periurium perdes pretium, & ego venditor ab euictione liberabor, etiamſi poſt terminum ſoluas in ſpecie ſit notat *Mushesil. ſing.50. quem ſequuntur Iaſ.Dec.& Brun.relati à Rol.conſ.57.n.16.lib.1.& ſequitur Ant.Padilla.in leg.ſi quis maior.num.47. Cod. de tranſact. de qua reſcripſi in quæſt.199.num.35.& pluribus ſequentibus.*

28 Contrarium ſenſit *Guttierez de iure iuran.confirm. part. 1.cap.61 ſub n.20.verſ.* ſed certè his non obſtantibus, vbi ait,dictam opinionem ſibi nunquam placuiſſe, quia actus agentium non debent operari vltra eorum mentem , ac intentionem,vt in *l.non omnis,§.1.cum ſimil.ff.ſi cert.petat.* At emptor iurans ſoluere pretium ſeu illius partem ad certum tempus,eius tantum mentis fuiſſe videtur, vt certior ſit venditor de ſolutione ad tempus conſtitutum facienda , & non vt amittat actione de euictione , de qua amittenda non eſt actum, nec cogitatum tempore iuramenti, & cum nondum nata eſt actio euictionis, de ea priuari emptor non debet ob non ſolutum pretium tempore ſtatuto in contractu, ſi tamen poſtea ſoluat, ex quo
29 iuramentum non extenditur ad incogitata, *l.qui cum tutoribus,& l.qui cum Aquilana,ff.de tranſ.Rol. conſ.6. n.28. & 52.lib.1.Guttierez , qui id comprobat , & contrarijs reſpondet,d.c.61.n.21.& ſeq.*vbi eiuſdem opinionis citat *Didac.Couar.de pact.in 6.in prima par.relect.§.4.ſub n.5. verſ.* qua ratione,qui dicit,falſam eſſe opinionem *Mutheſil.iudicis,vt dixi in d. quæſt.199.* magis communiter ſequatur, & quidem dura nimis videtur eius ſententia, quæ in practica vix obtineret.

ARGVMENTVM.

Quid quando defunctis facit pactum, quod non teneatur de euictione.

Pater quando ſit legitimus adminiſtrator bonorum filij.

Et quando valeat rem filij aduentitiam alienare,ſine decreto.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt rem ſuam à defuncto alienatam vendicare,etiam ſtante pacto, quod de euictione non teneretur.*
Declaratur procedere in hærede extraneo, n.2.
3 *Filius cui relictu eſt legitima , poteſt fundum ſuum a patre alienatum vendicare, ſtante pacto,quod vendens non teneatur de euictione.*
Contrarium n.4.& ſeq.
5 *Filius hæres repellitur a vendicatione, etiam vbi defunctus de euictione non tenetur.*
Primò ampliatur procedere quoque in præiudicium ſuæ legitimæ,n.6.
Cuius ſententia practica oſtenditur, n.7.
Secundo ampliatur etiamſi inuentarium confectum ſit, n.8.
Et hac ſententia ſequenda dicitur, n.9.
Primò declaratur , vt procedat reſpectu emptoris ſecus reſpectu cohæredum , n.10.
Secunda declaratur procedere, quando filius patris ſucceſſit vniuerſaliter in tota hæreditate , vel in quota ſecus in re certa n.11.
12 *Hæres repræſentat perſonam defuncti actiuè, & paſſiuè, & illius factum præſtare cogitur.*
Primò declaratur,n.13.
Secundò declaratur, n.15.
14 *Pater,ſi eo viuente filio donauit , & poſt donationem fecit fideicommiſſum , filius non poteſt contra factum patris venire.*
16 *Filius hæres patris non poteſt alienationem factam a patre de re ſua vendicare.*
17 *Legitima debetur ab auo nepotibus , etiam quod mater renunciauerit.*
18 *Renunciatio de ſui natura habet tacitam conditionem,ſi hæreditas deferatur,& rebus ſic ſtantibus.*
Ampliatur , vt etiam locum habeat in iure de nouo ſuperueniente,n.19.
20 *Vaſſallus ſi renunciat alteri vaſſallo feudum , vel emphyteuſim,iſque poſtea ſine liberis deceſſerit , non prohibetur vaſſallus renuncians ſuccedere.*
21 *Renunciatio,ſicut non obſtat renuncianti,ita nec eius hæredibus.*
22 *Pater legitimus adminiſtrator poteſt alienare bona filij abſque decreto,ſecus,quando non eſt vſufructuarius.*
23 *Pater in his,in quibus non habet vſumfructum,non eſt legitimus adminiſtrator.*
24 *Pater non tenetur reddere rationem de rebus filij,nec facere inuentarium.*
Fallit,num.25.

Quæſt. XXXV.

1 PRæcedentis quæſtionis materiam vtilius differens, quæro,an ſi defunctus alienauit rem hæredis, hoc pacto, vt de euictione non teneatur , vel donauit eo modo, & forma,qua donans de euictione non tenetur, vel etiam emptor ſciuit, rem eſſe alienam, hæres vendicare poterit rem ſuam,& ita contra factum defuncti venire.

Et quidem vt dixi,*Gl.in l.cum a matre tei vend.* concludit quod non quam communiter teneri dixerunt *Alex. & Iaſ.Rodet.Suarez in repetit.l.quoniam in prioribus. Ampliat.7.ſub num.15.verſ.ſecundo eſt ibi gloſ.*expreſsè approbata de communi *Soc.ſen.in l.4.§.Cato.num.221.ff.de verb. oblig.Tiraq.de tetract.lignag.Gloſ.9.§.1. num.47. Ant. Pinell.in l.1.par.3.ſub num.79.C.de bon. mater.* quia licet eſſet regula l.vendicentem , nempè, quem de euictione tenet actio:tamen reſiſtit altera,videlicet, ex qua perſona lucrum ſentio de qua in *l.ex perſona , ff.de regul.iuris.* Et
2 hæc conditio abſque difficultate procedit in hærede extraneo.

3 Quid autem cenſendum in filio hærede , qui ex patris hæreditate habet tantum legitimam , alia , & maior eſt difficultas, in qua præter ſcripta in ſupradicta quæſtione magna defecerunt ingenia, vt dixit *Fulg. in l.fin.in computatione,C.de iur.deliber.vbi Bart.* exiſtimauit filium ſalua legitima fundum ſuum alienatum poſſe repetere , ſic intelligendo *Glo.ibi de communi ſectatur Boer. deciſ.23. ſub num.13.ad fin.* magis communem , & continere meram veritatem dixit *Aiciat.conſil.559.incip.* teſtamento, eamdem aſſerit communem *Nicol.Areiat.in leg. generaliter, num.125.verſic.ſaluari tamen poteſt,ff.de verb.oblig.*addens non eſſe ſani capitis , recedere ab hac ſententia ob fantaſiam ſolius *Iaſonis,contrarium aſſerentis in d.§. in computatione,refert,& ſequitur Rol.a Vall.in tract.de inuent.part.4. ſeu quæſt. quid ſi Pater num.10.* Non enim tunc filio propter pactum obſtat exceptio. Quem de euictione tenet actio:neque regula,ex qua perſona lucrum capio , quoniam

Digitized by Google

niam vt prædixi,legitimâ detrahitur,& capitur,vt æs alie-
num,& non lucrum,latè *Ant.Pinell.de bon.mater. part.3.*
num.80.dixi in tract.de imput.quæſt.131.num.4.& alibi in
eod.tract.

4 Contrarium, quod imò ſi nec pater, nec filius de eui-
ctione tenerentur,attamen filius repellatur a vendicatio-
ne rei ſuæ,etiam reſpectu legitimæ, eſt *textus clarus in d.l.*
cum a matre,C.de rei vendic.& ibi per Gloſ. vbi filius hæres
repellitur etiam vbi de euictione non tenetur defunctus.
5 Non ergo nobis licet occaſione legitimæ contrarium aſ-
ſerere,quoniam filio euinci poteſt legitima,*l.ſcimus,* §.1.
C.de inoffic.teſtam.& tradunt Cyn.Bart.Bal.& Paul.de Ca-
ſtr.in d.§.in computatione, vbi in ſpecie Bal.dicit, quod
etiamſi nec pater,nec filius tenerentur de euictione,quod
nihilominus filius repellatur a vendicanda re ſua, probat
*Pinell.in dict.part.3.ſub num.*80.vbi dicit Bart.opinionem
reprobari ab omnibus Doctoribus uſque ad ſua tempo-
ra; qui licet primam partem defendere conetur, non ta-
men recidit ab hac ſententia, dum voluit emptori dari
regreſſum contra hæredes pro ſuo intereſſe rei euictæ,
etiam in præiudicium legitimæ, ſecutus eſt *Suarez in dict.*
l.quoniam in prioribus ampliat.7.ſub numer.15.ad fin. ver.
concluſiuè igitur teneo; inquiens, quod hæc eſt vera, &
communis veritas, quod etiam reſpectu legitimæ filius
hæres obligatur ſtare contractui paterno,etiamſi eſſet ca-
ſus, quod pater non teneretur de euictione, & per conſe-
6 quens repellatur a re ſua vendicanda; ideoque menti te-
nendum, quia quotidie in practica verſatur. Eandem
opinionem dicunt communiter teneri Addent. *ad Bar. in*
d.§.in computatione ver.tantum,litera D.& eam pariter di-
cit communem *Natt.conſ.214.ſub n.4.* vbi tradit practi-
7 cam nempè fundum æſtimandum eſſe, & ſecundum illius
æſtimationem fieri compenſationem cum bonis æquiua-
lentibus hæreditatis paternæ, quæ penès filium hæredem
reperiuntur etiam ſub nomine legitimæ,ſiue inuentarium
confectum ſit,ſiue non refert,ac ſequitur *Phanuc. in tract.*
8 *de inuent.par.5.num.70.*addens,quod maior pars Docto-
9 rum ſtant pro hac opinione,& eam eſſe ſequendam, ne-
dum, quia eſt communis ſed etiam quoniam eſt vera in
iure,& altera eſt falſa,cum qua ego tranſeo, præſertim
per ea quæ in ſpecie dixi in præcedenti quæſt.*num.26.&*
ſeq.

10 Primo declaratur dicta concluſio vt procedat reſpectu
emptoris, vt nempè filius in illius præiudicium conſequi
non valeat fundum a patre venditum,& legitimam ſimul,
ſecus vero reſpectu cohæredum, legatariorum, vel ſimi-
lium,ſecundum *Gl.in d.l.cum a matre*, & neminem con-
tradicere reſtatur *Phanuc.in d.tractat.de inuentar. p.5.* ex
quo legitima debetur filio ære alieno deducto, *l.Papinia-*
nus, §.quarta, ff.de inoffic.teſt.cum vulg.& tantum abeſſe
debet de legitima filij, quantum eſt pretium fundi cuius
denegatur vendicatio.

11 Secundò declaratur,vt locum habeat,quando filius pa-
tri ſucceſſit vniuerſaliter in tota hæreditate, vel etiam in
quota ipſius hæreditatis, ſecus vero, ſi inſtitutus ſit in re
certa pro ſua legitima, ſeu in quota bonorum pro ſua le-
gitima, dato cohærede vniuerſali, vt dixi in præcedenti
quæſtione *n 9.*& 15. quia tunc dicitur eſſe loco legatarij.
12 Ex prædictis infero,quod hæres repræſentat perſonam
defuncti,actiuè, & paſſiuè, & illius factum præſtare cogi-
13 tur. Quod equidem procedit,quando diſpoſitio,ſiue fa-
ctum defuncti de iure validum eſt, neque reſiſtit iuris di-
ſpoſitioni,vt ſcribunt communiter Doctores in *d.l.cum a*
matre indubitatam,& claram concluſionem dixit *Rol.cõſ.*
71.n.82.lib.2.poſt Pariſ.cõſ.24.lib.2.& ideo ſi pater eo vi-
14 uẽte filio quid donauit,in caſu, quo donatio inter patrẽ,
& filiũ conſiſtat, & poſt donationem filios hæredes inſti-
tuat,& in rebus donatis fecit fideicommiſſum,filius non
poteſt contra factum, ſeu patris diſpoſitionem venire, vt

ex communi voluit *Pariſ.conſ.33.num.79.lib.1.*
15 Declaratur quoque ſupradicta concluſio,quando ven-
ditio reſpectu tertij inualida eſt, dummodo valeat reſpe-
ctu contrahentium,ita vt in perſona vendentis ius,& obli
gatio ſit formata, quoniam tunc hæres quoque in iure, &
obligatione formata in perſona defuncti eius perſonam
repreſentat, & quemadmodum ipſe defunctus contra fa-
ctum ſuum venire non potuiſſet,id quoque non permitti-
tur hæredi,vt tradunt *Doct.in d.l.cum a matre, & Alex.*
conſ.3.lib.5.& Rolan.conſ.6 n.15.lib.3.
16 Ex quo vltimo infertur,quod ſupra diximus, nempè,
quod ſi pater alienet rem filij aduentitiam contra legis
prohibitionem,quamuis filius non factus hæres patris re-
uocare poſſit, tamen ſi patri ſit hæres, non poteſt venire
contra factum defuncti,quia nec pater contrauenire poſ-
ſet, per *Gl.in d.l.cum a matre*, quàm communiter appro-
batam dixit *Suarez in d.l.quoniam in prioribus, ampl.7.n.*
6.& Pinell.in d p.3.n.79.Natt.d.conſ.214.n.4. Phanuc.de
inuent.p.5.n.70.& tenent alij, de quibus ſupra in ver. Con-
trarium.
17 Sed nunc obiter quæro numquid, quæ ſupra diximus
de alienatione a patre facta de re filij, cum filius contra-
uenire non poteſt,locum habeat in renunciatione, vt pu-
tà Filia aliquo accepto dote videlicet,vel legitima,renun-
ciauit bonis paternis, an ea præmortua patri illius filij le-
gitimam conſequi valeant ex bonis aui.

Et reſpondetur affirmatiuè, licet enim regulariter re-
nunciatio præiudicet hæredi renunciantis,quoad ipſum
ius renunciantis, aliud tamen decernitur quoad ius pro-
prium ipſorum nepotum,qui iure proprio ſuccedunt, ita
Bartol.in leg.qui ſuperſtitis, ff.de acquir. hæred.de communi
Alex.& Dec.in l.pactum quod dotale,Cod.de pact. Dec.con-
*ſil.281.Gozadin.conſil.75.Aym.conſil.84.*vbi dicit, ita in
practica ſeruari.*Rol.conſ.11.num.7. lib.1.* Nam filia ſolum
ius ſuum renunciaſſe cenſetur, & renunciatio de ſui natu-
18 ra habet tacitam conditionem, & ſi hæreditas ſibi fuerit
19 delata, & rebus ſic ſtantibus, ita quod nec etiam huiuſ-
modi renunciatio extendatur ad ius ipſius renunciantis
de nouo ſuperueniens. Quare ſi vaſallus renunciet alteri
20 vaſallo feudum,vel emphyteuſim,iſque poſt ea ſine liberis
deceſſerit, non prohibetur vaſallus renuncians in feudo,
vel emphyteuſi ſuccedere,ea ratione, quia ius de nouo ſu-
perueniens per obitum alterius, renunciatum non cenſe-
tur,ad hoc eſt *Gl.communiter recepta in cap.1.titul. Lothar.*
Imper.ſecundum Soc.conſ.50.n.6.lib.1. de magis communi
teſtatur *Soc.iun.in l.qui Romæ, §.duo fratres num.138.ff.de*
verb.oblig.ſequitur Phanuc.de inuentar.p.7.n.234. & ſicut
21 hoc caſu renunciatio non obſtat renuncianti,ita nec eius
hæredibus,quominus nedum ex iure proprio,ſed etiam
ex perſona patris obtinere poſſit, dicta renunciatione
non attenta.
22 Præterea quæritur,an quando pater eſt vſufructuarius,
poſſet alienare bona filij ſine decreto?& dicitur quod ſic,
quamuis ſecus decernatur, quando non eſt vſufructua-
rius.*Bal.in l.1.ſub num.1.verſ.ſed dubium,ff.de reb. eorum,*
qui ſub tut.vel curat.ſunt,& in l.Præſes Prouinciæ ſub num.
8.vbi Iaſ.num.2.& ſeq.qui de communi, C. de tranſact.Co-
*uar.var.reſolut.lib.1.cap.8.num.6.*latè *Tiraq.in l.ſi vnquam*
in præfat.n.27.& ſeq.C.de reuoc. donat. plures diſtinguit Si-
moncell.de decret.lib.3. tit.6. inſpectione prima latius Ioan.
de Caſtill.de vſufruct.cap.3.numer.65.& ſequ. vſque ad 75.
vbi diſtinguit ſex caſus,& habentur plura per *Paſchal. de*
23 *Patria poteſtat.part.1. cap.2. numer.5. & ſeq.* Ratio eſt
quia in iis,in quibus pater non habet vſumfructum, non
eſt legitimus adminiſtrator, ſed habetur loco extranei
Burſatt.conſ.133.num.30.Menoch de recuperand.poſſeſſ.re-
med.9.n.86.cum alijs per Paſchal.de Patr.poteſtat. part.1.
d.c.2.n.84.de quo videas Caſtill.d.c.3.n.59.& ſeq. & idcir-
cò, quamuis pater regulariter non teneatur reddere ra-
tionem,

Digitized by Google

tionem, nec conficere inuentariam *Myſinger obſeru. 93.*
34 *Cent.2.cũ relatis à Paſchal.d.c.2.n.82.* Fallit tamẽ quoad bona,in quib. pater non habet vſumfructum, quia de illis
35 tenetur rationem reddere, & inuentarium conficere, ſicut cæteri tutores *Gutierez in tract.de tutor.p.3. c.1 .n. 24. Munoz.de ratiocin.c.3.nu.23. Paſchal d.c.2.num.83.*penes quem alij habentur.

ARGVMENTVM.

Venditione facta cum promiſſione de euictione, ſub obligatione bonorũ præſentium, & futurorum, an, & quando ſecuta euictione prædij venditi, emptor agere valeat pro eius indemnitate ad bona poſt alienationem quęſita, ac deinde alienata.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio, & promiſſio de euictione ob incertitudinem diei, dicitur conditionalis.*
2 *Euictionis promiſſio, & obligatio, vt effectum habeat quæ debeant concurrere,remiſſiuè.*
3 *Bona obligata, & hypothecata cum clauſula conſtituti ſi in alium transferantur, tranſeunt cum onere ſuo.*
4 *Terminus a quo,habilis debet eſſe in eſſentia.*
5 *Fictiones plures circa idem concurrere non poſſunt.*
6 *Retrotractionem impedit inhabilitas.*
Sed videas,n.7.& ſeq.
7 *Conditio purificata,habetur tamquam pura.*
8 *Conditio poteſtatiua, quando retrotrahatur ad diem contractus.*
9 *Conditio vbi eſt caſualis, vel mixta, retrotrahitur ad diem contractus, non obſtante quod pendente conditione alter fuerit ius quæſitum.*
10 *Conditio caſualis,vel mixta retrotrahitur in præiudicium illius, qui medio tempore ius acquiſiuit, quando ſumus in contractibus.*
Vbi etiam habetur,qualiter id intelligitur.
11 *Creditor primus præfertur ſecundò etiam in bonis quæſitis per debitorem, quamuis poſtea alienatis.*
12 *In conditio caſuali ſpectatur initium, & non tempus, quo conditio extitit.*
13 *Conditio caſualis retrotrahitur propter ius quæſitum, quod attenditur,licet ſit conditionale,ſed ſecus eſt in poteſtatiua & num.14.*
15 *Conditio in legatis, quando retrotrahatur, & numero 16. & 17.*
18 *Conditio retrotrahitur,quoad hypothecam tantum, & non quoad translationem dominij.*
19 *Emptor, licet agere non poſſit de euictione, re nondum euicta,agit nihilominus, vt libera tradatur.*
20 *Bona vbi pignori ſunt obligata pro indemnitate alicuius, hypotheca non oritur, niſi euictio fuerit ſubſecuta.*
Fallit, ſi ab initio contractus principalis ob aliam cauſam hypotheca generalis oriri poſſit,n.21.

Quæſt. XXXVI.

OBITER nunc pulchra ſe offert quæſtio, an ſi Titius vendidit prædium, & promiſit de euictione, & legitima defenſione, cum obligatione bonorum præſentium, & futurorum, & deinde aliud prędium acquiſiuit, quod alienauit, & poſtea ſequatur euictio primi prædij venditi, emptor agere valeat pro eius indemnitate ad prædium poſt dictam alienationem quæſitum,ac poſtea diſtractum. Et reſpondendum videtur, quod non.

1 Quoniam obligatio, & promiſſio de euictione ob incertitudinem diei,quo caſus euictionis contingere poſſet, eſt conditionalis, *l.1.& l.hæres meus, ff.de cond.& demõſt. l.ſi cum hæres,ff.quan dies leg.ced. Bart. Alex. & poſteriores in l.ſi conſtante, §.1.ff.ſoluto matr.* atque ita effectum habere non poteſt,niſi duo extrema concurrant, videli-
2 cet terminus à quo, & terminus ad quem, hoc eſt, quando venditor in iſtis duobus terminis, primò ſcilicet contractæ obligationis,ſecundò motæ litis,reperiretur habere tale ius in bonis contentioſis, quodq;ea obligare potuiſſet pro euictione, ac defenſione bonorum venditorũ, ad *Bart.Doctrinam in leg.ſi ss.qui pro emptore nu.28.38. & 52.ff.de vſucap.& in l.quoties,ff.de nouat. Dec.in l.contractus lim.6.ff.de reg.iur.in ſpecie Bal.in l.qui balneum,§. Titia prædium in prin.ff.qui potior.in pignor. hab. Rip.in l.priuilegia,n.42.ff.de priuil.credit.Curs.iun.conſ.76.num.5. Gozad.conſ.26.Grat.conſ.69.n.11.lib.1. Maluaſ.conſil.99.n.5.* qui alios adducit.

3 Neque his refragari videtur, quod obligatio, & promiſſio facta fuerit,nedum de bonis præſentibus,ſed etiam futuris, & fortè cum clauſula conſtituti, quæ in alium ſi transferantur, cenſentur transferri cum onere dictæ hypothecæ, *l.ſi.debitor, C.de diſtraction.pignor. capit.ex literis de pignor. Neguſant. de pignor. membr. 3. par. 3. numero ſecundo.*

Reſpondetur enim contrarium facilè concedi poſſe procedere in bonis præſentibus, in quibus verificatur terminus ad quem,cum eadem bona obligationis tempore in bonis eſſent debitoris.

At non ſic dici poſſe videtur de bonis futuris, quæ nec tempore obligationis, nec cedentis conditionis, ſed tantum medio tempore fuerunt ipſius venditoris, & ſic quilibet terminus ad fictionem retrotrãſlatiuam neceſſarius
4 deeſt,maxime terminus à quo, qui habilis debet eſſe in eſſentia, ſecundũ *Bart.in d.l.ſi quis pro emptore n.52. & in d.l.quoties,Gomez var.reſ.tom.2.c.11.ſub n.30. verſ.3.principaliter limit.Dec.conſ.247. Neguſant.de pign.memb.2.p.5.n.41.Grat.d.conſ.69.ſub n.11. Rota deciſ.728.nu.13.p.1.in nouiſſimis.*

Nec minus obſtare videtur, quod ſi non adeſt habilitas termini à quo, id acciderit culpa, & facto debitoris, ſeu venditoris ſe obligantis, in cuius poteſtate eſſe non videtur,vt faciat deficere dictum terminum a quo iuxta *Pariſ.conſ.11.n.72.& ſeq.lib.1. Gabr.conſil.141.n.8.lib.1.& Maluaſ.conſ.99.n.21. & 27.*

Quia reſpondetur *Pariſ.& Gabr.*loqui in bonis, quæ quis habebat tempore obligationis,quę debitor impedire non poteſt, vt non tranſeant cum hypotheca, & onere affecta, & in eis verificatur terminus ad quẽ qui ſatis eſſe videtur, vt quãdo res adeſt tẽpore cedentis conditionis, quãuis res peruenerit ad manus alienas, *d.l.debitor.*cũ cæteris præallegatis, quod in bonis futuris omninò ceſſat, cum ea ita demum obligata cenſeantur per debitorem ſub conditione,ſi ſua erunt,ſub qua conditione,& nõ aliter dicta obligatio ſubſiſtit, cum ſit de re aliena, *arg.l.Stichum,ff.de l.1.l.cum res,C.ſi res alien.pign.dat.ſit,* cum alijs per *Bart.conſil.46.num.12. libr.1.* Quare,ſi in præſenti daremus hac retrotranslationem ad fauorem illius, cui bona futura generaliter fuerunt obligata,& hypothecata neceſſarium fatendum eſſet,quod in eodem ſubiecto vno & eodem tempore concurrerent duæ fictiones. Prima, quod res aliena fingeretur à principio vera, ſecunda

Digitized by Google

quod tunc fingeretur obligata eſſe,cum,& ipſa obligatio
5 ſit conditionalis,contra *l.1.vbi ſcribentes notant,C.de dot. promiſs.* qua prohibetur plures fictiones circa idem concurrere,probauit *Soc.conſil.41.ſub num.52.verſ.confirmatur lib.4.*

Ex quibus ceſſare videtur ratio , & æquitas à Pariſ. conſiderata, quæ circa bona futura nequaquam conſiderari poteſt,ſicut circa bona præſentia obligata.Quinimò magnum ex ea ſequeretur inconueniens,nempè quod ſit in poteſtate,debitoris poſt factam obligationem vni conditionaliter,alteri puté concedere.

6 Comprobatur hoc ex *Specul.in tit.de oblig.§.1.n.31.& 36.*dum inquit,quod ſi Titius obligauit rem meam,quam ego poſtea obligaui, & deinde obligationem,quam fecit Titius,ratam habui,non is,cui primo facta extitit obligatio a Titio,ſed is,cui ſecundo loco obligaui, potior erit , quia ratificatio mea retrotrahi non poteſt in præiudiciũ veri creditoris,cum ratihabitionis tempore res illa non reperiatur in eodem ſtatu , & huius ſententiæ videntur fuiſſe præter ſupradictos *Dec.conſil.247. Gozadin.conſilio 28.n.37.Gabr.conſil.186.n.16.lib.1.Corne.conſil.173.n.27. libr.2.Ceph.conſ.617.& conſ.618.libr.5 Curt.iun.conſil.76. n.5. Hier.Grat.d.conſil.69.n.51. Ripa in d.l.priuilegia n.42. & ante hos Bald.in d.l.qui balneum, §.Titia cum alijs ſuperius citatis.*

Cõtrarium tamen verius eſſe crediderim,nempè quod ſubrogatio prædij per venditorem acquiſiti poſt primam alienationem factam , & ante euentum caſus puta fideicommiſſi per eundem venditorem alienati , illud ſubrogando loco bonorum fideicommiſſo ſubiectorum , & alienatorum, nullum præiudicium afferre potuiſse, ſeu poſse primo emptori, cui pro euictione, ac defenſione fuerunt per venditorem obligata omnia eius bona præſentia & futura.

Nam dato quod in propoſito ageretur de obligatione conditionali.

Diſtinguendum tamen eſt,quod aut conditio purificata fuit antequam bona hypothecarentur alteri , & tunc agi poteſt ad dicta bona , & creditor ille , cui primo fue-
7 runt hypothecata potior erit, quia conditio purificata habetur,tamquam puta,*l.fin.§. Titius,ff.de vulg. & pupill. & ibi notatur.Pariſ.conſ.11.n.84.& infra lib.1.Soc.iun.qui in eodem caſu cum Pariſ.licet pro contraria parte reſponderit conſ.94. n.2.lib.2.*

Aut conditio fuit purificata poſt hypothecám ſecundo loco factam,& tunc eſt ſubdiſtinguendum.

Aut conditio erat poteſtatiua ex parte debitoris tantum, & tunc potior eſt ſecundus creditor, cui pendente conditione bona fuerunt puté hypothecata iuxta caſum
8 *in l.potior in primo reſponſo,ff.qui potior in pigno. habeant.* vbi puta Titius conuenerat cum Seio de mutuo ſibi faciẽdo, & de hypotheca rei , poſtea Titius accepit pecuniam ab alio,& hypothecauit bona deinde ab illo primo accepit pecuniam;dicitur iſtum poſteriorem eſſe,quia erat in poteſtate debitoris non accipere pecuniam, & ita conditio eſt poteſtatiua,quæ ideo non retrotrahitur. Et aduertendum, quod in dicto text.res hypothecata erat in bonis debitoris tempore hypothecæ , & tempore iudicij, vt ibidem clarè legitur,& iuxta prædicta procedit illa concluſio , quod conditio poteſtatiua retro non trahitur ad
9 diem contractus, *dicta l.qui balneum primo reſponſo à contrario ſenſu,ff.qui potior.in pignor.habean. vbi Bald. Pariſ. dicto conſil.11.numer.69. & ſeq. Gabr.conſ.141.numer.8. Marcabrun.conſ.31.numer.20.Rota deciſ.728.num.3.par.1. in nouiſs.*

Hæcque concluſio eſt vera , vt dictum in conditione poteſtatiua ex parte debitoris tantum, vel debitoris , & creditoris ſimul,ſecus ſi ſolum ex parte creditoris . *Rota d.deciſ.728.*

Aut conditio eſt caſualis, vel mixta, & tunc dicitur illum eſse potiorem cui primo fuerunt hypothecata bona & ſi conditionaliter , quo in caſu conditio retrotrahitur ad diem contractus,non obſtante,quod pendente conditione alteri ius acquiſitum fuerit , vt in ſpecie loquitur , *d.l.potior in primo reſponſo , ff.qui potior.in pignor. habeant.* arguendo à contrario ſenſu,& etiam in ſecundo reſponſo . Vbi ſi res conditionaliter hypothecata fuerit vni , & pendente conditione hypothecata fuerit alteri , deinde prioris ſtipulationis ex iſta conditio illa retrotrahitur ad diem contractus,& potior eſt ille primus creditor conditionalis , hoc ſuppoſito , quod res hypothecata ſemper fuerit in bonis debitoris, & eodem pacto procedit *l. 1.ff. eodem,& l.qui balneum,§.amplias,* vbi ſunt caſus, & huius retrotranslationis ea eſt ratio , quoniam vtrumque extremum concurrit, quod eſt neceſſarium pro fictione retrotranslatiua à quo,& ad quod,*Bar.in dicta.l.ſi is,qui pro emptore num.3.8.28. & 52.ff.de vſucap. & in dicta l.quoties, ff.de nouat.Dec.in l.contractus , 6 limitat.ff. de reg.iur.* Nec mirum , ſi vtroque tempore res reperiatur in bonis debitoris, id concedatur .

10 In his quoque terminis procedit quod dicitur , conditionem caſualem, vel mixtam retrotrahi in Præiudicium illius,qui medio tempore ius acquiſiuit,quando ſumus in contractibus. *Soc.ſen.conſil.41. numer.22. & ſequentibus libr.quarto de communi Negaſaut.de pignoribus.membr.1. 5.part.princip.numer.11. ad 19. Pariſ.dicto conſil.11. numer.62. Gabr.dicto conſil.41. numer.8.& 9. ſecus autem in teſtamentis, & legatis, per text.in dicta l.is cui,ff.de action. & obligat.& in leg.prima, § ſerui.ff.ad Syllan.Bart.in dicta leg ſi is , qui pro tempore . Socin.dicto conſilio 41. numero vigeſimoquarto vbi de communi Neguſaut. in loco proximè citato,dicto num.19.& ſeqq. ſecundumque tamen dicam infra num.15.*

Hocque iure merito conſtitutum eſt,præcipuè in contractibus, quia cum res conditionaliter obligata non perierit,nec eſſe deſierit , & conditio fuerit purificata , ſeu impleta,nimirum ſit trahitur ad tempus celebrati contractus, & fictio translatiua procedat , & ſic dominium rei conditionaliter obligatæ in alium translatum ſit dicta obligatione, & hypotheca affectum , vt purificata conditione,is ad cuius fauorem facta fuit dicta obligatio, prior ſit altero, in quem poſt dictam obligationem res translata fuerat , *d.l.1.ff.qui potior.in pignor.hab vbi Bart.& d.leg. qui balneum, vbi Bald.ff. eodem & dict l.potior eodem titul. vbi Bart.in ſummario att, & hic text* loquitur, quando interim fuerat tertio ius quæſitum , facit *tex.in l.Titius, vbi Bar.ff.quæ res pignor.obligat.poſſeſſ.l.ſeruus pignori,ff.de leg. 1.Bar.& Iaſ.numer.2. verſic.ſecundo limita , & cæteri ſcribentes in leg.ſi filiusfam ff. de ver.oblig.* eam diſtinctionem amplectitur *Gloſ.in cap.ſi pro te , in ver.ſi ad id de reſcript. in ſexto & in Clement. 1. in ver. executionem de conceſs. præben. Paul.de Caſtr. in leg.quidam cum filium , ff.de verb. oblig.Berous conſil.46.numer.15.& ſequenti,vbi de communi , & conſil.54.lib.1.& conſ.45.numer.4.lib.2.latè Pariſ. d.conſ.11.lib.1.Maluaſ.d.conſil.99. Barſat.conſil.45.num.1. & ſequentibus lib.1.cum alijs per Menoch.conſ.861.numer. 37.ad 43.lib.9. plenè Cardin Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib 14.& 46.num.19.& infra,*vbi dicit,quod ita reſoluit *Rota coram Cardinali Seraph.in Romana militia,ſeu pe-*
11 *cuniaria.12. Decembris* 1682. In quo caſu caſuali in quæſtione propoſita verſamur , & propterea non eſt quod nos retrotrahere debeat , quin reſoluamus, retrotractionem fieri poſſe,ac debere ad diem contractæ hypothecæ, & obligationis , ita quod bona poſtea acquiſita quamuis
12 alienata huiuſmodi onere fuerint affecta : etenim in hac conditione caſuali ſpectatur initium,& non tempus, quo conditio exiit.*dict.leg potior.§.videamus , & dict.leg.qui balneum , ff.qui potior.in pignor.habeant.* Idque communiter

niter tenetur, vt per *Pariſ. dict. conſil. 11. numer. 163.* quo fit, vt adimpleta conditione, idem fit, ac ſi purè, & abſque conditione actus fuiſſet à principio celebratus, vt vbi ſupra per *Pariſ.*

13 Differentiæ autem ratio inter iſtas conditiones præter dictas ſupra, ea eſt, quoniam in caſuali dicitur quęſitũ
ius, quamuis conditionaliter, nec ideò mirum, ſi conditio.
ne exiſtente retrotrahatur, & primus ſit præferendus ſe-
cundo poſteriori: quod non accidit in poteſtatiua, quæ
à voluntate debitoris pendet, ita quod non dicatur fa-
14 ctus aliquis contractus, ſed potius habitus tractatus de
ineundo, nec idcircò trahitur retro. ſic *Gloſ. in Clement.*
prima in ver. executorem de conceſſ. præben. per quam iſta
melius declarari, quam per legiſtas, inquit *Paul. de Caſtro*
in l. quidam cum filium in fine, ff. de verbor. obligat. Socin. d.
conſ. 41. poſt princip. libro quarto Neguſ. de pignor. par. 5.
memb. 2. ſub num. 10. Menoch. conſ. 851. num. 39. ad 43. libr.
9. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 14. tit. 46.
num. 19. & 20.
15 Quæ ſibi tribuunt non ſolum in contractibus, ſed etiã
in legatis; nam licet in eis conditio non retrotrahatur in
eorum præiudicium, quibus medio tempore fuit ius
quæſitum, vt per *Neguſant. de pignor. 5. memb. ſecundo ſub*
16 *numero 10. verſic. ſed licet ita ſit in contractibus*; tamen
17 iſta locum habent in quantitate legata, at ſecus quando
certa bona legantur, quia tunc conditio retrotrahitur
ad hoc, vt illa poſſint à tertio recuperari, vt io ſpecie
cenſuit *Rota in Florentina, ſeu Pariſienſ. pecuniaria 6.*
Nouembris 1615. coram Reueren. Patre Domino Coccino Decano, & eſt deciſ. 760. ſub numer. ſexto par. 2. in recentioribus.

Non obſtat Specul. in loco præallegato pro contraria parte, non enim is loquitur in ſpecie, de qua agitur, cum ibi res aliena per debitorem obligata ſtatum mutauerit, non facto ipſius debitoris obligãtis, ſed facto domini, qui illius obligationis erat ignarus, & poterat de re ſua ad libitum diſponere, qui ſi deinde ratam habeat illam obligationem ab illo debitore factam, tertio præiudicare nequaquam poteſt, cui ipſe rem ſuam primo loco obligauit; vnde non mirum ſi ratihabitio non retrotrahitur in præiudicium ipſius tertij.

In præſenti autem agimus de eodem debitore, qui bona aliena obligauerat, & ad eum obuẽta facto ſuo ſtatum mutauerat, cuius obligatio, vbi per hanc mutationem facto ſuo ſi eſſet extincta, in eius poteſtate fuiſſet à ſua obligatione diſcedere; & ita creditorem ſuum deludere, contra quæ diximus ſupra, quod non eſt in caſu Speculat.

Item quoniam nos verſamur in caſu, in quo venditor voluit acquirere, & in effectu acquiſiuit, & ſucceſſiuè etiã bona per ipſum acquiſita ſupponit ſuæ obligationi, nec ideo fuit amplius in ſua poteſtate ius creditori quæſitum auferre ex præmiſſis, pro quibus fac. ũt tradita per *Felyn. in cap. quę in eccleſiarum num. 50.* extra de conſtitut. neq; ob id dicerentũr concurrere plures fictiones in eodem ſubiecto, vno, & eodem tempore, quia conditio retrotrahitur quoad hypothecam tantum, & non quoad tranſlationem dominij, vt per *Doct. in dicta l. filiusfamilias, vbi Iaſ. ſub numer. ſecundo. verſic. quarto limita Gabr. dict. conſ. 141. num. 8.*

Non etiam *Bar. reſiſtit. in d. l. ſi is*, qui pro emptore, quia ſe ipſum declarat *in d. l. quoties, ff. de nouat.*

Nec minus *Bal. aſſertio in d. l. Titia*, nocet, quia loquitur in conditione poteſtatiua, vt & haberi videtur ex dicto tex. ibi, ſi Titio ſoluta ſit pecunia, non ideo magis pignus Mæuij conualeſcere placebat, tunc enim priore dimiſſo ſequẽtis pignus confirmatur, cũ res in bonis debitoris inueniatur, quaſi Mæuio fuerit res prædicta hypothecata cum cõditione, ſi Titio primo creditori pecunia ſoluta fuerit, quæ cõditio eſt merè poteſtatiua, cũ eſſet in eius poteſtate, ſoluere primo creditori priuſquã res data fuiſſet in dotem, & quidem pignus ſequentis creditoris in re aliena ad debitorem perueneta conualuiſſet, ſi non de iuris rigore, ſaltem de æquitate ſcripta, *d. l. cum res, & ibid. Bal. C. ſi alien. res pign. dat. ſit.*

Neque *Dec. in leg. contractus limitat. ſexto ff. de reg. iur. mouet*, qui loquitur de conditione retrotrahenda ad acquirendum dominium, quæ non permittitur vt fuit dictum, & magna eſt differentia inter retrotractionem ad acquirendum dominium ab ea, quę fit ad acquirendam obligationem, vt per *Bar. conſ. 54. num. 23. & ſeqq. lib. 1. & Gabr. d. conſ. 141.*

Nec minus obſtat idem *Dec. in dicto conſilio 247. col. finali.*

Primò, quia iura per *Dec.* allegata loquuntur in conditione poteſtatiua, neq; ideo in caſuali procedunt ex dictis ſupra, & habetur per *Pariſ. d. conſ. 11. n. 93.*

18 Item quia in caſu Dec. agebatur de retrotractione ad acquirendum dominium, quæ non habet locum quoad hypothecam, & obligationem, vt per *Doctores in dict. l. filiusfamilias, vbi Iaſ. ſub n. 2. verſ. 4. limitatur. Gabr. d. conſilio 141. ſub n. 8. lib. 1.*

Gozad. conſ. 186. n. 16. eaſdem recipit reſponſiones, quæ fuerunt adductę ad dictum *conſ. Decij.*

Caphcl. conſ. 617. n. 168. pariter loquitur, reſpectu inhabilitatis perſonæ ſuæ quæ actum geſſit, cum dixi, alienationem feudi non valere, niſi in vita alienantis conſenſus Principis acceſſerit qui ſi poſt mortem fuerit præſtitus, non prodeſt ex defectu extremi ad quod, reſpectu perſonæ alienantis quæ ob mortem eſſe deſierat.

Gratian. d. conſ. 69. n. 11. non refragatur, cum præcipuè ſe fundet reſpectu conſtitutus in conſ. *Dec.* 247. aduerſus quem ſtant *Neguſ. de pignor. 3. membr. 2. par. num. 4. Malaſ. conſ. 99. ſub numer. 32. poſt Alex. Bald. Iaſ. & alios per eum allegatos, alios plures refert Tiraq. de conſtit. limitat. 2. numer. 15.*

Ripa, vel non eſt recipiendus, cum loquatur contra tex. quos ſuperius adduximus, vel intelligi debet quando tempore cedentis res erat perempta, & eſſe deſierat, iuxta quæ habentur per *Bar. in l. quoties quem alleg.*

Gabr. conſ. 186. n. 16. agit de inhabilitate perſonæ tam tempore actus, quam tempore venientis conditionis.

Cornel. d. conſ. 173. nu. 27. ſimpliciter refert naturam fictionis eam eſſe, vt extremum ad quod ſit habile in potẽtia, & extremum à quo in eſſentia per ea quæ dicta ſunt à *Bar. in d. l. ſi is, qui pro emp.* quod ſupra, & nos probauimus *iuxta ſcripta per eundem Bar. in d. l. quoties.*

Curt. iun. conſ. 76. n. 5. loquitur, quando extremum à quo eſt inhabile, quia res eſt perempta, & quia obligatio, & promiſſio in caſu ſuo non erat amplius efficax ſed ſine effectu, ob declarationem non factam in tempore à ſtatuto præfixo, & ſecundum practicam in loco obſeruatam, vt in *d. conſ. clarè legitur.*

Pro contraria ſententia ſolet etiam allegari *Rim. iun. conſ. 98. lib. 1.* qui tamen loquitur in donatione à principio nulla ratione incertitudinis loci & quotæ & ideo dicitur, quod conſtitutum in ea appoſitum nullius eſt momenti ſicut nullum eſt principale, *cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. cum ſimilibus.*

19 Præmiſſis accedit, quod dato, vt ſæpè dixi, de euictione agi non poſſe, niſi re euicta, quia promiſſio de euictione eſſet conditionalis, ita quod actio non oriatur, niſi re euicta *l. qui rem, C. de euictio. l. habere licere, ff. eodem* & plenè fuit dictum *in quæſt. 1. n. 5. & quæſt. 45.*

Non tamen inficiari poteſt, quin agi poſſit, vt res libera tradatur, quod fieri poteſt etiam ante litem motã. *Gloſ. in dicta l. qui rem, & l. ex prædijs, C. de euict. Surd. conſil. 13. num. 16. lib. 1. & pariter dixi in quæſt. 122. num. 20. & 22. & 24.*

30 Notandum eſt etiam, quod etſi bona alicuius pro alterius indemnitate ſint pignori obligata, & hypotheca non oriatur, niſi eum euictio fuerit ſubſecuta, *l. habere licere, ff. de euictio. Bal. conſ. 198. num. 5. ad finem libr. 1.* Hoc ſanè intelligi debet, niſi ab initio contractus principalis, ob aliam cauſam, hypotheca generalis oriri poſsit. *Silueſter Aldobra. conſ. 5 a. n. 1. 14. & ſeqq. lib. 1.*

A R G V M E N T V M.

In hypotheca conditionali omnium bonorum præſentium, & futurorum ad fauorem emptoris facta, an veniant bona poſt obligationem quæſita, & ante purificatam conditionem euictionis alienata.

S V M M A R I V M.

1 *Bona per debitorem poſt obligationem quæſita, & ante purificatam conditionem alienata non veniunt ſub hypotheca conditionali omnium bonorum, præſentium, & futurorum.*
Contraria ſententia qualiter procedat, num. 19. & ſequentibus.
2 *Hypotheca vniuerſalis futurorum bonorum valet, licet ſecus procedat in hypotheca, ſeu pignore rei particularis.*
3 *Res aliena obligari poteſt, ſi poſtea eſſe cœperit in bonis debitoris.*
4 *Bona alienata tempore purificatæ conditionis, ſtatim quod acquiſita ſunt, dicuntur obnoxia hypothecæ iampridem factæ.*
Declaratur procedere in hypotheca pura; non autem in hypotheca conditionali, n. 5.
6 *Hypotheca conditionalis ante purificatam conditionem nil parit in eſſe.*
7 *Conditionis natura eſt, vt prius impleatur, quam contractus effectum producat.*
8 *Conditio hypothecæ poſt alienationem purificata trahitur ad diem contractus.*
Fallit, quando res hypothecata ampliꝰ non eſt in bonis debitoris tempore purificatę conditionis, n. 9.
10 *Hypotheca non contrahitur in re, quæ non eſt in bonis debitoris tempore contractus, nec tempore exiſtentis conditionis, licet fuerit medio tempore.*
11 *Dominium ſuperueniens debitori, qui obligauit rem bona fide creditori ſub conditione de futuro, non confirmat pignus, niſi tempore confirmationis res ſit in bonis debitoris.*
12 *Inhabilitas extremi conſideratur quoad exiſtentiam rei, vel perſonæ, & an res ſit in rerum natura, vel ſit perempta.*
Iatelige, vt n. 13.
14 *Hypotheca conditionalis afficit bona præſentia conditionaliter.*
Primò declaratur procedere purificata conditione, numero 15.
Secundò declaratur, ſi reperiantur in bonis debitoris tempore cedentis conditionis, nu. 16.
17 *Conſenſus non retrotrahitur in præiudicium illius, qui medio tempore ius acquiſiuit.*
Ampliatur etiam appoſita clauſula ex nunc, prout ex tunc, num. 18.
20 *Differentia quæſtionis præcedentis cum præſenti in qua conſiſtat, notatur.*
21 *Euictionis promiſſio pendet à cauſa, quæ antecedit contractum venditionis, non autem ſi poſtea.*
22 *Nec ideò talis promiſſio reddit obligationem conditionalem ſed tantum eius effectum.*
23 *Hypotheca, vbi fuit conditionalis, & conditio fuit purificata poſt alienationem, bona medio tempore acquiſita, & alienata ante euictionem ſecutam, non veniunt ſub obligatione, & hypotheca.*
Primo declaratur procedere in alienatione facta bona fide, ſecus ſi mala fide, n. 24.
Subdeclaratur non ſufficere, quod ſolus venditor fuerit in mala fide; niſi emptor fuiſſet particeps fraudis, numero 25.
Secundo declaratur, non habere locum in reali actione, numero 26.

Quæſt. XXXVII.

QVæro modo, an quæ diximus in præcedenti quæſtione abſolutè ſibi quoque tribuant in hypotheca conditionali omnium bonorum, præſentium, & futurorum, ita quod ſub ea veniant bona per debitorem poſt obligationem quæſita, & ante purificatam conditionem alienata.

1 Et non venire dicendum eſt hęcque ſententia præſertim probatur ex *tex. in l. qui balneum, §. Titia, ff. qui pot. in pignor. habeantur,* vbi Titia prædium alienum, & ſic bona futura pignori dedit prius Titio, & poſtea Mæuio, ſub conditione, cum deſierit obligatum eſſe Titio, iuxta expoſitionem ibi per *Gloſ. & Bart.* Deinde Titia prædium illud acquiſiuit, & poſtea alienauit illud æſtimatum, tradendo in dotem, quæ æſtimatio eſt loco venditionis, vt ibidem dicitur in tex. Poſtea ſatisfacit primo creditori, atque ita fuit purificata conditio ſecundi creditoris.

Dubitabatur, an ille ſecundus creditor purificata eius conditione agere poſſit contra maritum tamquam poſſeſſorem prædij, qui maritus vicem emptoris obtinet, & reſpondetur, quod non: quia tempore quo fuit confirmatum pignus ſecundi creditoris, illud prædium nõ amplius reperiebatur penès Titium, nec erat in eius bonis, & ibi Baldus dicit dictum text. procedere in hypotheca. Quod cum ita ſit, ſequitur neceſſe eſſe, quod bona hypothecata ſint in bonis debitoris tempore purificatæ conditionis hypothecę, cum alias, ſi eo tempore alienata reperiantur, creditor hypothecarius conditionalis ad ea agere non poteſt, & ſic habemus text. qui decidit caſum noſtrum.

2 Nec dicatur textum prædictum loqui in hypotheca, ſeu pignore rei particularis alienæ, quæ de iuris rigore non ſubſiſtit, *l. cum res, C. ſi alien. res. pign. data ſit.* At nos agimus de hypotheca vniuerſali futurorum bonorum, quæ valet *l. fin. C. quę res pign. obligari poſſunt Ant. Neguſ. de pign. 2. memb. 2. par. princ.*

3 Quia reſpondetur, quod licet res aliena pignorari nõ poſſit, ſi tamen fuerit pignorata, & poſtea eſſe cæperit in bonis debitoris, pignus conualeſcit *dicta l. cum res, & ideo etiam in dicto §. Titia, pignus* in fauorem ſecundi creditoris confirmandum eſſet, ſatisfacto primo creditore. Cęterum non confirmatur, non quia fuerit de re aliena à principio, cum per ſuperuenientem acquiſitionem hoc impedimentum iam ſublatum fuiſſet, ſed non ob id confirmatur, quoniam res illa pignorata, etſi per debitorem poſtea quæſita, per eumdem debitorem prius fuit alienata, quam eſſet purificata conditio illius ſecundi creditoris, in quo præcipuè ſe fundat ille text. ibi. Atque ideo, quia neque tunc cum Mæuio obligaretur, neque cum Titio ſolueretur in bonis mulieris fuerit, nullum tempus inueniri, quo pignus Mæuij conualeſcere poſſit.

4 Non

4 Non obſtat, quod licet bona fuerint alienata, & ſic exierint patrimonium debitoris tempore purificatę conditionis, nec fuerint in eius bonis etiam tempore contractus, quod nihilominus ſtatim quod acquiſita fuere, obnoxia quoq; fuerint prædictæ hypothecæ, *Pariſ. conſ. 11. lib. 1. Bero. conſ. 46. lib. 1.*

5 Nam reſpondetur id procedere in hypotheca pura, ex quo tunc illa eſt formata, & perfecta, ſub qua illico veniunt bona, quæ debitor poſſidet, & quæ per conſequẽs de tempore in tempus acquirit, *l. Titius, ff. qui potior. in pignor.* habeantur, quod ſecus accidit in hypotheca con-
6 ditionali, quę ex quo ante purificatam conditionem nihil ponit in eſſe, *l. cedere diem, ff. de verbor. ſignificat. §. ſub conconditione, & §. conditionali. Inſtitut. de verbor. obligat.* cum
7 de illius natura ſit, vt prius impleatur, quam contractus effectum producat. *l. Thais ancilla, §. Stichus, ff. de fideicom. libert. Bal. in l. Arethuſa in prima, & ſecunda lectura, ff. de ſtat. homin.* Idcircò ante impletam conditionem, ſub hypotheca non veniunt, virtus enim huius hypothecæ conditionalis ſolum incipit à die purificatæ conditionis, *leg. res hypothecariæ, ff. de pignor.* ibi, ſed & in conditionali obligatione non aliàs obligamur, eſt conformis *tex. in l. ſi qui abſenti, §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Comprobantur præmiſſa, quoniam quando res vni prius hypothecata fuit conditionaliter, deinde in alium translata, & poſtea purificatur conditio primi, ſi ille primus agere vellet contra ſecundum, in quem res alienata extitit, vtique is aliter agere non poſſet, niſi quia condi-
8 tio ſuæ hypothecæ poſt alienationem purificata traheretur ad diem contractus, ad *text. in l. potior. ff. qui potior. in pignor. hab.* cum alias, ſi dies purificationis attenderetur,
9 iſte eſſet poſterior. Verum hæc retrotractio, ſeu retrotrãslatio fieri non poteſt quoad hypothecam, quando hypothecata amplius non eſt in bonis debitoris tempore purificatæ conditionis, quia ad retrotractionem requirũtur duo extrema habilia, videlicet ad quod potentialiter, & ad quod eſſentialiter. *Bartol. & Docto. in l. ſi is qui pro emptore numer. tertio 8. 28. & 52. ff. de vſucap. & in l. quoties, ff. de noua. Dec. in l. contractus limita. ff. de reg. iur.* confert, *quod notat Bald. in dicta l. qui balneum, §. Titia prędium,* in lectura antiqua in noua additione, vti habentur hæc
10 verba. In re, quæ non eſt bonis debitoris tempore contractus, nec tempore exiſtentis conditionis, licet ſit medio tempore, non contrahitur hypotheca, & in alia lectura antiqua eiuſdem §. dicitur. Ad hoc, vt exiſtentia conditionis faciat conualeſcere pignus requiritur, quod fuerit in bonis debitoris tempore obligationis, vel ſi erat generalis hypotheca, ſaltem tempore exiſtentis conditionis, nam dominium medij temporis non ſufficit; &
11 inferius leguntur ita verba. Nota, quod dominium ſuperueniens debitori, qui obligauit rem bona fide creditori, ſub caſu, vel conditione de futuro, non confirmat pignus, niſi tempore confirmationis res ſit in bonis debitoris, quia requiritur quædam habilitas tempore confirmationis.

Et cum *Bal. vbi ſupra,* tenuit quoque *Ang. Fulgoſ. & communiter ſcribentes* ibidem, quorum verba non refero Idem tenuit *Rip. in l. priuileg. n. 42. ff. de priuil. credit. Aſin. de exec. §. 7. c. 33. Grat. conſ. 69. num. 11. lib. 1. Neguſant. de pignor. 2. membr. 5. par. princip. num. 41. Barbat. conſ. 45. nu. 17. libr. primo.*

12 Non obſtat, quod inhabilitas extremi à quo non conſideretur modo, quo ſupra, ſed ſolum, quoad exiſtentiam rei, vel perſonæ, videlicet, an res ſit in rerum natura, vel ſit perempta, & an perſona ſit mortua verè, vel fictè, ad ea, quæ ſcripſit, *Bal. in d. l. quoties, ff. de nouat. Pariſ. d. conſ. 11. lib. 1. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 2. cap. 11. ſub nu. 30. verſic. tertio, & principaliter limita. Maluaſ. conſ. 99. Rota dec. 728. n. 13. par. 1. in nouiſſ.*

13 Quia reſpondetur contrarium procedere, quando agitur de retrotranslatione iuris, ad alium finem, & effectum quam ad retrotractionem poſſeſſionis, quæ ad hypothecam conſtituendam requiritur, puta ſi ageretur de ſtipulatione interpoſita ſuper re, quia neceſſe eſt, vt tempore euenientis conditionis res extet, & perſona, quæ promiſit obligari poſſit, vt in dicta l. quoties. At quando agitur de retrotractione poſſeſſionis, ſuper qua fundatur hypotheca, vt in caſu, de quo loquimur; tunc, vt extremum à quo habile dicatur, non ſufficit rei exiſtentia, niſi etiam verè; & realiter concurrat exiſtentia poſſeſſionis ipſius rei, vt concludunt *Bart. & omnes Doct. in dicta leg. ſi is, qui pro emptore,* & ita in propoſito fictio poſſeſſionis non ſufficeret pro habilitate extremi a quo, ſed vera, & realis requiritur, vt poſsit trahi ad extremum ad quod, & cum eo coniungi, nam & reuerſus ab hoſtibus, fingitur poſſidere, & nihilominus ficta eius poſſeſſio illi non prodeſt pro fictione retrotranslatiua, quia alias duæ fictiones ſimul cõcurrerent circa idem: fingeretur enim poſſeſſio de tempore à quo, & hæc ficta poſſeſsio incepiſſe fingeretur de tempore ad quod, quod nullatenus admitti debet, vt per *Bartolus & alios in dicta leg. ſi is. qui pro emptore.* Non ergo talis fictio prodeſſe poteſt pro retrotractione, quia ſola retrotractio fit de re, vel actu, vel poſſeſsione vera, & realiter exiſtente, cum extremum a quo requirat, vt diximus, habilitatem eſſentialem. Vnde & ſi res naturaliter extet, illius tamen poſeſsio, de cuius retrotranslatione agitur, non extat penès debitorem, & ſic deficit extremum à quo eſſentialiter conſideratum reſpectu poſſeſsionis, ſicuti conſiderarunt præcitati.

14 Non obſtat, quod conditionalis hypotheca afficit bona præſentia conditionaliter, adeo quod, ſi illa interim alienentur, tranſeant cum ſuo onere, & conditione purificata, ad illa agi valeat hypothecaria. *Ioan. And. ad Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractemus lit. M. in addit. magna. Dyn. conſ. 4. Gabr. conſil. 141. lib. 1. Maluaſ. conſ. 99.* & idcircò idem dicendum eſſe de bonis futuris, quod ſcilicet affecta ſint dictæ conditionali hypothecæ, eo ipſo, quod fuerunt acquiſita.

15 Nam reſpondetur negando, quod quando hypotheca eſt conditionalis bona præſentia tempore initi contractu poſseſsa affecta ſit hypothecæ conditionali, ante purificatam conditionem, & nullum ius, nulla ratio, ſeu Doctorũ traditio eſt, quæ hoc ſuadeat, cum conditio nil ponat in eſſe, & obſtent iura præallegata, & in ſpecie *d. l. res hypothecarię, ff. de pignor.* Nam vt ſæpè diximus, bona vt dicantur hypothecæ conditionali affecta, requiritur, quod
16 illa ſint in bonis debitoris tempore cedentis conditionis, nec attenditur, ſi prius eſſent per debitorem poſſeſſa, vel non, ſi interim ante purificatam conditionem fuerint alienata, quo in caſu attenditur, cui prius fuerint hypothecata, licet conditionaliter, qui præfertur alteri etiam ſi huic purè fuerint hypothecata, quoniam ex quo tunc concurrunt extrema habilia, meritò fit retrotractio, eſt caſus *in l. potior, ff. qui potior. in pign. habeant.* qui loquitur, quando res duobus fuit hypothecata, vni prius conditionaliter, alteri poſtea purè, & deindè purificatur conditio, & decidit, quod ille cui bona prius conditionaliter fuerunt obligata, præferuntur. Ceterum aduertendum, quod textus ille ſupponit, quod bona eſſent in dominio debitoris, quando conditio fuit purificata quia bona fuerunt ſolum obligata duobus, vni prius conditionaliter, alteri purè, non autẽ, quòd in ſecũdum fuerint alienata, quia dum ſupponit, quod ſecundo fuerunt purè hypothecata, ſequitur quod remanſerunt penes debitorem. Quare ſecus, quando in bonis debitoris non remãſiſſent, eo enim in caſu, quia cõditionis purificatio nõ reperiret bona eſſe apud debitorẽ, cũ interim medio tẽpore fuerint alienata, ſequitur, quod ea efficere nõ

H 3 poterit,

Digitized by Google

potuit, ſeu poſſet, & ſic etiam procedit *tex.in d.l.qui balneum, §.amplius, & in l.1.ff.eod.*

Pro hac ſententia valde vrgere videtur *tex.in cap.ſi pro te de reſcript.in 6.& Clem.1.de conceſs.praben.* vbi ſi conceſſum fuerit beneficium ſub conditione, ſi alicuius tertij conſenſus acceſſerit, poſtea ante præſtationem conſenſus
17 illud alteri fuerit conceſſum ſimpliciter, iſte vltimus eſt potior, quamuis deinde ſuperueniſſet conſenſus illius tertij, quia non retrotrahitur iſte conſenſus in præiudicium illius, qui medio tempore ius acquiſiuit.

Et hanc opinionem tenent *Signorol. de Homod. conſilio 217.in primo dubio, numer.1.& ſeq. Dec.conſil.245.& in l. contractus limit.6.ff.de regul.iur. Rip.reſpon.8. tit.de donat. & ad Trebell ſol. 76.* qui loquitur appoſito etiam conſtituto. *Gozad.conſ.28.num.37.& 38. Grat.conſil.69.numero 11.lib.1.& conſil.75.in principio libro ſecundo. Neguſant.de pignor.membro ſecundo parte quinta numer.40.& 41. Tiraquell. de iure conſtitut. poſſeſs.ampliat.17. Maſcabron. ab Anguill.conſilio 31.per tot.qui* loquitur etiam appoſita
18 clauſula ex nunc, prout ex tunc, & è contra. *Alba.conſilio 103.Hond.conſil.18.num.67.lib.ſecundo Montercut.ad ſtatut. Bonon.de pacto precarijs, §.ita tamen in ver.ſolutio. in fine.*

19 Contraria vero ſententia videlicet, quod ſub hypotheca conditionali veniant bona præſentia, & futura, ſolum procedere poſſet, quando hypotheca eſt conditionalis quoad executionem, non autem quoad ſubſtantiam promiſſionis, & obligationis, vt quia verè liqueat, quod ille, qui promiſit, voluit ſe, & bona ſua præſentia, & futura obligare tempore contractus, ſed tantum executionem diſtulit in aliquam conditionem; etenim, quia talis executio licet à conditione pendeat non reddit promiſſionem conditionalem, propterea bona dicuntur obligata de tempore contractus, & ſtatim quod alia bona ſucceſſiuè de tempore in tempus acquiruntur, pariter cadunt ſub hypotheca, quia ea eſt pura, quamuis ſub conditione dilata ſit eius executio. *Oldrad. conſilio 114. Guid. Pap.conſil.60.num.9. Decia.conſil.5.numer.4.libr.3. Gabr. conſ.141.num.4.lib.1 Maluaſ.d.conſ 99. Surd de aliment.tit. 5.quaſt.quarto.numer.6.& 7.Rota deciſ.472. num.12 parte prima in nouis.*

20 Non obſtant ſcripta in præcedenti quæſtione, quia nos hic verſamur in diuerſis terminis, ibi enim venditum fuerat prædium, promiſſumq; fuerat de euictione, & legitima defenſione, cum obligatione bonorum præſentium, & futurorum, deinde venditor aliud prædium emerat quod pariter alienauerat, per ſubrogationem illius loco cuiuſdam poſſeſſionis alienatæ fideicommiſſo ſubiectæ, ac poſtea ſequuta fuerat euictiò primi prædij alienati; quærebatur, an emptor agere poſſet per eius indemnitate ad prædium poſt vẽditionem acquiſitum, & deinde per ſubrogationem alienatum, & deciſum fuit quod ſic, quia licet promiſſio de euictione dici poſſet conditionalis. *leg. ſi ſeruum ff.de actio.empt.l.ſi ſeruus, & l.habere licere, ff.de euict.* & hoc reſpectu, hypotheca pro euictione videatur conditionalis, quia tamen in venditionis contractu venditor promiſit rem liberam vacuam, & expeditam eſſe, & eam defendere à quacunque lite, cauſa, moleſtia, & perſona, quæ promiſſiones ſunt puræ, vel ſaltem promiſſio, quod res ſit libera, cuius ratione emptor ſtatim, nulla etiam ſecuta euictione, lite, aut controuerſia agere poteſt aduerſus venditorem, vt rem liberam tradat, *leg.creditor, §.prædium, ff.de actio.empt.Surd.conſil.13. numero 15. et 16.& conſil.36.numero 23.dixi in quæſtione 36. numer.19.* virtute talis promiſſionis de re defendenda ſtatim agere poteſt, quod lis, vel differentia ſibi mota eſſet, *l.ſi plus, mota, ff.de euict. Oſaſc.deciſ.181. numero quinto, & dixi ego in dicta quæſtione 36. ſub numero 19. verſic.non tamen,* vnde cum dictis reſpectibus hypotheca bonorum, quæ in contractu venditionis apponitur, ſit pura, ſequitur quod comprehendat & ſtatim afficiat quæcunque bona etiam poſt venditionem acquiſita, & ante ſecutam euictionem alienata.

At nos loquimur, quando contractus, & hypotheca illius eſt omni reſpectu conditionalis, nec ideò de vna ad alias benè infertur, tamquam diuerſa.

Præterea dicitur, quod quando venditur res contractus venditionis rei eſt purus, pariter, & promiſſio, quod res libera ſit, & à nemine auocata, eſt pura. Ideò quamuis euictionis promiſſio ſimpliciter conſiderata videatur conditionalis, quatenus tamen adhæret contractui venditionis puro, & promiſſioni, quod res ſit libera, quæ eſt pura, dicitur aſſumere naturam principalis contractus, & principalis promiſſionis, atque ita promiſſio euictionis dici debet pura, quoad ſubſtantiam obligationis, & ſolum conditionalis quoad executionem, *Maluaſ.dict.conſil.99. numer.ſexta verſ.& in primis dico, citat Soc. conſil 41.nu. 15.16.& 19.libr.4.* præſertim, quia euictionis promiſſio
21 pendet à cauſa, quæ antecedit contractum venditionis, non autem ſi poſtea *l.3 & l. Lucius, ff.de euict. & l.1.C.de*
22 *commod.& peric. rei vend.* Nec ideò talis promiſſio reddere videtur obligationem conditionalem, ſed tantum eius effectum, per ea quæ habentur in *l. cum præſens, cum ll.ſeq.ff.ſi cert.pet. Aret.in §. ſub conditione. Inſtit.de verb. obligat.* Verum, vbi conditio ſubſtantiam obligationis non reſpicit, ſed illius effectum, ſeu executionem, tunc, licet ante conditionis euentum agi non poſſit, promiſſio & contractus in ſe non dicitur conditionalis, ſed pura, vt prædixi, & ea propter, ſub hypotheca & contractu venditionis appoſita veniunt quoque bona futura poſt contractum quæſita, & ante ſecutam euictionem alienata: hypotheca enim in contractu venditionis poſita, vt ſupra dixi, dicitur pura in ſubſtantia, ex quo ſequitur naturam, principalis obligationis, *leg. primo C. commun. de legat.* quæ eſt pura. Nos vero, vt dictum eſt, loquimur de hypotheca, & obligatione, quæ omni reſpectu eſt conditionalis, & ideò de caſu præcedentis quæſtionis ad hunc caſum non bene inferri poteſt, ſed concluditur ſub promiſſione, obligatione, & hypotheca omninò conditionali non venire bona futura ante conditionis euentum alienata.

23 Scias inſuper in practica, quod vt ſæpe dictum, quamuis, quando hypotheca fuit conditionalis, & conditio fuit purificata: a poſt alienationem, bona medio tempore acquiſita, ac demum alienata ante euictionem ſequutam, non veniant in obligatione, & ſub hypotheca. ex tex *dict.l.qui balneum, §.Titia, ff qui potior in pignore hab.Bald.Fulgoſ. Grat & cæter.præalleg.*

24 Id tamen declaratur procedere, cum alienatio facta eſt bona fide, ſecus quando conſtaret, quod mala fide facta eſſet, quia tunc haberetur, ac ſi facta non extitiſſet, ſic enim in ſpecie loquitur *text.in dict.§.Titia, et ibi Bartol. notat in fine Bald. in lectura antiqua. Alberic. Fulgoſ. et alij.*

25 Subdeclaratur quod non ſufficeret, quod ſolus venditor eſſet in mala fide, niſi etiam emptor particeps eſſet fraudis, vt probat *text. in dicto §. Titia*, cum dicit, quod maritus bona fide accipiat in dotem prædium, quod & tradit ibidem *Bald. in lectura antiqua, vbi Alberic. et Fulgoſ.* referunt hanc etiam fuiſſe opinionem, *Azonius, & Raynerij.*

26 Secundo declaratur non procedere in reali actione *Gabr. conſilio 141. libro primo Maſcabr. conſilio trigeſimoprimo numero 18.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Res empta, vbi reperitur comprehenſa ſub obligatione omnium bonorum, qualiter ſuccurratur emptori,
Cautio, quæ de euictione fuit promiſſa, qualiter idonea intelligatur,

SVMMARIVM.

1 *Res empta, vbi eſt comprehenſa ſub obligatione omnium bonorum, emptori ſuccuritur per fideiuſſionem.*
2 *Obligatus tradere rem liberam, ſufficit, ſi ita ſatiſdet, vt certum faciat emptorem ſe damnum non paſſurum.*
3 *Cenſum imponens, ſi aſſerat rem eſſe liberam, & repeiatur obligata, ſi capax eſt vtriuſque, ad nihilum tenetur.*
4 *Promiſſio facta, prædium ſcilicet eſſe liberum ab omni obligatione, intelligitur de obligatione, quæ præiudicare poſſit.*
5 *Venditor, vel debitor per præſtationem fideiſſoris non liberatur ab obligatione primæua.*
Nec liberatur ab obligatione de tradendo, num. 6.
7 *Fructus cenſus, vel alterius ſimilis cauſæ debentur, nec impediuntur perſolui per oppoſitionem non implementi, quãdo facta fuit diligentia, cum ſufficiat adimpleri per æquipollens.*
Præſertim, cum non agitur de non implemento, ad effectum reſolutionis contractus, ſed vt emptor ſit ſecurus, num. 8.
Et ſufficit cautio diuitis cum hypotheca omnium bonorum, num. 9.
Vel ſuſceptio litis, quæ habetur pro fideiuſſore, num. 10.
Fallit, ſi lis eſt mota, & in ea deducitur obligatio pura, & actio competit de præſenti, quia requiritur fideiuſſio nec ſufficit obligatio bonorum, num. 11.
12 *Promiſſio iurata de bonis liberis officit, quando eſt doloſus & alij præiudicialis.*
13 *Emptor agere poteſt ad faciendum conſentire omnem perſonam ad liberationem rei venditæ, dummodo eius interſit.*
14 *Fideiuſſor de euictione, non tenetur, quando principali venditori, vel hæredibus non fuit lis intimata.*
Primò fallit, quando fuit iuratum, & renunciatum beneficio fideiuſſorum, num. 15.
Secundò fallit, quando fideiuſſor ſe obligauit verbis ampliſſimis, num. 17.
Sublimitatur, quando euictio fuit ſequuta ex natura rei numer. 16.
18 *Fideiuſſor ſequuta euictione habet electionem, vel reſtituendi rem euictam, vel ſoluendi intereſſe.*
19 *Fideiuſſor, accedens venditioni rei minoris prohibitæ alienari, quæ concernit ſolum eius commodum, de euictione tenetur.*
20 *Fideiuſſor accedens venditioni cum facultate redimendi lapſo termino ad redimendum, & non ſecuta redemptione, remanet obligatus, ſi non cauit ſibi in hunc euentum.*
Fallit, quando fuit conuentum de libere vendendo, & de remittendo pacto, num. 21.
Sed contra num. 22.
Declaratur hæc vltima opinio, num. 23.
24 *Cautio, vbi pro euictione fuit promiſſa, intelligitur de idonea.*
Ita quòd non conſtituto eſſe talem, non ſit in facultate venditoris eam præſtare, num. 25.
Et in euentum diſcordiæ partium, iudicis erit arbitrarium declarare, quæ idonea cautio dici debeat, num. 26.
Et de ratione num. 27.
28 *Magiſtratus, vel alius, qui debet prouidere pupillo, probare debet, fideiuſſorem de eius ordine ſuſceptum, eſſe idoneum.*
Quod eſt generale in omnibus, qui tenentur prouidere pupillo, num. 29.
30 *Cautio ſufficiens dicitur cum pignore, & fideiuſſoribus. Declaratur num. 31.*
32 *Idoneus non cogitur ad fideiubendum.*

Quæſt. XXXVIII.

1 RES empta, quando deregitur, comprehenſa ſub obligatione omnium bonorum (vt frequenter accidit)
emptori eſt ſufficienter ſuccurſum per fideiuſſionem eui-
2 ctionis, *l. ſi poſt C. de euict. eleganter Alex. conſ. 65. num. 4. & 5. lib. 5.* vbi dicit, quod ille, qui tenetur tradere rẽ liberam, ſufficit, quod taliter ſatiſdet ei, cui ad liberandum tenetur quod eum certum faciat damnũ pati non poſſe.
Vnde Rota pluries reſoluit, quòd ſi cenſum imponens aſ-
3 ſerat, rem eſſe liberam ab omni alio cenſu, non tenetur illam liberare ab alio cenſu præexiſtente, ſi res cenſuata eſt capax vtriuſque, quia nihil dicitur intereſſe ipſius emptoris cenſus, illam liberari ab alio cenſu, *ſic Rota deciſ. 120. impreſſ. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac. & fuit dictum in Romana Cenſus 17. Aprilis 1598. coram R.P.D. Penia, & coram Card. Lancellotto in Bonon. bonorum 1610. facit eadem Rota deciſ. 350. numer. 3. part. 2. in recentior.*
4 Cùm ait, quod promiſſio, prædium eſſe liberum ab omni obligatione, intelligitur de obligatione, quæ præiudicare poſſit emptori; & pariter promiſſio de faciendo conſentire omnem perſonam intelligitur, dummodo interſit emptoris; & ea propter, ſi hoc intereſſe ceſſaret per præſtationem fideiuſſionis, id ſufficit. *Card. Seraph. deciſ. 1243. num. 2.*
5 Non tamen ex eo, quod fuerit cautum de euictione, & dati fideiuſſores, debitor, ſeu venditor liberatus dicitur a primæua obligatione *Bart. in l. cum qui, §. qui hominem, ff. de ſolut. l. ſi quis aliam, num. 2. eod. tit.*
6 Sicut nec liberatur ab obligatione de tradendo *Cuman. in d. §. qui hominem,* quem refert, ac ſequitur *Alex. in l. Iulianus, §. qui ſeadum numer. 2. in fine, ff. de ver. oblig. Cardin. Seraph. deciſ. 321. num. 11.*
7 Prout in caſu, quo opponeretur de non implemento ad retardandam manutentionem, diceretur ex eo non impediri, vt quis non valeat exigere fructus ſibi debitos occaſione cenſus, vel alterius ſimilis cauſæ, quando fuit facta diligentia, cùm ſufficiat impleri per æquipollens *Affl. deciſ. 295. Ruyn. conſ. 67. in fine num. 10. lib. 4. Eugen.*
8 *Peruſ. conſ. 12. Rota per R.P.D. Bubalum in Romana Palatij 7. Maij 1590.* præſertim, quando non agitur de non adimplemento ad effectum reſolutionis contractus, ſed vt emptor ſit ſecurus, vt moleſtari non poſſit occaſione cenſuum, quibus res vendita onerata eſt, cum ſufficiat ad hunc effectum adimpleri per æquipollens, *Rota per Card. Seraph. in Romana non adimplementi, 17. Nouembris 1597.*
9 *num. 1.* vbi etiam, quod ſufficiet cautio diuitis cum hypotheca omnium bonorum, *Bald. in l. quicunque, C. de feud.*
10 *patrimonial. lib. 10.* ita vt etiam ſatis ſit ſuſceptio litis quæ habetur pro fideiuſſore *Afflict. deciſ. 171. nu 3. Surd. deciſ.*
11 *183. num. 10.* dummodò lis moueatur pro iure competenti, ſub conditione, ſecus verò vbi lis eſt mota, & ea deducitur obligatio pura, & actio competit de præſenti, quia tunc requiritur fideiuſſio nec ſufficit obligatio bonorũ: licèt venditor eſſet diues, & ſoluẽdo, *Sur. dec. 295. n. 15. & 16.*

Quæ ità vera ſunt, vt quamuis aſſertio ſit iurata de bo-
12 nis liberis, ſic demum repellatur exceptione periurij,
quando promiſſio eſt doloſa, & alij præiudicialis: alias ſe-
cus, *Caſſador. deciſ. 2. num. 7. de iureiur. Cuputaq; deciſ. 283.*
num. 7. par. 1. Card. Seraph. d. deciſ. 243. num. 6. vbi ſic con-
cordat alias deciſiones in cauſa Romana cenſus: addens
etiam tunc emptorem agere poſſe ad faciendum conſen-
tire omnem perſonam ad liberationem rei vẽditæ: dum-
13 modo eius interſit, quia hoc ceſſante, per ſimilem pro-
uiſionem ſufficeret *Bald. in l. qui rem num. 1. C. de euict. &*
in l. ex his prædijs, C. eod. Rota in Romana bonorum de Lenis
23. Nouembris 1598. coram R. P. D. Lancellotto.

Circa quę aduertendum quoque crediderim, fideiuſſo-
14 rem non teneri de euictione, quando principali vendito-
ri, vel eius hæredibus non fuit principaliter intimatum,
vel proteſtatum de lite ac iudicio euictionis, *Rota Bonon.*
deciſ. 77. num. 16. in recentior. quod ceſſat, quando adeſt iu-
15 ramentum, & fuit renunciatum beneficio fideiuſſorum, vt
per eandem *Rotam ibid. num. 40. & 41.*

Vel quando euictio fuit ſecuta ex natura rei, *Gloſ. in l. ſi*
16 *familia, C. fam. hercis. Rota Bononien. deciſ. 102. numer. 15. in*
recentior. Quod

Declaratur procedere, quando de euictione ſimplex
17 fuit facta promiſſio *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.*
118. ſecus ſi fideiuſſor ſe obligauit verbis ampliſſimis de
euictione, cum promiſſione conſeruandi indemnem em-
ptorem, quia tunc de euictione etiam tenetur, vbi alias
non tenetur, *Rota deciſ. 152. in fin. par. 2. in nouiſ. Rol. conſ.*
67. lib. 4. Bero. conſ. 172. num. 6. lib. 1. Tiraquell. de retract. li-
gnag. §. 1. Gloſ. 9. numer. 56. Rota Bononien. dict. deciſ. 102.
num. 54.

Licèt ſecuta euictione fideiuſſor habeat electionem
18 vel reſtituendi rem euictam, vel ſoluendi intereſſe, *l. fide-*
iuſſor, vbi Bart. notat, ff. de dol. mal. except. & in l. ſi inſulam,
numer. 14. ff. de verbor. obligat. Caballin. de euict. §. 3. nu-
mer. 21.

Similiter ſi acceſſit venditioni rei minoris prohibitæ
19 alienari que concernat ſolum commodum minoris non
alterius perſonæ, de euictione tenetur *Bart. in l. non du-*
bium num. 28. C. de legib. Alex. conſ. 66. num. 7. lib. 4. Cardin.
Seraph. deciſ. 1324. num. 7.

Vel etiam accedat venditioni factæ cum facultate re-
20 dimendi, lapſo tempore ad redimendam dato, & non ſe-
cuta redemptione, remanet obligatus, ſi ſibi non cauit in
hunc caſum quominus remanet obligatus, *Card. Seraph.*
deciſ. 1063. numer. 14. quod non procedit, quando res fuit
vendita cum pacto de retrouendendo, & poſtea partes
21 conuenerunt de remittendo pacto, & libere vendendo,
qui dicitur inducta nouatio, vt per eundem *Seraphin. ibi-*
dem num. 1. & 2. vbi citat Laurent. ab Oꝛea. conſ. 54. inter
conſil. Marzar.

Sed per eundem *Seraph. vbi ſupra num. 8. 10. & 14.* quo-
22 niam pactum de retrouendendo venditum, non immutat
priorem contractum, & poteſt vendi, & alienari cum ſit
ſua natura ceſſibile, vt per illum, & ideo caſu euictionis ad
ueniente, tenebitur is de euictione, & exigi poterit ab em-
ptore: alias dolo carere non diceretur *l. dolo ad l. Falc. Bar.*
in l. cũ idem de pet. hæred. & ibi Ang. Caſtr. & Fulgoſ. & alij,
23 *Card. Seraph. deciſ. 672. num. 2.* niſi tamen emptor dimittat
poſſeſſionem, ſuſpicans poſſe repelli: quia tunc euictio-
nis cautio non committitur *Bald. conſ. 396. num. 7. lib. 7. in*
nondum impreſſ. lib. 7. penes me exiſtente.

Scias tamen, quod vbi cautio fuit promiſſa pro eui-
24 ctione, intelligi debet de idonea, *Specul. in titul. de empt. &*
vendit. §. 1. col. 3. in prin. verſ. ſed ſi venditor per text. in l. pro-
miſſor Stichi, & conſtituto, ff. de conſtit. pecun. Bertaz. de
25 *clauſul. clauſul. 42. Gloſ. 8. num. 3.* ideo in poteſtate vendi-
toris non erit abſque conſenſu emptoris dare fideiuſſo-
rem præſertim, ſi etiam fuit promiſſa cautio idonea; quo
caſu prius conſtante debet, quod ſit talis, *Gloſ. in l. ſi verò,*
§. qui pro rei qualitate in ver. duplicetur, ff. qui ſatiſda. cogan.
quàm valdè commendat *Bal. in l. non prius in princ. C. quan.*
26 *fiſc. vel priuat. Alex. conſ. 37. viſo, & opportunè num. 3. lib. 2.*
& in inuentum diſcordiæ partium ſuper huiuſmodi habi-
litate fideiuſſorum erit in arbitrio iudicis declarare, quæ
ſufficiens idonea cautio dici debeat, vt emptoris indemni-
tati, conſulatur, *Bald. in l. vniuerſas, ſub numer. 3. C. de pre-*
cib. imper. offer. Felyn. in c. Ad noſtram, ſub numer. 8. in fin. de
27 *iureiur.* nam cum non omnia negotia, neque omnes per-
ſonæ eiuſdem ſint conditionis, iuxta magnam, ſeu leuem
qualitatem actus, de quo agitur, illud idoneum cenſebi-
tur, quod religioni iudicantis videbitur *Menoch. de arbi-*
trar. iudi. caſu 142. n. 2. & 4. vbi teſtatur de cõmuni opinio-
ne aduerſus *Corſet. ſing. 4 alinèq. cautio ſimpliciter, verſ. ad-*
de tamen, num. 3.
28 Quare dicimus de Magiſtratu, illi videlicet incumbere
onus probandi, fideiuſſorem tutoris de eius mandato ſu-
ſceptum, fuiſſe idoneum, quaſi ipſe tunc contraxerit; id-
circò in hoc non eſt grauãdus pupillus, *l. 1. §. ſi magiſtratus,*
& ibi Gloſ. in verbo fuiſſe, verſ. ſed etſi ſatis, ff. de magiſtr.
29 *conuenien.* quemadmodum generaliter eſt in quibuſcũq;
quorum officium fuit prouidere pupillo, vt idoneè caue-
retur, a quibus iſta probatia exigenda eſt: non autem à
pupillo, qui non habet neceſſe probare fideiuſſores pro
adminiſtratione datos, cum accipiebantur, idoneos non
fuiſſe, *l. non eſt neceſſe, ff. de probat. Paul. Montan. de iure*
tutor, & curator. c. 32. reg. 7. num. 41. vnde cautio ſufficiens
30 dicitur ſi pignora, & fideiuſſores dentur, *Gl. in c. ex tranſ-*
miſſa in ver. ſufficienti, de reſtit. ſpolia. vbi de marito con-
demnato ob ſæuitiam ad cautionem fauore vxoris, qui
debet fideiubere, vt dicatur præſtitiſſe ſufficientem cau-
tionem; de qua *quæſt. Rol. conſ. 27. lib. 3. Gutier. l. nemo po-*
teſt n. 347. ff. de legat. 1. Canal. quæſt. 6. quamuis hoc etiam
31 arbitrarium ſit iudici. *Menoc. d. caſu. 142.* ita quod in caſu,
in quo præſtanda eſſet fideiuſſio, non adimpleretur dan-
do pignora, quando expreſſe de fideiuſſoribus dictum
fuiſſet, *Alex. ad Bar. in l. 1. ff. qui ſatiſdar. cogan. Marſil. in*
rubr. de fideiuſſ numer. 297. cum aliud ſit in promittente
ſimpliciter laudare, *Cartar. latè in deciſ. Genuen. 98 per*
totam.
32 At vbi ſumus in perſonis idoneis, ſufficeret ſimplex
obligatio, cum eæ non cogantur fideiubere, *Bart. in l. qui-*
cunque la ſeconda, Cod. de fund. patrimonal. lib. 10. Felyn. in
cap. ad hæc fine, de ſent. excommun. Roman. conſil. 67. colum.
2. in fine verſic. tertio hoc ipſum probatur, vbi *Mandoſ.*
in ver. poſſidere in fine, de communi teſtatur cum diſtin-
ctionibus tamen de quibus per *Gratian. diſception. libr. 1.*
cap. 13.

ARGVMENTVM.

Prædium emptũ ex pecunia recepta per venditorem cum hypotheca rei emendæ pro euictione, an ita dicatur obligatum emptori primo, vt ipſe præferatur anterioribus creditoribus.

Actio ad duplum, quando competat poſt rem reſtitutam, quando res eſt per hypothecariam euicta.

Emptor vbi moleſtatur per actionem hy-

pothe-

Digitized by Google

pothecariam, an agat aduerſus venditorem de euictione, ſi ab eo auocetur poſſeſſio temporaliter.

Fundus venditus, vbi reperitur obnoxius annuo reddiui, an ſit locus reſciſſioni contractus, vel agatur ad damna, & intereſſe.

Et quid quando res vendita fuit hoc pacto vt ſi emptori diſpliceat, ſit inépta.

SVMMARIVM.

1 *Prædium emptum ex pecunia recepta per venditorem, cum hypotheca rei emendæ pro euictione rei venditæ dicitur obligata primo emptori, ex cuius pecunia fuit empta.*

2 *Hypotheca de conſenſu venditoris tempore emptionis apponi debet.*

Sed contrarium in præſenti caſu, num. 3.

4 *Venditor in actu acquiſitioni poteſt alijs præiudicare.*

5 *Actio ad duplum non competit poſt rem reſtitutam, quando res eſt per hypothecariam euicta, & num. ſeq.*

Contrarium num. 7.

Diſtinguitur num 8. & ſeq.

6 *Hypothecaria auocat nudam poſſeſſionem.*

7 *Alienatio dicitur iuris cenſura.*

10 *Creditor non agit via executiua, quando res fuit ei addicta vigore rei iudicatæ, ſi poſtea euincatur.*

11 *Emptor, vbi ſimpliciter moleſtatur per actionem hypothecariam a creditore, non agit aduerſus venditorem de euictione, cum auocetur tantum poſſeſſio; ſed agit, vt liberet rem ab onere hypothecæ, num. 12.*

13 *Fundus poſt factam venditionem, ſi reperitur obnoxius annuo cenſui, ſeu redditui, eſt locus reſciſſionis contractus, ſi venditor ſit ignorans, etſi ſciens tenetur vlterius ad damna, & intereſſe.*

Contrarium, quod immo agatur, vt res liberetur, alias intereſſe peti poſſit, num. 14.

15 *Emptor, etiam quod res ſibi tradita ſit, non tenetur ad ſolutionem pretij, niſi prius liberetur ab obligatione, & hypotheca.*

Et agere poteſt ad id, quod ſua intereſt, num. 16.

17 *Creditor euincens rem venditam a manibus emptoris, ſi offerat rem euictam dimittere recepto eius credito in pecunia, emptor non tenetur reemere.*

Emptor meliorando rem emptam, quæ poſtea euinceretur, tamquam alij obligata, liberatur, præſtando primam æſtimationem.

19 *Venditor, quando conſtituit ſe emptoris nomine poſſidere, emptor agere non poteſt contra venditorem ex empto ad tradendum.*

20 *Venditor, ſi bona fide rem alij tradat, quam creditori, tenetur, ſed cedendo actionem liberatur.*

21 *Res vendita hac lege, vt ſi res diſpliceat, ſit inempta, talis diſplicentia declarari debet infra 60. dies.*

22 *Emptor, cui traditus eſt fundus hypothecatus, cogere non poteſt venditorem, vt fideiubat.*

Et qualiter emptori ſecuratur. num. 23. & 24.

Quæſt. XX XIX

1 SEius emit a Titio cenſum, ſeu annuum redditum ducatorum decem pro pretio ſcutorum puta centum
pacto adiecto, vt ex dictis ſcutis centum emeretur prædium pro ſecuritate dicti Seij, ita quod bona ſit emenda ſint ſpecialiter obligata dicto Seio. Facta fuit emptio per dictum Titium, in qua dictum fuit, quod ea facta
2 fuit de pecunijs Seij. Poſtea euincuntur dicti annui redditus, & ideo hæredes Seij illis euictis, prætendunt prælationem in dictis bonis, tanquam acquiſitis ex pecunia Seij, & vt ſupra emptis. Verùm creditores, qui prius contraxerunt cum dicto Titio, dicunt hypothecam prædictam appoſitam in dicto contractu nihil operari; ex quo emptionis tempore appoſita non fuit, hyppotheca de conſenſu venditoris qui ex diſpoſitione *l. licet, Cod. qui potior. in pignor. hab.* neceſſarius videtur, vt per *Neguſant. in tract. de pignor. part. 4 princip. num. 4. & ſeq.*
3 Verùm conſenſus iſte venditoris neceſſarius non videtur nec ſufficit ſpecialis hypotheca de conſenſu debitoris, quæſita in bonis emptis, quæ ſine hac pecunia non eſſent in hæreditate ac bonis Titij non enim ex hac receptione pecuniariũ, ac emptione facienda cum ſpeciali hypotheca vlla ſit iniuria anterioribus creditoribus: cũ bona prædicta non eſſent in bonis eorum debitoris, niſi fuiſſet pecunia iſtius Seij ſecundi creditoris, quod in materia pignorum conſiderat *Fulgoſ. in leg. 1. ad finem, ff. quibus mod. pignor. vel hypoth.* ſoluitur, vnde conſentiat venditor, vel non, eis nullum ſit præiudicium, neque venditori damnum aliquod inferri poteſt ex hac ſpeciali obligatione.
Non obſtat diſpoſitio *d. l. licet, Cod. qui potior. in pign. habean.* quoniam *text.* ille loquitur, quando venditor tei vult, quod creditor emptoris in re per eum vendita præferatur cæteris creditoribus eiuſdem emptoris, in re per eum vendita alijs creditoribus eiuſdem emptoris, quod ex iſto *text.* poteſt: quoniam in actu acquiſitionis ipſe venditor poteſt alijs præiudicare, & per eam legem non
4 tollitur facultas debitori accipiendi pecuniam, & ex ea rem emendi eo pacto inter dantem pecuniam, & eum qui recipit, quod res ematur ſub ſpeciali hypotheca, quia vt dictum, ex hoc nullum infertur præiudicium creditoribus, etiam anterioribus, qui ſine hac pecunia non reperirent rem in dominio debitoris, vt ex ijs, & alijs decidit *Vinc. de Franch. deciſ. 97. part. 1.*
5 Sed an etiam poſt rem reſtitutam competat actio ad duplum, quando res eſt per hypothecariam euicta, quæſtio eſt inter ſcribentes: & dicendum videtur: quòd non
6 quoniam hypotheca aduocat nudam poſſeſſionem *l. ſi cum venditor, §. 1. de euiction.* At quando euincitur nuda poſſeſſio; & reſtituitur res, etiam poſt rem reſtitutam non committitur ſtipulatio de euictione ad duplum, ſed ad intereſſe, quaſi re non liberè tradita, ad *text. in l. ratio princ. in verb. aduocauerit: & ibi per Gloſ. 1. eam dicit,* item quod dicit, ſi eſt aduocata, & ibi *Bart. & Doct. ff. de act. empti, & Bal. & Sa ye. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit.* per quæ concludendum videtur, quod etiamſi res eſt reſtituta per hypothecariam, non cõmittitur ſtipulatio.
7 Cuius contrarium videtur probare *text. & ibi Gloſ. in l. euictas, ff. de euictionib.*
8 Quare pro vera reſolutione dicendum eſt, quòd ſi quæratur, An re euicta per hypothecariam committatur ſtipulatio duplæ poſt rem reſtitutam, debet diſtingui: quod aut res eſt euicta per hypothecariam pro tali quantitate, quod eſt ſpecies reſolutionis, & tunc quia nuda poſſeſſio euicta cenſetur, non committitur ſtipulatio de euictione: ſed agi poteſt, vt libera tradatur: & ita procedit *text. in d. l. ratio, & quod ibi per Bart.*
9 Aut eſt euicta pro tali quantitate, quod ferè eſt amiſſa res reluitionis, & tunc lex præſumit venditorem non luiturum; atque ita cenſetur euictio perpetua ratione proprietatis, qui dicitur alienatio iuris cenſura, vt eſt caſus
10 notabilis in *l. qui habebat, & ibi Bart. ff. de legat. 3.* & tunc

dupla

duplæ ſtipulatio committitur; ſicut ſi euinceretur ratione dominij. Vnde, ſi venditor non ſoluit creditori a principio commiſſa cenſetur ſtipulatio duplæ, quaſi re alienata, & euicta ratione dominij per *d.l. qui habebat*, quaſi ſpes non ſubſit, quòd ſoluto credito ipſius actoris, lui adhuc poſſit, vt latè per *Soc. conſ. 199. ſub. n. 8. lib. 2. quem ſequitur Menoch. conſ. 361. num. 5. lib. 4.*

11 In caſu autem, quod res creditori fuiſſet addicta vigore rei iudicatæ, ſi poſtea euincatur, non tamen creditor poteſt, amplius agere via executiua, quoniam eſt extincta, *Bar. Alex. & Iaſ. in l. a Diuo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re iudic.* & faciunt, quæ dicam in quæſtione.

At vbi ſimpliciter inquietatur emptor per actionem hypothecariam a creditore, non etiã agitur aduerſus venditorem de euictione, quaſi res euincatur, quæ per hypothecariam verè non euincitur: ſed tantum auocatur poſſeſſio ab emptore temporaliter: hoc eſt donec creditori agenti ſoluatur debitum petitum, aut litis æſtimatio, *d. l. ſi cum venditor, ff. de euict.* de quo dixi, dũm egi de ſaluia-
12 no interdicto, in *q. 126. n. 15.* & niſi venditor liberet rem venditam ab onere hypothecæ, renetur emptori ad intereſſe, *Ang. & Doctor. in l. 1. § ſi hæres, ff. ad Trebell. Alex. conſil. 63, colum. penul. in fin. lib. 6. Crauet. conſ. 198. num. 14*,

13 Sed quæro, an idem firmandum ſit, quando fundus venditus poſt factam venditionem reperitur obnoxius annuo cenſui, ſeu redditui. Et prima facie dicendum videtur, locum eſſe reſciſſioni contractus, ſi venditor ſit ignorans: ſi verò ſciens teneatur ad damna, & intereſſe: quamuis enim attento iure cõmuni tantũ agi poſſet hoc caſu ad intereſſe per *l. 1. §. 1. & l. Iulianus, §. Iulianus ff. de act. empr.* & ita venditor ignorans teneatur quãto minoris propter ſeruitutem, vel penſionẽ emptor rem emiſſet, etiam ſi pro nihilo rem emiſſet, vel nullo modo emiſſet, venditio reſcindatur, & pretium totum repetatur, vt in *leg. illud, §. ſi minus, ff. de tribut. Salyc. in l. ſi minor, ff. de act. empt. Dida. Perez in rubr. tit. 2. ordinam*, nihilominus attento eodem iure communi, erit in electione emptoris, an velit ſtare emptioni, & agere ad intereſſe, vt dictis iuribus, vel etiam diſſoluere: ita tenet *Anton. Gomez de contract. tom. 2. cap. 2. num. 45.*

14 Contrarium, quod immò venditio reſcindi non valeat ob cenſum redimibilem antea conſtitutum ſuper re vendita, licèt emptori nil dictum fuerit, ſed tantùm petere poſſit, vt res illa liberetur a cenſu prædicto, ſicque, vt creditor condemnetur, vt intra certum breue tempus iudicis arbitrio aſſignandum, cenſus redimatur vna cum ſolutione fructuum decurſorum, & non ſolutorum, vſque ad actualem redemptionem dicti cenſus, a quo res vendita libera remaneat, & ab omni penſionem in poſterum ſoluenda: nam cum res ipſa cenſui redimibili affecta, ad voluntatem venditoris eiuſdem facto libera fieri poſſit dicendum eſt, vt tantùm reficiatur emptori, quantum abſtulit racituenitas cenſus tempore venditionis rei, videlicet, vt res libera efficiatur, ſi emptor allegauerit, ſeu petierit. Et quatenus venditor ſciens ita vendiderit, tenebitur ad damna, & intereſſe emptori, ſi quæ ſubſequantur, vel ſubſecuta fuerint, vt concludit *Io. Gutierez Pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 169. per totam, vbi etiam reſpondit contrarijs.*

15 Et quatenus adhuc pretium ſolutum non ſit, vbi emptor emit rem hypothecatam, etiamſi res ſibi tradita ſit, non tenetur ſoluere pretium venditori, niſi prius res liberetur a prædicta obligatione, & hypotheca ad *text. & notata ibi per Bart. & Bal. & Salyc. in d. l. ex his prædijs, C. de*
16 *euict.* pariter dictus emptor agere poteſt ad id, quod ſua intereſt dicta rem ſibi vendita, non fuiſſe, vel eſſe alteri obligatam, *l. ſi rem meam, & ibi Bar. & de ſolut. & Ang. per illum text. in l. 1. §. ſi hæres ad Treb. Neguſant. de pignor. in prima memb. 5. part. princ. num. 24.*

17 Sed admiſſo, quòd creditor euincat rem venditã, & illam auferat a manibus emptoris medio iure, & executione facta, quòd ſufficit, vt locus ſit euictioni, ad notata in *l. habere licere, ff. de euictio. & per Alex. conſ. 4. in prima col. lib. 3.* ſi euincens offerat rem euictam dimittere, recepto eius credito in pecunia, an teneatur emptor dictam rẽ recipere, & pretium creditori ſoluere: & concluditur quod non; quia non tenetur illam reemere, vt per *Caſtr. in l. emptorem, §. idem Neratius, ff. de act. empt. ac decidit Beninten. deciſ. 25. num. 2.*

18 Benè verum eſt, quod emptor meliorando rem emptã, quæ euinceretur poſtea, vti alij obligata liberat rẽ ipſam, præſtando primam æſtimationem, vt ex *Bar. & alij in l. his C. de prædi & omn. reb. nau. lib. 11. Viu. deciſ. 318. n. 14.*

19 Quid quando venditor conſtituit ſe emptoris nomine poſſidere, an emptor agere poſſit contra venditorem ex empto ad tradendum: & negatiuè reſpondet *Bar. in l. ab emptore colum. pen. verſ. ſed quæro, ff. de pactis.*

20 Item, quid ſi venditor rem bona fide alij, tradat quam creditori: num teneatur, & dicitur teneri, ſed cedendo actionem liberari, *l. cum fundus, §. ſeruum imprudens, ff. ſi cert. pet. vbi Iaſ. col. 4 notab. limit. 4.*

21 Quid autem, ſi aliquis vendit rem aliquam hac lege, & pacto, vt ſi ei res diſplicuerit, ſit inempta, infra quod tempus emptor debeat hanc diſplicentiam declarare reſpondeo infra ſexaginta dies, *leg. quod ſi nolit, ff. de ædil. edict.* quem textum ſingularem eſſe ait *Rom. ſingul. 705. incip. vendo.*

22 Præmiſſis adde, quod emptor, cui venditor tradidit fundum hypothecatum non poteſt cogere venditorem, vt fideiubat de euictione, ſecundum *Ang. in l. ſi hæres, & ibidem Ripa n. 31. ff. ad Treb.* vbi addit, emptori tamen ſuc-
23 curri, vt æſtimetur fundus cum obligatione, ad id quod minus æſtimatum fuerit, dabitur actio cõtra venditorem poſt *Bar. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ, §. fin. ff. de verb. oblig.*

24 Refert quoque *Rip.* vbi ſupra, aliud remedium, quo ipſi emptori dicto caſu ſuccurritur, ex *Alex.* ibi nempè, quòd emptor agat contra venditorem, vt liberet prædium venditum ab hypotheca, *l. ex his prædijs, C. de euict. qui tex. non probat*; quia loquitur re nondum tradita; nos verò agimus re ipſa tradita: de quo dicam ſuo loco, præter ea, quæ dixi in ſuperioribus quæſtionibus.

ARGVMENTVM.

Venditor fundi, reſeruato ſibi dominio, donec fuerit ſibi ſolutum integrũ pretium, an, ſi interim emptor moriatur illius creditoribus etiam anterioribus præferatur.

Meliorationes in re obligata factæ, qualiter detrahantur. Et quod tempus attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Vendens fundum, reſeruato ſibi dominio, donec pretium fuerit ſolutum, ſi interim emptor moriatur, præfertur cæteris creditoribus, etiam anterioribus.*

Ampliatur idem procedere etiam ad fauorem creditorum ipſius venditoris, num. 2.

3 *Creditores anteriores in re vendita, & tradita, habita fide de pretio præferuntur etiam ipſi domino.*

Fallit

Fallit reſeruatione dominij, num.4.
Ampliatur idem habere locum, ſi facta ſint melioramenta, num.5 & 7.
Contrarium, n.14. & ſeq.
6 *Venditor rei, vbi vult, quod creditor emptoris in re per eum vendita, præferatur alijs creditoribus eiuſdem emptoris poteſt. Et de ratione ibidem.*
Meliorationes in re obligata factæ, ſunt obligatæ, vt ipſa res. Et de ratione num.10.
Declaratur num.19.
8 *Pretij tamen reſtitutio facienda eſt, quo res obligata facta eſt pretioſior, num. 19.*
Alias doli exceptione repelletur, num.22.
11 *Obligatio realis tranſit contra quemcumque, non ſolùm in re ſpecialiter obligata, ſed etiam in acceſſorijs.*
12 *Hypothecaria competit creditori venditoris, qui vendidit, reſeruato ſibi dominio, donec pretium ſolueretur, quando ex temporis augmentum res ſit pretioſior.*
13 *Alteri quod accedit, cenſetur eſſe illius pars verè, vel fictè.*
14 *Hypotheca non cadit in re propria.*
16 *Conditio donec pretium ſolutum fuerit eſt naturalis contractus venditionis.*
Et dicitur pura venditio, num.17.
20 *Acceſſorium ſequitur natura ſui principalis, quando non eſt diuerſa ratio inter principale, & acceſſorium.*
Et Aliquando ſeparatur a principali, num. 21.
23 *Meliorationes vbi ab emptore facta ſunt poſſeſſor offerendo æſtimationem liberatur ab earum traditione, etiam quòd æſtimatio non aſcendat ad id, quod debetur.*
24 *Emptor domus hypothecatæ, ſi eam ſuis ſumptibus meliorauit: & ab eo euincatur, liberatur præſtando primam æſtimationem; ita quod vtatur retentione nedùm pro melioramentis, ſed etiam totius rei.*
25 *Aeſtimatio prima offertur, vbi in re hypothecata fuerunt ab emptore factæ meliorationes.*
Sed quòd immò attendatur præſens tempus, num. 26.
27 *Poſſeſſori qui meliorauit, datur ſolùm quòd impenſum eſt, non id quodelioratum eſt.*
At quòd immò prætendi poſſit deductio totius valoris meliomentorum, num.28.

Quæſt. XL.

1 QVæro rurſus, quid ſi Sempronius vendidit, fundum
Mœuio pro certo pretio, pacto adiecto, quòd do-
nec ſolutum non fuerit totum pretium, dominium non
acquireretur emptori; pro quo etiam in ſpecie emptor
obligauit fundum ipſum emptum. Mœuius in dicto fun-
do plures fecit meliorationes deinde obijt pluribus debi-
tis implicitus. Creditores emptoris prædefuncti anterio-
res, & creditores habentes cauſam, ſeu ceſſionem a Sem-
pronio venditore, cui ſpeciali hypotheca res a ſe vendita
tempore pendentis ſolutionis fuit obligata, concurrunt
pro ſatisfactione illorum crediti; qui eorum preferri de-
beat in fundo, & meliorationibus prædictis.

Quoad fundum venditum, nemini dubium, eſt quòd
præferri debent creditores habentes iura Sempronij ven-
ditoris, ſtante pacto prædicto reſeruationis dominij,
2 quod pactum validum eſt, *Alberic. in l.2. C. de pact. inter
empt. & vendit. Bal. in rubr. de contrahe. empt. q.13. Addent.
ad Specul. in titul. de empt. & vendit. in princ. col.3. in addit.
quæ incip. ipſa in fine.*
3 Quamuis enim regulariter in re vendita, & tradita, ha-
bita fide de pretio, præferantur creditores anteriores,
etiam ipſi domino rei, *Bar. in l. ſi cum dotem, §. fin. in fin. §.
ſol. matr. vbi Ang. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. Io de Imol. & Alex.*
4 id tamen non procedit facta huiuſmodi reſeruatione;
quoniam tunc præfertur venditor cœteris omnibus cre-
ditoribus, vt in re propria, ſicut declarat *Gomeſ.
variar. reſolut. cap.2. ſub numer. 24. verſicol. Quintus
modus:* idemque concludendum videtur in meliora-
5 tionibus, vt ſcilicet ij præferri debeant: quoniam melio-
rationes cedunt ſolo, §. *cum in ſuo ſolo, Inſtit. de rerum diuiſ.*
cuius ſcilicet ſoli dominium cum fuerit reſeruatum, eo-
rundem creditorum videntur quoque eſſe meliorationes,
quia ſicut præferuntur in ſolo, tanquam in re propria, ita
preferri debent in meliorationibus, quæ acceſſoriæ ſunt
ad rem ipſam, ſeu in pretio earum.

His additur, quòd ad fauorem creditorum ceſſiona-
riorum venditoris adeſt hypotheca in contractu vendi-
tionis appoſita in re propria ex diſpoſitione *text. in l. li-*
6 *cet, C. qui potior. in pignor. habeant* vbi dicitur quòd quan-
do venditor rei vult quod creditor emptoris in re per
eum vendita præferatur alijs creditoribus eiuſdem em-
ptoris: quod poteſt; quia in actu acquiſitionis venditor
poteſt alij præiudicare, & opinionem hanc tenet poſt
alios *Gail. ſig. obſ. lib.2. obſ.12. in ſecunda limit. & obſeruat.15.
in tertia limi.* quod vtique videtur etiam procedere in me-
7 lioramentis factis in re, vt ſupra obligata, vti acceſſorijs,
quæ cenſetur illius pars verè vel fictè, cum de iure melio-
8 rationes in re obligata quacunq; factæ, ſiue per debito-
rem, ſiue per tertium ſint obligatæ, vt ipſa res ad l. *Pau-
lus, §. 1. ff. de pign.* per quam videtur decidi caſus noſter
prout ita fuiſſe deciſum in Conſilio Neapolitano teſtatur
Franch. deciſ.37. propè finem verſ & alijs fuit dubitatum
vbi addit, quod facienda eſt reſtitutio pretij, quo res obli-
9 gata facta eſt pretioſior, iuxta diſpoſitionem illius *text.*
ea ratione, quia meliorationes cedunt ſolo obligato: &
10 obligatio realis tranſit contra quemcunque non ſolum
in re ſpecialiter obigata: ſed etiam in acceſſorijs, *Bar. in
l. ſolent ff. de alim. & cibar. legat. eſt text. in l. domo, ff de pign.
actio, & in l. etiam, §. qui potior. in pignor. habean. idem deci-
dit idem Franch in deciſ.457. num.2. vbi citat Gloſ. Pariſien.*
11 *in titul.1. in Gloſ.5. in ver. le fief ſub num.94. verſ. Tertio, vt
plenius, Neguſ. de pignor. primo membr. part.5. verſ. quartò
quæritur, & addit. vbi ſupra Franch. num.8.* creditori quo-
que hypotecariam, quando augmento res ſit prætioſior,
12 & ſicut ſuper augmento prædicto in eo, quod plus vale-
ret res empta a domino quando ſolutio facta eſt ante-
rioribus creditoribus, iuxta tamen declarationem, de qua
ibi per eum, & in ſpecie, de qua agimus, conferunt tradi-
ta per *Aretin. in l. ſi conuenerit la ſecondo, ff. de pignor. actio.*
13 cum dixit, quod illud quod alteri accedit, cenſetur eſſe
illius pars verè, vel fictè.

In contrarium facit, quia cum dominium in empto-
14 rem non fuerit traslatum ex ipſa facta reſeruatione, non
cadit hypotheca tanquam in re propria, *leg. neque pi-*
15 *gnus, ff. de reg. iur.* prout nec res aliena obligari poteſt, *leg.
rem alienam, vbi Gloſ. ff. de contrahen. empt. plenè Neguſant.
in tract. de pignor. tertio membr.2. par. num.26. verſ. ſecundò*
quæritur atque ita obligatione impoſſibilitas concurrit
16 ex vtraque parte, ex parte ſcilicet recipientis, & ex
parte obligantis, & ea conditio donec pretium ſolu-
tum fuerit ex naturalis contractui venditionis, *ex Bal. in
rubr. C. de contrahen. empt. in decima tertia quæſtion.* per
quam ita decidit ſacrum Conſilium, vbi refert. *Affl. deciſ.
328. allegat cæteros Couar. variar. reſol. libr.3. cap.11. ſub
numer.6. verſ. ſecundò* in eiuſdem opinionis confirmatio-
ne relata opinione *Bart. Afflict. Tiraquell.* dicit venditio-
17 nem modò quo ſupra factam, nullam habere conditio-
nem, quæ effectum contractus impediat, & quod eſt
pura venditio, licet dominium traslatum non fuerit:
& ideò venditor remanet dominus, & ſucceſſiuè non po-
teſt in re vendita dari hypotheca.
18 Et quatenus etiam vellemus rectè in his hypothecam
dari, iſta ſpecialis hypotheca operaretur tantummodò
quoad ipſum fundum venditum in cuius vẽditione potuit
vendi-

Digitized by Google

venditor apponere legem quam voluit, ſecundum terminos *d.l.licet*, quæ loquitur in pacto ſpecialis hypothecæ ſtatim oppoſito in ipſa emptione, ſicuti declarat *Negu-ſant.in tract.de pign. in quinta parte in ſecundo membro ſub numer.17. & 37. latè Capoll. in cautel.*124. non autem in ipſis melioramentis, de quibus pactum prædictum non loquitur; nec quidem tunc temporis fuit cogitatum.

19 Eſt verum, quod meliorationes veniunt obligatæ tanquam acceſſoriæ ad pignus obligatum ex natura acceſſorij, *d.l.Paulus,§.domus,Neguſant.de pignor.par.6.in primo membr.* in quarta q.obligatæ tamen erunt obligatione acceſſoria naturali a lege introducta, quia ſolo cedunt, non autem obligatione ab homine inducta cum priuilegio prælationis ex particulari, ſeu accidentali eius prouiſione. Ac diuerſa magis ratio eſt in vno quam in alio. Nã in primo caſu, quando fit ſpecialis obligatio, venditor in præſenti legem imponit rei ſuæ.

In ſecundo verò caſu ſpecialis hypotheca impoſita videretur in rebus non venditis, & meliorationibus per eã non factis. Quare cum diuerſa ſit ratio, diuerſum ius reddi
20 debet. Tunc enim acceſſorium ſequitur naturam ſuæ principalis, quando non eſt diuerſa ratio inter principalem, & acceſſorium: ſic *Marſil.in ſing.*17. *acceſſorium, verſ.*
21 *ſcias tamen, Surd conſ.*117.*n.*37.*lib.*1. vbi quod aliquando acceſſorium ſeparatur à principali. *l.*1. *§.fin.ff.de reb.cor. & l.fin. ff. eod.*

22 Hac firmata concluſione; ad illud quod dicebatur, meliorationes videlicet cedere ſolo; Reſpondetur tamen dominium ſoli teneri reficere pretium ipſarum aliàs doli exceptione repelleretur *l.ſin autem, §.in repetita, ff.de rei vendic. & leg.adeò,§.ex diuerſum, ff.de acquir.rer.domin. d.l.Paulus, §.domus, & in terminis* ſic decidit Conſilium Neapolitanum teſte *Franch.in deciſ.*506.*propè finem, & per totam.*

23 Sed adhuc inſurgit dubitatio, an vbi ab emptore factæ ſunt meliorationes, poſſeſſor offerendo æſtimationem liberetur ab eius traditione; Et ita offerendo eum liberari cenſeo, etiam quod æſtimatio dicta non aſcendat ad id quod debetur. ſic *Bart.in l.*2. *C.de præd.naut. vbi Bart.* elicit vnam concluſionem, quam dicit mirabilem; nempè
24 quod ſit aliquis emit aliquam domum alteri hypothecatam, & eam ſuis ſumptibus meliorauit, ſi ab eo conueniatur per hypothecariam, liberatur præſtando primam æſtimationem, hoc eſt ſoluendo valorem rei ante facta meliorationes; ita vt non ſolum vtatur retentionem pro meliorationibus; ſed etiam totius rei conſequatur retentionem: quæ Bart. traditio communiter recipitur, vt ibidem habetur per omnes Doctores, & ſubſequitur *Paul.de Caſtro in l.ſi conuenerit,§.ſi fundus num.*2.*ff.de pignor.actio. gloſ.in leg.cum poſtulaſſem, §.final.ff.de damn.infect. ſuper ver.tribuendum eſt, Iaſ.in leg.creditor la prima numer.*6.*ff.ſi cert.petat. Soc.ſen.conſil.*224.*col.*2.*libr.*2. *Coſſet.in ſingul. in ver.Melioratio.Modern.Pariſ.in conſuet. Pariſien.titul.* 1.§.1. *Glo.*5. *numer.*80. & 81. *Brun.de augmen.concluſ.*14. *fallen.*2.*num.*6. *Garz.de expen.& meliora.cap.*18. *numero* 55.*& ſeq.comprobat Theſaur.in qq.foren.libr.*1. *q.*71. *& prius Neguſ.in quarto membr.*5.*par.num.*18.*de pign.& numer.*21. *Couar.variar.reſolut.libr.*1.*cap.*18. *numer.*2.*&* 3. *vbi plenè.*

25 Cuius autem temporis æſtimatio attendenda ſit, an reſpectu habito, pro vt valebat tempore venditionis deducto prætio melioramentorum manu factorum: an verò prout valet habito reſpectu ad præſens tempus.

Et concludendum videtur, quod ſufficiat offerre primã eſtimationẽ, ſecundũ *Paul. de Caſtro in l.ſi conuenerit, §.ſi fundus,ff.de pign.act.* & videtur fuiſſe de mente *Bar.in d. leg.*2. *C. de præd.naucul.* licet ſecundum alios augmentum accedens fundo loco pignoris detineatur, & adiudicatio fiat pro eo ſolum; quod valebat tempore obligationis.

26 Verum, quod attendi debeat valor præſentis temporis detracto pretio melioramentorum factorum per poſſeſſorem, ſenſerunt *Neguſant.in loco proximè citato, n.*21.*& Couar.d.c.*8.*ſub num.*3. *verſ.cæterum*, in ſpecie ſic deciſum teſtatur *Franc.dec.*38.*ſub n.*4.*qui n.*6 declarat, quod diximus ſcilicet, quod augmentum accedens fundo loco pignoris, detineatur, vt ibidem per eum.

27 Subiungit quoque ibidem *Franch.n.*7. *An tex.in l.fundo, ff.de rei vend.* quo cauetur, id tantum, quod impenſum eſt poſſeſſori reficiendum eſſe, non id in quo melioratum eſt procedat tantum, quando fundus, vendicatur à domino: an etiam, quando agitur iure hypothecæ ſuper fundo. Et
28 fuiſſe deciſum teſtatur contra creditorem poſſe nempe prætendi deductionem totius valoris melioramentorum ſuper quo videndus eſt idem *Franc.dec.*456.*n.*4.5.*&* 6.*& quæ dixi in tract.de imput.quæſt.*136.

A R G V M E N T V M.

Venditor, quando præferatur in mercibus venditis, ex dolo emptoris.

Dolus quando dicatur dare cauſam contractui.

Debitor, quando admittatur, vel non ad ceſſionem bonorum.

S V M M A R I V M.

1 *Vendens merces, ei qui iam conceperat fugam, perfertur omnibus alijs in ſuis mercib.& n.*14.
*Et quæ ſit coniectura huiuſmodi fugæ, n.*15.
*Ampliatur etiam procedere in pretio ex ipſis mercibus redacto, n.*2.
3 *Creditores admittuntur ad bona ſui debitoris, inter quę aliena non connumerantur, licèt inter illa reperiantur.*
4 *Dominiũ dicitur translatum, vbi habita fuit fides de pretio.*
*Fallit, quando emptor habuit animum fugam arripere, n.*5. *& ſeqq.*
6 *Contractus ratione doli vitiatur. Quod procedit & in diſtractu, ibidem.*
*Et redditur nullus, n.*7.*& infra.*
8 *Contractus dicitur nullus defectu conſenſus.*
*Etiam iuramento non obſtante, n.*9.
10 *Dolus debet nocere doloſo.*
*Et nulli commodum afferre, etiam minori, n.*11.
12 *Dolus, quando dicatur dare cauſam contractu, & num. ſequenti.*
13 *Dolum expreſsè committere, & eum aliena iactura ſcienter locupletari paria ſunt.*
14 *Dolus probatur coniecturis.*
16 *Tempus breue quale dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
17 *Debitor, quando ſciuit ſe non eſſe ſoluendo, & tamen promiſit ſe ſoluturum, dicitur fuiſſe in dolo.*
18 *Debitor ſciens patrimonium ſuum ad nobilium redactum, non poteſt emere abſque tali certioratione, alſi non fiat dicitur in dolo.*
19 *Ceſſio bonorum denegatur debitori doloſo.*
*Præſertim, ſi vltrà dolum fuit renunciatum beneficio prędicto, n.*22.
Ita quod doloſus litigator, nec etiam beneficio c. Oldradus, iuuari poſſit, ibid.
*Declaratur, nu.*24.
20 *Socer perdit beneficium, ne teneatur vltra quam facere poſſit.*

Digitized by Google

poſſit, ſi ſciens præſtare non poſſe, generum induxit ad contrahendum.
Extende item procedere in ſocio, n. 21.
Ratio adducitur, num. 23.
Declaratur, num. 24.
Subdeclaratur, n. 25.

Quæſt. XLI.

1 HVc ſpectat quæſtio de mercatore, qui alij vendidit
merces, qui iam conceperat fugam; an præferatur
omnibus alijs in ſuis mercibus, quamuis fidem habuerit
de pretio, & concluditur affirmatiuè.

Nam talis fides habita, videtur per dolum emptoris, &
per conſequens habetur pro non habita, neque dominiũ
cenſetur translatum, ſecundum *Bald. in l. ſi cum dotem, §.
fin. ff. ſoluto matrim.* ſubdit hoc eſſe ſingulare, & hanc quæ-
ſtionem de facto agitari, ſequitur Angel. ibi, dicens, ſe
quoque in facto habere, & *Alex. num. 4. vbi impugnat Ra-
phael. Cuman. contrarium tenentem, idem voluit Capoll. in
cautell. 124. n. 1. Salyc. in l. ſi pro debito, n. 3. C. de bon. auctor.
iudic. poſſid. Neguſ. de pignor. in ſecundo memb. 5. part. prin-
cip. numero 9. Rip. in l. ſi ventri, §. in bonis, num. 6. ff. de priui-
2 leg. creditor.* quæ concluſio ampliatur, vt locum habeat
etiam in pretio ex ipſis mercibus redacto, per dictam le-
gem ſi ventre, *leg. depoſiti, & leg. ex facto in principio, ff. de
pecul. Authent. ſi quis ex rebus, Cod. de iure dot. cum alijs
per Amator Rodriquez de concurſu credit. par. 2. art. 4. num.
6. & 7.*

3 Creditor enim ſolum admittuntur ad bona ſui debito-
ris, inter quæ aliena connumerari non debent, quamuis
inter illa reperiantur, *l. 1. ff. de priuileg. credit. l. ſi non expe-
dierit, in princip. ff. de bon. auctor. iud. poſſiden. l. à Diuo Pio,
§. ſi ſuper rebus, ff. de re iudicata.*

4 Nec facit negotium, quod habita fuerit fides de pretio:
quo caſu dicitur translatum dominium, *§. venditæ, Inſtit.
de rer. diuiſ. Capol. d. cautel. 124. Neguſ. de pign. d. membr. 2.
5. part. num. 18.*

5 Nam reſpondetur contrarium non procedere, quando
emptor venditionis tempore habuit animum fugam ar-
ripere, quia tunc dicitur dolum dediſſe contractui; & ſic
ipſi venditioni habendi fidem de pretio: vnde talis fides
6 habetur pro non data: & ratione dicti doli contractus vi-
tiatur ipſo iure, *leg. 3. § fin. ff. pro ſocio, l. in cauſa ff. de min.
Doct. in l. eleganter, ff. de dolo, c. cum dilecti, vbi notatur de
empt. & vendit Bero. conſil. 6. num. 28. et conſil. 37. num. 26.
lib. 1.* quod procedit in diſtractu, qui dolo vitiatur, *Docto-
res in l. actione, & l. de tutela, C. de in integrum reſtit. minor.
in l. in ſumma in princip. ff. de condit. indebit. Roman. in d. l. ſi
cum dotem, §. ſi mulier il primo, num. 7. ff. ſolut. matrimon.
7 vbi etiam Cuman. plures adducit. Tiraquel. de legibus con-
nubial. Gloſ. 5. num. 9.* quodque dolus reddat contractum ip-
ſo iure nullum, *reſpondit Purpur. conſil. 18. num 49. libr. 1.
Rota deciſ. 192. num. 4. part. 2. in nouiſſim. Sanchez lib. 1. di-
ſput. 64. num. 2. & 3. Maluaſ. conſil. 39. numer. 7. Parlador.
rer. quotid. cap. 3. num. 13. Vin. deciſ. 160. num. 7. Alexand.
Rauden. conſil. 19. num. 44. lib. 2. Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 1. tit 9. num. 23. & 26 Cagnol. ad decret.
Mont. Ferrar. 22. §. 2. num. 27. Cabal. conſil. 144. num. 69. lib.
1. Surd. conſil. 253. numer. 13. Seraphin. de iure priuileg. 58.
num. 2.* quia defectu conſenſus actus eſt nullus, *l. an inuti-
8 lis, ff. de except. Odd. de reſtitut. quæſt. 5. num. 14.* iuramento
9 etiam non obſtante, *Aldun. conſil. 1. num. 11.* ne ex ſuo
dolo cum tertij iactura quis improbum commodum re-
10 portet, dolus namque nocere debet doloſo, *l. itaque fullo,
ff. de furt. l. ne ex dol. ff. de dol. leg. 1. §. 1. de doli except. leg. cum
qui, ff quod cum eo, cap. intelleximus de iud. Becc. conſil. 186.
num. 22. & 23. Surd. deciſ. 64. numer. 18. de aliment. titul. 1.
quæſt. 42. num. 104.* & nulli commodum afferre, etiam mi-
11 nori, *l. auxilium, ff. de minor. cap. ſedes, & c. ex tenore,* de
reſcriptis, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 26. titul. 8. num. 28.
Aym. conſil. 100. num. 10. Odd. de reſtitut. quæſt. 12. num. 7.
Honded. conſil. 32. num. 6. lib. 1. Sanchez de matrimon. lib. 1.
diſput. 42. num. 5. & libro 3. diſputat. 18. numero 24. Grat.
diſceptat. libro 1. cap. 118. num. 55. Cardin. Tuſch. lit. D. con-
cluſ. 581.*

12 Dolus autem dicitur dare cauſam contractui, vbi eo
ſecluſo, & veritate cognita contrahendum non eſſet, vt ſi
quis dolo venditoris emat, non alias empturus, vel dolo
emptoris vendat, non alias venditurus. Cauſam verò con-
tractui non dat; ſed in eo incidit, ſi ad hoc veritate cogni-
ta, contractus ſit celebrandus, vt ſi emptor venditoris do-
lo inductus emat, adhuc tamen, ſecluſo dolo empturus; li-
cèt fortè non tanti, *Roſell. in ver. dolus vbi Angelic. n. 9. Ta-
bien. q. 7. n. 8. Armill. n. 6. Silueſtr. ver. culpa qu. 5. Medin. de
reſtit. q. 33. initio. Molin. diſp. 352. Tuſch. lit. D. concl. 183. n. 7.
Sanchez d. diſp. 64. n. 2.*

13 Imo, ſi hæc bonorum iactura abſque dolo videretur ac-
cidere, ſine eo, quid eſt non eſſet, quia dolum expreſsè cõ-
mittere, cum aliena iactura ſcienter locupletari, paria
ſunt, *Calcan. conſ. 73. Cranet. conſ. 142. num. 17. Zaſ. conſil. 4.
num. 22. Lancellot. Gall. conſil. 105. num. 87. Maluaſ. conſil.
79. num. 19. Vin. dicta deciſ. 160. & probat tex. l. 1. §. an pu-
pillum, ff. de depoſiti, quem ad hoc vti ſingularem notat Curt.
iun. in l. 1. §. ſi quis, num. 12 ff. quod quiſque iur.* probatque
ſecundum eum, quod ſicuti contra doli capacem inuenta-
ri poteſt actio, quoties apud eum res aliqua depoſita fuit,
ſic quoque intentari poſſit aduerſus eum, qui cùm iactu-
ra alterius locupletior factus euaſiſſet, non ſecus, ac ſi
apertus dolus intercederet, *Montier. deciſ. 13. n. 19.* & inter-
pretatio ſemper fieri debet, ne altera pars maneat dece-
pta, *l. ſi quis in conſcribendo, circa med. C. de pact. l. 3. §. 1. ff.
de arbitr. Paul. de Caſtr. conſil. 205. in fine lib. 5. Aym. conſil.
33. num. 25. Rota coram Sanctiſſimo Ludouiſio deciſ. 126. nu.
1. & 10.*

14 Vnde nil mirum, ſi vt ſuperius dixi, talis venditor ver-
ſutia emptoris deceptus in ſuis mercibus præfertur, nec
dominium cenſeatur translatum; *Ang. in d. l. ſi cum dotem,
n. 1. & ibidem Cuman. n. 3. Alexand. num. 5. Barboſ. num. 38.
in fine, ff. ſoluto matrim. Iaſ. in l. creditor, n. 5 ff. ſi certum pe-
tat. Bald. Nouell. de dote par. 4. quæſt. 8. num. 2. & 3. Negu-
ſant. de pignor. p. 5. memb. 2. n. 8. ad finem, Rip. in l. ſi ventri,
§. in bonis, n. 6. & 7. ff. de priuil. credit. Stracch. de decoct. par.
3. n. 31. Ioan. Guttierez Practic. quæſt. lib. 5. quæſt. 97. num. 7.*
& in his ſufficit dolum probari ex coniecturis, & duæ ſuf-
ficiunt; præſertim cum dolus ſit quid latens in animo con-
ſiſtens, *Paul. de Caſtr. in l. quod Nerua, num 3. ff. de depoſit.
Rum conſ. 4 n. 10. lib. 1. conſ. 73. num. 9. lib. 2. Cranet. conſil. 8.
num. 1. & conſil. 100. n. 3. conſ. 143. num. 12. Menoch. de præ-
ſumpt lib. 5. præſumpt. 3. num. 42. & ſequenti, Decian. conſil.
32. num. quarto, libro tertio. Rota Genuenſ. deciſ. 168. numer.
13. & 14.*

15 Verùm coniectura illa eſt potens, quando mercator
emens breui tempore, & poſt paucos dies aufugit, & ceſſit
foro; quia tunc dolus præſumitur, *Rip. in l. ſi ventri, § bo-
nis, n. 7. ff. de priuil. cred. Menoch. dicta præſumpt. 3. n. 11. lib.
5. Natt. conſ. 342. n. 4.* & communiter concludunt ſcriben-
tes in *d. l. ſi cum dotem, §. fin. & ibidem Ang. Alex. n. 5. Caſt.
n. 5. & Roman. in §. transgrediamur num. 40. Iaſ. in l. ſingula-
ria, n. 40. in princ. ff. ſi cert. petat. Maſc. de probat. concl. 531.
num. 124.*

16 Quando verò dicatur breue tempus, relinquitur arbi-
trio iudicis. *Gloſ. in l. n, à quo, ff. vt in poſſ. leg. Bald. in l. 3. §.
ibidem, ff. ad exiben. & leg. vlt. C. de ordin. cognit. Marſil. in
l. quæſtionis, num. 35. ff. de quæſt. Soc. iun. conſil. 67. numero
9. lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 9. nu. 5. Nat. conſ. 502.
num. 7. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verſ. omnia, vel partem*

I ſub

Digitized by Google

17 *ſub num.31.C. de reuocand.donat.* & quando ſciuit debitor non eſſe ſoluendo, & nihilominus promiſit ſe ſoluturum merces emptas, magis arguitur dolus, *l.penult.in fine, ff. de iure dot.Cran.conſ 310 ſub num.3.verſ. Imò ſi facta æſtimatione.*

18 Quare habemus, quòd vbi debitor ſciat ſuam deteriorationem, & vires ſui patrimonij exinanitas, & ad nihilum redactas non poteſt emere abſque tali certioratione, qua non facta, dolus, & fraus præſumitur, *Bur.Caſſan.conſ.52. viſo proceſſu,n.6.& 7.Maſcard.concluſ.531. num.111.* nec
19 propterea is admittendus eſt ad bonorum ceſſionem, *l.penult.& ibi Gl.in verſ.ex cauſa, & in ver. Inſidiaretur, ff.*
20 *de iur.dot.* vbi quod ſocero, qui ſpe futuræ dotis generum induxit, & cum ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, id egerit, vt genero inſidiaretur, priuilegium ne teneatur, niſi in quantum facere poſſet, denegatur, *Iaſ.in l.vltima num.19. Inſtit.de action.Boer.deciſ.349 ſub n.10.* vbi loquitur de quodam nomine, Ogier.qui contraxerat tempore quo ſciebat, ſe non eſſe ſoluendo, *Foller.in tractat.de contract. cenſ.in verb.cenſus enim,n.20.in fine,Stracc.in tract. de decoct.p.3.n.10.Couar.variarum reſol.lib.2.cap.16.ſub num.9. verſic.ſecundo illud adnotandum,Crau.de ceſſio bonor.quæſt, 31.quarta quæſt.princip.num.1. & infra,& latius quæſt.22. eiuſdem quarta quæſt.princip.num.3.& 4.& quæſt.24. qu.*
21 *4.princip.ſub num.2,* vbi, quod interueniente dolo, vel culpa, ſocius perdit beneficium, ne conueniatur vltra quam
22 facere poſſit: præſertim, ſi vltra dolum interceſſerit renunciatio beneficio ceſſionis, quo caſu renunciationem valere ſcribit *Bart.in l.alia,§ eleganter,in fine, ff. ſoluto matrimonio,* quin etiam præmiſſa adeò vera ſunt, vt improbus, & doloſus litigator beneficio *cap.Odoardus,* iuuari non poſſit aduerſus creditorem, teſte *Rota in Mediolanenſ.fructuum 20.Iunij 1597.coram Cardin. Pamphilio.*

33 Ratio prædictorum eſt, quia lex, quæ virtuosè operari debet, & ſic obuiare fraudibus, ſi aliter fieret, contrarium, operaretur, quod non eſt credendum.

34 Declarantur præmiſſa, vt ſcilicet debitor dolo dicatur contraxiſſe debita, & bonorum ceſſione fit indignus, quando non fortunæ iniuria, ſed ſuo vitio factus eſt non ſoluendo, ex traditis per *Strac.in dicto tract.de decoct. parte 2.ſub num.1.& 2.& par.7. & vltima in principio,* & his adſtipulatur Conſtitutio Sanctiſſimi Pij V. edita die 3. Nou mbris anni 1570. inhærens iuris communis diſpoſitioni, contra fraudulentos, & doloſos decoctores, qui proprijs eorum bonis non aduerſa fortuna, aut fortuitis caſibus, ſiue oſtium incurſu, vel aliqua violentia, ſed ſua ipſorum iniuria, negligentia, ſeu prodigalitate, vel luxu, malè vtuntur.

35 Subdeclaratur dicta declaratio, vt debitori, qui ad bonorum ceſſionem vult admitti, probandi onus incumbat fortunæ iniuriam: alias audiri non debeat, ex regula, quòd vnuſquiſque probare tenetur ſuæ intentionis fundamentum iuribus vulgaribus, vt & quia improbabilis eſt negatiua,

ARGVMENTVM.

Venditor, qui rem alienauit cum reſeruatione ſpecialis hypothecæ ſuper re vendita pretio non ſoluto, quando eam auocat, traditione facta, vel non,
Valor iuſtus ex quibus iudicatur,
Tertius veniens ad cauſam, quando teneatur illam proſequi, in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur.
Et quid agere debeat, ſi non vult facere acta ſua,

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui rem alienauit cum reſeruatione ſpecialis hypotheca, ſuper ipſa re vendita, donec fuerit ſolutum pretium, eo non ſoluto, illam poteſt auocare à quocunq; poſſeſſore, & n.5.*
Fallit non exiſtente dicto pacto facta traditione, n.2.
Primò ſublimitatur, ſi venditor de pretio fidem non habuerit, n.9.
Secundò ſublimitatur in emptore doloſo, n.10.
3 *Hypothecam habeas, dicitur rem habere.*
Præſertim, quando hypotheca eſt ſpecialis, n.4.
6 *Res ſemper tranſit cum onere, & cauſa ſua.*
7 *Hypothecaria actio, licèt non ſit merè realis, magis tamen inhæret rei, quam perſonæ.*
Quamuis ſecundum plures ſit merè realis, n.8.
11 *Venditor, quando dicitur fidem emptoris ſecutus?*
12 *Venditor, quando rem ſuam, etiamſi tradidit, vendicare poſſit?*
13 *Valor iuſtus ex quibus iudicentur?*
14 *Emptor primus veniens ad cauſam inchoatam contra ſuum emptorem, tenetur illam proſequi in ſtatu, & terminis, in quibus reperitur.*
Et tunc cenſetur admiſſus, perinde ac ſi eſſet contra ipſum nominatim facta, n.15.
Primò limitatur, quando actus, & probationes directò eius intentioni repugnant, n.16.
Secundò limitatur procedere in actu, & probationibus præteritis.
Secus in futuris, n.17.
Tertiò limitatur, quando tertius venit ad cauſam ad excludendum ius vtriuſque collitigatoris, n.18.
19 *Tertius quando non vult facere acta ſua, venire debet, tanquam in primo, & de nouo cauſam committere.*
Et quando dicitur venire, tanquam in prima, n.20.
21 *Tertius is habet electionem veniendi, prout in prima, qui venit proprio iure independenter à iure collitigantium.*
22 *Tertium probationes, & acta afficiunt, quando expreſsè fuit per iudicem ad cauſam admiſſus,*

Quæſt. XLII.

1 Congruit & hic quærere, num venditor, qui rem alienat, habita fide de pretio, reſeruata ſibi ſpeciali hypotheca ſuper re ipſa vendita, donec pretium fuerit ſolutum, & non aliter; & ita apparet, quod voluit ſibi præcauere, quoad ſecuritatem pretij in re ipſa vendita, eueniente caſu non ſolutionis pretij rem venditam exiſtentem apud ſecundum emptorem, ſeu alium quemcunque poſſeſſorem, poſſit auocare; & dicitur quod ſic, *leg.licet, Cod.qui potior.in pignor.habeant. Gloſ. ibidem in ver. Conuenit text. in leg.fin. iuncta Authent. quod obtinet, Cod. de pignor.Roman.conſil.40.num.6.Cephal.conſil.13 n.2.lib. 2.Capoll.cautel.124 num.1.Gail. lib.2. obſeruat.12. ſub nu-*
2 *mero quarto,* quicquid aliud eſſet, non præcedente dicto pacto; poſtquam deuētum fuit ad traditionem: quia tunc non daretur iſta auocatio, cum res ſimpliciter vendita abſq; reſeruatione expreſsæ hypothecæ ſibi obligata non eſſet pro ſolutione pretij, *Bal.in l.ſiunis ante finem, verſ.ſed pone, quod transtulerat, n.2. Cod.commoda. & in l.cum, cui*

in

in fine,C.de actio & obligat.& in l.pro debito,verſic.ſecundò ſatisfit,C.de bon.auctorit.iudic.poſſidend.Iaſ.in l.creditor ſub num.5.verſic.ſed ſalua,ff.ſi certum petatur.Neguſant. de pignor.4.parte num.35.per tex.in l.quod quis vbi Gloſ. in l.ob nauem , ff de priuileg.cred. quam communiter approbari teſtatur *Alexand.in l.ſi cum dotem,§.vlt.in fin.ff.ſoluto matrim.* vbi quod eſt,quaſi pignus,ex quo ante traditionem retineri poteſt, ſed non verè pignus , quia re tradita auocatio non datur,*Surd.deciſ.220.n.33.& 34.Bald.& alij in dicta l.finali,C.commod. ſcrib. communiter in dicta l. ſi cum dotem,§.finali,Neguſant. de pignor. part.quinta , membr.4. num.2.*

3 Comprobatur,quoniam habens hypothecam , dicitur
rem habere, *l.eos,C.qui potior. in pign.* habeant, præſertim
4 in hypotheca ſpeciali , quæ magis afficit rem obligatam ,
Gloſ.in l.1.ver.in pignus, C.de neceſs. ſeru. hæredi.inſtitut.
5 *Surd.conſil.331.num.26.* vt dixi, rem proſequi poteſt in
6 quemcumque vadat,cum res ſemper tranſeat cum onere,
& cauſa ſua,*l.ſi debitor,Cod.de diſtract pignor. Oſaſch. deciſ.
35.num.21.Surd.deciſ.97.num.13.deciſ.510.num.3.* vſque
7 ad octauum, qui addit, quòd hypothecaria , licèt non ſit
merè realis,magis tamen inhæret rei,quàm perſonæ, ad
8 *Gloſ.in leg.ſi tibi decem,§.de pignore,ff.de pact.* licèt etiam
ſecundum plures illa cenſeatur merè realis, ex notatis per
Tiraquell.de retractat.lignagn.§.8.Gloſ.5. ſub numero 11. & 12.

9 Primò ſublimitatur præmiſſa limitatio, ſi fidem venditor de pretio non habuerit: quia tunc rei venditæ, ac traditæ dominium non tranſit in emptorem,*l.inciuile , C.de rei vendic.l.quod vendidi , ff.de contrah.empt. & leg.Iulianus,§.offerri,ff de actio.empti,Gail.Pract. obſeruat. lib.2.obſeru.15.n.4.*

10 Secundò ſublimitatur in emptore doloſo,qui tempore venditionis non erat ſoluendo,etiam antea ceſſionem , vel fugam percogitauerat,quo caſu etiamſi fides habita ſit de pretio,nihilominus dominium rerum venditarum , ac traditarum non transfertur in emptorem doloſum , ſed in concurſu creditorum venditor omnibus præfertur; non obſtante traditione,*Bald.in dicta l.ſi cum dotem, §. finali,& ibidem Ang.& Alexand.num.5.Mudæ.in leg. quod vendidi,num.9.ff.de contrahend.empt.& vendit. Gail.dict. obſeru.15.num.8.& ſequentibus,* & dixi in quæſtione præcedenti.

11 Quandò autem venditor dicatur fidem emptoris ſecu-
tus,tradunt *Doct in d.l.inciuile, refert Gail. vbi ſupra n.6.*
12 *qui pariter tradit n.10.*vt prædixi, quando venditor rem
vt ſuam,etiamſi tradita ſit, vendicare poſſit.

13 Sed quid ſi opponatur huic venditori pretium rei venditæ quod ab eo prætenditur, non fuiſſe iuſtum,ſed valdè exceſſiuum, nec ideò teneri ad ſolutionem reſidui, ſeu ad dimiſſionem rei venditæ pro rata non ſoluta , ex quibus iudicandus ſit iuſtus valor.

Reſpondetur illum valorem iudicari debere ex qualitatibus rei latentibus;& ſecundum conditionem perſonæ venditoris, & illius inopiam , ſeu impotentiam cautionis præſtandæ pro euictione , cùm ſimilibus , de quibus per *Burſat.poſt allegatos per eum conſil.9.n.35.ad 39.lib.1. Cagnol.in l.2.n.233.vbi Ari.Pinell. p.3.num.18. C.de reſcind. vend.Ber.conſil.169.n.16.lib.1.Rol.conſ.96.n.34 lib.2.Corn. conſil.224.n.9.lib.1.Bertrand.conſil.379.lib.1. Alciat. conſ. 110.in princ.& n.5. Aret.in §.agens,num.4. in fine Inſtit. de action.*

14 At etiam,quid ſi primus emptor veniat ad cauſam iam inchoatam contra ſuum emptorem, teneatur eam proſequi in ſtatu,& terminis,in quibus reperitur,iuxta *Mohed. deciſ.3.iudic.*

15 Et dicitur , quod ſi cauſam iam inchoatam fuit proſecutus in ſtatu,& terminis, in quibus reperiebatur , & veniendo ad cauſam fecit omnia acta ſua,cenſetur admiſſus,
perinde ac ſi eſſent contra ipſum nominatim facta, ex *In-
noc.in cap.cum ſuper ſub n.6. verſ.* ſi autem hæc tertia per-
ſona,*vbi Ant.de Butr.n.18.Felyn.n.17.de re indicata, Put.
deciſ.81.lib.3.Achil.deciſ.13.de appell.Rot.deciſ.431.n.5.et*
16 *deciſ.705.num.4.par.1.in recent.* quæ concluſio limitatur,
quando actus , & probationes directò eius intentioni repugnant, quia tunc illis tertius non afficitur , vt per *Card. Seraph.deciſ.906.n.2.Rota d.deciſ.705.num.5. par.1.in recentior.*

17 Secundò limitatur,videlicet , quod ſolum acta,& probationes prætenſæ illum afficiunt: ſecus verò acta futura , à quibus non afficitur,niſi in ſpecie tertius fuerit citatus , *Rota deciſ.4066.n.1.p.4. in recent.*

18 Tertiò limitatur , quando tertius venit ad cauſam excludendo ius vtriuſque colligatoris, quia tunc acta , & probationes iam factæ illum non afficiunt , nec pro , nec contra , vt ſingulariter declarat *Rota in Nolana penſionis 13.Iunij 1611.coram Card.Sacrato.*

19 Ideò notandum eſt , quod quando tertius non vult facere acta ſua, venire debet tanquam in prima, & de nouo cauſam committere debet. *Cardin.Seraph.deciſ.1241.& Rota deciſ.98.n.1.p.1.in recent.*

20 Dicitur autem venire, tanquam in primo , quando expreſsè committit cauſam de nouo , tanquam in prima , non quando venit principaliter , deducendo ius ſuum, vt cenſuit *Rota in Montis regalis iuriſdictionis 10. Iunij 1602. coram Card.Millino impreſſ.per Marcheſan.de commiſſ.tom. 2.fol.265.* vbi fuit dictum , contrariam opinionem alias fuiſſe à Rota reprobatam.

21 Item nota , quod electionem veniendi prout in prima non habet,niſi ille tertius, qui venit proprio iure independenter à iure colligantium: nam ſi veniat ad defendendum alterum ex litigantibus; non poteſt venire , niſi in ſtatu,& terminis,in quibus cauſa reperitur, vt reſoluit *Rota in Iſpal.decimarum 26. Martij 1607. coram Sanctiſſimo Ludouiſio,inter impreſs.deciſ.393.late Couar.pract. quæſt. c. 13.per totum,Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.26.num.25. Cardin. Seraph. deciſ.906. ſub num.1. & Rota in dictis Montis Regalis iuriſdictionis coram Illuſtriſs.Domin.Cardinali Millino.*

22 Poſtremò ſciendum eſt,quando ad hoc, vt acta,& probationes iam factæ, tertium afficiant , neceſſe eſt , quod tertius expreſsè fuerit per iudicem ad cauſam admiſſus: non enim ſufficit admiſſio tacita,vt voluit *Rota in Toletana penſionis coram Litta impreſſ. penes Maſch. de commiſſ. tom.2.*

ARGVMENTVM.

Pretium rei venditæ dandum creditoribus venditoris, an immediatè ſolui debeat ipſis creditoribus , vel venditori , ad hoc , vt euictione adueniente , emptor agere valeat pro illius indemnitate.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei venditæ ſoluendum creditoribus venditoris , illis immediatè ſolui non poteſt:ſed venditori, & num.3. & infra.*

Contrarium , quòd ſufficiat probare pecuniam fuiſſe erogatum in extinctionem debitorum,n.6. vſq.ad finem.

2 *Verba, quæ non ſunt determinata formaliter , determinantur ſecundum naturam contractus.*

Digitized by Google

4 *Depoſitarius rectè reſtituit Monacho pecuniam per ipſum depoſitam, licèt pecunia eſſet monaſterij.*

5 *Stipulatio impersonalis ſemper pro ſtipulante concepta præſumitur.*

7 *Contrahens non debet eſſe ſollicitus, quod pecunia vertantur in cauſam expreſſam.*

Ampliatur procedere, etiamſi contrahatur cum eccleſia, et minore, n. 9.

Fallit, ſi alienatio facta ſit ex cauſa neceſſaria, licèt ſecus, ſi ex voluntaria, n. 10.

8 *Emens fundum dotalem à muliere non tenetur inquirere, an æs alienum, pro cuius ſolutione fit venditio, fuerit contractum in vtilitatem mulieris.*

11 *Emptor ſoluere cedens pretium rei emptę creditoribus venditoris, propter bonam fidem, & ignorantiam creditorum anteriorum, poteſt ſoluere creditoribus poſterioribus.*

Præſertim, quando ex circunſtantijs ignorantia eſt veriſimilis, n. 12.

13 *Animus in præcedentibus declaratur ex ijs, quæ poſteà fiunt.*

14 *Emptio, vbi legitimè fuit ſecuta, emptor rectè agit pro ſua indemnitate.*

Quæſt. XLIII.

1 MOeuius vendidit fundum Titio ſub obligatione,
quod ex illius pretio ſolui deberent diuerſis ipſius
Mæuij creditoribus, quibus ipſe Titius cum effectu illud
ſoluit; deinde dictus fundus fuit euictus ab emptore, qui
propterea de euictione agit aduerſus venditorem. Ve-
rùm is opponit, ſolutionem dicti pretij rei venditæ, non
fuiſſe factam iuxta formam emptori à venditore præſcri-
ptam, ex eo, quod ſolutiones immediatè faciendæ non
erant creditoribus; ſed pecunia ſoluenda erat alicui per-
ſonæ, quæ deberet illam inter creditores diſtribuere, quæ
perſona cum non fuerit nominata, videbatur intelligen-
dum de perſona ipſius venditoris.

Nam quatenus velimus illam impersonalitatem, & in-
certitudinem reducere ad certam perſonam, ex ſubiecta
materia, & natura contractus, vt debemus, iuxta quæ ha-
2 bentur per *Bald. conſil. 330. num. 2. lib. 3.* vbi dicitur, quod
verba, quæ non ſunt determinata naturaliter ſecundum
naturam contractus, & quod ei naturaliter ineſt, pro ex-
preſſo haberi debet ipſa natura loquente: quo ſtante cla-
3 rum eſt, pretium ſoluendũ eſſe illi, qui vendidit, & conuen-
tionem de pretio fecit, etiamſi non eſſent dominus rei
venditæ. *Alex. conſil. 44. n. 1. lib. 5. Surd decis. 60. n. 8. & de-
ciſ. 229. num. 7. & 8. & conſil. 195. num. 104. & ſequenti lib.
1. Rota deciſ. 286. num. 2. in impreſſ. poſt ſecundum volum.
4 conſ. Furinac. vnde eadem Rota in deciſ. 487. num. 4. part. 1.
in recentior.* cenſuit, quod depoſitarius rectè reſtituit mo-
nacho pecuniam per ipſum depoſitam, licèt dicta pecu-
5 nia eſſet monaſterij: & facit regula, quod ſtipulatio im-
perſonalis ſemper pro ſtipulante concepta præſumitur,
*leg. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, ff. de verborum obligat.
Alexand. in leg. ſtipulatio, § ſi quis ita num. 2. ff. eodem Card.
Mant. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 4. tit. 28. n. 16. & tit.
29. n. 45.*

6 Sed pro emptore dicitur ei ſufficere probare, quòd pe-
cuniæ fuerunt erogatæ in extinctionem debitorum, de
quo non opponunt creditores ipſi, quorum fauorem re-
ſpiciebat conuentio prædicta, & quibus deſtinata erat ſo-
lutio: & omni in caſu ſufficit emptori ſoluiſſe in dictam
cauſam, nec debuiſſe ſollicitum eſſe de illorum verſione,
7 *l. dolo in fine, ff. de nouat. l. fin. ff. de exercit.* & hoc eſt regula-
re, quod quis cum alio contrahens non tenetur eſſe ſolli-
citus, quòd pecuniæ vertantur in cauſam expreſſam. *Surd.
deciſ. 156. n. 9. Rota deciſ. 681. n. 5. p. 1. in recent. & deciſ. 35.
n. 9. inter impreſſ. poſt tract. Cincij de cenſib.* vbi agitur de
contrahente cum muliere, & *deciſ. 309. n. 11.* eodem loco,
& fuit dictũ in *Romana reſciſſionis contractus 26. Nouemb.
1618. coram Illuſtr. D. Cardinali Cunalerio*; vbi fuit reſolu-
8 tum, quod emens fundum dotalem a muliere, non tenetur
inquirere, an æs alienum, pro cuius ſolutione fit venditio,
fuerit contractum in vtilitatem mulieris; immò nec etiam
9 contrahens cum perſonis priuilegiatis, puta eccleſia, vel
minore, tenetur eſſe ſollicitus de verſione; niſi quando
10 alienatio fuit facta ex cauſa neceſſaria: ſecus verò, quan-
do ex voluntaria, vt diſtinguit *Rota in deciſ. 8. num. 10. &
11. deciſ 29. num. 1. & deciſ. 287. num. 4.* & ſequenti impreſ-
ſione poſt dictum tractat. *Cincij de cenſibus eadem Rota
idem decidit in deciſ. 681. num. 5. part. 1. in recentior. & co-
ram Sanctiſſimo Ludouiſio deciſ. 511. numero 9. & ſequen-
tibus.*

11 Non obſtat, ſi obijceretur ſolutionem fieri non potuiſ-
ſe ipſius creditoribus, cum fortè adeſſent anteriores.

Quia reſpõdetur, quod propter bonam fidem, & igno-
rantiam creditorum anteriorum ſoluere potuit poſterio-
ribus, *l. nomen debitoris, cum ibi notat, Cod. quæ res pignor.
obligat. poſſ. Bart. in l. final. §. & ſi præfatam in ſummario,
vbi etiam Paul. de Caſtro num. 4. Cod. de iur. deliberand.* &
ignorantia præſumitur, *l. verius ff. de probat. cap. præſumi-
12 tur, de reg. iuris in ſexto,* præſertim quando ex circunſtan-
tijs, & ijs, quæ poſteà fuerunt ſecuta, ea redditur veriſi-
milis, *l. cum de indebito, ff. de probat. l. Campanus, ff. de oper.
13 liber.* nam ex ijs, quæ poſteà fiunt, declaratur qualis fue-
rit animus in præcedentibus, *leg. ſed & Iulianus, §. pro-
inde, ff. ad Macedon. leg. ſed etſi maritus, §. fin. ff. qui, & à
quibus.*

Nec mouet, quod ita ſoluendo, non fuerit ſeruata for-
ma præſcripta.

Quoniam reſpondeti poteſt verius, fuiſſe ſeruata ſer-
uanda: cum ſatisfuerit ſoluere iuxta præmiſſa, nec debue-
rit curare, an per talem ſolutionem, eſſet, vel non eſſet
conſultum alijs creditoribus.

Quare cum euictio legitimè fuerit ſequuta iuxta ter-
minos, *l. qui rem, l. qui non iniuria, l. ſi ſtacus, & l. empti actio.
C. de euict.* oppoſitis non refragantibus, iure agit emptor
pro illius indemnitate.

ARGVMENTVM.

De venditione pignoris prætorij, & an, & quando creditor pro ea de euictione tenetur.

Et quatenus de euictione promiſit, ea ſecuta, an aduerſus debitorem regreſſum habeat; & ad quæ, & pro ea retentione aliarum rerum vt poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Venditio pignoris iudicialis, vel Prætorij fieri debet vel à Prætore, vel per iudicem ordinarium, vel delegatum, ſi ei demandata ſit facultas ex reſcripto.*

Non tamen fieri poteſt per creditorem miſſum in poſſeſſionem, niſi fortè iudex id conceſſerit, n. 2.

3 *Pignus prætorium, quando inſtante creditore diſtrahitur, creditor de euictione non tenetur.*

Primò fallit, ſi ve dominus vendat, vel nuncupatim de euictione promittat, aut dolosè verſatus ſit, n. 4.

Præſtari tamen debent quæ aſſeruntur per Gloſ. in leg. 1.

ver.

ver.modo,Cod.cred.euict.pign. aliàs de euictione tenetur, num.5.

Secundò fallit,ſi pro pluri,quam ſit creditor diſtrahat, cum pro illo pluri teneatur,n.6.

Tertio fallit,ſi falsò aſſeruerit ſe creditorem in tanta quantitate,licèt creditum eſſet in parte verum, n.7.

& vltra pretium tenetur,intereſſe præſtare,n.8.

Nec ſufficit dolum abeſſe; ſed ſatis eſt defectus crediti non veri,n.9.

10 *Creditor vendens pignus,de euictione non tenetur.*

Primò ampliatur procedere nedùm in creditore priuato vendente,ſed etiam in fiſco,n.11.

Secundum ampliatur, nedum ſi creditor vendat pignus in corpore conſiſtens, ſed etiamſi vendat nomen hypothecatum,n.12.

Limitatur ſex modis,n.13.14.15.16.17. & 18.

19 *Creditor,quando iure permittente vendit pignus,& de euictione non promiſit,non poteſt euincere pignus ab emptore, etiamſi euincere vellet ex aliqua alia cauſa ſeparata à credito pro quo vendidit.*

Extende hoc procedere etiam in hærede creditoris, n.20.

21 *Creditor iure creditòris ſi vendat pignus, putans ad ſuum debitorem ſpectare, & duplum, vel ſimplum promiſit pro euictione, & ea ſecuta ſoluit,datur eidem actio aduerſus debitorem ad repetendum, iuxta quæ dicuntur in quæſtione.*

Fallit, ſi creditor nullum commodum, ſeu vtilitatem debitori attulit ex tali promiſſione,n.22.

23 *Creditor, quando pro euictione coactus fuit ſoluere duplum emptori, repetit à debitore vſuras, vel fructus rei pignoratæ.*

24 *Solutum non dicitur,quod non remanet ſolutum,vel auocari poteſt.*

25 *Creditor,quando pignus vendidit, & de euictione promiſit, debitor cauere debet dicto creditori de conſeruando eum indemnem ab euictione promiſſa.*

Et pro tali euictione obtinenda creditor poteſt retinere alias res pignoratas per debitorem,quando illas habet:& quando non habet,creditor agit contraria pignoratitia, vt eum indemnem conſeruet. n.26.

Et de ratione n.27.

Et tale ius retinendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem, numer.28.

Et quando creditor reſtituit pignus debitori, non facta retentione,n.29.

30 *Gl.in l.ſi neceſſarias,§.1.in ver.retinere,ff.de pign.actione, declaratur.*

Quæſt. XLIV.

1 CONcluſio eſt veriſſima, quòd venditio pignoris iudi-
cialis, vel prætorij fieri debet auctore Prætore, vel
per iudicem ordinarium cauſæ, per *tex.iuncta Gloſ. in l.1.*
Cod.ſi in cauſ.iudic.pign.cap.ſit,& ſecundum Salyc. ibi, vel
2 etiam delegatum, ſi eidem data ſit facultas ex reſcripto
delegantis. Neque fieri poteſt per creditorem miſſum in
poſſeſſionem;niſi fortè iudex conceſſerit creditori talem
auctoritatem,vt ſcilicet ipſe creditor auctoritate propria
vendere poſſet pignus,quod facere poteſt, ſecundum *Bal.*
poſt Iacob.de Areu.& Cyn.in l.2.Cod.eod.tit. & Alex. poſt
Gloſ.& alios in leg.miles, §.qui iudicati, ff.de rè iudic. quo
caſu pars cenſetur conſtituta executor, & nuntius in cau-
ſa ſua,vt notat *Bart.in leg.iuſtè poſſidet,ff.de acquir. poſſ. &*
*ſequitur Iaſ.in dict.§.qui iudicati,*quibus ſtantibus, de duo-
bus quæri contingit.

Primò, an quando inſtante creditore pignus prætorium diſtrahitur, creditor teneatur de euictione.

Secundò,quid,quando creditor ipſe vendit.

3 Quoad primum dicimus, creditorem de euictione non
teneri *tot.tit.C.cred.euict.pign.non deb.* niſi vel vt dominus
4 is vendat,vel nuncupatim de euictione promittat,aut do-
losè in ea verſatus ſit;& nihilominus,niſi ea quatuor præ-
5 ſtentur,quæ enumerat *Gl.in l.1.verſ.modo,C.eod.tit. de eui-*
ctione tenebitur. Et præcipuè probandum erit ſe credito-
6 rem in ea quantitate,quam aſſerit; ex quo,ſi pro pluri,
quam ſit creditor,diſtraxerit de euictione tenebitur, *l. ſi*
pignore ſubrepto in fine,& l.ſeq.de pignor.act.& in terminis
tradit *Odofred.in d.leg.1.*vbi dicit ſic intelligendam *leg.ſeq.*
7 ita quod ſi falſo aſſeruerit, ſe creditorem ſaltem in tanta
quantitate,proculdubio de euictione teneretur,euicto pi-
gnore prætorio quantumcunque creditum foret in parte
verum,*Gloſ.in d.leg.1. in fin.* quam ibidem probant *Odofr.*
Bal.Salyc.et poſteriores,Salyc.in l.reſcriptum,§.1.de diſtract.
pign.Dec.conſil.444. Duen.in reg.169. in quarta fallent. in
ſpecie Neguſ.de pign.membr.1.6.parte num.40.ver. & pri-
ma,& ver.fallit,Caball.de euict.§.5. num.38. & vltra pre-
8 tium tenetur intereſſe præſtare,*l.controuerſia, & l. ſucceſ-*
9 *ſores,C.de euict.*in quo non ſufficit dolum abeſſe; ſed ſatis
eſt defectus crediti non veri, ad hoc vt de euictione quis
teneatur,ad notata per *Odofred.in dicta leg.1.* & in præmiſ-
ſis ita decidit *Rota Florentina penes Magon. deciſ.32. n.3.*
& ſeqq.

10 Quo verò ad ſecundum quæſitum, dicitur, regulam eſ-
ſe, quòd creditor vendens pignus de euictione non tene-
tur;quæ probatur in *l.periculum,*vbi notat *Gloſ. Bar.Bald.*
& Salyc.et.ff.de pign.& in d.tit.Cod.credit. euict.pignor non
debe.

11 Primò ampliatur,vt procedat nedum in creditore pri-
uato vendente; ſed etiam in fiſco: quoniam in hoc fiſcus
vtitur iure priuati,*l.1.C.cred.euict.pig. non debe.*

12 Secundò ampliatur habere locum, nedum ſi creditor
vendat pignus in corpore conſiſtens; ſed etiam, ſi vendat
nomen debitoris hypothecatum per *d.l.periculum Negu-*
ſant.de pign.d.membr.1.6.par. ſub num.40. vbi limitat ſex
modis.

13 Primò,ſi is, qui vendidit tanquam creditor, non doce-
ret,ſe eſſe creditorem,& rem venditam ſibi eſſe obligatã.

14 Secundò, ſi non docet ſe potiorem omnibus alijs credi-
toribus.

15 Tertiò,quando creditor habens rem obligatam, & il-
lam vendens,ſciret illam non eſſe debitoris,qui eam obli-
gauit,ſed alienam.

16 Quartò, quando creditor ſciuit, ſibi non licere vende-
re,ne ex pacto,neque ex legis diſpoſitione; & tamen ven-
didit.

17 Quintò, quando creditor vendidit pignus non iure
creditoris: ſed vt dominus,& ſic iure dominij, & idem ſi
ſimpliciter vendidit.

18 Sextò, quando creditor vendidit, & de euictione pro-
miſit,vt latè per eundem Neguſant.in loco præcitato,qui
19 addit,quod quando creditor, iure permittente, vendidit
pignus, & de euictione non promiſit, quod nihilominus
ipſe creditor non poterit euincere pignus ab emptore,
etiamſi euincere vellet ex aliqua alia cauſa ſeparata à cre-
20 dito,pro quo vendidit ad *tex.in l.& is,vbi Bart. ff. de di-*
ſtract.pign. quod etiam procedit in hærede creditoris, vt
ibi per *Gloſ. inquit Neguſ. vbi ſupra.*

21 Vtrum autem ſi creditor iure creditoris pignus vendi-
dit ex pacto,vel ex lege,vel ex aliqua rationabili cauſa,
putans rem ad ſuum debitorem ſpectare, & duplum, vel
triplum promiſit pro euictione,& ſecuta ſit euictio à do-
mino facta, & creditor etiam ſoluit emptori pro euictio-
ne id,quod promiſit, an agere poſſit aduerſus debitorem
ad repetendum quod ſoluit emptori. Et pro affirmatiua
dantur tres caſus,videlicet.

Primus, quando creditor vendendo ideò de euictione promiſit,quoniam aliter vendere non potuit, ex quo fine

tali promiſſione emptorem inuenire non poterat.

Secundus, quando ita erat conſuetudo Religionis.

Tertius, quia cum iſta promiſſione carius vendiderit. In quibus tribus caſibus creditor habebit regreſſum aduerſus debitorem pro omni eo, quod ſoluit emptori ex cauſa euictionis eſt *text. in l. ſi pignori. §. fin. vbi notatur per Bar. & ſcrib. ff. de pign. act. & voluit Gloſ. in d. l. 1. in ver. creditore, Cod. credi euict. pignor. non debe.* vbi etiam *Salye. in fi-*
22 *ne*, ſecus verò ſi creditor nullum commodum, ſeu vtilitatem debitori attulit ex euictionis promiſſione, ſed tanti vendidit, quanti vendidiſſet abſque tali promiſſione, nec poteſt ſe iuſtificare ex duplæ promiſſione aliquo modo, quia tunc regreſſum habere non poteſt cõtra debitorem ad dictum duplum, ſed ad ſimplum tantum, nempe ad id quod ſibi fuit ſolutum pro ſuo debito, *d. l. ſi pignori, §. fin.*
23 *cum l. ſeq.* Quamuis, quando creditor pro euictione coactus fuit ſoluere duplum emptori, repetere poterit à debitore vſuras, vel fructus rei pignoratæ per ſtipulationem ſibi promiſſas pro omni eo tempore, quo ſubſiſtit venditio ante ſecutam euictionem, quia licet venditione durante creditor ab emptore pretium habuerit; tamen ex quo fuit coactus duplum emptori ſoluere, iam conſtat nihil ei fuiſſe ſolutum, quod ab eo auferri non potuerit eſt tex. ſingularis, ſecundum *Bart. & Doct. in l. nec enim, ff. de pign. act.* vbi deciditur, quod quia pretium ab emptorem ſolutum creditori non fuit ſolutum irreuocabiliter, cum deinde fuerit coactus ex promiſſione euictionis duplum ſoluere emptori, nihil ei ſolutum fuiſſe cenſetur, & ideo debitor liberatus non fuit, & per conſequens ad vſuras tenetur, & fructus promiſſos, ſicut tenebatur ante factam
24 venditionem: ex quo tex. communiter notãt Doct. quod ſolutum non dicitur, quod non remanet ſolutum, vel auocari poteſt.

25 Aduertendum tamen eſt in propoſito, quod quando creditor pignus vendidit, & de euictione promiſit in aliquo ex tribus caſibus ſuperius poſitis, de quibus in *d. l. ſi pignore, §. fin. ff. de pign. act.* quod tunc debitor cauere te-
26 netur dicto creditori de conſeruando eum indemnem à dicta euictione promiſſa, & pro tali cautione obtinenda, poterit retinere alias res ſibi pignoratas per debitorem, quando illas habeat per *tex. in d. l. ſi neceſſarias, §. 1. ff. de pign. act.* & vbi eas non habet, poterit creditor agere contra debitorem contraria pignoratitia, vt eum indemnem conſeruet, *d. l. neceſſarias in princ. & Caſtr. ibi in d. §. 1. in fine, qui addit Gloſ. in ver. retinere*, quod etiamſi creditor promiſit de euictione extra dictos tres caſus, de quibus in *d. l. pignore, §. fin.* quod omnino habebit retentionem pro dicta indemnitate, quia debitor pro illa tenetur per *text.*
27 *in l. reſcriptum, §. 1. ff. de diſtract. pign.* & id quidem ea ratione, quoniam obligatio euictionis de iure non reſpicit ipſum creditorem, qui vendidit, ſed reſpicit ipſum debitorem, in cuius vtilitatem pecunia ex pretio pignoris reda-
28 cta conuerſa eſt, *l. in creditore, Cod. de euict.* Ita quod ius hoc retinendi, tranſeat etiam in ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, vt notant *Adden. ad Bart. in l. qui exceptioné, §. ſi part in fin. de cond. indeb. in ver. hanc Gloſ.* vbi *Salye. in 6. oppoſit. poſt Angel. ibid num. 3. ver. ſequitur Caſtr. in princ. Butrig. in fin verſ. ſed ſi ex perſona hæredis, Cuiac. obſeru. lib. 8. c. 2. col. 2. Gratia. diſcept. lib. 1. c. 193. n. 25. ad 43.* vbi etiam
29 de creditore, qui reſtituit pignus debitori, non facta retentione pro pecunia chirographaria. *Bald. in l. vnic. n. 2. C. etiam ob chirogr. pecun.*

30 Declara tamen *d. Gloſ. in d. verbo retinere*, vt ſcilicet debitor teneatur in ſimplum tantum, non autem in duplũ, ſi creditor eam promiſit: quoniam quomodocumq; creditor de euictione promittens etiam extra dictos tres caſus, regreſſum ſemper habebit pro ſimplo contra debitorem, *d. l. ſi pignore, §. fin. cum l. ſeq. & Gl. in ver. creditor. in l. 1. C. cred. euict. pign. non deb.*

ARGVMENTVM.

Debitor, quando per pignoris venditionem factam à creditore, liberetur ab euictionis præſtatione.

Subhaſtatio in pignoris venditione, pro quibus, & qualiter requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor vendens pignus, & de euictione promittens ſi ex pretio fuit conſecutus ſuum debitum, debitor cenſetur liberatus, & n. ſeqq.*

Contrarium, quod donec locus eſt euictioni, debitor non ſit liberatus, n. 5.

2 *Creditor quando obligauit ſe de euictione, ſecuta euictione agere non poteſt primaua actione, ſed agit vtili actione ex empto.*

3 *Obligatio de euictione vti ſeparata à prima actione, non debet impediri per aliam.*

4 *Euictionis promiſſio non impedit liberationem debitoris, quę ſequitur ex ſolutione pretij, quam creditor ab emptore pignoris accepit.*

Declaratur procedere, quando pretium deuenit ad creditorem irreuocabiliter, neque reuocari poteſt ex cauſa euictionis, n. 6. & 8.

7 *Pretium quis non dicitur conſecutus, quando illud cogitur reſtituere.*

8 *Creditor vbi de euictione promiſit, debitor, non dicitur liberatus, ſed eius liberatio manet in ſuſpenſo ex futuro euentu euictionis, quę quatenus ſequatur, agitur contra debitorem veteri actione pignoratitia contraria.*

Quod procedit etiam in commodatario, & depoſitario, numer 23.

9 *Subhaſtatio non requiritur in pignoris venditione.*

Primò fallit in venditione pignoris capti pro executione rei iudicatæ, n. 10.

Secundò fallit in bonis minorum, eccleſia, decurionum, & fiſci, in quibus ſubhaſtatio requiritur, n. 11.

Tertiò fallit, quando venduntur bona abſentis, n. 12.

13 *Creditori, qui faſſus eſt habuiſſe pretium rei ſubhaſtatæ, quod apud ipſum remanſit, datur actio aduerſus emptorem, vt illud ſoluat, nec liberatur, ſi velit ſoluere intereſſe.*

Licet ſimus in procuratore, n. 14.

Et etiam quamuis ei competeret alienatio, vt poſſet res vendita vendicari ad pretium non ſolutum, n. 15.

16 *Creditor actionem habet ad pretium, de quo habita fuit fides in ſubhaſtationibus, quando ipſe, & non executor vendidit.*

Et dicitur opinio tutior, n. 17. de ratione ibid.

18 *Iudex non habet facultatem vendendi, habita fide de pretio, ſed tantum præſente pecunia.*

Fallit ſi fiat volente creditore, n. 19.

20 *Pecunia, verbum, in ſubhaſtationibus non reperitur pro ea, quæ ad numerum datur, ſed pro ſatisfactione.*

Declaratur procedere, dummodo cum effectu ſatisfactio interueniat, & non ſi promiſſio de auocando cenſum, aut quid ſimile, n. 21.

Neque depoſitum etiam poſt multos dies poſtea factum eſt attendendum, n. 22.

23 *Creditor quemadmodum de euictione non agit, ſed contraria pignoratitia, ita quoque depoſitarius.*

Queſt.

Quæſt. XLV,

1 ALia ſuccedit quæſtio, quæ quæritur, an creditor
vendens pignus, & de euictione promittens, ſi ex
pretio fuerit conſecutus ſuum debitum, ex hoc ſuus debi-
tor ita liberatus cenſeatur, vt de cætero contra quicquid
poſtea acciderit liberationem dicatur conſecutus, & mo-
leſtari non valeat.

Et prima conſideratione concludendum videtur affir-
2 matiuè, quia quando creditor obligauit ſe de euictione,
ea ſecuta agere non poteſt primæua actione, ſed agit vti-
li actione ex empto. *ad not. per Bartol. in leg. elegater in
princip. ff. de pignor. actio. & in leg. ſi prędium. Cod. de euictio-
nibus.*

3 Item quia obligatio de euictione eſt ſeparata à prima
actióne, vnde vna non debet impediri per aliam, per *text.
in leg. ſi plus, §. 1. ff. de euict.* vbi ſi pignus venditum euinca-
tur, ex empto agitur contra eum, qui ex pretio pignoris
liberatus fuit. Atque ita dicitur, quod euictionis promiſ-
4 ſio non impedit liberationem debitoris, quæ ſequitur ex
ſolutione pretij, quam creditor ab emptore pignoris re-
cipit, quia ſolutione eius, quod debetur tollitur obliga-
tio, ex quo euictionis obligatio eſt ſeparata a prima a-
ctione. Pro quo facit etiam *text. in l. ſi ob cauſam in fin. C.
cod. de euict* in terminis ſic reſpondit *Dec. in conſ. 449. nu.
38. & ſeq. lib. 3.*

5 Contrarium, quod donec locus eſſe poteſt euictioni
debitor non ſit liberatus, ſed interim liberatio maneat in
ſuſpenſo, ita quod ſi contingat rem euinci, & creditorem
cogi ad reſtituendum pretium emptori, poſſit creditor
ipſe agere aduerſus emptorem pro ſuo credito conſe-
quendo veteri actione pignoratitia contraria a quo de-
bitor liberatus non fuit, eſt *text. in leg. ſi pignore, §. fin. ff. de
pign. act.* vbi hoc declarat *Paul. de Caſtr. in verſic. nunc op-
pono extra Gloſs. quod, & voluit Gloſ not. in l. 1. Cod. de cre-
di. euict. pign. non debe. in ver. creditore.* Licet enim credi-
6 tor vendat, & pretium recipiat, non liberatur debito, niſi
ita demum, quando pretium deuenit ad creditorem irre-
uocabiliter, ex *tex. in leg. ſextante, §. latinus, ff. de except rei
iud. & notat Bart. in d. l. eleganter in prima oppoſit. ad pri-
mum not.* & probatur *per text. in l. ſi mandato Titij, §. cre-
ditori, ff. manda. iuncta Gloſs. ibi in ver. non ſit.* vbi ait quod
tex. quod ſi creditor vendat pignus, non liberatur debi-
7 tor, niſi creditor pretium conſecutus ſit, & ſubdit ibi *gloſ.*
quod non dicitur conſecutus pretium quando illud cogi-
tur reſtituere per *leg. non videtur, ff. de reg. iur. & additur in
tex.* quod ex præcedenti reſponſo apparet, quod ſi credi-
tor non promiſit de euictione debitor liberatur erit;
quoniam tunc dicitur conſecutus pretium, cum ab eo
auocari non poſſit ex cauſa euictionis.

8 Et ideo concluditur, quod vbi creditor de euictione
promiſit, debitor liberatus non dicitur, ſed eius liberatio
manebit in ſuſpenſo ex futuro euentu euictionis, & ſi non
ſequatur euictio, erit liberatus quatenus ſequatur, agere-
tur contra debitorem veteri actione pignoratitia ſeu
contraria, *vt d. l. reſcriptum, §. 1. ff. de diſtract. pign. & dict.
l. pignore, §. fin.* & in terminis ita tenet *Neguſantb. de pign.
membr. 1. 6. p. nu. 43.* vbi late reſpondet rationibus *Dec. in
dict. conſil. 449.*

9 Verum hic quæritur, an in pignoris venditione requi-
ratur ſubhaſtatio.

10 Et dicitur, quod ſubhaſtationis ſolemnitas non requi-
ritur, niſi in venditione pignoris capti pro executione
rei iudicatæ *leg. ordo. C. de execut. rei iudi. vbi late Bald. in l.
2. & fin. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſci li. 10.* & in bonis mi-
norum, eccleſiæ, decurionum, vel fiſci quorum bona pro-
11 hibita ſunt alienari, ratione publicæ vtilitatis, in quibus
propterea requiritur ſubhaſtatio. *l. 1. C. de præd. decur. lib.
12 10. & in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct. eccleſ. ele-
ganter Bald. in dict. leg. ordo* Vbi quod etiam requiritur,
quando venduntur, bona abſentis per *leg. fundus, ff. de
reſcindend. vendit. de quib. latè per Fab. de Monte, in tract.
de empt. & vendit. par. quinta. princ.* & nota, quod credito-
13 ri, qui faſſus eſt habuiſſe pretium rei ſubhaſtatæ, quod
propterea apud ipſum non remanſit, datur actio aduer-
ſus emptorem, vt illud pretium ſoluat, nec liberatur, ſi
velit ſoluere intereſſe. *Bal. in l. 1. in princ. n. 15.* quicquid in
contrarium ſequatur *Gl.* quam non recipi teſtatur *Bald.
ibidem num. 2. ff. de act. empt. Aret. in §. actionum nu. 7. inſt.
14 de act.* licet ſimus in procuratore. *Salyc. in l. cum venden-
15 te in fin. q. 4. C. de rei vendic.* quamuis etiam ei compete-
ret alia actio vt poſſet res vendita vendicari ob dictum
pretium non ſolutum. *Fabian. de Monte de empt. & vend.
dicta parte quinta princ. numer. 36. Aret. & alij in dicto §.
vendita inſtitut. de rer. diuiſ. Bal. in leg quod vendidi. de con-
trahend. emptione.*

16 Rurſus, quod creditor actionem habet ad pretium, de
quo habita fuit fides in ſubhaſtationibus, quando ipſe,
& non executor vendidit. *Paul. de Caſtr. in l. à D uo Pio, §.
ſed ſi emptori ad fin. in verb. melius igitur, ff. de reſcindend.
vendi. poſt Bar. ibidem in princ. verſ. non hic nu. 3. Iaſ. nu. 8.
Imol. in d. l. à Diuo Pio. §. ſi poſt addictum in fine, & in dicto
§. ſed ſi emptor num. 19. ff. eod. per not. in leg. 1. & 2. Cudice
17 credi. euict. pig.* non deberi, & hæc eſt ſententia tutior: li-
cet *Alex. in dict. §. ſed ſi emptor, nu. 5. in 2. not.* contrarium
teneat, quia non conſideratur ratio quod victor ſit ſu-
brogatus loco iudicis, & quod non vendat iure ſuo, ſed
ſolum, quia poterat creditor ſibi præiudicare vendendo
18 habita fide de pretio, quod iudici non permittitur, tam-
quam habenti facultatem vendendi tantum præſente
pecunia vigore mandati iimitati. Quod vltimum de
19 iudice fallit, quando ſubhaſtatio fit non interueniente
te pecunia, ſeu habita fide de pretio creditore ipſo con-
ſentiente, vel non contradicente. *Imol. in dicta lege à
Diuo Pio, §. ſic quoque numer. 29. in Gloſs. ſuper verſ. capi.
Caſtrenſ. in leg eleganter, §. ſi vendiderit in princip. numero
ſecundo, ff. de pignor. act. Rota coram Cardin. Pamphylio in
Vrbeuetana Domus 5. Decembris 1594. & coram Reuend.
Pater Domin. Pauia in Peruſina domus prima Iulij 1598. in
fine.*

20 Supradictis adde, quod in iſtis deliberationibus, & ſub-
haſtationibus, quamuis venditio fieri debeat præſente
pecunia, tamen illud verbum pecunia, non eſt ita ſtricte
accipiendum pro ea, quæ ad numerum datur, ſed pro ſa-
tisfactione, iuxta *leg. 4. §. ait Prætor, & §. condemnatum in
fine, ver. ſoluiſſe, ff. de re iudic. leg. ſi procurator alias incipit,
l. ſi curator, §. ſi ab eo, vbi Gloſs. in ver. ſoluto ff. de iure fiſci,* &
in materia ſubhaſtationis ita fuit deciſum in Rota co-
ram Sanctiſs. Ludouiſs. in Romana Vineæ 18. Maij 1601.
21 inter impreſs. ſub eius nomine deciſ. 28. Dummodò ta-
men cum effectu ſatisfactio interueniat, & non promiſſio
de auocando ceſſum, aut quid ſimile, cum iſta non ſit ſa-
tisfactio, *leg. ſi quis ſtipulatus Stichum, §. fin. ff. de verb. oblig.
Bald. in l. ſi pupillus, vbi etiam Caſtr. numer. 2. ff ad l. falcid.
Aret. conſ. 28. in primo dubio. Tiraq. de retractu conuent. ad
finem numer. 22. Rota in dicta Romana Vinea 18. Maij* vbi
etiam, quod neque depoſitum poſt multos dies poſtea
factum erit attendendum, vt, & per eandem Rotam
coram Sanctiſſimo in Tiburtina Caſtri Sambuci 27. Ia-
nuarij 1578.

22 Præterea ſciendum, quod quemadmodum creditor de
euictione nòn agit, ſed contraria pignoratitia actione
ita quoque commodatarius, & depoſitarius, *l. tutor, §. con-
trariam, ff. de pignor. actione.*

ARGVMENTVM.

Creditor in dubio, an vendere videatur iure creditoris, vel vti dominus ad effectum vt de euictione teneatur.
Et quid quando per iudicem illi fuit facta bonorum debitoris auocatio.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem ſui debitoris cenſetur vendere iure creditoris, non autem iure communi, quando non expreſſit.*
Etiam ſi promiſerit de euictione, quando alias non tranſtuliſſet dominium.
Et multo magis, quando fuit conuentum, quod non teneatur de euictione, nec ad reſtitutionem pretij, nu.2.
Vel quando in creditore vendente non concurrunt illi quatuor, de quibus hic, num.3.
4 *Venditor, qui vendidit iure creditoris, & habuit pretium rei venditæ, tenetur ad defenſionem ipſius rei.*
Fallit ſi euictionem non promiſit, num.5.
6 *Vendens ac dominus cenſetur vendere iure, dominij quando ſimpliciter vendidit, abſque eo quod ſe nominet creditorem.*
Et quid quando creditor vendit pignus conuentionale, ibidem.
7 *Creditor ignorans ſibi licere facere venditionem, aut neſcius ſuæ prioritatis, de euictione tenetur.*
8 *Creditor cui fuerunt bona adiudicato pro ſuo credito agere poteſt de euictione vtili actione ex empto.*
9 *Creditor ſi conſentiat, quod aliqua bona ex ſibi obligatis veneant, ſi ex aliqua cauſa debitor illa recuperat, amplius non veniunt in obligatione, ſi ex noua cauſa ad eum redeant, ſecus ſi ex antiqua.*
Vel quando dominium fuit ſuſpenſiuè tranſlatum, num.10.
11 *Dominium quando, modo duo ſupra transfertur, redit reſoluto contractu ad primum dominum, & excitat ſe tamquam à ſomno non tamquam à morte.*
12 *Lege prima Codic. creditor, euict. pignor. non debe. qualiter procedat.*
13 *Vendens ſponte tenetur ad promiſſionem dupla, ſecus in coactio à Prætore, vt inuitus vendat.*
14 *Creditoris heres, qui aliquid inſolutum à debitore accepit ſuccedens alteri, qui id, quod in ſolutum acceperat, ſuum eſſe aſſerit, non confecto inuentario contra debitoris heredem, qui inuentarium confecit, quamuis euictione defunctus promiſerit, agere non poteſt.*

Quæſt. XLVI.

Diſſeruimus ſupra in quæſtione ab hac ſecunda de venditione pignoris facta a creditore, & ad quæ teneatur modo videndum reſtat, an in dubio creditor vendere cenſeatur iure creditoris, vel vti dominus ad effectum, vt teneatur de euictione, vel non; Et quid quando
1 per iudicem bona debitoris creditori fuerunt adiudicata. Vnde quoad primum dicitur in dubio vendentem rem ſui debitoris vendere cenſeri iure creditoris, non autem iure communi, quando non expreſſit, etiam ſi promiſerit de euictione, quoniam alias non tranſtuliſſet dominium. *Signorol. de Homod. conſ. 90. ſub num. 26. verſic. nunc venio ad ſecundum.* Et fortius, ſi fuit conuentum, quod non te-
2 neatur de euictione, nec ad pretij reſtitutionem, quo caſu non tenetur etiam ad reſtitutionem pretij, prout nec quando in creditore vendente concurrunt illa quatuor,
3 de quibus per *Gl. fin. in l. 1. C. de credit. euict. pign. non debe.* in ſpecie ita reſpondit *Alex. in conſ. 235. numer. 10. lib. 6.*
4 licet regulariter teneatur ad defenſionem, quando habuit pretium, vt per *Bald. conſ. 227. verſ. tertio eſt præmit-*
5 *tendum li. 5.* quod limitatur non procedere ſi euictionem non promiſit. *Signor. conſ. 90. nu. 26. & ſeq.*

6 At ſecus concludendum, quando creditor venditor iure dominij vendidit, vt dominus, quia tunc re euicta de euictione tenetur. *Salyc. in d. l. 1. nu. 6. probatur in leg. 1. §. 1. ff. ſi ager. vectig. Alex. d. conſ. 235. ſub numer. 10. lib. 6.* Et tunc, iure dominij vendidiſſe cenſetur, & vt dominus quando ſimpliciter vendidit abſque eo, quod ſe nominet creditorem *Salycet. in leg. pen. ff. de diſtract. pign. per text. in l. cum poſt. §. 1. ff. quan. ex fact. tuto. & Gloſs. in l. ſciendum, §. tutores, ff. qui ſatiſd. cogan.* Non tamen hoc locum habet quando creditor pignus conuentionale vendat, quo caſu de euictione non tenebitur, ſed magis ipſe venditor, cuius negotium geritur, *l. 1. & 2. C. cred. euict. pign. tradit Duen. reg. 169. Afflict. in c. 1. §. Rurſus fidelis nu. 53. quib. mod. feud. amitt.* qui addit hoc caſu creditorem teneri aduerſus debitorem pignoratitiam actionem cedere per *l. in credit. ff. de euict.* & latius proſequitur *Neguſant. de pign. & hypoth. 1. memb. 6. p num. 40.*

Quod vltimum ampliatur, vt nec dicto caſu creditor obligetur ad pretij reſtitutionem, *l. ſi fundum, C. de euict. & leg. emptorem, §. deniq. ver. ſententiam, ff. de act. empe.* ibi, neque ad pretium reſtituendum, & *lege ſed, & ſi is, ff. de diſtract. pign.*

7 Cæterum ignorans ſibi licere vendere, aut neſcius ſuæ prioritatis, de euictione tenetur, *Bartol. in dict. l. 1. C. cred. euict. pignor. Coſta de facti ſcient. & ignor. Cent. 2. diſtinct. 73. num. 11.*

8 Vbi tamen ei fuerunt bona debitoris ſic adiudicata per iudicem pro ſuo credito, aget de euictione vtili actione ex empto, *leg. præſidium. C. de euict. l. cum venditor, §. 1. ff. eod. l. ſed vbi, ff. de minor.*

9 Sed hic occurrit dubium, quid dicendum, quando creditor conſentit, quod eius debitor alienet aliqua ex bonis ſibi obligatis, ſi poſtea dicta bona redeant in dominium eiuſdem debitoris, ac reincidant in obligationem, ita quod creditor aduerſus ea agere poſſit. Et pro negatiua, eſt *text. in l. fin. C. de remiſſ. pign.*

10 Fallit, ſi eadem bona redeant in debitorem ex eadem cauſa, ex qua fuerunt alienata, & eidem debitori acquiritur, vel ex ſimili, ſeu connexa incidit in hypothecam. *Neguſantb. qui concordantes adducit. in tract. de pig. parte 6. in 3. membr. per text. in l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolui.* Et præſertim quando dominium ſuſpenſiuè transfertur, quia reſoluto contractu res redit ad ſua principia attractiua. *Bart. in l. ſequitur, §. idem Labeo, ff. de vſucap. Bald. in l. qui ea lege, C. de pact. inter empt. & vendit. & lege vnica col. 10. ver. Attende hic. Cod. quando non peten.*
11 *par.* vbi ait, quod reſoluto contractu, qui non habet perpetuam cauſam, ſed ſuſpenſiuam, dominium primi reſuſcitat ſe tamquam à ſomno, non tamquam à morte, & dicit *Neapod. in conſuetud. ſi de bonis in Gloſs. in verſ. in bonis ſuis*, quod aliquando eſt debitum purum, quod dormit, quamuis quoad ſatisfactionem ſit conditionatum, refert, ac ſequitur *Vinc. Franch. deciſ. 64. numero 6. & ſeqq.*

12 Sciendum eſt inſuper, quod *tex. in l. 1. Cod. cred. pignor. euict. non debe.* ſæpe citatus in ſupradicta quæſt. ab hac ſecunda, procedit, quando creditor poſſidet pignus, & ex lege, vel pacto facit illud vendi ſub haſta, quia tunc tenetur promittere debitum verum, & anterius. *Bald. conſil. 227. quando pro debito. in princip. lib. 5. & in d. l. 1. col. 2. q. 1.*

Cod. cre-

Cod. credi. euict. pign. non debe. Sed aliud eſt in creditore poſſidente rem, quia tunc ſi ſecundus vult offerre, non cogitur cedere niſi iura talia qualia, *leg. mulier, qui potior. in pign. l. ſi nomen, de hæredi. vel act. vendi.* vbi quando ſecundus offert primo non debet cedere, niſi ius nominis, nec ſpectat ad eum præſtare debitorem locupletem, ſed ſolum eſſe debitorem, cum ſatis ſit, vt iura cedat, ac tradat pignus, & ponat in locum ſuum; ratio eſt, quia ſecundus creditor facit hoc ex voluntate, primus autem relaxat pignus ex neceſſitate, *l. qui erat hæres. fam. hercisc.* vbi ſponte diſtrahunt tenentur ad promiſſionem duplæ, ſecus qui à Prætore coguntur inuiti, non enim qui vendere cogitur, debet pati damnum, *lege ſi familia, C. fam. hercisc.* Vnde ſufficit, quod cedat iura talia, qualia, & debitum verum, & non exactum, non autem ſe eſſe potiorem, vt in terminis decidit *Frauch. deciſ. 427. ſub numer. 9. verſic. non obſtat*, quod dicitur *Ann. allegat. 78. per totum.*

13 (margin number printed beside the line "te diſtrahunt tenentur ad promiſſionem duplæ")

14 Item nota, quod hæres creditoris ſi aliquid inſolutum a debitore accipiat, idque ſolum habeat ſuccedens alteri, qui id, quod inſolutum acceperat, ſuum eſſet aſſerit, non confecto inuentario contra debitorem hæredem, qui inuentarium confecit, licet euictionem defunctus debitor promiſerit agere non poteſt. *Pute. deciſ. 256. lib. 3.*

ARGVMENTVM.

An ſecundus emptor, qui emit rem ab eo, cui tradita fuit à ſuo debitore, & in pretio illius ex computauit certam ſummam illi debitam, poſſit moleſtari à ſecundo creditore primi venditoris, & ſit ſecurus ab euictione.

Et an ſaltem ſecundus creditor admittendus ſit ad ius offerendi.

Quid ſi obligatio eſt conditionalis.

Item, an qui rem ſuam pignorauit, vel hypothecauit creditori, illam ſic alienare poſſit, vt creditor non valeat eam vendicare quoad dominium; licet ſic quoad poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis poteſtas tollit intellectum acquiſitionis.*

2 *Creditor ſecundus, vbi vult euincere rem à primo creditore, debet ſoluere debitum, vel offerre quantitatem debitam, & num. 4.*

Fallit ſi creditor primus auctoritate legis, vel pacti vendit bona debitoris, quia tunc emptor eſt ſecurus, numero 3.

5 *Hypotheca ex emptione ſubſecuta, extinguitur.*

Declaratur procedere, donec dominium non ſit euictum, quia eo euicto, reuiuiſcit obligatio, & hypotheca, numero 6.

7 *Creditor vendens iure creditoris ſecundo emptori tertio poſſeſſori reddit ſecurum ab euictione dictum ſecundum emptorem.*

Fallit, ſi creditor emit fundum à debitore, & ipſe emptor alteri vendidit, quia ſecundus creditor habet ius offerendi, num. 8.

Item reſtringe, vt nu. 14. remiſſ. & nu. 30.

Et quatenus dicta oblatio non fiat in prima inſtantia, fieri poteſt in ſecunda, nu. 11.

9 *Pignus, & hypotheca extinguitur per dominij acquiſitionem.*

Declaratur procedere, quando dominium irreuocabiliter fuit acquiſitum, ſecus irreuocabiliter, nu. 10.

12 *Creditor ſecundus poteſt offerre primo.*

Primo ampliatur, vt locum habeat, ſi priori creditori a debitore res hypothecata vendita, vel inſolutum data fuerit pro ſuo credito, quoniam ſecundus credito primo poteſt offerre, nu. 13.

Secundò ampliatur, vt procedat, etiamſi primus creditor, qui rem emit, vel inſolutum accepit a debitore, alteri vendit, num. 14.

Tertio ampliatur, vt ſibi tribuat, etiamſi debitor vendiſſet rem hypothecatam alteri, vel obligaſſet, vt de illa pecunia ſolueret primo creditori, & adhuc ſoluerit, quia adhuc iſte ſecundus creditor offerre poterit illi emptori, vel creditori, de cuius pecunia fuit ſolutum, numero 15.

Primo fallit, quando quis à debitore rem pignoratam emit, & pretium eiuſdem rei ſoluit; pacto adiecto, vt priores creditores dimittat, & dimiſſi ſunt, num. 16.

Secundò fallit, quando ſecundus creditor ſoluit primo, vt pignus ſuum conſeruet, quia ſuccedit in locum primi, num. 17.

18 *Emptor pignoris, cuius pecunia abſque pacto ipſius dimiſſi ſunt priores creditores, habet retentionem aduerſus ſecundum creditorem vendicantem pignus, numero 18.*

21 *Venditor rei per illum hypothecatæ pretium petere non poteſt, niſi ea liberet ab obligatione, & tenetur ad quantum res minus valet ob dictam obligationem, & numero 22.*

Primo ampliatur idem procedere in iurium ceſſione, numero 23.

Secundo ampliatur locum habere etiam in hypotheca conditionali, num. 24.

Sed contra, quod immo locum habeat in obligatione pura tantum num. 25.

Quod extenditur, etiamſi debitum eſſet ad diem remotum.

26 *Emptor vbi reperit rem à ſe emptam eſſe purè hypothecatam pretio ſoluto, vel non, excipere poteſt, & agere ad rem liberandam.*

Declaratur procedere non abſolutè; ſed de bono, & æquo, vt hic oſtenditur, num. 27. & num. 31.

Quid ſi res non eſt obligata pro certa ſumma numer. 28. & 31.

Quid, ſi pro ſumma incerta, num. 29. & num. 31.

Quid, ſi eſt obligata pro certa ſumma liquida ſemel ſoluenda, ſed non pro debito venditoris, vel eius, cuius inſolidum ſit hæres, num 30. & num. 31.

Quid, ſi authores principales audiendi ſunt, num. 32.

33 *Intellectus l. ex his prædijs, Codic. de euict. & l. creditor. §. prædium, ff. de action empti.*

34 *Vendens rem hypothecatam, vel pignoratam creditori, non dicitur facere contra legem hypothecæ alienando, ſeruatis, quæ hoc eodem numero dicuntur.*

Sed quod id abſolutè id permittatur, num. 35.

Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 18 num. 4. reijcitur numer. 36. & ſupra.

Vbi quod non propterea licet obtento in Saluiano interdicto præter aſſignari terminum tertio poſſeſſori ad reluendum nec ſubhaſtari facere, num. 37.

Quæ-

Quæſt. XLVII.

EX hypotheca, & obligatione bonorum facta ad fauo-
rem creditorum, ſæpè vt dixi in præcedentibus quę-
1 ſtionibus, graues oriuntur lites, & contentiones, & euin-
cuntur res poſtea venditæ, ita quod difficilè ſit illas eua-
dere, & emptores eas pro ſuis firmiter tenere, cum pote-
ſtas euictionis tollat intellectum acquiſitionis, *l.poſtulan-
te, ff.ad Tertullian.* Ideò nunc quæritur, an ſi Seius, qui
emit fundum à Titio ſuo debitore, in quo excomputa-
2 uit, puta ſcuta ducenta ſibi debita, & eundem deinde ven-
didit Męuio, Mœuius vltimus emptor poſſit moleſtari à
ſecundo creditore ipſius venditoris Titij. Et dicitur,
quod quatenus Seius primus emptor eſt anterior credi-
tor pro illis ſcutis bis centum, quæ excomputauit, etſi
ſecundus creditor Titij vult euincere à primo creditore,
debet ſoluere debitum, vel offerre quantitatem debitam,
alias audiri non debet per *text.in leg 1. Cod. ſi antiq.credi.*
3 vbi habetur, quòd ſi primus creditor authoritate legis,
vel pacti, vendit bona debitoris, ipſe emptor eſt ſecurus
vt conueniri non poſſit a ſecundo creditore offerente
primum debitum: at ſi debitor dederit in ſolutum, vel
4 vendiderit, primo creditori, & ipſe creditor alteri ven-
diderit, tunc ſecundus creditor poteſt euincere prius
offerendi primum debitum ipſi emptori.

5 Non obſtat, quod hypotheca ex emptione ſubſe-
cuta extincta videatur, lege neque pignus, ff. de re-
gul. iur. & quod ſolutione eius, quod debetur omnis
tollitur obligatio. *§.primò, inſtit. quib. mod. toll.obligat.cum
ſimil.*

6 Quia reſpondetur id procedere, donec dominium
non eſt euictum, quia eo euicto, reuiuiſcit obligatio,
& hypotheca, per *text.in leg. ex ſentaute, §.latinus largius
vbi Bart. & communiter Doctor. ff. de except. rei iudic. &
idem Bart.in leg.hoc amplius Iuli.ff.de damno infecto. Alex.
in leg.debitor, ff.ad Trebellian. Afflict.deciſ.8.ſub n.1.*

Sed quæritur, an in præſenti ſecundus creditor ad-
mittendus ſit ad hoc ius offerendi dicti crediti, & ex-
cludere poſſit primum creditorem, cui fuit venitus di-
ctus fundus, & in pretio fuerunt excomputata dicta
ducenta.

Reſpondetur diſtinguendo duos caſus.

7 Primus caſus eſt, quando primus creditor vendidit iu-
re creditoris illi ſecundo emptori tertio poſſeſſori vt in
primo caſu *dictæ l.1.C. ſi antiq.credit.* & tunc dictus ſecun-
dus emptor eſſet ſecurus, quia euinci non poſſet a ſecun-
do creditore per ius offerendi.

8 Secundus eſt caſus, quando primus creditor emit fun-
dum à debitore, & ipſe emptor poſtea alteri vendidit,
quo caſu ſecundus creditor habet ius offerendi, per *text.
in d.l.1.in 2.reſponſ.*

9 Non obſtat, quod per dominij acquiſitionem extin-
guitur pignus, & hypotheca per dictum § *latinus, & l.li-
berti.C.de ſent.& interlocut.omn.iud.*

10 Quia, vt dixi, locum habet, quando dominium irreuo-
cabiliter fuit acquiſitum, ſecus, ſi reuocabiliter, per di-
ctum § latinus in terminis ita decidit *Afflict.dict. deciſ.8.
num.1.& 2.& deciſ.16.nu.2.& ſeqq.vbi nu.6.*addit, quod
quatenus dicta oblatio non fiat in prima inſtantia, fieri
poteſt in cauſa appellationis per regulam non poſita po-
nam, &c. de qua in *leg.per hanc C.de tempor.appellat.* Item,
quia exceptio non oppoſita, ſi conſtat ex eadem ſcripta
ex officio à iudice habetur in conſideratione, *leg. cum,
11 qui ita, §. qui ita, & ibi per Bartol.ff. de verbor. obligat.* licet
regula ſit, quod ſecundus creditor poteſt offerre primo
12 *l. 1.Cod.qui pot.in pign.hab.& leg.potior.§.fin ff.eod.tit.* quæ
tripliciter ampliatur, &

13 Primo, vt locum etiam habeat, ſi priori creditori à
debitore res hypothecata vendita, vel inſolutum data
fuerit pro ſuo credito, quoniam adhuc ſecundus creditor
primo poteſt offerre, per *text. in d.l.1. §.cum autem, Cod.ſi
antiq.credi.& ibi per Salycet. ac tradit Neguſ. de pignor 3.
membr.5.p num.1.& 2.*

14 Secundò ampliatur, vt procedat etiamſi primus cre-
ditor, qui rem emit, vel in ſolutum accepit à credito-
re, alteri vendit, vt dixi ſuperius in ſecundo caſu, &
probat *Neguſanth. vbi proximè ſub numer. ſecundo, verſic.
ſecundo amplia.*

15 Tertio ampliatur, vt ſibi tribuat, etiam debitor vendi-
didiſſet rem hypothecatam alteri, vel obligaſſet, vt de illa
pecunia ſolueret primo creditori, & ita ſoluerit, quia ad-
huc iſte ſecundus creditor offerre poterit illi emptori, vel
creditori, de cuius pecunia fuit ſolutum primo creditori,
per *text.in l.cum prior. ff.de diſtract. pignor.* & habetur per
eundem *Neguſ d.loco num.3.*

16 Primò fallit, quando quis à debitore rem pignoratam
emit, & pretium eiuſdem rei ſoluit pacto adiecto, vt
priores creditores dimittat, & dimiſſi ſunt, quia tunc is
emptor eſt ſecurus à ſecundis creditoribus, ex *text. l.pe-
nult.C.de his, qui in prior.cred.locum, & in l.qui à debitore,
ff.qui potior.in pignor. habeantur.*

17 Secundo fallit, quando ſecundus creditor ſoluit primo,
vt pignus ſuum conſeruet, quia ſuccedit in locum primi,
abſque aliquo pacto *leg. 1.C.qui potior.in pign.habeant. Be-
nintend.deciſ.50.* & pariter concurrentibus requiſitis in
d.l.1.C de his, qui in prior.loc. vbi ſcribentes, & obtenta
ceſſione.

18 Cæterum maior eſt dubitatio, quando extraneus emit
rem Titio obligatam per Sempronium, & debitor *ſoluit*
ſine aliquo pacto pretium ex dicta emptione redactum
ipſi Titio priori creditori, ſi ſecundus creditor agit virtu-
te ſuæ hypothecæ ſuper dictis bonis venditis, ex quorum
pretio Titius prior creditor abſque aliquo eſt dimiſſus,
emptor an ſe defendere poſſit aduerſus ſecundum credi-
torem poſteriorem dicto Titio: non enim dicto extraneo
aliqua competit actio.

Et concludendum videtur pro poſſeſſore, ex *text. in
leg.cum prior. ff.de diſtract.pign.* quo deciditur, ſecundum
creditorem ita demum admitti ad vendicandum à poſ-
ſeſſore pignus emptum à debitore, ſi pretium, anteriori
creditori ſolutum cum vſuris offerat, & eſt conformis
text. qui generaliter loquitur in l.prima, ff.quib.mod. pignus
vel hypoth.ſoluitur, vbi etiam *Gloſs.in verb.deſideraſti, &
Bart.in ſummario, & oppoſit. Fulgoſ.in l 1.ff.quib.mod. pign.
vel hypoth.ſoluit Neguſ.in dicto 3.membr.quinto, parte ſub
numer.3.verſic.ſed in pradictis inſurgit, vbi euſdem opinio-
nis citat Paul.de Caſtro conſ.370.viſis actis, & Corn. conſ.
255.num.9.lib 2.*

Ratio adducitur per *Fulgoſ. vbi ſupra*: quoniam nulla
fit per eam iniuria ſecundo creditori, quia ſi primus cre-
ditor non fuiſſet dimiſſus de pecunia huius extranei em-
ptoris, dictus primus creditor eſſet anterior, & hunc ſe-
cundum excluderet, & ſic emptor ſecurus eſſe debet, &
huic ſententiæ Doctores magis communiter accedunt,
quia vt ſupra fuit dictum ex *Fulgoſ.* non fit ex hoc iniuria
ſecundo creditori, ex quo nihil ſibi adeſt de eo, quod ha-
bebat ante ſolutionem factam primo creditori, vt benè
per *Benintend. d.deciſ.50.* quam in his terminis probauit
Franc.deciſ.134.ſub num.8.

19 Quod vero attinet ad primum caſum, vt ſupra propo-
ſitum, tu videas *Neguſ.dict 3.membr.quinta parte, numer.
4.*vbi illum examinat, *& nu.5.& ſeqq.*eundem reſtringit
ſeptem modis.

20 Prout videro eundem *Neguſanth.ibidem d.numero 5.
verſic.& vbi dictum eſt, & numer.ſeqq.* qui etiam limitat
alijs tribus modis modis ſecundum caſum per nos ſupra
pro-

Digitized by Google

propoſitum,ac diſtinguit,nec ideò refero,cum apud eum
legi poſſit;
31 Verum hic inſurgit alia difficultas in hac materia hy-
pothecæ: nam ſæpe fuit dictum, quod ſi aliquis emat rem
alteri hypothecatam, talis emptor etiam quod dicta res
ſibi tradita ſit,non tenetur ſoluere pretium venditori, niſi
prius res liberetur à dicta obligatione, prout emptor o-
bijcere,ſeu petere poteſt, ad *text. & ibi notata per Bartol.
& Bald. & Salycet. in l. ex prædijs, C. de euict. latè Surd. conſ.
13. conſil. 15. & conſil. 36. lib. 1. qui alios adducit, & dixi q.
33. nu. 41. & alibi.*
32 Similiter dictus emptor agere poteſt, quanti ſua inte-
reſt rem ſibi venditam non fuiſſe, nec eſſe alteri obliga-
tam,& ita ad quantum res minus valet ob dictam obliga-
tionem,vt notatur per *Ang. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebel.
per illum text. & ibi refert, ac ſequitur Alex. & eſt text. in
l. ſi rem meam, & ibi Bart. ff. de ſolut. Bertazol. clauſul. 21.
Gloſ. 1. num. 3.* & poteſt emptor illam rem liberare, non
expectata ſententia ab illa hypotheca, & incontinenti
committitur ſtipulatio contra venditorem ad intereſſe,
per *Gloſ. in l. qui Romæ, C. de euict. & notat Bal. in l. cum ti-
bi. C. eodem.* Et quod dicitur in venditione.
33 Ampliatur procedere in iurium ceſſione quia, ceſſio
iurium ex pretio habetur inſtar venditionis, toto *tit. ff. de
hæredi. vel act. vendi.* & dixi pariter *q. 80. num. 8. & quæſt.
78. num. 14.*
34 Difficultas eſt,an præmiſſa procedant, nedum ſi obli-
gatio,& hypotheca eſt pura, ſed etiam quando eſt condi-
tionalis; nam,quod etiam procedat in obligatione,& hy-
potheca conditionali, quæ adhuc penderet, prout loqui-
tur *Alexand. in leg. prima, §. ſi hæres, ff. ad Trebell. per illum
text. & in text. & in leg. ſi ſeruus in princip. ff. de cond. furti,*
quia æſtimatur, & attenditur ille dubius euentus condi-
nis, & ita reſidet,id *Alexan. in d. l. 1. §. ſi hæres, numer. 3. &
conſ. 63. num. 11. lib. 6.*
35 Sed idem *Alex.* ſibi ipſi contrarius *ad Bald. in l. ex his
prædijs, in prima addit. C. de euict. aſſerit d. leg. 1. §. ſi hæres,*
intelligi de obligatione pura,non autem de conditionali,
& ſucceſſiuè, quod emptor in obligatione conditionali,
agere, vel excipere non poſſit, vt res ſibi vendita libere-
tur,& interim retinere pretium, idemque voluit *in conſil.
65. n. 4. lib. 5. ſequens Bald. in d. l. ex his prædijs in fine,* & mo-
uetur,quia *text. in d. l. loquitur,* quando prædia erant obli-
gata; ſed pendente conditione ſuſpenſiua, res obligata
non dicitur ſecundum *Bart. in l. facere poſſe, ff. ſoluto matr.
per illum text.* & hanc opinionem vti veriorem tenet *Ne-
guſanth. de pignor. primo membr. 5. par. ſub num.* 24. Vbi di-
cit, non eſſe ſemper verum, quod fiat æſtimatio dubij
euentus conditionis, cùm immo aliquando æſtimatio, &
exactio differatur in tempus exiſtentis conditionis, vt in
*leg. in lege Aquilia ſi delatum, ff. ad l. Aquil. & ibi latius per
eundem Neguſanth.* ad quem ſe remittit *Guttierez de iu-
ram. confirm. cap. 26. num. 16.*
26 Prædictis de re purè hypothecata addas, quod vbi
res inuenitur purè hypothecata, tunc emptor nedum
pretio non ſoluto excipere poteſt, ſed etiam ſi ſoluerit,
præciſè agere poterit ad liberationem, *dicta l. ex his præ-
dijs, & leg. creditor. §. prædium, & ibi Paul. de Caſtro. ff. de
action. empti.*
27 Quod declaratur procedere non abſolutè,ſed de bono,
& æquo, hoc eſt, quando ipſe venditor eſt principalis de-
bitor,& certæ ac liquidæ ſummæ purè debitè,& ſemel ſol-
uendæ,quam ſoluendo fidem ſuam liberauit,& in reliquis
iuribus ſuis damnum non patietur, quibus alias de iure
prouidebitur, niſi aliud expreſsè conuentum ſit,ita *Mo-
dern. Pariſienſ. in addit. ad Alexand. in dicto conſil. 75. in
28 principio,* vbi quærit etiam, quid ſi res non eſt obligata
pro certa ſumma ſemel ſoluenda, ſed pro certo redditu
remedibili, quid ſi eſt obligata pro ſumma incerta, pu-
29 ta pro euictione alterius rei, vel pro certis damnis, & in-
tereſſe non liquidis. Quid,ſi eſt obligata pro certa ſumma
30 liquida ſemel ſoluenda, ſed non pro debito venditoris,
vel eius,cuius inſolidum ſit hæres, ſed pro debito alterius,
pro quo fortaſſe ille, vel eius auctor cum pluribus alijs fi-
deiuſſit, & forſan res vendita minima eſt ex multis præ-
dijs pro magna ſumma hypothecatis, nec volt creditor
partem recipere,nec vnam rem ſine alijs liberare, ac de-
nique,quid ſi auctores principales laudandi ſunt, & his ſi-
milibus caſibus dicit putare ſufficere, vt venditor inte-
31 rim idoneè caueat, itaut emptor ſit ſecurus à damno im-
minenti,ex *Alexand. ibidem, numer. 4. & quinto, facit Rota
coram Sanctiſſimo deciſ 295. numer. 3. vbi addent ſub lit. A.
probat Alex. vbi ſupra.*
32 Item ſubiungit vbi ſupra *Modern. Pariſienſ.* quod fuit
dictum de debito conditionali, extendi ad debitum in
diem remotum,ac inſuper, dictam *l. ex his prædijs, & di-
33 ctum §. prædium.* loqui in terminis iuris antiqui ante in-
troductam exceptionem diſcuſſionis, de qua in auth. ſed
nouo iure *C. de action. & obligat.* vnde mirum non eſt, ſi
tunc iura volebant, quod emptor, qui ſtatim exigi, vel
euinci poterat, ſtatim ad liberandum agere poſſet, quæ
ratio hodie ceſſat tantiſper, dum eſt locus beneficio ex-
cuſſionis, ad quod dicit neminem aduertiſſe.
34 Verum autem,qui rem ſuam hypothecauit,vel pigno-
rauit creditori poſſit alienare, ſeu ſubhaſtari facere abſq;
eo,quod dici poſſit facere contra legem hypothecæ, alia
eſt conſideratio. Et dicendum videtur poſſe, vbicunque
extraneo poſſeſſori à quo fuit pignus per anteriorem
creditorem abdicatum, fuit aſſignatus congruus termi-
nis, infra quem poſſit ſi velit rem ſibi euictam liberare,
ſoluta pecunia anteriori creditori, qui illam euicit, ſi in-
tra dictum terminum pecunia non fuit ſoluta, ita *Couarr.
lib. 3. variar. reſol. cap. 18. num. 4.* vbi ſic practicari vidiſſe
teſtatur.
35 Verum opinio *Couarr.* non eſt recipienda, tanquam
contraria iuris concluſioni, quod debitor etiam inuito
creditore poſſit pignus vendere, *ad text. in l. ſi creditor, ff.
de diſtract. pign. & in l. diſtractis, C. de pign. Rota apud Put.
deciſ. 260. numer. primo, libro 3.* vbi explicitè dicitur, quod
debitor,qui rem ſuam hypothecat, vel pignorat credito-
ri,ſi illam alienet,valet alienare, nec dicitur facere contra
legem hypothecæ, vel pignoris, ex quo in contractu non
promiſit non alienare, nec vendere, per *text. in dicta l. di-
ſtractis, vbi Bald.* & omnes notant. in terminis ita tenet
Rota deciſ. 759. num. 3. parte ſecunda in recentior. vnde pro-
pterea,infert Rota numero ſequenti contra tertium poſ-
36 ſeſſorem, & dominium rei effectum externus à iure proui-
ſum eſſe; vt creditor ratione anterioris hypothecæ poſ-
ſit tantummodo ab eo auocare poſſeſſionem rei à ſe reti-
nendam, donec de fructibus in ſortem imputandis ſibi de
ſuo credito ſatisfiat, & ita procedere libellum in hypo-
thecaria,ex *Papien. Neguſ. & Menoch. ibidem citatis,* non
autem eam diſtrahere: eam actio hypothecaria non per-
cutiat dominium. *Auth. hoc ita. C. de pignor.* & in corpore
vnde ſumitur in *Auth. de litig. ibi,* ſi autem hoc de-
bitum non fecerit, damus licentiam creditori, qui
rem venditam ſuppoſitam habet,eandem rem vendicare,
donec ei ſatis pro debito fiat, & habetur latius vbi ſupra
per *Rotam dicto numero 4. & 5.* quod facit contra eos, qui
ex prædicta Couarr. doctrina, poſtquam obtinuerunt in
37 hypothecaria, vel vtili Saluiano interdicto, petunt ſibi
plenariè adiudicari eadem bona, & terminum ſtatui ter-
tio poſſeſſori ad reluendum bona euicta alias ſubhaſtari,
ne ipſe creditor cogatur ex fructibus bonorum euicto-
rum minutas ſolutiones recipere in extinctionem ſui
crediti, contra *text. in l. tutor, §. Lucius, ff. de vſuris.* Non
enim idlicet ex præmiſſis; ac etiam, quia abſurdius eſſet,
emptorem ſine facto ſuo priuari dominio rei ſuæ contra
regu-

Digitized by Google

regulam *l.id,quod noſtcum,ff.de regul.iuris,* & creditori remanet ſaluum ius agendi contra principalem debitorem, & fideiuſſores, & ita euitare poteſt ſatisfactionem in minutis ſolutionibus,vt per *Rotam dicto loco,* vbi reſpondetur cæteris per *Conar.in propoſito adductis.*

ARGVMENTVM.

L.vendicantem. ff. de euict. quæ locum habet in vendente,an procedat etiam in conſentiente venditioni.

Promiſſio generalis de faciendo conſentire, an comprehendat eum, qui conſentit venditioni,ſi ius ſuperueniat, ne ſequatur euictio.

Plura enumerantur, ad quæ venditor tenetur verſus emptorem euictione ſequuta.

SVMMARIVM.

1 *L.vendicantem,ff.de euict.non procedit in conſentiente venditioni, præſertim, ſi nec re, nec ſpe ius competit tempore præſtiti conſenſus.*

2 *Promiſſio generalis de faciendo conſentire, non comprehendit eum,qui conſentit, ſi ei ius ſuperueniat.*

Sed contra num.3.& ſequentib.

4 *Promittens ſe curaturum,vt quilibet ius prætendens conſentiat,tenetur de omni perſona,à qua ſi res euinceretur, teneretur de euictione,& num.12.*

Et omnes continentur,num.5.

Promiſſioque facta cenſetur,etiam reſpectu futuri,numero 6. & 8.

7 *Actio de euictione datur, etiamſi ille euincat, qui tempore contractus ius non habebat,ſed habuit in futurum.*

Fallit,ſi ius proueniat à facto eius, cui euincitur, vel ſui auctoris,cuius facto non teneatur, num.9.

Ruyn conſil.42.lib.2.reijcitur.

Venditor, qui de facto ſuo, & hæredum promiſit, tenetur etiam de facto extranei.

13 *Periculum rei venditæ ſpectat ad venditorem.*

14 *Venditor poteſt inſtantiam litis inchoatam ſuper re empta quandocunque in ſe aſſumere, & actor tenetur eum recipere, num.15.*

16 *Actor proteſtatione vti poteſt, ne moueat iudicium cum auctore rei.*

17 *Venditor comparendo ad defendendum emptorem, non poteſt nouare iudicium.*

Quando poſſit inuitum defendere eum, ſ.nu.18.

Et quid agendum cum emptore,num.19.

Tenetur tamen venditor emptorem defendere in foro ipſius emptoris,num.20.

Nec poteſt declinare forum ex priuilegio ſuæ perſonæ, numero 21.

Et an id procedat in fiſco, vel procuratore patrimoniali, numero 22.

Poteſt recuſare iudicem ſuſpectum,num.23.

Nec cogi poteſt ad defendendum extra Regnum, numero 24.

Recuſare poteſt venire ad iudicium etiam requiſitus, niſi id expreſsè promiſerit, num.25.

Tenetur tamen exhibere inſtrumenta pertinentia ad defenſionem rei venditæ,num.26.

Idemque locum habet in creditore pro euictione, numero 28.

An teneatur defendere ſuis ſumptibus, num.27.

Non condemnatur ad aſſumptionem defenſionis cauſæ, niſi conſtet, quod moueatur lis emptori contra formam promiſſorum per venditorem, num.29.

Neque promittens adiuuare, ſeu defendere, tenetur implere promiſſionem, niſi fuerit requiſitus, etiamſi ſciat, numero 30.

Quid agendum, quando auctor laudatus non vult comparere,num.31.

Non tenetur emptorem defendere à moleſtijs de facto, nec pro eis de euictione,num.32.

Nec quando de facto fuit ſpoliatus,num.35.

Tenetur de euictione, quando emptor re ſibi vendita vti non poteſt culpa venditoris, ſecus ſi de facto ſuperioris, niſi venditor ſciuerit tale impedimentum, numero 33.

Non tenetur actione quanto minoris quando euictio prouenit culpa emptoris,num.38.

Neque conueniri poteſt, quando fuit factum pactum, ne venditor pro re vendita de euictione teneatur, numero 36.

Fallit in tribus caſibus,vt num.37.38.& 39.

Tenetur ad intereſſe, licet de euictione non promiſerit, numero 44.

Debet præſtare omnia quæ aſſeruit in venditione, numero 45.

An teneatur emptorem defendere contra tertium impedientem retentionem rei venditæ,num.50.

32 *Euictionis proſequendæ requiſita, & fundamenta quæ.*

33 *Laudatio auctoris, quando fieri debeat, & admittatur.*

34 *Emptor poteſt quandocunque petere ſcripturas rei emptæ à venditore, num.36.*

39 *Euictio vbi non venit, conſultius eſt rem præſtare, quam eius æſtimationem.*

40 *Pactum quod venditor non teneatur de euictione, circa tria non prodeſt, de quibus hic, & numero 41. 42. & 43.*

44 *Intereſſe nomine in euictione veniunt ſumptus paſſi per emptorem, etiamſi venditor haberet iuſtam cauſam litigandi.*

Quod intereſſe non debet excedere duplum, nec repetitur, quando ab euincente poteſt recuperari, numero 45.

Non debetur re non euicta,num 46.

47 *Clauſula, promiſit reficere omnia damna, & expenſas, quid operetur.*

Quæſt. XLVIII.

1 EST quæſtio,an leg.vendicantem, ff.de euictio. quæ locum habet in vendente, procedat etiam in conſentiente venditioni, qui etſi regulariter de euictione non tenetur,*Gloſ.in l.cum ter,§.libertis,ff.de legat.2. Iaſ. in lege quoties,C.de fideicommiſſ.Petr.de Anchar.conſil.76.numero quarto,*& diximus alias in hoc tractatu,& in præcedenti quæſtione ſi ei ius ſuperueniat,de euictione teneatur,& reſpondetur quod non maximè, ſi nec re, nec ſpe competebat tempore præſtiti conſenſus, ad *text.in l.prima, §. quod ait Prætor voluntate quoque legat.notatur, in lege prima, Codice de pactis in leg.qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat.Paul. de Caſtrenſ. conſil.375. numero quinto libro primo.*

2 Sed adhuc dubitatur, an generalis promiſſio de faciendo conſentire comprehendat eum, qui tunc conſenſit

Digitized by Google

ſit venditioni, ſi ius ſuperueniat, & dicẽdum videtur, quod
non lege doli clauſula, *& leg. commodiſſimum, ff. de verbor.*
obligat. & leg. inquiſitio cum notat. Cod. de ſolut. quia con-
ſenſiſſe præſumitur eo modo, quo fieri debebat, *cap. ex*
litteris de conſtitut. cap. ſedes, de reſcript. Crauett. conſilio 91.
numer. 8. & in ſpecie, quod talis promiſſio non porrigatur
ad eos, qui ius conſequuti ſunt ex cauſa ſecuta poſt pro-
miſſionem. *Ruyn. conſil. 42. num. 24. lib. 1.*
3 Verùm dicitur, quod dicta promiſſio intelligitur quo-
que de tali conſentiente, quatenus ius ei ex alia cauſa
ſuperuenerit, & per conſequens hoc reſpectu promiſſio-
nem, vt ſupra factam, illum continere vt tradit *Salyc. in*
4 *dicta l. inquiſitio ſub numero primo.* Nam eſt de natura
contractus, quod qui promittit ſecuraturum, vt quilibet
ius prætendens conſentiat, tenetur de omni perſona, à
qua ſi res euinceretur, teneretur quoque de euictione.
5 *Alexand. conſil. 21. num. 6. libro quinto.* Et ratio eadem eſt
quoad eos, qui tempore promiſſionis ius prætendebant,
vel prætendere poterant, & qui poſtea, & veriſimile eſt
de omnibus fuiſſe intellectum, quia intentio contrahen-
tium, eſt, quod emptor tutè emat, nec ideò mirum, ſi
omnes, nullo excepto contineantur, *l. ſi ſeruitus, de ſer-*
6 *uit. vrbanor. prædior. Calderin. conſil. primo de conſtitut.* &
ſic promiſſio facta cenſetur etiam reſpectu futuri. *Bartol.*
7 *& Doctor. in leg. final. Cod. quæ res pignor. oblig. poſſunt &*
in leg. ſi ita colum. 2. ff. de auro. & argent. legat. cum actio
de ee euicta detur etiam ſi ille euincat, qui tempore con-
tractus ius non habebat, ſed habuit in futurum, iuxta
Gloſa in leg. ſi familiæ. C. famil. herciſcund. Alex. dicto con-
8 *ſil. 21. numero 3. libro quinto.* Atque ita etiam datur, vt
procuretur conſenſus illius, qui ex futuro iure euincit,
9 vel euincere poſſe prætendit: quatenus tamen id ius
non proueniat à facto eius cui euincitur, vel ſui auctoris
aut alterius ex cuius facto non teneatur, *leg. fundum*
meum, & leg. Lucius. de euictionibus.
10 Non obſtat *Ruyn. dicto conſilio 42.* quia licet promiſſio
concepta ſit per verba præſentis temporis, & ita intelli-
genda videatur de perſonis tunc ius habentibus, *leg. ſi*
ita ſcripſiſſet, ff. de legat. 2. Bartol. in dicto §. duo fratres
quæſtione quarta, & quinta, & ibidem Iaſ. numero decimo
11 *ſexto.* Tamen, quemadmodum venditor, qui de facto
ſuo, & hæredum ſimpliciter promittit, ex natura contra-
ctus tenetur de facto extranei, vt ſæpè dixi *leg. emptorem,*
§. qui autem de actio. empt. Bartol. in leg. ſtipulatio iſta ha-
bere licere, colum. ſecunda ff. de verbor. obligation. Ita quo-
que ex natura contractus, qui promittit ſecuraturum, vt
12 quilibet prætendens cõſentiat, tenetur de omni perſona,
à qua ſi res euinceretur, teneretur etiam de euictione, per
13 dictum *conſil. 21. numer. 6. Alexand. in ſpecie ſic reſpondit*
Hieronimus Gabriel. conſil. 72. numer. 7. & ſequentibus libro
primo. Non enim emptor damnum ſentire debet ob pe-
riculum rei venditæ, & illius fructum, ſed illud ſpectat ad
venditorem. *Burſat. conſ. 11. nu. 5. lib. 1. Rim. iun. conſ. 40. nu.*
3. libro primo, qui propterea vt illud euadat, poteſt inſtan-
14 tiam litis inchoatam ſuper re empta quandocunque in
ſe aſſumere. *Anton. de Butrig. conſilio 44. numero primo,*
quem etiam actor tenetur recipere, ex quò eſt æquè le-
15 galis, ſicut principalis. *Bartol. in ſuis quæſtionibus, quæſt.*
2. numero tertio, vbi plenè de defenſionibus, de quo etiam
plenè *Capyc. deciſ. 197. numero ſexto, Franch. Marc. deciſ.*
16 *203. parte ſecunda, Benintend. deciſ. 92.* vbi etiam po-
nit qua proteſtatione vti debeat actor, ne iudicium no-
17 *uet. Put. deciſ. 365. libro ſecundo.* Prout regulariter ven-
ditor comparendo ad defendendum emptorem nouare
non poteſt. *Bartol. in leg. prima, Cod. vbi in rem act. Hon-*
ded. conſil. 25. numero 8. 22. & 23. libro primo, & Bartol.
in §. ſi vero numero quinto in authentic. vt omnes obediant
18 vbi quando poſſit aliquem inuitum defendere *Natt. con-*
ſil. 630. vbi, quod emptor poſſeſſor citari debet ad vi-
19 dendum iurare teſtes, & ſententiam ferri in perſona
20 ipſius, contra quem principaliter actio dirigitur. *Benin-*
ten. dicta deciſ. 92. tenetur tamen venditor emptorem
defendere in foro ipſius emptoris. *Franch. Marc. deciſ.*
582 Cagnol. in rubr. de inoffic. teſtament. numero primo, qui
21 *numero octauo,* & ſequentibus ad limitat; neque ideò
nominatus poterit declinare forum ratione ſui priuilegij,
ſed debet defendere vbi lis cæpta eſt. *Rebuff. in comment.*
ad Reg. conſtitut. titul. de dilat. artic. 4. numero 7. & 33.
22 quod an procedat in fiſco, vel procuratore patrimo-
23 niali *Theſaur. deciſ. 213.* quamuis poſſit recuſare iudi-
24 cem ſuſpectum. *Rebuff. vbi ſupra.* Cæterum venditor,
qui tenetur ſuſcipere onus litis & emptorem defendere,
cogi non poteſt ad hoc faciendum extra ditionem, ſeu
25 Regnum, *Ioan. Pappon. libr. 11. titul. 4. Areſt. 6.* Nec vbi
nolit venire ad iudicium etiam requiſitus ad quod non
poteſt compelli, niſi id expreſsè promiſerit, *Guttierez.*
de iuram. confirmat. capit. 26. numero 11. Petr. Rauen. ſin-
26 *gul. 775.* quo caſu emptori tenetur exhibere inſtrumen-
ta pertinentia ad defenſionem rei venditæ. *Pacian. de pro-*
bat. cap. 63. numero 146. libro primo. Franc. Marc. dicta
27 *deciſ. 482. & 583.* vbi an venditor teneatur ſumptibus
defendere. *Menochius de arbitr. iudic. in additione ad caſ.*
28 *499 numero 23.* qui idem ait in creditore pro euictione
pignoris a debitore, & vice verſa in debitore à creditore,
l. vltim. Cod. de pignor. actione.
29 Regulariter autem venditor non condemnatur ad aſ-
ſumptionem defenſionis cauſæ, niſi conſtet quod mo-
ueatur lis emptori contra formam promiſſorum per
venditorem: ad notata per *Bart. in leg. Diuus, ff. de teſta-*
ment. milit. Crauett. conſil. 211. numero primo.
30 Neque promittens adiuuare, ſeu defendere, tenetur im-
plere promiſſionem, quantumcunque ſciat illum indigere
auxilio, niſi fuerit requiſitus, *Albas conſil. 49. in fine, &*
31 quid agendum, quando auctor laudatus non vult com-
parere. *Rebuff. dicto titul. de dilat. articulo quinto Gloſa*
prima numer. 7. & 8. vbi numer. 15. & ſequent. ponit eui-
32 ctionis proſequendæ requiſita, & ipſius euictionis fun-
damenta duo *numer. 23.* & quando laudatio hæc fieri de-
33 beat, vide per *Maranť. part. 6. tit. de laudat. numer. 1. &*
ſequentibus, & admittatur *Magon. in deciſ. Florent. 150.*
num. 27.
34 Sciendum tamen, quod venditor non tenetur em-
ptorem defendere a moleſtijs de facto, nec pro eis de eui-
ctione. *Burſatt. conſil. 194. numer. 15. libro ſecundo Ca-*
ballin. conſil. 58. numer. 1. libro primo. Prout, nec quan-
do de facto fuit ſpoliatus. Idem *Caballin. conſil. 78. nu-*
35 *mero primo libro primo; Natt. conſil. 181. numero ſecundo*
Roland. conſil. 45. numer. 19. libro tertio, & numero 21. Surd.
de Aliment. titul. 7. quæſt. 20. numer. 33. quod limitat *num.*
34 etiamſi venditor promiſerit emptorem defendere de
facto. *Decian. conſil. 74. Natt. conſil. 181. Alexand. Rau-*
den. conſil. 9. numer. 5. libro ſecundo qui numer. 107. ait, em-
36 ptorem poſſe quandocunq; petere ſcripturas rei emptæ
a venditore.
37 Sic, & quando emptor re ſibi vendita vti non poteſt
culpa venditoris, venditor de euictione tenetur, ſecus ſi
facto ſuperioris, niſi venditor ſciuerit tale impedimen-
tum. *Borgnin. deciſ. 27. num. 47. part. 2.*
38 Nec minus, quando euictio prouenit culpa emptoris
locum habet actio quando minoris *Rota coram Card. Se-*
raph. deciſ. 785. num. 10.
39 Item notandum eſt, quod vbi venit euictio, conſultius
eſt, rem præſtare, quam eius æſtimationem *Iaſ. in leg.*
ſeruum filij, §. ſi ſtatu liber. numero primo, ff. de legat.
primo.
40 Sed quid quando fuit factum pactum, ne venditor prò
re vendita teneatur de euictione, quod pactum valere fuit
dictum in *quæſt. 11. nu. 26.* Non tamen locum habet circa

Digitized by Google

tria de quibus per *Caſtrenſ. poſt Bartol. in lege emptorem*, §. *qui autem*, *ff. de action. empti.*

41 Primò, quando venditor fuit in bona fide: quo caſu, licet illud pactum excuſet ab intereſſibus, non tamen excuſat à pretij reſtitutione, quoniam vis rationis naturalis, & Iuſtitiæ commutatiuæ non patitur, vt emptor re, & pretio careat.

42 Secundò non ſubſiſtit, ſi venditor fuerit in dolo, & mala fide, nempè, ſi ſciat rem eſſe alienam: quo caſu ad totale intereſſe tenetur, *d. l. emptorem*, §. *idemque*, *& l. tenetur*, §. *fin. ff. eodem*.

43 Tertiò non prodeſt, quando venditor, vel eius hæres pro iure ſuo rem vendicauerit emptore non excipiente, quia re vendicata, emptor agit aduerſus auctorem ſuum ad totale intereſſe, per *text. in d.* §. *Idemque vbi Bart. & Bald. & Salyc. in l. prima, C. de periculo & commod. rei vend. Tireq. de retract. lignag.* §. *12. Gloſ. 1. ſub numero 10 & probauit Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 52. numer. 7. Burſatt. conſ. 106. n. 8.* Cuius nomine veniunt ſumptus, & expenſæ

44 per emptorem paſſæ, etiamſi venditor haberet iuſtam cauſam litigandi, quia debentur iure actionis. *Couar. practic. quæſt. c. 27. ſub num. 3. verſic. hæc tamen.*

45 Illud tamen intereſſe ſumptuum, & expenſarum factarum re euicta non debet excedere duplum rei contra venditorem ignorantem, nec poteſt ab eo repeti, ſi poteſt ab euincente recuperari, *l. 44. 45. & 46. ff. de actio. emption.*

46 licèt ſecùs ſtatuatur re nondum euicta *Franc. Marc. deciſ. 584. part. 1. Caballin. de euict.* §. *5. num. 86 Burſat. conſ. 194. num. 41. libro 2.*

47 Quid autem clauſula in inſtrumento venditionis appoſita, & promiſit reficere omnia damna, & expenſas litis, & extra, operetur *Bart. in l. 102. ff. de verbor. obligationib.*

48 At nota inſuper, quod venditor tenetur ad intereſſe, licet de euictione non promiſerit. *Rim. iunior. conſ. 66. nu. 36. & 37. lib. 1.* Debet enim præſtare omnia, quæ aſſeruit

49 in venditione, *l. ſi venditor. in princip. ff. de action. empt. l. qui fundum*, §. *qui agrum*, *ff. de contrahen. empt. l. 2. in princ. ff. de actio. empti. vbi Gloſ. in ver. ex empto, l. ea qua commendandi, ff. de contrahen. empt. vbi ſcribentes, Surd. conſ. 441. num. 15. lib. 3.*

50 An autem teneatur emptorem defendere contra tertium impedientem retentionem rei venditæ. *Ant. de Butr. conſ. 22. num. 50.*

ARGVMENTVM.

Creditor hæres vendens hæreditatem, an agat pro ſuo credito aduerſus emptorem hæreditatis.

Vel vti poſſit retentione.

Quid quando fuit euicta hæreditas.

Et in actione hæreditatis quid reſoluendum.

SVMMARIVM.

1 *Actiones non habentur pro confuſis, vbi hæres damnificatur.*

2 *Hæredi, qui hæreditatem reſtituit non retento ſuo credito, datur actio, licet extincta, vel conditio indebiti, & numero 4. & 5.*

3 *Retentio conceditur hæredi p credito, inuito fideicommiſſario.*

Et de ratione.

6 *Actionum confuſio, quæ reſultat ex aditione hæreditatis facta per creditorem defuncti, eatenus durat, quatenus hæreditas in effectu eſt penes illum, ſed ſi in alium transferatur, de æquitate reuiuiſcunt.*

Vel ſaltem de nouo ad imponendum quis cogitur, num. 8.

Et obtinet is ab emptore hæreditatis, quod à quolibet extraneo hærede conſequeretur, num. 7.

Ampliatur procedere, etiam quando hæreditas eſſet euicta per querelam inofficioſi ab eo, qui fuit hæres inſtitutus, numero 9.

Niſi fuerit in dolo, vel malo fide, num. 10.

Et reſtituuntur actiones priſtinæ, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, num. 11.

12 *Hæres creditor poteſt deducere ſuum creditum, ac repetere etiam non facto inuentario, & de ratione. Ibidem.*

Ampliatur deduci poſſe non ſolum debitum ciuile, & naturale, ſed etiam ſolum debitum naturale, num. 13.

14 *Teſtator mandans ſeudum diſtrahi pro ſoluendo ære alieno, hæres ſi illud ſoluat de proprio, poteſt fundum retinere.*

15 *Creditor vendens hæreditatem, deducit ius ſibi competens prout ſi non fuiſſet hæres, & numero ſequentibus.*

16 *Hæres non poteſt retinere ſuum creditum, vbi adijt, non confecto inuentario, quando agit contra creditores, vel legatarios, ſecus ſi aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem.*

Ampliatur, procedere etiam aduerſus emptorem hæreditatis, num. 17.

18 *Hæres ſtatim, quod vendidit hæreditatem, vel reſtituit, æquiparatur alijs creditoribus hæreditarijs.*

19 *Legitima non amittitur per omiſſionem inuentarij.*

20 *Actionis hypothecariæ confuſio non fit vigore ſucceſſionis, et de ratione ibidem.*

Declaratur, & diſtinguitur, num. 21.

22 *Creditori hæreditario nulla competit actio aduerſus emptorem hæreditatis, quamuis pactum interuenerit in emptione, vt emptor ſatisfaciat creditoribus.*

Primò fallit, quando pactum reſpicit ipſam rem, & nil cohæret, & coniunctius cum re num 23.

Secundo fallit ex æquitate canonica in ſubſidium, numero 24.

Tertio fallit, quando notarius ſtipulatus fuiſſet nomine illorum, quorum intereſt, num. 25.

Quæſt. XLIX.

ACtiones, licet regulariter confundantur adita hæreditate, ita quod difficile ſit creditori hærede deducere ſuum creditum, nulla facta retentione, vel petita

1 cautione, tamen reuera habentur pro non confuſis, quoties hæres damnificatur, qui dicitur ſatis eſſe in damno, ſi agendo conſequi non poſſet ſuum creditum, ac de eo diſponere, vbi hereditas eſt reſtitutioni ſub-

2 iecta, & propterea eidem danda eſt actio, quæ licet ſit extincta, etiam de æquitate, vel reuiuiſcit, vel etiam poſt reſtitutionem aget condictione indebiti, vt per *Imol. in leg. Stichum*, §. *aditio in princip. verſicul. nota tres effectus, de ſolution. Cuman. conſilio 37. ſub numero tertio verſiculus quamuis autem actio. Purpurat. in leg. debitori ſub numero 24. verſic. & ideo hæres, Cod. de pactis Alexandr. in leg. ita tamen*, §. *ſi ex Trebelliano. numero primo ff. ad Trebellian.* Vbi etiam, quod cum hoc caſu licita ſit retentio, dari non poterit actio fideicommiſſario aduerſus hæredes ad repetendum illas res retentas, & multo magis, quando bona defuncti eſſent obligata pro debito hæredis, quoniam

per

per aditionem hæreditatis factam ab hærede grauato per
fideicommiſſum, hypotheca non tollitur, vt per eundem
Alexand. in dicto §. ſi ex Trebelliano, & in l. ſi ex ſextunte,
4 *§. latinus de except. rei indic.* quodque in his detur condi-
tio indebiti de veriori opinione teſtatur, *Honded. conſil.*
58. numer. 53. libro primo, & prius voluit *Paul. de Caſtr.*
conſil. 387. pro declaratione ſub num. 3. verſic. ſi vero bona
poſſidentur libr. 1. Roman. conſil. 276. viſis dubijs numer. 7.
latè Curt. iun. in l. debitori, num. 3. & 11. C. de pactis. Crauet.
conſ. 16. numero primo, & conſil. 144. numer. 5. Peregrin. in
tract. de fideicommiſs. artic. 35. num. 3. verſic. ſed malè. Vbi
5 etiam quod contraria procedunt in debitis naturalibus,
pro quibus ſolum daretur retentio, & non actio *Rolan.*
conſ. 65. num. 13. lib. 2. Cardinal. Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 7. tit. 8. num. 15. iuxta diſpoſitionem dicta l. Stichum,
§. aditio de ſolution.

6 Vnde dicimus quod actionum confuſio, quæ reſultat
ex aditione hæreditatis facta per creditorem defuncti,
eatenus durat, quatenus hæreditas eſt in effectu penès
illum qui adiuit, ſed ſi in alium transferatur, puta vendi-
tione, actio ſemel extincta de æquitate reuiuiſcit, & cre-
ditor agere poteſt aduerſus emptorem hæreditatis pro
ſuo credito, cum is obtineat vicem hæreditatis, & tenea-
tur actione, quia prior debitor tenebatur, & perindè
ſint omnia, ac ſi hæres non extitiſſet, *l. 2. §. final. iuncta Glo.*
in ver. teneri, & ibidem Bald. in ver. ſi Titius, & in ver. cum
quis, ff. de hered. vel actio. vendit. vbi quod obtineret ab
emptore hæreditatis quod a quolibet extraneo hærede
7 conſequeretur, ex quo actio confuſa per hæreditatis adi-
tionem reſtituitur hæredi vendita hæreditate, non vi pri-
mæ obligationis, ſed ex natura iſtius contractus vendi-
tionis, quando debitum à principio peti poterat, quod
& ſequitur *Salycet. in dicto §. ſi Titius, & in §. cum quis in*
8 *fine,* inquiens, quod actio ſemel extincta, vel in hoc
caſu reuiuiſcit ex iure ſpeciali, vel ſi non reuiuiſcit, ſaltem
de nouo ad imponendum cogitur, quia hoc tacitè actum
videtur. *Dec. in dicta l. debitore numero octauo, & ibi-*
dem Curt. iunior. dicens ſingulare, numero 13. verſicul. ad
iſtam regulam, Cod. de pact. Bartol. Bald. Angel. Salycet.
Caſtrenſ. & Iaſ. in l. ſi quis hæreditatem, ff. de condit. indeb.
poſt Gloſ. ibi in verb. repetere Iaſ. in l. frater à fratre numero
9. ff. eodem titulo, & ibi Ioan. Crot. numero 7. vbi, quod eſt
multum notandum. Cornel. conſil. 14 numero 11. libro quar-
to Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. libr. 4. titul.
10. numero 16.

9 Idemque dicitur in ſimilibus actionibus, in quibus
hæredi reſtituuntur actiones confuſæ, prout quando
fuiſſet euicta hæreditas per querelam inoſſicioſi ab eo,
qui fuit hæres inſtitutus, quia perinde eſt, ac ſi hæ-
reditas non fuiſſet adita, ideo hæredi inſtituto integra
remanet petitio debiti contra eum qui vicit, & debiti
10 compenſatio, ſeu retentio datur inter eos, ſi inuicem
ſit debitum, niſi ipſe dolo fecerit, aut fuerit in mala
fide, quia tunc perdit quod ſibi debetur *l. cum qui, iuncta*
Gloſ. in verbo competere. & in ver. compenſationem, ff. de in-
11 *officioſ. teſtam. & ibi Bal. ver. idem reſpondit,* vbi quod reſti-
tuuntur actiones priſtinæ, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit,
l. Dominus in princ. ff. de vſufructu.

12 Quæ autem circa deductionem facienda dicta ſunt,
ſibi tribuunt etiam, quod creditor hæres non confece-
rit inuentarium reſpectu eius, qui emit hæreditatem, quo
in caſu poterit creditum ſuum deducere ac repetere:
quicquid aliud ſit reſpectu creditorum hæreditatis. Aliud
enim eſt, quod hæres teneatur vltra vires hæreditatis cre-
ditoribus & legatarijs, non confecto inuentario; aliud
eſt, quod debeat reſtituere fideicommiſſario iura ſua:
nam cum non veniat in reſtitutione niſi ipſa hæreditas,
non idcircò nocet omiſſio inuentarij, ad hoc, vt totum
creditum illius deduci non poſſit, quamuis confuſum
videatur, ſicut facere poterat ſecundum ius vetus, vt
per *Roland. conſil. 65. num. 13. libro ſecundo poſt Inſ. conſil.*
28. colum. 2. verſic. ſecundo, ex quo iſta mulier, & verſicul.
non obſtat ſecundum libro 3. vbi ampliat poſſe quoque
13 deduci non tantum debitum ciuile, & naturale, ſed
etiam ſolum debitum naturale. *Angel. conſil. 64.* quo-
niam nihil eſt in fine, *verſicul. ſuper ſecundo dubio. Crauet.*
dicto conſil. 144. numero quinto Honded. dicto conſil. 58.
num. 26. libro primo, qui de communi teſtatur. *Cardinal.*
Mantica de coniect. vltima voluntate dicto conſil. 18 numer.
15. latè Socin. conſil. 44. non parua eſt difficultas numero
ſecundo, & per totum libro 3. Gabriel. conſil. 124. num. 3. li-
bro primo Peregrin. de fideicommiſs. artic. 35. numero primo
& infra, vbi de omni ære alieno, ita quam etiamſi te-
ſtator mandaret fundum diſtrahi pro ſoluendo ære alie-
no, hæres, ſi illud ſoluat de proprio, poſſit fundum pro
14 ſe retinere. *Surd. conſil. 290. numero 37. libro ſecundo.* Qua-
re ſic in propoſita quæſtione ad effectum de quo ſupra
15 per hæredem creditorem vendita videbitur hæreditas de-
ducto iure ſibi competenti, & ideo reſarciendum erit
omne id quod debebatur, priuſquam actio eſſet con-
fuſa, & quod expenſum eſt pro hæreditate, ita vt foret
creditor, ſi non fuiſſet hæres. *Corn. dicto conſil. 14. ſub nu-*
mero 11. verſic. his tamen non obſtantibus, libro 3. vbi etiam,
quod hoc in caſu perſona loquentis incluſa intelligetur in
generali ſermone a ratione ſubiectæ materiæ, ex *not. per*
Cyn. l. inquiſitio. Cod. de ſolut. ſicque loquuntur Doctores
16 omnes dum dicunt obſtare omiſſionem inuẽtarij, vt non
poſſit hæres retinere ſuum creditum, vt procedat, quan-
do agitur contra creditores & legatarios, ſecus vero ſi
aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, *Caſtrenſ. conſil.*
19. numero ſecundo libro ſecundo, & conſil. 77. in princip. &
conſil. 186. eodem lib. & in dicta l. ita tamen, §. ex Trebellia-
no, vbi Alexand. ff. ad Trebellian. Quæ ratio militans in
17 fideicommiſſario vniuerſali, militat etiam aduerſus em-
ptorem hæreditatis ex prædictis, cum hæres ſtatim, quod
vendidit hæreditatem, ſeu illam reſtituit, æquiparetur a-
18 lijs creditoribus hęreditatis. *Socin. iunior conſil. 170. ſub*
num. tertio verſic. & pro hoc bene facit libro ſecundo. Quare
in propoſito inquit, *Raphael. Cuman. conſil. 126. proponi-*
tur in fine, verſic. & hanc opinionem, quod non eſt equum,
vt verum creditum perdatur, cum neque per omiſſionem
inuentarij amittatur legitima, quę non eſt propriè debi-
19 ta, iuxta communem ſententiam, de qua per *Doctor.*
in authentic. ſed cum teſtator. Cod. ad leg. Falcidia, & ego ip-
ſe latè dixi in tract. de imput. q. 131.

20 Pręmiſſis adde, quod quoad actionem hypotheca-
riam, quę competit creditori non fit confuſio vigore
ſucceſſionis, *l. ex ſextante, §. latinus de except. rei iudic.*
Bald. in leg. ſi vxori, ſub numer. 2. verſicul. iſta quæſtio
non habet dubium, Cod. de bon. authentic. iudicis poſſiden.
Gozadin. conſil. 94. numer. 47. quoniam in ea hęres non
repręſentat perſonam defuncti: Ideò ſi pignus reperi-
tur in hęreditate, illud retineri poteſt, & ſi non adeſt, agi
poterit contra tertios detentores, *l. debitor ad Trebellian.*
Cuman. conſil. 37. ſub num. 3. in fine, verſic. hypothecaria
vero, Gratian. conſil. 91. numer. 32. lib. 2. Menoch. conſil. 89.
num. 31. libr. 1.

21 Quod declaratur procedere in creditore, qui habet
hypothecam, & ſuccedit ipſi debitori per fideicommiſ-
ſum, & bona hypothecata euenente fideicommiſſi caſu, &
ſic reſtitutionis reperiuntur in bonis; quę debent reſtitui:
nam eo in caſu, & ſi hęres creditor reſtituendo fideicom-
miſſum, poteſt bona hęc hypothecata retinere, cum
per huiuſmodi ſucceſſionem nil conſequatur à teſtato-
re, ſed detrahendo Trebellianicam habet à lege neque
in hoc repreſentat defunctum, vt penes eum non re-
maneat integra, & ſalua actio ſua in caſu reſtitutionis
fideicommiſſi, ſecùs autem, quando quis directè ſuccedit

in bonis alicuius, quia tunc tamquam directus hæres ratione ſui crediti, non habet actionem releam, nec perſonalem, neque hypothecariam, & ſuceſſiuè nihil à poſſeſſore recuperare poteſt, qui voluntate teſtatoris factus eſt dominus, quia tunc confuſa eſt omnis actio quam habet in bonis illius, & effectus eſt vna perſona cum defuncto, & ideo extinguitur omnis hypotheca, ſiue bona hypotheeata reperiantur in bonis teſtatoris, ſiue apud alterum de voluntate ipſius, qui ea in illum alienauit, & tranſtulit, ſicuti enim teſtator reuocare non poſſet, ſi veuiret, ita nec eius hæres directus, qui eſt loco illius; ita inter iſtas actiones hypothecarias diſtinguit *Menoch. conſil. 89. num. 153. ad 156. libro primo poſt Ruyn. conſil. 140. hac venditio. in fin. verſic. hoc igitur verificato per text. in l. fin. C. de euict. l. Seia C. eod. & l. venditrici, C. de reb. eccleſ. non alien.* Nam in caſu quo hæres directè ſuccedit, dominium remanet apud, hæredem irreuocabiliter, verum in fideicommiſſo peruenit ad eum dominium reuocabile: vnde nimirum, ſi tunc daretur hypothecaria, & actio per additionem non confundatur. *Imol. in l. debitor ſub pignore, ſub numero 2. verſic. item nota, quod hypothecaria, & numero quinto, ff. ad Trebell. poſt Bart. ibidem in fine verſic. oppono, quando dominium.*

32 Prætereà notandum eſt, quod licet regulariter creditori hæreditario actio vlla competat aduerſus emptorem hæreditatis, quamuis pactum interueniſſet in emptione, vt emptor ſatisfaciat creditoribus, *l. ſecunda, C. de hæred. vel actio. vendit.* cum actio nulla tertio acquiratur, quando

33 aliquod onus extrinſecum pacto includitur: quicquid aliud ſit, quando pactum reſpicit ipſam rem, cui cohæret, & cum re coniunctum eſt, & continet onus intrinſecum. *Bal. in l. cum res, C. de dona. l. quoties, C. de dona. quæ ſub mod. l. ſi genero C. de iure dot.*

34 Tamen ex æquitate canonica in ſubſidium creditori ex hac debitoris ſtipulatione conceditur vtilis actio, etiam abſque ceſſione, *Gloſ. in dicta l. ſi genero, Angel. in l. quoties verſic. ſed hodie iure benigno, Cod. de donat. quæ ſub modo, Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri num. 27 in fine, verſic. fallit etiam in caſu donationis, ff. de verbor. obligat. per leg. Caias in fine, ff. ſolut. matrim. poſt Bartol. ibidem in §. ſi ſtipuler coluns. fin. verſic. Octauo fallit. Tiraquell. de retract. lingnag. §. 1. Gloſ. 14. ſub numer. 116. verſic. ſi autem ſcire vis.*

25 Idemque dicitur, quando notarius ſtipulatus fuiſſet nomine illorum, quorum intereſt, per *Roman. conſ. 76. in principio* quo etiam caſu acquiritur ius ſine ceſſione. *Dec. conſ. 407. num. 14. Socin. conſ. 125. in fine de veriori Bertaz. clauſul. 18. Gloſ. quinta num. 8.*

ARGVMENTVM.

Fructus percepti per hæredem ante venditam hæreditatem, an compenſentur cum credito ipſius hæredis.

Filius patris vel matris hæres, quando tenetur, vel non vltra vires hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus per hæredem percepti ante venditam hæreditatem, compenſantur cum eius credito.*

Contrarium, num. 2.

3 *Crediti petitio conceditur ei, à quo hæreditas eſt auocata.*

Item & ei, qui per fideicommiſſum hæreditatem reſtituit, & num. 4.

5 *Hæres creditor in fideicommiſſi reſtitutione, an deducit ſua credita in tot bonis pro pretio tempore mortis teſtatoris, vel quo ſoluit legatarijs, & qualiter remiſſiuè.*

6 *Filius patris, vel matris hæres, quando hæreditatem adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, tenetur, quatenus eſt in hæreditate.*

Etiam ſi is ſine proteſtatione de inuentario conficiendo adierit, num 7.

Primo fallit, ſi hæres inuentarium non fecit vel non ritè, fecit, num. 8.

Et de ratione, num. 9.

Secundo fallit, ſi debitum hæreditarium à creditore innouatum ſit cum hærede, num. 10.

Primo ſublimitatur, niſi in eo contractu dictum ſit ab hærede, citra nouationis periculum, num. 11.

Secundo ſublimitatur, ſi hæres hæreditario nomine tranſegerit, num. 12.

13 *Filius quando inuentarium non fecit, tenetur vltra vires hæreditarias.*

Ampliatur, vt nec inuentarij confectio remitti poſſit in præiudicium creditorum, licet ſecus in legatarijs, & fideicommiſſarijs, num. 14.

Primo declaratur non procedere, ſi creditores, & legatarij confiteantur alia non affuiſſe bona, num. 15.

Secundo declaratur, hæredem excuſari, ſi vna ſit tantum res in hæreditate, num. 16.

Vel ſi maior ſit expenſa illud conficiendi, quàm ſit res, numer. 17.

Vel ſi nihil ſit in hæreditate, quod deſcribendum ſit, numer. 18.

Vel ſi certa ſit hæreditas, vt dos matris, n. 19.

Tertiò declaratur, non habere locum in hærede illius, qui ceſſit bonis, num. 20.

Quartò Declaratur non procedere, ſi teſtator iuſſerit, debita ex bonis ſuis ſoluenda, ſi commodum erit; vel cum potuerit, num. 21.

Vel ſi defuncti obligatio ex legis diſpoſitione, vel ſtatuti reſtricta eſt ad vires patrimonij, num. 22.

Quintò declaratur ſi teſtatori ſucceſſit is qui vltra quam facere poſſit, non tenebatur, num. 23.

Etiam quod beneficium ad hæredes non tranſeat, num. 24.

Niſi ſint conditionis deterioris, num. 25.

Quæſt. L.

SEd adhuc dubitatio reſtat, an fructus percepti per hæredem per aliquod temporis ſpatium ante venditam hæreditatem, vel reſtitutam compenſentur cum credito ipſius hæredis: vel etiam compenſentur cum ſolutis creditoribus, & legatarijs.

1 Nam pro compenſatione ſcripſerunt *Paulus de Caſtro, Alex. & Hercul. in l. quod de bonis, §. quod anus, ad ff. l. Falcid. per illum text. & per l. ſi debitor, & eod. & in l. cum pater, §. Titio, ff. de lega. 2. Caſtr. in l. mulier, §. cum proponitur, ff. ad Trebell. Rip. in l. in fideicommiſſariam num. 19. ff. eod. Pariſ. conſ. 25. num. 65. lib. 2. Soc. iun. conſil. 57. lib. 4. Natta conſ. 321. num. 4. & ſeq.*

2 Verùm pro hærede ſtat communis ſententia, in verò eius credito, prouenients ex contractu, vel facto ipſius teſtatoris, vel auctorum ſuorum, ſeu ex legatis per eum ordinatis; licet ſecus ſtatuatur in creditis ex legis diſpoſitione prouenientibus: ſicut pro alimentis, & pro dote, ſecundum *Gloſ. Iacob. de Are. Bald. Alber. Imol. & Alex. in d. cum proponeretur*, vbi intelligunt illum text. in *quaſi debito ex lege iudicis officio, Bar. in d. l. cum pater, §. cum Titio Fulgoſ. d. conſ. 81. Paul. de Caſtr. d. conſ. 19. col. 2. lib. 2.*

lib.2.Beer.deciſ.44.& ſeqq.Ruyn.conſ.112.& conſ.115.in fine lib.2.Crau.conſ.295.in ſexto dubio, Rol.conſ.65. ad fin. lib.2.poſt Imol.conſ.92.latè Marzar.conſ.24.& ſeq.vbi ait ſic iudicaſſe, & eius ſententiam fuiſſe confirmatam, Rota Auen.deciſ.45.nu.6.ita dicendo reſpondit Gabriel.conſ.124. lib.1.& Menoch.conſ.183. in vltimo dubio, latè Pedroch. conſ.23.num 146.

3 Et ex præmiſſis infertur, quod non repellitur a petitione debiti is, a quo hæreditas eſt auocata, dato quòd nullum fecerit inuentarium, vt in l.eum qui in fine, ff.de inoff.teſtam.

4 Idem in eo, qui per fideicommiſſum hæreditatem reſtituit, cuius debitum per aditionem non etiam tollitur, vt in d.l.debitor,ver.igitur,ff.ad Treb. Falgoſ. dict. conſ.81. ac cæteri præallegati, Pract. Papien.in for.libelli in cauſ. vendi in §.promittens de euict.ſub num. 6. & dixi in præcedenti quæſtione.

5 In hæreditate autem reſtituenda per hæredem grauatum, ſeu per illius hæredem in huiuſmodi crediti deductione, an detrahantur tot bona hereditaria pro pretio tempore mortis teſtatoris ſeu quo ſoluit creditoribus, & legatarijs: vel, an credita in pecunia præſtanda ſint, ſeu bonis pro valore tempore caſus, & reſtitutionis fideicommiſſi, videndus eſt Peregrin.in fideic.art.35.num.12. & ſeq. qui plenè quæſtionem examinat, & ego quoque ſcripſi in d. tractatu de impu.quæſt...

At quid ſi filius patris,vel matris hæres exiſtat, an vltra vires hæreditarias teneatur ad fauorem creditorum conſtituo duos caſus.

6 Primus eſt, quando filius adiuit hæriditatem cum be-
neficio legis, & inuentarij, & tunc, quatenus in ea eſt, te-
netur l.fin.§.licentiam, C.de iur.deliber.Pariſ.conſ.63.num.
24.lib.1.& conſ.69.num.161.Rim.iun.conſ 624.numer.7 &
7 conſ.621.num.6.Baez.de debit.inop cap.6.num.16. Magon.
deciſ. Lucen.6.num.42.Decian. conſ.90.num.10.lib.3. Monticul.de inuentar.cap.1.nam.94. & 95.Botr.conſil.78. num. 20.Maluaſ.conſ.39.num.3.& conſil.42. num. 11. Menoch. conſ.673.num. 21.lib.7.Caball.conſil.121. num.28. & conſ. 26 num.2.lib.2.Laderch.conſ.57. num.10. Papon.conſ 14. num.27.& conſ.16.num.20.Valaſch.conſult.87 nu.6. Surd. deciſ.216.num.31.& 32.Coſta in remed.ſubſid.38.numer.6. Aemil.Gall.de excep.tit.2.excep.4.part.3. quamuis ſine
8 proteſtatione de inuentario conficiendo adierit hæres, &
inde id egerit,Rim iun.conſ.417.num.7.& 8.nam præſumptio eſt,vt alia non adſint bona, Gloſ.in l.cum de lege, ver. Hæredes,ff.de probat.Bartol.in l. ſi conſtante numer.12.Iaſ. num.122.Ripa num.18.ff. ſolutio matrim. Bart. in dicta §. licentiam num.1.Afflict.deciſ.377.Alex.conſ.234. nu.8. lib. 6. Crauett.conſil.2.num.11.Natt.conſ 238.num.7.conſ.199. num.11.Craſſ.in §.inuentarium quæſt 8. nu.2 Laderch. conſ.
9 138.num.5.Marcell.Cala.de mod.artic.§.2.Gloſ.1.num.149.
Peregr.de fideicomm.art.39.num.13.Surd.conſ.267.nu.34. & conſ.168.num.5. Menoch.conſ.471. nu.34. & præſumpt. 26.lib.6,& quod agatur de dote, Pacian.conſ.67. num.12. hæreditas enim adita cum beneficio inuentarij fingitur non addita, Fab.Turret.conſ.8. num.10. lib.1.Bertaz.ciu. conſ.5. num.22. quòd non accidit, ſi hæres inuentarium non fecerit,vel non ritè fecerit: nam hæc pari procedunt l.non putauit,§.non quæuis, ff.de contra tab.§. Iſtit.de hæred. quæ ab inteſta. quia non militat pro eo talis præſumptio, neque locum habet, Gloſa in dicta l. cum de lege ſecundum Alex.num.7,Iaſ.numer.13.Rip.numer.20. Croc.numer.9.in dicta l.ſi conſtante,Lodouiſ.Moli.de primog.Hiſp.cap.7.num. 35.Valaſc.dicta conſult.8. num.44.

10 Fallit,ſi debitum hæreditarium à creditore innouatum ſit cum hærede, quia tunc inuentario non ſtante vltra vires hæreditatis tenetur hæres,l.cum hæreditas, la prima,ff. ad Treb.Ang.conſ.21.n.9.Crauett.conſ.114.de inuent.Phanuch.part.6.n.110.& 111.Peregrin.conſ.89.n.11.lib.1.& deciſ.18.num.14.Marcabrun.conſ.29. num.287. conſ.195 num.89.Boer.deciſ.63.num.8.Surd. conſil.398. num.32.& conſ.540.num.18.conſ.191.numer.26.conſ.298.num.18.& deciſ.183.& deciſ.132.Montier.deciſ.25. num.41. Marcell. Calà dicta Gloſa 1.num.10.& 12.

11 Primò ſublimitatur, niſi in eo contractum dictum ſit ab hærede,citra nouationis periculum contrahere vel ſaluo beneficio inuentarij, Duran.de arte.teſtan.caut.9. num. 2.Corn.conſ.31.lib.3.Pancirol.conſ.16.n.4.Vueſembecc. conſ. 13.num.3.Carol.de.Graſſ.except.40. num.11.

12 Secundò ſublimitatur, ſi hæres hæreditario nomine tranſegerit, Marcabrun.d. conſ.29. num.247. Tuſch. lit. ff. concluſ.59.num.74.

13 Secundus eſt caſus,quando filius inuentarium non confecit: quo in caſu vltra vires hæreditarias teneri dixit tex. in d.§.licentiam,Decian.conſ.49.nu.29.lib.2. Franch.deciſ. 556.Surd.conſ.459.num.16.Laderch.conſ.141.num.5.Turret.conſil.47.n.52.lib.1.conſ.100. nu.140.lib.2.Barz.deciſ. 35.n.2.Pacian.conſ.28.n.23.conſil.82.n.52.Card. Seraphin. deciſ. 1311.num.2.

14 Ampliatur primò,nec inuentarij confectionem remitti poſſe in creditorum præiudicium, licèt ſecùs in legatarijs,vel fideicommiſſarij odium, Gutierez in l.nemo poteſt num 410.ff.de leg.1.Rol.conſil.92. num. 17. Rebuff. ad Reg. conſtit.tit.de ſent.promiſ.art.3.Gloſ.2. n.3.Menoch. conſ.94. num.11.& 12.Ludouiſ.in deciſ.Peruſ.61.numer.16. Dec ia. conſ.59.num 27.lib.2.Surd.deciſ.30.numer.21.& 23.Grat. diſcept.cap.215.numer.20. lib.2. ego ipſe in tract.de imput. quæſt.134.num.5.

15 Primò declara non procedere, ſi creditores, & legatarij confiteantur alia non affuiſſe bona præter adnotata, Bal.in l.filium quem habentem, C.famil. herciſcun. Alex. in l.fin.§.etſi præfatam nu.3.C.de iur. delibera. Menoch. conſ. 471.num.34.Couar. cap.1.num.15. de teſtam. & dixi in dicto tract.de imput.q.132. num.35.

16 Secundò declara, hæredem excuſari ab inuentarij con-
fectione,ſi vna res ſit in hæreditate, Montan. de tutel. reg.
5.num.97. Viu.deciſ.25. num.12. vel ſi maior ſit expenſa il-
17 lud conficiendi quam res, l.2.§.tractari,ff.ad Tertull. Me-
diterraneæ,vbi Bart.& Angel.C.de Anna.Rol.de inuentar.
par.2.q.49.Phanuc.d.part.6.num.271.de tutel.Surd.de ali-
ment.tit.8.priuil.56.num.101.Menoch.de arbitr. caſu 72.nu.
8.Viu.deciſ.364.num.16.& 20.Garz.de expen.cap.20.num.
18 22.Galganett.de tutel.lib.2.tit.2.num.41. Gutierez de tu-
19 tel.par.2.cap.1.num.34. & 47. vel ſi nihil ſit in hæriditate,
quod deſcribendum ſit, Rim.iun. conſ.53. num. 1. & 2. vel
ſit hæreditas certa,vt matris dos, Cancer.lib.3.reſolut. cap.
2.num. 163.

20 Tertiò declara, vt locum non habeat in hærede illius, qui ceſſit bonis Bal.in l. fin. num. 9. C qui bon. ceder. poſſ. Marcell.Calà d.Gloſ.1 num.108 Viu.vbi proximè ſupra num. 20.Gall.de except.dicta except.5.n.53. Baez.de debit. inop. cap.6.nu.12 licèt diſſentire videantur Alex. in dicto §. etſi præfatam,num,4. Iaſ.numer.2. C.de iure delib.quos ſequitur Rol.de inuent.dict.part.2.q.53.quibus rectè ſatisfacit Baez. d.numer. 12.

21 Quartò declara non procedere, ſi teſtator iuſſerit de-
bita ex bonis ſuis fore ſoluenda, ſi commodum erit vel
cum potuerit, Surd.deciſ.142. num.7.& in tract. de alim.
22 tit.8.priuil.13.num.4.Barz. deciſ.35. num.3. vel ſi defuncti
obligatio ex legis diſpoſitione, vel ſtatuti reſtricta eſt ad
vires patrimonij, vt dotandi onus, Phanuc. in dicto tract.
de inuent.d.par.7.num.60.

23 Quintò declara, ſi teſtatori ſucceſſit is, qui vltra quam
facere poſſit,non tenebatur,l.ſunt qui,ff.de re iudicata,etiã
24 quòd hoc beneficium ad hæredes non tranſeat, l. quia ta-
25 le,ff.ſol.matr.niſi ſint conditionis deterioris quam defun-
ctus,Marcell.Calà dicta Gloſa prima num.10.& 16. Gall. de
excep.d.except.5.num.51.

ARGVMENTVM.

Euictio ad quid detur, hæreditate vendita.
Quid veniat in huiuſmodi venditionem,
Quidve exprimendum ſit, vt ad eam agi poſſit.
Vniuerſitas corporea vbi vendita eſt, quemadmodum de euictione agatur.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas ſi euincatur, quia non pertinet ad venditorem, emptor agit ex duplę ſtipulatione, vel exempto, ſecus, ſi res ſingulæ vendantur.*
Vel etiam peti poteſt ad tantundem præſtandum, vna cum expenſis, & intereſſe, n. 2.
Declaratur procedere, niſi venditor dixerit vendere, ſi quid iuris ſibi competeret, n. 3.
Subdeclaratur, ſi venditor ſciat hæreditatem ad ſe non pertinere, quia tunc ratione doli conueniri poteſt, num. quarto.
5 *Euictio non debetur, vbi ſpes tantum hæreditatis vendita eſt.*
6 *Hæreditas etiam ſine vlla corporis iure intellectum habet.*
7 *Hæreditas, vbi venditur quod actum eſt inter contrahentes inſpicitur.*
8 *Hæreditatis in venditione id plerunque actum intelligitur, vt veniat, quod tunc temporis ad venditorem pertinebat.*
Fallit, ſi ab eo, qui hæreditatem vendidit, ex impuberis hæreditate id cum effectu prouenerit, quia comprehenſam non intelligitur, niſi in ſpecie hoc actum ſit, numero nono.
10 *Venditor hæreditatis, quicquid ab extraneo quolibet hærede petere potuiſſet, id etiam ab emptore hæreditatis conſequi debet.*
11 *Obligatio, quæ per hæreditatis aditionem eſt confuſa, facta venditione, renaſcitur, quia emptor hæreditatis, locum hæredis tenet.*
12 *Obligatio ſemel extincta, regulariter non reuiuiſcit.*
13 *Vendens hæreditatem creditori ſuo actione exempto, ab emptore conueniri poteſt.*
14 *Hæres hæreditatem vendens, adhuc creditorib. hæreditarijs remanet obnoxius.*
Et quod tamquam hæres præſtuit, ab emptore repetit, & conſequitur n. 15.
Et de ratione n. 16.
Limitatur, ſi hæres, qui hæreditatem vendidit, conuenit cum emptore vt ſoluat debita hæreditaria, & emptor ſponte ſuſcipiat iudicium contra creditorem, numer. decimoſeptimo.
Sublimitatur, ſi venditor ſciuit emptorem non eſſe ſoluendo, num. 18.
19 *Venditor hæreditatis, ſi exactam pecuniam ſine dolo, et culpa amiſit, non tenetur eam emptori reſtituere.*
20 *Venditor hæreditatis præſtare debet, quòd aſſeruit eſſe in hæreditate, & n. 23.*
Aliàs venditor tenetur emptori de euictione, nu. 24.
21 *Refertur ſententia Cam. conſ. 53. n. 1.*
22 *Sententia lata contra mortuum, eſt nulla.*
25 *Venditor hæreditatis, etiam in caſu in quo de euictione promiſit, euictis ſingulis corporibus hæreditatis, conueniri non poteſt.*
Primò fallit, ſi nominatim conuentum ſit etiam dicto in caſu num. 26.
Secundo fallit, ſi euicta ſit hæreditas ab vniuerſali fideicommiſſario ſubſtituto, quia tunc de euictione agitur, licèt ſimpliciter vendita ſit hæreditas, n. 29.
Tertiò fallit, ſi res ſingulæ ſint ſpecificatæ, numero trigeſimoſecundo.
Et ſufficit ſpecificatio acceſſoria, nu. 33.
Quamuis tutius ſit, quod ſingula corpora ſpecificentur, numer. 34.
27 *Vendens hæreditatem, et bona hæreditaria, de euictione tenetur, etiam euictis corporibus hæreditatis, et ibid. de ratione.*
28 *Renuncians bonis paternis, renunciaſſe quoq; cenſetur feudis paternis.*
30 *Venditor hæreditatis, de euictione ſatiſdare non debet, niſi de facto ſuo.*
31 *Emptor hæreditatis non poteſt res ſingulas pro emptore vſucapere.*
35 *Vendens hæreditatem emptori ſcienti mutuam ſubſtitutionem, de euictione tenetur.*
Sed contra n. 36. et ſeq.
37 *L. fin. §. emptor, C. de commun. de leg. in quibus terminis loquatur.*
38 *Emptor extraneus, qui ſciēs emit rem reſtitutioni ſubiectam pretium repetit.*
39 *Emptor qui cohæres eſt venditoris, non agit de euictionem.*
40 *Venditam vbi eſt vniuerſitas corporea, & grex, etiam vna oue euicta, agitur de euictione ex empto, non ex duplę ſtipulatione.*
Idemque locum habet in quolibet toto integrali, num. quadrageſimoprimo.
Et in re qualibet quæ accedit tacitè, vel expreſsè, numero 42.
43 *Venditio ſi fiat de re, quę vna ſpiritu, et vna elementatione continetur, ſiue euincatur pars pro indiuiſo, ſiue pro diuiſo, de euictione agitur; at in homine ſpeciale eſt, vt emptor neceſſe habeat exprimere, quòd agat pro parte, numer. 44.*

Quæſt. LI.

HÆRES hæreditatem, quam ad ſe pertinere aſſerit ſi vendat, & poſtea comperiatur illam ad ipſum
1 non ſpectare, & euincatur, emptor agit ex duplæ ſtipulatione, vel exempto, ſecus, ſi res ſingulæ, *l. 1. C. de euictio. l. 2.*
2 *primo reſponſo, ff. de hæred. vendi. et l. ſi ſeruus venditus, ff. eod.* vel etiamſi nondum ſecuta ſit euictio, ab emptore peti poteſt, vt venditor condemnetur ad tantundem præſtandum vna cum expenſis, ac intereſſe, *l. quod ſi nulla in fine, ff. de hæredi. vend.* quod declaratur procedere, niſi venditor dixerit ſe vendere, ſi quid iuris ſibi com-
3 peteret, quia tunc nihil præſtare teneretur, *leg. quod ſi in venditionem, ff. eodem*, nam quaſi ſpes illius hæreditatis, & ipſe incertus rei euentus venditus cenſeretur; ſicut, ſi quis iactum retis emerit, *leg. nam hoc modo, ff. eodem titulo.*
4 Subdeclaratur, ſi venditor ſciat hæreditatem ad ſe non pertinere, & nihilominus vendiderit, quia tunc ratione doli conueniri poteſt, *l. hoc autem ſit, ff. de hæred. vend. Salyc. in l. 1. ſub num. 2. verſ. Concludo, C. de euict.* ideò in tacti contingentia maximè aduertendum eſt, an quis vendiderit, ſi qua hæreditas eſt; & ſic ſub venditione, quatenus ius haberet;

haberet;

Digitized by Google

habaret: an verò hæreditatem ipſam ſimpliciter, & abſo-
lutè vendiderit.
5 Quoniam primo caſu id actum cenſebitur, vt ſolum
ſpes illius hæreditatis vendita dicatur. Vnde ſequitur,
quòd ſi hæreditas euicta ſit euictio debeatur, *leg. nam hoc
modo, ff. de hæredi. vendi.*
6 Secundò vero caſu, hæreditas ipſa vendita cenſetur
l. cum hęreditatem, ff. eodem, & eo ipſo, quod ſit hæredi-
tas, venditor liberatur hæreditas namque etiam ſine
vllo corpore iuris intellectum habet, *leg. hæreditas, ff. de
peti. hæred.*
7 Quare, vbi hæreditas vendita eſt, quod actum eſt inter
contrahentes inſpicitur, & plerunque actum intelligun-
tur, quod in hæreditatis venditione veniat, quod tunc
8 temporis ad venditorem pertinebat, niſi ad eum, qui hę-
9 reditatem vendidit, ex impuberis hæreditate id cum
effectu peruenerit, quia comprehenſum non intelligitur
niſi in ſpecie hoc actum ſit, *l. 2. §. illud, ff. de hæred. & vendi.
d. l. 2. §. peruenisse, ff. eod.*
10 Sic & venditor hęreditatis, quicquid ab extraneo quo-
libet hærede petere potuiſſet, id etiam ab emptore hære-
ditatis conſequi debet, *d. l. 2. §. ſi Titius,* ita quod obliga-
11 tio, quæ per hæreditatis ratione eſt confuſa, *l. Stichum, §.
additio, ff. de ſolut.* facta venditione ad illius fauorem, quare
nus creditor exiſtat, renaſcatur, quoniam in hoc emptor
hæreditatis locum hæredis tenet, *d. l. 2. §. cum quis debitori
12 ſuo, & dixi q.* 50. quod in materia notandum eſt: quia re-
gulariter obligatio ſemel extincta, non reuiuiſcit, *l. qui res,
§. qui aream, ff. de ſolut. Crot. in l. frater à fratre, numer. 7. ff. de
cond. indeb.*
13 E contra verò, ſi quis creditori ſuo hæreditatem ven-
diderit actione ex empto, ab emptore conueniri poterit,
l. cum quis, ff. de hæred. vend.
14 Cæterum primo notandum eſt, quod hęres, qui hęredi-
tatem vendidit adhuc creditoribus hæreditarijs remanet
15 obnoxius, *l. 2. C. de hęredi. & vendit.* & quod tanquam hæ-
res præſtitit, ab emptore repetit, & conſequitur, *leg. 2.
Cod. de legat. & dict. leg. 2. C. de hæredi. vendi.* ratioque eſt,
16 quia in hæredis poteſtate non, qui hæreditatem vendit
actione paſſiuas, quæ oſſibus eius inhærent, in alium trāſ-
ferre *l. ſi mulier, §. ex aſſe, ff. de iure dot. iuncta l. 3. cum Gl. ff.
pro ſocio.*
17 Limitatur, ſi hæres, qui hæreditatem vendidit, con-
uenit cum emptore, vt ſoluat debita hæreditaria, &
emptor ſponte ſuſcipiat iudicium contra venditorem,
quia exceptione taciti pacti ſe tueri poteſt, ſi deinde ab
eodem creditore conueniatur, *leg. 2. C. de pact. vbi Alex.
num. quinto.*
18 Sublimitatur, ſi creditor ſciuit, emptorem non eſſe ſol-
uendo, ſecundum *Salyc. in d. l. 2. n. 8. & Alex. pariter nu. 8.
quos ſequitur Claud. de Seyſſell. ibid n. 3.* qui de communi, &
æqua ſententia teſtatur; quia creditori qui ignorauit, em-
ptorem non eſſe ſoluendo, ſubueniri debet, ne alioquin
venditor hæreditatis, qui pretium accepit, cum alterius ia-
ctura locupletetur, *leg. nam hoc natura, ff. de condit. indebit.
Curtius iun. in d. l. 2. nu. 16.*
19 Secundò notandum eſt, quod ſi venditor hæreditatis
exactam pecuniam ſine dolo malo, vel culpa amiſit, non
tenetur eam emptori reſtituere, *leg. ſi venditor, ff. de hęre-
di. vendi.*
20 Et ex præmiſſis ſequitur, quod venditor hæreditatis
præſtare debet, quod aſſeruit verū eſſe, *l. hęreditatem, ff. de
hæredi. vendi. Cum. conſ. 53. n. 1.* qui propterea dixerit, quid
21 ſi venditor ipſe hæreditatis, qui aſſignauit emptori cer-
tos debitores, tanquam hæreditarios, quorum aliqui tē-
pore venditionis mortui reperiuntur, an venditor, ratio-
ne aſſignationis in aliquo emptori teneatur. Et vlte-
rius, quid ſi ad petitionem emptoris pronunciatum
ſit, illos omnes eſſe debitores poſt ſententiam appareat,
aliquos ex eis antea deceſſiſſe, an talis ſententia emptori
præiudicet, pro quo lata eſt, vt non poſſit aduerſus ven-
ditorem allegare mortem eorum. Et quoad primum, ad-
ducit præmiſſam rationem, quod venditor hæreditatis
tenetur præſtari emptori, ea quæ in hæreditate eſſe aſſer-
uit: & ideò, ſi cæteri debitores, qui viui ſuperextant ſunt
inſolidum obligati, & æque idonei, ac ſoluendo, & ij te-
nentur ſoluere totum debitum, ſi autem non ſunt ita obli-
gati, & non ſunt ſoluendo totum, hęredes præmortuorum
teneantur, quatenus & ipſi ſoluendo ſint, & idonei: ſin au-
22 tem venditor teneatur quanti emptoris intereſt, & quan-
to minoris fuiſſet empturus. Et ad ſecundum dicit, ſenten-
23 tiam latam contra mortuos eſſe nullam, *leg. pen. ff. de ſent.
fin. appell. reſcin. d. leg. quæ re, §. 1. de iudic.* & ſucceſſiue cum
nulla ſit, nullam fidem facit, ac nullum præiudicium em-
ptori. Et quo ad concluſionem, quod venditor præſtare
24 debeat quod aſſeruit, adducitur *Crauet. con. 374. n. 16. La-
derch. conſ. 130. num. 3.* vbi quod tali caſu venditor tenetur
empti actione.
25 Infertur inſuper, quod venditor hæreditatis etiam in
caſu, in quo de euictione promiſerit, euictis ſingulis cor-
porib. hæreditatis, conueniri non poteſt, *l. 1. Cod. de euict.
Bocacc. in tract. vti poſſide. fol. 17. n. 95.*
26 Primò fallit, ſi nominatim conuentum ſit etiam dicto
in caſu, *d. l. 1. C. de euict. Tiraq. de retract. lign. §. 1. Gl. 3. ſub
27 num. 8.* t. nàm, ſi quis non ſolum hæreditatem, ſed etiam
bona hæreditaria vendiderit de euictione quidem tenebi-
tur, euictis etiam corporibus hæreditatis quoniam in vē-
ditione ſingula etiam corpora hæreditaria continentur, *l.
proinde, §. eadem ratione ff. de ædil. edicto, et voluit Specul. in
28 tit. de loca. §. nunc aliqua, cum ait:* quòd ſi quis renunçia-
ſe quoq; cenſetur feudis paternis; & tamē in renūciatione
hæreditatis feuda paterna non continentur, quia non sūt
hæreditaria. *Bart. in l. item videndum, §. fin. n. 2. de petit. hę-
redit.* & facit in propoſito *Ruyn. conſ. 146. ſub n. 3. verſ. nec
obſtare videtur libr. 1.*
29 Secundò fallit, ſi euicta ſit hæreditas ab vniuerſali fidei-
commiſſario ſubſtituto, quia tunc de euictione agitur, li-
cèt ſimpliciter vendita ſit hęreditas, & intelligatur de iure
vniuerſali, *l. quod ſi nullo, ff. de hęredi. vendit. Cyn. in d. leg. 1.
verſ. 2. opponitur, Salyc. n. 1. C. de euict. Silueſter. Aldobrand.
conſ. 107. nu. 25. in fin. lib. 1.*
30 Et ex his colligimus, quod venditor hæreditatis de eui-
ctione etiam ſatiſdare non debeat, cùm id inter em-
ptorem, & venditorem agatur, vt neque amplius neque
minus iuris emptor habeat, quàm apud hæredem futurū
eſſet ſi hæreditatem non alienaſſet: de facto autem ſuo
venditor ſatiſdare debet, *l. venditor hæreditatis, ff. de vend.
hæredi.*
31 Præterea ex dicta illatione notādum eſt etiam, quod
emptor hæreditatis non poſſit res ſingulas pro emptore
vſucapere, *Gl. ſing. in leg. 1. §. 1 in ver. reuerſæ, de vſucap. pro
dote,* quam ſequitur *Bal. conſ. 285. nu. 2. lib. 2. & Tiraq. in d.
§. 1. Gl. 7. ſub n. 81.*
32 Tertio fallit concluſio illationis prædictæ, ſi res ſpecia-
les ſint ſpecificatæ, *d. l. 1. C. de euict. Imol. in c. fin. ſub nu. 21.
verſ. Vlterio aduerte, de empt. & vendi Veſtil. ad Aff. deciſ.
81. n. 3. & plenius n. 6.* vbi dicit, quod ſufficit ſpecificatio
33 acceſſoria, pro vt *Caſtrum, cum Riuis, & Molendinis.* Sed
cautelam, quòd ſpecifice exprimantur ſingula corpora,
34 docet *Afflict. dec. 334. vbi Apoſtilla.*
35 Sed quæritur quid dicendum ſit in caſu, in quo emptor
& venditor vna cum alijs fuerunt in teſtamento inſtituti
hæredes, & inuicem ſubſtituti, ſub hac conditione, ſi quis
eorum deceſſerit abſque filijs maſculis: & alter ex eis,
ſciens dictam inſtitutionem, & mutuam ſubſtitutionem,
emit ab alio ſuam portionem, & is qui vendidit, erat ſub-
ſtitutus, & de euictione promiſit, & caſus ſubſtitutioni
ceſſerit per mortem ipſius venditoris, an emptor agere de
euictione

Digitized by Google

euictione poſſit aduerſus hæredes venditore ad intereſſe, vel ad prætium non modica videtur difficultas,& prima faciæ d cendum videtur,hunc agere poſſe ad pretium,per *l.fin.§.emptor, C.de commun.deleg.*

36 Contrarium tamen reſoluendum eſt, vt nempè, neque ad pretium,neque ad intereſſe agere valeat,nam,cum plu res cohæredes inter ſe contraxerint , vnus ex his,alijs de euictione non tenetur , cum id procedat ex prouiſione communis auctoris,vt in ſpecie reſpondit *Ruyn.dict.conſ. 146.n.2.verſ.ſed præmiſſis non obſtantib.lib.1.*& ego dicam latius ſuo loco .

37 Non obſtat *d.l.fin.§.emptor,C.commun.de lega* quia loquitur de emptore extraneo,qui licet,rem quam emit,eſſe reſtitutioni ſubiectam , attamen euictione ſequuta

38 pretium repetere poteſt,at non ſic eſt in emptore , qui cohæres venditoris,*Bart.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres,numer.35.ff.de verb.oblig. Ruyn.in d.conſ.146.num.3.verſic. Non obſtat.*

39 Quæ omnia procedunt in venditione vniuerſitatis iuris;nunc breuiter videndum eſt, quid in vniuerſitate corporea firmandum ſit .

40 Idcircò diximus, quòd vbi ſit vendita vniuerſitas corporea,quæ ex pluribus inter ſe diſtãtibus conſtat,vt grex, etiam vna oue euicta,agitur de euictione ex empto,non ex duplæ ſtipulatione : idemque dicitur in quolibet toto

41 integrali,quod ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat vt in armario, domo,naue, & partu ancillæ,*vt leg.naue,ff. de euictio. & l.venditor hominis, & leg.vaccæ, & leg. cum qui,de vſucap. & leg.non quocunque modo, §.fundus , ff.de legat.* 1.

42 Item & in re qualibet, quæ accedit tacitè , vel expreſsè *l.euicta.ff.de euict.primo reſpon.l.exempto , §.ſi quis rem, de actio.empt.*

43 Quando verò vendita eſt res,quæ vno ſpiritu,ideſt vna elementatione continetur,ſiue euincatur pars pro indiuiſo,ſiue pro diuiſo, agitur de euictione, *l.1.& l.bonitatis , ff.de euictio,ſed* in homine ſpeciale eſt, vt emptor neceſſe

44 habeat exprimere quod agat pro parte , *l.ſi dictum.§. in ſtipulatione, ff.de euict.*

ARGVMENTVM.

Hæres , qui hæreditatem adiuit cum beneficio legis,& Inuentarij,ar., & quando poſſit legatarijs & creditoribus in pecunia ſoluere in bonis , quando fieri non poteſt venditio abſque promiſſione euictionis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio Inuentarij poteſt legatarijs,& creditorib.pecuniarum ſoluere in bonis , quando non inueniuntur emptores, ſine onere euictionis .*

Contrarium n.3.& ſeqq.& n.9.& 11.*vbi quòd ſolui debet in pecunia,quando hæreditas eſt ſoluendo .*

2 *Hæres cum beneficio Inuentarij poteſt creditori inuito aſſignare tot nomina debitorum in ſolutum,nec hæres tenetur ea exigere.Vide n.ſeq.ſed ſi nihil ſupereſſet,quid agendum numer.10.*

4 *Intellectus l.fin.§.etſi præfactam,C.de iure delib.*

5 *Inuentarium non operantur , vt aliud pro alio ſolui poſſit .*

6 *Hæres tenetur mentem defuncti adimplere quando ex hæreditate aliquid percepit .*

7 *Inuentarij beneficium fuit inuentum , ne hæres tenerentur vltra vires , & vt tollatur occaſio committendi fraudes .*

11 *Hæres cum beneficio Inuentarijs,vbi hæreditas eſt ſoluendo tenetur ſoluere in pecunia .*

Ampliatur procedere quoque in dote, n.14.

Fallit , vbi non reperitur emptor qui det iſtum pretium , venditio fieri non poſſet abſque damno hæredis, num.duodecimo.

Et iuſtum pretium quomodo hoc caſu æſtimetur, n.13.

Quæſt. LII.

TEſtator reliquit Caio quantitatem aliquam pecuniarum ſimpliciter ; ideò quæritur , vtrum hæres cum beneficio leg. inuentarij teneatur ſatisfacere legatarijs pecuniarum in pecunia prout cæteris creditoribus .

1 Et ſecundum pleroſque dicendum videtur,quòd ſi hæreditas eſt ſoluendo , nec bonorum venditio in proprijs bonis præiudicium patiat,hæres tenetur vendere,& ſoluere, vel etiam vendenda tradere : at ſi ei obeſſe poteſt ob euictionis promiſſionem, tunc vendere non cogitur ; ſed ſufficit dare bona inſolutum. Probatur hoc per *tex.in leg. fin.§.etſi præfactam, in verſic.ſed etſi legatarij, C.de iure deliber.* vbi inquit in hæc verba . Sed etſi legatarij interea venerint,eis ſatisfaciant ex hæreditate defuncti, vel ex ipſis rebus,vel earum forſitan venditione . Vbi *Bar. ſub nu.* 3.dicit,quòd vbi hæres reperit emptorem; qui velit emere ab eo tanquam ab hærede pro ſatisfaciendis legatis , & ære alieno ſine aliqua propria obligatione euictionis , tunc vendere cogitur, cum pati poſsit damnum, verum ſi non reperit emptorem , tunc poteſt ſatisfacere de rebus idemq;dicit procedere,ſi inueniat emptorem;ſed petatur,quod ſe obliget de euictione, quia damnum , pati poſſet;*& Bar.ſequitur Bald.ibidem num.*1. qui propterea conſulit,quod hæres ad hoc, vt euitet omne periculum , dicat creditoribus, vendite vos, & ego conſentio, & proteſtor non teneri de euictione,per *tex.in leg.quamuis,ff.de pign.actio.*Eandem ſententiam ſequitur *Caſtr.n.5. Alex.n.10.Iaſ.n.1.verſ.quarta vtilitas,* vbi dicit,hæredem non teneri tradere bona , quando pecunia non eſt in hæreditate , etiamſi inueniat emptorem , quando ille non vult emere,niſi hæres obliget ſe de euictione;& per hæc infert, quòd, qui fecit inuentarium, poteſt creditori inuito aſsignare nomina debitorum inſolutum nec hæres tenetur

2 exigere,per *text.in d.§.etſi præfatam,in verſic.ſed etſi legatarij,*inducendo vt per eum, quod & tradidit in *l.2. §.mutui datio,n 9.ff.ſi cert.pet.*vbi inquit,hoc procedere,etiam nulla ſubſiſtente neceſsitate,vt nẽpè poſsit hæres cum beneficio inuentarij ſoluere rem pro pecunia . Eandem ſententiam probarunt *Ioan. Andr.ad Spec. tit.de inſtr.edit.§. ſi.ver.fecerit,Guid.Pap.de inuentar.numer.2.Franc.Porcellin.in ſimili ſuo tract. quæſt.7. numer.3. Valaſch.conſult.52. numer.38. Marcabrun.conſil.tertio per totum,Sim.de Pret. de interpret. vl. volunt.libr.5.dubitat.vltima num.24.Craſſ. recept.ſent.lib.2.& inuentarium quæſt.20.in princ.Ancharan.inn.quæſt.64. num.7.par.2. Surd.deciſ.318. numer.10. Io.Franc.de Pont.conſ.37. numer.8.* licèt dicat, quòd hoc caſu hæres cogi poteſt ad vendendum,dummodò non teneatur de euictione promittere, & vndique ſemper indẽnis conſeruetur : de veriori nouiſsimè teſtatur *Grattian. diſcept.foren.libr.1.capit.116.numer.*19.ea potiſsimum ratione: quia ſi hæres cogeretur vendere , ex facto Inuentario nõ ſeruaretur indemnis,ſaltem à moleſtijs, dum bona venalia exponuntur,& emptores perquirantur, & dum conuentiones , & pacta tractantur , & de euictione promitteretur , cui oneri hæres nequaquam ſubijci debet ,

iuxta

Digitized by Google

iuxta quæ decidit *Senatus Mantuanus*, *apud Surd.d.deciſ.*
*318.ſub n.*10. dum ibi dicitur, Senatum ſtatuiſſe filijs ter-
minum vnius menſis ad vendendum bonã hæreditaria:
ita tamen quòd non promittant neq; obligent bona pro-
pria pro euictione, tacitè obſentiens, quod ſi vendi bona
non poterunt iuxta pretio, cogatur mater creditrix ea
inſolutum capere iuſta æſtimatione prout & ita quando-
que tenuiſſe *Senatum Pedem.teſtatur Theſaur.iun.in addit.*
*ad.dec 153.ſui genitoris,ſub numer.*5. & his addo eiuſdem
ſententiæ fuiſſe *Andr.Fachin.controuerſ.iur.lib.4. cap.39.*
*in fine Burſat.conſil.9.num.29.vſque ad nu.34.lib.*1. cum
dixit non eſſe in mera facultate hæredis cum beneficio in
uentarij tradere bona vendenda, ſeu vendere, & ſoluere
ſi velit, ſin minus dare inſolutum, ſed quod ad id cogen-
dus eſt, ſi ſibi non noceat vendere, & ſoluere, vel vendenda
tradere.

3 Contrarium probari videtur ex reſponſo Pauli Iu-
riſconſulti *in leg ſi pecunia*, *ff.de legat.*2. vbi deciditur,
hæredem teneri ſoluere legatario pecuniæ in pecunia, &
non in corporibus hæreditarijs; id quòd etiam ſi inuen-
tarium confecerit, vt *Bal.ibidem, ſequutus Iacob.de Aren.*
notauit.

Sed huic textui reſpondetur, illum hodie corrigi per *d.*
leg.finalem,§.etſi præfatam, in d.verſ.etſi legatarij. C.de iu-
re deliber. vt Bart.Bald. Alberic.& Cuman. eodem loco ad-
uertunt.

4 Cæterum replicari poteſt, quòd tex. ille loquitur, quan-
do hæreditas non erat ſoluendo, quòd clarè datur intelli-
gi, dùm ibidem dicitur primò, quòd ſi hæredes inuentariũ
fecerint, hæreditatem ſine periculo habeant, non ergo hę-
reditas erat ſoluendo, quia ſi ſoluendo fuiſſet, nullum adeſ
ſet periculum hęreditate adita ſine inuentario.

Præterea dicitur, vt hæredes in tantum hæreditarijs
creditoris teneantur, in quantum rerum ſubſtantiæ ad eu
deuolutæ valeant, quod & probatur ex illis verbis, & his
ſatisfaciat, qui primi veniant creditores; ex quibus depre-
hendi videtur quòd hæreditas non ſoluendo, intelligendo
& inducendo verba prout intelligit, & inducit *Rim.iun.*
conſ.621.n.3.& 4.lib.6. qui concludit, quod cum illa lex
fin. veniat ad correctionem iuris antiqui, quo, ſi hæreditas
erat ſoluendo, tenebatur hæres legatarijs, vel creditori-
bus pecuniarum in pecunijs ſoluere, ex *text. in dict.leg.*
ſi pecunia, ſtrictè intelligi debet, vt illam legem minus
corrigat quod etiam tenet *Ludou. Molin. de iuſt.& iure*,
tom.2. diſput 216. in verſ. quartum commodum fol. 1314.
& Rol. de inuent. quæſt. vtilitate in verſic. quæro, *an ſit*
5 *dare, pag.121.& 122.* inuentarij enim confectio operari
non debet, vt aliud pro alio, inuito creditore, aut legata-
rio, & verbis ipſis teſtamenti, ſeu contractus debiti repu-
gnantibus ſolui poſſit, quoniam inuentarium non ope-
ratur quin hæres voluntatem teſtatoris ſeruare teneatur,
Bal.in leg.debitori,ſub numer.quarto verſic.breuiter reſpon-
6 *deo,Cod.de pact.Hond.conſil.58. numer.2.libr.primo*, nam
hæres tenetur voluntatem defuncti adimplere, nec ei con-
trauenire poteſt, licèt inuentarium confecerit, quando ex
hæreditate aliquid poterit, *Dec.in leg.qua ex perſona,&*
ibid.Cagn.ff.de reg.iur.Gabr.conſ.125.num.12.lib.1. Hond.d.
conſil.58.n.3.

7 Item, quia inuentarij beneficium ab Imperatore fuit
excogitatum, ne hęres teneatur creditoribus vltra vires
hæreditatis ex proprijs bonis, vt tollatur occaſio commit-
tendæ fraudis ab hęrede, ne bona occultari valeant *d.l.fi.*
§.licentia,& §.ſancimus,& §.ſi verò abſint,in Auth.de hæ-
red.& Falc.aduertunt Alba.conſil.253.n.8.Menoch.conſil.
272.n.53.& 85.lib.3. Oſaſch.deciſ.147.n 22. non autem in
8 iniuriam, vel damnum creditorum: vt aliud pro alio
ſolui poſſit, vt poſt allegatos per eum reſpondit *Burſat.*
dicto conſil.9.num.30.libr.1. Rolan.dicta vtilitate 9. verſic.
9 *quæro*, *an ſit dare numer.2.* & propterea, ſi hæreditas ſit
ſoluendo, inuentarij confectio quoad prædicta nullum ef-
fectum operari poſſe videtur: & iuxta prædicta poſt *Iac.*
de Arena tradunt Cyn.in dicto §. etſi præfatam circa finem
Bal.in dicta l.ſi pecunia,ff.de leg.2.Paul.de Caſtro in dicto §.
etſi pręfatam,num.quinto.& ibidem Corn.in quarta vtilita-
te.Rol.de inuen.par.4.§.quæro, an ſit dare.Phanuc.in ſimili
ſuo tract. par. ſexto numer.2. vbi addit Montic. citat alios
Surd.deciſ.30.ſub numer.14. qui ſeq. reijcit Marcabr. dicto
10 *conſil.3.*quodque hæres cum beneficio legis, & inuentarij
teneatur ſatisfacere legatarijs, & creditoribus pecunia-
rum in pecunia quando hæreditas eſt ſoluendo, etiamſi
quantitas pecuniæ ſimpliciter legata fuerit, nec in hæ-
reditate reperiatur pecunia, ex veriori præter ſuperius
citatos tenuerunt *Phanuc.de inuentar.par quinto num.161.*
latè tuetur Rimin.iun. d.conſ.621. d numer. primo vſque ad
10.lib.6.Sim.de Pret.de interpret.vlt.volunt.lib.5. dubitat.
1.num.148. poſt Bald. ab eo adductum in dict.l.ſi pecunia,
licèt is poſteà ſententiam mutauerit in d §. *etſi præfatam*,
vt diximus ſupra n.1. hanc etiam ſequitur *Lud. Mol.de iu-*
ſti.& iure tract.2.diſput.216.in verſ quartum commodum
quicquid dixerit *Surd. ſibi contrarius d.deciſ.318.qui prius*
11 *dict.deciſ.30.numer. quarto.* decidit, quod vbi hæreditas
eſt ſoluendo, & opulenta, hęres tenetur ſoluere in pecunia
quamuis in hæreditate non fuerit, cum illa rebus hæredi-
tarijs diſtractis facile comparari poſſit: & huius opinio-
nis quoque fuit *Caſtill.quotidiana.controuerſ.part. 2. capit.*
24.numer.29.

Quam tamen intelligo, vbi commode, & iuſto præ-
12 tio hæreditas vendi poteſt abſque læſione hæredis in
proprio nam aliàs legatarij, & creditores tenerentur ac-
cipere bona inſolutum iuſta æſtimatione, iuxta dictum
conſil Marcabr.3.ſub num.7. cum quo tenet etiam *Surd.d.*
deciſ.30.ſub num.5.verſ.bene verum eſt, qui addit iuſtum
13 precium hoc caſu ęſtimari debita ratione, quòd euictio
non debeatur, per ea quæ dicunt *Doctores in d.§.etſi præ-*
fatam, & Burſat.d.conſ.9.num.35. ac Io.Franc.de Pont.d.
conſ.37.n.8.

14 Ex præmiſſis infertur, dicta ſuperius procedere quoq;
in dote, vt ſcilicet hæres cum beneficio inuentarij quan-
do hæreditas eſt ſoluendo, teneatur ſoluere in pecunia,
nec poſſit mulieri repetenti dotem inſolutum dare tot
bona hæreditariaa, ex ijs præſertim, quæ propoſito ſcri-
pſit *Caſtill.d.c.24.n.44.*

ARGVMENTVM.

Euictionis actio, ſeu pœna, quando com-
mittatur aduerſus hæreditatem iacen-
tem.

Hæres, qui ratione rei euictæ teſtato-
ri tenebatur ad duplum, an tenea-
tur à ſeipſo exigere duplum vel ſim-
plum.

Venditor, qui ad duplum pro euictione
teneatur, an hærede emptore relicto,
qui & accepit hęreditatem cum bene-
ficio l. & inuentarij poſſit is ratione e-
uictionis ſecutæ computare duplum
aduerſus creditores.

SVMMA-

S V M M A R I V M.

1 *Emptor non denuncians litem venditori ſuccumbat, dicitur cauſam amittere ſua culpa.*
2 *Actio pro euictione non datur emptori, cui aliquid imputari poteſt.*
3 *Denunciatio non fit ad conſtituendum venditorem in mora: ſed pro conſeruatione iuris emptoris.*
4 *Denunciatio fit ad domum, vel per generale proclama, quãdo venditor eſt mortuus, & nullus eſt ei hæres.*
5 *Pœna, ſeu mora non committitur aduerſus hæreditatem iacentem, & n.7.*
6 *Mora eſt dolus, qui non cadit in perſona ficta, vt in hæreditate iacente, nec in pupillo.*
8 *Obligationes hinc inde ſtant in ſuſpenſo per aditionem hæreditatis cum benef. Inuentarij.*
9 *In inuentario debent deſcribi debita hæredis cũ hæreditate.*
10 *Hæres, qui ratione rei venditæ teſtatori, & ab eo euictæ tenebatur ad duplum, facto inuentario tenetur à ſe exigere, ſimplum, non duplum.*
Sed diſtinguuntur duo caſus, nu.11. & 12.
13 *Succeſſio vim non habet ſolutionis, quoad lucrum hæredis.*
14 *Venditor pro euictione obligatus ad duplum, ſi deceſſit emptore hærede relicto, qui hæreditatem adiuit cum beneficio l. & inuentarij, ratione euictionis ſecutæ, poteſt duplum computare aduerſus creditores.*
Fallit, ſi non fuerit factum inuentarium, n.15.
Sed, quod imò ſiue factum, vel non ſit inuentarium, detrahatur tantum ſimplum, n.16.
Declaratur n. 19.
17 *Stipulatio ad duplum pro euictione non committitur, ſiue ſuerit emptor hæres, ſiue venditor.*
18 *Diſtinctio aſſertur præmiſſæ quæſtionis, an euictio ſequuta fuerit ante, vel poſt aditam hæreditatem, & numero 19.*

Quæſt. LII.

AGIT Mœuius aduerſus hæreditatem iacentem Titij, occaſione cuiuſdam euictionis ſecutæ, fundi ſibi venditi à dicto Titio, & ob id incidiſſe in pœnam propter non reſtitutionem pretij infra certum tempus contendit. ideò dubitatur, an Mœuius iure petat. Dubita-
1 tionis ratio eſt, puta, quia actor litem non denunciauit, & ſic cecidiſſe videtur a poſſeſſione ſua culpa, *l. emptor, C. de euict. l. ſi rem quam, §. duplæ, l. ſi mancipium, in prin. de euict. l. ſi controuerſia, vbi Gl. fin. & Bal. C. eod. tit. l. idemq; §. 1. ff. de act. empt. l. fundum meum, ff. de euict. Menoch. conſilio* 87. *num.* 80. *lib.* 1. & quandocunque emptori aliquid impu-
2 tari poteſt: quare cauſam amiſerit, ei non datur actio pro euictione, vt probat *Gl. in l. quod ſi nolit, §. ſi mancipium in verbo adhibuerit, ff. de ædil. edict. Dec. conſil.* 74. *numer. tertio*
3 *verſic. facit ad prædicta.* Ratio, eſt quia dicta denuntiatio non fit principaliter ad conſtituendum venditorem in mora, ſed pro conſeruatione iuris emptoris; quòd autem requireretur denuntiatio, *eſt text. in l. ſi plus, § mota, ff. de euict.* & vbi venditor mortuus eſt, & nullus eſt ei hæ-
4 res, fit denunciatio ad domum, vel per generale proclama *l. ſi dictum, §. ſi præſentem in fin. & l. ſi ideò, §. fin. ff. de euict.* & vbi doceretur eam fuiſſe factam domi, & eo modo quo fieri potuit, non ob hoc tamen fieri potuit hæreditatis iacenti ad hunc finem, vt per eam conſtitueretur in mora
5 neque cenſeretur commiſſa pœna, cum hæreditas iacens in mora conſtitui non poſſit; quia mora eſt dolus, qui nõ cadit in perſona ficta; ſicut nec in pupillo, *l. mora de vſuris, leg. quod te, ff. ſi cert. pet. l. ſi ex legati cauſa, ff. de ver-*
6 *bor. obligat.* & requirebatur notificatio ſpecialis facienda hæreditati iacenti, quæ non habet animum, & ſic in ea non cadit ſcientia; nec emptor conqueri poteſt de iniuria
7 ex cauſa contingente in perſona venditoris tractantis de pœna, quam voluit ſibi deberi, niſi in caſu moræ, prout ita ex his, & alijs, moram non fuiſſe commiſſam reſpondit in terminis *Paul. de Caſtr. conſ.* 240. *n.* 2. *lib.* 1.

Quid autẽ, quando venditor, qui de euictione promiſit obijcit ære alieno implicitus, cuius occaſione hæres creditor, & in aliquibus debitor accepit hæreditatem cum
8 beneficio l. & inuentarij, quod impedit confuſionem actionum, & ſeparat bona hæredis a bonis teſtatoris, & facit hæreditatem cenſeri quaſi iacentem, vnde obligationes hinc indeſtant in ſuo robore, vt per *Corn. in l. debitori, n.* 3. *C. de pact. Rol. in tract. de inuent. in decima vtilit. num.* 3. *pag.* 131. quorum occaſione inter bona hæreditaria hære-
9 dis debitum debent deſcribi, ne creditores hæreditarij fraudentur, cum, ſi debitum confunderetur, hæreditas diminueretur in præiudicium creditorum, quod eſt contra mentem legum, quæ ideo adinuenerunt hoc remedium inuentarij, ne hæres ſubſcriperet bona hæreditaria, eſt *text. in l. fin. §. ſin autem, C. de iure delib. Rol. in d. tract. p.* 1. *q.* 5. *pag.* 4. quod manifeſto datur intelligi ex ea quæſtione
10 qua quæritur, an hæres, qui ratione rei venditæ teſtatori, & ab eo euictæ, illi teneatur ad duplum, vel ſimplum. & *Iacob. de Arena, vt refert. Cyn. in d. l. fin. §. in computat. col.* 1. *ver. quæro, C. de iure delib. & Alberic. ibid. col.* 1. *verſ. quid. tenent*, quod ſimplum tantum, quoniam hoc eſt introductum in fauorem hæredis; nec idcircò debet in eius damnum reuerti, *l. quod fauore, ff. de leg.*

Verum *Paul. de Caſt. eod. loco. verſ. quid autem* è conuerſo, quem ibidem ſequitur *Alex. col.* 4. *in princ.* diſtinguit duos caſus.

11 Primus eſt, quando actio erat orta defuncto contra hæredem, vel hæreditati iacenti, & tunc debet a ſe exigere duplum, quia non debet eſſe melioris conditionis, quam ſi hæres non eſſet.

12 Secundus eſt caſus, quando non erat orta ante, ſed poſt aditam hæreditatem, & tunc non oritur contra ſe ad duplum, ſed ad ſimplum tantum; ſicut è conuerſo, pro qua
13 opinione ſecundum Alex. facit quia ſucceſſio vim non habet ſolutionis quoad lucrum hæredis, *l. hæres à debitore, §. fin. cum ibi notatis per Bart. ff. de fideiuſſ. Rol. de inuentar. in quæſt. incip. quid è contra pag. mihi.* 128. *Card. Seraph. dec.* 842. *num.* 8.

14 Supradictæ ſimilis eſt ea quæſtio; an venditor pro euictione obligatus ad duplũ, ſi deceſſit emptore hærede relicto qui hæreditatem adiuit cum beneficio legis, & inuentarij ratione euictionis ſecutæ, poterit emptor duplum computare aduerſus creditores, ſeu ſimplum.

15 Et duplum computari aſſeruit plures ex *Cyn. in d. l. fin. §. in computatione*, ſecus ſi factum non fuerit, *l. cum emptor. ff. ad l. falc.* quemadmodum intelligunt *Gloſ. in d. §. in computatione in princ. Bar. & Alberic. col.* 1. *verſic. Item quæro Nicol. de Neap. in dicta l. cum emptor, & Alex. in d. §. in computatione.*

16 Verum *Bar. in d. l. cum emptor*, ait, quod ſiue fecerit inuentarium, ſiue non, detrahere non poteſt, niſi ſimplum, quia, ſiue fuerit venditor, ſiue emptor hæres ſtipulatio ad duplum non committitur purè euicta, *l. ſi ei in prin. &*
17 *§.* 1. *de euict. & quod iuxta diſtinctionem dictæ, l. ipſa lex intelligi debeat*, & ſic cum ſtipulatio non committitur, duplum detrahere nequit.

18 In hac controuerſia diſtinguit *Ang. in d. l. cum emptor in princ. duos caſus.*

Primus eſt quãdo euictio fuit ſequuta in vita teſtatoris vel poſt eius mortẽ ante, tamen aditã hæreditatem; & tũc cum perfectè acquiſita eſſet emptori actio ad duplum inuentarij confectio ſuperueniẽs hæredi non aufert ius ſibi quæſitũ, ſed illud ſibi conſeruat, vt in d. § in cõputatione.

19 Secundus

Digitized by Google

29 *Secundus eſt caſus*, quando ſecuta fuit euictio poſt aditam hæreditatem; & tunc locum habeat *Bar. ſententia*, quod ſcilicet non conſequatur niſi duplum, odio pœnæ; ſubiungens, dictam l. cum emptor, loqui quando poſt aditam hæreditatem euictio fuit ſecuta, ſecundum *Bal. in dicto, §. in computatione col. 2. verſic. ſecundo oppono*, quem ſequitur *Paul. de Caſtr. in d. l. cum emptor*, ea ratione, quia quando ſecuta eſt euictio ante aditam hæreditatem, ſi nõ conſeruaretur per inuentarij confectionem, hæres dãnum pati diceretur, quod conſiſtit, in amittendo id, quod fuerat quæſitum *l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loco publi.* quod ampliat procedere, ſi illud erat acquiſitum ex cauſa lucratiua, vt notat *Gloſ. in l. 2. §. ſi quis autem, in ver. in integrum reſtitutione, ff. eo. Glo. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ff. ſol. matr. dum reſpondet ad l. huiuſmodi, §. Stichum, ff. de legat. 1.*

Vbi autem res euinceretur poſt aditam hæreditatem, tunc damnum non infertur per aditionem hæreditatis, cum beneficio inuentarij, ſed lucrum impeditur acquirendum, vt concludunt *Ang. Salyc. Fulg. Paul. de Caſt. et Alex. in d. l. cum emptor*, vbi dicunt, quòd licèt attendantur rationes Bar. eæ non militant, ſi quando euictio ſecuta fuit poſt aditam hęreditatem, ſicut loqui videtur text. ipſe, qui ſic videtur conſtruendus euictio homine, cum quo emptor venditori hæres extitit, ita *Rol. de inuentar. §. pone Titius, pag. mihi 127.*

ARGVMENTVM.

Hæres, an, & quando poſſit alienationem à defuncto factam reuocare; quamuis, teneatur de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres contrauenire poteſt alienationi rei ſuæ factæ per defunctum.*
Et de ratione ibidem.
Ampliatur procedere, quamuis de euictione teneretur, numero 2.
Contrarium quod immo pro parte, pro qua eſt hæres non poſſit contrauenire, num. 4.
Et ibidem de ratione.
Primò ampliatur, etiamſi portio illa tertia, vel quarta longè pinguior eſſet, quam fundus alienatus, n. 5.
Secundò ampliatur multò magis procedere, ſi venditor ſolemni ſtipulatione promiſerit omnia, & ſingula in contractu contenta perpetuò attendere, et obſeruare, n. 6.
Tertiò ampliatur locum habere ſiue hæres inuentarium confecerit, ſiue non; dum tamen hæreditatis defuncti idonea ſit, vel ſoluendo, n. 7.
Extende ſi promiſſio cum ſtipulatione facta ſit, n. 8.
Fallit in fideiuſſore venditionis, n. 9.
Sublimitatur in eius hęrede, n. 10.
3 *Contractus quando eſt nullus, poteſt quis contra illum venire, etiamſi teneatur de euictione.*
Pręſertim ſi ſit hæres cum beneficio legis, & inuentarii, ibidem.
11 *Emptori quando præſtanda eſt euictio, & hæreditas oneribus eſt exhauſta, & pro euictione non ſufficeret: hęres vendicãs rem ſuam, quam habet ex hæreditate pro ea expendere, compellendus videtur, cum ſit æs alienum.*
12 *Hęres cum beneficio inuentarij poteſt infringere alienationem à defuncto factam.*
Quod explificatur qualiter procedat, nu. 13.
Limitatur procedere, quando fuit alienata res hæredis propria & non ex hæreditate, & hæreditas ſoluendo non ſit, numero 14.
Quamuis in prædictis quidam aliter ſentiant, n. 15. quib. ibid. reſpondet author.

Quæſt. LIV.

1 HÆRES an contrauenire valeat alienationi rei ſuæ factæ per defunctum, præſertim, quando fuit promiſſum de euictione, neque ſuum hæredem contrafacturum, quæritur.

Et concludendum videtur, quòd non.

Quia pater res; & iura filiorum alienare non poteſt, *l. 1. C. de bo. mater. l. cum oportet, §. non autem de bo. quæ liber. & l. cum non ſolum, §. vbi autem in vnum in fine*, & quod ibi legitur, & notatur, *ff. de tranſact. de re filiorum, & C. eod. tit. l. Præſes.*

2 Nec eſt nouum, quod hæres ex perſona ſua contrauenire poſſit facto defuncti, quamuis de euictione teneatur, iuxta *tex. in l. fin. C. de euict.* quandoq; enim aliud ſtatuitur in hærede quam in defuncto, *d. l. fin. & notat Alex. in l. ſi mihi, & tibi, in princ. circa fin. ff. de legat. 1. in feudo ſic tradit Bal. in cap. Imperialem. in princ. col. ſi. verſ. quæris Glo. de prohib. feudi alienat. per Feder.* vbi inquit, quòd contractus alienationis feudi eſt nullus, quantum ad rei tranſlationem, valet tamen in præiudicium vendentis, vt emptori bonæ fidei actio perſonalis acquiratur; & tali caſu, quan-
3 do contractus eſt nullus, etiam quis contra factum proprium venire poteſt, licè obligetur de euictione, *d. l. ſi tibi, de euict. Alex. conſil. 107. viſo proceſſu lib. 4. Bal. conſil. 82. col. 2. in princ. lib. 1.* quem refert, ac ſequitur *Dec. conſil. 185. num. 5.*

Et prędicta maximè locum ſibi vendicant, quando hæres accepit hæreditatem cum beneficio l. & inuentarij; quo ſtante aditio hęreditatis ſibi nocere non debet, *Bald. in l. qui ſe patris col. 10. verſ. Item quæritur, ſi vaſallus, Codic. vnde. libe.* quem ſequitur *Alex. conſ. 124. ſuper primo quæſito col. pen. lib. 4. conſ. 18. attentis narratis, col. pen. & conſil. 19. col. 3. libr. 5. refert. & ſequitur Dec. conſ. 245. numero 56.* nam plerumque poteſt quis actum retractare, etiamſi de euictione ipſius teneatur, vt *in l. Seia, ff. de euict.* vbi hæres iure proprio poteſt rem à ſuo prædeceſſore venditam reuocare, & nihilominus de euictione tenetur, *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. Glo. 9. n. 37.*

4 In contrarium facit *tex. in l. cum à matre, C. de rei vend.* vbi non licet hæredi contra factum defuncti etiam ex ſua perſona, ſiue ſuo proprio iure venire; & notandum, quod *d. l. cum à matre*, loquitur eo caſu, quo nec de euictione tenebatur hęres, quia ſciens fuerat emptor, quod res ſibi vẽdita fuerat aliena, arg. l. ſi fundũ ſciens C. de euict. ita vt emptori, idẽq; poſſeſſori nõ prodeſſet illa vulgatis regula, videlicet. Quę de euictione tenet actio &c. Illa igitur ſola eſt ratio, quoniã eadẽ reputatur perſona cũ defuncto, *§. 1. in Auth. de iureiur. à morien. præſti.* & ſicut non poſſet, vel potuiſſet defunctus etiam ex ſuperuenienti iure ſibi contrauenire facto ſuo, ita nec hæres eius, vt notatur per *Gloſ. & Doctor. in dicta leg cum à matre*, licet de euictione quæ ab alio fieret, non teneretur, *l. 2. C. de euict.* quod indubiè procedit pro ea parte, pro qua quis eſt hæres, *dicta l. cum à matre, l. 1. ibi*, pro oneribus hæreditatis *C. ſi certũ pet. in l. ſi ab eo, C. de neg. geſt. in l. 2 ſi adult.* ibi, cum vltra eam petitionem in qua ſucceſſiſti, portio non confundatur, vbi etiam *Salic. C. de heredi. act. tex. in leg. ſi vxor. Cod. de bon. auth. iudic. poſſiden. in leg. licet, C. ad leg. Iul. in leg. vnum ex familia, §. ſed ſi vno, ff. de legat. 2. Roder. Suarez. in leg. quoniam in prioribus ampliat. ſexto Codic. de inoffic. teſtam. Valent. Foſter. de ſucceſſ. libr. primo capit. 2. numer. 19.*

Crancti.

Crauett. conſil. 131. num. 7. Hartman. Piſtor. quæſt. iur. libro 3. quæſt. 9. numer. 12. & ſeqq. parte. prima de communi. Eman. Suarez in Theſaur. recept. ſentent. in ver. Hæres numero 33.

5 Quòd ampliatur procedere, etiamſi portio illa tertia, vel quarta hæreditatis longè pinguior & maior eſſet, quam fundus, quem defunctus alienauit. Puta hæreditas valet 300. fundus alienatus triginta, & filius, vel agnatus inſtitutus eſt hæres in tertia parte, quæ æſtimatur centum, quæ ſuperat valorem fundi alienati: quo non obſtante poteſt fundum pro duabus tertijs partibus vendicare hoc eſt quod dicitur hæredem repelli pro quãtitate, ideſt pro quota portione hæres eſt; non autem pro quantitate hæreditatis ſibi obuenientis.

Et è contra, ſi fundus valet 900. portio verò tertia hæreditatis centum; non in centum; ſed in tertia parte à vendicatione illius fundi filius vel agnatus hæres repellitur Glo. in l. fin. §. in computatione in ver. confunduntur, C. de iure delib. vbi dicit, quod ſi pro media parte ſit hæres eaq; vnum tantum denarium valeat, Pro dimidia repellitur, ſequuntur ibidem Bar. num. 6. in illis verbis. Hinc pariter exceptionem reſpectu quotæ, Alberic. Paul. de Caſtr. numer. 9. & poſteriores, Glo. & Doct. in dicta leg. cum à matre, Nicol. Arelata in l. generaliter, numer. 123. Cod. de ſecund. nupt. de communi Pinell. in l. 1. par. 3. ſub numero 79. verſic. eadem concluſio pro hæreditaria portione intelligitur, licèt omnes confusè tractent. C. de bon. matern. Bart. in l. qui vſumfructum, ff. de verb oblig. Ruyn. conſil. 42. numero 12. libr. primo de communi teſtatur Monticul. de inuentar. cap. 10. numer. 102. 109. & 113. Phanuc. in ſimili ſuo tract. par. 5. num. 72. Hartman. Piſto. libr. 3. quæſt. iur. part. 1. quæſt. 9. n. 114. & ſeqq. Craſſ. recept. ſent. § hæreditas, quæſt. 12. num. 20.

6 Secundò ampliatur id multò magis procedere, ſi venditor ſolemni ſtipulatione promiſerit emptori omnia, & ſingula in contractu contenta, perpetuò firma rata, & grata, habere tenere, attendere, & obſeruare, & non contrafacere, vel contrauenire per ſe, vel alium, quæ ſtipulatio cum effectu id continere videtur quod emptori liceat habere rem venditam, & per ſe non fieri, quid id quod venditum eſt habere liceat: ſtipulatio autem habere licere etiam ex datione titulo lucratiuo facta, ſeu interpoſita non tantum factum continet promiſſoris, ſed etiam hæredum illius, l. ſtipulatio iſta in princ. ibi ſed obligat alias eſt, §. ſed ſi ſe, & §. quæſitum, ff. de verbor. oblig. & non tãtum continet ius tunc competens verum etiam in futurum, videlicet, vt nec ex tempore ſtipulationis interpoſitæ competens promiſſori, ſed etiam nec ex futuro, & poſt quæſito, valeat promiſſor ipſe, vel ſui ſucceſſores rem ipſam euincere, vel auferre ſtipulatori, ſeu ſucceſſorib. ſuis vt dicto §. quæſitum, & §. ſicut. & notatur in dicta l. ſtipulatio, iſta, §. quatenus in Gloſ. magna, ante medium, ibi, eſt eius promiſſionis effectus.

7 Tertiò ampliatur locum habere, ſiue hæres inuẽtarium confecerit, ſiue nondum tamen hæreditas defuncti idonea ſit, vel ſoluendo, per ea quæ habentur in d. l. cum à matre de rei vendi. et in l. fin. §. in computatione, C. de iure delib. Bar. in leg. cum vir. ad finem verſic. quæro quid è conuerſo, ff. de vſucap.

8 Extende præmiſſam concluſionem præſertim procedere, ſi promiſſio cum ſtipulatione facta, ſiue per promiſſorem, ſiue per ſucceſſores factum ſit, vel fiat, quominus emptori liceat habere, d. l. ſtipulatio iſta, §. quæſitum, ibi cum neque per eum, neque per ſucceſſores &c; à contrario ſenſu: Nam ſicut committitur, ſi ſit tempore promiſſionis aliena, fiat autem poſtea promiſſoris, vt d. §. quæſitum, ita quoque pari ratione committenda videtur, ſi poſt promiſſoris hæredum facta ſit; cum hæres, & defunctus vna perſona iuris interpretatione cenſeantur. & hac

9 ratione etiam hæres ex ſua perſona propria, priorique iure veniens protinus excludatur; & factum quoque hæredis expreſſim complectatur. Non tamen ſic fideiuſſor factum ſuum promittit, nec ex facto ſuo: ſed ex facto principalis committitur contra fideiuſſorem ſtipulatio faciendi, leg. cum filius, ff. de verb. oblig. ſi libertus moram, de oper. liber. ideoque nec factum hæredis amplectitur. Ipſe autem fideiuſſor venditionis à vendicatione repellitur, quia venditioni, & alienationi conſenſit; non quia de euictione teneatur, quod in hærede dici non poteſt fideiuſſoris, videlicet vt conſenſerit, l. fin. Cod. de euict. except.

10 Non obſtant in contrarium adducta: quoniã illi caſus dicuntur extraordinarij, nec ad alios trahendi, cum regula ſit ſatis nota, quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, l. vendicantem, de euict. ita Tiraq. de retract. conuent. §. 1. Gl. 9. ſub num. 37. vbi addit, illud verum eſſe, eum, qui vendidit, licèt de euictione non teneatur, nõ poſſe tamen eiuſdem rei ex alia cauſa quæſtionem mouere, l. etſi is, ff. de diſtract. pign.

11 Præterea in propoſito notandum eſt, quod quando emptori præſtanda eſt euictio, & cæteræ hæreditatis portiones legatis, & alijs oneribus ita eſſent exhauſtæ, vt pro euictione non ſufficerent, ſanè hæres vendicans rem ſuam quam ex hereditate habet, pro ea expendere compellendus videtur: eſt enim æs alienum, quòd quatenus quidquam ſupereſt in hæreditate, diſſoluere oportet, leg. Papinianus, §. quarta, & ibi Doct. ff. de inoff. teſt. & ſentit Gl. in d. l. fin. §. in computatione in ver. Confunduntur, ibi, & hæc omnia, quæ dicta ſunt in filio, habent locum, ſi hæreditas ſit ſoluendo, & ibidem Bar. num. 6. Baldus num. ſexto Iaſ. ſub numer. 10. verſic. quartus caſus eſt Caſtren. & cæteri, C. de iure deliber. idem Bar. in l. ex facto numer. primo & 2. ff. de hæred. inſtit. niſi ita ei legitima, quæ legatis anteponitur, ſit de futura. Bar. in l. finali, §. in computatione numer. ſexto. Ang. ibidem num. 3. Paul. de Caſtro. num. 9. C. de iur. delib. Cephalus conſil. 392. numer. 117. & ſeq. libr. 3. Craſſ. in dicto §. hæreditas quæſt. 12. ſub numer. 23. verſic. hanc concluſionem.

12 Regulariter autem ſi filius agnatus, vel quiuis aliùs hæres alienationem à defuncto factam infringere volens nõ confecerit inuentarium, non auditur, vt loquuntur iura ſuperius adducta; non enim tempore quo fuerunt edita beneficium inuentarij à Iuſtiniano Imperatore adinuentum, in dicta l. fin C. de iur. deliber. fuerat cogitatum. Vnde ſi talis inuentarium conficiat, non repellitur pro quota ſupradictæ tertiæ partis hæreditatis, pro qua eſt hæres, &
13 non vniuerſales, ſed pro quãtitate eius, putà fundo valẽte 900. hæreditatis tertia pars eſt centum, hæres in triente non reijcietur à vendicatione fundi ſui pro tertia quota parte hæreditatis, quoniam id accideret quoad 300. ſed ſaltem in centũ, ideſt pro valore portionis hæreditariæ ſibi obtingente: nam beneficium inuentarij hæredem præſtat plenè indemnem, ſicuti ſentit Gloſa in dicta l. fin. §. in computatione, in ver. confunduntur, C. de iure delib. & poſt eum Bar. ibid. num. 6. Alex. num. 8. Caſtr. num. 9. Corn. num. 7. Bar. in dicta l. cum à matre, & Bal. ibidem. numer. 10. & 12. Fulgoſ. ad fin. et ait, C. de rei vendic. de communi teſtatur Roder. Suarez in repet. l. quoniam in prioribus, dicta ampliat. 7. nu. 16 & ſeqq. C. de inoff. teſtam. Pinell. in d. l. 1. part. 3. ſub num. 79. verſ. prædicta autem, C. de bonis mater. Nicol. Arelat. in d. l. generaliter num. 122. & ſeq. C. de ſecun. nupt. Boer. dec. 23. numer. 27. Craſſ. in dicto § hæreditas, quæſt. 12. ſub num. 21. verſic. hodie tamen facto inuentario, Hartman. Piſtor. d. quæſt 9. n. 16. 17. & 18. lib. 2. par. 1. Sebaſtian. Monticul. de inuentar. capit. 10. num. 109. & dicam in ſequenti quæſtione.

14 Limita præmiſſa vt locum habeant, quando alienata eſt res propria ipſius hæredis & ita non ex hereditate defuncti,

Digitized by Google

defuncti,& ipſa hæreditas ſoluendo non eſſet; adeo quod
hæres nulla ex ea compenſationem conſequi poſſit. *Aſ-*
flict.deciſ. 112. *num.*2. de magis communi teſtatur *Pinell.*
*dicta par.*3.*numer.*93.*&* *num.*95. ibi, iunatur quarto,*Ro-*
land. in tractat. de inuentar. parte 4.queſt. incip. numquid
*hæres numer.*10. vbi agit de effectus inuentarij *numero* 35.
122.*&* 189. *Alexand.conſil.*13. *numero* 10. *&* *infra conſil.*
19.*num.*14 *conſil.*28.*numero* 18. *vbi de communiori libro* 5.
*Myſinger. ſingul.obſeruat.centur.tertia obſeruat.*76. *numer.*
9. *&* *Gayl. pract.obſeruat. libro ſecundo, obſeruat.*154. *nu-*
*mer.*12. *&* 16.

15 Quæ licet veriſſima ſint: non deſunt tamen, qui aſſe-
rant,hanc liberorum reuocationem honori,& pietati pa-
rentibus debitis repugnare.

Verùm ego vix mihi perſuadere poſſum iura ciuilia,
nos hoc in caſu impia docere, dum bona aduentitia, ma-
terna, auita, alicui familiæ perpetuo relicta à parentibus
alienata,repetere,ac vendicare conuedunt *leg.*1. *C.de bon.*
mater.leg.cum oportet, §.*nouam hypothecam l.fin.* §.*ipſum*,
aut filium,& ibidem per ſcribentes, *C.de bon.quæ lib.* *&* *l.*
filiusfam. §.*cum pater*,*ff.de l.*1.*quinimò*, id in patres meri-
tò retorqueri poſſet,qui bona filiorum diſſipant, dilapi-
dant, alienant, diſtrahunt, & ijs malè vtuntur, cum
tamen ipſorum ſit filijs theſaurizare, & pro illis bonum
conſilium capere.

ARGVMENTVM.

Hęreditatis pars tertia,ſi facto inuentario valorem rei venditæ ſuperat, an hæres agat ad vendicationem rei ſuæ.

Emptor, qui de euictione agere poteſt, an vti creditor citandus ſit in confectione inuentarij, & quid in cæteris creditoribus legatarijs, & fideicommiſſarijs.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis pars tertia, ſi facto inuentario valorem rei venditæ ſuperat,hæres in totum repellitur,&* *num.*3.
2 *Inuentarium ſufficit,quòd ſeruet hæredem indemnem.*
4 *Hæres facto inuentario, repellitur vſque ad concurrentem quantitatem,non vltrà.*
5 *Inuentarium contra filium non operatur, vt conſideretur quota ſed emolumentum.*
*Fallit,ſi inſpectio quotæ filio prodeſſet, num.*6.
7 *Creditores citandi ſunt per hæredem, qui vult vendicare bona in confectione inuentarijs.*
8 *Emptor feudi, ſi eo reuocato, agere poteſt de euictione, & hæreditatis licèt videatur creditor; non tamen ad confectionem inuentarij neceſſariò citandus eſt.*
Et de ratione ibidem.
Prout nec creditor conditionalis ſub conditione incerta, numero 9.
10 *Inuentarium eſt nullum, ſi fiat abſque citatione creditorum.*
*Fallit, ſi ſunt abſentes, num.*11.
*Sublimitatur quando ſunt ſub eadem iuriſdictione, licèt in alia ciuitate, num.*12.
*Declaratur procedere in inuentario hæredis,ſecus in eo, quod fit per tutorem, num.*13.
14 *Inuentarij promiſſio, poteſt fieri per teſtatorem.*
*Intellige reſpectu legatariorum fideicommiſſariorum, & hæredum,ſecus creditorum.num.*16.17.*&* 18.
15 *Intereſſe pupilli conſiſtit in remiſſione inuentarij facta per patrem, ne fortè vires hæreditatis pandantur.*
19 *Inuentarij remiſſio tutoris non liberat à deſcriptione faciendà. Idem dicitur in remiſſione facta vſufructuario, numero* 20.

Quæſt. LV.

1 SEd adhuc dubium reſtat, quid ſi facto inuentario pars
tertia hæreditatis valorem rei alienatæ ſuperat.Nam,
ſi ea reperiatur, æſtimationis centum, fundus verò alie-
natus valeat 50. an hæres in totum à vendicatione re-
pelletur.
2 Et reſpondendum videtur affirmatiue; quoniam ſuffi-
cit inuentarium hæredem ſeruare indemnem, perinde,ac
3 ſi hæreditatem non audiuiſſet,*l.ſi.*§. *in computatione*, *Cod.*
de iur. delib. *&* *per Gloſ. ibidem ab omnibus approbata in*
ver. confundantur,*Rol.à Vall.poſt plures quos recenſet, conſ.*
4 44.*num.*6.*lib.*3.*Monticul.in tract.de inuentar.cap.*1.*nu.*91.
94.*&* *ſeqq.* *&* *num.*142.*&* *in cap* 10.*numer.*114.quod hic
propriè contingit, cum ſit extra omne damnum, prout
5 ſic Intelligi *Bald.in dicto* §.*computatione num.* 17. dum in-
quit,facto inuentario, hæredem repelli vſque ad concur-
rentem quantitatem, non vltrà, per regulam ex qua per-
ſona, *ff. de regul. iur.* hoc ergo ſolum operatur inuenta-
rium, quod contra filium non conſideratur quota, ſed
emolumentum, vt & voluiſſe videtur *Alberi. ibid.col.*2.
6 *ver. quod verum eſt.* vbi poſtquam tradidit inuentario
confecto, inſpiciendam eſſe quantitatem, ſubiungit hoc
verum eſſe ſecundum Iacob de Rauenn. niſi inſpectio
quotæ filio prodeſſet quod ſequitur, & clarius explicat
*Pinell.in leg.*1.*par.*3.*ſub nu.*80.*verſic.aliud*, etiam memo-
ratu dignum,qui adducit *text.in leg.*1. §.*ſi emancipatus*, *ff.*
de bon.poſſeſſ.contr.tabul. ibi, quo magis admittatur, non
quominus. *Phanuc.de inuentar.p.*5.*num.*72. *Hartman. Pi-*
*ſtor.q.iur.par.*1.*lib.*2.*q.*9.*num.*21.22.*&* 23.vbi legi, ex qua
perſona à *Bald.adducta reſpondet*, hanc quoque tanquam
æquam amplexus eſt *Craſſ. recept. ſentent.* §.*hæreditas ſub*
*numer.*21. *verſic. hodie tamen facto inuentario*, *in fine*, vbi
addit, ſe ſecundum eam, ſi caſus contigeret, facilè iudi-
caturum.
7 Supradictis additur,quod quamuis ad effectum, vt in-
uentarium profit reuocanti bona per patrem alienata,
vel per alium, cuius ſit hæres cum beneficio legis & in-
8 uentarij creditores ad illius confectionem citandi ſint
Bald.in leg.cum tale, §.*Titius*, *ff.de condition.* *&* *demon-*
ſtrat. *&* *in l fin.in princip.numer.*10.*C.de iure deliberan.* *A-*
*lexand. conſil.*82.*numer.*15.*lib.*2. *Dec.conſil.* 418. *num.*14.
*Couar.qui de communi in cap.*1.*numer.*17.*de teſtam.Guttie-*
*rez de tutel.p.*2.*c.*1.*nu.*42.*&* *in l.nemo poteſt.n.*410.*ff.de le-*
*gat.*1.*Diaz regula* 470.*Surd.deciſ.*30.*ſub n.*1.*Afflict. deciſ.*
44.*ſub nu.*34.*in fine*, *Rebuff.de ſent. præiud.ſeu prouiſionali-*
bus,*art.*3.*Gloſ.*3.*num.*3. *Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.*1. §.10. *de*
*teſtam poteſ.num.*69. & emptor fundi,præſertim,ſi de eui-
ctione fundo reuocato,experiri poſſit, hæreditatis videa-
tur eſſe creditor; tamen ad iſtam confectionem neceſſa-
riò vocandus non eſt: non enim propriè creditor dici-
tur,qui agere de euictione non poteſt, niſi re iam euicta,
vt plenè dixi *in queſt.*89.*nu.*12. *&* *infra*.
9 Creditores autem ſub conditione incerta conditiona-
les ad inuentarij confectionem neceſſariò non vocantur,
ſed ſatis erit inuentarium aliàs legitimè fuiſſe factum, vt
in ſpecie decidit *Senat.Pedem.in deciſ.*181. *numer.*3. licèt
10 etiam quando aliqui creditores non ſunt citati, Inuenta-
rium ſit nullum reſpectu non citatorum, eſt tamen vali-
dum,quoad citatos.*Bar.conſ.*154.*maritus col.fin.lib.*1.*Bal.*

Digitized by Google

conſil.265.inuentarium hæredis lib.3.& in dicta l.fin.§.tum
igitur, vbi etiam Caſtr.Cod.de iure deliber.Cranct.conſ. 225.
11 *numer.6.ad fin.Surd.conſil.181.num.20.lib.2.Rol.de inuen-*
tar.§.quid ſi aliqui, pagin. 71. niſi etiam non citati fuerint
abſentes, intelligendo de illis, qui ſunt extra locum iuriſ-
dicentis, cum ſecus ſit in eis, qui etſi habitant in alia ciui-
12 tate, reperiuntur tamen ſub eadem iuriſdictione, & po-
teſtate principis, vt in ſpecie notat *Phanuc. de inuentar.*
par.3.num.17.
13 Declaratur prædicta procedere in inuentario hæredis:
ſecus autem in eo, quod conficitur per tutorem, *Gloſs.in*
lege tutores in ver.inſtrumentorum, & ibi Cyn.in fine, C.de
administr.tut.Guttierez de tut.parte 2.cap.1.num 85.& ita
in hærede loquitur text.in dict. leg.fin. & ibi Gloſſa in verb.
14 *cæterarum, C.de iur.deli.Oſaſch.deciſ.68.num.8. & ſeq.* cui
etiam per teſtatorem poteſt illud remitti, ita vt non te-
neatur illud conficere, cum agatur de dolo præſumpto,
qui talis dicitur ex omiſſione inuentarij, & ſucceſſiuè da-
tur illius remiſſio, quicquid ſit in dolo vero *Dec.conſ.177.*
in cauſa, quæ proponitur col.3.in princip.Couar. var.reſolut.
libr.2.cap.14.num.4.verſ.quintum, & verſ.vlt.in fine, Rota
coram R.P.D.Sacrato in Bononien. adminiſtrationis 28. Fe-
15 *bruarij 1611. & 10.Iunij eiuſdem anni*, & ſæpè teſtatores
remittunt iſtam confectionem Inuentarij tutoribus ob
eam rationem, quia fortè intereſt pupillis, ne vires patri-
monij pandantur, iuxta *leg.vlt.§.illud, C.arbitr. tut.Iaſ.in*
l.nemo poteſt in 1.lectura num.51.& in 2.lectura, num.65.
& ibidem Rip.num.80.& Ioan.Annibal.num.565.ff.de leg.
1.Rol.de inuent.§.2.numer.8.Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.10.nu-
mer.67.Clar.in §.teſtamentum q.65.
16 Intellige hanc remiſſionem valere reſpectu legatario-
rum fideicommiſſariorum, & hęredum: ſecus vero reſpe-
ctu creditorum, in quorum præiudicium remitti non po-
teſt *Bal.in d.l.fin.§.igitur quod in alijs*, vt ſupra, non accidit,
cum hoc ſit in poteſtate teſtatoris, cui permittitur, diſpo-
ſitionem ſuam limitare, & qualificare, prout ſibi placue-
rit in præiudicium eorum, qui habent cauſam ab eo, *leg.*
videamus, §.iurare, ff.de in litt.iuran.latè Cranct.conſil.147.
num.11.& per totum, & conſil.975. vbi teſtatur hanc eſſe
veriſſimam opinionem, quam etiam quamplutibus au-
ctoritatibus, & rationibus defendit *Surd.deciſ.30. nu.19.*
ad 34. & concludunt omnes in dicta *leg.nemo poteſt, vbi*
Bartol.num.12.Ioan.Annibal num 432. & 596. Crot.num.
30.Rip.nu.80.Iaſ.in 1.lectura num.51.& in 2.lectura, num.
65.Guttierez num.410.Franc.Mart.deciſ.88.numer.8.part.
1.Rol.de inuentar. ad fin.§.teſtator, Pariſ. conſil.69. numer.
37.& infra lib.2.& conſ.79.eodem lib.Simon de Pret.de in-
terpret.vltim.volunt.lib.2.ſolut.2.dubit.2.numer.22. ad 25.
Craſſ.in §.teſtamentum quæſt.71.numer.4.in fin.Vaſq.de ſuc-
ceſſ.creat.lib.1.§.10.de poteſt.teſt num.68. Marcabr. conſil.
59.nu.20.& ſeq.Gabr.in tit. de vſufruct. concluſ.1.num.32.
Alexand.conſ. 82.numer.15.lib.2. alias eſt conſil. 40. lib.3.
Dec conſil.418.viſa, & iterum lecta, nu.14. Couar. in cap.1.
num.17.verſic.verum, iſthæc ratio quoad creditores de-
teſtam. quidquid aliud ſentiat *Bal.in leg.fin. C.arbitr.tutel.*
17 quia contra eum eſt verior opinio: & contrarium te-
net in *leg.cum tale, §.1.ff.de condit. & demonſtrat*, de com-
muni teſtatur *Craſſ.in §.teſtamentum, quæſt.71. numer. 4.*
Monticul.de inuent.in princ. num.25. Vaſq.de ſucceſſ. creat.
lib.1.§.10.de teſtator potent. num.68. vſque ad 71. vbi ſen-
tentiam hanc tuetur per *leg.quidam decedens, ff. de admin.*
tut. & per alia iura, & rationes per eum ibidem allega-
tas. *Guttierez in repetit.leg. nemo poteſt nu. 410.ff. de legat.*
1.Fachin.lib.6.controuerſ.cap.25. verſic.ego ſanè in priorem
ſententiam.
18 His intelligimus malè ſenſiſſe *Oſaſch. deciſ.57. num.19.*
dum voluit conficiendum eſſe inuentarium per tutorem,
etiamſi teſtator remiſerit, cum loquatur aduerſus com-
munem, & veram opinionem, de qua ſupra; quamuis, &
Doctores per eum citati non probent eius opinionem,
cum plures loquantur de remiſſione inuentarij facienda
per vſufructuarium, cuius remiſſio non valet, *Roland.conſ.*
92.numer.17.libro 1.Pinell. in lege prima parte 2.Bart. in l.
nemo poteſt num.3.& ibidem Iaſ.nu.34.ff. de legat.1. Ruyn.
conſil.202.num.2.lib.2.
Eodem modo reſpondetur *Guid.Pap.conſ.63.numer.4.*
& conſ.122.& in tract.de inuent.in fin.Betr. conſ.92. nu.4.
& 5.lib.2.parte 2.Crot.in d.l.nemo poteſt, num.52. Phanuc.
de inuentar.par.2. num.69. contrarium tenentibus, cum
eorum opinio admittenda non ſit, ex *Cranct.dicto conſil.*
174.per totum. Surd.deciſ.30. num.19. cum alijs præallega-
19 *tis num.16.& 17.* Quæ ſententia eo præſertim recipien-
da eſt, cum remiſſio inuentarij tutoris nō liberet à deſcri-
ptione bonorum ad faciliorem eorundem probationem,
& ne diſtrahantur *Curt.de ſequeſtr.in prin.num.16. Rebuff.*
20 *de ſentent.prouiſ.art.3.Gloſs.num.3.Guttierez. in dicta lege*
nemo poteſt num.411. vbi etiam *num.416.* quod remiſſio in-
uentarij facta vſufructuario operatur, vt non debeat face-
re inuentarium ſolemne, iuxta *leg.fin.§.ſin autem, C.de iure*
deliber. cum ſufficiat ſi fiat aliqua deſcriptio, quæ inuen-
tarium dicitur *Rol.dict.conſil.92.num.20. lib.1. poſt Pariſ.*
conſ.95.numer.62.lib.2. & conſ.61. lib. 3. vbi in fine te-
ſtatur de communi *Caſtrenſ.conſil.221.col.2. libr.2. Alex.*
conſ.58.col.2.lib.3.

ARGVMENTVM.

Filius quando poſſit reuocare bona primogenituræ ad eum ſpectantia patris pecunia acquiſita, & dicto oneri per illum ſuppoſita, ac demum alienata.

Et quid ſi ex conceſſione Principis ad filium pertineant, & pater alienauerit cum promiſſione de ſuo dato, & facto tantum; an ipſe filius ſi ſit hæres patris de euictione teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Pater filijs poteſt præiudicare in acquiſitis per ipſum pro ſe, & filijs.*

2 *Donatio filijs facta, poteſt per pœnitentiam à patre reuocari, & num.13.14.& 21.*

3 *Donatio facta alicui cum hoc, quod poſt mortem vadat ad alterum, poteſt per donantem ad præiudicium illius tertij reuocari, & num.6. vbi de magis communi.*

4 *Donatio facta, vt in ſolum primogenitum tranſeat, reuocari poteſt.*

Contra num.11.

Fallit hæc vltima opinio, quando bona donata fuerunt pecunia patris acquiſita, num.12.

5 *Pactum factum inter coniuges, vt poſt obitum bona vadant ad fratrem mariti, poteſt mutuo donantium conſenſu tolli.*

7 *Pater in feudo nouo, filijs ad deſcendentibus præiudicare non poteſt ex receptiori.*

Præſertim ſi ſint hæredes cum beneficio legis, & inuentarij; quo caſu facilius reuocari poteſt, num.8.

Etiam quod feudum alienatum à defuncto eſſet mixtum, numero 9.

Et

Digitized by Google

Et de ratione, num.10.

15\. *Pater ſtipulans emphyteuſim pro ſe, & filijs, poteſt filijs præiudicare, duobus concurrentibus.*

Primò, ſi filij ſunt in poteſtate.

Secundò, ſi quid impendit in bonis acquirendis.

16 *Patris ſtipulatio ad filiorum fauorem in acquiſitis per eum ſua pecunia, eſt quædam tacita donatio, quæ locum habet ad fauorem illorum exiſtentium in poteſtate.*

Ampliatur procedere etiam in feudo per patrem empto, numero 18.

17 *Donatio à patre filio facta, licèt confirmetur morte, id tamen intelligitur, niſi interim reuocetur.*

10 *Vaſallus in feudo nouo poteſt inſtituere primogenituram.*

20 *Ius, vbi alicui tertio quæritur ex meo actu, poſſum iuri meo ad præiudicium illius tertij renunciare.*

22 *Ius quod quæritur filio ad feudum ex patris contractu ob æquitatem, eadem æquitate tolli poteſt, ſi patris concurrat voluntas.*

Intellige, vt ibidem.

23 *Alienatum non videtur, quod in agnatorum corpore, vel linea eſt conſeruatum.*

24 *Dominus conqueri non poteſt de alienatione facta in agnatum abſque illius conſenſu.*

Idem procedit in emphyteuſi, num.25.

Primò extende, etiam, quando in inueſtitura adeſt pactum de non alienando, num.26.

Contrarium, ſed malè num.27.

Secundò extende procedere etiam in vltimis voluntatibus, num.28.

29 *Alienatio facta in agnatum ſuſtinetur, neque alij agnati eam reuocare poſſunt, ſeu allegare defectum conſenſus domini.*

30 *Alienatia feudi, ſeu emphyteuſis abſque conſenſu domini, dicitur nulla valente domino: ſecus ſi nolit.*

31 *Feudum nouum pecunia patris acquiſitum, poteſt per ipſum alienari in præiudicium filiorum.*

Fallit, ſi ex liberalitate concedentis ad eos poſt obitum patris ſpectat, num.32.

33 *Inuentarium non prodeſt quoad ea, quæ fuerunt hæreditaria defuncti.*

34 *Pater, qui vendidit bona, ſeu feudum ex conceſſione principis filijs debitum, tenetur de euictione, ſi id tacuit.*

Etiam quod promiſerit de ſuo dato, & facto tantum, ibidem.

35 *Venditor, qui promiſit de ſuo facto tantum, tenetur etiam de facto hæredis.*

36 *In diuiſione, ſi quis vni obuenit allodium, alij feudum, & iſte moriatur cum filia, quæ non ſuccedit in feudo, & dominus illud aduocet, filia non agit de euictione.*

37 *Alienatio patris facta de re, quæ ex principis conceſſione debetur primogenito, non valet, etiamſi is eſſet hęres patris.*

38 *Filijs etiam hæredis non præiudicat promiſſio, & patris renunciatio, qui ex nouo iure agunt poſt obitum patris, & numero 42.*

Præſertim, quando adeſt taxatiua, num.39.

40 *Taxatiua excludit omnes caſus, præter expreſſos.*

41 *Euictio non debetur, quando ſequitur ex natura rei.*

42 *Hęres, non poteſt venire contra factum defuncti, quando defunctus ſimpliciter promiſit; at ſecus ſi taxatiuè.*

Quæſt. LVI.

1 FIlius, an poſſit reuocare bona alienata per patrem pertinentia ad primogenitum, vel ad feudum per illum de nouo receptum pro ſe, & filijs ac deſcendentibus,
nunc quærendum eſt, & abſolutè reſpondendum videtur,
quòd ſic: quia pater fuit auctor ipſius acquiſitionis: &
quemadmodum is poteſt filijs præiudicare, licèt pro ſe, &
filijs facta ſit conceſſio, vt quando ita recepit emphyteuſim, nedum quando alienando deliquit, ſicut quando ſine conſenſu domini facta fuit alienatio, ſecundum *Bartol. in leg. eum, qui. de interdict. & releg.* ſed etiam quando in alienatione non fuit domini licentia neceſſaria, vt quia legauit, vel donauit, ad notata per *Gloſ. communiter approbatam in leg. ſecunda, Codic. de iure emphit. ſecundum Bald. in authent. quas ruinas, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. latè Imol. in capit. potuit in fine de locat. & in lege ſi domus, §. fin. ff. de legat. 1. in leg. apud Iulianum, §. ſi quis alicui, & in l. filius fa-*
2 *milias,* cum enim ius prouenit ab ipſo acquirente, eſt quædam donatio, quæ fit deſcendentis in ſua poteſtate exiſtentibus, quæ per ſolam pœnitentiam reuocari poteſt *l. donationes quas parentes, Cod. de donatio. inter vir. & vxor.* & plus iuris ſemper habet is, qui primus feudum quæſiuit, quàm alij habeant. *Ideò Bar. in l. qui Roma, §. Flauius, ff.*
3 *de verb. obligat.* inquit quod ſi facta ſit donatio alicui cum hoc, quod poſt mortem vadat ad alium poterit ad præiudicium illius tertij reuocari *per leg. 3. de ſeru. ex poſt, vbi Bartol.* idem tenet, & communiter ſequuntur *Doct. in lege Flauius. Alex. conſ. 204. libr. 7. de magis commun. Crauett. conſ. 135. nu. 10. Pinell. in d. l. 1. part. 3. n. 98. C. de bon. mater. vnde infert Paul. de Caſtr. conſil. 164. nu. 5. lib. 2.* Quod do-
4 natio ita facta, vt tranſeat in ſolum primogenitum, reuocari poteſt, facit quod voluit *Abb. conſ. 48. lib. 2.* quod ſci-
5 licet pactum factum inter coniuges, vt poſt obitum eorum bona vadant ad fratrem mariti, poteſt mutuo dona-
6 tio conſenſu tolli, & prædictam *Bar.* ſententiam dicit magis communem *Port. Imol. commun. concluſ. lib. 3. concluſ. 6. tit. de donat. num. 1. & 11.*
7 Licet in feudo nouo, quod pater non poſſit aliquid facere in præiudicium filiorum vel deſcendentium, voluerunt *Iſern. Cald. & Aluar. in cap. 1. de ſucceſſ. feud. idem Bal. in l. nunc videndum, §. item videamus, ff. de peti. hæred.* probarunt alij, quos ſequitur *Curt. iu. de feud. p. 4 verſ.* ex prędicta regula, & hanc dicit communem eſſe *Socin. iun. conſ. 72. n. 35. vbi addit Aret. & Caccialu.* probauit quoque *Valaſch. in tract. de iure emph. q. 49. ſub nu. 5. verſ. ſecundus caſus. Affict. qui de communi in c. 1. n. 74. de prohib. feudi alienat. per Feder. latiſſimè Pinell. de bonis matern. p. 3. num. 97.* vbi dicit receptiorem eſſe ſententiam, quod etiam in feudo nouo primus acquirens nil facere poſſit in præiudicium ſucceſſorum, citat *Alex. Cornel. Curt. iun. Pariſ. Socin. iun. Lofred. Syluan. Zoanet. & Modern. Gall. quos etiam ſequitur Iacob. Berrett. conſ. 51. n. 5. verſ.* dico amplius vbi etiam teſtatur de communi *Panciról. conſ. 1. nu. 13. & Menoch conſ. 401. nu. 6. & 46. lib. 5.* Quæ ſententia facilius ad-
8 mittenda eſſet, ſi filius, agnatus eſſent alienantis hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, quo in caſu non impedirentur reuocare feudum alienatum vaſallo defuncto, per ea quæ ponunt *Doctor. in leg. fin. §. in computatione, vbi Bal. & Iaſ. C. de iure delibe. vbi text. in §. & ſi prefatam latè. Surd. conſ. 147. n. 40. Peregr. de fideicomm. art. 33. numer. 14.* Et in terminis, quod hæres cum beneficio inuentarij
9 reuocet feudum mixtum alienatum defuncto. *Dec. conſil. 185. col. 3. Clar. feud. qu. 4. in fine Gayl. ſing. obſerua. lib. 2. ob-*
10 *ſeru. 154. nu. 16. Berret. conſ. 14. nu 3. & Phanuc. in tract. de inuentar. parte 6. numer. 17.* Cuius ſententiæ ea adducitur ratio, quia poſtquam pater ſtipulatus eſt feudum pro filijs, & deſcendentibus, ius eſt taliter quæſitum illis, quod in futurum reuocari, vel per quemcumque actum minui
11 non poteſt, ac *regul. leg. id quod noſtrum eſt, ff. de regul. iuris,* & ſicuti pater non poteſt filio in reliquis ad filium pertinentibus præiudicare, *lege tranſactione matris, Codice de tranſact.* ſic nec in feudo, vel primogenitura pro eo ſtipulata, vel ſtipulato, ad tradita per *Bald. in leg. cum à*

ſocero,C.de iure dot. Roma.conſ.94.colum.2. Alex.conſ.27.
lib.3.Iaſ.in d.§.Flamus,l.qui Roma,in ſecund.princip. limit.
Crauett.conſ.19.n.11.latè Rolan.conſ.19.num.19.lib.1.& fa-
ciunt ſcripta per *Oſaſch.deciſ.Pedem.33. per totam*.

12 Verum hæc vltima opinio procedit, quando emphy-
teuſis donata tertio,& non fuit quęſita ex peconia patris,
quando autem pater illam ære proprio emit, tunc poteſt
in præiudicium filiorum alienari.

13 Et contrarium loquitur non in filio, & patre, ſed in
extraneo, qui pactus eſt ad fauorem eccleſiæ, vel alterius,
qui non erat in poteſtate donantis, quo caſu militant ra-
tiones adductæ, quod poſt ius quæſitum illi præiudicari
non poſſit.Cæterum in patre, qui filios habet in poteſta-
te,res dubitatione carere verum,nam ſi donat filio in po-
teſtate,donatio non valet,licet morte confirmetur,quę ſi
14 ante mortem reuocari contingat donatio non ſuſtine-
tur.Et hæc eſt diſtinctio *Aret.in l.apud Iulianum, §.ſi quis*
*aliam in 2.concl.ff de l.2.*vbi dicit,quod ſi pater ſtipulatur
emphyteuſim pro ſe,& filijs, tunc pater poteſt filijs præ-
iudicare, duobus concurrentibus.

15 Primum,quod filij ſint in poteſtate patris, ſecundum
quod pater quid de ſuo impenderit in acquirenda ipſa
emphyteuſi.

16 Et ratio affertur, quia ſtipulatio patris ad filiorum fa-
uorem eſt tacita quædam donatio, quæ non habet effe-
ctum in fauorem filiorum exiſtentium in poteſtate *d.leg.*
donationes,quas parentes. Iul.Clar.in §.donatio. quæſt.8.in
princ.Duen.reg.223 in princ. & quamuis morte confirme-
17 tur,vt per ſcribentes in *d.leg.donationes. Alber.in d.lege ſi*
pater, in princ.C.de inoffic.teſtam.Clar.in §.donatio. quæſt.8.
nu.7. Nihilominus id intelligitur, niſi interim reuocetur,
18 vt ibi, & in parte non refert, quod feudum ſit ex pacto,
vel hæreditarium, quando fuit pecunia emptum, quia
vtroque caſu acquiſitio reſpectu filiorum eſt nulla, ſi pa-
ter non perſeuerat vſque ad mortem. *Beccan. conſil 56.*
*numer.21.*qui dicit, quod vaſallus ad præiudicium agna-
19 torum poteſt in feudo nouo conſtituere primogenitu-
ram ſequitur *Cepal. in eod.caſu, conſ.203.nu.1.* licet oeger
factum de primogenitura, de magis recepta opinione te-
ſtatur *Phanuc.in tract.de inuentar.p.6.num.32.* qui plures
allegat,quamuis ille contrarium probet. *Sprd.conſil.108.*
*num.26.& 36.lib.1.*qui adducitur pro hac parte doctrina
20 *Bart.in d.l.qui Romæ,§.Flamus,* cum ait,quod vbi ex meo
actu ius quæritur alicui tertio, poſſum iuri meo ad præ-
iudicium illius tertij renunciare; & quandò pater ipſi fi-
lio ſtipulatur videntur filij habere ex tacita patris dona-
21 tione,vt notatur in *l.filiæ.C.fam.hercisc.* Tacita autem pa-
tris donatio in filium collata, quandocunque poteſt per
patris pœnitentiam reuocari, *d.l.donationes, quas paren-*
22 *tes, C.de donat.inter vir. & vxor.* & ius quæritur filio ad
feudum ex patris contractu propter æquitatem, ergo ea-
dem æquitate tolli poteſt, ſi patris concurrit voluntas,
arg.l.3.C.de ſeru.export. quæ ſententia licet à ſupracitatis
23 Doctoribus intelligatur,dummodo accedat domini con-
ſenſus, tamen idem eſt, eo non interueniente, ſi agatur
ſolom de præiudicio deſcendentium vel agnatorum, &
alienatio fiat in comprehenſos, quia videtur potius refu-
tatio quædam, quam alienatio, *c.1. §.ſi clientulus de feud.*
aliena.cap.1.de alien.feud.pater,& ibi Afflict.n.33.Decian.
conſ.144.in princ.Iacob.num.de inueſtit. in ver. & cum pa-
cto.de non alie.num.70.Curt.iun.de feud.par.4. in 2. regula.
Non enim videtur alienatum, quod in agnatorum cor-
pore,vel linea eſt conſeruatum, vt inquit. *Baldus in conſil.*
216.in fine,lib.2.Soc.iun. conſ.71.n.39. lib.1. vbi quod non
24 poteſt dominus conqueri de alienatione facta in agna-
tum abſque eius conſenſu,latè *Roland.conſ.57.nu. 65. libr.*
25 *3.*in emphyteuſi ſic tradidit *Corbul. in tit. de cauſa priuat.*
ob alienat.in ſexta limit.num.4. vbi extendit etiam, quan-
26 do in inueſtitura adeſt pactum non alienandi, quia in-
telligitur de non alienando in extraneum, & reddit tres
27 rationes,vt ibi per eum: quamuis in contrarium tenue-
rit *Bar.Camerar.in c.Imperialem in princ.in ver. qua ratio-*
28 *ne de prohib.feudi alien. per Feder.fol. 17.* & in vltimis vo-
luntatibus, quod huiuſmodi alienatio permittatur *Cra-*
uet.conſ.713.per totum,& quæ diximus de conſenſu domi-
ni,procedunt quoad ipſius domini præiudicium,non au-
29 tem quoad agnatos,ſiue dominus conſenſerit, ſiue non
quia quoad eos ſuſtinetur alienatio,ſeu diſpoſitio, cum
nemo poſſit allegare defectum conſenſus domini, & ſic
nullitatem, niſi ipſe Dominis, ſi velit, ſecus ſi nolit,
Bald.in lege fin.in fine,Cod.de reuoc. donat.poſt eos, quos ci-
30 *tat dicto conſil.57.numero 7.& 30. libr.3.Aym. in reſponſ.*
pro Genero,numer.393.Cephal.conſ.3.num.118.Natta conſ.
475.num.14.

31 Et præmiſſa procedont, nempè quod feudum nouum
valeat à primo acquirente alienari in præiudicium ſuc-
ceſſorum, præſertim, quando fuit pecunia patris, em-
ptum, ex quo tunc dicitur profectitium, quicquid ſit,
quando illud prouenit ex liberalitate concedentis, tra-
dunt etiam *Bald.in l.1.in fine,Cod per quas perſon.nobis ac-*
quirend. Aret.in leg.apud Iulianum,§.ſi quis alicui in fine,ff.
de leg.1.Cornel.conſ.51.verſic.ſed his non obſtantib.lib.3.&
conſ.37. eodem libr.Curt.iun. de feud.par.4. in vlt.cauſ.pri-
uil.reg.1.verſic.& prædicta regula,col.4.in concluſ. compro-
32 bat *Natt.conſ.503.num.3. Pinell. de bon.mater. dict.parte*
3.num.98, verſ. hoc autem latius procedit. Aym. conſ.135.
num.8. Berrett.conſ.78. num.13. alios citat Menoch.conſil.
409.numer.18.& 19.plura per Natt.conſ.674.numer.8.&
14.vſque ad 19.Valaſch.de iure emphyt.quæſt.49. numer.7.
Marcabrun.conſ.72.nu.72.

33 Non mouet, quatenus obijceretur de beneficio inuen-
tarij, quia non ideo minus hæres cogi poſſet ad obſer-
uantiam diſpoſitionis ipſius patris: non enim inuenta-
rium prodeſt quoad ea,quæ fuerunt hęreditaria defuncti:
quo in caſu eo non obſtante tenetur hæres ratum habere
factum ipſius defuncti, *Doctor. in lege fin. §.in computa-*
tione, Cod de iure delib.Socin.iun.conſil.42. lib.ſecundo Ro-
land.conſ.67.num 45.libr.primo, latè Phanuc.de inuenta p.
6.verſ.8.inſertur.Valaſch.de iure emphyt.q.45.num.5. Rol.
de inuentar.p.4.§.numquid hæres.in princ. Burſat.conſ.291.
nu.79.& 131.lib.3.

34 Sed quæritur quid ſi bona, ſeu feudum debet perue-
nire ad primogenitum eſt conceſſione Principis, & pa-
ter alienando promiſit de ſuo dato, & facto, tantum
illud tacendo.

Reſpondetur non excuſari, quia de euictione tenea-
tur ſi non certiorauit emptorem quod iſta bona debe-
rent poſt mortem ſuam peruenire ad filium primogeni-
tum ex Principis conceſſione, ideo vendidit dicta bona
tanquam libera,fuit venditur in dolo tacendo,& mentiē-
do,vnde hęres eius tenetur de euictione,etiamſi promiſe-
rit de ſuo dato,& facto tantum,*l.emptorem, § fin. de actio.*
empt.l.quæro cum ibi notat,per Bar.eodem titul.

35 Item venditor qui promiſit de ſuo facto tantum,
tenetur etiam de factu hæredis, *Bald. in lege fin. Codic.de*
actio. empti, vbi vult, quod ſi quis promittat de ſuo da-
to, vel de ſuo facto tantum, quod tamen tenebitur de
facto ſuo hęredis eſt *text.in lege ſtipulatio iſta in princ.ff.de*
verb.oblig.verſ.ſed ſi ſe.ergo,& è conuerſo, iuxta quod no-
tat *Gloſs.in lege ſi ſeruus in princ.& ibid.Caſtrenſ.de condit.*
furti. ſi hęres conuenerit de ſuo facto, tenetur etiam de
facto defuncti.

Rurſus ex quo pater recepit bona pro ſe, & filio ſuo
primogenito, ſi is veniat aduerſus alienationem à patre
factā, dicitur fieri euictio de dictis bonis ex facto, & præ-
ordinatione patris acquirentis, quoniam ipſe ſic acqui-
rēdo ex cauſa,quod ille,qui eſt primogenitus valeat dicta
bona euincere, & propter hoc dicatur facto illius, ſequi
euictio,

Digitized by Google

euictio, ſecundum *Gloſſam in lege ſi familiæ, ff. fam. herciſc.*
36 cum dixit, quod ſi in diuiſione vni ex fratribus obuenit
allodium, alij feudum, & iſte ſit mortuus relicta filia, quæ
non ſuccedit in feudo, & dominus feudi illud aduocet,
quod filij agere non poterit de euictione contra patruum
quoniam euictio contingit facto patris ſui acquirentis
feudum pro filijs maſculis, & cum *Glo. tranſeunt Doctores,*
quos adduxi in q. 115. n. 12.

Cæterum ſupradictis non refragantibus, concluditur
in præſenti euictionis actionem fore denegandam. Nam
37 licet vt ſupra ab alienare fuerit promiſſum, nempè de ſuo
facto, & dato, non tamen ex facto & opera alterius, atque
ita venditio iſta, & patris alienatio non præiudicat pri-
mogenito etiam hæredi, ad quem ex tenore conceſſionis
factæ à Principe debuerunt bona prædicta peruenire,
etiamſi non fuiſſet hæres patris, ad not. per *Bart. in leg. vt*
iuſiurandi, §. ſi liber. de oper. liber. & per feudiſtas in capit. 1.
an agna. vel filij, & in lege apud Iulianum, §. ſi quis alien.
ff. de leg. prima voluit Bald. in leg. qui ſe patris col. 6. verſic.
Item quæritur ſi vaſallus, C. vnd. liber. cum voluit, quod ſi
pater renunciauit feudo, & promiſit non contrauenire, &
38 promiſſio facta fuit pro tantum, non impediuntur filij,
qui ex nouo iure agunt poſt obitum patris, dum tamen
ſint hæredes ſecundum naturam feudi. *argu. leg. cum pater,*
§. hereditatem, ff. de legat. 2. & l. Paulo Callimacho, §. fin. ff.
de legat. 3. & ſic vult. Bal. quod filijs etiam hæredibus non
39 præiudicet promiſſio, & patris renunciatio in his termi-
nis, quando adeſt taxatiua. ſequuntur *Ruyn. conſ. 42. num.*
17. lib. 1. & Decia. conſ. 121. num. 32. lib. 2. quamuis in conſ.
2. nu. 15. lib. 1. Bald. reprehendat, quem nihilominus pro-
bat *Surd. conſ. 353. num. 26. lib. 3.* Taxatiua enim excludit
omnes caſus, præter expreſſos, *leg. qui in aliena. § libertos,*
ff. de neg. geſt. Paul. de Caſtro conſ. 339. numer. ſecundo libro
40 *1. Rom. conſ. 456. numer. 1. Dec. conſ. 328. nu 5. Mazol. conſ.*
144. nu. 74. li. 3. inter conſ. Sor. iun. Pariſ. conſ. 85. nu. 48. libr.
2. Berous conſ. 187. num. 39. lib. 1. Tiraquell. de retractu con-
ſang. §. 1. Gloſs. 6. numer. 2. Cranett. conſ. 37. num. 31. Oſaſch.
deciſ. 167. numer. 14. Rota coram Sanctis. Ludouiſio deciſio.
465. num. 5.

Item, quia non debetur euictio, vbi bona euincuntur
41 ex natura rei, hoc eſt conceſſionis Principis in caſu no-
ſtro, *ad Gloſs. & Doct. in d. lege ſi familia, Cod. famil. berciſc.*
Berous conſil. 41. numer. 48. lib. 1. Roland. conſil. 51. num. 19.
lib. 4. latè Becc. conſil. 24. num. 34 cum ſeq. vbi, quod nec a-
gitur ad pretium, *Maſtrill. deciſ. 61. nu. 6. Roſental. de feud.*
cap. 9. membr. 1. concl. 54. nu. 17. & infra Ruyn. conſil. 7. nu.
18. lib. 3. & ita teneo.

Non obſtat, quod pater potuerit alienare ſine conſen-
ſu concedentis, & ſic filijs præiudicare, cum fuerit auctor
acquiſitionis, & ſui contemplatione, & intuitu facta con-
ceſſio.

42 Quia reſpondetur, quod licet pater non prohibeatur
filijs præiudicare ex defectu poteſtatis per præallegata,
illis tamen in caſu, de quo agitur, non præiudicatur ex
defectu voluntatis. Etenim, cum de ſuo facto tantum te-
neri velle declarauerit, ex hoc apparere dicitur, quod fi-
lijs præiudicare noluit, nec tanquam filijs, nec tanquam
hęredibus, nec ideò mirum, ſi poſt mortem patris illis
permittitur agere ex iure ſuperuenienti ſecundum *Bal. in*
d. l. qui ſe patris, vbi loquitur de filijs etiam hæredibus, in
terminis ita reſpondit *Ruyn. d. conſil 42. ſub nu. 17. verſic.*
nec obſtant allegata in contrarium lib. 1.

43 Et per hęc etiam reſpondetur ad id quod objici ſolet
videlicet, quod hęres venire non poteſt contra factum
defuncti. vulgata *l. cum à matre, Cod. de rei vendicat.* quia
procedit, quando defunctus ſimpliciter promiſit, vel
contraxit, quo caſu ad hæredem tranſit conuentio, &
obligatio, *leg. pactum. de probat.* at ſecus, quando taxa-
tiuè facta fuit promiſſio pro ſe tantum, vel de facto ſuo
ſolum, quia tunc promiſſio non tranſit ad hæredem, ne-
que etiam hæres prohibetur contrauenire, ita in termi-
nis poſt *Bart. Bald. Aret. & Alex.* ab eo adductos reſpon-
dit *Ruyn. dicto conſ. 42. ſub num. 17. lib. 1.*

ARGVMENTVM.

Pactum euictionis ſi generaliter non concipiatur, ſed ad certam cauſam, & perſonam ſit reſtrictum, actio an detur ad pretij reſtitutionem.

Emptor ob non implementum, quando poſſit agere ad intereſſe, vel pretij reſtitutionem.

Pactum, vt re non tradita, vel euicta, alia res ſit empta, an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum euictionis, vbi non generaliter concipitur, ſed ad certam cauſam, & perſonam ſit reſtrictum, actio ad pretium non datur.*

Contrarium nu. 2.

3 *Pretium reſtituitur emptori, etiam quod venditor dixerit nolle teneri de euictione, niſi pro dato, & facto ſuo tantum, & non aliter, nec alio modo, etiam quod emptio facta ſit a ſciente.*

4 *Stipulatio de euictione ſimpliciter facta licet nihil operetur quando de euictio ſequitur ex natura rei, vel prçordinatione authoris, non tamen ſit in eum caſum facta ſit, obligat promittentem, quando caſus ſuccedit.*

Declaratur procedere, vbi tamen per venditorem fuerunt impleta promiſſa, nu. 5.

6 *In contractibus innominatis non eſt locus pęnitentię ob inobſeruantiam alterius partis, ſed agitur ad implementum, vel ad intereſſe, quando contractus fuit perfectus per traditionem rei venditæ.*

7 *Emptor, vt re tradita agere non poſſit ad pretij reſtitutionem, ſi venditor factum precisè pręſtare non poteſt, ſufficit adimplere per ęquipollens, ita vt emptor reddatur ſecurus.*

Fallit re non tradita, nu. 8.

9 *Libellus generalis, in quo petitur rem tradi, aut intereſſe præſtari quod comprehendat.*

10 *Iuramentum in contractu appoſitum efficit, vt non implens incidat in pœnam l. ſi quis maior. C. de tranſact. & contractus reſoluitur ob periurium, & agitur ad reſtitutionem pretij.*

Quidquid aliud ſit intereſſe, quod peti poteſt cum negocio principali, n. 11.

Et datur electio venditori, nu. 12.

13 *Exceptio implementi venditoris, non retardat executionem obligationis Cameralis.*

Præſertim, vbi ſuper exceptione lis pendet, n. 14.

15 *Emptor eo ipſo quod eſt in poſſeſſione rei emptæ tenetur ad fructus, etiam quod res vendita non ſit libera, nec illi fuerit adimpletum.*

Fallit, ſi non adimplementum eſt clarum, & liquidum, & de eo non controuertitur, ſecus ſi ſuper eo eſſet controuerſia, num. 16.

17 *Pactum valet inter emptorem, & venditorem, quod ſi res vendita non tradatur in termino, vel tradita euincatur, alia ſit empta.*

Digitized by Google

Quæſt. LVII.

1 EX præcedenti quæſtione infero ad pactum euictionis,
quod generaliter non concipitur, ſed ad certam cau-
ſam, & perſonam eſt reſtrictum. Exempli gratia, ſi ita
conuentum ſit, vt venditor de euictione non teneatur, ſi
lis moueatur à Seio. Et hoc caſu concludendum videtur
actionem ad pretij, reſtitutionem non competere, ſecun-
dum *Gloſs. in l. libertatis per illum text. ff. de euictio. & ibi-
dem Bal. Ang. & Salyc. Roman. ſing. 387. Paul. de Caſtr. in l.
emptorem, §. qui autem, ff. de action. empti. Marſil. ſing. 656.
Ripa in l. ſi aliquam rem nu. 47. ff. de acquiren. poſſeſſ. Natta
conſil. 181. numer. 7. Tiraquell. de retractu conſanguin. §. 12.
Gloſ. 1. numer. 14.* cum enim expreſſa ſit certa cauſa, em-
ptor ſibi debet imputare, cur prius quam emerit, non
fuerit diligens inueſtiganda ipſa cauſa, & an res ſubiecta
eſſet euictioni.

Sed in contraria ſententia fuerunt *Rab. Alex. in repetit.*
2 *l. non ſolum, §. morte n. 446. ff. de noui oper. nunc. Couar. var.
reſol. lib. 3. c. 17. nu. 1. Caballin. de euict. §. 5. ſub num. 26.* qui
alios allegat, & his nouiſſimè accedit *Fachin. controuerſ.
iur. lib. 2. c. 40. ſub litt. B. verſ. contrarium, qui textus in lege
libertatis, ff. de euict.* reſpondendo dicit, nil aliud dicere,
niſi venditorem eo caſu de euictione non teneri, videli-
cet quoad vtilitatem, non autem quoad pretij reſtitutio-
nem, ne contrarietur, *lege emptorem, §. qui autem, ff. de
actio. empti.*

Neque ratio ex aduerſo allegata obſtat, quia etiam
cum nulla cauſa exprimitur, ſed tantum generaliter illud
in conuentionem deducitur, vt de euictione agi non poſ-
ſit, emptor deberet ſibi imputare, cur eam rem emerit
quam certo non ſciebat eſſe venditoris, cum tamen dili-
genter perquirere debuiſſet, an eſſet in illius dominio; at
quoniam bonæ fidei eſt contractus, æquitas non patitur,
vt venditor pretium retineat eo caſu, quo emptor rem
amittit, etiam quod magis eſt, venditor de euictione ſe
obligauerit pro dato, & facto ſuo, & non alias, nec alio
modo, quia iſta verba non excludunt ſaltem pretij reſti-
tutionem, cum ſemper debeat reſtitui emptori pretium
3 per venditorem, quamuis ſibi præcauerit nolle teneri de
euictione aliquo modo, & a quocunque emanauerit, ſiue
pro dato, & facto ſuo tãtum, ſiue per ſimilia verba, etiam
quod emptio facta fuerit à ſciente *d. leg. empt. §. fin. de act.
empt. Bal. in l. 1. n. 9. C. de peric. & commod. rei vend. Marſil.
d. ſing. 656. Natt. conſ. 181. nu. 7. latè Surd. conſ. 36. n. 21. lib.
1. poſt Afflict. in c. Imperialem notab. 13. num. 108. & 19 de
probib. feudi alien. per Feder. Borg. in c. ſi ſub n. 15. verſ. quid
autem è contra.* quando venditor dicit de empt. & vendit.
*Curt. iun. in leg. emptioatbus in fin. ff. de pact. Caſſan conſil.
55. nu. 43.* nam talis promiſſio eſt valde potens, vnde vi-
4 demus quod etſi ſtipulatio de euictione ſimpliciter facta
nihil operetur, quando euictio ſequitur, ex natura rei, vel
præordinatione authoris, tamen ſi in eum caſum ſpeciali-
ter, & præciſe facta ſit obligat promittentem, quando ca-
ſus ille ſuccedit, ſicuti voluerunt *Odofred. Cyn. Bar. Bal. Al-
ber. Angel. Caſtr. Salyc. & alij in l. ſi familiæ poſt Gl. ibi, C.
fam. hercijcund. Bal. Marti. Laud. & Card. Alex. in cap. 1. §.
Rurſus fidelis. quib. mod. feud. amit. Signorol. conſ. 117. num.
4. Anchar. conſ. 76. num. 3. Roma. conſ. 503. n. 14. Alexand.
conſ. 21. num. 6. & 7. lib. 5. latè Rol. conſ. 51. n. 10. & ſeq. lib. 4.
Becc. conſ. 24. n. 32. & ſeq. Sard. conſ. 67. n. 53. & conſ. 70. nu.
17. lib. 4.* Et prædicta locum habent, vbi per venditorem
fuerunt impleta promiſſa; quando autem non fuit imple-
5 tum agitur ad implementum, cum in contractibus in-
nominatis non ſit locus pænitentiæ ob inobſeruantiam
alterius partis, *leg. in ciuile, vbi Bald. & Salycet. in princip.
6 Cod. de rei vendit. leg. non idcircò in fine Cod. de contr. abend.
emptio. Nat. conſ. 171. nu. 1. lib. 1.* Sed agatur ad implemen-
tum, vel ad intereſſe, maxime, quando contractus fuit
perfectus per traditionem rei venditæ. *Alexan. in leg. cum
proponas la 2. nu. 4. & ibidem Dec. nu. 7. & Curt. iun. nu. 11.
Cod. de pactis Ruyn. conſ. 128. in fin. lib. 5. & Guid. Pancirol.
conſ. 73.* quia vt re tradita emptor agere poſſit ad reſtitu-
7 tionem pretij, ſi venditor præciſè præſtare non poteſt
ſufficit adimplere per æquipollens, ita vt reddatur em-
ptor ſecus, ſit *Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1253. nu. 1. &
2.* vbi ait ita quoque reſolutum in cauſa *Romana Palatij
7. Maij 1590. coram bon. mem. Bubalo, & in cauſa Auxima-
na bonorum. 2. Iunij 1595. coram D. Cardin. Millino. Afflict.
deciſ. 171. Alex. conſil. 65. nu. 5. lib. 5. & iterum Rota coram
Cardin. Seraphin. deciſ. 1275. nu. 1. & 2.*

8 At ſecus re non tradita, quo caſu poteſt emptor repe-
tere pretium, non vt pretium, ſed vt intereſſe, ſicut re euі-
cta, *leg. emptor. §. ibid. ff. de actio. empt. leg. ſicut in fine, C. eo-
dem tit. Rota deciſ. 741. num. 1. p. 1. diuerſ. & deciſ. 139. n. 2.
inter impreſſ. poſt tract. Ciuc. de Cenſib.* & fuit etiam dictum
in Peruſina dotis coram *R. P. D. Ortembergo, impreſſa pe-
nes Marcheſan. de Commiſſion. tom. 2. fol. 589. ſub numer. 4.
Ruyn. conſ. 141. num. 9. ad finem lib. 1. poſt Bald. in l. ſi tradi-
9 tio ſub num. 4. C. de actio. empt.* vbi ex hoc concludit in li-
bello generali, in quo petitur rem tradi, aut intereſſe præ-
ſtari, comprehendi reſtitutionem pretij, & intereſſe con-
uentum, & ſingulare, & quanti plurimi intereſt, dummo-
do ſit intereſſe circa rem, vel intra rem, vel de natura rei,
non extra rem, & extra naturam rei, *lege ſi ſterilis, §. cum
10 per venditionem, ff. de actio. empti.* præcipuè ſtante iura-
mento, quod ſi non obſeruetur, facit vt non implens inci-
dat in pœnas *lege ſi quis maior. Cod. de tranſact.* & ita con-
tractus etiam ab initio validus reſoluitur ex periurio ex
poſt facto ſuperueniente, & agi poteſt ad reſtitutionem
11 pretij *Raya. d. conſ. 141. numer. 9. lib. 1.* Quidquid aliud ſit
ad intereſſe, quod peti poteſt cum negocio principali,
nempè de intereſſe, fructuum, vel penſionum *l. Lucius Ti-
tius de act. empti.* Illud enim petitur addictiue, & in eo
12 non datur euictio venditori, prout daretur quando pe-
titur alternatiuè *Bald. in l. traditio nu. 2. C. de act. empti.* Et
ſic nota modum, per quem indirectè agi etiam poteſt ad
reſciſſionem contractus nominati propter non imple-
mentum partis contrariæ, licèt principaliter, & directè
agi non poſſet, ſed agi debeat ad implementum. *Card. Se-
raphin. deciſ. 591. n. 8. & 9. & deciſ. 1133. nu. 1. Put. deciſ. 1.
de tranſact. latè Mareſcot. vor. reſol. lib. 1. c. 89.*

13 Sed an exceptio non adimplementi venditoris ſal-
tem retardet executionem obligationis Cameralis maior
eſt difficultas, & reſolutiuè agendo dicitur non poſſe, cũ
requirat altiorem indaginem. *Rom. conſ. 76. numer. 3. &
ſeq. Galleſ. ad form. Cameral. oblig. parte 4. q. 1. nu. 17. Couar.
de execut. inſtr. quæſt. 51. Cardin. Seraph. deciſ. 110. numer. 4.
& cenſuit Rota in Calagurritana, ſeu Hiſpalen. penſionis 28.
Iunij 1605. coram bon. mem. Pænia in Romana Cenſus co-
ram Sanctiſs. & Romana executionis laudi 12. Decembris
1613. coram R. P. D. Vbaldo.* Et præſertim, quod vbi ſuper
14 exceptione lis pendeat, & ſi requirat altiorem indagi-
nem, fuit deciſum in vna Romana Anguillaria 6. Martij
1591. coram Orano. Et ideo emptor eo ipſo quod eſt
in poſſeſſione rei emptæ, tenetur ad fructus, etiam quod
15 res vendita non ſit libera, nec illi fuerit adimpletum. *Bal.
in l. 2. nu. 2.* vbi etiam *Paul. de Caſtr. nu. 1. C. de vſur. Alex.
conſ. 147. n. 3. lib. 4. latè Gabr. de empt. & vendit. concl. 4. nu.
9. & latius per Surd. conſ. 101. nu. 23. & deciſ. 117. num. 7. &
fuit ſentum in vna Beneuentana pecuniaria 15. Iunij 1607.
coram Card. Sacrato.*

16 Fallit, ſi non adimplementum eſt clarum, & liquidum,
& proptèrea non controuertitur. *Oſaſch. deciſ. 50. nu. 10.
Fab. Turret. conſ. 74. n. 38. & conſ. 78. n. 15. lib. 1. Cephal. con-
ſil. 312. nu. 100. & conſ. 407. nu. 15. & 19. lib. 3. cum alijs per*

Cato:.

Digitized by Google

*Carol.de Graſſ.de except.excep.*12.*num.*37.*&* 40. Secus ſi
ſuper eo adeſſet controuerſia, quia non impeditur execu.
tio, vt ſupra *Rota coram Sanctiſſ. Ludouiſio deciſ.*124.*Card.
Seraph.deciſ.*1455.*num.*2.*Rota deciſ.*686.*num.*2. *part.*2. *in
recent.*

17 An autem emptor paciſci poſſit, a principio, quod ſi
res vendita non tradatur in termino, vel ibi tradita, euin-
catur, alia ſit empta, pro affirmatiua reſoluunt ſcribentes,
nempè, pactum iſtud eſſe legitimum, & validum, vbi pars
aliqua principalis, & legitimæ commutationis. Nam quē-
admodum venditor poterat permutare fundum ſuum
cum re alia, puta domo, ita poteſt ſtipulari eandem do-
mum, cuius ſimilem fortè empturus, vel redempturus erat
pretio fundi die ſua ſoluto. Et ſic in effectu eſt vera per-
mutatio domus cum fundo conuenta in caſum, quo em-
ptio fundi ex parte emptoris ſua die non impletur, vel
noua venditio, & emptio domus pro pretio fundi in ean-
dem venditionem collata, & conuenta, ad *tex.in leg.*2.*C.
de pact.pign.& tradit Roder.de annu. reddit.lib.*2. *quæſt.*2.
*ſub num.*41.*& ſeq.* vbi quod ſecus ſi venditor ex interual-
lo acquiſita obligatione pterit faceret hoc pactum cum
emptore debitore ſuo, vt ibidem per dictum Roder.
quem videas.

ARGVMENTVM.

Euictio, damna, & intereſſe; an & quando debeantur ex venditione rei expreſsè alienari prohibitæ.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur nulla ipſo iure, quando expreſsè prohibita eſt alienatio.*
*Contrarium n.*6.*& infra, vbi diſtinguitur.*
2 *Venditor, ratione ignorantiæ excuſatur à præſtatione damnorum, & intereſſe.*
*Saltem ad totum, num.*5.
*At vide n.*20.*&* 24.
3 *Alienans rem litigioſam ignoranter, non incurrit pœnas impoſitas ſcienter alienantibus.*
*Sed vide n.*23.
*Vt in hærede ſuccedente in ius alterius, n.*4.
7 *Venditio liberi hominis, tenet ad hoc, vt emptor conſequi poſſit damna, & intereſſe.*
8 *Venditio rerum ſacrarum tenet ad effectum, vt emptor conſequi poſſit quod ſua intereſt.*
9 *Decipi dicitur tam is, qui venditoris ignorantia, quam qui ex eiuſdem calliditate decipitur.*
11 *Contractus à conuentione legem accipiunt.*
12 *Damna, & intereſſe debentur ex pacto conuento.*
13 *Venditor non tenetur præcisè dominium rei in emptorem transferre, ſed ad intereſſe tenetur.*
14 *Dominium non transfertur venditione, ſed traditione.*
15 *Prohibitio alienationis non reſiſtit venditioni, ſed translatione dominij.*
16 *Prohibitio expreſſa reddit actum à principio ipſo iure nullum, non tacita.*
17 *Alienatio per expreſſam prohibitionem redditur nulla, non autem venditio.*
18 *Contractu nullo ſtante, tunc acceſſoria corruunt, quando contractus annullatur propter defectum formæ, ſecus ſi propter defectum materiæ.*
19 *Alienatio ſi prohibita eſt fauore alterius, quam alienantis, tunc quod attinet ad eius præiudicium contractus tenet, et non eſt prohibitus.*
20 *Principali ſublato non tolluntur clauſulæ acceſſoriæ, vbi non militat eadem ratio in clauſula acceſſoria, quæ militat in principali, vel ſi talis clauſula poſſit per ſe ſtare.*
22 *Venditor ob ignorantiam rei alienæ non excuſatur ab obligatione euictionis.*
23 *L.ſi procurator, de iure fiſci, licet dicat, quod procurator fiſci, qui rem aliquam vendidit, & duplum, ſeu triplum promiſit, non tenetur, niſi ad ſimplum, non excludit obligationem ad damna, & intereſſe, reſpectu illius ſimpli.*
25 *Vaſſallus, qui ignorans fraudum vendidit, tenetur ad intereſſe.*
26 *Alienationis prohibitio, quæ concernit ſolum commodum minoris, & non alterius perſonæ, facit quod tutor, & fideiuſſor de euictione teneatur iuxta communem ſententiam.*
27 *Fideicommiſſi ſcientia non habetur in conſideratione, ſtante expreſſa alienationis prohibitione.*
28 *Euictio non debetur ex contractu venditionis à lege prohibito.*

Quæſt. LVIII.

AN idem quod ſupra fuit dictum de re aliena, vel one-
ri fideicommiſſi, ſeu libellario ſubiecta, reſoluendum
ſit, quando res vendita fuit expreſsè alienari prohibita,
licet promiſſum ſit de euictione, quæſtio eſt non contem-
nenda.
1 In qua concludendum videtur quod non, ex quo ven-
ditio ab initio eſt nulla ipſo iure ob expreſſam alienatio-
nis prohibitionem, ad *Bart. doctrinam in leg. filiusfam. §.
Diui num.*6.*& ibidem Caſtr.num.*7.*ff.de leg.*1. Quare ſequi-
tur, quod omnes promiſſiones in dicto contractu factæ,
tamquam acceſſoriæ ſint nullæ, vt per *Grat.conſil.*91.*num.*
20.*&* 21.*lib.*1.*Gabr.de clauſul.concl.*10.*Menoch. conſ.*559.
2 *num.*2.*&* 19.*lib.*6. quæ præſertim procedunt, quando
venditor ignorauit prohibitionem, quia ratione ignorā-
tiæ excuſatur à præſtatione damnorum, & intereſſe, ex
*Abb.poſt Hoſtienſ.in cap.Eccleſia S.Mariæ num.*10. *vt lite
pend.& Imol.ibi num.*4. vbi quod alienans rem litigioſam
3 ignoranter, non incurrit pœnas impoſitas ſcienter alienā-
tibus, *Boſſ.tit.de pœn.num.*41. *cum congeſtis per Bart. conſil.*
4 89.*num.*7. vbi exemplificant in hærede ſuccedente in ius
alterius, & adducunt *text.in cap.*2.*de conſtit.& Modern.de
attent.*2.*p.c.*4.*profat.n.*451.*& infra faciunt Bar. in l. Iulia-
5 nus in fine princip.de action.empt.& vend.& Capoll. in l.*1.
*§.cauſa n.*14.*de ædil.edicto*, vbi quod ſaltem venditor igno-
rans non tenetur ad totale intereſſe.
6 Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrarium reſolui-
tur, quia licet ad effectum translationis dominij rei ven-
ditæ dici poſſit venditio nulla; tamen ad effectum, vt te-
7 neat venditio in præiudicium venditoris, ſecus eſſe vide-
tur, leg.& liberi hominis, de contrah. empt. nam tenet
venditio liberi hominis ad hoc, vt poſſit emptor conſe-
qui damna, & intereſſe *l. empti actio, Cod.de euict.* pariter
8 pro certo habemus, res ſacras, & publicas priuatorum do-
minio ſubijci non poſſe, & nihilominus earum venditio
tenet ad effectum conſequendi id, quod emptoris inte-
reſt, *§.fin.inſtit.de empt et vendit.* vbi quamuis dicatur em-
ptorem eſſe deceptum, non tamen ſtatim ſequitur, quod
fuerit deceptus dolo venditoris. Nam & decipi dicitur
9 tam is, qui venditoris ignorantia, quam qui eiuſdem calli-
ditate, & verſutia decipitur, *lege* 2.*cauſa de ædil. edicto*;
Nec propterea ad hunc effectum traditur videtur a Do-
ctor. talem alienationem a principio eſſe nullam, ſed ad
conſtituendam differentiam inter alienationem factam
ignoranti rei fideicommiſſo conditionali obnoxiæ, non
tamen expreſsè prohibitæ alienari, & rei expreſsè aliena-
ti prohibitæ, vt ſcilicet primo caſu teneat venditio, & do-
minij translatio, quæ poſtea euenente caſu reſoluitur, ſe-
10 cundo vero caſu nūquam transfertur dominium, cum a

pri-

principio ſit nulla, *l. fin. §. ſin autem, Cod. de commu. de leg. Ruyn. conſ. 76. n. 3. lib. 2.*
11 Præterea cum habeamus expreſſum pactum, & contra-
ctus ſit iuratus, ambigendum non videtur de huiuſmodi
obligatione, ex quo contractus a conuentione legem ac-
12 cipiunt *l. contractus, ff. de regulis iuris.* Et quod ex pacto
conuento debeantur damna, & intereſſe cenſuit *Rota in
Senogallien. pradij die 24. Octobris 1586. coram R. P. D. Bu-
balo.*

Nec obſtat quod obijcitur, alienationem abſolutè eſſe
nullam a principio, quoniam aſſumptum eſt falſum: quia
fuit quidem nulla reſpectu alienationis, non autem reſpe-
ctu præiudicijs venditoris, cum ſi inſpiciamus naturam
ipſius contractus, venditor non tenetur præcisè dominiũ
13 rei in emptorem transferre, ſed ſolum ad intereſſe tene-
tur *l. contractus, C. de fide instr.* neque venditione transfer-
14 tur dominium, ſed traditione, *l. qui ſibi C. de his, qui a non
15 domi. man. fuut.* Vnde cum alienatio fuerit prohibita, talis
prohibitio expreſsè non reſiſtit venditioni, ſed alienatio-
ni, idest, vt inquit *Bar. in l. cum lex n. 1. de fideicom. transla-
tione dominij*, & ideo obligationis perſonali poteſt acce-
dere fideiuſſor, & licet in quandam conſequentiam ven-
16 ditio cenſeatur prohibita, quia per eam deueniri non
poteſt ad id, quod prohibitum eſt; tamen prohibitio eſt
tacita, vt dicit idem *Bar. vbi ſupra n. 10.* & prohibitio ex-
preſſa eſt illa, quæ reddit actum ipſo iure nullum a princi-
pio, non autem tacita, *l. fin. §. fin. C. comm. de legat. & idcir-
17 cò Doct. in d. l. filiusfamilias, §. Diui. ff. de leg. 2.* agentes de
hac prohibitione dicunt alienationem nullam, non au-
tem venditionem, vt *Bar. ibidem n. 6. Caſtr. n. 7. Ripa, n. 48.
& reliqui omnes.*
18 Rurſus dici poteſt, quod tunc contractu nullo ſtante,
accessoria quoq; corruunt, veluti fideiuſſoria obligatio,
quando contractus annullatur propter defectum formæ;
non tamen ſic eſt, ſi propter defectum materiæ; modo in
quæſtione, de qua agimus, contractus peccat in ſola ma-
teria, quia res vendita erat alienari prohibita, vt per *Aug.
in d. l. cum lex n. 1.* & ita diſtinguendo, etſi ſub alijs verbis
ſenſit, *Paul. de Caſtr. ibid ſub n. 9. verſ. aliquando*, cum dixit,
19 quod ſi alienatio eſt prohibita fauore alterius, quam alie-
nantis, vt propriè contingere ſolet in fideicommiſſis, &
ſubſtitutionibus, tunc quod attinet ad eius præiudicium,
contractus tenet, & non cenſetur prohibitus.
20 Ac denique dicitur, quod vbi non militat eadem ratio
in clauſula acceſſoria, quæ militat in principali, non tol-
luntur clauſulæ acceſſoriæ ſublato principali contractu,
vel ſi talis clauſula poſſit perſiſtere, prout probat *Gabr. d.
concluſ. 10. num. 9. & 10.* Verum in præſenti diuerſa eſt ra-
tio, quia prohibitio reſpicit tantum effectum alienationis
ex contractu reſultantem, vnde in cæteris merito ſuſtine-
ri poteſt contractus ex eius propria natura, quæ vt dixi,
præcisè non obligat venditorem ad translationem do-
minij.

Et ad id quod dicebatur de excuſatione venditoris,
ratione ignorantiæ.
21 Reſpondetur quod venditor etiam ignorans tenetur
de euictione, & ad damna, & intereſſe ex natura ipſius
actionis ex empto, *l. contractus, C. de fide inſtr.* nempè, vel
vt impleatur contractus, vel præſtetur intereſſe, & in hoc
nulla ſit diſtinctio inter venditorem ſcientem vel igno-
rantem, quia vt alias ſuperius fuit dictum, ex eius igno-
rantia non diminuitur intereſſe emptoris, & idcircò pro-
22 pter ignorantiam rei alienæ non excuſatur venditor ab
obligatione euictionis, *tot. tit. ff. & C. de euict.* a pari pro-
cedunt reſtitutio pretij, & præſtatio intereſſe intrinſeci,
vt declarat *Affl. post Iſern. in tit. de prohib. feudi alien. per
Feder. in not. 13. ſub num. 7. in verſ. quærit tamen hic Andr.*
quod comprobatur ex eo, quod reſoluit *Rota in Volatera-
na Terrarum. 18. Apr. 1586. coram Card. Blanchetto*; in qua
fuit dictum, quod *tex. in l. ſi procurator, de iure fiſci*, quam-
uis dicat, procuratorem fiſci, qui rem aliquam vendidit,
& duplum, ſeu triplum promiſit pro euictione, non teneri
23 niſi ad ſimplum, non tamen excludit obligationem ad
damna, & intereſſe reſpectu illius ſimpli. eſt *tex. in c. ſi va-
ſallus feudum, & ibi Affl. & l. ſi de feud. defun. fuer. contron. in-
24 ter dom. & vaſall.* vbi vaſallus, qui ignorans feudum ven-
didit, tenetur ad intereſſe.
25 Nec mouet quod additur, non deeſſe, qui aſſerant, non
deberi totale intereſſe.

Quia reſpondetur hic agi de intereſſe intrinſeco circa
rem, ad quod ſiue ſciens, ſiue ignorans venditor tenetur,
non autem agitur de intereſſe intrinſeco, iuxta terminos
*d. l. Iulianus in princ. iuncta l. ſterilis, §. cum per venditorem
eodem tit.* nam ob ignorantiam non excuſatur venditor
ab illius præſtatione. Et ad doctrinam *Bart. in l. Iulianus*,
reſpondetur illum loqui, quando res deterior remanet
penes emptorem, vt ex *text. quem explicat*; apparet, non
enim in eo agitur de re euicta, ſed de vitio rei venditæ
quod emptor ignorauit, in ſpecie ſic vt ſupra concluſum
fuit per Rotam coram *Card. Seraph. in deciſ. 785. & deciſ.
787. num. 3. quæ in deciſ. 1324. num. 7.* coram eodem dixit,
26 quod alienationis prohibitio, quæ concernit ſolum
commodum minoris, & non alterius perſonæ facit, quòd
tutor, & fideiuſſor de euictione teneatur iuxta commu-
nem ſententiam, de qua ibi per eam, quæ alias cenſuit
27 etiam, quod ſtante expreſſa alienationis prohibitione,
ſcientia fideicommiſſi non ſolet haberi in conſideratio-
ne, vt in *Romana de Garronib. die 8. Martij 1577. coram R.
P. D. Cantuccio, & in deciſ. 199. n. 17. poſt tract. Cinc. de Cen-
ſibus.*
28 Illud quoque notandum eſt, quod euictio non debetur
de contractu venditionis a lege prohibitæ, *Gl. in §. Impe-
rialem, de prohib. feudi alien. per Feder.* quo in caſu locum
non habet *l. ſi fundum ſciens, C. de euict.* quæ loquitur, quã-
do venditur res aliena, cuius alienationi lex non reſiſtit,
licet dominus rei illam reuocare poſſit. Cæterum diuer-
ſum eſt, quando lex prohibet rei alienationem, & contra-
ctum nullum reddit, vt in fundo dotali tradito inæſtima-
to, in quo diſtinguitur; an maritus, vel mulier alienauerit,
vel vterq; & an venditio facta ſit ignoranti fundum eſſe
dotalem vel ſcienti, *Bal. Nouell. in tractatu de dote, par. 7.
priuil. 1. num. 15. latè Menoch. conſ. 559. lib. 6.* & nos dicemus
ſuo loco.

ARGVMENTVM.

Alienatio facta contra expreſſam prohi-
bitionem, quando, & à quo poſſit re-
uocari.

Et quid, quando de euictione fuit promiſ-
ſum.

Item quæ requirantur, vt per alienatio-
nem non dicatur contrauentum pro-
hibitioni.

S V M M A R I V M.

1 *Alienationis prohibitio vbi eſt expreſſa, alienatio ſubſecuta
ſtatim poteſt vendicari.*
*Prima ampliatur, etiamſi emptor & venditor velint à con-
tractu recedere, n. 2.*
Secundo ampliatur, id maximè permitti ei, in cuius fauo-
rem

Digitized by Google

rem fuit prohibita alienatio, num.3.
Primo extende, etiamſi is ſit filius in poteſtate, n.4.
Et debentur fructus à die alienationis, n.5.
Secundo extende procedere quoque, ſi alienans tempore alienationis non haberet filios, ſi tamen poſtea naſcantur, num.6.
Nec ſufficit, ſi allegetur ignorantia, n.7.
At vide ibidem.
Tertio ampliatur procedere etiam in hærede, qui poteſt contrauenire alienationi facta de tali re alienari prohibita, num.8.
Contrarium, num.9.
Limitatur dicta ampliatio, n.10.
Primo fallit, ſi alienans ipſe, qui de euictione tenetur, vellet reuocare, n.11.
Contrarium, n.12.
Sed prior probatur opinio, n.13.
Secundo fallit, quando alienatio facta eſſet ob neceſſitatem hæredis grauati, n.14.
Quod qualiter intelligatur, vide n.15.
Tertio fallit, ſi teſtator vſus ſit verbo ſubiunctiui temporis, num.16.
Intellige, vt n.17.
Quartò fallit quando prohibitio facta eſſet in contractu, num.18.
19 *Alienatio vt valet, & non dicatur contrauentum prohibitioni, quæ requirantur, & n.20.*

Quæſt. LIX.

1 ALienatio quando expreſsè fuit prohibita nedum eſt nulla, vt dixi in præcedenti quæſtione, ſed etiam ſtatim res alienata vendicari poteſt, *l. vnum ex familia, §. ſi de vno l.peto, § fratre & l.cum pater, §.libertis, ff.de leg.2. Doct.in l.filius familias, §. Diui vbi in ſpecie Paul.de Caſtr. num.7. Rip.num.47. Opizo.num.4. Claud.Aquen. num.12. & Crot.num.36. ff. de leg.1.Grat.conſil.21.numer.34.lib.2. Dec.conſil.97.num.7.& conſil.349.Ruyn.conſil.127.numer. 13.lib.5.Roland.conſil.70.in fine.lib.3.Cæphal.conſil.393.n. 129.& conſil.624.num.24.& ſeqq.Burſat.conſ.3.numer.6. lib.1.Decian.conſil.23.num.27.lib.4. & conſil.94. num.19. lib.5.Gabr.conſil.118.num.2.lib.1.Menoch. conſil 1220 n. 1.lib.13.Surd.conſil.116.num.16.lib.1. Petra de fideicomm. quæſt.3.num.2.& ſeqq.Peregr.de fideicomm.art.14.num.8. & art.40.num.27.Grammat.decíſ.93.num.1.Barz. dec.64.*
2 *nu.47.* Etiamſi emptor, & venditor velint recedere à contractu, per ea, quæ ſcripſit *Peregr.conſil.37. numer.7.lib.2.*
3 adeo quod is, in cuius fauorem prohibita eſt alienatio, valeat propria authoritate capere, *Gloſ.in §.de cætero in ver.licentiam damus, in auth. de cætero commun. Iaſ.in d.l. filiusfam.§.Diui Crauett conſil.241.num.16.Ioſeph.Ludou.in*
4 *decíſ.Peruſ.71.num.2.par.2.Ceph.conſil.261. num.20.* dato quod ſit filius in poteſtate, & alienatio facta fuerit à patre, *Gabr. d.conſil.118.num.11.lib.1.Surd.dicto conſil.116. lib.1.& decíſ.242.vbi ſic iudicatum teſtatur Gall.de except.*
5 *ſucceſſ.tit.2.except.4. num.33.part.3.* vnde ſequitur, quod fructus quoque debeantur vocato à die alienationis citra, vt per *Hier.Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita num.408. ff.ad Trebell.Petra de fideicommiſſ.quæſt.3. num.3.* & qua-
6 tenus alienans tempore alienationis non haberet filios, quorum fauore facta legitur prohibitio, ſi ij poſtea ſuſcipiantur, reuocant alienata. *Peregr.de fideicomm.art.14.in*
7 *fine poſt Rip.in d.§.Diui num.17.* Neque excuſat ignorantia dictæ prohibitionis, quin dicatur commiſſum fideicommiſſum, *Gl.in l.cum pater, §.libertis, ff.de leg.2.Paul.de Caſtr.in l.fin.ff.de leg.2.& in leg. filiusfam. §.Diui, vbi etiam Iaſ.num.69.& Rip.num.11.ff.de leg.1.Alexand.in l.quidam ita, §.vlt.num.1.& 3.ff.ad Trebell.& in l.Marcellus, §. res, quæ num.5.& ibi Socin.ſenior.num.10.ff.eod. Surd. d.conſil. 116.num.17.lib.1.Peregr.de fideicomm. art.40. ſub num.39. verſ.Rurſus text.de veriori, & magis communi Rota diuerſ. decíſ.21.& decíſ.22.p.1.decíſ.49.n.4.& in fine p.2. & dec. 268.p.2.in recent.* ſuper quo videas, quæ dicit eadem *Rota per Card.Seraph.decíſ.477.n.5.& ſeq.* vbi, quod præſumitur ignorantia.

8 Ampliatur hoc procedere etiam in hærede, qui alienationi dicto caſu poteſt contrauenire. *Paul.de Caſtr.in dict. l.filiusfamilias, §.Diui, ff. de leg.1.Cuman. conſil.33.Ruyn. conſ.220.lib.1.Dec.conſ.585.num.7.Natt.conſil.470. num. 13.16.& 17.Bero.conſil.129.num.17.lib.2.Crauet.conſil. vltim lib.1.Rim.iun.conſ.23.num.264.Cephal.conſil.282. & conſil.393.num.25.Alex.Rauden.conſil.38. & num.39. & ſeqq.lib.2.Grammat.d.decíſ.93.Oſaſc.decíſ.67.Barz.d.decíſ. 64.num.18. & 57. latè Rota Romana decíſ.110.part.2. in nouiſſ.*

9 Et quamuis *Peregr.de fideicomm.art.33.num.1. & ſeq. Barz.decíſ.42.num.5.& ſeq. Surd.conſ.284.num.20.lib.2. Suarez.in l.quoniam in prioribus, ampl.7.num.2.C.de inoffic. teſtam.Pinell.in l.1.part.3.num.81.C.de bon.mater.Franch. decíſ.83.num.2.decíſ.153.num.17.& decíſ.755. num.7. Rimin.iun.conſ.64.num.16.& 17.Dec.conſil.55.lib.3.* contrarium probent, & *Menoch.conſil.1196.num.8.& ſeqq. lib.12.* dubitet de veritate opinionis Rotæ: tu tamen ab ea non diſcedas.

10 Limitatur ampliatio prædicta, quando alienatio eſſet facta per viam legati, quia tunc non poſſet contrauenire hæres, iuxta *conſ.Ruyn.112.num.13. & 14.lib.4.* quem refert, ac ſequitur *Rota d.decíſ.110.num.24.& ſeqq.part.2.in nouiſſ.vbi n.34. verſ. quantum vero dicitur Alber. & Menoch.idem ſenſiſſe.*

11 Primò fallit principalis concluſio ſuperius firmata, quando is, qui alienauit, ac de euictione tenetur, velle reuocare alienata, quia non audiretur. *Iaſ. in auth.res quæ n. 24.Cod.commun.de legat.Corne.conſil.104. numer.17 lib.3. Franc.Crot.conſil.144.num.17.libro 2.Nat.conſil.144.num. 13.& conſil.145.num.18 lib.1.Cephal.conſil 261.numero 36. Burſat.conſil.173.num.61.lib.1. vbi de communi, latè Surd. dicto conſil.284.Honded.conſil.4.num.61.& ſeq.lib.1.qui loquitur de hærede alienante. Tiraq.de legibus connubial.Gl. 7.num.57.Petra de fideicomm.quæſt.14.n.322. Phanuc.de inuentar.p.7.n.149.& ſeq.Magon.decíſ.Florent.91. nu.15. Rota decíſ.73.n.1.p.1. in recent.*

12 Contrarium probarunt *Bald.in l.2.num.10. C. de reuoc. donat.& in leg.quoties nu.10.C.de fideicomm.Cæphal.conſil. 272.num.54.& conſil.318.num.88.& ſeqq.& numer.101. Afflict.decíſ.240.numer.8.Grammat.decíſ.93.num.1.& ſequent.Magon.decíſ.Florent.92. numero 30. & infra vbi cæteri referuntur. Grammat.decíſ.111. Rota dicta decíſ.110. numer.2.& ſeqq. part.2.in nouiſſ.& Franc. Viu.decíſ.185. num.8.*

13 Sed prior relata ſententia verior videtur, ac magis tenenda, per rationem *leg.cum pater, §.libertis, ff.de leg.2.* & quia nemini permittitur venire contra factum proprium, *l.poſt mortem, et ibi ſcribentes, ff.de adopt.latè Surd.d.conſil. 284.n.5.*

14 Secundò fallit, quando ob neceſſitatem hæredis grauati, & prohibiti alienare, facta eſſet alienatio, quia tunc teneret alienatio, *leg.filiusfamilias, §.Diui, ff. de leg.1.vbi Rip.num.9.& 57.Opizo, num.46.Fernand.Loaz.num.85.& ſequent.leg.peto, §.prædium, & ibi Doct. ff.de legat.2. Ruya. conſil.93.num.3.lib.1.Cæphal.dicto conſil.261.n.21. Craſſ.in §.fideicommiſſum quæſt.58.Petra de fideicomm. quæſt.8.nu. 316.et 319.verſ.veruntamen. Peregr. in tractat. de fideicomm.art.40.num.20.conſ.47.lib.3.et conſil.50.n.5.et ſeq. lib.4.*

15 Quam fallentiam intellige, vt per *Petr.dict.quæſt.8.num. 317.et ſeq.q.et num.321.et ſeqq. Peregrin. de fideicommiſſ.*

art.

Digitized by Google

art.40.num.20.21.et ſeq.et conſil.47. et 49. num.8. et ſeqq. lib.3.et d.conſil.50.n.5.et ſeq.lib.4.Gabr.conſil.118. num.5. lib.1.

36 Tertiò fallit, ſi teſtator vſus ſit verbo ſubiunctiui temporis, hoc eſt, ſi alienauerit, & ſic verba ſonant in actum perfectum, quo caſu alienatio dicitur valida, & is, cuius fauore prohibita fuit alienatio, agere poteſt ad pretium, non autem ad rem, ad ſcripta per *Ceph. conſil.715. num.8. Petra de fideicom.q.3. n.9.et q.4. num.4. et Menoch. conſil. 63.n.3.et ſeqq.et n.8.lib.1.* vbi declarat, ſed quod alienatio poſſit reuocari, voluit *Bart.in l.quoties la prima, C.de fideicomm.et fortè melius.*

37 Subijcitatur, quando teſtator dixiſſet, prohibeo bona alienari, & ſi alienauerit, &c. quia ex hac verborum geminatione agi poterit ad vendicationem alienatorum, ita *Mar.Socin.iun.in d.leg.filiusfam.§.Diui n.87.in fine, et n.88. et ibidem Rip.n.48.Fernan.Loaz.n.113 ff.de leg.1.Menoch. d.conſ.63.nu.7.et Petra dict.q.3.ſub n.9.verſic. et hæc Bart. ſententia.*

38 Quartò fallit, quando prohibitio alienationis facta eſſet in contractu, quia tunc ſi prohibitus alienauerit, transfert dominium, *Bart.in l.ea lege et ibi Angel.in princip.Salycet.num.2.Imol.in princ. Cuman.et alij, Cod.de condit.ob cauſ.Bart.in dicto §.Diui num.14.& ibi Iaſ.in 2.lect.numero 114.Crot.num.86.Ruyn.num.97.& ſeq.Rip.num. 84.Opiz. num.57.Socin.iun.num.17.& Alciat.numer.35.Corn.conſil. 181.num.48.lib.2.Anan.conſil.47.num.8. Pariſ.conſil.100. num.1.& ſeq.lib.4.Alba conſil.423.num.3.Becc. conſil.80. num.2.Caſſan.conſil.55.num.23.Gabr. conſil.140. num.50. lib.1.Surd.conſil.399.num.2.lib.3. Odd. conſil.48. numer.8. Menoch.conſil.63. num.1. lib.1. Peregrin. de fideicommiſs. art.51.num.69.& ſeqq.Petra de fideicomm. quæſt.4.Ludou. in deciſ.Peruſ.68. in fine, vbi de communi teſtatur Magon. dec.Florent.112.num.3.& 19 Card.Seraphin.deciſ.477.n.3. qui num.4.& ſeqq.* notat plures caſus, in quibus alienans non poteſt præiudicare pacto, ita ut etiam in emptorem non poſſit dici translatum dominium, quin ab eo res vendicari poſſit, & in propoſito videas quoque *Peregrin. de fideicomm.art.51.num.76.& plurib. ſeqq.*

39 Ad præmiſſa etiam notandum erit, quod vt alienatio valeat, nec dicatur contrauentum prohibitioni, (quatenus admittamus ſententiam, de qua *num.14*) requiritur, quod creditores vrgeant, quod ſufficit, vt prohibitus ſponte procedat ad bonorum alienationem abſque eo, quod patiatur bona capi per creditores, & ſubhaſtari, *l. pater filium in princip.in ſecundo reſ. ff. de leg.3. Gabr.d.conſil.118.n.5. lib.1.Maſc.de probat.concl.1236.n.36. Peregr. de fideicom. art.40.n.35.*

40 Tutius tamen erit, ſi bona vendentur iuſſu iudicis, & iuncto hærede grauato, per doctrinam *Bart.in leg. peto, §. prædium, ff.de leg.2.* dum loquitur de primo, & ſecundo decreto, *Bald.in cap.1.num.11.de prohibita feudi alienat. latè Borgnin.deciſ.6.part.3.& Petra de fideicomm. quæſt.8. numer.320.*

ARGVMENTVM.

Venditor quando de euictione teneatur rei alienari prohibitæ, vel etiam alienatæ lite pendente.

Et quando emptor ſaltem recuperet pretium.

Et quid in re maioratus vendita.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum fideicommiſſo obnoxiorum facta ab ignorante ignoranti tenet irreuocabiliter.*
Sed contrarium, num.2.
Declaratur prima opinio, num.3. remiſſiuè.

4 *Alienatio vbi expreſsè fuit prohibita, lex ab initio annullat.*
Etiam ſi facta ſit ab ignorante ignoranti, n.5.

6 *Re alienata, lite pendente, & alio translata, vel in potentiorem, reus tenetur aliam loco illius ſubrogare de iure Canonico.*
Et de iure ciuili tenetur in duplum æſtimationis pretij, n.7.
Et de ratione, num.8.

9 *Res litigioſa vbi alienatur, tum vendens, quam etiam acquirens punitur.*
Fallit ſi ignorauerit, num.10.

11 *Ignorantia excuſat à pœna.*

12 *Ignorantia facilius præſumitur in acquirente, ac emptore.*

13 *Venditor præſumitur ſcire qualitates rei venditæ.*
Fallit, quando venditor in ius alterius ſucceſſit, numero decimoſeptimo.
Secundo fallit, quando fuiſſet abſens, & per procuratorem generalem negocia ſua geſſerit, n.15.

16 *Re pretio, lite pendente vendita, duplicatur pretium fiſco, et res vendita reſtituitur venditori.*
Et quid quando non fuit pretio vendita, ſed permutata, vel donata, n.17.
Et venditor tantum ſciuit, n.18.

19 *Venditor de euictione tenetur ex venditione rei litigioſæ, præſertim ſi ſit promiſſa.*

20 *Accuſatus alienare non poteſt poſt ſententiam, et ſi alienat, reuocatur.*
Sed vtrum emptori pretium reſtitui debeat, diſtinguitur, & declaratur, n.21.22.& 23.

22 *Ignorantia craſſa & ſupina, ſcientiæ comparatur.*

24 *Emens rem reſtitutioni ſubiectam pretium recuperat re euicta, ſcientia non obſtante.*
Fallit in malæ fidei emptore, qui non fuit ſtipulatus euictionem, n.25.

26 *Emens ſcienter rem alienari prohibitam, ſecuta euictione agere poteſt ad pretium, quando fuit de euictione ſtipulatus, & n.27.*

28 *Emptor rei maioratus, an & quando recuperet expenſas à ſequente ſucceſſore illam euincente.*

29 *Alienatio vbi eſt prohibita ſub pœna amiſſionis ipſius rei, non habet locum regula. Quem de euictione, &c.*

Quæſt. L X.

QVæro, an non obſtante expreſſa alienationis prohibitione teneat alienatio facta ab ignorante, ita vt vendicari non poſſit.

1 Nam ſimplici fideicommiſſo, & ſic in tacita prohibitione videmus, quod ſi alienatio fiat ab ignorante ignoranti valet irreuocabiliter, *l.quam ita, §.vltima, ff.ad Trebell.leg.ſi hæres, & leg. fin. §.fin. & ibi Bart.Bald.Alberic. Imol.Paul.de Caſtro, & alij, ff.de leg.2.Alexand.in leg.Marcellus, §.res, quæ num.3.ff.ad Trebell.& ibi Angel.numer.2. Ripa in leg.filiusfamilias §.Diui, num.11.ff.de leg.primo. Padilla in authent.res, quæ num.3. & ſequentibus vbi cæteros adducit, Cod.commun.de leg.Roland. à Valle conſil.85. num. 18.lib.1.& conſil.81.lib.2.Rim iun.conſil.23.num.324.conſil.324.vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, & conſil.782. num. 129.& ſeq.Cephal.conſil.261.num 31.conſil.393.numer.78. & 87.& 167.& conſil.761.num.10.& ſeqq.Decian. conſil. 57.num.15.lib.3.Gabriel conſil.118.& conſil.119.lib.1.Menoch.conſil.44.num.16.lib.1. Petra de fideicommiſſ. quæſt.3. num.36.*

num.36.& quæſt.14.num.308.Craſſ.in §. fideicommiſſum q.
56.num.4.vbi teſtatur de communi ſententia. Peregr. de
fideicomm.art.40.num.30.& art.45. num.24. qui pariter
de communi fidem facit.Oſaſch.deciſ.73. Ioſeph.Ludouic.
deciſ.Peruſ.29.n.30.par.1.Magon.deciſ.Florent.102. n.12.
Rota Rom.deciſ.31.p.1.in nouiſſ.

2 Licet contra, quod ſufficiat ignorantia alienantis, vel
acquirentis, & ita quod vtriuſque ignorantia non ſit ne-
ceſſaria,tentat & malè Angel.relatos à Petra in dicto tract.
de fideicomm.dicta q.3.n.4.& relati per Ioan.Neuiz.conſil.
32.num.9.

3 Etenim dicta prior concluſio tenenda eſt cum declara-
tionibus,de quibus per Peregr.poſt alios in d.tract. de fidei-
comm.art.40.n.38.& 39.

4 Non ſic tamen in quæſtione,de qua agimus, dicendum
eſt, quia lex ab initio annullat alienationem, & tribuit
vendicationem.Paul.de Caſtr.in l.fin. Cod. commun.de leg.
Alex.conſil.93.lib.2. Afflict. deciſ.335. in ſecundo dubio.
Gramm.deciſ.93.Menoch.conſil.89.n.77.lib.1. & dixi in
5 præcedenti quæſtione, & alibi, etiam quod facta ſit ab
ignorante ignoranti, Gl.in l.cum pater, §. libertis, ff.leg.2.
Paul.de Caſtr.in l.fin.§.fin.in fin.de leg.2.& in l. filiusfamil.
§.Diui,vbi Iaſ.n.69.Ripa n.11.ff.de leg.1.Surd.conſil.116.n.
17.lib.1.Honded.conſ.42.n.50.lib.2.Peregr.de fideicommiſſ.
art.40.n.39 verſic.Rurſus text.& conſ.35.n.4.& ſeqq.libr.
2.Rota deciſ.21.& 22.par.1.& deciſ.49.num.4.& ſeqq.p.2.
in nouiſſ.vbi de magis communi,& deciſ.268. part.2. in re-
centior.

6 Sed quid agendum, ſi res alienata ſit lite pendente, ac
re haberi non poſſit,vt quia eſt res mobilis aliò tranſlata;
vel immobilis per procuratorem detenta.

Reſpondetur,quod iure Canonico inſpecto,Iudicis of-
ficio implorato,cogi poteſt reus aliam rem loco illius ſu-
brogare,c.eccleſia II 2. vt lite pendente.

7 Verum de iure ciuili in duplum æſtimationis pretij te-
8 neretur,l.fin.ff.eodem. Nimirum,quia res ipſa ſtatim quod
eſt effecta litigioſa,non poteſt amplius alienari,neque pi-
gnorari,l.Diuus,ff.de petit.hæred.tot.titul.ff.C.de litig.l.1.§.
fin.ff.quæ res pign.& ibi notatur Abb.in d.c eccleſia n.9.Gl.
9 Cyn.Bald.& Caſtr.in l.1. C.commun.diuid. & vbi alienatio
fuit ſequuta tam alienans, quam etiam acquirens pœnis
10 legalibus afficiuntur,d.l.fin.C.de litig. Diſtinguitur tamē,
quod ſi venditor & emptor, & ignorent rem eſſe litigio-
ſam,eo caſu neuter punitur, Gloſ.& ſcribentes in d.l.fin.&
Abb.in d. c.eccleſia.

11 Ratio eſt, quoniam ignorantia pœnam non meretur,
vel ſaltem excuſat à pęna,c.cognoſcentes,extra de conſtitut.
12 In emptore vero, & acquirente facilius ignorantia præ-
ſumitur,l.verius,ff.de probat.Surd.deciſ.265.n.6. & è con-
13 tra in venditore magis præſumitur ſcientia, quia agitur
de facto ſuo proprio,leg.quamquam,ff.ad Velleian. Gloſ.in
authent.ſed cum teſtator.Cod.ad leg.falcid.Surd.d.deciſ.265.
14 num.5.quamuis hoc fallat, quando venditor in ius alte-
rius ſucceſſit,l.qui in alterius ff.de reg.iur. vel ſi fuiſſet ab-
15 ſens, & in partibus longinquis per procuratorem gene-
ralem negocia ſua geſſiſſet, adnotata per Gl.& Doctor. in
d.l.fin.

16 Quando vero tam venditor,quam emptor,& ſic vterq;
illorum ſciuerit rem eſſe litigioſam, ſic res pretio fuerit
alienata,emptor pretium amittit,& tantundem venditor,
& ita duplicatum pretium fiſco perſoluitur, ac inſuper
annullato contractu res vendita reſtituitur.

17 Vbi autem non fuit pretio alienata, vt quia permuta-
tionis, vel donationis titulo, tunc æſtimatur res, & pro
quantitate æſtimationis vterq; ad fiſci commodum mul-
ctatur.

18 Sed ſi venditor tantum ſciuit, emptor rem reſtituit re-
cepto pretio à venditore cum alia tertia eiuſdem pretij
parte in pęnam venditoris, vel cum tertia parte æſtima-
tionis rei,quando alienatio facta non fuit pro pretio.

19 Ex his dubium oritur, quid ſi venditor in huiuſmodi
alienatione de euictione promiſerit, ſub pęna dupli, an
teneatur,quia venditionis contractus ſit nullus;& conclu-
ditur pro emptore ratione euidenti, quia promiſſio de
euictione non pertinet ad validandum contractum ven-
ditionis,ſed ad prouidendum emptori, vt in ſpecie con-
cludunt Cyn.Bald.& Salyc.in dicta leg.fin.de litig.& ſequi-
tur Peregr.in tract.de iure fiſci lib.4.de litig.titul.6. n.35.

20 Simile eſt,quod dicimus de accuſato ſuper fracta pace,
qui etſi, quod fortius eſt,iudicio pendente rerum ſuarum
liberam adminiſtrationem contrahendo, & teſtando ha-
beat, non tamen id procedit, ſi lite cæpta accuſatus con-
ſcientia perpetrati criminis in fraudem legis, & conſtitu-
tionum bona ſua alienet, quoniam eo in caſu poſt decla-
ratoriam ſententiam,fraude detecta, actione reuocatoria
alienata reuocari poſſunt,per text.in leg.final. §.ex bonis,
ff.de bon.damnat.& in leg.in fraudem ff.de iure fiſci, & in
leg. aufertur, §.in reatu, ff. de eodem titul. Bartol.in
21 leg poſt contractum,ff.de donat.vbi tradit qualiter fraudis
præſumptio probetur, & quoad emptorem, an ſcilicet ei
pretium reſtituendum ſit:diſtinguitur, an bonæ fidei em-
ptor,an vero fraudis particeps fuerit.

Primo caſu,ſi iuſtam delicti,& factæ accuſationis igno-
rantiam habet, & titulo oneroſo in eum facta eſt aliena-
tio,eidem pretij reſtitutio facienda eſt,ne fiſcus cum alie-
na iactura iniquè locupletetur, & emptor bonæ fidei dā-
num indebitè patiatur,ad text. in l.1. §. ſi quis in fraudem
patroni,ff.ſi quid in fraud.patron.fact ſit in l. qui à debitore,
ff.quæ in fraud.cred.in l.ſi Senatus conſulto,ff.ad Senat.Con-
ſult.Syllan.in l.emptor,& ibi per Doctor.ff.de rei vend.Gl.in
cap. ad audientiam in ver. refundendam de rebus eccleſ. non
alienand.

22 Declaratur tamen hic caſus vt procedat,quando igno-
rantia fuit iuſta ſecus ſi craſſa,& ſupina,quæ ſcientię com-
paratur,c.1.de poſtul.Prælat.& leg.nec ſupina,ff.de iur.&
fact.ignor. Surd.deciſ 221.n.15.

23 Secundo caſu,quando fraudis particeps fuit, pretium
amittit, lege ſi fundum, Cod.de euict.& lege ſi fratres,Cod.
commun.vtriuſque iudic.nam imputet ſibi, quod cum tali
delinquente ſciens prudenſque contraxit, vnde merito
ſuæ ſtultitiæ pœnam luere debet,cum contra legem fuerit
mercatus,dicta lege ſi fundum,& dicta leg.ſi fratres, l. ſi de-
bitor,vbi Bartol.num.primo,ff.quæ in fraud.creditor. & leg.
qui à debitore eodem titul. Gloſ.in dicto cap.ad audientiam,
& Bald.in leg.final.§.emptor.num.1.& 6. Cod. commun.de
24 legat.licet præmiſſa non obtinerent in eo, qui ſcienter
emit rem reſtitutioni ſubiectam, quia vt alias dixi, non
obſtante ſcientia re euicta pretium à venditore emptor
recuperat etiam ſi non ſit ſtipulatus, quamuis non inte-
reſſe,vel duplum,per text.in dicta lege final. §. emptor, vbi
Iaſ.n.2.diuerſitatis rationem tradit.

25 Regulariter tamen malæ fidei emptor ſi non ſit ſtipu-
latus pretium re euicta,nihil conſequitur,dicta lege ſi fun-
dum,& dicta lege ſi fratres,Iaſ.in dicta lege final.§ ſi empt.
n.2.Cod.commun.de leg.Andr.Gayl. pract.obſeru.lib.2.ob-
ſeru.139.n.16.

26 Prout nec ſcienter emens rem alienari prohibitam, ſe-
quuta euictione,agit ad pretium.Rota deciſ.48.num.4.poſt
tract.Cinc.de Cenſibus.

27 Limitatur nihilominus, quando expreſsè fuit de eui-
ctione ſtipulatus.Bartol.in lege qui Romæ,§.duo fratres nu-
mero 25 ff.de verbor.obligat.Tiraquell. de retractat.lignag.
§.12.Gloſ.prima, numero 11.Cornel.conſilio ſecundo,numer.
nono,& ſequent.libro 3.Oſaſch. deciſione 18. numero quin-
to,& 6.Surd.deciſ.243. Quamuis intereſſe, vel damna
ſcienter emens non conſequatur, prout in emente ſcien-
ter bona ſubiecta fideicommiſſo concludit Gamma de-
ciſ.20.

28 Sed

Digitized by Google

28 Sed an emptor rei maiorátus recuperet expenſas in ea bona fide factas à ſequenti ſucceſſore illam euincente, & an eidem emptori competat pro eis ius retentionis, videas per te ipſum apud *Guttierez pract. quæſt. lib. 3. q. 68. n. 1. & ſequentibus, & num. 8.* vbi, quid ſi expenſæ factæ ſunt mala fide.

29 Denique nota, quod vbi alienatio eſt prohibita ſub pœna amiſſionis ipſius rei, non habet locum regula, quẽ de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio, de qua in lege vendicantem, *ff. de euiction. Affiict. in capite ſi vaſallus, ſi de feud. defunct. fuer. controuerſia inter dominum, & agnat. n. 56.*

ARGVMENTVM.

Conſenſus, qui requiritur in aliquo actu, an debeat eſſe expreſſus, vel ſufficiat tacitus.

Promiſſio defenſionis quid importet.

Promittens præſtare fideiuſſores de euictione, an poſſim adimplere per æquipollens.

SVMMARIVM.

1 *Fideiubens cenſetur conſentire contractui, pro quo fideiubet.*
Intellige, vt n. 6.

2 *Statuto, quod filius ſe obligare non poſſit ſine conſenſu patris, ſi pater pro filio fideiubeat, ſatisfactum dicitur.*

4 *Alienatio ſi ſit prohibita abſque conſenſu puta matris, conſenſu requiritur expreſſus, non tacitus pro illius validitate.*

5 *Conſenſus quando requiritur pro forma, expreſſus eſſe debet, & non tacitus.*

7 *Fideiuſſio vbi tenet, & venditor promiſit releuare indemnem fideiuſſorem, is debet indemnis conſeruari re euicta.*
Extenditur non procedere in promittente defenſionem, quæ importat litem in ſe ſuſcipere, & iudicatum ſoluere, numero 8.

9 *Defendere non dicitur, qui ſubterfugit iudicium, & declinat forum.*

10 *Promittens generalem defenſionem, tenetur ſatiſdare de iudicatum ſoluendo.*

11 *Promittere litem ſuſcipere, & indemnitatem, idem important.*

12 *Fideiuſſor euictionis liberandus eſt à fideiuſſore re euicta.*
Præſertim ſtantibus moleſtijs paſſis per fideiuſſorem, numero 13.

14 *Promittens in venditione præſtare fideiuſſorem non poteſt adimplere per æquipollens, niſi quando melius, & ſecurius creditori ſuccurritur.*

15 *Venditor loco fideiuſſoris de euictione non admittitur ad inueſtimentum, quando etiam promiſit indemnitatem, & litem ſuſcipere.*

16 *Emptor, cui tradita fuit res vendita, nec lis, nec quæſtio mouetur, ſatis dicitur cautus per pretij inueſtimentum in alia re, quæ remanet pro euictione obligata.*
Sed contra, num. 18.
Declaratur procedere, ſi emptor velit agere de euictione, non autem ſi agat ex empto, n. 17.

Quæſt. LXI.

TEſtator prohibuit, quod filij non valeant vendere bona ſibi relicta abſque expreſſo matris conſenſu paterni, vel alterius cuiuſcunque. Quæritur, num ſi mater, vel alius vt ſupra, fideiubeat de euictione occaſione alienationis a filio factæ ita dicatur conſenſiſſe, vt alienatio omninò valeat, & ſubſiſtat.

Et prima facie dicendum videtur, quod ſic.

1 Quia fideiubens cenſetur conſentire contractui, pro
quo fideiubet, *l. 1 §. ſed & ſi ſerui, & ibi Gloſa & Doctores*
ff. quod iuſſu l. exceptione, & ibi Bald. & Alberic. C. de euict.
iuncta l. vendicantem, ff. eod. tit. & l. Pompon. §. 1. ff. in quibus
cauſ. pig. vel hypoth. tacitè contrahat. Fulgoſ. conſ. 67. pater-
fam. colum. 3. verſic. ipſe autem fideiuſſor. Vade Bald. in ſua
Margarita in ver. ſtatutum verſ. pen. dicit, quod ſtante ſta-
2 tuto, vt filius non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris,
ſi ipſe pater pro filio fideiubeat, ſatisfactum eſt ſtatuto
cum id faciens conſentire videatur, ſequitur *Alex. in l. 1s, à*
quo hæres, §. fin. colum. 1. ff. de acquir. hæred. Tiraqu. qui alios
adducit de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 1. n. 273. Rota diuerſ. deciſ.
797. num. 3. part. 1. cum pluribus allegatis per Maur. de fide-
3 *iuſſor. cap. 4. n. 18.* quodque fideiuſſor contractum appro-
bare cenſeatur. *Dec. conſ. 15. n. 17. lib. 1. Surd. conſil. 15. n. 20.*
lib. 1. Rota dicta deciſ. 797. num. 1. & deciſ. 362. ſub numero
4. parte prima in recentior. Maur. de fideiuſſ. dicto cap. quarto
num. 15.

4 Sed præmiſſis non obſtantibus concludendum eſt, non
ſufficere matrem fideiuſſiſſe vt approbaſſe cenſeatur, ſed
requiri expreſſum conſenſum, & non tacitum ex actibus
reſultantem. *Rota deciſ. 15. de offic. delegat. in nou. Gonzal. ſu-*
per Reg. 8. Gloſ. 42. num. 20. Pariſ. de reſign. lib. 8. q. 10. n. 18.
et ſeq. Rota d. deciſ. 797. nu. 12. p. 1. et coram Sanct. Ludouiſio
deciſ. 384. n. 7.

5 Prout etiam quando requiritur conſenſus pro forma
Card. Seraph. deciſ 115. n. 1. et Rota eadem dicta deciſ. 384. n.
8. citat Sarnen. in regul. de impetr. benef. vac. per obitum fa-
mil. Card. q. 11. ſub n. 2. et ſub n. 5. Gonzal. qui cæteros allegat
ſuper reg. 8 Gloſ. 47. n. 21.

6 Non obſtant contraria, quia non habent locum, vbi
conſenſus requiritur expreſſus, & pro forma, vt *dicta dec.*
384. n. 7. ac tradit Card. Seraph. d. deciſ. 115. n. 1.

7 In caſibus autem in quibus tenet fideiuſſio, & fuit facta
animo & intentione ſe obligandi, & venditor promiſit
eum releuare indemnem, is debet indemnis releuari, re
euicta *l. qui debitorem, et l. fideiuſſor, ff. de fideiuſſ. l. vnica, vt*
act. hæredi et in hæredi, Rota coram Coccino Decano deciſ. 17.
num. 5.

8 Idem dicimus de promittente defenſionem, quoniam
id importat non ſolum litem in ſe ſuſcipere, ſed etiam iu-
dicatum ſoluere, alias non diceretur rectè defendere *l. re-*
ctè defendi, et ibi Caſtrenſ. hoc alibi non bene inueniri, ff. de
iudic. l. et iudicatum, ff. de iudicat. ſol. cum non dicatur de-
9 fendere, qui ſubterfugit iudicium, & declinat forum, poſt-
quam conſenſit in iuriſdictionem, ſed qui perſeuerat vſ-
que in finem iudicij in defendendo, & ſi ſuccumbat, ſoluit.
10 *Roman. conſil. 169. Magiſter Paulus per totum.* Ideò qui
promittit generalem defenſionem, tenetur ſatiſdare de
iudicatum ſoluendo *l. item ait Prætor, §. defendi, ex quibus*
cauſ. maior, l. ſed et ea §. defendere, vbi Gloſa in ver. cauere
11 *idoneè, ff. de procur.* Et manifeſtum eſt, quod promittere
in ſe litem ſuſcipere aut indemnitatem, idem important.
Bartol. in l. pater numer. 1. et 3. ff. de dote prælega. Ruyn.
conſil. 187 num. 2. et 3. lib. 1. Pariſ. conſil. 16. num. 125. lib.
2. Rota coram D. Coccino in Romana bonorum de Sodernis
26. Iunij 1602. in impreſſ. ſub eius nomine deciſ. 76. num. 13.
et 14.

12 Ita

12 Ita & re euicta liberandus eſt à fideiuſſione *Afflict. deciſ.241.num.4.* quia ante ſecutam euictionem non dicitur fideiuſſor ſtetiſſe in obligatione. *Bal.in l.ſ.cere nu.2. Bar. num.3. Alexandro num.1.& 2.ff.ſol.matrim. Salyc. qui de commum in l.ſi pro ea num.5.C.manda. Aretin. in §. ſi quid autem n.3.inſtitut.de fideiuſſor.Surd.conſil.367.numero 19. lib.3. And.Gayl.pract.obſeruat.lib.2. obſeruat.29.* Præſer-
13 tim ſtantibus moleſtijs paſſis per ipſum fideiuſſorem, vt in Romana,ſeu Bononien.cenſu. 7.Maij 1601. coram R. P.D.Pacen. & per eandem Rotam coram D. Coccino *in deciſ.100.n.2.*

14 Cæterum, vbi in venditione pactum fuit dare fideiuſſores,non poteſt adimpleri per æquipollens, niſi quando melius,& ſecurius ſuccurritur creditori,quam per fideiuſſores,ſecundum *Bartol.in l.1. ff.qui ſatiſdat. cogantur vbi Iaſ.num.12.* & fuit reſolutum in Lauretana pecuniaria, 5. Aprilis 1593.coram bo.me. Gypſio. non tamen loco fideiuſſorum admitti debent ad inueſtimentum, quando fuit promiſſum præſtare fideiuſſores de euictione qui tenerentur in ſe litem ſuſcipere vel iudicatum, ac damna, & expenſas omnes litis ſoluere, & indemnem conſeruare
15 emptorem,*l.ſi plus,§.mota,ff.de euict.Bart.in l.pater n.1.et 3.ff.de dot.prælég.Ruyn.conſil.187.n.2.& 3.lib.1.Pariſ.conſil.16.n.124.lib.2.Cuman.conſil.29.n.20.* quæ omnia præſtari non poſſunt per inueſtimentum, vt dicitur in dicta Lauretana,& probauit eadem *Rota apud D. Coccinum deciſ.275.n.3.& 4.*

16 Nec obſtat, quod quando res vendita tradita fuit emptori,cui vel lis,nec quæſtio mouetur ſuper re empta, ſatis dicitur idoneè cautus per pretij inueſtimentum in alia re, quæ remanet pro euictione obligata, ad notata per *Paul.de Caſtro,in l.ſeruus,quem §.fin.de action.empt. Ruyn. conſil.141.n.5.lib.1.Oſaſc.deciſ.Pedem.24.ex reg.l.qui rem, C.de euict.*

17 Quia reſpondetur prædicta procedere,ſi velit agere de euictione, non autem ſi agat ex empto, vt per *Card.Sera-*
18 *phin.deciſ.624.num.12.* qui addit, ex inueſtimento pretij cautum non reddi emptorem quoniam ex eo tantum aſſecuratur pretium, non autem aliud intereſſe, quod multifariam conſiderari poteſt,vt per *Iacob.Butrig.& alios in l.qui rem,C.de euict.& per eundem Seraph.* vbi proximè ſupra,qui reſpondet *dictæ deciſioni Oſaſchi* 24.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum aduentitiorum filij per patrem facta,quando valeat, & ab eo vendicari poſſint,licet de euictione teneatur.

Et quid in filio viuente patre dicendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum aduentitiorum filij patri eſt prohibita.*
Fallit, ſi fiat ex cauſa neceſſaria æris alieni, quod filius ſoluere tenetur,n.2.
3 *Pater alienans bona aduentitia, non poteſt ea vendicare.*
Contra n.5.& ſeqq.
Quamuis de euictione teneatur, n.7.
Fallit, ſi pater vendens grauari egeſtate laboret, num.18. & 20.
Et de ratione,n.19.
4 *Nemo auditur contra proprium factum.*
Fallit,quando quid factum ſuit contra legem,n.6.& ſeqq.
9 *Maritus alienans rem dotalem contra iuris prohibitionem, poteſt rem anocare etiam conſtante matrimonio.*
Extenditur etiam procedere in alienatione contra prohibitionem teſtatoris,n.10.
11 *Prælatus alienans rem eccleſiæ contra iuris præcepta, poteſt eandem rem vendicare nomine eccleſiæ.*
12 *Regula leg.vendicantem de euict.non procedit,quando quis alienat contra prohibitionem legis,vel teſtatoris, & ſupra num.6.*
13 *Filius viuente patre non reuocat bona aduentitia per patrem alienata,licet etinterim non currat præſcriptio.*
Contrarium habetur,n.14.
15 *Pater compellitur conſentire filio vendicanti bona per illum alienata,quamuis promiſerit non venturum aduerſus alienationem.*
16 *Pater alienando rem filij aduentitiam, ſi ea recuperetur à filio,perdit vſumfructum,qui filio applicatur.*
Et de ratione, n.17.
20 *Pater poteſt ex cauſa neceſſitatis vendere filium,& n.21.*
22 *Neceſſitas qualiter conſideranda ſit in venditione a patre de re filij.*
23 *Hæres rem ſuam à defuncto alienatam pro iure ſuo vendicare nequit.*
Etiam quod emptor de euictione agere non poſſit,n.24.

Quæſt. LXII.

1 COmmuniter tradunt *Doct.in leg.1.per illum text. C. de bon.mater.& præſertim Arius Pinell.ibi p.3.n.18.19. 21.29.30.& ſeqq.* Patri videlicet prohibitam eſſe aliena-
2 tionem bonorum aduentitiorum filij, niſi tamen fiat ex cauſa neceſſaria æris alieni, quod filius ſoluere teneatur, ad *text.in l.fin.§.ſin autem æs alienum tit.1. poſt tit.de bon. mater.* cuius occaſione quæritur.

3 An ſtante ſupradicta prohibitione pater ipſe alienans poſſit rem à ſe venditam vendicare ab eo, in quem facta fuit alienatio; & negatiuè reſpondendum videtur per regulam,*leg.vendicantem,ff.de euictionibus*, qua dicimus,vt quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellat exceptio,facit alius,*text.in leg.poſt mortem,ff. de adoption.*
4 *vbi Gloſ.* & ſcribentes notant,quod nemo auditur contra factum proprium.

5 His tamen vel ſimilibus non obſtantibus concludendum eſt, patrem alienatam contra prohibitionem *dicta leg.1. Cod.de bon. matern.* ex ea admittendum ad rem ipſam venditam vendicandam, & irritandam nomine filij, *ex Gl. quam ſequuntur Bald. Salycet. & poſteriores in leg. cum à matre, Cod de rei vendic. argum.leg.quemadmodum C.de agric.& cenſib.lib.10. quam not it Gloſ.* in dictis iuribus in contrarium adductis, vt nempè non procedat in
6 alienatione contra legem facta, vt benè poſt *Bald.& Salycet.quos refert,aduertit.Iaſ.in leg.iuſiurandum, §. procuratur ſub num.30. ff.de iureiur.* quamuis pater emptori de
7 euictione teneatur,ſi de ea promiſit. *Old.conſil.51. numer. 17.* vel ſi emptor ignorauit etiam ad intereſſe, per ea, quæ ſcripſit *Coſta de ſcient.& ignor.diſtinct.35.n 10.& 11.*
8 Et in ſpecie, quod pater obligatus ex ſua perſona alienata reuocet iure,& nomine filij, vti eius adminiſtrator, habetur per *Salyc.in d.l.vendicantem. Alberic.in d.l.poſt mortem col.3.verſ.ſecundo,& Alex.conſ.109.n.4. lib.4.argum.notatorum per Gl.inſtit.quibus alien.lic. vel non in ver.* Interdicta, cum dixit, virum alienantem rem dotalem contra iuris prohibitionem poſſe rem anocare etiam cõ-
9 ſtante matrimonio,concordat alia *Gl.in l.vnica,§.& cum lex Cod.de rei vxor. actio.in verb.alienare de commun, ibidem Ares.in princ.quibus alien. lic.col.2. Bal. Nouellus de dote par.7.priuil.1.limitat.12.Campeg. de dote par.4. quæſt. 25.Bar.in l.cum vir,num.3.ff.de vſucap.& ibi Imol.* & in

Digitized by Google

alienatione contra prohibitionem teſtatoris, *Caſtr. in l.*
10 *filiusfamilias,§ Diui ſub n.3.in fine legat.1.eſt text.in cap ſi*
quis presbiterorum iuxta communem intellect. de rebus ec-
11 *cleſ. non alienan.* vbi Prælatus alienans rem eccleſiæ con-
tra iuris præſcripta, poteſt eandem rem vendicare nomi-
ne eccleſiæ, qui tunc cenſetur altera perſona ſecundum
12 *Imol.& alios ibi*, & in ſpecie *Bero, n.46.* vbi ſic generaliter
limitat regulam dictæ l. vendicantem, ac in terminis per
hæc, & alia ſic determina. *Pinell.de bon.matern.p.3. ſub n.*
73. quidquid aliqui in contrarium aſſeruerint, & cæteros
huius opinionis adducit; vbi etiam in *verſ. ſed an filius,*
13 quærit, vtrum filius admittatur ad reuocationem aliena-
tionis aduentitiorum; & dicit, aſſerendum videri non
poſſe, ſaltem, dum eſt in patris poteſtate reuocare, aliena-
tionem aduentitiorum a patre factam: non tamen ob id
eidem præſcriptione currere, concedunt *Bar.& Bal.* qui
hanc ſententiam tenent, in *auth.niſi tricenn.C. de bon. ma-*
tern.Bar.in l.ſi conſtante,n.63.ff.ſol.matr.& ibid. Io.Crot.n.
118 *Bellon.conſ.24.n.5.*

14 Ex receptiori tamen concluditur filium ipſum admit-
tendum ad bonorum aduentitiorum alienationem reuo-
candam: non enim æquum eſt, vt patre alienante bona
aduentitia filij, non poſſit eo viuente admitti, vt in ſpecie
tradit *Bald.in l.fin.§.in computatione n.17. C.de iure delib.*
quem referunt Fabian.de Cioch. in Auth.nouiſſima nu. 239.
& ſeq.C.de inoff.teſtam.& Pariſ.in cap.1.num.24. de præ-
ſcript.ſequuntur Corn.ibidem num.6.& Iaſ.conſil.56. col.2.
lib.3.verſ.confirmatur: nam dicto loco inquit Bald. filium
15 audiendum, & patrem compellendum conſentire filio, li-
cèt ipſe pater, promiſerit, ſe nunquam venturum aduer-
ſus alienationem, hanc ſententia latè tuetur *Pinell.in dict.*
par.3.num.74.& 75.& in dicta Authen.niſi tricenn. ſub n.
44.verſ.mihi autem mirum,& num.45.& ſeqq. tradit inſu-
per Bar.in d.l.ſi conſtante,num.36.& ibid.Ioan. Crot.n.118.
ff.ſoluto matrim. Aret.conſil.72.in ſecunda quæſt. col.4. Soc.
conſ.34.num.12.lib.1.Couar. var.reſolut. cap.8. num.6.&
ſeq. Aſcan.Clement. in tract. de patria poteſtat. effectu 12.
num.15.& ſeq imò pater alienando perdit vſumfructum,
16 qui filio applicatur, *l.ſi vſusfructus, vbi Gloſ. & Salycet.ff.*
de iure dot.§.finitur, Inſtitut. de vſufructu. Franc. Faber in
§.item finitur, Inſtit.eodem tit.Ferdin. Loaz in dicta l.filius-
familias, §. Diui num.17. ff.de legat.Couar. dicto cap.8.ſub
*num.6.verſic.*quod ſi patre nimirum, quia ſicuti filius, qui
17 eſt dominus, & habet proprietatem bonorum, non po-
teſt ea alienare in præiudicium patris, qui ſolum habet
vſumfructum vita finiturum *l.3.vbi Gloſ.Cod. de patria po-*
teſtate. Afflict.deciſ.141 num.2. Aſcan. Clement. dicto effe-
ctu 12.num.35. ita pater, qui minus iuris habet alienare
non poſſe, debet in præiudicium filij, cui ius maius com-
petit.

18 In aliquibus tamen caſibus permiſſum eſt patri alie-
nare bona aduentitia filij, & quidem irreuocabiliter, ve-
luti, ſi pater graui egeſtate laboret, ita *Cordub. in l. ſi quis*
19 *a liberis in princ.ff.de liber. agnoſc.* qui ea mouetur ratio-
ne, quia perſona dignior eſt rebus, vt in *cap.præcipimus*
duodecima quæſt.1. Gloſ.in c.cum olim, de maior. & obedien.
20 vnde & pater in caſu neceſſitatis poteſt vendere filium,
l.2.C.de patr.qui fil. diſtrah. multo magis poterit bona di-
ſtrahere ſubueniat, et ſi licitum eſt in caſu neceſſitatis fu-
rari bona, in quibus nullum ius competit, quantò magis
licebit ea vendere, in quibus ius habet vſusfructus, & in
21 ſpecie, quòd pater licitè poſſit alienare aduentitia filio-
rum ex cauſa neceſſitatis, præter ſuperius dicta, eſt *text.in*
l.fin.§.ſin autem æs alienum, C.de bon.quæ liber. etiam ſine
iudicis decreto ſi filij ſint maiores, *Alex.Iaſ. & alij in l.*
Præſes C.de tranſact.Tiraq.in præfat.l.ſi vnquam n.28.C.de
reuoc.donat. Marſil.ſing.498. Natta conſil.179 n.7.Couar.d.
cap.8.n.6.Pinell.in dicta p.3.de bon.matern.n.21. Crauett.
conſ.74.n.1.

22 Neceſſitas autem qualiter in propoſito accipienda ſit,
videas penes Doctores præallegatos, & in ſpecie *Surd. in*
tract.de alim.tit. 1.priuil.37.n.7.
23 Licet vbi filius hæres eſſet patris ad reuendicandam
alienatam non admitteretur pro iure ſuo, etiam quod
24 emptor de euictione agere non poſſet, vt per *Peregr.de*
fideicomm.art.33.n.6.7.& 11.

ARGVMENTVM.

Euictio an, & quando debeatur pro re legata.

SVMMARIVM.

1 *Hæres de euictione tenetur pro re legata, & n.3.*
Et antequam euincatur petitur cautio iudicijs afficio, n.4.
Fallit, vbi res alienari prohibita legatur, vel res aliena, n.6.
Sublimitatur quando legata conſiſtunt in bonis, quæ patiun-
tur euictionem, quia non erant teſtatoris, quia hæres non
tenetur de euictione, cum teſtator errauit, n.7.
Contrarium habetur, n.12.
2 *Hæres, adeundo dicitur quaſi contrahere cum legatarijs.*
5 *Quantitas vbi eſt legata, & ab hærede fuerunt conſignata*
bona quæ fuerunt euicta, hæres tenetur de euictione.
8 *Legatarius agens de euictione, petit ab hærede rem legatam,*
quaſi nunquam tradita extitiſſet.
Secus ſi aliàs quoniam agitur de intereſſe, n.9.
10 *Emens rem ſibi legatam ignoranter, de euictione agere po-*
teſt, vt rem emptam conſequatur, ac ſi euicta res eſſet.
Et agit vel actione ex empto contra venditorem, vel actio-
ne ex teſtamento, n.11.
12 *De euictione nemo tenetur, niſi qui vendit, vel tradit ex ali-*
qua cauſa oneroſa.
14 *Euictio non debetur pro legato ſpeciali, & in re certa.*
Et de ratione n.17.
Primò declaratur vt locum non habeat, quando culpa ipſius
hæredis res legata fuit euicta, n 19.
Secundò declaratur non procedere in legato facto coniun-
ctæ perſonæ, n.20.& ſeq.& n.40.
Primò ampliatur locum habere, etiam quod legatum fa-
ctum fuerit res alienæ, n.21.
Et vbi non daretur actio de euictione, daretur actio legata-
ria, n.22.
Secundo ampliatur, vt ſi res præſtari non poſſit, vt quia
aliena, debeatur æſtimatio, n.23.
Tertiò ampliatur, quando amico valde dilecto, vel coniun-
cto legatur, n.24.
Primò fallit dicta ampliatio, quando etiam hæres eſt con-
iunctus, n.25.
Secundò fallit quod fuit dictum de æſtimatione, quando ex
veriſimili mente teſtatori colligi poteſt, quòd fuit legata
res ipſa, n.26.
Tertiò declaratur quando res legata erat aliena: quo caſu
hæres tenetur de euictione, n.27.
Quartò declaratur non procedere, quando non vni ſoli hæ-
redum teſtator fecit prælegatum, ſed vtrique; quia tunc
debetur euictio, n.28.
Et de ratione n.29.
Ampliatur, euictionem etiam dari in portione hæreditaria,
num.33.
Quintò declaratur non procedere in legato facto pro legiti-
ma, n.37.
Intellige, vt n.38.
Sextò declaratur non habere locum, cum teſtator ſciens rem
à ſe poſſeſſam obligatam eſſe conditionibus extinctiuis,
eam ſcienter legauit n.39.

14 *Eui-*

Digitized by Google

14 *Euictio in re legata in genere non debetur.*
Primò limitatur, ſi legata ſit res vniuerſalis quia parit damnum legatario, n.15.
Secundò limitatur, quando legatum eſt incertum de certis, qua dicitur legata ſpecies, n.16.
18 *Euictio ceſſat in legato rei communis, ſiue teſtator ſciat, ſiue ignoret.*
30 *Diſpoſitio §. euictis, non extenditur vltra ſuos terminos: ſed reſtringitur ad caſum, in quo loquitur.*
31 *Euictio non debetur inter hæredes pro re in teſtamento diuiſo.*
Fallit, quando res legati titulo fuit relicta, n.32. vbi de ratione.
34 *Teſtator in diuiſione vbi voluit pręſtari ſingulis filijs, & hæredibus ius integrum, tunc voluiſſe cenſetur locum eſſe actioni pro ſubſecuta euictione.*
35 *Hæres tenetur luere rem legatam a teſtatore pignoratam.*
Fallit, ſi prælegatum fiat tantum vni, n.36.
41 *Legatarius emens ab hærede rem legatam, quam, ignorabat eſſe legatam, legato non cenſetur renunciaſſe.*
Declaratur n.42.
43 *Legatarijs in caſibus in quibus debetur euictio, ea non expectata, ſtatim agi poteſt, quòd apparet rem ſibi traditam eſſe alienam.*
Nec opus eſt denunciatione, n.44.

Quæſt. LXIII.

EVictio vtrum pro re legata euicta debeatur, nunc videndum eſt.
1 Nàm quòd debeatur, affertur *l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1. vbi Iaſ. in tertio not.* rationem reddit; quia hæ-
2 res adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, *l. apud Iulianum, §. fin. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ.*
3 *eatur.* & per conſequens efficitur poſteà debitor neceſſarius; & ideò de euictione tenetur, quamuis ex titulo lucra-
4 tiuo legati, *l. ſi hæreditatem, §. 1. ff. de mandat.* & antequam euincatur, petitur cautio iudicis officio, *Iaſ. in d. l. ſi domus, §. de euictione, nu. 13. & 5. ff. de legat. 1. Raph. Cuman. conſ.*
5 *29. in fin. in ver. de legatis vero:* vbi, quando eſt legata quãtitas, & fuerunt ab hærede conſignata bona, quæ fuerunt euicta, quòd hæres de euictione tenetur, & in legato bo-
6 norum. *Abb. conſil. 45. videtur primo in princ. lib. 2.* vbi excipit, niſi res aliena prohibita legetur, & loquitur etiam in re aliena legata matri.
7 Prædicta tamen ſententia limitatur, quando legata conſiſtunt in bonis quæ patiuntur euictionem: quia non erant teſtatoris: quoniam hæres non tenetur de euictione ex quo teſtator errauit, vt per *Cuma. d. conſil. 29. in fine* le-
8 gatarius autem agens de euictione, petit ab hærede rem legatam, quaſi numquam tradita extitiſſet, *Iaſ. in d. l. ſi domus, §. de euictione, num. 34. 35. & 36. ff. de legat. 1. ſecus, ſi*
9 alias, qui agitur ad interceſſe, *Bar. in l. 10. C. de legi. & in d. l. ſi domus, §. de euictione.*
10 Quinimò emens rem ſibi legatam, quam ignorabat ſibi legatam, de euictione agere poteſt, vt rem emptam conſequatur, & prætium a venditore conſequatur, ac ſi euicta res eſſet, *l. huiuſmodi, §. qui ſeruum, ff. de leg. 1. vbi Iaſ. in quarto notab. & in fine, & ibid. Paul. de Caſtr. in princ.* vbi,
11 quod agit vel actione ex empto, contra venditorem, *l. cui res, ff. de act. empti*, quaſi a ſe ipſo euicerit, vel actione ex teſtamento.
12 Contrarium præmiſſis non obſtantibus concludẽdum videtur; quia nemo tenetur de euictione, niſi qui vendit vel tradit ex aliqua cauſa onerosa; nam in his caſibus debetur euictio, etiamſi nihil dictum fuerit, *l. ſi duo, §. ſi quis iurauerit, & ibi Gl. ff. de iureiur. l. ex empto, in princip. & ibi Bar. ff. de action. empt. l. fin. ff. de condit. cauſa dat. l. ſi dubitetur, C. de euict. Decian. conſ. 3. n. 11. lib. 3.* & in propoſita autem quæſtione non agitur de cauſa onerosa, ſed potius lucratiua, meritò, iuxta prædicta denegatur de euictione actio: agitur enim de legato ſpeciali, & in re certa, pro
13 quo non debetur euictio, *l. ſi ſubſtituto, §. 1. ff. de leg. 1. Specul. de inſtr. edit. §. 14. verſ. ſed quæritur. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 118. n. 4. Rimin. iun. conſil. 823. n. 14. lib. 7. Peregr. conſil. 29. n. 1. lib. 4.* quia ſatis eſt, ab hærede rem talem, qualem eſt, præſtari, *vt dicto §. 1. notant Bartol. Bald.*
14 *Caſtr. Alex. & Iaſ.* ſecus ſi legatum fiat in genere, quia debetur euictio: cum teneatur hæres facere accipientis, *l. hæres ſeruum, ff. de euict. & ibi Gl. Doct. & Bar. in d. l. ſi domus, §. 1. n. 3. ff. de legat. 1. Iaſ. in d. l. ſi a ſubſtituto, §. ſi hæres, num. 1. 9. & 10. ff. de legat. 1.* quòd limitatur duobus modis per Bart.
15 Primò, ſi legatur res vniuerſalis, quia patit damnum legatario.
16 Secundò, ſi legatur incertum de certis quia dicitur legata ſpecies.
17 Et ratio dictæ concluſionis, eſt quia rei in ſpecie legatæ dominium tranſit a morte teſtatoris, vt in *l. à Titio, ff. de furt.* & ſic ſi teſtantis res erat, ab aliquo euinci poteſt: quoniam pleno iure efficitur legatarij: ſicut prius erat defuncti.
18 Ceſſat quoque euictio in legato rei communis, ſiue teſtator ſciat, ſiue ignoret rem communem, quoniam ſemper legatum reſtringitur ad ius quod defunctus habebat, vt in *d. l. ſi domus, §. fin. ff. de leg. 1. & in l. ſerui elect. ff. eo.*
19 Primo declaratur ſententia ſuperius relata de re in ſpecie legata vt locum non habeat, quando culpa ipſius hæredis res legata euicta fuit, quoniam tunc de euictione agi poteſt, vt per *Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 28. ff. de leg. 1. & tex. l. ſi paterfam. ff. famil. hercif.* vbi quoque notauit Florianus in fine, licet dubitat *Rip. d. §. duo fratres ſub n. 95. verſic. Retenta tamen.*
20 Secundò declaratur, vt non procedat in legato facto coniunctæ perſonæ, quia tunc ab hærede præſtari debet euictio, *l. cum alienam, C. de legat. vbi ſcribentes, & in ſpecie Salyc. & Iaſ. Couar. in c. ſilius n. 4. de teſtam. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 9. n. 4. Simon de Præt. de interpr. vlt. vol. lib. 5. interpr. 2. dubit. 3. n. 109. Caball. de euict.*
21 *§. 4. n. 22.* etiam quod factum fuerit legatum rei alienæ, *d. l. cum alienam vbi Doctores, §. quòd autem,* vbi pariter ſcri-
22 bentes, *Inſtit. de legat* qoia etiam dicto caſu, vbi euictioni locus non eſſet, contra hæredem daretur actio legataria, vt rem legatam traderet, *l. Mœuius, §. in fundo, & §. ſeq. vbi Gl. & Doct. ff. de legat. 2.*
23 Quodque, quando legatum factum eſt coniunctæ perſonæ de re aliena valeat, ſiue ſciens, ſiue ignorans legauerit, & ſi res aliena pręſtari non poteſt, debeatur ęſtimatio, eſt *tex. in l. ſi res obligata ff. de legat. 1. d. l. rem alienam, C. de legat. Rota coram Card. Millino in Romana hæreditatis 26. Iunij 1592.*
24 Ampliatur, cum amico valdè dilecto relinquitur, *d. l. cum rem alienam in ver. vel alij tali perſonæ comprobat Iaſ. Ibidem num. 5. verſic. tertio limita. Tiraq. in tract. de pen. leg. cauſ. 22. n. 27. Menoch. d. caſu 146. qui n. ſeq. differit, quæ ſit coniuncta perſona.*
25 Fallit, quando hęres eſſet coniunctio, quia tunc hęres legatum luere non tenetur, *Duran. de arte teſtandi, tit. de legat. caut. 32. n. 3. verſ. & notandum, Capra in reg. 106. n. 3. Borgn. de vſufructu ſub n. 103.* non enim cõſideratur, quod legatum ſit relictum coniuncto, quia tunc iſta priuilegia conquaſſantur, tanquam priuilegiatus non vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, *l. verum, §. pen. ff. de minor. l. non ſolum, §. 1. ff. de ritu nupt. Abb. in c. cum cauſam de præbend. Natt. conſil. 141. num. 4. Surd. conſil. 423. n. 21. lib. 3. & conſ. 335. n. 70. eodem libro Ceph. conſ. 7. n. 16. & 17. lib. 1.*

26 Fallit etiam quod diximus de æſtimatione debita,quã-
do ex veriſimili mente teſtatoris colligi poteſt , quòd fuit
legata res ipſa , quia tunc nunquam debetur æſtimatio
etiam in caſibus,in quibus aliàs debita eſſet,prout in ſpe-
cie poſt *Alciat.concludit Mantic. de coniect. vlt.vol.lib.9.
tit 9.n.21.Soc.iun.conſ.74.n.18.& infra lib.1.* cum enim
æſtimatio debeatur ex coniecturata mente teſtatoris ob
ſanguinis coniunctionem,& ſimiles præſumptiones,*Card.
Mant.d.tit.9 n.4.*ita etiam è contra admittitur alia conie
ctura,per quam altera tollitur, *l.Diuus,ff.de reſtit.in inte-
grum,l.licèt Imperator,ff.de leg.1.l.ex facto, §.item quæro in
fine,ff.de vulg. & pupill.ſubſtit.*

27 Tertiò declaratur non habere locum , quando res alie-
na fuit legata , quia tunc hæres de euictione tenetur , *d.l.
cum alienam,vbi notant omnes Doct. & §.quod autem dixi-
mus,*vbi pariter ſcribentes,*Inſtit.de legat.Imol.Caſtrenſ.&
Alex. in d.§.euictis , & d.l.alienam , & dicam in ſequenti
quæſtione .*

28 Quartò declaratur ſibi non tribuere,quando teſtator ,
inſtitutis duobus hæredibus,non vni ſoli fecit prælegatũ ,
ſed vtrique quia tunc non deberetur euictio etiam inter
inſtitutos reſultaret inequalitas, quam tamen leges dete-
ſtantur,ſic *Dec.conſ.349.n.9.& Ruyn.conſ.212.n.14.verſ.
iſto caſu lib.1.& facit Gl.in d.§.euictis, & in d.l. ſi domus, §.
de euictione,ff.de leg.1.*vbi dicit rationem eſſe,ne inter fra-
tres creſcat inuidia ob inæqualitatẽ, *Caball.in d.§.4. n.23.*
29 vbi quòd diſpoſitio dicti §. euictis extendi non debet vl-
trà ſuos terminos ; ſed reſtringitur ad caſum , in quo lo-
30 quitur,vt voluit *Alex.in dict.l.cum alienam, Ruyn.d. conſ.
212.n.14.verſ.Iſto caſu,& verſ. tertiò* etiam reſpondetur ,
vbi aliter etiam declarat ,

31 Non obſtat,quatenus objiceretur, euictionem non de-
beri inter hæredes pro re in teſtamento diuiſa; ad tradita
per *Gl.Bart.& alios in l.ſi familiæ , ff.fam.hercis.Bar.in l.
qui Romæ,§.duo fratres in vltima q.& ibi Doct. omnes, ff.de
verb.oblig.*

32 Quia , quando res legata titulo fuit relicta , tunc aliud
eſt,quoniam ſeruatur diſtinctio ſcientiæ,& ignorantiæ,&
an relicta ſit coniuncto,vel extraneo: & ſicut in dubium
non habet , quando legatum factum eſt non hæredi ſed
extraneo;ita procedere debet , quando hæredi fit lega-
tum; cum enim duplicem repræſentet perſonam hæredis
ſcilicet,& legatarij, retinet diſtincta iure omnia vtriuſque
perſonæ,*leg.1.vbi Bal.ff.de offic.conſul. Soc. in l.cum filio,
num.28.& ibi Cranet.num.396.ff. de leg.1.* & eligere po-
teſt quo iure agat,quidquid voluerit *Burſat.conſ.5.n.5.&
9.lib.1.*

33 Præterea etiam *Rip.in d § duo fratres,ſub n.95. verſ.ter-
tiò* conſidera, inquit , etiam in portione hæreditaria eui-
ctionem dari ijs caſibus , quibus datur pro re particulari
legata;quia tunc ceſſat ratio,vt per eum, quem ſequitur ,
Menoch.de præſump.lib.3.præſump.118. num.4. & ſeqq. &
eſt verior ſententia , quicquid aliqui in contrarium di-
xerint .

34 Quæ declaratio fortius procedit,quando teſtator diui-
ſione voluit præſtari ſingulis filijs , & hæredibus ſuis ius
integrum : nam tunc voluiſſe cenſetur locum eſſe actioni
pro ſubſecuta euictione,ſicuti declarat *Alciat. in d. l. qui
Romæ,§.duo fratres,ſub n.36.verſ.quòd ſi ius integrum,*qua-
35 re inquit idem Alciat. teſtator qui rem pignorauit , cum
tamen legando videatur non ſolum ius , quod habet reli-
quiſſe,ſed liberam legatario dari velle , *leg. ſi res obliga-
ta , ff. de leg. 1.* hæredem obligat euictionis nomine ,
dict.leg.paterfamil.leg.alioquin hæres non luendo eſſet in
culpa .

36 Fallit, ſi prælegatum fiat tantùm vni , & non pluribus :
quoniam euictio non debetur,ita *Bart.ſing.85.*

37 Quintò declaratur ſibi non tribuere in legato facto
pro legitima , in quo re legata euicta datur euictionis
38 actio,*Iaſ.in l.ſcimus num.5.& ſeq. C. de inoffic.teſtam. poſt
Bal.& Salycet.ibid.Vaſq.de ſucceſſ. progreſſ.in §. ſcimus nu.
4.fol.mihi 239.vbi num.15.* addit, euictionem dari vſque
ad legitimam , & non vltra menſuram legitimæ aduerſus
Bal.

39 Sextò declaratur non procedere , cum teſtator ſciens
rem per eum poſſeſſam obligatam conditionibus extin-
ctionis, vt quia eſſet ſimplex vſufructuarius , eius vita du-
rante tantùm:vel fideicommiſſo per illius obitum purifi-
cando,& ſic ius perſonale habeat: aut ius reale in alium
tranſiturum, eam ſcienter legando videtur tanquam rem
alienam legaſſe,& propterea hæres tenetur ad legati præ-
ſtationem,& eiuſdem manutentionem , ad *text.in l.cum
alienam , Cod. de legat. in ſpecie ſic decidunt Cuman.Imol.
& Aret.in l.quod in rerum,ff.de legat.1. Capra conſil. 146.
colum.2.Peregr.de fideicomm.art.33.n.25. & videndus eſt
Aret.in §.non ſolum n.5.vſque ad finem Inſtit, de legat. vbi
diſtinguit .*

40 Ad dicta ſupra *n.20* & infra, notandum eſt, quod quã-
do legatum factum eſt coniunctæ perſonæ, euictio omni-
no debetur;ſiue teſtator ſciuerit rem alienam, vel non ,
dict.l.cum alienam,C.de legat. ſicut ſi ſciens rem alienam
extraneo legaſſet, *l.ſi res aliena , ff.de legat.1.*& euicta re
hæres tenetur ad æſtimationem : ſicut ſi ſcienter alienam
rem legaſſet,per doctrinam *Bart.& ſcribentium in d.§. de
euictione,& in d.§.euictis,vbi Bar.intelligit tex.*illum duo-
bus ibi concurrentibus. Primò,quòd res eſſet per teſtato-
rem poſſeſſa:ſecundo,quòd legatarius eſſet cohæres. Vn-
de ſi cohæres non eſſet, quia prælegatarius erat perſona
coniuncta teſtatori, inquit , euictionem fore debitam per
caſum *d.l.cum alienam,*quem ita demonſtraſſe voluiſſe di-
xit *Peregr,*in facti contingentia *d.art.33. n.32. in fine ad-
uerſus Mant.qui aliter intellexit in d.tract. de coniect. lib.9.
tit.9.n.4.*& prout ſupra iudicatum teſtatur, & pro decla-
ratione *d.§.euictis, videas eundem Pereg.conſ.29.n.3.lib.4.
qui n.8.*quoque dixit,quod vbi res aliqua legatur perſonę
coniunctæ, & illa res iure pignoris , & hypothecæ ab ali-
quo creditore euicta fuiſſet, tenentur hæredes rem ipſam
euictam luere , & præſtare legatario coniunctæ perſonæ ,
per *text.in d.l.cum alienam, & Iaſ. poſt alios in l. ſi res obli-
gata n.7.ff.de legat.1.*

41 Sed hic quæritur,an legatarius emens ab hærede teſta-
toris rem ſibi legatam , quàm ignorabat eſſe legatam, vi-
deatur renunciaſſe ita legato,vt poſtea illud peterè non
poſſit:& dicitur quòd non , per *tex.in l. huiuſmodi §. qui
ſeruum ff.de leg.1.* ergo a contrario ſenſu , ſi ſciuit renun-
ciare videtur legato:licet *Bart. cogitandum relinquat in d.l.
qui Romæ,§.duo fratres in decima ſecunda quæſt.*& hanc ſen-
tentiam tenuit *Dyn.ibidem* , & eſt magis communiter ap-
probata,vt refert *Alexand.conſil.100.ſub num.5. propè fi-
nem lib.7.& num.6.8.9.& 10.* vbi declarat procedere ,
42 ſi legatum, vel fideicommiſſum erat purificatum, & ceſ-
ſerat dies legati,ſecus ſi purificandum,vt ibi *d.num.10. &
ſupra .*

43 In caſibus verò, in quibus euictio debetur legatarijs ea
etiam non expectata legatarij ſtatim agere poſſunt atque
apparet rem ei legatam, & traditam eſſe alienam , *Hier.
Gabr.conſ.129.n.11.lib.1.qui n.13.*addit, nec opus eſſe de-
44 nunciatione, per ea quæ ibi allegat , & ſemel tantum de-
betur,*Cyn.in d.l.cum alienam, C. de legib.*

Alia quædam in propoſito videas penes *Menoch. dicta
præſumpt.118.lib.3.*

ARGVMENTVM.

Hæres,an & quando de euictione tenea-
tur legatario, cui res legata fuit aliena ;

& quia

Digitized by Google

& quid quando res alteri eſt obligata, an hæres teneatur luere pignus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres de euictione non tenetur, vbi res aliena legatur, & traditur.*
Primò fallit, quando legatum fuit factum coniunctæ perſonæ, n.2.
Secundò fallit, quando legatum factum fuit eccleſia, & pro anima, n.3.
Tertiò fallit, quando legatur res in genere ex natura, ſeu qualitate ipſius rei n.4.
Intellige, vt ibidem.
Quartò fallit, quando legatur res aliena ſcienter, n.5.
Sublimitatur ibidem.
Quintò fallit, quando res aliena legatur ignoranter, vel per errorem, n.6. decl. ibid. remiſſiuè.
Sextò fallit, quando res legata a legatario euinceretur, culpa ipſius hæredis, n.7.
Sublimitatur, n.8.
Septimò fallit, ſi teſtator legando expreſsè aliud voluerit, num.8.
10 *Hæres tenetur luere rem legatam alteri obligatam.*
Primò fallit, quando res obligata eſſet facto legatarij, n.11.
Secundò fallit, quando fuiſſet factum legatum vniuerſale alicuius adminiſtrationis, ſeu ſimilis rei, n.12.
Tertiò fallit, quando res legata fuerat pignorata pro tanto pretio, quod æquat eius valorem, ita quòd non ſit ſpes reluitionis, n.13.
Contrarium n.14.
15 *Legatarius tenetur litem denunciare ante litem conteſtatam, vt hæres de euictione teneatur.*
Et de ratione.

Quæſt. LXIV.

SÆpe numero, vt & tetigi in præcedenti quæſtione, legantur res alienæ, & ideò quæritur an ſi legetur, & tradatur res aliena, & euincatur, hæres de euictione teneatur.

1 Et pro regula dicitur, quòd hæres dicto caſu de euictione non tenetur, ex traditis per *Gl. & Bar. in l. ſi domus, §. de euictione, & in l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de lega. 1. Cyn. Bar. & Bal. in l. cum alienam, C. de legat. Imol. & Auch. in c. ſilius, de teſtam.*

2 Quæ tamen regula plures recipit limitationes; Prima, quando teſtator ignorans, vel errans rem eſſe alienam, eam legaui extraneo, quo caſu, ſi res a legatario fuerit euicta, hæres de euictione tenetur ſic *Bar. in d. l. ſi domus, §. de euictione, num. 3. verſ. quartum membrum*, quem ſequuntur ibidem *Paul. de Caſtr. ſub n. 9. verſ. quartus caſus, & Iaſ. num. 30.*

3 Secundò limitatur, quando legatum fuit factum Eccleſiæ, & pro anima, vt latè comprobat *Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 66. in princ. & in fine poſt Bal. in repet. l. 1. num. 44. verſ. Item pono tertium caſum indubit. C. de ſacroſ. Eccl. Roma. conſ. 235. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116. num. 30. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. titul. 9. num. 4.* quòd extenditur ad legatum factum valdè amicis, vt per *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 146. numer. primo.*

4 Tertiò limitatur non procedere, quando legatur res in genere ex natura, ſeu qualitate ipſius rei, *l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg. 3. & ibi Gl. & Bart. & idem Bart. in d. §. de euictione ſub n. 3. verſ. Primum membrum, vbi etiam Caſtr. n. 6. verſ. Primo caſu, & Iaſ. n. 25.* nam tunc legantis hæres, ſi res legata legatario euincatur, de euictione tenetur, vt tradunt præcitati Doctor. ea ratione, quia vendens vel obligans in genere, tenetur rem facere accipientis, *l. ſi a ſubſtituto, §. hæres, ff. de leg. 1. l. ex empto, in princ. ff. de action. empt.*

Quæ limitatio intelligitur ſecundum *Bar. & Caſtr. vbi ſupra*, quando legatur res in genere ſimpliciter: ſecus ſi legatur res incerta de certis, vt & dixi in præcedenti quæſtione *n. 16.*

5 Quartò limitatur, quando teſtator ſciens rem alienam eſſet, eam legauit *d. l. cum alienam*, quam ita intelligunt *Bar. in l. ſi domus, d. §. de euict. ſub nu. 3. verſ. Tertium membrum eſt poſt Gl. ibi. Caſt. ibid. n. 6. verſ. In tertio caſu, & Iaſ. n. 28* quia tunc hæres de euictione tenetur; ne ludibrio id factum dicatur, tradit *Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 118. n. 10.*

Sublimitatur quando teſtator ſciuit quidem rem a ſe legatam eſſe alienam, ſed tamen in ea ius aliquod habebat, quoniam tunc ſequuta euictione pro iure alieno, hæres quoad illud non tenetur de euictione, ſic *Bar. in d. l. ſi domus, §. de euictione ſub n. 3. verſ. Tertium membrum*, ibi, quòd intellige, quem ſequuntur *Caſtr. ibidem ſub numer. 6. verſ. item procedunt prædicta, & Iaſ. num. 28. verſ. limita dupliciter.*

6 Quintò limitatur, quando rem alienam teſtator ignorans vel errans eam eſſe talem, legauit coniunctę perſonę, quo caſu, quia legatum valet, *d. l. cum alienam*, ibi quod ſi ſuam eſſe putauit, non aliter valet relictum, niſi proximæ perſonæ, vel vxori, vel tali perſonæ datum ſit, cui legaturis eſſet, etiamſi ſciuiſſet rem alienam eſſe hæres tenetur de euictione, ex *Bar. in d. §. de euictione ſub n. 3. verſ. Quartum membrum, & ibidem Caſtr. ſub n. 6. verſ. quartus caſus, & Iaſ. n. 30. & iterum Bar. in l. cum pater, §. euictis n. 3. ff. de leg. 2. Bal. in d. l. cum alienam in fin.* ſecus ſi ſciens teſtator rem alienam eſſe non legaſſet, *Imol. in d. §. euictis, verſ. Item ſecundum eam videtur, & Caſtr. verſ. ex hoc loquitur*, vbi ait hanc eſſe ſingularem limitationem quando duo concurrunt, ſcilicet, quòd factum eſt legatum rei alienæ coniunctæ perſonæ, & à teſtatore ſciente, & poſt *Salyc. idem voluit Alex. in d. l. cum alienam, n. 8.*

Quam limitationem declara, vt per *Menoch. d. præſumpt. 118. num. 15. & 16. & ſeq.* vbi per teipſum videre poteris, prout & ea quæ dixi in præcedenti *quæſt. num. 16. & ſeq. & n. 40.*

7 Sextò limitatur non habere locum, quando res legata a legatario euinceretur culpa, & facto hæredis, vt quia procurauit iniuſtam condemnationem, vel cauſam ei dedit, recuſando exhibere iura, & inſtrumenta, ſeu ſcripturas legatario, quibus ſe tueri poſſet a propoſitis per actorem, *l. inſtrumenta, C. de fideic. & habetur per Bart. in d. l. ſi domus, §. de euictione, ff. de leg. 1. argum. l. quid ergo, §. ſi hæres, ff. eod.*

8 Sublimitatur, vt locum non habeat dicta limitatio, vbi quis partem rei legatæ euinceret ratione alicuius iuris quod habebat in rem, quia tunc hæres de euictione non tenetur, eo quia teſtator legare non videtur, niſi ius, quòd in re legata habebat a *tex. in d. l. ſi domus, §. de euictione in fine, & ibi per Bar.*

9 Septimò limitatur niſi, teſtator legando expreſsè aliud voluerit, quòd ex verbis facilè deprehendi poteſt, vt quia dixerit, quam rem voluit omnino deberi, vel bonam fieri, vel alia ſimilia verba protulerit, quo in caſu hæres de euictione tenetur, *Bart. in d. §. de euictione, & eſt tex. in l. ſerno legato, §. ſi fundus, de legat. 1.*

10 Sed dubium reſtat, quid concludendum, quando res legata fuerat alteri obligata, ſi legetur, an hæres eam luere teneatur, & concluditur teneri; ita vt legatarius nullum onus ſentiat, ſed eam habeat, ac ſi aliquod pignus nõ exiſteret, maximè, quando conſtat, quod teſtator ſciuit

Digitized by Google

rem eſſe obligatam, *l. licèt, ff. de dote præleg. l. prædia, C. de fideic. l. ſi res obligata, ff de legat. 1. §. ſed etſi rem, Inſtit. de legat. Gomeſ. var. reſol. tom. 1. c. 12. n. 39.*

11 Primò fallit, quando res obligata eſſet facto legatarij, *l. licet in ſecundo reſp. ff. de dote præleg. Aret. in §. ſed etſi rem obligatam n. 1. Inſtit. de legat.*

12 Secundò fallit, quando fuiſſet factum legatum vniuerſale alicuius adminiſtrationis, ſeu ſimilis rei, quia tunc tranſiret cum onere, & commodo, *l. cum pater, §. menſa, ff. de legat. 2. Aret. in d. §. ſed etſi rem, n. 1.*

13 Tertiò fallit, quando res legata fuerit pignorata pro tanto pretio, quod æquat illius valorem, ita quòd non ſit ſpes reluitionis, quia tunc iuxta plurium ſententiam hæres non tenetur luere, ſiue teſtator ſciuerit ſiue ignorauerit, quaſi teſtator ſit magis facilis in mandando res ſuas tradi quam in percipiendo, vt aliena redimatur: ſicuti dicitur res aliena, quando obligata eſt pro pretio æquiualenti, *Soc. in l. 1. §. per ſeruum num. 11. ff. de acq. poſſ. Corn. in leg. 2. Cod. de legat. Neguſ. de pig. part. 3. membr. 1. num. 29. & 30.*

14 Contrarium, quòd etiamſi eſſemus in caſu æquiualentiæ onus luitionis ſpectet ad hæredem, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit, receptior videtur *Gl. in §. ſi rem, Inſtit. de legat. & in l. prædia, C. de fideicomm. Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 13. vbi etiam Alex. num. 2. et 3. ff. de legat. 1. Gomeſ. var. reſol. tom 1. c. 12. n. 39. in praxi, ita tenendum dixit Vinius lib. 2. comm. opin. in ver. legatum, Craſſ. in §. legatum qu. 16. in fine.*

15 Scias tamen, quòd ad hoc, vt hæres de euictione teneatur, & per legatarium aduerſus eum agi valeat, is tenetur litem denunciare ante litem conteſtatam; licèt alias in emptione, & venditione regulariter ſufficiat denunciare quandocunque ante ſententiam, dummodo iura ſalua ſint, & defenſiones, quia legatarius non tractat de damno vitando, ſed de lucro captando, *Gloſ. in leg. ſi rem, §. fin. ff. de euict. in leg. qui concubinum, §. ſi hæres, ff. de leg. 3. vbi Bartol. & Cyn. in leg. emptor, Cod. de euiction. eſt communis opinio.*

ARGVMENTVM.

Euictiones bonorum an cedant in damnum legatariorum, vel hæredum, ſeu fideicommiſſariorum.

SVMMARIVM.

1 *Diminutiones patrimonij ex cauſa euictionum contingentes, de quibus non cogitauit teſtator, ſi fiant ad releuamen hæredis, & fideicommiſſarij vniuerſalis; legata quoque pro parte minuuntur.*
Sed quòd cedant damno hæredis, n. 5.
2 *Teſtator quid ſenſerit, declaratur ex ijs, quæ ex poſt facto contingunt.*
3 *Teſtatoris diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
4 *Voluntatis teſtatoris quæſtio ſpectat ad iudicem.*
6 *Legata, & relicta particularia non minuuntur ob ſequentes euictiones, vbi non excedunt dodrantem.*
Fallit, quando hæres adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, quo caſu euictio releuaret hæredem pro rata, n. 7.
8 *Patrimonij quantitas inſpicitur tempore mortis.*
9 *Diminutiones bonorum ex cauſa de præterito originem habentes in vita teſtatoris ad damnum fideicommiſſarij cedunt.*

Quæſt. LXV.

TEſtatores ſæpè præſumentes de ipſorum bonis magis, quàm par ſit: faciunt legata, quorum ſolutio, ſeu præſtatio vel non ſit ſaltem integrè, vel cum magna difficultate: & ideo quæro.

1 An ſi patrimonium teſtatoris ex cauſa euictionum, de quibus non cogitauit, minuatur ad releuamen hæredis, & fideicommiſſarij vniuerſalis, legata pro parte quoque minuantur, quaſi teſtator non eſſet ea relicturus ad ipſorum grauamen ſibi magis dilectorum.

Nam ex cauſa, quæ ex poſt facto emerſit, recedi poteſt
a voluntate teſtatoris ſecundum *Franc. Crot. in l. filiusfa-*
milias, §. Diui num. 172. ff. de legat. 1. per text. in l. in confir-
mando, & l. vtilitatem, ff. de confirmat. tutò, & ſane ex ijs
2 etiam, quæ poſtea contingerunt, declaramus, quid retro
ſenſerit teſtator, *Alciat. in l. Gallus, §. quidam relictè num. 11.*
ff. de liber. & poſthum. & l. vltim. de inſtitut. & ſubſtit. idem
Alciat. conſ. 15. n. 7. & 8. lib. 8.

3 Item, quia teſtatoris diſpoſitio intelligitur rebus ſic
ſtantibus, *d. l. confirmando, & l. Paulo Calimacho, §. 1. ff. de*
leg. 3. ac l. Mæuia, §. vltimo, ff. de ann. leg. Bart. in l. quoties, §.
ſi duo, n. 5. ff. de hæred. inſtit. Alex. in l. quòd Seruius, n. 5. ff. de
condit. ob cauſ. & ibidem Iaſ. dicens eam regulam generaliter
procedere; ita quòd mutato rerum ſtatu videatur iudicem
recedere poſſe voluntate teſtatoris propter eam
4 cauſam, quam ſi teſtator non ignoraſſet, veriſimile ſit
eum non ita fuiſſe diſpoſiturum, quia ad eum voluntatis
quæſtio pertinet *l. voluntatis, ff. de fideic. & eſt tex. in l. quidam*
in teſtamento, ff. de legat. 2. in propoſito ſic arguit Card.
Mant. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 3. n. 19.

5 Sed contrarium, quòd ſcilicet rerum euictiones, & diminutiones
contingentes in rebus hæreditarijs non pertineat
ad onus legatariorum, ſed ad onus hæreditatis,
quia onus æris alieni non pertinet ad legatarios, eſt *text.*
in l. æris alieni C. de donat. Dec. conſ. 481. ſub n. 12. verſ. Tertio
principaliter quæritur, & notatur in leg. 1. §. hæres, ff. ad
6 *Trebel.* non enim vllo iure cautum reperitur, ſequentes
euictiones rerum poſt adita hæreditatem minuere legata,
vel relicta particularia: & ſignanter, vbi legata non excedunt
dodrantem, *l. 1. §. 1. ff. ad l. Falc.* & ita remanet hæ-
7 redi quarta; vel cum hæres agnouit hæreditatem abſque
beneficio inuentarij: quia alioquin euictio releuaret hæ-
8 redem pro rata. *Coſta de ratio. rata q. 140. n. 9.* & quoniam
patrimonij quantitas inſpicitur tempore mortis, *l. in ratione,*
§ quintas, & l. in quantitate in princ. ff. ad l. Falc. Dec.
d. conſ. 480. ſub d. verſ. Tertio principaliter, eſt tex. in l. Lucius,
§. fin. ff. ad Treb. in ſpecie ſic tenet Peregr. in tract. de fideicomm.
art. 4. n. 58. & in conſ. 64. n. 4. lib. 3.

9 Diminutiones verò ex cauſa de præterito originem habentes in vita teſtatoris, atque ita euictiones bonorum ad damnum fideicommiſſarij vniuerſalis cedunt, quia eius reſpectu hæreditatem diminuunt, quoniam origo vniuſcuiuſque rei, eiuſque cauſa ſpectanda eſt, *l. num origin. ff. quod vi, aut clàm, cum alijs per Bart. in dicta l. in ratione, §. quòd vulgo, ff. ad l. Falc. in terminis Ruyn. conſ. 109. num. 2. lib. 2. quem ſequitur Peregr. in d. tract. de fideic. art. 10. n. 46.*

ARGVMENTVM.

Euictionis actio vtrum detur in prælegatis.

Et regulariter qua actione conſequatur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Euictio non datur in re prælegata, quæ poſſidebatur à teſta-
tore, niſi excipiendo.*
*Secus, ſi legauit teſtator rem ab alio poſſeſſam, quia tunc eui-
ctio datur etiam agendo, n. 2.*
Et de ratione, num. 3.
*Primò limitatur concluſio præmiſſa, quæ fundatur in § eui-
ctis, vt procedat, quando per teſtatorem prælegaretur res
aliena ab ipſo tamen teſtatore poſſeſſa, quam credebat
eſſe ſuam, ſecus ſi legaretur res aliena ab extraneo poſſeſ-
ſa, num. 4.*
*Secundò limitatur non habere locum, ſi cohæres non eſſet
perſona coniuncta; quo caſu etiamſi teſtator ignoranter
legaſſet, habet regreſſum de euictione contra cohæredem:
cum tunc non ſint in pari cauſa, nu. 5.*
*Tertiò limitatur, niſi tale prælegatum eſſet neceſſarium, vt
eſt, quando factum fuit filio, quod in legitimam deberet
imputare, nu. 8.*
*Quartò limitatur, quando diuiſio facta eſſet à teſtatore: ſe-
cus ſi facta ſit a partibus, vel a iudice, nu. 9.*
*Intellectus, & declaratio l. cum pater. §. euictis de legatis 2.
nu. 4. & ſeq.*
6 *Priuilegium ceſſat inter pares.*
10 *Prælegatum ſi fiat alijs cohæredibus ope exceptionis, cohæ-
res de euictione agere poteſt.*
*Ampliatur procedere non ſolùm omnibus ſit factum præle-
gatum, ſed etiam ſi aliquibus, quia inter eos locum habebit
euictio, nu. 11.*
12 *Hæres, qui rem redemit, & tradidit legatario, quæ poſtea e-
uincitur, de euictione non tenetur.*
*Sed cedere debes actionem quam habet aduerſus vendito-
rem, n. 13.*
Et quid ſi cedere non poſſit, n. 14.
*Actio executiua competit pro legatur ex veriori, & magis
communi.*
Contrarium, num. 16.
Et quid in legato quantitatis, & ſpeciei, num. 17.
18 *Actio hypothecaria datur pro legato.*
Item, & officium iudicis, num. 19.
*Et hypothecaria electa poteſt ad officium iudicis accedi nu-
mero 20.*
21 *Saluianum interdictum datur pro legatis.*
Intellige, vt num. 26.
*Et qualiter in eo petendum, & pronunciandum ſit numero
22.*
23 *Legatarius cogit hæredem, vt agat ad recuperationem rei
ſibi legatæ, & ad illi reſtituendum, hæres tamen liberatur,
cedendo legatario actionem, dum tamen in executione fa-
cienda non requiratur magna impenſa, quoniam ad hære-
dem ſpectat labor, & ſumptus, num. 24.*
25 *Actionem habens, ad alterius commodum compellitur
agere.*

Quæſt. LXVI.

CONuenit huic loco, vt diſſeramus an, & quando in re
prælegata, debeatur euictionis actio.
1 Qua in re dicimus, quod in re prælegata, quæ poſſide-
batur à teſtatore, non datur euictio, niſi excipiendo, *lege
cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2. ſed*, vbi legauit teſtator
rem ab alio poſſeſſam, tunc datur etiam agendo euictio-
nis remedium, quemadmodum declarat *Bartol. in d. l. cum
pater, §. euictis ſub numero 3. verſic.* Item aducrte, vbi
2 etiam *Imol. circa med. verſic. tertiam pone. Ruyn. conſilio
212. ſub numer. 14. verſic. vel ſecundo dicendum eſt libro 1.
Dec. conſil. 349. numero* 8. qui in eodem caſu reſpondit,
prout & in eadem facti ſpecie ſcripſerunt *Socin. iun. conſ.
53. libro 1. & Bero. conſil. 122 libro 2. ſequitur Caballin. de
euiction. §. 4. numer. 25. Card. n. Mantic. de coniectur. vltim.*
3 *volum. libr. 9. titul. 9. numer. 4. facit Gloſ. in dicto §. euictis,
& in l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1.* vbi dicit ratio-
nem eſſe, ne ſcilicet inter fratres creſcat inuidia; & ſic vi-
detur dicere, quòd non procedat, quando inter fratres
data euictione ſequatur æqualitas potentiſſima remo-
uendi inuidiam inter eos: & pro hac facit, quia diſpo-
ſitio illius text. non debet extendi vltra ſuos terminos,
ſed reſtringi caſum, in quo loquitur, vt inquit *Alexand.
in leg. cum alienam Codic. de legat. Ruynus dicto conſil. 212.
ſub numero decimoquarto, verſic. Iſto caſu. Caballin. dict. §. 4.
num. 33.*
4 Ceterum *tex. in d. l. cum pater, §. euictis*, in quo funda-
tur concluſio præmiſſa.
Limitatur primò vt procedat, quando per teſtatorem
legaretur hæredi res aliena, ab ipſo tamen teſtatore poſ-
ſeſſa, quam credebat eſſe ſuam; ſecus verò ſi legaretur res
aliena ab extraneo poſſeſſa: quia tunc redimi debet de
communi, per *tex. in dicta leg. cum alienam. C. de legat.* quæ
in hoc non reperitur immutata.
5 Secundo limitatur in quantum diſponit euictionem
ceſſare euicta re prælegata, non habere locum, ſi cohæ-
res non eſſet perſona coniuncta; quia tunc etiam ſi igno-
rantes teſtator legaſſet, habet regreſſum de euictione
contra hæredem cum tunc non ſint in pari cauſa; & ſic
præfertur iſte agens, vt deducitur ex *Gloſa* ibi, quam pro
ſingulari notat ibidem *Paul. de Caſtro ad limitationem il-
lius text. idem firmat Bald. in dicta l. cum alienam in tertia*
6 *colum. verſic. vlterius renocatur*, vbi dicit, quod ratio di-
ſpoſitionis illius *§. euictis eſt perſonarum æqualitas*; nam
præſumitur, quòd pater vnum tantum dilexerit, & alios
7 neglexerit, *leg. non ſolum. § denuo, ff. de ritu nupt.* & quia
priuilegium ceſſat inter pares, *l. ſed & milites, § coæquali-
tas, ff. de excuſat. tuto. & Gloſa in dicta l. cum rem alienam*,
dicit, quod ratio eſt, quia prælegatum fuit factum vni, &
ſic euictio reducit eos ad æqualitatem, vt & ſuperius dixi,
& è contrario orietur inuidia, ſecundum *Gloſ. in d. euictis*;
& ſic vera eſt ratio ad illum textum.
Tertio limita dictum §. intelligendum, niſi tale præle-
8 gatum eſſet neceſſarium, puta, quia factum filio, ita quod
in legitimam deberet imputari, eſt caſus in *lege ſcimus, §.
1. C. de inoffic. teſtament. idem in Trebellianica, eſt text. in l.
ſi hæres præcepto, & ibi Gloſſa, & Bar. ff. ad trebellian.* quod
& notauit *Caſtren.* vbi ſupra ad limitationem dictis §. eui-
ctis, & in eodem §. *gl. Baldus in dicta l. ſcimus, Alexandr. in
dict. l. rem alienam ego, & ipſe in tractatu de imput. qu. 48.
numero* 40.
9 Quartò limitatur, quando diuiſio facta eſſet à teſta-
tore; quia tunc diuiſio teſtatoris locum habet permu-
tationis: ſed quando eſſet facta à partibus, vel à iudi-
ce, bene poſſet agi de euictione, ad *text. in lege ſi fratres,
Cod. commun. vtriuſq. iudic. Bartol. in dicto §. euictis, & ibi-
dem gloſa*.
10 Item adde circa id quod dicit textus ille, nempè,
quòd ſi alijs cohæredibus fuiſſet etiam factum prælega-
tum ope exceptionis, ille cohæres de euictione agere
11 poſſet procedat non ſolum in omnibus ſi factum, ſed
etiam ſi aliquibus, quia inter eos dicto modo habebit
locum euictio, vt probatur *in d. §. euictis*, ex identitate
rationis, vt voluit ibi *Paul. de Caſtr. quamuis gloſs. ſentiat
contrarium*.
12 Sed iuxta prædicta quærò: quid ſi hæres rem redemit,
& tradidit eam legatario, quæ poſtea euincitur, an eo ca-
ſu hæres de euictione teneatur, & reſpondendum vide-
tur negatiuè.
Quia durum eſſet, quòd iterum redimere teneretur,
leg. fideicommiſſa, §. ſi quis alieni, ff. de legat. 3. ſed cedere
debet

Digitized by Google

art.40.num.20.21.et ſeq.et conſil.47. et 49. num.8. et ſeqq. lib.3.et d.conſil.50.n.5.et ſeq.lib.4.Gabr.conſil.118. num.5. lib.1.

36 Tertiò fallit, ſi teſtator vſus ſit verbo ſubiunctiui temporis,hoc eſt,ſi alienauerit, & ſic verba ſonant in actum perfectum,quo caſu alienatio dicitur valida,& is,cuius fauore prohibita fuit alienatio, agere poteſt ad pretium, non autem ad rem,ad ſcripta per *Ceph. conſil.715. num.8. Petra de fideicom.q.3. n.9.et q.4. num.4. et Menoch. conſil. 63.n.3.et ſeqq.et n.8.lib.1.*vbi declarat,ſed quod alienatio poſſit reuocari,voluit *Bart.in l.quoties la prima,C.de fideicomm.et fortè melius.*

37 Sublimitatur,quando teſtator dixiſſet, prohibeo bona alienari,& ſi alienauerit,&c. quia ex hac verborum geminatione agi poterit ad vendicationem alienatorum, ita *Mar.Socin.iun.in d.leg.filiusfam.§.Diui n.87.in fine,et n.88. et ibidem Rip.n.48.Fernan.Loaz.n.113 ff.de leg.1.Menoch. d.conſ.63.nu.7.et Petra dict.q.3.ſub n.9.verſic. et hęc Bart. ſententia.*

38 Quartò fallit, quando prohibitio alienationis facta eſſet in contractu,quia tunc ſi prohibitus alienauerit,transfert dominium,*Bart.in l.ea lege et ibi Angel.in princip.Salycet.num.2.Imol.in princ. Cuman.et alij, Cod.de condit.ob cauſ.Bart.in dicto §.Diui num.14.& ibi Iaſ.in 2.lect.numero 114.Crot.num.86.Ruyn.num.97.& ſeq.Rip.num. 84.Ortz. num.57.Socin.iun.num.17.& Alciat.numer.35.Corn.conſil. 181.num.48.lib.2.Anan.conſil.47.num.8. Pariſ.conſil.100. num.1.& ſeq.lib.4.Alba conſil.423.num.3.Becc. conſil.80. num.2.Caſſan.conſil.55.num.23.Gabr. conſil.140. num.50. lib.1.Sard.conſil.399.num.2.lib.3. Odd. conſil.98. numer.8. Menoch.conſil.63. num.1. lib.1. Peregrin. de fideicommiſs. art.51.num.69.& ſeqq.Petra de fideicomm. quaſt.4.Ludou. in deciſ.Peruſ.68. in fine, vbi de communi teſtatur Magon. dec.Florent.112.num.3.& 19.Card.Seraphin.deciſ.477.n.3. qui num.4.& ſeqq.* notat plures caſus, in quibus alienatio non poteſt præiudicare pacto,itaut etiam in emptorem non poſſit dici translatum dominium,quin ab eo res vendicari poſſit, & in propoſito videas quoque *Peregrin. de fideicomm.art.51.num.76.& plurib.ſeqq.*

19 Ad præmiſſa etiam notandum erit, quod vt alienatio valeat,nec dicatur contrauentum prohibitioni,(quatenus admittamus ſententiam,de qua *num.14*) requiritur,quod creditores vrgeant, quod ſufficit 2 vt prohibitus ſponte procedat ad bonorum alienationem abſque eo,quod patiatur bona capi per creditores,& ſubhaſtari, *l. pater filium in princip.in ſecundo reſ. ff. de leg.3. Gabr.d.conſil.118.n.5. lib.1.Maſc.de probat.concl.1236.n.36. Peregr. de fideicom. art.40.n.35.*

20 Tutius tamen erit, ſi bona vendentur iuſſu iudicis, & inuito hærede grauato,per doctrinam *Bart.in leg. peto, §. prædium,ff.de leg.2.*dum loquitur de primo,& ſecundo decreto, *Bald.in cap.1.num.11.de prohibita feudi alienat. latè Borgnin.deciſ.6.part.3. & Petra de fideicomm. quaſt.8. numer.320.*

ARGVMENTVM.

Venditor quando de euictione teneatur rei alienari prohibitæ, vel etiam alienatæ lite pendente.

Et quando emptor ſaltem recuperet pretium.

Et quid in re maioratus vendita.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum fideicommiſſo obnoxiorum facta ab ignorante ignoranti tenet irreuocabiliter.*
Sed contrarium,num.2.
Declaratur prima opinio,num.3. remiſſiuè.
4 *Alienatio vbi expreſsè fuit prohibita,lex ab initio annullat.*
Etiam ſi facta ſit ab ignorante ignoranti, n.5.
6 *Re alienata,lite pendente,& alio translata,vel in potentiorem, reus tenetur aliam loco illius ſubrogare de iure Canonico.*
Et de iure ciuili tenetur in duplum æſtimationis pretij, n.7.
Et de ratione,num.8.
9 *Res litigioſa vbi alienatur, tum vendens, quam etiam acquirens punitur.*
Fallit ſi ignorauerit,num.10.
11 *Ignorantia excuſat à pœna.*
12 *Ignorantia facilius præſumitur in acquirente,ac emptore.*
13 *Venditor præſumitur ſcire qualitates rei venditæ.*
Fallit,quando venditor in ius alterius ſucceſſit, numero decimoſeptimo.
Secundo fallit,quando fuiſſet abſens, & per procuratorem generalem negotia ſua geſſerit, n.15.
16 *Re pretio,lite pendente vendita,duplicatur pretium fiſco,et res vendita reſtituitur venditori.*
Et quid quando non fuit pretio vendita,ſed permutata, vel donata,n.17.
Et venditor tantum ſciuit,n.18,
19 *Venditor de euictione tenetur ex venditione rei litigioſæ, præſertim ſi ſit promiſſa.*
20 *Accuſatus alienare non poteſt poſt ſententiam,et ſi alienat, reuocatur.*
Sed vtrum emptori pretium reſtitui debeat,diſtinguitur, & declaratur,n.21.22.& 23.
22 *Ignorantia craſſa & ſupina,ſcientia comparatur.*
24 *Emens rem reſtitutioni ſubiectam pretium recuperat re euicta,ſcientia non obſtante.*
Fallit in malę fidei emptore, qui non fuit ſtipulatus euictionem,n.25.
26 *Emens ſcienter rem alienari prohibitam, ſecuta euictione agere poteſt ad pretium, quando fuit de euictione ſtipulatus,& n.27.*
28 *Emptor rei maioratus, an & quando recuperet expenſas à ſequente ſucceſſore illam euincente.*
29 *Alienatio vbi eſt prohibita ſub pœna amiſſionis ipſius rei, non habet locum regula.Quem de euictione,&c.*

Quæſt. L X.

QVæro, an non obſtante expreſſa alienationis prohibitione teneat alienatio facta ab ignorante, ita vt vendicari non poſſit.

1 Nam ſimplici fideicommiſſo, & ſic in tacita prohibitione videmus, quod ſi alienatio fiat ab ignorante ignoranti valet irreuocabiliter,*l. quam ita, §.vltima, ff.ad Trebell.leg.ſi hæres,& leg. ſi a. §.fin. & ibi Bart.Bald..Alberic. Imol.Paul.de Caſtro,& alij,ff.de leg.2..Alexand.in leg.Marcellus,§.res,quæ num.3.ff.ad Trebell.& ibi Angel.numer.2. Ripa in leg.filiusfamilias §.Diui,num.11.ff.de leg.primo. Padilla in authent.res,quæ num.3. & ſequentibus vbi cæteros adducit,Cod.commun.de leg.Roland. à Valle conſil.85. num. 18.lib.1.& conſil.81.lib.2.Rim iun.conſil.23.num.324.conſil.324.vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum,& conſil.782. num. 129.& ſeq.Cæphal.conſil.261.num 31.conſil.393.numer.78. & 87.& 167.& conſil.761.num.10.& ſeqq.Decian. conſil. 57.num.15.lib.3.Gabriel conſil.118.& conſil.119.lib.1.Menoch.conſil.44.num.16.lib.1. Petra de fideicommiſſ. quaſt.3. num.36.*

Digitized by Google

num.36.& quæſt.14.num.308.Craſſ.in §. fideicommiſſum q.
56.num.4.vbi teſtatur de communi ſententia. Peregr. de
fideicomm.art.40.num.30.& art.45. num.24. qui pariter
de communi fidem facit.Oſaſch.deciſ.73. Ioſeph.Ludouic.
deciſ.Peruſ.29.n.30.par.1.Magon.deciſ.Florent.102. n.12.
Rota Rom.deciſ.31.p.1.in nouiſſ.
2 Licet contra, quod ſufficiat ignorantia alienantis, vel
acquirentis, & ita quod vtriuſque ignorantia non ſit ne-
ceſſaria,tentat & malè Angel.relatos à Petra in dicto tract.
de fideicomm.dicta q.3.n.4.& relati per Ioan.Nentz.conſil.
32.num.9.
3 Etenim dicta prior concluſio tenenda eſt cum declara-
tionibus,de quibus per Peregr.poſt alios in d.tract.de fidei-
comm.art.40.n.38.& 39.
4 Non ſic tamen in quæſtione,de qua agimus, dicendum
eſt, quia lex ab initio annullat alienationem, & tribuit
vendicationem.Paul.de Caſtr.in l.fin.Cod. commun.de leg.
Alex.conſil.93.lib.2. Afflict. deciſ.335. in ſecundo dubio.
Gramm.deciſ.93.Menoch.conſil.89.n.77.lib.1. & dixi in
5 præcedenti quæſtione, & alibi, etiam quod facta ſit ab
ignorante ignoranti, Gl.in l.cum pater, §. libertis, ff.leg.2.
Paul.de Caſtr.in l.fin.§.fin.in fin.de leg.2.& in l. filiusfamil.
§.Diui,vbi Iaſ.n.69.Ripa n.11.ff.de leg.1.Surd.conſil.116.n.
17.lib.1.Honded.conſ.42.n.50.lib.2.Peregr.de fideicommiſſ.
art.40.n.39 verſic.Rurſus text.& conſ.35.n.4.& ſeqq.libr.
2.Rota deciſ.21.& 22.par.1.& deciſ.49.num.4.& ſeqq.p.2.
in nouiſſ.vbi de magis communi,& deciſ.268. part.2. in re-
centior.
6 Sed quid agendum, ſi res alienata ſit lite pendente, ac
re haberi non poſſit,vt quia eſt res mobilis aliò tranſlata;
vel immobilis per procuratorem detenta.
Reſpondetur,quod iure Canonico inſpecto,iudicis of-
ficio implorato,cogi poteſt reus aliam rem loco illius ſu-
brogare,c.eccleſia H 2. vt lite pendente.
7 Verum de iure ciuili in duplum æſtimationis pretij te-
8 neretur,l.fin.ff.eodem.Nimirum,quia res ipſa ſtatim quod
eſt effecta litigioſa,non poteſt amplius alienari,neque pi-
gnorari,l.Diuus,ff.de petit.hered.tot.titul.ff.C.de litig.l.1.§.
fin.ff.quæ res pign.& ibi notatur Abb.in d.c eccleſia n.9.Gl.
9 Cyn.Bald.& Caſtr.in l 1. C.commun.diuid. & vbi alienatio
fuit ſequuta tam alienans, quam etiam acquirens pœnis
10 legalibus afficiuntur,d.l.fin.C.de litig. Diſtinguitur tamẽ,
quod ſi venditor & emptor, & ignorent rem eſſe litigio-
ſam,eo caſu neuter punitur, Gloſ.& ſcribentes in d.l.fin.&
Abb.in d. c.eccleſia.
11 Ratio eſt, quoniam ignorantia pœnam non meretur,
vel ſaltem excuſat à pęna,c.cognoſcentes,extra de conſtitut.
12 In emptore vero, & acquirente facilius ignorantia præ-
ſumitur,l.verius,ff.de probat.Surd.deciſ.265.n.6. & è con-
13 tra in venditore magis præſumitur ſcientia, quia agitur
de facto ſuo proprio,leg.quamquam,ff.ad Velleian. Gloſ.in
authent.ſed enim teſtator.Cod.ad leg.falcid.Surd.d.deciſ.265.
14 num.5.quamuis hoc fallat, quando venditor in ius alte-
rius ſucceſſit,l.qui in alterius ff.de reg.iur. vel ſi fuiſſet ab-
15 ſens, & in partibus longinquis per procuratorem gene-
ralem negocia ſua geſſiſſet, adnotata per Gl.& Doctor. in
d.l.fin.
16 Quando vero tam venditor,quam emptor,& ſic vterq;
illorum ſciuerit rem eſſe litigioſam, ſic res pretio fuerit
alienata,emptor pretium amittit,& tantundem venditor,
& ita duplicatum pretium fiſco perſoluitur, ac inſuper
annullato contractu res vendita reſtituitur.
17 Vbi autem non fuit pretio alienata, vt quia permuta-
tionis, vel donationis titulo, tunc æſtimatur res, & pro
quantitate æſtimationis vterq; ad fiſci commodum mul-
ctatur.
18 Sed ſi venditor tantum ſciuit, emptor rem reſtituit re-
cepto pretio à venditore cum alia tertia eiuſdem pretij
parte in pęnam venditoris, vel cum tertia parte æſtima-
tionis rei,quando alienatio facta non fuit pro pretio.
19 Ex his dubium oritur, quid ſi venditor in huiuſmodi
alienatione de euictione promiſerit, ſub pęna dupli, an
teneatur,quia venditionis contractus ſit nullus;& conclu-
ditur pro emptore ratione euidenti, quia promiſſio de
euictione non pertinet ad validandum contractum ven-
ditionis,ſed ad prouidendum emptori, vt in ſpecie con-
cludunt Cyn.Bald.& Salyc.in dicta leg.fin.de litig & ſequi-
tur Peregr.in tract.de iure fiſci lib.4.de litig.titul.6. n.35.
20 Simile eſt,quod dicimus de accuſato ſuper fracta pace,
qui etſi, quod fortius eſt,iudicio pendente rerum ſuarum
liberam adminiſtrationem contrahendo, & teſtando ha-
beat, non tamen id procedit, ſi lite cæpta accuſatus con-
ſcientia perpetrati criminis in fraudem legis, & conſtitu-
tionum bona ſua alienet, quoniam eo in caſu poſt decla-
ratoriam ſententiam,fraude detecta, actione reuocatoria
alienata reuocari poſſunt,per text.in leg.final. §.ex bonis,
ff.de bon.damnat.& in leg.in fraudem ff.de iure fiſci, & in
leg. auſertur, §. in reatu, ff. de eodem titul. Bartol.in
21 leg poſt contractum,ff.de donat.vbi tradit qualiter fraudis
præſumptio probetur, & quoad emptorem, an ſcilicet ei
pretium reſtituendum ſit:diſtinguitur, an bonæ fidei em-
ptor,an vero fraudis particeps fuerit.
Primo caſu,ſi iuſtam delicti,& factæ accuſationis igno-
rantiam habeat, & titulo oneroſo in eum facta eſt aliena-
tio,eidem pretij reſtitutio facienda eſt,ne fiſcus cum alie-
na iactura iniquè locupletetur, & emptor bonæ fidei dã-
num indebitè patiatur,ad text. in l.1. §. ſi quis in fraudem
patroni,ff.ſi quid in fraud.patron.fact ſit in l. qui à debitore,
ff.quæ in fraud.cred.in l.ſi Senatus conſulto, ff.ad Senat.Con-
ſult.Syllan.in l.emptor,& ibi per Doctor.ff.de rei vend.Gl.in
cap. ad audientiam in ver. refundendam de rebus eccleſ. non
alienand.
22 Declaratur tamen hic caſus vt procedat,quando igno-
rantia fuit iuſta ſecus ſi craſſa,& ſupina,quæ ſcientię com-
paratur,c.1.de poſtul. Prælat.& leg.nec ſupina, ff.de iur.&
fact.ignor. Surd.deciſ 221. n.15.
23 Secundo caſu,quando fraudis particeps fuit, pretium
amittit, lege ſi fundum, Cod.de euict.& lege ſi fratres,Cod.
commun.vtr iuſque iudic.nam imputet ſibi, quod cum tali
delinquente ſciens prudenſque contraxit, vnde merito
ſuæ ſtultitiæ pœnam luere debet,cum contra legem fuerit
mercatus,dicta lege ſi fundum,& dicta leg.ſi fratres, l. ſi de-
bitor,vbi Bartol.num.primo,ff.quæ in fraud.creditor. & leg.
qui à debitore eodem titul. Gloſ.in dicto cap.ad audientiam,
& Bald.in leg.final.§.emptor.num.1.& 6. Cod.commun.de
24 legat.licet præmiſſa non obtinerent in eo, qui ſcienter
emit rem reſtitutioni ſubiectam, quia vt alias dixi, non
obſtante ſcientia re euicta pretium à venditore emptor
recuperat etiam ſi non ſit ſtipulatus, quamuis non inte-
reſſe,vel duplum,per text.in dicta lege final. §. emptor, vbi
Iaſ.n.2.diuerſitatis rationem tradit.
25 Regulariter tamen malæ fidei emptor ſi non ſit ſtipu-
latur pretium re euicta,nihil conſequitur,dicta lege ſi fun-
dum,& dicta lege ſi fratres,Iaſ.in dicta lege final.§ ſi empt.
n.2.Cod.commun.de leg.Andr.Gayl. pract.obſeru.lib.2.ob-
ſeru.139.n.16.
26 Prout nec ſcienter emens rem alienari prohibitam, ſe-
quuta euictione,agit ad pretium.Rota deciſ.48.num.4.poſt
tract.Cinc.de Cenſibus.
27 Limitatur nihilominus, quando expreſsè fuit de eui-
ctione ſtipulatus.Bartol.in lege qui Romæ,§.duo fratres nu-
mero 25 ff.de verbor.obligat.Tiraquell. de retractat.lignag.
§.12.Gloſ.prima, numera 11.Cornel.conſilio ſecundo,numer.
nono, & ſequent.libro 3.Oſaſch. deciſione 18. numero quin-
to,& 6.Surd.deciſ.243. Quamuis intereſſe, vel damna
ſcienter emens non conſequatur, prout in emente ſcien-
ter bona ſubiecta fideicommiſſo concludit Gamma de-
ciſ.20.

28 Sed

Digitized by Google

28 Sed an emptor rei maiorátus recuperet expenſas in ea bona fide factas à ſequenti ſucceſſore illam euincente, & an eidem emptori competat pro eis ius retentionis, videas per te ipſum apud *Gutterez pract. quæſt. lib. 3. q. 68. n. 1. & ſequentibus, & num. 8.* vbi, quid ſi expenſæ factæ ſunt mala fide.

29 Denique nota, quod vbi alienatio eſt prohibita ſub pœna amiſſionis ipſius rei, non habet locum regula, quę de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio, de qua in lege vendicantem, *ff. de euiction. Afflict. in capite ſi vaſallus, ſi de feud. defunct. fuer. controuerſia inter dominum, & agnat. n. 56.*

ARGVMENTVM.

Conſenſus, qui requiritur in aliquo actu, an debeat eſſe expreſſus, vel ſufficiat tacitus.

Promiſſio defenſionis quid importet.

Promittens præſtare fideiuſſores de euictione, an poſſim adimplere per æquipollens.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiubens cenſetur conſentire contractui, pro quo fideiubet.*
Intellige, vt n. 6.

3 *Statuto, quod filius ſe obligare non poſſit ſine conſenſu patris, ſi pater pro filio fideiubeat, ſatisfactum dicitur.*

4 *Alienatio ſi ſit prohibita abſque conſenſu puta matris, conſenſu requiritur expreſſus, non tacitus pro illius validitate.*

5 *Conſenſus quando requiritur pro forma, expreſſus eſſe debet, & non tacitus.*

7 *Fideiuſſio vbi tenet, & venditor promiſit releuare indemnem fideiuſſorem, is debet indemnis conſeruari re euicta.*
Extenditur non procedere in promittente defenſionem, quæ importat litem in ſe ſuſcipere, & iudicatum ſoluere, numero 8.

9 *Defendere non dicitur, qui ſubterfugit iudicium, & declinat forum.*

10 *Promittens generalem defenſionem, tenetur ſatisdare de iudicatum ſoluendo.*

11 *Promittere litem ſuſcipere, & indemnitatem, idem important.*

12 *Fideiuſſor euictionis liberandus eſt à fideiuſſore re euicta.*
Præſertim ſtantibus moleſtijs paſſis per fideiuſſorem, numero 13.

14 *Promittens in venditione præſtare fideiuſſorem non poteſt adimplere per æquipollens, etſi quando melius, & ſecurius creditori ſuccurritur.*

15 *Venditor loco fideiuſſoris de euictione non admittitur ad inueſtimentum, quando etiam promiſit indemnitatem, & litem ſuſcipere.*

16 *Emptor, cui tradita fuit res vendita, nec lis, nec quæſtio mouetur, ſatis dicitur cautus per pretij inueſtimentum in alia re, quæ remanet pro euictione obligata.*
Sed contra, num. 18.
Declaratur procedere, ſi emptor velit agere de euictione, non autem ſi agat ex empto, n. 17.

Quæſt. LXI.

TEſtator prohibuit, quod filij non valeant vendere bona ſibi relicta abſque expreſſo matris conſenſu patrui, vel alterius cuiuſcunque. Quæritur, num ſi mater, vel alius vt ſupra, fideiubeat de euictione occaſione alienationis a filio factæ ita dicatur conſenſiſſe, vt alienatio omninò valeat, & ſubſiſtat.

Et prima facie dicendum videtur, quod ſic.

1 Quia fideiubens cenſetur conſentire contractui, pro quo fideiubet, *l. 1. §. ſed & ſi ſerui, & ibi Gloſa & Doctores ff. quod iuſſu l. exceptione, & ibi Bald. & Alberic. C. de euict. iuncta l. vendicantem, ff. eod. tit. & l. Pompon. §. 1. ff. in quibus cauſ. pig. vel hypoth. tacitè contrahat. Fulgoſ. conſ. 67. poterſam. colum. 3. verſic. ipſe autem fideiuſſor. Vnde Bald. in ſua Margarita in ver. ſtatutum verſ. pen. dicit*, quod ſtante ſta-
2 tuto, vt filius non poſſit ſe obligare ſine conſenſu patris, ſi ipſe pater pro filio fideiubeat, ſatisfactum eſt ſtatuto cum id faciens conſentire videatur, ſequitur *Alex. in l. ſi, à quo hæres, §. fin. colum. 1. ff. de acquir. hæred. Tiraqu. qui alios adducit de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 1. n. 273. Rota diuerſ. deciſ. 797. num. 3. part. 1. cum pluribus allegatis per Maur. de fide-*
3 *iuſſor. cap. 4. n. 18.* quodque fideiuſſor contractum approbare cenſeatur. *Dec. conſ. 15. n. 17. lib. 1. Surd. conſil. 15. n. 20. lib. 1. Rota dicta deciſ. 797. num. 1. & deciſ. 362. ſub numero 4. parte prima in recentior. Maur. de fideiuſſ. dicto cap. quarto num. 15.*

4 Sed præmiſſis non obſtantibus concludendum eſt, non ſufficere matrem fideiuſſiſſe vt approbaſſe cenſeatur, ſed requiri expreſſum conſenſum, & non tacitum ex actibus reſultantem. *Rota deciſ. 15. de offic. delegat. in nou. Gonzal. ſuper Reg. 8. Gloſ. 42. num. 20. Pariſ. de reſign. lib. 8. q. 10. n. 18. et ſeq. Rota d. deciſ. 797. n. 1. 2. p. 1. et coram Sanct. Ludouiſio deciſ. 384. n. 7.*

5 Prout etiam quando requiritur conſenſus pro forma *Card. Seraph. deciſ. 115. n. 1. et Rota eodem dicta deciſ. 384. n. 8. citat Saraen. in regul. de impetr. benef. vac. per obitum famil. Card. q. 11. ſub n. 2. et ſub n. 5. Gonzal. qui cæteros allegat ſuper reg. 8 Gloſ. 47. n. 21.*

6 Non obſtant contraria, quia non habent locum, vbi conſenſus requiritur expreſſus, & pro forma, vt *dicta dec. 384. n. 7. ac tradit Card. Seraph. d. deciſ. 115. n. 1.*

7 In caſibus autem in quibus tenet fideiuſſio, & fuit facta animo & intentione ſe obligandi, & venditor promiſit eum releuare indemnem, is debet indemnis releuari, re euicta *l. qui debitorem, et l. fideiuſſor, ff. de fideiuſſ. l. vaiea, vt act. hæredi et in hæredi. Rota coram Coccino Decano deciſ. 17. num. 5.*

8 Idem dicimus de promittente defenſionem, quoniam id importat non ſolum litem in ſe ſuſcipere, ſed etiam iudicatum ſoluere, alias non diceretur rectè defendere *l. rectè defendi, et ibi Caſtrenſ. hoc alibi non bene inueniri, ff. de iudic. l. et iudicatum, ff. de iudicat. ſol.* cum non dicatur de-
9 fendere, qui ſubterfugit iudicium, & declinat forum, poſtquam conſenſit in iuriſdictionem, ſed qui perſeuerat vſque in finem iudicij in defendendo, & ſi ſuccumbat, ſoluit.
10 *Roman. conſil. 169. Magiſter Paulus per totum.* Ideò qui promittit generalem defenſionem, tenetur ſatisdare de iudicatum ſoluendo *l. item ait Prætor, §. defendi, ex quibus cauſ. maior, l. ſed et ea §. defendere, vbi Gloſa in ver. cauere*
11 *idoneè, ff. de procur.* Et manifeſtum eſt, quod promittere in ſe litem ſuſcipere aut indemnitatem, idem important. *Bartol. in l. pater numer. 1. et 3. ff. de dote prælega. Rayn. conſil. 187 num. 2. et 3. lib. 1. Pariſ. conſil. 16. num. 125. lib. 2. Rota coram D. Coccino in Romana bonorum de Soderinis 26. Iunij 1602. in impreſſ. ſub eius nomine deciſ. 76. num. 13. et 14.*

12 Ita

12 Ità & re euicta liberandus eſt à fideiuſſione *Afflict. deciſ.241.num.4.* quia ante ſecutam euictionem non dicitur
fideiuſſor ſtetiſſe in obligatione. *Bal. in l. ſi cere nu.2. Bar. num.3. Alexandro num.1. & 2. ff. ſol. matrim. Salyc. qui de
communi in l. ſi pro ea num.5. C. manda. Aretin. in §. ſi quid autem n.3. inſtitut. de fideiuſſor. Surd. conſil. 367. numero 19.
lib.3. And. Gayl. pract. obſeruat. lib.2. obſeruat.29.* Præter-
13 tim ſtantibus moleſtijs paſſis per ipſum fideiuſſorem, vt in Romana, ſeu Bononien. cenſu. 7. Maij 1601. coram R. P. D. Pacen. & per eandem Rotam coram D. Coccino *in deciſ. 100. n.2.*

14 Cæterum, vbi in venditione pactum fuit dare fideiuſſores, non poteſt adimpleri per æquipollens, niſi quando melius, & ſecurius ſuccurritur creditori, quam per fideiuſſores, ſecundum *Bartol. in l.1. ff. qui ſatiſdat. cogantur vbi Iaſ. num.12.* & fuit reſolutum in Lauretana pecuniaria, 5. Aprilis 1593. coram bo. me. Gypſio. non tamen loco fideiuſſorum admitti debent ad inueſtimentum, quando fuit promiſſum præſtare fideiuſſores de euictione qui tenerentur in ſe litem ſuſcipere vel iudicatum, ac damna, & expenſas omnes litis ſoluere, & indemnem conſeruare
15 emptorem, *l. ſi plus, §. mota, ff. de euict. Bart. in l. pater n.1. et 3. ff. de dot. præleg. Ruyn. conſil. 187. n.2. & 3. lib.1. Pariſ. conſil. 16. n.124. lib.2. Cuman. conſil. 29. n.20.* quæ omnia præſtari non poſſunt per inueſtimentum, vt dicitur in dicta Lauretana, & probauit eadem *Rota apud D. Coccinum deciſ. 275. n.3. & 4.*

16 Nec obſtat, quod quando res vendita tradita fuit emptori, cui vel lis, nec quæſtio mouetur ſuper re empta, ſatis dicitur idoneè cautus per pretij inueſtimentum in alia re, quæ remanet pro euictione obligata, ad notata per *Paul. de Caſtro, in l. ſeruus, quem §. fin. de action. empt. Ruyn. conſil. 141. n.5. lib.1. Oſaſc. deciſ. Pedem. 24. ex reg. l. qui rem, C. de euict.*

17 Quia reſpondetur prædicta procedere, ſi velit agere de
euictione, non autem ſi agat ex empto, vt per *Card. Sera-*
18 *phin. deciſ. 624. num.12.* qui addit, ex inueſtimento pretij cautum non reddi emptorem quoniam ex eo tantum aſſecuratur pretium, non autem aliud intereſſe, quod multifariam conſiderari poteſt, vt per *Iacob. Butrig. & alios in l. qui rem, C. de euict. & per eundem Seraph.* vbi proximè ſupra, qui reſpondet *dictæ deciſioni Oſaſchi 24.*

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum aduentitiorum filij per patrem facta, quando valeat, & ab eo vendicari poſſint, licet de euictione teneatur.

Et quid in filio viuente patre dicendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum aduentitiorum filij patri eſt prohibita.*
Fallit, ſi fiat ex cauſa neceſſaria æris alieni, quod filius ſoluere tenetur, n.2.
3 *Pater alienans bona aduentitia, non poteſt ea vendicare.*
Contra n.5. & ſeqq.
Quamuis de euictione teneatur, n.7.
Fallit, ſi pater vendens grauari egeſtate laboret, num.18. & 20.
Et de ratione, n.19.
4 *Nemo auditur contra proprium factum.*
Fallit, quando quid factum fuit contra legem, n.6. & ſeqq.
9 *Maritus alienans rem dotalem contra iuris prohibitionem, poteſt rem auocare etiam conſtante matrimonio.*
Extenditur etiam procedere in alienatione contra prohibitionem teſtatoris, n.10.
11 *Prælatus alienans rem eccleſiæ contra iuris præcepta, poteſt eandem rem vendicare nomine eccleſiæ.*
12 *Regula leg. vendicantem de euict. non procedit, quando quis alienat contra prohibitionem legis, vel teſtatoris, & ſupra num.6.*
13 *Filius viuente patre non reuocat bona aduentitia per patrem alienata, licet ei interim non currat præſcriptio.*
Contrarium habetur, n.14.
15 *Pater compellitur conſentire filio vendicanti bona per illum alienata, quamuis promiſerit non venturum aduerſus alienationem.*
16 *Pater alienando rem filij aduentitiam, ſi ea recuperetur à filio, perdit vſumfructum, qui filio applicatur.*
Et de ratione, n.17.
20 *Pater poteſt ex cauſa neceſſitatis vendere filium, & n.21.*
22 *Neceſſitas qualiter conſideranda ſit in venditione a patre de re filij.*
23 *Hæres rem ſuam à defuncto alienatam pro iure ſuo vendicare nequit.*
Etiam quod emptor de euictione agere non poſſit, n.24.

Quæſt. LXII.

1 COmmuniter tradunt *Doct. in leg.1. per illum text. C. de bon. mater. & præſertim Arius Pinell. ibi p.3. n.18.19. 21.29.30. & ſeqq.* Patri videlicet prohibitam eſſe aliena-
2 tionem bonorum aduentitiorum filij, niſi tamen fiat ex cauſa neceſſaria æris alieni, quod filius ſoluere teneatur, ad *text. in l. fin. §. ſin autem æs alienum tit.1. poſt tit. de bon. mater.* cuius occaſione quæritur.

3 An ſtante ſupradicta prohibitione pater ipſe alienans poſſit rem a ſe venditam vendicare ab eo, in quem facta fuit alienatio; & negatiuè reſpondendum videtur per regulam, *leg. vendicantem, ff. de euictionibus*, qua dicimus, vt quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellat exceptio, facit alius, *text. in leg. poſt mortem, ff. de adoption.*
4 *vbi Gloſ.* & ſcribentes notant, quod nemo auditur contra factum proprium.

5 His tamen vel ſimilibus non obſtantibus concludendum eſt, patrem alienatam contra prohibitionem *dictæ leg.1. Cod. de bon. matern.* ex ea admittendum ad rem ipſam venditam vendicandam, & irritandam nomine filij, *ex Gl. quam ſequuntur Bald. Salycet. & poſteriores in leg. cum à matre, Cod. de rei vendic. argum. leg. quemadmodum C. de agric. & cenſib. lib.10. quam not. it Gloſ.* in dictis iuribus in contrarium adductis, vt nempè non procedat in
6 alienatione contra legem facta, vt benè poſt *Bald. & Salycet. quos refert, aduertit. Iaſ. in leg. iuſiurandum, §. procuratur ſub num.30. ff. de iureiur.* quamuis pater emptori de
7 euictione teneatur, ſi de ea promiſit. *Odd. conſil. 51. numer. 17.* vel ſi emptor ignorauit etiam ad intereſſe, per ea, quæ ſcripſit *Coſta de ſcient. & ignor. diſtinct. 35. n 10. & 11.*
8 Et in ſpecie, quod pater obligatus ex ſua perſona alienata reuocet iure, & nomine filij, vti eius adminiſtrator, habetur per *Salyc. in d. l. vendicantem. Alberic. in d. l. poſt mortem col.3. verſ. ſecundo, & Alex. conſ. 109. n.4. lib.4. argum. notatorum per Gl. in ſtit. quibus alien. lic. vel non in ver.* Interdicta, cum dixit, virum alienantem rem dotalem contra iuris prohibitionem poſſe rem auocare etiam cõ-
9 ſtante matrimonio, concordat alia *Gl. in l. vnica, §. & cum lex Cod. de rei vxor. actio. in verb. alienare de communi, ibidem Aret. in princ. quibus alien. lic. col.2. Bal. Nouellus de dote par.7. priuil.1. limitat.12. Campeg. de dote par.4. quæſt. 25. Bar. in l. cum vir, num.3. ff. de vſucap. & ibi Imol.* & in

Digitized by Google

alienatione contra prohibitionem teſtatoris, *Caſtr. in l.*
30 *filiusfamilias,§ Diui ſub n.3.in fine legat.1.eſt text.in cap ſi*
quis præsbiterorum iuxta communem intelleƈt. de rebus ec-
11 *cleſ. non alienan.* vbi Prælatus alienans rem eccleſiæ con-
tra iuris præſcripta, poteſt eandem rem vendicare nomi-
ne eccleſiæ, qui tunc cenſetur altera perſona ſecundum
12 *Imol.& alios ibi,*& in ſpecie *Bero,n.46.*vbi ſic generaliter
limitat regulam dictæ l.vendicantem, ac in terminis per
hæc,& alia ſic determinat *Pinell.de bon.matern.p.3.ſub n.*
73.quidquid aliqui in contrarium aſſeruerint, & cæteros
huius opinionis adducit; vbi etiam in *verſ. ſed an filius,*
13 quærit, vtrum filius admittatur ad reuocationem aliena-
tionis aduentitiorum; & dicit, aſſerendum videri non
poſse, ſaltem, dùm eſt in patris poteſtate reuocare, aliena-
tionem aduentitiorum a patre factam: non tamen ob id
eidem præſcriptione currere, concedunt *Bar.& Bal.* qui
hanc ſententiam tenent, in *auth.niſi tricenn.C. de bon. ma-*
tern.Bar.in l.ſi conſtante,n.63.ff.ſol.matr.& ibid. Io.Crot.n.
118 Bellon.conſ.24.n.5.
14 Ex receptiori tamen concluditur filium ipſum admit-
tendum ad bonorum aduentitiorum alienationem reuo-
candam: non enim æquum eſt, vt patre alienante bona
aduentitia filij, non poſſit eo viuente admitti, vt in ſpecie
tradit *Bald.in l.fin.§.in computatione n.17. C.de iure delib.*
quem referunt Fabian.de Cioch.in Auth.nouiſſima nu. 239.
& ſeq.C.de inoff.teſtam.& Pariſ.in cap.1.num.24. de præ-
ſcript.ſequuntur Corn.ibidem num.6.& Iaſ.conſil.56.col.2.
lib.3.verſ.confirmatur: nam dicto loco inquit Bald. filium
15 audiendum, & patrem compellendum conſentire filio, li-
cèt ipſe pater, promiſerit, ſe nunquam venturum aduer-
ſus alienationem, hanc ſententia latè tuetur *Pinell.in dict.*
par.3.num.74.& 75.& in dicta Authen.niſi tricenn. ſub n.
44.verſ.mihi autem mirum,& num.45.& ſeqq. tradit inſu-
per Bar.in d.l.ſi conſtante,num.36.& ibid.Ioan. Crot.n.118.
ff.ſoluto matrim..Aret.conſil.72.in ſecunda quæſt.col.4. Soc.
conſ.34.num.12.lib.1.Couar. var.reſolut. cap.8. num.6.&
ſeq.Aſcan.Clement. in tract. de patria poteſtat. effectu 12.
num.15.& ſeq imò pater alienando perdit vſumfructum,
16 qui filio applicatur, *l.ſi vſusfructus, vbi Gloſ. & Salyces. ff.*
de iure dot.§.finitur,Inſtitut. de vſufructu. Franc. Faber in
§.item finitur,Inſtit.eodem tit.Ferdin. Loaz in dicta l.filius-
familias, §. Diui num.17. ff.de legat.Couar.dicto cap.8.ſub
*num.6.verſic.*quod ſi patre nimirum, quia ſicuti filius, qui
17 eſt dominus,& habet proprietatem bonorum, non po-
teſt ea alienare in præiudicium patris, qui ſolum habet
vſumfructum vita finiturum *l.3.vbi Gloſ.Cod. de patria po-*
teſtat..Aff ict.deciſ.141.num.2..Aſcan. Clement. dicto effe-
ctu 12.num.35. ita pater, qui minus iuris habet alienare
noo poſſe, debet in præiudicium filij, cui ius maius com-
perit.
18 In aliquibus tamen caſibus permiſſum eſt patri alie-
nare bona aduentitia filij, & quidem irreuocabiliter, ve-
luti, ſi pater graui egeſtate laboret, ita *Cordub. in l. ſi quis*
19 *a liberis in princ.ff.de liber. agnoſc.* qui ea mouetur ratio-
ne, quia perſona dignior eſt rebus, vt in *cap.præcipimus*
duodecima quæſt.1.Gloſ.in c.cum olim,de maior. & obedien.
20 vnde & pater in caſu neceſſitatis poteſt vendere filium,
l.2.C.de patr.qui fil. diſtrah. multo magis poterit bona di-
ſtrahere ſubueniat, etſi licitum eſt in caſu neceſſitatis fu-
rari bona, in quibus nullum ius competit, quantò magis
licebit ea vendere, in quibus ius habet vſusfructus, & in
21 ſpecie, quòd pater licitè poſſit alienare aduentitia filio-
rum ex cauſa neceſſitatis, præter ſuperius dicta, eſt *text.in*
l.fin.§.ſin autem æs alienum,C.de bon.quæ liber. etiam ſine
iudicis decreto ſi filij ſint maiores, *Alex.Iaſ. & alij in l.*
Præſes C.de tranſact.Tiraq.in præfat.l.ſi vnquam n.28.C.de
reuoc.donat.Marſil.ſing.498.Natta conſil.179 n.7.Couar.d.
cap.8.n.6.Pinell.in dicta p.3.de bon.matern.n.21. Crauett.
conſ. 74. n.1.

22 Neceſſitas autem qualiter in propoſito accipienda ſit, videas penes Doctores præallegatos, & in ſpecie *Surd. in tract.de alim.tit. privil.37.n.7.*

23 Licet vbi filius hæres eſſet patris ad remvendicandam
alienatam non admitteretur pro iure ſuo, etiam quod
24 emptor de euictione agere oon poſſet, vt per *Peregr.de*
fideicomm.art.33.n.6.7.& 11.

ARGVMENTVM.

Euictio an, & quando debeatur pro re legata.

SVMMARIVM.

1 *Hæres de euictione tenetur pro re legata,& n.3.*
Et antequam euincatur petitur cautio iudicis officio, n.4.
Fallit, vbi res alienari prohibita legatur, vel res aliena, n.6.
Sublimitatur quando legata conſiſtunt in bonis, quæ patiun-
tur euictionem, quia non erant teſtatoris, quia hæres non
tenetur de euictione, cum teſtator errauit, n.7.
Contrarium habetur, n.12.
2 *Hæres, adeundo dicitur quaſi contrahere cum legatarijs.*
5 *Quantitas vbi eſt legata, & ab hærede fuerunt conſignata*
bona quæ fuerunt euicta, hæres tenetur de euictione.
8 *Legatarius agens de euictione, petit ab hærede rem legatam,*
quaſi nunquam tradita extitiſſet.
Secus ſi aliàs quoniam agitur de intereſſe, n.9.
10 *Emens rem ſibi legatam ignoranter, de euictione agere po-*
teſt, vt rem emptam conſequatur, ac ſi emta res eſſet.
Et agit vel actione ex empto contra venditorem, vel actio-
ne ex teſtamento, n.11.
12 *De euictione nemo tenetur, niſi qui vendit, vel tradit ex ali-*
qua cauſa onerosa.
14 *Euictio non debetur pro legato ſpeciali,& in re certa.*
Et de ratione n.17.
Primò declaratur vt locum non habeat, quando culpa ipſius
hæredis res legata fuit euicta, n 19.
Secundò declaratur non procedere in legato facto coniun-
cta perſonæ, n.20.& ſeq.& n.40.
Primò ampliatur locum habere, etiam quod legatum fa-
ctum fuerit res aliena, n.21.
Et vbi non daretur actio de euictione, daretur actio legata-
ria, n.22.
Secundo ampliatur, vt ſi res præſtari non poſſit, vt quia
aliena, debeatur æſtimatio, n.23.
Tertiò ampliatur, quando amico valde dilecto, vel coniun-
cto legatur, n.24.
Primò fallit dicta ampliatio, quando etiam hæres eſt con-
iunctus, n.25.
Secundò fallit quod fuit dictum de æſtimatione, quando ex
veriſimili mente teſtatori colligi poteſt, quòd fuit legata
res ipſa, n.26.
Tertiò declaratur quando res legata erat aliena: quo caſu
hæres tenetur de euictione, n.27.
Quartò declaratur non procedere, quando non vni ſoli hæ-
redum teſtator fecit prælegatum, ſed vtrique; quia tunc
debetur euictio, n.28.
Et de ratione n.29.
Ampliatur, euictionem etiam dari in portione hæreditaris,
num.33.
Quintò declaratur non procedere in legato facto pro legiti-
ma, n.37.
Intellige, vt n.38.
Sextò declaratur non habere locum, cum teſtator ſciens rem
à ſe poſſeſſam obligatam eſſe conditionibus extinctiuis,
eam ſcienter legauit n.39.

14 *Eui-*

14 *Euictio in re legata in genere non debetur.*
Primò limitatur, ſi legata ſit res vniuerſalis quia parit damnum legatario, n. 15.
Secundò limitatur, quando legatum eſt incertum de certis, quæ dicitur legata ſpecies, n. 16.
18 *Euictio ceſſat in legato rei communis, ſiue teſtator ſciat, ſiue ignoret.*
30 *Diſpoſitio §. euictis, non extenditur vltra ſuos terminos: ſed reſtringitur ad caſum, in quo loquitur.*
31 *Euictio non debetur inter hæredes pro re in teſtamento diuiſo.*
Fallit, quando res legati titulo fuit relicta, n. 32. vbi de ratione.
34 *Teſtator in diuiſione vbi voluit præſtari ſingulis filijs, & hæredibus ius integrum, tunc voluiſſe cenſetur locum eſſe actioni pro ſubſecuta euictione.*
35 *Hæres tenetur luere rem legatam a teſtatore pignoratam.*
Fallit, ſi prælegatum fiat tantum vni, n. 36.
41 *Legatarius emens ab hærede rem legatam, quam, ignorabat eſſe legatam, legato non cenſetur renunciaſſe.*
Declaratur n. 42.
43 *Legatarijs in caſibus in quibus debetur euictio, ea non expectata, ſtatim agi poteſt, quòd apparet rem ſibi traditam eſſe alienam.*
Nec opus eſt denunciatione, n. 44.

Quæſt. LXIII.

EVictio vtrum pro re legata euicta debeatur, nunc videndum eſt.
1 Nàm quòd debeatur, aſſertur *l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1. vbi Iaſ. in tertio not.* rationem reddit; quia hæ-
2 res adeundo hæreditatem, dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, *l. apud Iulianum, § fin. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ.*
3 *eatur.* & per conſequens efficitur poſtea debitor neceſſarius; & ideò de euictione tenetur, quamuis ex titulo lucra-
4 tiuo legati, *l. ſi hæreditatem, §. 1. ff. de mandat.* & antequam
euincatur, petitur cautio iudicis officio, *Iaſ. in d. l. ſi domus, §. de euictione, nu. 1. 3. & 5. ff. de legat. 1. Raph. Cuman. conſ.*
5 *29. in fin. in ver. de legatis vero:* vbi, quando eſt legata quãtitas, & fuerunt ab hærede conſignata bona, quæ fuerunt euicta, quòd hæres de euictione tenetur, & in legato bo-
6 norum. *Abb. conſil. 45. videtur primo in princ. lib. 2.* vbi excipit, niſi res aliena prohibita legetur, & loquitur etiam in re aliena legata matri.
7 Prædicta tamen ſententia limitatur, quando legata conſiſtunt in bonis quæ patiuntur euictionem: quia non erant teſtatoris: quoniam hæres non tenetur de euictione ex quo teſtator errauit, vt per *Cuma. d. conſil. 29. in fine* le-
8 gatarius autem agens de euictione, petit ab hærede rem legatam, quaſi numquam tradita extitiſſet, *Iaſ. in d. l. ſi domus, §. de euictione, num. 34. 35. & 36. ff. de legat. 1. ſecus, ſi*
9 alias, qui agitur ad intereſſe, *Bar. in l. 10. C. de legi. & in d. l. ſi domus, §. de euictione.*
10 Quinimò emens rem ſibi legatam, quam ignorabat ſibi legatam, de euictione agere poteſt, vt rem emptam conſequatur, & prætium a venditore conſequatur, ac ſi euicta res eſſet, *l. huiuſmodi, §. qui ſeruum, ff. de leg. 1. vbi Iaſ. in quarto notab. & in fine, & ibid. Paul. de Caſtr. in princ.* vbi,
11 quod agit vel actione ex empto, contra venditorem, *l. cui res, ff. de act. empti*, quaſi a ſe ipſo euicerit, vel actione ex teſtamento.
12 Contrarium præmiſſis non obſtantibus concludẽdum videtur; quia nemo tenetur de euictione, niſi qui vendit vel tradit ex aliqua cauſa onerofa; nam in his caſibus debetur euictio, etiamſi nihil dictum fuerit, *l. ſi dno, §. ſi quis iurauerit, & ibi Gl. ff. de iureiur. l. ex empto, in princip. & ibi Bar. ff. de action. empt. l. fin. ff. de condit. cauſa dat. l. ſi dubitetur, C. de euict. Decian. conſ. 3. n. 11. lib. 3.* & in propoſita autem quæſtione non agitur de cauſa onerofa, ſed potius lucratiua, meritò, iuxta prædicta denegatur de euictione actio: agitur enim de legato ſpeciali, & in re certa, pro
13 quo non debetur euictio, *l. ſi ſubſtituto, §. 1. ff. de leg. 1. Specul. de inſtr. edit. §. 14. verſ. ſed quæritur. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 118. n. 4. Rimin. iun. conſil. 823. n. 14. lib. 7. Peregr. conſil. 29. n. 1. lib. 4.* quia ſatis eſt, ab hærede rem talem, qualeſcunque eſt, præſtari, *vt dicto §. 1. notant Bartol. Bald.*
14 *Caſtr. Alex. & Iaſ.* ſecus ſi legatum fiat in genere, quia debetur euictio: cum teneatur hæres facere accipientis, *l. hæres ſeruum, ff. de euict. & ibi Gl. Doct. & Bar. in d. l. ſi domus, §. 1. n. 3. ff. de legat. 1 Iaſ. in d. l. ſi a ſubſtituto, §. ſi hæres, num. 1. 9. & 10. ff. de legat. 1.* quòd limitatur duobus modis per Bart.
15 Primò, ſi legatur res vniuerſalis, quia parit damnum legatario.
16 Secundò, ſi legatur incertum de certis quia dicitur legata ſpecies.
17 Et ratio dicta concluſionis, eſt quia rei in ſpecie legatæ dominium tranſit a morte teſtatoris, vt in *l. à Titio, ff. de furt.* & ſic ſi teſtantis res erat, ab aliquo euinci poteſt: quoniam pleno iure efficitur legatarij: ſicut prius erat defuncti.
18 Ceſſat quoque euictio in legato rei communis, ſiue teſtator ſciat, ſiue ignoret rem communem, quoniam ſemper legatum reſtringitur ad ius quod defunctus habebat, vt in *d. l. ſi domus, §. fin. ff. de leg. 1. & in l. ſerui elect. ff. eo.*
19 Primo declaratur ſententia ſuperius relata de re in ſpecie legata vt locum non habeat, quando culpa ipſius hæredis res legata euicta fuit, quoniam tunc de euictione agi poteſt, vt per *Bar. in l. qui Romæ, § duo fratres n. 28. ff. de leg. 1. & tex. l. ſi paterfam. ff famil. hercif.* vbi quoque notauit Florianus in fine, licet dubitat *Rip. d. § duo fratres ſub n. 95. verſic. Retenta tamen.*
20 Secundò declaratur, vt non procedat in legato facto coniunctæ perſonæ, quia tunc ab hærede præſtari debet euictio, *l. cum alienam, C. de legat. vbi ſcribentes, & in ſpecie Salyc. & Iaſ. Couar. in c. filius n. 4. de teſtam. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 9. n. 4. Simon de Præt. de interpr. vlt. vol. lib. 5. interpr. a. dubit. 3. n. 109. Caball. de euict.*
21 *§. 4. n. 22.* etiam quod factum fuerit legatum rei alienæ, *d. l. cum alienam vbi Doctores, §. quòd autem,* vbi pariter ſcri-
22 bentes, *Inſtit. de legat.* quia etiam dicto caſu, vbi euictioni locus non eſſet, contra hæredem daretur actio legataria, vt rem legatam traderet, *l. Mæuius, §. in fundo, & §. ſeq. vbi Gl. & Doct. ff. de legat. 2.*
23 Quodque, quando legatum factum eſt coniunctæ perſonæ de re aliena valeat, ſiue ſciens, ſiue ignorans legauerit, & ſi res aliena præſtari non poteſt, debeatur æſtimatio, eſt *tex. in l. ſi res obligata ff. de legat. 1. d. l. rem alienam, C. de legat. Rota coram Card. Millino in Romana hæreditatis 26. Iunij 1592.*
24 Ampliatur, cum amico valdè dilecto relinquitur, *d. l. cum rem alienam in ver. vel alij tali perſonæ comprobat Iaſ. Ibidem num. 5. verſic. tertio limita. Tiraq. in tract. de pen. leg. cauſ. 22. n. 27. Menoch. d. caſu 146. qui n. ſeq. differit, quæ ſit coniuncta perſona.*
25 Fallit, quando hæres eſſet coniunctio, quia tunc hæres legatum luere non tenetur, *Duran. de arte teſtandi, tit. de legat. caut. 32. n. 3. verſ. & notandum, Capra in reg. 106. n. 3. Borgn. de vſufructu ſub n. 103.* non enim cõſideratur, quod legatum ſit relictum coniuncto, quia tunc iſta priuilegia conquaſſantur, tanquam priuilegiatus non vtatur priuilegio contra pariter priuilegiatum, *l. verum, §. pen. ff. de minor. l. non ſolum, §. 1. ff. de ritu nupt. Abb. in c. cum cauſam de præbend. Natt. conſil. 141. num. 4. Surd. conſil. 423. n. 21. lib. 3. & conſ. 335. n. 70. eodem libro Ceph. conſ. 7. n. 16. & 17. lib. 1.*

Digitized by Google

26 Fallit etiam quod diximus de æſtimatione debita, quãdo ex veriſimili mente teſtatoris colligi poteſt, quòd fuit legata res ipſa, quia tunc nunquam debetur æſtimatio, etiam in caſibus, in quibus aliàs debita eſſet, prout in ſpecie poſt *Alciat. concludit Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 9. n. 21. Soc. iun. conſ. 74. n. 18. & infra lib. 1.* cum enim æſtimatio debeatur ex coniecturata mente teſtatoris ob ſanguinis coniunctionem, & ſimiles præſumptiones, *Card. Mant. d. tit. 9 n. 4.* ita etiam è contra admittitur alia coniectura, per quam altera tollitur, *l. Diuus, ff. de reſtit. in integrum, l. licèt Imperator, ff. de leg. 1. l. ex facto, §. item quæro in fine, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

27 Tertiò declaratur non habere locum, quando res aliena fuit legata, quia tunc hæres de euictione tenetur, *d. l. cum alienam, vbi notant omnes Doct. & §. quod autem diximus,* vbi pariter ſcribentes, *Inſtit. de legat. Imol. Caſtrenſ. & Alex. in d. §. euictis, & d. l. alienam, & dicam in ſequenti quæſtione.*

28 Quarto declaratur ſibi non tribuere, quando teſtator, inſtitutis duobus hæredibus, non vni ſoli fecit prælegatũ, ſed vtrique quia tunc non deberetur euictio etiam inter inſtitutos reſultaret inequalitas, quam tamen leges deteſtantur, ſic *Dec. conſ. 349. n. 9. & Ruyn. conſ. 212. n. 14. verſ. iſto caſu lib. 1. & facit Gl. in d. §. euictis, & in d. l. ſi domus, §. de euictione, ff. de leg. 1.* vbi dicit rationem eſſe, ne inter fratres creſcat inuidia ob inæqualitatẽ, *Caball. in d. §. 4. n. 53.*
29 vbi quòd diſpoſitio dicti §. euictis extendi non debet vltrà ſuos terminos; ſed reſtringitur ad caſum, in quo lo-
30 quitur, vt voluit *Alex. in dict. l. cum alienam, Ruyn. d. conſ. 212. n. 14. verſ. iſto caſu, & verſ. tertiò* etiam reſpondetur, vbi aliter etiam declarat.

31 Non obſtat, quatenus obijceretur, euictionem non deberi inter hæredes pro re in teſtamento diuiſa; ad tradita per *Gl. Bart. & alios in l. ſi familiæ, ff. fam. hercis. Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres in vltima q. & ibi Doct. omnes, ff. de verb. oblig.*

32 Quia, quando res legata titulo fuit relicta, tunc aliud eſt, quoniam ſeruatur diſtinctio ſcientiæ, & ignorantiæ, & an relicta ſit coniuncto, vel extraneo: & ſicut in dubium non habet, quando legatum factum eſt non hæredi ſed extraneo; ita procedere debet, quando hæredi ſit legatum; cum enim duplicem repræſentet perſonam hæredis ſcilicet, & legatarij, retinet diſtincta iure omnia vtriuſque perſonæ, *leg. 1. vbi Bal. ff. de offic. conſul. Soc. in l. cum filio, num. 58. & ibi Crauett. num. 396. ff. de leg. 1.* & eligere poteſt quo iure agat, quidquid voluerit *Burſat. conſ. 5. n. 5. & 9. lib. 1.*

33 Præterea etiam *Rip. in d. § duo fratres, ſub n. 95. verſ. tertiò* conſidera, inquit, etiam in portione hæreditaria euictionem dari ijs caſibus, quibus datur pro re particulari legata; quia tunc ceſſat ratio, vt per eum, quem ſequitur, *Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 118. num. 4. & ſeqq.* & eſt verior ſententia, quicquid aliqui in contrarium dixerint.

34 Quæ declaratio fortius procedit, quando teſtator diuiſione voluit præſtari ſingulis filijs, & hæredibus ſuis ius integrum: nam tunc voluiſſe cenſetur locum eſſe actioni pro ſubſecuta euictione, ſicuti declarat *Alciat. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, ſub n. 36. verſ. quòd ſi ius integrum,* qua-
35 re inquit idem Alciat. teſtator qui rem pignorauit, cum tamen legando videatur non ſolum ius, quod habet reliquiſſe, ſed liberam legatario dari velle, *leg. ſi res obligata, ff. de leg. 1.* hæredem obligat euictionis nomine, *dict. leg. paterfamil. leg. alioquin* hæres non luendo eſſet in culpa.

36 Fallit, ſi prælegatum fiat tantùm vni, & non pluribus: quoniam euictio non debetur, ita *Bart. ſing. 85.*

37 Quintò declaratur ſibi non tribuere in legato facto pro legitima, in quo re legata euicta datur euictionis
38 actio, *Iaſ. in l. ſcimus num. 5. & ſeq. C. de inoffic. teſtam. poſt Bal. & Salycet. ibid. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. in §. ſcimus nu. 4. fol. mihi 539. vbi num. 15.* addit, euictionem dari vſque ad legitimam, & non vltra menſuram legitimæ aduerſus Bal.

39 Sextò declaratur non procedere, cum teſtator ſciens rem per eum poſſeſſam obligatam conditionibus extinctionis, vt quia eſſet ſimplex vſufructuarius, eius vita durante tantùm: vel fideicommiſſo per illius obitum purificando, & ſic ius perſonale habeat: aut ius reale in alium tranſiturum, eam ſcienter legando videtur tanquam rem alienam legaſſe, & propterea hæres tenetur ad legati præſtationem, & eiuſdem manutentionem, ad *text. in l. cum alienam, Cod. de legat. in ſpecie ſic decidunt Cuman. Imol. & Aret. in l. quod in rerum, ff. de legat. 1. Capra conſil. 146. colum. 2. Peregr. de fideicomm. art. 33. n. 25. & videndus eſt Aret. in §. non ſolum n. 5. vſque ad finem Inſtit. de legat. vbi diſtinguit.*

40 Ad dicta ſupra *n. 20* & infra, notandum eſt, quod quãdo legatum factum eſt coniunctæ perſonæ, euictio omnino debetur; ſiue teſtator ſciuerit rem alienam, vel non, *dict. l. cum alienam, C. de legat.* ſicut ſi ſciens rem alienam extraneo legaſſet, *l. ſi res aliena, ff. de legat. 1.* & euicta re hæres tenetur ad æſtimationem: ſicut ſi ſcienter alienam rem legaſſet, per doctrinam *Bart. & ſcribentium in d. §. de euictione, & in d. §. euictis, vbi Bar. intelligit tex.* illum duobus ibi concurrentibus. Primò, quòd res eſſet per teſtatorem poſſeſſa: ſecundo, quòd legatarius eſſet cohæres. Vnde ſi cohæres non eſſet, quia prælegatarius erat perſona coniuncta teſtatori, inquit, euictionem fore debitam per caſum *d. l. cum alienam,* quem ita demonſtraſſe voluiſſe dixit *Peregr.* in facti contingentia *d. art. 33. n. 32. in fine aduerſus Mant. qui aliter intellexit in d. tract. de coniect. lib. 9. tit. 9. n. 4.* & prout ſupra iudicatum teſtatur, & pro declaratione *d. §. euictis, videas eundem Pereg. conſ. 29. n. 3. lib. 4. qui n. 8.* quoque dixit, quod vbi res aliqua legatur perſonæ coniunctæ, & illa res iure pignoris, & hypothecæ ab aliquo creditore euicta fuiſſet, tenentur hæredes rem ipſam euictam luere, & præſtare legatario coniunctæ perſonæ, per *text. in d. l. cum alienam, & Iaſ. poſt alios in l. ſi res obligata n. 7. ff. de legat. 1.*

41 Sed hic quæritur, an legatarius emens ab hærede teſtatoris rem ſibi legatam, quàm ignorabat eſſe legatam, videatur renunciaſſe ita legato, vt poſtea illud petere non poſſit: & dicitur quòd non, per *tex. in l. huiuſmodi §. qui ſeruum ff. de leg. 1.* ergo a contrario ſenſu, ſi ſciuit renunciare videtur legato: licet *Bart. cogitandum relinquat in d. l. qui Romæ, §. duo fratres in decimaſecunda quæſt.* & hanc ſententiam tenuit *Dyn. ibidem*, & eſt magis communiter approbata, vt refert *Alexand. conſil. 100. ſub num. 5. propè finem lib. 7. & num. 6. 8. 9. & 10.* vbi declarat procedere,
42 ſi legatum, vel fideicommiſſum erat purificatum, & ceſſerat dies legati, ſecus ſi purificandum, vt ibi *d. num. 10. & ſupra.*

43 In caſibus verò, in quibus euictio debetur legatarijs ea etiam non expectata legatarij ſtatim agere poſſunt atque apparet rem ei legatam, & traditam eſſe alienam, *Hier. Gabr. conſ. 129. n. 11. lib. 1. qui n. 13* addit, nec opus eſſe de-
44 nunciatione, per ea quæ ibi allegat, & ſemel tantum debetur, *Cyn. in d. l. cum alienam, C. de legib.*

Alia quædam in propoſito videas penes *Menoch. dicta præſumpt. 118. lib. 3.*

ARGVMENTVM.

Hæres, an & quando de euictione teneatur legatario, cui res legata fuit aliena;

& quid

Digitized by Google

& quid quando res alteri eſt obligata, an hæres teneatur luere pignus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres de euictione non tenetur, vbi res aliena legatur, & traditur.*
Primò fallit, quando legatum fuit factum coniuncta perſonæ, n.2.
Secundò fallit, quando legatum factum fuit eccleſia, & pro anima, n.3.
Tertiò fallit, quando legatur res in genere ex natura, ſeu qualitate ipſius rei n.4.
Intellige, vt ibidem.
Quartò fallit, quando legatur res aliena ſcienter, n.5.
Sublimitatur ibidem.
Quintò fallit, quando res aliena legatur ignoranter, vel per errorem, n.6. decl. ibid. remiſſiuè.
Sextò fallit, quando res legata a legatario euinceretur, culpa ipſius hæredis, n.7.
Sublimitatur, n.8.
Septimò fallit, ſi teſtator legando expreſsè aliud voluerit, num.8.
10 *Hæres tenetur luere rem legatam alteri obligatam.*
Primò fallit, quando res obligata eſſet facto legatarij, n.11.
Secundò fallit, quando fuiſſet factum legatum vniuerſale alicuius adminiſtrationis, ſeu ſimilis rei, n.12.
Tertiò fallit, quando res legata fuerat pignorata pro tanto pretio, quod æquat eius valorem, ita quòd non ſit ſpes reluitionis, n.13.
Contrarium n.14.
15 *Legatarius tenetur litem denunciare ante litem conteſtatam, vt hæres de euictione teneatur.*
Et de ratione.

Quæſt. LXIV.

SÆpe numero, vt & tetigi in præcedenti quæſtione, legantur res alienæ, & ideò quæritur an ſi legetur, & tradatur res aliena, & euincatur, hæres de euictione teneatur.

1 Et pro regula dicitur, quòd hæres dicto caſu de euictione non tenetur, ex traditis per *Gl. & Bar. in l. ſi domus, §. de euictione, & in l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de lega. 1. Cyn. Bar. & Bal. in l. cum alienam, C. de legat. Imol. & Anch. in c. filius, de teſtam.*

2 Quæ tamen regula plures recipit limitationes; Prima, quando teſtator ignorans, vel errans rem eſſe alienam, eam legaui extraneo, quo caſu, ſi res a legatario fuerit euicta, hæres de euictione tenetur ſic *Bar. in d. l. ſi domus, §. de euictione, num. 3. verſ. quartum membrum*, quem ſequuntur ibidem *Paul. de Caſtr. ſub n.9. verſ. quartus caſus, & Iaſ. num. 30.*

3 Secundò limitatur, quando legatum fuit factum Eccleſiæ, & pro anima, vt latè comprobat *Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 66. in princ. & in fine poſt Bal. in repet. l. 1. num. 44. verſ. Item pono tertium caſum indubit. C. de ſacroſ. Eccl. Roma. conſ. 235. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116. num. 30. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. titul. 9. num. 4.* quòd extenditur ad legatum factum valdè amicis, vt per *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 146. numer. primo.*

4 Tertiò limitatur non procedere, quando legatur res in genere ex natura, ſeu qualitate ipſius rei, *l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg. 3. & ibi Gl. & Bart. & idem Bart. in d. §. de euictione ſub n.3. verſ. Primum membrum, vbi etiam Caſtr. n.6. verſ. Primo caſu, & Iaſ. n.25.* nam tunc legantis hæres, ſi res legata legatario euincatur, de euictione tenetur, vt tradunt præcitati Doctor. ea ratione, quia vendens vel obligans in genere, tenetur rem facere accipientis, *l. ſi a ſubſtituto, §. hæres, ff. de leg. 1. l. ex empto, in princ. ff. de action. empt.*

Quæ limitatio intelligitur ſecundum *Bar. & Caſtr. vbi ſupra*, quando legatur res in genere ſimpliciter: ſecus ſi legatur res incerta de certis, vt & dixi in præcedenti quæſtione n.16.

5 Quartò limitatur, quando teſtator ſciens rem alienam eſſet, eam legauit *d. l. cum alienam*, quam ita intelligunt *Bar. in l. ſi domus, d. §. de euict. ſub nu. 3. verſ. Tertium membrum eſt poſt Gl. ibi. Caſt. ibid. n.6. verſ. In tertio caſu, & Iaſ. n.28* quia tunc hæres de euictione tenetur; ne ludibrio id factum dicatur, tradit *Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 118. n.10.*

Sublimitatur quando teſtator ſciuit quidem rem a ſe legatam eſſe alienam, ſed tamen in ea ius aliquod habebat, quoniam tunc ſequuta euictione pro iure alieno, hæres quoad illud non tenetur de euictione, ſic *Bar. in d. l. ſi domus, §. de euictione ſub n.3. verſ. Tertium membrum*, ibi, quòd intellige, quem ſequuntur *Caſtr. ibidem ſub numer. 6. verſ. item procedunt prædicta, & Iaſ. num. 28. verſ. limita dupliciter.*

6 Quintò limitatur, quando rem alienam teſtator ignorans vel errans eam eſſe talem, legauit coniunctę perſonę, quo caſu, quia legatum valet, *d. l. cum alienam*, ibi quod ſi ſuam eſſe putauit, non aliter valet relictum, niſi proximæ perſonæ, vel vxori, vel tali perſonæ datum ſit, cui legatur is eſſet, etiamſi ſciuiſſet rem alienam eſſe hæres tenetur de euictione, ex *Bar. in d. §. de euictione ſub n.3. verſ. Quartum membrum, & ibidem Caſtr. ſub n.6. verſ. quartus caſus, & Iaſ. n.30. & iterum Bar. in l. cum pater, §. euictis n.3. ff. de leg. 2. Bal. in d. l. cum alienam in fin.* ſecus ſi ſciens teſtator rem alienam eſſe non legaſſet, *Imol. in d. §. euictis, verſ. Item ſecundum eam videtur, & Caſtr. verſ. ex hoc loquitur*, vbi ait hanc eſſe ſingularem limitationem quando duo concurrunt, ſcilicet, quòd factum eſt legatum rei alienæ coniunctæ perſonæ, & à teſtatore ſciente, & poſt *Salyc. idem voluit Alex. in d. l. cum alienam, n.8.*

Quam limitationem declara, vt per *Menoch. d. præſumpt. 118. num. 15. & 16. & ſeq.* vbi per teipſum videre poteris, prout & ea quæ dixi in præcedenti *quæſt. num. 16. & ſeq. & n.40.*

7 Sextò limitatur non habere locum, quando res legata a legatario euinceretur culpa, & facto hæredis, vt quia procurauit iniuſtam condemnationem, vel cauſam ei dedit, recuſando exhibere iura, & inſtrumenta, ſeu ſcripturas legatario, quibus ſe tueri poſſet a propoſitis per actorem, *l. inſtrumenta, C. de fideic. & habetur per Bart. in d. l. ſi domus, §. de euictione, ff. de leg. 1. argum. l. quid ergo, §. ſi hæres, ff. eod.*

8 Sublimitatur, vt locum non habeat dicta limitatio, vbi quis patrem rei legatæ euinceret ratione alicuius iuris quod habebat in rem, quia tunc hæres de euictione non tenetur, eo quia teſtator legare non videtur, niſi ius, quòd in re legata habebat a *tex. in d. l. ſi domus, §. de euictione in fine, & ibi per Bar.*

9 Septimò limitatur niſi, teſtator legando expreſsè aliud voluerit, quòd ex verbis facilè deprehendi poteſt, vt quia dixerit, quam rem voluit omnino deberi, vel bonam fieri, vel alia ſimilia verba protulerit, quo in caſu hæres de euictione tenetur, *Bart. in d. §. de euictione, & eſt tex. in l. ſeruo legato, §. ſi fundus, de legat. 1.*

10 Sed dubium reſtat, quid concludendum, quando res legata fuerat alteri obligata, ſi legetur, an hæres eam luere teneatur, & concluditur teneri; ita vt legatarius nullum onus ſentiat, ſed eam habeat, ac ſi aliquod pignus nõ exiſteret, maximè, quando conſtat, quod teſtator ſciuit

Digitized by Google

rem eſſe obligatam, *l. licèt, ff. de dote præleg. l. prædia, C. de fidete. l. ſi res obligata, ff de legat. 1. §. ſed etſi rem, Inſtit. de legat. Gomeſ. var. reſol. tom. 1. c. 12. n. 39.*

11 Primò fallit, quando res obligata eſſet facto legatarij, *l. licet in ſecundo reſp. ff. de dote præleg. Aret. in §. ſed etſi rem obligatam n. 1. Inſtit. de legat.*

12 Secundò fallit, quando fuiſſet factum legatum vniuerſale alicuius adminiſtrationis, ſeu ſimilis rei, quia tunc tranſiret cum onere, & commodo, *l. cum pater, §. menſa, ff. de legat. 2. Aret. in d. §. ſed etſi rem, n. 1.*

13 Tertiò fallit, quando res legata fuerit pignorata pro tanto pretio, quod æquat illius valorem, ita quòd non ſit ſpes reluitionis, quia tunc iuxta plurium ſententiam hæres non tenetur luere, ſiue teſtator ſciuerit ſiue ignorauerit, quaſi teſtator ſit magis facilis in mandando res ſuas tradi quam in percipiendo, vt aliena redimatur: ſicuti dicitur res aliena, quando obligata eſt pro pretio æquiualenti, *Soc. in l. 1. §. per ſeruum num. 11. ff. de acq poſſ. Corn. in leg. 2. Cod. de legat. Neguſ. de pig. part. 3. membr. 1. num. 29. & 30.*

14 Contrarium, quòd etiamſi eſſemus in caſu æquiualentiæ onus luitionis ſpectet ad hæredem, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit, receptior videtur *Gl. in §. ſi rem, Inſtit. de legat & in l. prædia, C. de fideicomm. Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 13. vbi etiam Alex. num. 2. et 3. ff. de legat. 1. Gomeſ. var. reſol. tom. 1. c. 12. n. 39. in praxi, ita tenendum dixit Viuius lib. 2. comm. opin. in ver. legatum, Craſſ. in §. legatum qu. 16. in fine.*

15 Scias tamen, quòd ad hoc, vt hæres de euictione teneatur, & per legatarium aduerſus eum agi valeat, is tenetur litem denunciare ante litem conteſtatam; licèt alias in emptione, & venditione regulariter ſufficiat denunciare quandocunque ante ſententiam, dummodo iura ſalua ſint, & defenſiones, quia legatarius non tractat de damno vitando, ſed de lucro captando, *Gloſ. in leg. ſi rem, §. fin. ff. de euict. in leg. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg. 3. vbi Bartol. & Cyn. in leg. emptor, Cod. de euiction. eſt communis opinio.*

ARGVMENTVM.

Euictiones bonorum an cedant in damnum legatariorum, vel hæredum, ſeu fideicommiſſariorum.

SVMMARIVM.

1 *Diminutiones patrimonij ex cauſa euictionum contingentes, de quibus non cogitauit teſtator, ſi fiant ad releuamen hæredis, & fideicommiſſarij vniuerſalis; legata quoque pro parte minuuntur.*
Sed quòd cedant damno hæredis, n. 5.
2 *Teſtator quid ſenſerit, declaratur ex ijs, quæ ex poſt facto contingunt.*
3 *Teſtatoris diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
4 *Voluntatis teſtatoris quæſtio ſpectat ad iudicem.*
6 *Legata, & relicta particularia non minuuntur ob ſequentes euictiones, vbi non excedunt dodrantem.*
Fallit, quando hæres adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, quo caſu euictio releuaret hæredem pro rata, n. 7.
8 *Patrimonij quantitas inſpicitur tempore mortis.*
9 *Diminutiones bonorum ex cauſa de præterito originem habentes in vita teſtatoris ad damnum fideicommiſſarijs cedunt.*

Quæſt. LXV.

TEſtatores ſæpè præſumentes de ipſorum bonis magis, quàm par ſit: faciunt legata, quorum ſolutio, ſeu præſtatio vel non ſit ſaltem integrè, vel cum magna difficultate: & ideo quæro.

1 An ſi patrimonium teſtatoris ex cauſa euictionum, de quibus non cogitauit, minuatur ad releuamen hæredis, & fideicommiſſarij vniuerſalis, legata pro parte quoque minuantur, quaſi teſtator non eſſet ea relicturus ad ipſorum grauamen ſibi magis dilectorum.

Nam ex cauſa, quæ ex poſt facto emerſit, recedi poteſt
a voluntate teſtatoris ſecundum *Franc. Crot. in l. filiusfamilias, §. Diui num. 172. ff. de legat. 1. per text. in l. in confirmando, & l. vtilitatem, ff. de confirmat. tutò,* & ſanè ex ijs
2 etiam, quæ poſtea contingerunt, declaramus, quid retro
ſenſerit teſtator, *Alciat. in l. Gallus, §. quidam rectè num. 11. ff. de liber. & poſthum. & l. vltim. de inſtitut. & ſubſtit. idem Alciat. conſ. 15. n. 7. & 8. lib. 8.*

3 Item, quia teſtatoris diſpoſitio intelligitur rebus ſic
ſtantibus, *d. l. confirmando, & l. Paulo Calimacho, §. 1. ff. de leg. 3. ac l. Mæuia, §. vltimo, ff. de ann. leg. Bart. in l. quoties, §. ſi duo, n. 5. ff. de hæred. inſtit. Alex. in l. quòd Seruius, n. 5. ff. de condit. ob cauſ. & ibidem Iaſ.* dicens eam regulam generaliter procedere; ita quòd mutato rerum ſtatu videatur iudicem recedere poſſe voluntate teſtatoris propter eam
4 cauſam, quam ſi teſtator non ignoraſſet, veriſimile ſit
eum non ita fuiſſe diſpoſiturum, quia ad eum voluntatis quæſtio pertinet *l. voluntatis, ff. de fideic. & eſt tex. in l. quidam in teſtamento, ff. de legat. 2. in propoſito ſic arguit Card. Mant. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 3. n. 19.*

5 Sed contrarium, quòd ſcilicet rerum euictiones, & diminutiones contingentes in rebus hæreditarijs non pertineat ad onus legatariorum, ſed ad onus hæreditatis, quia onus æris alieni non pertinet ad legatarios, eſt *text. in l. æris alieni C. de donat. Dec. conſ. 481. ſub n. 12. verſ. Tertio principaliter quæritur, & notatur in leg. 1. §. hæres, ff. ad*
6 *Trebel.* non enim vllo iure cautum reperitur, ſequentes
euictiones rerum poſt adita hæreditatem minuere legata, vel relicta particularia: & ſignanter, vbi legata non excedunt dodrantem, *l. 1. §. 1. ff. ad l. Falc.* & ita remanet hæ-
7 redi quarta; vel cum hæres agnouit hæreditatem abſque
beneficio inuentarij; quia alioquin euictio releuaret hæ-
8 redem pro rata. *Coſta de ratio. rata q. 140. n. 9.* & quoniam
patrimonij quantitas inſpicitur tempore mortis, *l. in ratione, § quintas, & l. in quantitate in princ. ff. ad l. Falc. Dec. d. conſ. 480. ſub d. verſ. Tertio principaliter, eſt tex. in l. Lucius, §. fin. ff. ad Treb. in ſpecie ſic tenet Peregr. in tract. de fideicomm. art. 4. n. 58. & in conſ. 64. n. 4. lib. 3.*

9 Diminutiones verò ex cauſa de præterito originem habentes in vita teſtatoris, atque ita euictiones bonorum ad damnum fideicommiſſarij vniuerſalis cedunt, quia eius reſpectu hæreditatem diminuunt, quoniam origo vniuſcuiuſque rei, eiuſque cauſa ſpectanda eſt, *l. nam origo, ff. quod vi, aut clàm, cum alijs per Bart. in dicta l. in ratione, §. quòd vulgo, ff. ad l. Falc. in terminis Ruyn. conſ. 109. num. 3. lib. 2. quem ſequitur Peregr. in d. tract. de fideic. art. 10. n. 46.*

ARGVMENTVM.

Euictionis actio vtrum detur in prælegatis.

Et regulariter qua actione conſequatur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

2 *Euictio non datur in re prælegata, quæ poſſidebatur à teſtatore, niſi excipiendo.*
Secus, ſi legauit teſtator rem ab alio poſſeſſam, quia tunc euictio datur etiam agendo, n. 2.
Et de ratione, num. 3.
Prima limitatur concluſio præmiſſa, quæ fundatur in § euictis, vt procedat, quando per teſtatorem prælegaretur res aliena ab ipſo tamen teſtatore poſſeſſa, quam credebat eſſe ſuam, ſecus ſi legaretur res aliena ab extraneo poſſeſſa, num. 4.
Secundò limitatur non habere locum, ſi cohæres non eſſet perſona coniuncta; quo caſu etiamſi teſtator ignoranter legaſſet, habet regreſſum de euictione contra cohæredem: cum tunc non ſint in pari cauſa, nu. 5.
Tertiò limitatur, niſi tale prælegatum eſſet neceſſarium, vt eſt, quando factum fuit filio, quod in legitimam deberet imputare, nu. 8.
Quartò limitatur, quando diuiſio facta eſſet à teſtatore: ſecus ſi facta ſit a partibus, vel a iudice, nu. 9.
Intellectus, & declaratio l. cum pater. § euictis de legatis 2. nu. 4. & ſeq.
6 *Priuilegium ceſſat inter pares.*
10 *Prælegatum ſi fiat alijs cohæredibus ope exceptionis, cohæres de euictione agere poteſt.*
Ampliatur procedere non ſolùm omnibus ſit factum prælegatum, ſed etiam ſi aliquibus, quia inter eos locum habebit euictio, nu. 11.
12 *Hæres, qui rem redemit, & tradidit legatario, quæ poſtea euincitur, de euictione non tenetur.*
Sed cedere debet actionem quam habet aduerſus venditorem, n. 13.
Et quid ſi cedere non poſſit, n. 14.
Actio executiua competit pro legatur ex veriori, & magis communi.
Contrarium, num. 16.
Et quid in legato quantitatis, & ſpeciei, num. 17.
18 *Actio hypothecaria datur pro legato.*
Item, & officium iudicis, num. 19.
Et hypothecaria electa poteſt ad officium iudicis accedi numero 20.
21 *Saluianum interdictum datur pro legatis.*
Intellige, vt num. 26.
Et qualiter in eo petendum, & pronunciandum ſit numero 22.
23 *Legatarius cogit hæredem, vt agat ad recuperationem rei ſibi legatæ, & ad illi reſtituendum, hæres tamen liberatur, cedendo legatario actionem, dum tamen in executione facienda non requiratur magna impenſa, quoniam ad hæredem ſpectat labor, & ſumptus, num. 24.*
25 *Actionem habens, ad alterius commodum compellitur agere.*

Quæſt. LXVI.

CONuenit huic loco, vt diſſeramus an, & quando in re prælegata, debeatur euictionis actio.

1 Quia in re dicimus, quod in re prælegata, quæ poſſidebatur à teſtatore, non datur euictio, niſi excipiendo, *lege cum pater, § euictis, ff. de legat. 2. ſed*, vbi legauit teſtator rem ab alio poſſeſſam, tunc datur etiam agendo euictionis remedium, quemadmodum declarat *Bartol. in d. l. cum pater, § euictis ſub numero 3. verſic.* Item aduerte, vbi
2 etiam *Imol. circa med. verſic. tertiam ponit. Ruyn. conſilio 212. ſub numer. 14. verſic. vel ſecundo dicendum eſt libro 1. Dec. conſil. 349. numero* 8. qui in eodem caſu reſpondit, prout & in eadem facti ſpecie ſcripſerunt *Socin. iun. conſ. 53. libro 1. & Bero. conſil. 122 libro 2. ſequitur Caballin. de euiction. § 4. numer. 25. Card n. Mantic. de coniectur. vltim.*
3 *volunt. libr. 9. titul. 9. numer. 4. facit Gloſs. in dicto § euictis, & in l. ſi domus, § de euictione, ff. de legat. 1.* vbi dicit rationem eſſe, ne ſcilicet inter fratres creſcat inuidia; & ſic videtur dicere, quòd non procedat, quando inter fratres data euictione ſequatur æqualitas potentiſſima remouendi inuidiam inter eos: & pro hac facit, quia diſpoſitio illius text. non debet extendi vltra ſuos terminos, ſed reſtringi caſum, in quo loquitur, vt inquit *Alexand. in leg. cum alienam Codic. de legat. Ruynus dicto conſil. 212. ſub numero decimoquarto, verſic. Iſto caſu. Caballin. dict. § 4. num. 33.*

4 Cæterum *tex. in d. l. cum pater, § euictis*, in quo fundatur concluſio præmiſſa.

Limitatur primò vt procedat, quando per teſtatorem legaretur hæredi res aliena, ab ipſo tamen teſtatore poſſeſſa, quam credebat eſſe ſuam; ſecus verò ſi legaretur res aliena ab extraneo poſſeſſa: quia tunc redimi debet de communi, per *tex. in dicta leg. cum alienam, C. de legat.* quæ in hoc non repetitur immutata.

5 Secundo limitatur in quantum diſponit euictionem ceſſare euicta re prælegata, non habere locum, ſi cohæres non eſſet perſona coniuncta; quia tunc etiam ſi ignoranter teſtator legaſſet, habet regreſſum de euictione contra hæredem cum tunc non fiat in pari cauſa; & ſic præfertur iſte agens, vt deducitur ex *Gloſa* ibi, quam pro ſingulari notat ibidem *Paul. de Caſtro ad limitationem illius text. idem firmat Bald. in dicta l. cum alienam in tertia*
6 *colum. verſic. vlterius reuocatur*, vbi dicit, quod ratio diſpoſitionis illius *§ euictis eſt perſonarum æqualitas*; nam præſumitur, quòd pater vnum tantum dilexerit, & alios
7 neglexerit, *leg. non ſolum. § denuo, ff. de ritu nupt.* & quia priuilegium ceſſat inter pares, *l. ſed & milites, § coæqualitas, ff. de excuſat. tuto. & Gloſa in dict. l. cum rem alienam*, dicit, quod ratio eſt, quia prælegatum fuit factum vni, & ſic euictio reducit eos ad æqualitatem, vt & ſuperius dixi, & è contrario orietur inuidia, ſecundum *Gloſ. in d. euictis*; & ſic vera eſt ratio ad illum textum.

Tertio limita dictum § intelligendum, niſi tale præle-
8 gatum eſſet neceſſarium, putà, quia factum filio, ita quod in legitimam deberet imputari, eſt caſus in *lege ſcimus, § 1. C. de inoffic. teſtament. idem in Trebellianica, eſt text. in l. ſi hæres præcepto, & ibi Gloſa, & Bar. ff. ad trebellian.* quod & notauit *Caſtren.* vbi ſupra ad limitationem dictis § euictis, & in eodem *§ gl. Baldus in dicta l. ſcimus, Alexandr. in dict. l. rem alienam ego, & ipſe in tractatu de imput. qu. 48. numero 40.*

9 Quartò limitatur, quando diuiſio facta eſſet à teſtatore; quia tunc diuiſio teſtatoris locum habet permutationis: ſed quando eſſet facta à partibus, vel à iudice, bene poſſet agi de euictione, ad *text. in lege ſi fratres, Cod. commun. vtriuſq. iudic. Bartol. in dicto § euictis, & ibidem gloſa.*

10 Item adde circa id quod dicit textus ille, nempè, quòd ſi alijs cohæredibus fuiſſet etiam factum prælegatum ope exceptionis, ille cohæres de euictione agere
11 poſſet procedat non ſolum in omnibus ſi factum, ſed etiam ſi aliquibus, quia inter eos dicto modo habebit locum euictio, vt probatur *in d. § euictis*, ex identitate rationis, vt voluit ibi *Paul. de Caſtr. quamuis gloſ. ſentiat contrarium.*

12 Sed iuxta prædicta quærò: quid ſi hæres rem redemit, & tradidit eam legatario, quæ poſtea euincitur, an eo caſu hæres de euictione teneatur, & reſpondendum videtur negatiuè.

Quia durum eſſet, quòd iterum redimere teneretur, *leg. fideicommiſſa, § ſi quis alicui, ff. de legat. 3.* ſed cedere debet

Digitized by Google

13 debet actionem, quam habet aduerſus venditionem, *leg.creditore, ff.de euictio.Io.Faber. in §.quòd autem, Inſtit.*
14 *de legat.num.2.* qua ceſſione facta, hæres liberatur, ſicut alius quilibet, qui tenetur ex eo ſolo, quòd actionem habeat, & ſi hæres cedere non poſſit, quia actionem remiſit, obligatur ad intereſſe, prout eleganter deducit *Crauetta conſil.109.num.7.* & *8.*

Et verior quidem opinio videtur affirmatiua: pro vt concludit *Aret.in §.illud, Inſtit.de hæred.* & *Fale.poſt gloſs.*
15 *in §.non dubium in fine, in ver.decreto. Natt.conſ.625. num. 25.Socinus conſ.103.in caſu conuentionis libro tertio, Ludou. in deciſ.Peruſin.23.num.9* vbi de veriori, & magis æqua ſententia, & de communi teſtatur *Craſſ.in §.legatum, qu. 77.* & veriorem, & magis communem latè tuetur *Sim.de*
16 *Prætis de interpretatio. vlt.volunt.libr.5. dubitatio 3. num. 144. ad 168.*

Quamuis contrarium ſequatur *Menoch. de adipiſc.poſſ. remed.4.nu.694.Felic.Solis in tract.de cenſi.lib.3. c.1.nu.6.* & *7. Matthe. Coler.de proceſſ. execut.capit.2.par. 3.numer. 32. Rota in Mediolanenſ. legati 30. Octobris 1585.* & *in cauſa Vrbeuentana ſexta Martij 1595. coram Cardin.Blanchetto.*

17 Et pro legato quantitatis datur cautela, quòd hæres vocetur coram iudice, & exhibito teſtamento, interrogetur, an ſit hæres; & quatenus fateatur, vigore dictæ confeſſionis legatum conſequetur via executiua & habebit paratam executionem præcedente mandato de ſoluendo infra certum breue tempus: quod tamen non ſeruatur in mandato ſpeciei, pro quo non fit executio; ſed ſtatim datur miſſio in poſseſſionem ipſius rei ex defuncti præſumpta intentione, ſeu mente, quæ ſufficiens eſt ad recuperandam rem legatam propria auctoritate *Gloſ. in l.hac ſi res, de re iudica.* plures adducit *Cauall.quæſt.103.in fine nu. 39.* & *ſeq.* qui teſtatur, ſic practicari in legato ſpeciei quoad dictam miſſionem; & executiuè, quoad legatum
18 quantitatis: vbi quoque addit pro legato dari hypothecariam, *num.13.* & *17.*

19 Item, & datur officium iudicis pro quocunque legato, *Bart.in l.ciuitatibus, nu.2.de legat.1.Alex. in l.1.eodem tit.* adducit alios *Sur.de aliment.tit.3.q.3.n.12.* & *q.4.nu.11.*
20 *eod.tit.* Ita quod hypothecaria electa, poſſit adhuc officium iudicis accedi, *Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſ.23.n.15.*

21 Ac inſuper pro legatis datur quoque Saluianum interdictum, tanquam pinguius, & vtilius hypotheca, *Aret.in §.Seruiana numer.9.Inſtit.de act.Gabr.conſil.46.numer.20. lib.primo.Surd.conſil.51.nu.7.* & *conſil.191.numero 8.lib.2. Rota per Cardinalem Pamphilium in Panentina legati 29. Nouembris 1589. reprobato Sarmiento de reddit. eccleſiaſt. p.3.cap.2.num 31.* & *Menoch. de adipiſcend.remed.3. num. 31.* vt etiam fuit reſolutum ab eadem *Rota coram Cardinali Blanchetto 9. Ianuarij 1587. in Vrbeuetana legati Card. Seraphi.deciſ.781.num.1. vbi ait, ita ſemper fuiſſe in Rota obſeruatum, latè Pacific.de Saluian.interdict.inſpect.3. cap.4. num.78.*

22 In quo tamen aduertendum eſt quòd vbi *Saluiano interdicto* ageretur pro legato, pronunciandum non eſſet immitti in poſſeſſionem fundi legati, donec legatarius fuerit ſatisfactus: cum ſatisfactio conſiſtat in executione poſſeſſionis fundi, & vt ſupra pronunciando, nil aliud inferret, quàm quòd legatarius immittendus ſit in poſſeſſionem fundi, detinendum, donec aſſequeretur dictum fundum, quæ eſſet pura negatio: & ideo, quando agitur ad rem, quæ eſt in obligatione, datur ſolum præcisè ad hoc, vt ex illa re obligata ſibi ſatisfiat: quamuis aliud tenendum eſſet, quando ageretur Saluiano pro conſequenda poſſeſsione rei, quæ non eſt in obligatione, ſed in cautione, vt ſi debeantur centum, & pro cautione ſit hypothecarius fundus, quia tunc fit immiſſio vt conſequatur id, quod eſt in obligatione, & ideo ponitur clauſula, vt retineat ren. illam, donec fuerit ſatisfactus: qua ſatisfactione ſequuta, res amplius ad eum non ſpectat; & ſecundum hanc diſtinctionem ſeruandum dixit *Rota in Romana fructuum 4.Martij 1577. coram R.P.D Rubeo,* & *in Romana de Comitibus 27. Maij, coram Reuer. P.D.Aldobrandino, poſteà Sanctiſſimo Clemente VIII.* & ab aliquo non vidiſſe adnotatum dixit *Surd.conſil.51. numero 6. libro primo,* & *conſil.191.ſub numero 15. in fine, verſic.tertio quamuis, libro ſecundo.*

23 Alter eſt modus agendi per legatarium, qui cogit hæredem, vt agat ad recuperationem rei ſibi legatæ, & ad illi reſtituendum, iuxta doctrinam *Bart.in l.Iulianus, §.ſi venditor, §.de act.empti,* & *in l.ſi ſic, numero 3.* & *4 ff. de legat. 1.* vbi addit, quod hæres liberaretur cedendo actionem
24 legatario, dum tamen in exactione facienda non requiratur magna impenſa; quoniam ad hęredem pertinet labor, & ſumptus, ſecundum diſtinctionem, de qua in *l.cum ſeruus, ff.de legat.1.* cum alijs de quibus per *Roman.conſilio 229.pro declaratione, ſub numero 3. verſic.quoad tertium, quo quæritur.*

25 Ratio præmiſſorum eſt, quia habens actionem ad alterius commodum, compellitur agere, *leg.2.§.finali, ff. ad l.Rhod.de iact.l.cum in plures, §.meſſem, ff.locati,* & eſt notandum, tanquam nouus agendi modus ſcilicet, ago, vt agas, inquit *Bartol.in d.l.Iulianus, §. venditor, ff.de action. empti.*

26 Prædicta, quæ de Saluiano diximus, intellige, nempè Saluianum pro re legata contra hæredem ſolum competere pro hęreditaria portione, quia pro ea tantum parte competit tacita hypotheca, *lege 1.in fine, Cod.commun.de legat.* & in hoc differt, iſta hypotheca ab alijs hypothecis, quoniam aliç hypothecç dantur inſolidum contra quemlibet ex hæredibus, vt *leg.prima, Cod.ſi vnus ex pluribus hęredibus credi.* vbi declarat *Bald. in princ.* verum illa commenſuratur perſonali actioni, videlicet, vt hæres teneatur ſolum pro hæreditaria, portione, vt exponit *Bart.in leg.1. ſub num.3.verſic oppono, Cod.commun.de legat.* & dicit hoc eſſe ſpeciale in legato, vt & tradit *Bald.ibid. num.17. Caſtr. num.9. Surd.d.conſil.191.libr.2.poſt Neguſant.de pignor.in quarto memb.2.parte num.160. Rota diuerſ.deciſ.32. num. 1.* & *2.par.1.*

ARGVMENTVM.

Legatarius quo iure petat euictionem rei ſibi legatæ, & quando. Et in quibus differat ab emptore in petenda euictione?

SVMMARIVM.

1 *Euictio in legato, ſeu prælegato non debetur iure actionis, etiamſi fiat coniuncta perſona.*

Ampliatur id procedere quoque in diuiſione facta à teſtatore, numer.2.

Primò fallit, ſi legatum ſit computandum in legitima, numero 3.

Secundò fallit, quando diuiſio fit à parte, vel à iudice, numero 4.

5 *Hæres quibus remedijs tenetur de euictione rei legata.*

6 *Soluta res non dicitur, quæ non durat ſoluta.*

7 *Hæres non faciens rem accipientis tenetur prima actione.*

Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.

Fallit,

Digitized by Google

Fallit, vt num.ſeqq.

9 *Hæres ſoluendo rem legatam legatario non liberatur ſola ſolutione eo caſu, quo de euictione tenetur, ſi plenè non fecit accipientis, ſed iterum contra eum agi poteſt actione prima ex teſtamento ob euictionem, vt hoc modo cogatur hæres cauere.*

Quæ cautio vt præſtetur, non requiritur, quòd res actualiter ſit euicta, ſed ſufficit, quod poſſit euinci, numero 10.

Exemplum ponitur, ibid.num.11.

Et dicta cautio debet eſſe ſimplex abſque fideiuſſore, numero 12.

Intellige, vt ibidem.

Et agitur ex teſtamento ad rem ipſam, ac ſi tradita nunquam fuiſſet, num.20. & 24.

13 *De euictione re euicta vbi agi poteſt, ſemper ante eam præſtitam agi poteſt, vt de euictione caueatur, hoc eſt, vt de ea ſolemni ſtipulatione promittatur, implorato iudicis officio.*

14 *Emens ad publicum incantum, authoritate iudicis, euictione ſequuta, agendum eſt contra illum, cui fit ſolutio pretij, & ad cuius inſtantiam res fuit tradita.*

15 *Legatarius & emptor in petenda euictione, in quibus differant, num.15.21.23.27. & 33.*

16 *Emptor pro euictione agit actione ex empto ad intereſſe.*

15 *Actio ex empto ſub mouetur facta traditione.*

18 *Emptor re euicta tradita contra venditorem, agit ad intereſſe.*

19 *Hæres in caſibus, in quibus de euictione tenetur, ab actione ex teſtamento non liberatur per traditionem rei legatæ, cum teneatur facere accipientis irreuocabiliter.*

22 *Euictio in contractu emptionis venit iure actionis.*

23 *Hæres directò conueniri non poteſt, vt caueat.*

24 *Legatarius petere poteſt rem legatam ſibi traditam actione ex teſtamento, non vt rem illam conſequatur, quam habuit, ſed vt hæres caueat.*

Et de ratione num.ſeqq.

25 *Actio ex empto eſt actio bonæ fidei.*

26 *Actio ex teſtamento eſt actio ſtricti iuris, quamuis habeat naturam bonæ fidei, quoad fructus, & acceſſiones propter moram.*

28 *Legatarius agere poteſt contra hæredem, priuſquam res euincatur, vbi conſtat rem ſibi legatam eſſe alienam.*

Primò fallit, ſi teſtator ius aliquod habuiſſet in illa re aliena, quia tunc illud ſolum legaſſe intelligeretur, numero 29.

Ampliatur dicta limitatio, etiamſi tale ius finiturum eſſet morte teſtatoris, num.30.

Secundò fallit, vt ſemel facta redemptione per hæredem non amplius teneatur num.31.

Declaratur, niſi hæres eſſet in culpa redimendi ab eo, qui communiter non reputabatur dominus, quo in caſu iterum teneretur hæres, num.32.

34 *Legatarius re euicta, quando de euictione agere poſſit.*

Quæſt. LXVII.

1 IAm diximus in proximè præcedentibus quæſtionibus, quòd euictio in legatis non debetur iure actionis, etiamſi res legata, ſeu prælegata eſſet con unctæ perſonæ ad *text. in lege cum pater, §. euictis, vbi notat Bartolus numero primo, ff. de legat. ſecundo*, vbi infert, quòd quando
2 diuiſio ſit à teſtatore, vnus ex hæredibus non tenetur alteri de euictione iure actionis, ſed ope exceptionis.
3 Primò fallit, niſi legatum veniret computandum in legitima: quo caſu tenetur ſemper hæres de euictione, *dicto §. euictis, & l. ſcimus, in princ. vbi Bartol. C. de inoffic. teſtam. Addentes ad Bartol. in dicto §. euictis ſub lit. A.* dixi in quæſtione precedenti, *ſub nu.8.*
4 Secundò fallit quando diuiſio fit à parte vel à iudice; quoniam alter tenetur alteri de euictione iure actionis, vt habetur per *Bart. in dicto §. euictis, nu.4.* & fuit dictum dicta quæſtione præcedenti, *nu.9.*
5 Modo autem dicimus, quòd regulariter hęres tenetur de euictione rei legatæ duplici remedio.
Primò actione ex teſtamento, ſi non fuit præſtita cautio, quaſi res legata non fuerit ſoluta; ex quo euinci poteſt, vel euincitur: & hæres tenebatur facere rem irreuo-
6 cabiliter legatarij, *l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg. ii, 3.* quia non dicitur res ſoluta, quando non durat ſoluta, *l. etiam, ff. de ſolut. & l. Iulianus, §. 1. ff. de verb. oblig.* etſi rem
7 non facit accipientis prout tenebatur, ad hoc tenetur prima actione, *leg. ſi ſubſtituto §. hæres, ff. eodem.* Ita quòd, licèt alias ſolutione eius, quod debetur omne tollatur o-
8 bligatio, & actio, *leg. pront, ff. de ſol. Inſtit. quib. mod. tollend. obligat. in princ.* tamen hæres ſoluendo rem legatam legatario non liberatur ſola ſolutione eo caſu, quo de eui-
9 ctione tenetur, quoniam iterum agi poteſt actione prima ex teſtamento propter euictionem, acſi hęres non ſoluiſſet rem legatam legatario, ex quo etiam plenè non fecit
10 accipientis, vt hoc modo cogatur hæres cauere de euictione, quæ cautio de euictione, ad hoc vt peti poſſit, non requiritur, quòd res actualiter ſit euicta, ſed ſufficit, quod
11 poſſit euinci *per text. in l. Seia, ff. de ſolut. & in l. Iulianus, §. de verb. obligat.* quòd accidit, quando, vtputà, fuit legatus ſeruus in genere, vt propriè loquitur *l. ſi domus, §. de eui-*
12 *ction. ſecundum Bal. ibi, ff. de legat. 1.* & nota, quòd hæc cautio debet eſſe ſimplex abſque fideiuſſore; niſi eſſemus in caſibus notatis *in l. illud. ff. de euict.* & quod vbicunque re euicta agi poteſt de euictione, *ibi* ſemper ante eam præſtitam agi poteſt, vt de euictione caueatur, hoc eſt per ſo-
13 lemnem ſtipulationem de ea promittatur; implorato iudicis officio mercenario, *dicta lege domus, §. de euictione, vbi Bartol. & Doctor. ff. de legat. prima, & in ſpecie Iaſ. numer. 9. facit l. 2. & l. emptor, ff. de euictio. & leg. prima, ff. de rerum permut.*
14 Sed quid quando res euicta eſt, quæ fuit empta ad publicum incantum per aliquod officium actoritate alicuius iudicis, contra quem agi debet de euictione, contra iudicem vel executorem, vel contra illum, cuius res fuit; & dicitur agendum contra illum, cui fit ſolutio pretij redacti ex ipſa re, & cui ſolutio prodeſt, ad cuius inſtantiam res fuit vendita, *l. ſi ob cauſam, C. de euictio. leg. qui erat, §. non magis, ff. famil. hercisc.*
15 Differunt tamen inter ſe legatarius, emptor in petenda euictione: quia, quando legatarius agit de euictione aduerſus hæredem, petit rem legatam, ac ſi nunquam ſoluta fuiſſet, vt *d. lege ſi domus. ff. de euictione, in ver. & regulariter, & in leg. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de legat. 3.*
16 Emptor verò agit actione ex empto ad intereſſe, *l. non dubitatur, C. de euictio leg. 2. & l. in venditione, & l. ſi venditor hominis, ff. de euictio.* & differentię ratio eſt quia venditor regulariter non tenetur, niſi ad tradendum, non autem ad dandum, *leg. 1. ff. de rerum permut. l. ex empto, in princip. ff. de actio. empti. & l. fin. ff. de condit. ob cauſ.* pro-
17 pterea facta traditione, ſublata eſt actio ex empto, etiamſi res vendita ſit aliena, ex *Gloſſa in leg. ab emptione, ff. de*
18 *pactis, & alia Gloſſa in Authent. Sacramenta puberum, Codic. ſi aduerſus vendit.* ideò re euicta agere amplius non poteſt contra venditorem ad ipſam rem, ſed agit ad intereſſe.
19 At hæres in caſibus in quibus de euictione tenetur, ab actione ex teſtamento non liberatur per traditionem rei legatæ, cum teneatur facere rem accipientis irreuocabiliter:

biliter:

Digitized by Google

biliter; quòd non facit, quando euinci poteſt, vt inquit
text. in dicta leg. qui condubinam, §. ſi hęres, nimirum ſi agi
20 poſſit actione ex teſtamento ad rem ipſam, ac ſi tradita
non extitiſſet, *dicto §. de euictione, verſic. & regulariter, vbi
Paul. de Caſtro tradit aliam differentiam*; nempè, quia ven-
21 ditor facta traditione, & re non euicta, directò conueni-
ri poteſt actione ex empto, vt caueat, abſque eo quod
res eadem petatur *leg. 1. ff. de euiction.* quoniam *iure a-
ctionis* venit cautio in contractu emptionis, dicta *lege
22 ex empto in princip.* verum hæres directò conueniri non
poteſt, vt caueat; ex quo venit hoc iudicis officio merce-
nario, *vt in dicto §. de euictione, in vltima parte*. Ergo le-
23 gatarius petere poterit rem legatam actione ex teſta-
mento, vt ibidem in ver. & regulariter, non vt eam rem
conſequatur quam habuit, ſed vt hæres caueat, dicta *lege
24 Iulianus, §. 1. ff. de verborum obligatio. & leg. etiam, ff. de ſo-
lut.* neque hoc caret ratione: quoniam actio ex empto,
eſt actio bonæ fidei, *§. actionum, Inſtit. de action.* qua ratio-
ne veniunt omnia, quæ æquum eſt venire, & ſic vt caueat
de euictione, *dicta lege ex empto, in princip.* ſed actio ex te-
25 ſtamento eſt ſtricti iuris, *lege alias, & ibi, Bart. ff. de in li-
tem, iuran.* quamuis habeat naturam bonæ fidei, quoad
fructus, & acceſſiones ob moram, *lege in minorum, Cod. de
26 in integrum reſtitutione min.* ideò ea non veniunt, niſi illa,
quæ teſtator diſpoſuit; cætera autem veniunt officio iudi-
cis mercenario, ex legis diſpoſitione.

27 Dicit propterea *Paul. de Caſtro*, aliam afferri poſſe dif-
ferentiæ rationem, quia emptor non agit de euictione,
tanquam res euincatur, *leg. habere licere, ff. de euictio, & l.
vtique, ff. de rei vend. & dixi in quaſt. 63. n. 10. & 11.* & ali-
28 bi ſæpe legatarius verò agere poteſt priuſquam res euin-
catur, ſi conſtaret rem ſibi legatam alienam eſſe, & eſſet
caſus, in quo hæres teneretur redimere a domino, ſi po-
teſt, & facere accipientis, *leg. huiuſmodi, §. ſi ſeruum, ff. de
legat. 1. & l. non dubium, §. fin. ff. de legat. 3.*

Quòd vltimum dupliciter limitatur.

29 Primò, niſi teſtator habuiſſet aliquod ius in illa re alie-
na, quia tunc illud ius ſolum legaſſe intelligeretur, *leg. ſer-
ui electione, §. finali, ff. de legat. prima, & leg. Sticho, ff. de vſu-
fruct. legat. dict. §. de euict. in fin. Menoch. conſil. 89. numero
150. & 151. libro primo, & de præſumpt. libro quarto præ-
ſumpt. 118. numer. 12.* qui propterea ſuperiori numero
cenſuit, re ipſa euicta, hæredem teneri erga legatarium
de euictione *ex Bartol. in dicta lege ſi domus, §. de euictione,
ſub num. 3. verſic. tertium membrum eſt, poſt Gloſ.* ibi, & in
eodem loco *Caſtrenſ. ſub numer. 6. verſic. In tertio caſu, &
Iaſon num. 28.*

30 Ampliatur iſta limitatio, vt etiam procedat, ſi tale ius
finiturum eſſet morte teſtatoris, vt quia eſſet vſufructua-
rius, *leg. quod in rerum, §. 1. vbi Iaſ. ff. de legat. 1. leg. vxor
patrui, vbi pariter Iaſ. C. de legib.*

31 Secundò limitatur, vt poſtquàm hæres ſemel redeme-
rit rem alienam; & ſic pro ea pretium numerauerit, ſi po-
ſteà euincatur à legatario hæres non tenebitur vlterius,
leg. fideicommiſſa, §. ſi quis decem. ff. de legat. 3. ne duplici
onere grauetur; tenebitur tamen cedere legatario actio-
nem de euictione quam habet contra venditorem, vt in
*leg. creditore, ff. de euict. ſecundum Cyn. in dicta leg. cum alie-
nam Imol. & Paul. de Caſtro*, vt & dixi ſuperius quæſtione
32 præcedenti *num. 12. & 13. & addo Iaſ. in d. §. de euiction. n.
29.* qui hoc declarat, niſi fuerit in culpa redimendi ab eo,
qui communiter non reputabatur dominus, quo in caſu
iterum teneretur hæres; per *leg. cum res, §. culpa, & l. quid
ergo, §. ſi heres, ff. de legat. 1. ſecundum Cuman. & Alex. in
eodem §. de euictione.*

33 Alia inſuper eſt differentia inter legatarium, & empto-
rem, quia vbi agitur de denunciatione per emptorem fa-
cienda, ſatis eſt ante ſententiam nunciare; ſed in legato
ante litem conteſtatam facienda eſt, facit *text. in l. ſi rem,
§. fin. de euict. & dixi in quaſt. 5. num. 3. & 6.* in hoc eodem
tractatu.

34 His accedit alia dubitatio, quando legatarius re euicta
agere poſſit de euictione. In qua diſtinguitur, quòd aut
legatum ſit in genere, aut in ſpecie; ſi in genere, & legata-
rius eſt extraneus, & indiſtinctè agit de euictione, *leg. hæ-
res ſeruum. Menoch. d. præſumpt. 118. num. 13. poſt Bartol. &
Caſtr.* ab eo adductos, ſed ſi eſt perſona coniuncta, ſecus *l.
cum pater, §. euictis, ff. de lega. 2.* ſi in ſpecie, & tunc etiam
diſtinguitur, vt latius per ſcribentes in dicta *lege qui con-
cubinam, §. ſi heres, ff. de legat. 3.* & dixi pariter latius ſupra
in *quaſt. 64. num. 15.*

ARGVMENTVM.

Euictio, an concedatur in donatione.

SVMMARIVM.

1 *Donator de euictione non tenetur, & numeris ſequenti-
bus.*
Diſtinctio aſſertur, num. 2.
3 *Tradens magis diſtrahit, quam contrahat.*
4 *Negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affir-
met.*
5 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
6 *Euictio ideò debetur in venditione, quoniam emptor ſoluit
pretium.*
7 *Euictio ideò non debetur in donatione, quoniam donatario
nihil obeſt.*
8 *Euicta re in dotem data per mulierem nulla marito compe-
tit actio.*
9 *Dos apud eum manere debet, qui ſuſtinet onera ma-
trimonij.*
10 *Dos nulla eſt, quæ non deſſeruit oneribus matrimonij.*
11 *Pater, qui dotem nurus recepit, debet illam reddere filios
ſeorſum ab eo habitanti, & onera ſuſtinenti.*
12 *Donans ſimpliciter donando videtur tantum donare ius,
quod habet in re.*
13 *Donans tradendo, non habet animum ſe obligandi, & ideò
de euictione non tenetur.*
14 *Donatio, quando incipit à traditione, donans non obligatur
donatario, licèt ſecus ſi promittendo.*
Et de ratione, num. 17.
15 *Obligatio non inducitur præter intentionem.*
Nec abſque conſenſu, num. 16.
18 *Donatio facta non dicitur, niſi dominium transfe-
ratur.*
19 *Promiſſio donandi non impletur, ſi res aliena tradatur, nec
ideò actio tollitur, quæ competit ad dandum.*
20 *Donatio incipit à traditione, quando quis ſimul, & ſemel
promittit donare, ac donat.*
*Et etiam, quando donator incipit nomine donatarij poſſidere,
num. 21.*
22 *Donatio, quando incipit à promiſſione etiam ex pacto nudo
debetur euictio aduerſus aliquos, de quibus hic.*
*Extende id locum habere, etiamſi acceſſerit iuramentum,
num. 23.*

Quæſt. LXVIII.

IN donatione an concedatur euictio non immodicè la-
borant Doctores.

1 Nam quod donator de euictione non teneatur volue-
runt *Iaſ. conſil. 73. in tertio dubio libro 1. Rim. ſen. conſil. 409.
num. 21. libr. 3. Ruyn. conſil. 184. num. 8. lib. 1. Curt. iun. conſil.*
174 nu-

174.numero 34.Boer. quæſt.67. numero 1. quod præſertim
locum habet,quando donatio incæpit à traditione, Gloſs.
& Aret.in §.1.Inſtit.de donat:& in leg.ad res donatas,ff.de
ædil.edict.de qua meminit ibi Cæpoll. numero 7. vbi teſtatur
de communi, & tenent Doctores in leg.Ariſto,§.1.ff. eodem
Imol.in cap.fin.de empt.& vend.Cornell.conſil.141. volum.
2.Iaſ.conſil.34.column.final.& dicto conſil.73.libro 1. Boer.
dicta quæſt.67. in princip. Bertran. conſil.317. libr. ſecundo
parte 1.Alciat.conſil.34.Riminald.ſen. conſil.409. num.21.
Socin.iunior.conſil.91.num.31. libr.quarto,Cabr.conſil.165.
numero 6. libro 1. qui loquuntur, quando quis habet rem
ex cauſa lucratiua,Surd.deciſ.11.numero 13.& deciſ. 209.
numero tertio. Rota coram Sanctiſs.Ludouiſio deciſ.340. nu-
mero quarto.

2 Quare Doctores magis communiter diſtinguunt do-
nationem, quæ incipit à traditione, ab ea quæ incipit à
promiſſione, vt videlicet in prima non detur; euictionis
actio.In ſecunda verò ſic. Et rationem adducunt, quia
3 qui tradit,magis diſtrahit,quam contrahat §.1. Inſt.quib.
mod.re contrah.obligat.qui autem promittit,contrahit,&
ſic obligatur,vt donatario liceat habere.

Sed præter rationem prędictam,probatur iſta concluſio
ſio ex dicta leg.Ariſto,§.fi.ibi, nullam actionem mihi con-
4 tra donatorem competere: nam vniuerſalis illa negatiua,
nullam,in totum negat, leg.ſi is,qui ducenta, §.vtrum, vbi
notatur,ff.de reb.dub.cap Deus omnipotens 2.quæſt.1. Dec.
conſil.365.col.ſecunda,in fine verſic. & vlterius hoc corro-
boratur,vbi ſic arguit.prout & Crauett.conſil.246. numer.
4. quia etiam negatiua potentius negat, quam affirmati-
ua affirmet, vt per Gloſs.in cap.cum dilectus, de conſuetud.
Crauet.dicto conſil. 246. Cephal.conſil.585.numer.51. Bero.
conſil.17.num 2.lib.2.Decian.conſ.1.nu.60.lib.2.quod præ-
ſertim datur intelligi in eodem tex.ibi.Plenè de dolo poſ-
ſe me aduerſus eum habere actionem, ſi dolo fecit. Nam
5 dum text. excipit actionem de dolo aliter ſentit de eui-
ctione: exceptio enim firmat regulam in caſibus non ex-
ceptis,ad tradita per Bar.in l.quæſitum, § finali, ff.de fundo
inſtructo,& in §.vt autem, in Authentica de non alienand.
cum alijs per Dec.& Cagnol.in leg.1.ff.de regulis iuris, idem
Dec.conſil.520.numero 9.Pariſienſ.conſil.155.numero 7. li-
bro 4.& conſil.34.num.39.libr.1.

6 Comprobatur, quia in venditione ideò tenetur ven-
ditor de euictione, lege 1.ff.de euict. & leg.non dubitatur,
Cod.eodem titul.quoniam emptor ſoluit pretium, & ini-
quum eſſet,quod re, & pretio careret, vt per Baldum poſt
7 Odofred.in l.1.vbi etiam Alberic.C.de iure dot.ſed in dona-
tione ceſſat hæc ratio, quia donatario nihil obeſt, ergo
ceſſare debet euictio l.adigere,§.quamuis, ff.de iurepatr.

8 His additur diſpoſitio dicti text.in l.1. C.de iure dot. vbi
euicta re in dotem data bona fide per mulierem, ait text.
nulla marito competit actio. Cui à fortiori adhæret text.
arguendo de cauſa dotis oneroſa in l pro oneribus,C.de iu-
re dot.Bart.in leg.final.§.ſi à ſocero,ff.quę in fraud.credit.Iaſ.
in l.ſi donaturus, §.ſi quis indebitum. num.2.ff. de condit.ob
cauſ. vnde videmus, quod apud eum manere debet, qui
ſuſtinet onera matrimonij, lege actione, §.finali, ff.pro ſo-
9 cio,leg.ſi filia,§.1.ff.famil. hæreiſcund.l.dotis fructus, & lege
plerunque. §.ſi ſerui, ff. de iure dot. cum adductis per Dec. in
Authent.prętereà ſub num.18.C.vnde vir.& vxor.Beccan,
conſil.43.eſt Gloſa notab.in §.eſt & aliud. inſtitut. de donat.
in ver.exequantur, ita quod nulla dos ſit, niſi deſeruiat
10 oneribus matrimonij, lege ſi pater mulieris in fine.ff.de iu-
re dot.latè Boer. deciſ.195. poſt ſcribentes in lege ſi cum do-
11 tem,§.tranſgrediamur,ff ſoluto matrimonio, vbi pater, qui
dotem nurus recepit illam reddere debet filio ſeorſum
ab eo habitanti, & matrimonij onera ſuſtinenti, Beccan.
dicto conſil 43.num.5. ex quibus fortius arguitur de cauſa
dotis oneroſa ad donationem, quæ eſt cauſa lucratiua,
§.ſi res aliena, Inſtitut.de legat. vnde ſi pro re in dotem da-
ta,& euicta non competit euictionis actio in caſu dictę l.
1.Cod.de iure dot. multò minus pro donatione, quinimò
12 Anton.Gomez variar. reſol. tom.2.cap.2.ſub num.35. ver-
ſic.ſed his non obſtantibus,& infra de empt.& vendit.addit,
quod cum quis ſimpliciter donando videatur donare
tantum ius,quod habet in re, argum.l.ſi domus,§.final.ff de
legat.1.cum ſimilibus per eum,& ibidem Bart. Angel. & I-
mol.Bart.in l.prędia per illum text.C.de coll.fund.fisc. lib.11.
Alexand.conſil.47.poſt princip. lib.3 ſequitur vt ille dicit,
quod donator numquam teneri debeat de euictione, ſiue
donatio cæperit à traditione,ſiue à promiſſione.

13 Cæterum cum difficultas huiuſmodi ex illius dictis non
reſoluatur, vt ex eo videri poteſt, ceſſat in propoſito;
quia donans tradendo non habet animum ſe obligandi,
ideò de euictione non tenetur,vt per Cynum, & Azor.in
dicta lege prima,C.de iure dot.Cuman. in dicta leg. Ariſto,§.
finali columna ſecunda,& fuit de mente Bartoli, & Imol.in
lege prima ad finem, ff.de donat. cauſa mort. dum dicunt,
14 quod quando donatio incipit à traditione, donans non
obligatur donatario,ea ratione,quia non habet propoſi-
tum ſe obligandi, ſecus promittendo; non enim obliga-
tio inducitur præter intentionem, ad textum in leg.qui in
aliena, in princip. ff. de acquir.hęred. vbi pater præter eius
15 intentionem non obligatur ex aditione facta per filium;
ergo nec iſte donator de euictione debet obligari cum
donando animum non habuerit ſe obligandi; & ſic citra
16 eius intentionem obligari non debet de euictione; quod
etiam probat text.in l.non omnes,ff.ſi cert pet.& obligatio
non inducitur abſque conſenſu, leg.quæcunque gerimus, ff.
de action.& oblig. Aym.conſil.77.num.6.Decian conſil.32.
in princ.libro primo.

17 Ratio, quare vbi donatio incipit a promiſſione, & res
euicta fuerit,donans de euictione obligetur, iuxta Gloſsa,
18 Bart.& alios in d.l. Ariſto.§.fi. ea aſſignatur: quoniam
hęc intelligitur promiſſio faciendæ donationis, quæ qui-
dem donatio facta non dicitur, niſi dominium transfera-
tur,leg.Senatus,§.1.ff. de donat.cauſ. mort. vnde ſi res alie-
19 na tradatur, promiſſio non impletur, & per conſequens
actio non tollitur, quæ competit ad donandum, leg.qui
concubinam,§.ſi hęres,ff.de leg 3.Bart. & expreſſus Paul.de
Caſtro in d leg. Ariſto, §.fin. & ſequitur Corn. in d.conſ.141.
num.8.lib.1.

20 Dicimus autem donationem a traditione incipere,
quando ſimul, & ſemel quis promittit donare, & donat.
Abb.in cap.fin.num.10 extra de empt.& vendit. & etiamſi
21 donator conſtituit ſe nomine donatarij poſſidere, l.quod
meo in princ.ff.de acquirend.poſſ.nam quamuis traditio fa-
cta non ſit,attamen vera transfertur poſſeſſio,Bald.in leg.
ab emptione in fine,ff.de pact. Abb.in cap.2.num.14.de con-
ſuet. Alexand.conſil.92 num.4.libro 1.Dec.conſil.302.num.
19.Soc.ſen.conſil.131.numer.13.lib.4. in ſpecie Rayn.conſil.
184.num.7.lib. 1.

22 Ruſus & illud notandum eſt in præſenti, quòd ſi do-
natio incipiat à promiſſione, & interpoſita ſit ſtipula-
tio donator ſecundum aliquot ita demum de euictione
tenetur,ſi per ſtipulationem id etiam promiſerit: nec ſuf-
ficit pactum nudum,leg.2.& ibi notant Bald.& alij,Codic.
de euict. Abb.in d.cap.fin.n.10.de empt. & vend.

Sed aduertendum eſt, quod pactum nudum veſtitur
cohærentia contractus donationis: & idcircò tenetur,
Gozad.conſil.60.nu.21.& 22.poſt Corne. d.conſil.141.num.
18.lib.2.Caball.de euict.§.4.numer.2. Ioan. Petr.Moneta de
comment.vlt.volunt.cap.11.num.340.

23 Quod idem locum habebit, ſi acceſſerit iuramentum
quia tenebbitur, c.quamuis, de pact.in 6. l.ſi quis maior,C.
de tranſact.Gozad.d.conſ.60.num.22.

AR-

ARGVMENTVM.

Euictio in donatione facta per traditionem, quibus caſibus debeatur, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non debetur ex donatione, quæ incipit à vera traditione à principio.*
Primo ampliatur, vt procedat etiam in traditione ficta, numero 2.
Ratio affertur, num. 3.
Secundò ampliatur, quando donator emit rem, quam donauit, & alteri tradidit, & ea fuit euicta à donataria per verum dominum, num. 4.
Tertiò ampliatur in quacunque donatione titulo gratuito facta, num. 5.
Quod exemplificatur in augmento dotis facto mulieri ibidem.
Quartò ampliatur, quando aliquis contractus non præcedit, numer. 7.
Primò limitatur vt locum non habeat, ſi donator expreſsè promiſerit de euictione, num. 9.
Ampliatur primò, vt etiam ſufficiat promiſſio de conſeruando indemnem à quocunque lite, & controuerſia, donatarium, num 10.
Secundò ampliatur, etiamſi fiat promiſſio de faciendo bonam donationem, num. 11.
Tertiò ampliatur vt prodedat, ſiue promiſſa ſit euictio verbis ſpecialibus, ſiue etiam generalibus pro ſuo dicto, & facto, ſiue per ſtipulationem, ſiue pacto nudo, numera 12.
Sublimitatur dicta limitatio vt non procedat, quando donatarius aſſeruit Principi rem ad eum ſpectare, quæ non ſpectabat, quia ex quo ſundatur ſuper mendacio donans non obligatur, num. 14.
Secundò limitatur, ſi dolus donatoris interceſſit, numero 15.
Tertiò limitatur non procedere in donatione facta filio per patrem, qua euicta poteſt filius agere aduerſus hæredes patris, num. 16.
Vbi de ratione, num. 17.
Et de veriori traditur, num. 18.
Sed contrarium, quod in huiuſmodi donatione non detur euictionis actio habetur, num. 19.
Vbi de ratione.
Fallit hæc vltima relata ſententia, ſi filio donatio fiat pro legitima, num. 21.
Sublimitatur, ſi euictio ſequatur culpa filij, num. 22.
Quartò limitatur in donatione remuneratoria, in qua donator de euictione tenetur, licet à traditione cæperit, numero 26.
Rationes adducuntur num. 30. & 31.
Extende idem procedere in donatione dotis cauſa facta, quæ non eſt mera donatio, num. 33.
Declaratur ita demum habere locum, ſi ſeruitia ſunt talia, quod pro eis alias data fuiſſet actio aduerſus donatorem, num. 34.
Quintò limitatur, vt non procedat in Prælato conferente præbendam, de euictione obligatur, quæ tamen limitatio vſu non recipitur, num. 37.
Sextò limitatur non procedere in feudo alicui conceſſo, quo euicto feudatario datur actio de euictione, num. 38.
Septimò limitatur in donante rem alienam aſſerente tamen eſſe ſuam, num. 40.
Octauò limitatur in donatione propter merita, vel ex cauſa, num. 41.
Nonò limitatur in donatione reciproca, in qua datur euictionis, actio, num. 42.
Decimò limitatur, ſi donator obligauerit rem donatam, numero 43.
Vndecimò limitatur in venditione, in qua venditor delegauit pretium certis ſuis creditoribus, qui donent pretium, numero 44.
Primò ſublimitatur limitationes quibus dicitur donantem donatario de euictione non teneri, non procedere, ſi culpa donatarij proceſſit, num. 45.
Secundò ſublimitatur, quando donator promiſit tradere ad hunc effectum, non teneretur de euictione, num. 46. & de ratione, nu. 47.
Tertiò ſublimitatur, quando euictio ſequuta fuit virtute hypothecæ ignoratæ, nu. 48.
Quartò ſublimitatur in donatione facta per libertum in fraudem patroni, n. 49.
Extende eidem ſibi tribuere in patre reuocante alienata donationis titulo per filium in eius fraudem, num. 50.
6 *Augmentum dotis factum mulieri, dicitur datio gratuita.*
8 *Commune ſi mandat aliquem defendi, & manuteneri intelligitur de quadam protectione à facto iniurioſo, non vt teneatur de euictione.*
13 *Promittens de euictione tenetur etiam ex facto eius, cuius eſt hæres.*
20 *Verbum, oportet, importat neceſſitatem.*
23 *Donatio vbi eſt valida inter viuos, non imputatur in legitimam.*
Declaratur locum habere, vbi donans vſus eſt verbo donauit, ſecus ſi verbo dedit. n. 24.
25 *Datum filio ratione perſonæ, præſumitur datum, vt imputetur in legitimam.*
27 *Iura loquentia de donatione ſimpliciter, non extenduntur ad donationem remuneratoriam.*
28 *Inſinuatio non requiritur in donatione remuneratoria.*
Eſt enim ſimilis dationi in ſolutum, n. 29.
32 *Donatio remuneratoria continet cauſam onoroſam.*
35 *Seruitia obſequalia non faciunt donationem remuneratoriam.*
39 *Feudum, eſt donatio, quia appellatur beneuola actio tribuens gaudium capienti.*
51 *Donatio reciproca, ſi in aliquo euincitur reſpectu eius, quod fuit euictum, an ceſſet reciprocatio, & ſit opus inſinuatione, remiſſiuè.*

Quæſt. LXIX.

1 VEra ſtante concluſione firmata in præcedenti quæſtione, quod ſcilicet ex donatione, quæ facta fuit per traditionem a principio non debeatur euictio, quam præter allegatos ibi amplexi ſunt *Alba conſil. 247. nu. 8. libr. 2. Rol. conſ. 1. nu. 21. lib. 4 Rimin. conſ. 159. nu. 24. lib. 2. Ant. Trig. ſing. 21. Aluarot. in cap. 1. num. 4. propoſit. num. 1. Afflict. num. 53. verſ. ſed quia eſt ratio Schenck. num. 4. Balzaran ſub num. 17. verſ. non obſtat tertium, & nu. 18. de inueſtit. de re alien. fact. idem Balzaran. in cap. 1. numer. 16. in fine, ſi de feud. vaſall. ab aliquo interpell. fuer. arg. lege idemque, §. final. cum lege ſeq. & leg. ſi verò non remunerandi, ff. mandati. Bald. in leg. Iulianus, §. qui fundum, numer. 3. ff. de verbor. obligat. & ibidem Imola. Alexand. Franc. de Aretin. & Iaſ. Cardin. Alban. ad Bartol. in dicta lege Iulianus, §. qui fundum in ver. ſi vero. Iaſ. in lege ex hoc iure num. 68. ff. de iuſt. & iure Caballin. de euiction. §. 4. numer. 4. & ſeq. Rub. Alexand. conſil. 95. numer. 14. Viu. qui de communi in ſuis commun. opin. in ver. donatio vbicunque incipit à promiſ-*

Digitized by Google

miſſione num.7.Cardin.Seraph deciſ.534.num.3 Rota,deciſ.
198.n.12.inter impreſs.poſt tract.Cinc.de Cenſib. & Franch.
deciſ. 213.num.7. ea nihilominus multiplices recipit am-
pliationes,ac limitationes.

2 Et primo ampliatur,vt procedat non modo in donatio
natione quæ incipit à vera traditione, ſed etiam a ficta,vt
quia donator conſtituit ſe donatarij nomine poſſidere;
etenim conſtitutum eſt,actus fictus,& ficta traditio,vt no
tant *Gl.& ſcribentes in l.ab emptione, ff.de pact.Bart.in l.ſi*
is,qui pro emptore col.pen.ff.de vſuc. Bal.in l.1.C. pro don.
Corn.conſ.343.col. 2.verſ.verba autem lib.1.& conſ.8.verſ.
ficta autem lib. 2.Tiraq.latè in tract. de iure conſti.part. 2.
ampliat.1.in princ. quo in caſu donans de euictione non te-
netur,vt in ſpecie per Cuman.conſ.173.ſub n.5. verſ.quin e-
tiam ſequitur Viuius vbi ſupra.

3 Huius ampliationis ratio eſt,quia licet conſtitutum ſit
ficta traditio,tamen ex eo transfertur vera & propria
poſſeſſio,æquè ac ſi vera traditio interueniſſet,vt tradunt
Bar.Bal.Ang.Fulg.& alij in d.l.ab emptione in fine. Bartol.
Imol.& Iaſ.in d.l.ſi is, qui pro emptore Roman.in l.traditio-
nibus,C.de pact.Ang.Aret.in §.per traditionem nu.2.inſtit.
de rer.diuiſ.Alex conſ.83.n.8.lib.6. Corn.conſ.89.numer.5.
lib.3. alios plures congerit *Tiraq. in d.tract.de iure conſtit.*
par.2.ampliat.1. in fine, vbi concludit hanc opinionem
eſſe receptiorem.

4 Secundò ampliatur,vt etiam locum habeat in caſu quo
donator emit rem, quam donauit, & alteri tradidit, & ea
a donatario fuit euicta per verum dominum, quia non
poterit donator,& emptor reſpectiuè agere de euictione
contra venditorem,quoniam ſua non intereſt,ex quo do
natario de euictione non tenetur, cum donatio incipe-
rit à traditione eſt *tex. in l.Iulianus , §.qui fundum, ff.de*
verb.oblig.Gl.fin.in l.ſi pro te §.fin.in vltimis verbis, & ibi-
dem Bar.Bal.& Salyc.ff.de euictio.Bart.& poſteriores in d.
l.Iulianus , §.1.ff.de verb.oblig. & ibidem Bologne.dicens
eſſe caſum ſingularem.Iaſ.in d.§.qui fundum num.13.Capyc.
deciſ.197.n.9.

Tertiò ampliatur procedere in quacumque euictione
5 titulo gratuito; ideò is, qui auget dotem mulieris, quia
tale augmentum dicitur datio gratuita, facta traditione
non tenetur ad aliquam euictionem,vel periculum.*Alex.*
6 *conſ.208.Præſtantiſſimè ſub num.9. verſ.item in tantum lib.*
7. Non enim in quacunque ceſſione, vel contractu gra-
tuito periculum aliquod ſpectat ad concedentem poſt
factam traditionem *Alex.d.conſ.108.nu.9.* vbi quod ceſsio
habetur pro traditione.

7 Quarto ampliatur, euictionem ſcilicet non habere lo-
cum,quando aliquis contractus non præcedit: ideò ſi ali-
quod commune mandet aliquem defendi, & manuteneri,
8 intelligi debet quædam protectio a facto iniurioſo,non
vt teneatur de euictione,quia eſt quædam donatio,quæ
incipit à traditione, *Antha.conſ.87.omiſſo primo per totū.*

9 Primò limitatur dicta concluſio vt non procedat, ſi
donator expreſsè promiſerit de euictione, quia tūc abſq;
dubio debetur euictio etiam in donatione, ſicut in alijs
contractibus,qui ex conuentione legem accipiunt, vt no-
tant in ſpecie *Bal.& Salic.in l.2.C.de euict.Corn.conſ.141.*
n.1.libr.2.Card.Mant.de tac.& amb.conuent.lib.3.tit.4.ſub
n.19.& 20. Dec.cōſ.322. cū ſit quod nobilis,vbi etiā,quod
10 ſufficit promiſſio de cōſeruando indēnē à quocunq;lite
& cōtrouerſia donatariū, tunc enim quocunq;modo res
euincatur,donās tenetur ad intereſſe. *Abb.conſ.43.quidā*
D.Antonius col.1.lib.1.& cōcludūt omnes in l. Ariſto.§.fin.
ff.de don.& in d.l.Iulianus,§.qui fūdū,ff.de verb.oblig.Ruyn.
11 *conſ.186.ſufficit* promiſsio de faciēdo bonā donationem,
quæ nō ſolū operatur,vt donās faciat,rē donatā eſſe libe-
rā donatarij,ſed etiā vt præſtet euictionē. *Corn.d.conſ.141.*
ad fin.libr.2.& ſtātib.ſimilib.promiſſionib.ſēper debetur
12 euictio, ſiue incipiat promiſsione, ſiue à traditione, *Go-*
meſ.var.reſ.lib.2.c.2.ſub n.35.in fine. ſiue promiſſa ſit euī-
ctio verbis ſpecialib.ſiue generalib.ſiue pro ſuo dato,& fa
cto,ſiue per ſtipulationē,ſiue pacto nudo,vel cum ſimilib.
verbis,de quib.per *Gozad.conſ.60.nu.16. iuxta notata per*
Glo.Bar.Bal.& Salyc.& Caſtr.in l.ſi ſeruus in princ.ff.de cō-
13 *di.furt.* vbi plus volunt promittentē teneri ex facto eius ,
cuius eſt hæres de quo latè per *Boer.d.dec.67.Ruyn.conſil.*
174.lib.1.Rom.in l.ſtipulatio iſta n.8.ff.de ver.oblig.vbi quo-
que Alex.n.7. Dec.qui de communi teſtatur.conſ.281. poſt
Bal.in c.1.in fine,qui ſucceſſ.teneau. Cagno.in l.2. ſub nu.46.
verſ.quis e contrario.C.de pact.inter empt. & vendi. Curt.
conſ.75.col.pen.Caph.conſ.168. n.20.

14 Sublimitatur præcedens limitatio,vt nō procedat quā-
do donatarius aſſeruit Principi rē ad eū ſpectare,quæ nō
ſpectabat,,quia ex quo fūdatur ſuper mendacio donatarij
non obligatur donator.*Iaſ.conſ.73.in 3.& vlt.dubio lib. 1.*

15 Secundò limitatur non habere locum, ſi dolus donato-
ris interceſſit.*Ruin.conſ.184.n 1.lib.1.Card.Mant.de tacit.*
& ambig.conuention.d.lib.13.tit 4.ſub n.19.Addent.ad de-
ciſ.Sanctiſs.Ludouisij 340.ſub litter. A,

16 Tertiò limitatur,ſibi non vendicare in donatione facta
filio per patrē,quoniam ea euicta poteſt filius de euictio-
ne agere aduerſus patris heredes,*l.ſcimus in prin.& ibi no-*
tat Iaſ.C.de inoff.teſta. poſt Rom.in d.l.Ariſto.§.vlt. Ratio-
nem adducit Iaſ. eſſe fauore teſtamenti conſeruandi.

17 Verum hæc ratio non ſatisfacit , cum non conueniat
omnibus iuris patribus, & non ſit generalis. *Rip.in l.Cen-*
turio n.92.ff.de vulg.pupill.per tex.in l.regula, §. cum quis,
ff.de iur.& fact.ignor.Caph.conſ.408.n.48. quia dato quod
filio detur euictio , non ideo conſeruatur teſtamento ;
cum de iure authenticorum filio debeat relinqui legitima
honorabili titulo inſtitutionis,& aliud quoq;capitulum
in authen.vt cum de appell.cognoſcen.& ibi notatur ſic-
que tenet *Gloſ.& Doct.communiter , prout refert Iaſ. num.*
13.in auth.nouiſſima,C.de inoffic.teſtam.& in l.inter cætera
col.pen.ff.de liber.& poſthum.Caſt.in l.omnimodo,eodem tit.
dixi in meo tract.de imputa.quæſt.126. n.9. & ſeqq.& ali-
bi ſæpè.

18 Vera igitur ratio eſt ſecundum *Roman.in d.l. Ariſto. §.*
vltimo, quoniam talis donatio imputatur in legitimam ,
vt per *Azon.in l.filium quem habentem, C.famil. quem ſe-*
quuntur Alex.et alij in l.illud,C.de collat. idem Alex.conſ.
8.viſis in priu.lib. 2.et conſ.27.videtur libr.5.Roman.conſilio
277.n.2.quem refert,ac ſequitur Rip.in l.in quartam n.144.
et ſeq.ff.ad l.falcid.Soc.ſen.conſ.18.nu.11.lib.4. Bero.conſilio
29.Couar.in c.Raynaldus, §.2.nu.6.extra de teſta.Bertrand.
conſ.205.lib.3. ego ipſe in d.tract.de imputa.q.48.nu.1.et in
quæſt.ſeq. n.67.

Quemadmodū ergo filius ſua legitima priuari non po-
teſt, *d.§. aliud quoque capitulum* immo nec in ea grauari,
l quoniam in prioribus,C.de inoffic.teſtament.Alex.conſ.78.
in princ.lib.5.latè Dec.conſ.81. in princ. conſ.236. 238. &
239. & dixi pariter in d.tractat.quæſt.49.num.29. Ita nec
tali donatione, quæ ſuccedit loco legitimæ , ad regulam,
quod ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſub-
rogatur, *l. ſi eum, §. qui iniuriarum , ff. ſi quis caution. cum*
ſimilibus.

19 Contrarium,quod in huiuſmodi donatione locum non
habeat euictio, voluit idem *Iaſ.in §.fuerat numer.35.inſtit.*
de actio. vbi dicit hoc eſſe , quod ſingulariter voluit *Bald.*
in authent. ex teſtamento col. 3. C. de collat. ſequitur Vital.
Nemauſen.de collat.quæſt.1.numer.5.ſol.mihi 642. Nam
cum promiſſio fuerit obligatoria, nec de iure valida,non
debetur euictio. *Ita Bald.in l.2.C.de inoffic. donat.Roma.in*
d.l.Ariſto.§.fin.& Alex.ibidem in addit.ad Bar.Caballin.de
euictio.§.4. num. 6. qui licet aſſerat ſuper hac limitatione
amplius deliberandum , res tamen non videtur habere
dubitationem , quia cum naſcatur euictio ex obliga-
tione contractus præambuli *leg. ex empto in princip. ff.*

26 Fallit etiam quod diximus de æſtimatione debita, quã-do ex veriſimili mente teſtatoris colligi poteſt, quod fuit legata res ipſa, quia tunc nunquam debetur æſtimatio, etiam in caſibus, in quibus aliàs debita eſſet, prout in ſpecie poſt *Alciat. concludit Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 9. n. 21. Soc. iun. conſ. 74. n. 18. & infra lib. 1.* cum enim æſtimatio debeatur ex coniecturata mente teſtatoris ob ſanguinis coniunctionem, & ſimiles præſumptiones, *Card. Mant. d. tit. 9 n. 4.* ita etiam è contra admittitur alia coniectura, per quam altera tollitur, *l. Diuus, ff. de reſtit. in integrum, l. licèt Imperator, ff. de leg. 1. l. ex facto, §. item quæro in fine, ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.*

27 Tertiò declaratur non habere locum, quando res aliena fuit legata, quia tunc hæres de euictione tenetur, *d. l. cum alienam, vbi notant omnes Doct. & §. quod autem diximus,* vbi pariter ſcribentes, *Inſtit. de legat. Imol. Caſtrenſ. & Alex. in d. §. euictis, & d. l. alienam, & dicam in ſequenti quæſtione.*

28 Quarto declaratur ſibi non tribuere, quando teſtator, inſtitutis duobus hæredibus, non vni ſoli fecit prælegatũ, ſed vtrique quia tunc non deberetur euictio etiam inter inſtitutos reſultaret inequalitas, quam tamen leges deteſtantur, ſic *Dec. conſ. 349. n. 9. & Ruyn. conſ. 212. n. 14. verſ. iſto caſu lib. 1. & facit Gl. in d. §. euictis, & in d. l. ſi domus, §. de euictione, ff. de leg. 1.* vbi dicit rationem eſſe, ne inter fratres creſcat inuidia ob inæqualitatẽ, *Caball. in d. §. 4. n. 23.*

29 vbi quòd diſpoſitio dicti §. euictis extendi non debet vltrà ſuos terminos; ſed reſtringitur ad caſum, in quo lo-

30 quitur, vt voluit *Alex. in dict. l. cum alienam, Ruyn. d. conſ. 212. n. 14. verſ. Iſto caſu, & verſ. tertiò* etiam reſpondetur, vbi aliter etiam declarat.

31 Non obſtat, quatenus obijceretur, euictionem non deberi inter hæredes pro re in teſtamento diuiſa; ad tradita per *Gl. Bart. & alios in l. ſi familiæ, ff. fam. hercіſ. Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres in vltima q. & ibi Doct. omnes, ff. de verb. oblig.*

32 Quia, quando res legata titulo fuit relicta, tunc aliud eſt, quoniam ſeruatur diſtinctio ſcientiæ, & ignorantiæ, & an relicta ſit coniuncto, vel extraneo: & ſicut in dubium non habet, quando legatum factum eſt non hæredi ſed extraneo; ita procedere debet, quando hæredi ſit legatum; cum enim duplicem repræſentet perſonam hæredis ſcilicet, & legatarij, retinet diſtincta iure omnia vtriuſque perſonæ, *leg. 1. vbi Bal. ff. de offic. conſul. Soc. in l. cum filio, num. 28. & ibi Craueit. num. 396. ff. de leg. 1.* & eligere poteſt quo iure agat, quidquid voluerit *Burſat. conſ. 5. n. 5. & 9. lib. 1.*

33 Præterea etiam *Rip. in d. § duo fratres, ſub n. 95. verſ. tertiò* conſidera, inquit, etiam in portione hæreditaria euictionem dari ijs caſibus, quibus datur pro re particulari legata; quia tunc ceſſat ratio, vt per eum, quem ſequitur, *Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 118. num. 4. & ſeqq.* & eſt verior ſententia, quicquid aliqui in contrarium dixerint.

34 Quæ declaratio fortius procedit, quando teſtator diuiſione voluit præſtari ſingulis filijs, & hæredibus ſuis ius integrum: nam tunc voluiſſe cenſetur locum eſſe actioni pro ſubſecuta euictione, ſicuti declarat *Alciat. in d. l. qui Roma, §. duo fratres, ſub n. 36. verſ. quòd ſi ius integrum,* qua-

35 re inquit idem Alciat. teſtator qui rem pignorauit, cum tamen legando videatur non ſolum ius, quod habet reliquiſſe, ſed liberam legatario dare velle, *leg. ſi res obligata, ff. de leg. 1.* hæredem obligat euictionis nomine, *dict. leg. paterfamil. leg. alioquin* hæres non luendo eſſet in culpa.

36 Fallit, ſi prælegatum fiat tantùm vni, & non pluribus: quoniam euictio non debetur, ita *Bart. ſing. 85.*

37 Quintò declaratur ſibi non tribuere in legato facto pro legitima, in quo re legata euicta datur euictionis

38 actio, *Iaſ. in l. ſcimus num. 5. & ſeq. C. de inoffic. teſtam. poſt Bal. & Salycet. ibid. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. in §. ſcimus nu. 4. fol. mihi 239. vbi num. 15.* addit, euictionem dari vſque ad legitimam, & non vltra menſuram legitimæ aduerſus Bal.

39 Sextò declaratur non procedere, cum teſtator ſciens rem per eum poſſeſſam obligatam conditionibus extinctionis, vt quia eſſet ſimplex vſufructuarius, eius vita durante tantùm; vel fideicommiſſo per illius obitum purificando, & ſic ius perſonale habeat: aut ius reale in alium tranſiturum, eam ſcienter legando videtur tanquam rem alienam legaſſe, & propterea hæres tenetur ad legati præſtationem, & eiuſdem manutentionem, ad *text. in l. cum alienam, Cod. de legat. in ſpecie ſic deciduut Cuman. Imol. & Aret. in l. quod in rerum, ff. de legat. 1. Capra conſil. 146. colum. 2. Peregr. de fideicomm. art. 33. n. 25. & videndus eſt Aret. in §. non ſolum n. 5. vſque ad finem Inſtit. de legat. vbi diſtinguit.*

40 Ad dicta ſupra n. 20 & infra, notandum eſt, quod quãdo legatum factum eſt coniunctæ perſonæ, euictio omnino debetur; ſiue teſtator ſciuerit rem alienam, vel non, *dict. l. cum alienam, C. de legat.* ſicut ſi ſciens rem alienam extraneo legaſſet, *l. ſi res aliena, ff. de legat. 1.* & euicta re hæres tenetur ad æſtimationem: ſicut ſi ſcienter alienam rem legaſſet, per doctrinam *Bart. & ſcribentium in d. §. de euictione, & in d. §. euictis, vbi Bar. intelligit tex.* illum duobus ibi concurrentibus. Primò, quòd res eſſet per teſtatorem poſſeſſa: ſecundo, quòd legatarius eſſet cohæres. Vnde ſi cohæres non eſſet, quia prælegatarius erat perſona coniuncta teſtatori, inquit, euictionem fore debitam per caſum *d. l. cum alienam,* quem ita demonſtraſſe voluiſſe dixit *Peregr.* in facti contingentia *d. art. 33. n. 32. in fine aduerſus Mant. qui aliter intellexit in d. tract. de coniect. lib. 9. tit. 9. n. 4.* & prout ſupra iudicatum teſtatur, & pro declaratione *d. §. euictis, videas eundem Pereg. conſ. 29. n. 3. lib. 4. qui n. 8.* quoque dixit, quod vbi res aliqua legatur perſonæ coniunctæ, & illa res iure pignoris, & hypothecæ ab aliquo creditore euicta fuiſſet, tenentur hæredes rem ipſam euictam luere, & præſtare legatario coniunctæ perſonæ, per *text. in d. l. cum alienam, & Iaſ. poſt alios in l. ſi res obligata n. 7. ff. de legat. 1.*

41 Sed hic quæritur, an legatarius emens ab hærede teſtatoris rem ſibi legatam, quàm ignorabat eſſe legatam, videatur renunciaſſe ita legato, vt poſtea illud petere non poſſit: & dicitur quòd non, per *tex. in l. huiuſmodi §. qui ſeruum ff. de leg. 1.* ergo a contrario ſenſu, ſi ſciuit renunciare videtur legato: licet *Bart. cogitandum relinquat in d. l. qui Romæ, §. duo fratres in decimaſecunda quæſt.* & hanc ſententiam tenuit *Dyn. ibidem,* & eſt magis communiter approbata, vt refert *Alexand. conſil. 100. ſub num. 5. propè finem lib. 7. & num. 6. 8. 9. & 10.* vbi declarat procedere,

42 ſi legatum, vel fideicommiſſum erat purificatum, & ceſſerat dies legati, ſecus ſi purificandum, vt ibi *d. num. 10. & ſupra.*

43 In caſibus verò, in quibus euictio debetur legatarijs ea etiam non expectata legatarij ſtatim agere poſſunt atque apparet rem ei legatam, & traditam eſſe alienam, *Hier. Gabr. conſ. 129. n. 11. lib. 1. qui n. 13* addit, nec opus eſſe de-

44 nunciatione, per ea quæ ibi allegat, & ſemel tantum debetur, *Cyn. in d. l. cum alienam, C. de legib.*

Alia quædam in propoſito videas penes *Menoch. dicta præſumpt. 118. lib. 3.*

ARGVMENTVM.

Hæres, an & quando de euictione teneatur legatario, cui res legata fuit aliena;

& quia

Digitized by Google

& quid quando res alteri eſt obligata, an hæres teneatur luere pignus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres de euictione non tenetur, vbi res aliena legatur, & traditur.*
Primò fallit, quando legatum fuit factum coniunctæ perſonæ, n.2.
Secundò fallit, quando legatum factum fuit eccleſiæ, & pro anima, n.3.
Tertiò fallit, quando legatur res in genere ex natura, ſeu qualitate ipſius rei n.4.
Intellige, vt ibidem.
Quartò fallit, quando legatur res aliena ſcienter, n.5.
Sublimitatur ibidem.
Quintò fallit, quando res aliena legatur ignoranter, vel per errorem, n.6. decl. ibid. remiſſiuè.
Sextò fallit, quando res legata a legatario euinceretur, culpa ipſius hæredis, n.7.
Sublimitatur, n.8.
Septimò fallit, ſi teſtator legando expreſſè aliud voluerit, num.8.
10 *Hæres tenetur luere rem legatam alteri obligatam.*
Primò fallit, quando res obligata eſſet facto legatarij, n.11.
Secundò fallit, quando fuiſſet factum legatum vniuerſale alicuius adminiſtrationis, ſeu ſimilis rei, n.12.
Tertiò fallit, quando res legata fuerat pignorata pro tanto pretio, quod æquat eius valorem, ita quòd non ſit ſpes reluitionis, n.13.
Contrarium n.14.
15 *Legatarius tenetur litem denunciare ante litem conteſtatam, vt hæres de euictione teneatur.*
Et de ratione.

Quæſt. LXIV.

SÆpe numero, vt & tetigi in præcedenti quæſtione, legantur res alienæ, & ideò quæritur an ſi legetur, & tradatur res aliena, & euincatur, hæres de euictione teneatur.

1 Et pro regula dicitur, quòd hæres dicto caſu de euictione non tenetur, ex traditis per *Gl. & Bar. in l. ſi domus, §. de euictione, & in l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de lega. 1. Cyn. Bar. & Bal. in l. cum alienam, C. de legat. Imol. & Anch. in c. filius, de teſtam.*

2 Quæ tamen regula plures recipit limitationes; Prima, quando teſtator ignorans, vel errans rem eſſe alienam, eam legaui extraneo, quo caſu, ſi res a legatario fuerit euicta, hæres de euictione tenetur ſic *Bar. in d. l. ſi domus, §. de euictione, num. 3. verſ. quartum membrum,* quem ſequuntur ibidem *Paul. de Caſtr. ſub n. 9. verſ. quartus caſus, & Iaſ. num. 30.*

3 Secundò limitatur, quando legatum fuit factum Eccleſiæ, & pro anima, vt latè comprobat *Tiraq. de priuileg. piæ cauſa, priuil. 66. in princ. & in fine poſt Bal. in repet. l. 1. num. 44. verſ. Item pono tertium caſum indubit. C. de ſacroſ. Eccl. Roma. conſ. 235. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116. num. 30. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. titul. 9. num. 4.* quòd extenditur ad legatum factum valdè amicis, vt per *Menoch. de arbitr. iudic. caſu 146. numer. primo.*

4 Tertiò limitatur non procedere, quando legatur res in genere ex natura, ſeu qualitate ipſius rei, *l. qui concubinam, §. ſi hæres, ff. de leg. 3. & ibi Gl. & Bart. & idem Bart. in d. §. de euictione ſub n. 3. verſ. Primum membrum, vbi etiam Caſtr. n. 6. verſ. Primo caſu, & Iaſ. n. 25.* nam tunc legantis hæres, ſi res legata legatario euincatur, de euictione tenetur, vt tradunt præcitati Doctor. ea ratione, quia vendens vel obligans in genere, tenetur rem facere accipientis, *l. ſi a ſubſtituto, §. hæres, ff. de leg. 1. l. ex empto, in princ. ff. de action. empt.*

Quæ limitatio intelligitur ſecundum *Bar. & Caſtr. vbi ſupra,* quando legatur res in genere ſimpliciter: ſecus ſi legatur res incerta de certis, vt & dixi in præcedenti quæſtione *n. 16.*

5 Quartò limitatur, quando teſtator ſciens rem alienam eſſet, eam legauit *d. l. cum alienam,* quam ita intelligunt *Bar. in l. ſi domus, d. §. de euict. ſub nu. 3. verſ. Tertium membrum eſt poſt Gl. ibi. Caſt. ibid. n. 6. verſ. In tertio caſu, & Iaſ. n. 28* quia tunc hæres de euictione tenetur; ne ludibrio id factum dicatur, tradit *Menoch. de præſump. lib. 4. præſumpt. 118. n. 10.*

Sublimitatur quando teſtator ſciuit quidem rem a ſe legatam eſſe alienam, ſed tamen in ea ius aliquod habebat, quoniam tunc ſequuta euictione pro iure alieno, hæres quoad illud non tenetur de euictione, ſic *Bar. in d. l. ſi domus, §. de euictione ſub n. 3. verſ. Tertium membrum,* ibi, quòd intellige, quem ſequuntur *Caſtr. ibidem ſub numer. 6. verſ. item procedunt prædicta, & Iaſ. num. 28. verſ. limita dupliciter.*

6 Quintò limitatur, quando rem alienam teſtator ignorans vel errans eam eſſe talem, legauit coniunctæ perſonæ, quo caſu, quia legatum valet, *d. l. cum alienam,* ibi quod ſi ſuam eſſe putauit, non aliter valet relictum, niſi proximæ perſonæ, vel vxori, vel tali perſonæ datum ſit, cui legatur is eſſet, etiamſi ſciuiſſet rem alienam eſſe hæres tenetur de euictione, ex *Bar. in d. §. de euictione ſub n. 3. verſ. Quartum membrum, & ibidem Caſtr. ſub n. 6. verſ. quartus caſus, & Iaſ. n. 30. & iterum Bar. in l. cum pater, §. euictis n. 3. ff. de leg. 2. Bal. in d. l. cum alienam in fin.* ſecus ſi ſciens teſtator rem alienam eſſe non legaſſet, *Imol. in d. §. euictis, verſ. Item ſecundum eam videtur, & Caſtr. verſ. ex hoc loquitur,* vbi ait hanc eſſe ſingularem limitationem quando duo concurrunt, ſcilicet, quòd factum eſt legatum rei alienæ coniunctæ perſonæ, & à teſtatore ſciente, & poſt *Salyc. idem voluit Alex. in d. l. cum alienam, n. 8.*

Quam limitationem declara, vt per *Menoch. d. præſumpt. 118. num. 15. & 16. & ſeq.* vbi per teipſum videre poteris, prout & ea quæ dixi in præcedenti *quæſt. num. 16. & ſeq. & n. 40.*

7 Sextò limitatur non habere locum, quando res legata a legatario euinceretur culpa, & facto hæredis, vt quia procurauit iniuſtam condemnationem, vel cauſam ei dedit, recuſando exhibere iura, & inſtrumenta, ſeu ſcripturas legatario, quibus ſe tueri poſſet a propoſitis per actorem, *l. inſtrumenta, C. de fideic. & habetur per Bart. in d. l. ſi domus, §. de euictione, ff. de leg. 1. argum. l. quid ergo, §. ſi hæres, ff. eod.*

8 Sublimitatur, vt locum non habeat dicta limitatio, vbi quis partem rei legatæ euinceret ratione alicuius iuris quod habebat in rem, quia tunc hæres de euictione non tenetur, eo quia teſtator legare non videtur, niſi ius, quòd in re legata habebat a *tex. in d. l. ſi domus, §. de euictione in fine, & ibi per Bar.*

9 Septimò limitatur niſi, teſtator legando expreſſè aliud voluerit, quòd ex verbis facilè deprehendi poteſt, vt quia dixerit, quam rem voluit omnino deberi, vel bonam fieri, vel alia ſimilia verba protulerit, quo in caſu hæres de euictione tenetur, *Bart. in d. §. de euictione, & eſt tex. in l. ſeruo legato, §. ſi fundus, de legat. 1.*

10 Sed dubium reſtat, quid concludendum, quando res legata fuerat alteri obligata, ſi legetur, an hæres eam luere teneatur, & concluditur teneri; ita vt legatarius nullum onus ſentiat, ſed eam habeat, ac ſi aliquod pignus nõ exiſteret, maximè, quando conſtat, quod teſtator ſciuit

SVMMARIVM.

1 *Euictio non datur in re prælegata, quæ poſſidebatur à teſtatore, niſi excipiendo.*

Secus, ſi legauit teſtator rem ab alio poſſeſſam, quia tunc euictio datur etiam agendo, n. 2.

Et de ratione, num. 3.

Prima limitatur concluſio præmiſſa, quæ fundatur in § euictis, vt procedat, quando per teſtatorem prælegaretur res aliena ab ipſo tamen teſtatore poſſeſſa, quam credebat eſſe ſuam, ſecus ſi legaretur res aliena ab extraneo poſſeſſa, num. 4.

Secundò limitatur non habere locum, ſi cohæres non eſſet perſona coniuncta; quo caſu etiamſi teſtator ignoranter legaſſet, habet regreſſum de euictione contra cohæredem: cum tunc non ſint in pari cauſa, nu. 5.

Tertiò limitatur, niſi tale prælegatum eſſet neceſſarium, vt eſt, quando factum fuit filio, quod in legitimam deberet imputare, nu. 8.

Quartò limitatur, quando diuiſio facta eſſet à teſtatore: ſecus ſi facta ſit a partibus, vel a iudice, nu. 9.

Intellectus, & declaratio l. cum pater. §. euictis de legatis 2. nu. 4. & ſeq.

6 *Priuilegium ceſſat inter pares.*

10 *Prælegatum ſi fiat alijs cohæredibus ope exceptionis, cohæres de euictione agere poteſt.*

Ampliatur procedere non ſolùm omnibus ſit factum prælegatum, ſed etiam ſi aliquibus, quia inter eos locum habebit euictio, nu. 11.

12 *Hæres, qui rem redemit, & tradidit legatario, quæ poſtea euincitur, de euictione non tenetur.*

Sed cedere debet actionem quam habet aduerſus venditorem, n. 13.

Et quid ſi cedere non poſſit, n. 14.

Actio executiua competit pro legatur ex veriori, & magis communi.

Contrarium, num. 16.

Et quid in legato quantitatis, & ſpeciei, num. 17.

18 *Actio hypothecaria datur pro legato.*

Item, & officium iudicis, num. 19.

Et hypothecaria electa poteſt ad officium iudicis accedi numero 20.

21 *Saluianum interdictum datur pro legatis.*

Intellige, vt num. 26.

Et qualiter in eo petendum, & pronunciandum ſit numero 22.

23 *Legatarius cogit hæredem, vt agat ad recuperationem rei ſibi legatæ, & ad illi reſtituendum. hæres tamen liberatur, cedendo legatario actionem, dum tamen in executione facienda non requiratur magna impenſa. quoniam ad hæredem ſpectat labor, & ſumptus, num. 24.*

25 *Actionem habens, ad alterius commodum compellitur agere.*

Quæſt. LXVI.

CONuenit huic loco, vt diſſeramus an, & quando in re prælegata, debeatur euictionis actio.

1 Qua in re dicimus, quod in re prælegata, quæ poſſide-
batur à teſtatore, non datur euictio, niſi excipiendo, *lege
cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2. ſed*, vbi legauit teſtator
rem ab alio poſſeſſam, tunc datur etiam agendo euictio-
nis remedium, quemadmodum declarat *Bartol. in d. l. cum
pater, §. euictis ſub numero 3. verſic.* Item aduerte, vbi
2 etiam *Imol. circa med. verſic. tertiam pone. Ruyn. conſilio
212. ſub numer. 14. verſic. vel ſecundo dicendum eſt libro 1.
Dec. conſil. 349. numero 8.* qui in eodem caſu reſpondit,
prout & in eadem facti ſpecie ſcripſerunt *Socin. iun. conſ.
53. libro 1. & Bero. conſil. 122 libro 2. ſequitur Caballin. de
euiction. §. 4. numer. 25. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim.*
3 *volunt. libr. 9. titul. 9. numer. 4. facit Gloſs. in dicto §. euictis,
& in l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1.* vbi dicit ratio-
nem eſſe, ne ſcilicet inter fratres creſcat inuidia; & ſic vi-
detur dicere, quòd non procedat, quando inter fratres
data euictione ſequatur æqualitas potentiſſima remo-
uendi inuidiam inter eos: & pro hac facit, quia diſpo-
ſitio illius text. non debet extendi vltra ſuos terminos,
ſed reſtringi caſum, in quo loquitur, vt inquit *Alexand.
in leg. cum alienam Codic. de legat. Ruynus dicto conſil. 212.
ſub numero decimoquarto, verſic. Iſto caſu. Caballin. dict. §. 4.
num. 33.*

4 Cęterum *tex. in d. l. cum pater, §. euictis*, in quo funda-
tur concluſio præmiſſa.

Limitatur primò vt procedat, quando per teſtatorem
legaretur hæredi res aliena, ab ipſo tamen teſtatore poſ-
ſeſſa, quam credebat eſſe ſuam; ſecus verò ſi legaretur res
aliena ab extraneo poſſeſſa: quia tunc redimi debet de
communi, per *tex. in dicta leg. cum alienam, C. de legat.* quæ
in hoc non reperitur immutata.

5 Secundo limitatur in quantum diſponit euictionem
ceſſare euicta re prælegata, non habere locum, ſi cohæ-
res non eſſet perſona coniuncta; quia tunc etiam ſi igno-
ranter teſtator legaſſet, habet regreſſum de euictione
contra hæredem cum tunc non fiat in pari cauſa; & ſic
præfertur iſte agens, vt deducitur ex *Gloſa* ibi, quam pro
ſingulari notat ibidem *Paul. de Caſtro ad limitationem il-
lius text. idem firmat Bald. in dicta l. cum alienam in tertia*
6 *colum. verſic. vlterius renocatur*, vbi dicit, quod ratio di-
ſpoſitionis illius *§. euictis eſt perſonarum æqualitas*; nam
præſumitur, quòd pater vnum tantum dilexerit, & alios
7 neglexerit, *leg. non ſolum. §. denuo, ff. de ritu nupt.* & quia
priuilegium ceſſat inter pares, *l. ſed & milites, § coæquali-
tas, ff. de excuſat. tuto. & Gloſa in dicta l. cum rem alienam*,
dicit, quod ratio eſt, quia prælegatum fuit factum vni, &
ſic euictio reducit eos ad æqualitatem, vt & ſuperius dixi,
& è contrario orietur inuidia, ſecundum *Gloſ. in d. euictis*;
& ſic vera eſt ratio ad illum textum.

Tertio limita dictum §. intelligendum, niſi tale præle-
8 gatum eſſet neceſſarium, puta, quia factum filio, ita quod
in legitimam deberet imputari, eſt caſus in *lege ſcimus, §.
1. C. de inoffic. teſtament. idem in Trebellianica, eſt text. in l.
ſi hæres præcepto, & ibi Gloſſa, & Bar. ff. ad trebellian.* quod
& notauit *Caſtren.* vbi ſupra ad limitationem dictis §. eui-
ctis, & in eodem *§. gl. Baldus in dicta l. ſcimus, Alexandr. in
dict. l. rem alienam ego, & ipſe in tractatu de imput. qu. 48.
numero 40.*

9 Quartò limitatur, quando diuiſio facta eſſet à teſta-
tore; quia tunc diuiſio teſtatoris locum habet permu-
tationis: ſed quando eſſet facta à partibus, vel à iudi-
ce, bene poſſet agi de euictione, ad *text. in lege ſi fratres,
Cod. commun. vtriuſq. iudic. Bartol. in dicto §. euictis, & ibi-
dem gloſa.*

10 Item adde circa id quod dicit textus ille, nempè,
quòd ſi alijs cohæredibus fuiſſet etiam factum prælega-
tum ope exceptionis, iſte cohæres de euictione agere
11 poſſet procedat non ſolum in omnibus ſi factum, ſed
etiam ſi aliquibus, quia inter eos dicto modo habebit
locum euictio, vt probatur *in d. §. euictis*, ex identitate
rationis, vt voluit ibi *Paul. de Caſtr. quamuis gloſ. ſentiat
contrarium.*

12 Sed iuxta prædicta quærò: quid ſi hæres rem redemit,
& tradidit eam legatario, quæ poſtea euincitur, an eo ca-
ſu hæres de euictione teneatur, & reſpondendum vide-
tur negatiuè.

Quia durum eſſet, quòd iterum redimere teneretur,
leg. fideicommiſſa, §. ſi quis alicui, ff. de legat. 3. ſed cedere
debet

13 debet actionem, quam habet aduerſus venditionem,
leg.creditore, ff.de euictio.Io.Faber. in §.quòd autem, Inſtit.
14 *de legat.num.2.* qua ceſſione facta, hæres liberatur, ſicut
alius quilibet, qui tenetur ex eo ſolo, quòd actionem ha-
beat, & ſi hæres cedere non poſſit, quia actionem remiſit,
obligatur ad intereſſe, prout eleganter deducit *Cranetta*
conſil.109.num.7. & 8.

Et verior quidem opinio videtur affirmatiua: pro vt
concludit *Aret.in §.illud, Inſtit.de hared.& Falc.poſt gloſs.*
15 *in §.non dubium in fine, in ver.decreto. Natt.conſ.625. num.*
25.Socinus conſ.103.in caſu conuentionis libro tertio, Ludon.
in deciſ.Peruſin.23.num.9 vbi de veriori, & magis æqua
ſententia, & de communi teſtatur *Craſſ.in §.legatum, qu.*
77. & veriorem, & magis communem latè tuetur *Sim.de*
16 *Pratis de interpretatio. vlt.volunt.libr.5. dubitatio 3. num.*
144. ad 168.

Quamuis contrariom ſequatur *Menoch. de adipiſc.poſſ.*
remed.4.nu.694.Felic.Solis in tract.de cenſ.lib.3. c.1.nu.6.
& 7. Matthe. Coler.de proceſſ. execut.capit.2.par 3.numer.
32. Rota in Mediolanenſ. legati 30. Octobris 1585. & in
cauſa Vrbeuentana ſexta Martij 1595. coram Cardin.Blan-
chetio.

17 Et pro legato quantitatis datur cautela, quòd hæres
vocetur coram iudice, & exhibito teſtamento, interroge-
tur, an ſit hæres; & quatenus fateatur, vigore dictæ con-
feſſionis legatum conſequetur via executiua & habebit
paratam executionem precedente mandato de ſoluendo
infra certum breue tempus: quod tamen non ſeruatur in
mandato ſpeciei, pro quo non fit executio; ſed ſtatim da-
tur miſſio in poſseſſionem ipſius rei ex defuncti præſum-
pta intentione, ſeu mente, quæ ſufficiens eſt ad recupe-
randam rem legatam propria auctoritate *Gloſ. in l.hac ſi*
res, de re iudica. plures adducit *Cauall.queſt.103.in fine nu.*
39. & ſeq. qui teſtatur, ſic practicari in legato ſpeciei
quoad dictam miſſionem; & executiuè, quoad legatum
18 quantitatis: vbi quoque addit pro legato dari hypothe-
cariam, *num.13.& 17.*

19 Item, & datur officium iudicis pro quocunque legato,
Bart.in l.ciuitatibus, nu.2.de legat.1. Alex. in l.1.eodem tit.
adducit alios *Sur.de aliment.tit.3.q.3.n.12. & q.4. nu.11.*
20 *eod.tit.* ita quod hypothecaria electa, poſſit adhuc offi-
cium iudicis accedi, *Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſ.23.n.15.*

21 Ac inſuper pro legatis datur quoque Saluianum inter-
dictum, tanquam pinguius, & vtilius hypotheca, *Aret.in*
§.Seruiana numer.9.Inſtit.de act.Gabr.conſil.46.numer.20.
lib.primo.Surd.conſil.51.nu.7.& conſil.191.numero 8.lib.2.
Rota per Cardinalem Tamphilium in Rauenina legati 29.
Nouembris 1589. reprobato Sarmiento de reddit. eccleſiaſt.
p.3.cap.2.num 31.& Menoch. de adipiſcend.remed.3. num.
31. vt etiam fuit reſolutum ab eadem *Rota coram Cardina-*
li Blanchetio 9. Ianuarij 1587. in Vrbeuetana legati Card.
Seraph.deciſ.781.num.1. vbi ait, ita ſemper fuiſſe in Rota ob-
ſeruatum, latè Pacific.de Saluian.interdict.inſpect.3. cap.4.
num.78.

22 In quo tamen aduertendum eſt quòd vbi *Saluiano in-*
terdicto ageretur pro legato, pronunciandum non eſſet
immitti in poſſeſſionem fundi legati, donec legatarius
fuerit ſatisfactus: cum ſatisfactio conſiſtat in executione
poſſeſſionis fundi, & vt ſupra pronunciando, nil aliud in-
ferret, quàm quòd legatarius immittendus ſit in poſſeſ-
ſionem fundi, detinendum, donec aſſequeretur dictum
fundum, quæ eſſet pura negatio: & ideò, quando agitur
ad rem, quæ eſt in obligatione, datur ſolum præcisè ad
hoc, vt ex illa re obligata ſibi ſatisfiat: quamuis aliud te-
nendum eſſet, quando ageretur Saluiano pro conſequen-
da poſſeſsione rei, quæ non eſt in obligatione, ſed in cau-
tione, vt ſi debeantur centum, & pro cautione ſit hypo-
thecarius fundus, quia tunc fit immiſſio vt conſequatur
id, quod eſt in obligatione, & ideo ponitur clauſula, vt re-
tineat rem illam, donec fuerit ſatisfactus: qua ſatisfactio-
ne ſequuta, res amplius ad eum non ſpectat; & ſecundum
hanc diſtinctionem ſeruandum dixit *Rota in Romana fru-*
ctuum 4.Martij 1577 coram R P.D Rubeo, & in Romana
de Comitibus 27. Maij, coram Reuer. P.D. Aldobrandino,
poſteà Sanctiſſimo Clemente VIII. & ab aliquo non vidiſſe
aduocatum dixit *Surd.conſil.51. numero 6. libro primo, &*
conſil.191.ſub numero 15. in fine, verſic.tertio quamuis, li-
bro ſecunda.

23 Alter eſt modus agendi per legatarium, qui cogit hæ-
redem, vt agat ad recuperationem rei ſibi legatæ, & ad illi
reſtituendum, iuxta doctrinam *Bart.in l.Iulianus, §.ſi ven-*
ditor, §.de act.empti, & in l.ſi ſic, numero 3. & 4 ff. de legat.
1. vbi addit, quod hæres liberaretur cedendo actionem
24 legatario, dum tamen in exactione facienda non requira-
tur magna impenſa; quoniam ad heredem pertinet la-
bor, & ſumptus, ſecundum diſtinctionem, de qua in *l.cum*
ſeruus, ff.de legat.1. cum alijs de quibus per *Roman.conſilio*
229.pro declaratione, ſub numero 3. verſic.quoad tertium,
quo quæritur.

25 Ratio præmiſſorum eſt, quia habens actionem ad al-
terius commodum, compellitur agere, *leg.2.§.finali, ff. ad*
l.Rhod.de iact.l.cum in plures, §.meſſem, ff.locati, & eſt no-
tandum, tanquam nouus agendi modus ſcilicet, ago, vt
agas, loquit *Bartol.in d.l.Iulianus, §. venditor, ff.de action.*
empt.

26 Prædicta, quæ de Saluiano diximus, intellige, nempè
Saluianum pro re legata contra hæredem ſolum compe-
tere pro hereditaria portione, quia pro ea tantum parte
competit tacita hypotheca, *lege 1.in fine, Cod.commun.de*
legat. & in hoc differt, illa hypotheca ab alijs hypothecis,
quoniam aliæ hypothecæ dantur inſolidum contra quem-
libet ex hæredibus, *vt leg.prima, Cod.ſi vnus ex pluribus he-*
redibus credi. vbi declarat *Bald. in princ.* verum illa com-
menſuratur perſonali actioni, videlicet, vt hæres teneatur
ſolum pro hæreditaria portione, vt exponit *Bart.in leg.1.*
ſub num.3.verſic oppono, Cod.commun.de legat. & dicit hoc
eſſe ſpeciale in legato, vt & tradit *Bald.ibid. num.17. Caſtr.*
num.9. Surd.d.conſil.191.libr.2.poſt Neguſant.de pignor.in
quarto memb.2.parte num.160. Rota diuerſ.deciſ.32. num.
1.& 2.par.1.

ARGVMENTVM.

Legatarius quo iure petat euictionem rei ſibi legatæ, & quando. Et in quibus differat ab emptore in petenda euictione?

SVMMARIVM.

1 *Euictio in legato, ſeu prælegato non debetur iure actionis, etiamſi fiat coniuncta perſona.*

Ampliatur id procedere quoque in diuiſione facta à teſtatore, numer.2.

Primò fallit, ſi legatum ſit computandum in legitima, numero 3.

Secundò fallit, quando diuiſio fit à parte, vel à iudice, numero 4.

5 *Hæres quibus remedijs tenetur de euictione rei legata.*

6 *Soluta res non dicitur, quæ non durat ſoluta.*

7 *Hæres non faciens rem accipientis tenetur prima actione.*

Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.

Fallit,

Digitized by Google

Fallit, vt num.ſeqq.

9 Hæres ſoluendo rem legatam legatario non liberatur ſola ſolutione eo caſu, quo de euictione tenetur, ſi plenè non fecit accipientis, ſed iterum contra eum agi poteſt actione prima ex teſtamento ob euictionem, vt hoc modo cogatur hæres cauere.

Quæ cautio vt præſtetur, non requiritur, quòd res actualiter ſit euicta, ſed ſufficit, quod poſſit euinci, numero 10.

Exemplum ponitur, ibid.num.11.

Et dicta cautio debet eſſe ſimplex abſque fideiuſſore, numero 12.

Intellige, vt ibidem.

Et agitur ex teſtamento ad rem ipſam, ac ſi tradita nunquam fuiſſet, num.20. & 24.

13 De euictione re euicta vbi agi poteſt, ſemper ante eam præſtitam agi poteſt, vt de euictione caueatur, hoc eſt, vt de ea ſolemni ſtipulatione promittatur, implorato iudicis officio.

14 Emens ad publicum incantum, authoritate iudicis, euictione ſequuta, agendum eſt contra illum, cui ſit ſolutio pretij, & ad cuius inſtantiam res fuit tradita.

15 Legatarius & emptor in petenda euictione, in quibus differant, num.15.21.23.27. & 33.

16 Emptor pro euictione agit actione ex empto ad intereſſe.

15 Actio ex empto ſubmouetur facta traditione.

18 Emptor re euicta tradita contra venditorem, agit ad intereſſe.

19 Hæres in caſibus, in quibus de euictione tenetur, ab actione ex teſtamento non liberatur per traditionem rei legatæ, cum teneatur facere accipientis irreuocabiliter.

25 Euictio in contractu emptionis venit iure actionis.

23 Hæres directò conueniri non poteſt, vt caueat.

24 Legatarius petere poteſt rem legatam ſibi traditam actione ex teſtamento, non vt rem illam conſequatur, quam habuit, ſed vt hæres caueat.

Et de ratione num.ſeqq.

25 Actio ex empto eſt actio bonæ fidei.

26 Actio ex teſtamento eſt actio ſtricti iuris, quamuis habeat naturam bonæ fidei, quoad fructus, & acceſſiones propter moram.

28 Legatarius agere poteſt contra hæredem, priuſquam res euincatur, vbi conſtat rem ſibi legatam eſſe alienam.

Primò fallit, ſi teſtator ius aliquod habuiſſet in illa re aliena, quia tunc illud ſolum legaſſe intelligeretur, numero 29.

Ampliatur dicta limitatio, etiamſi tale ius finiturum eſſet morte teſtatoris, num.30.

Secundò fallit, vt ſemel facta redemptione per hæredem non amplius teneatur num.31.

Declaratur, niſi hæres eſſet in culpa redimendi ab eo, qui communiter non reputabatur dominus, quo in caſu iterum teneretur hæres, num.32.

34 Legatarius re euicta, quando de euictione agere poſſit.

Quæſt. LXVII.

1 IAm diximus in proximè præcedentibus quæſtionibus, quòd euictio in legatis non debetur iure actionis, etiamſi res legata, ſeu prælegata eſſet coniunctæ perſonæ ad text.in lege cum pater, §.euictis, vbi notat Bartolus numero primo, ff. de legat.ſecunda, vbi infert, quòd quando
2 diuiſio fit a teſtatore, vnus ex hæredibus non tenetur alteri de euictione iure actionis, ſed ope exceptionis.
3 Primò fallit, niſi legatum veniret computandum in legitima: quo caſu tenetur ſemper hæres de euictione, dicto
§.euictis, & l.ſcimus, in princ. vbi Bartol. C.de inoffic.teſtam. Addentes ad Bartol.in dicto §.euictis ſub lit.A. dixi in quæſtione precedenti, ſub nu.8.
4 Secundò fallit quando diuiſio fit à parte vel à iudice; quoniam alter tenetur alteri de euictione iure actionis, vt habetur per Bart.in dicto §.euictis, nu.4. & fuit dictum dicta quæſtione præcedenti, nu.9.
5 Modo autem dicimus, quòd regulariter hæres tenetur de euictione rei legatæ duplici remedio.
Primò actione ex teſtamento, ſi non fuit præſtita cautio, quaſi res legata non fuerit ſoluta; ex quo euinci poteſt, vel euincitur: & hæres tenebatur facere rem irreuo-
6 cabiliter legatarij, l.qui concubinam, §.ſi hæres, ff.de legat. 3. quia non dicitur res ſoluta, quando non durat ſoluta, l. etiam, ff.de ſolut. & l.Iulianus, §.1. ff.de verb.oblig. etſi rem
7 non facit accipientis prout tenebatur, ad hoc tenetur prima actione, leg.ſi ſubſtituto §.hæres, ff.eodem. Ita quòd, licèt alias ſolutione eius, quod debetur omne tollatur o-
8 bligatio, & actio, leg.prout, ff.de ſol. Inſtit.quib.mod.tollend. obligat.in princ. tamen hæres ſoluendo rem legatam legatario non liberatur ſola ſolutione eo caſu, quo de eui-
9 ctione tenetur, quoniam iterum agi poteſt actione prima ex teſtamento propter euictionem, acſi hæres non ſoluiſſet rem legatam legatario, ex quo etiam plenè non fecit
10 accipientis, vt hoc modo cogatur hæres cauere de euictione, quæ cautio de euictione, ad hoc vt peti poſſit, non requiritur, quòd res actualiter ſit euicta, ſed ſufficit, quod
11 poſſit euinci per text.in l.Seia, ff.de ſolut. & in l.Iulianus, §. de verb.obligat. quòd accidit, quando, vtputa, fuit legatus ſeruus in genere, vt propriè loquitur l.ſi domus, §.de eui-
12 ction. ſecundum Bal.ibi, ff.de legat.1. & nota, quòd hæc cautio debet eſſe ſimplex abſque fideiuſſore; niſi eſſemus in caſibus notatis in l.illud. ff. de euict. & quod vbicunque re euicta agi poteſt de euictione, ibi ſemper ante eam præſtitam agi poteſt, vt de euictione caueatur, hoc eſt per ſo-
13 lemnem ſtipulationem de ea promittatur; implorato iudicis officio mercenario, dicta lege domus, §.de euictione, vbi Bartol. & Doctor. ff.de legat.prima, & in ſpecie Iaſ. numer.9. facit l.2. & l.emptor, ff.de euictio. & leg.prima, ff. de rerum permut.
14 Sed quid quando res euicta eſt, quæ fuit empta ad publicum incantum per aliquod officium actoritate alicuius iudicis, contra quem agi debet de euictione, contra iudicem vel executorem, vel contra illum, cuius res fuit; & dicitur agendum contra illum, cui fit ſolutio pretij redacti ex ipſa re, & cui ſolutio prodeſt, ad cuius inſtantiam res fuit vendita, l.ſi ob cauſam, C.de euictio. leg.qui erat, §. non magis, ff.famil.hærciſc.
15 Differunt tamen inter ſe legatarius, emptor in petenda euictione: quia, quando legatarius agit de euictione aduerſus hæredem, petit rem legatam, ac ſi nunquam ſoluta fuiſſet, vt d.lege ſi domus. ff.de euictione, in ver. & regulariter, & in leg.qui concubinam, §.ſi hæres, ff. de legat. 3.
16 Emptor verò agit actione ex empto ad intereſſe, l.non dubitatur, C.de euictio leg. 2. & l.in venditione, & l.ſi venditor hominis, ff.de euictio. & differentiæ ratio eſt quia venditor regulariter non tenetur, niſi ad tradendum, non autem ad dandum, leg.1. ff.de rerum permut. l.ex empto, in princip. ff.de actio.empti. & l.fin. ff. de condit. ob cauſ. pro-
17 pterea facta traditione, ſublata eſt actio ex empto, etiamſi res vendita ſit aliena, ex Gloſſa in leg.ab emptione, ff.de
18 pactis, & alia Gloſſa in Authent. Sacramenta puberum, Codic.ſi aduerſus vendit. ideò re euicta agere amplius non poteſt contra venditorem ad ipſam rem, ſed agit ad intereſſe.
19 At hæres in caſibus in quibus de euictione tenetur, ab actione ex teſtamento non liberatur per traditionem rei legatæ, cum teneatur facere rem accipientis irreuoca-

bilitet:

biliter; quòd non facit, quando euinci poteſt, vt inquit
text. in dicta leg. qui concubinam, §. ſi hæres, nimirum ſi agi
20 poſſit actione ex teſtamento ad rem ipſam, ac ſi tradita
non extitiſſet, *dicto §. de euictione, verſic. & regulariter, vbi
Paul. de Caſtro tradit aliam differentiam*; nempè, quia ven-
21 ditor facta traditione, & re non euicta, directò conueni-
ri poteſt actione ex empto, vt caueat, abſque eo quod
res eadem petatur *leg. 1. ff. de euiction.* quoniam iure a-
ctionis venit cautio in contractu emptionis, dicta *lege
22 ex empto in princip.* verum hæres directò conueniri non
poteſt, vt caueat; ex quo venit hoc iudicis officio merce-
nario, *vt in dicto §. de euictione, in vltima parte*. Ergo le-
23 gatarius petere poterit rem legatam actione ex teſta-
mento, vt ibidem in ver. & regulariter, non vt eam rem
conſequatur quam habuit, ſed vt hæres caueat, dicta *lege
24 Iulianus, §. 1. ff. de verborum obligatio. & leg. etiam, ff. de ſo-
lut.* neque hoc caret ratione: quoniam actio ex empto,
eſt actio bonæ fidei, *§. actionum, Inſtit. de action.* qua ratio-
ne veniunt omnia, quæ æquum eſt venire, & ſic vt caueat
de euictione, *dicta lege ex empto, in princip.* ſed actio ex te-
25 ſtamento eſt ſtricti iuris, *lege alias, & ibi, Bart. ff. de in li-
tem, iuran.* quamuis habeat naturam bonæ fidei, quoad
fructus, & acceſſiones ob motam, *lege in minorum, Cod. de
26 in integrum reſtitutione min.* ideò ea non veniunt, niſi illa,
quæ teſtator diſpoſuit; cætera autem veniunt officio iudi-
cis mercenario, ex legis diſpoſitione.

27 Dicit propterea *Paul. de Caſtro*, aliam afferri poſſe dif-
ferentiæ rationem, quia emptor non agit de euictione,
tanquam res euincatur, *leg. habere licere, ff. de euictio, & l.
vtique, ff. de rei vend. & dixi in quæſt. 63. n. 10. & 11.* & ali-
28 bi ſæpe legatarius verò agere poteſt priuſquam res euin-
catur, ſi conſtaret rem ſibi legatam alienam eſſe, & eſſet
caſus, in quo hæres teneretur redimere a domino, ſi po-
teſt, & facere accipientis, *leg. huiuſmodi, §. ſi ſeruum, ff. de
legat. 1. & l. non dubium, §. fin. ff. de legat. 3.*

Quòd vltimum dupliciter limitatur.

29 Primò, niſi teſtator habuiſſet aliquod ius in illa re alie-
na, quia tunc illud ius ſolum legaſſe intelligeretur, *leg. ſer-
ui electione, §. finali, ff. de legat. prima, & leg. Sticho, ff. de vſu-
fruct. legat. dict. §. de euict. in fin. Menoch. conſil. 89. numero
150. & 151. libro primo, & de præſumpt. libro quarto præ-
ſumpt. 118. numer. 12.* qui propterea ſuperiori numero
cenſuit, re ipſa euicta, hæredem teneri erga legatarium
de euictione *ex Bartol. in dicta lege ſi domus, §. de euictione,
ſub num. 3. verſic. tertium membrum eſt, poſt Gloſ.* ibi, & in
eodem loco *Caſtrenſ. ſub numer. 6. verſic. In tertio caſu, &
Iaſon num. 28.*

30 Ampliatur iſta limitatio, vt etiam procedat, ſi tale ius
finitum eſſet morte teſtatoris, vt quia eſſet vſufructua-
rius, *leg. quod in rerum, §. 1. vbi Iaſ. ff. de legat. 1. leg. vxor
patrui, vbi pariter Iaſ. C. de legib.*

31 Secundò limitatur, vt poſtquàm hæres ſemel redeme-
rit rem alienam; & ſic pro ea pretium numerauerit, ſi po-
ſteà euincatur à legatario hæres non tenebitur vlterius,
leg. fideicommiſſa, §. ſi quis decem. ff. de legat. 3. ne duplici
onere grauetur; tenebitur tamen cedere legatario actio-
nem de euictione quam habet contra venditorem, vt in
*leg. creditore, ff. de euict. ſecundum Cyn. in dicta leg. cum alie-
nam Imol. & Paul. de Caſtro*, vt & dixi ſuperius quæſtione
32 præcedenti *num. 12. & 13. & addo Iaſ. in d. §. de euiction. n.
29.* qui hoc declarat, niſi fuerit in culpa redimendi ab eo,
qui communiter non reputabatur dominus, quo in caſu
iterum teneretur hæres; per *leg. cum res, §. culpa, & l. quid
ergo, §. ſi heres, ff. de legat. 1. ſecundum Cuman. & Alex. in
eodem §. de euictione.*

33 Alia inſuper eſt differentia inter legatarium, & empto-
rem, quia vbi agitur de denunciatione per emptorem fa-
cienda, ſatis eſt ante ſententiam nunciare; ſed in legato
ante litem conteſtatam facienda eſt, facit *text. in l. ſi rem,
§. fin. de euict. & dixi in quæſt. 5. num. 3. & 6.* in hoc eodem
tractatu.

34 His accedit alia dubitatio, quando legatarius re euicta
agere poſſit de euictione. In qua diſtinguitur, quòd aut
legatum ſit in genere, aut in ſpecie; ſi in genere, & legata-
rius eſt extraneus, & indiſtinctè agit de euictione, *leg. hæ-
res ſeruum. Menoch. d. præſumpt. 118. num. 13. poſt Bartol. &
Caſtr.* ab eo adductos, ſed ſi eſt perſona coniuncta, ſecus *l.
cum pater, §. euictis, ff. de lega. 2.* ſi in ſpecie, & tunc etiam
diſtinguitur, vt latius per ſcribentes in dicta *lege qui con-
cubinam, §. ſi hæres, ff. de legat. 3.* & dixi pariter latius ſupra
in *quæſt. 64. num. 15.*

ARGVMENTVM.

Euictio, an concedatur in donatione.

SVMMARIVM.

1 *Donator de euictione non tenetur, & numeris ſequentibus.*
Diſtinctio affertur, num. 2.
3 *Tradens magis diſtrahit, quam contrahat.*
4 *Negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet.*
5 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*
6 *Euictio ideò debetur in venditione, quoniam emptor ſoluit pretium.*
7 *Euictio ideò non debetur in donatione, quoniam donatario nihil obeſt.*
8 *Euicta re in dotem data per mulierem nulla marito competit actio.*
9 *Dos apud eum manere debet, qui ſuſtinet onera matrimonij.*
10 *Dos nulla eſt, quæ non deſſeruit oneribus matrimonij.*
11 *Pater, qui dotem nurus recepit, debet illam reddere filios ſeorſum ab eo habitanti, & onera ſuſtinenti.*
12 *Donans ſimpliciter donando videtur tantum donare ius, quod habet in re.*
13 *Donans tradendo, non habet animum ſe obligandi, & ideò de euictione non tenetur.*
14 *Donatio, quando incipit à traditione, donans non obligatur donatario, licèt ſecus ſi promittendo.*
Et de ratione, num. 17.
15 *Obligatio non inducitur præter intentionem.*
Nec abſque conſenſu, num. 16.
18 *Donatio facta non dicitur, niſi dominium transferatur.*
19 *Promiſſio donandi non impletur, ſi res aliena tradatur, nec ideò actio tollitur, quæ competit ad dandum.*
20 *Donatio incipit à traditione, quando quis ſimul, & ſemel promittit donare, ac donat.*
Et etiam, quando donator incipit nomine donatarij poſſidere, num. 21.
22 *Donatio, quando incipit à promiſſione etiam ex pacto nudo debetur euictio aduerſus aliquos, de quibus hic.*
Extende id locum habere, etiamſi acceſſerit iuramentum, num. 23.

Quæſt. LXVIII.

IN donatione an concedatur euictio non immodicè laborant Doctores.

1 Nam quod donator de euictione non teneatur voluerunt *Iaſ. conſil. 73. in tertio dubio libro 1. Rim. ſen. conſil. 409. num. 21. libr. 3. Ruyn. conſil. 184. num. 8. lib. 1. Curt. iun. conſil.*

174. nu-

174.*numero* 34.*Boer. quæſt.67. numero* 1. quod præſertim
locum habet, quando donatio incæpit à traditione, *Gloſs.
& Arct.in* §.1.*Inſtit. de donat.& in leg. ad res donatas,ff.de
adil.edict.de qua meminit ibi Capoll. numero 7. vbi teſtatur
de communi, & tenent Doctores in leg. Ariſto,§.1.ff. eodem
Imol.in cap.fin.de empt.& vend.Cornell.conſil.*141. *volum.*
2.*Iaſ.conſil.*34.*column.final.& dicto conſil.*73.*libro* 1. *Boer.
dicta quæſt.67. in princip. Bertran. conſil.* 317. *libr. ſecondo
parte* 1.*Alciat.conſil.*34.*Riminald.ſen. conſil.*409. *num.* 21.
*Socin.iunior.conſil.*91.*num.*31.*libr.quarto,Cabr.conſil.*165.
numero 6. *libro* 1. qui loquuntur, quando quis habet rem
ex cauſa lucratiua, *Surd. deciſ.*11.*numero* 13.*& deciſ.* 209.
*numero terzo. Rota coram Sanctiſs.Ludouiſio deciſ.*340. *numero
quarto.*

2 Quare Doctores magis communiter diſtinguunt donationem,
quæ incipit à traditione, ab ea quæ incipit à
promiſſione, vt videlicet in prima non detur euictionis
actio. In ſecunda verò ſic. Et rationem adducunt, quia
3 qui tradit, magis diſtrahit, quam contrahat §.1. *Inſt.quib.
mod.re contrahi.obligat.* qui autem promittit, contrahit, &
ſic obligatur, vt donatario liceat habere.

Sed præter rationem prędictam, probatur iſta concluſio
ex dicta *leg.Ariſto,*§.*fi.ibi*, nullam actionem mihi con-
4 tra donatorem complere: nam vniuerſalis illa negatiua,
nullam, in totum negat, *leg.ſi is,qui ducenta,* §.*vtrum, vbi
notatur,ff.de reb.dub.cap Deus omnipotens* 2.*quæſt.*1. *Dec.
conſil.*365.*col.ſecunda,in fine verſic.* & vlterius hoc corroboratur,
vbi ſic arguit. prout & *Crauett.conſil.*246. *numer.*
4. quia etiam negatiua potentius negat, quam affirmatiua
affirmet, vt per *Gloſs.in cap.cum dilectus, de conſuetud.
Crauet.dicto conſil.* 246. *Cephal.conſil.*585.*numer.*51. *Bero.
conſil.*27.*num* 2.*lib.*2.*Decian.conſ.*1.*nu.*60.*lib.*2 quod pręſertim
datur intelligi in eodem *tex.ibi.* Plenè de dolo poſſe
me aduerſus eum habere actionem, ſi dolo fecit. Nam
5 dum *text.* excipit actionem de dolo aliter ſentit de euictione:
exceptio enim firmat regulam in caſibus non exceptis,
ad tradita per *Bar.in l.quæſitum,* § *finali, ff.de fundo
inſtructo, & in* §.*vt autem, in Authentica de non alienand.
cum alijs per Dec.& Cagnol.in leg.*1.*ff.de regulis iuris, idem
Dec.conſil.*520.*numero* 9.*Pariſienſ.conſil.*155.*numero* 7. *libro*
4.*& conſil.*34.*num.*39.*libr.*1.

6 Comprobatur, quia in venditione ideò tenetur venditor
de euictione, *lege* 1.*ff.de euict. & leg.non dubitatur,
Cod.eadem titul.* quoniam emptor ſoluit pretium, & iniquum
eſſet, quod re, & pretio careret, vt per *Baldum poſt*
7 *Odofred.in l.*1.*vbi etiam Alberic.C de iure dot.* ſed in donatione
ceſſat hæc ratio, quia donatario nihil obeſt, ergo
ceſſare debet euictio *l.adigere,*§.*quamuis, ff.de iurepatr.*

8 His additur diſpoſitio dicti *text.in l.*1. *C.de iure dot.* vbi
euicta re in dotem data bona fide per mulierem, ait *text.*
nulla marito competit actio. Cui à fortiori adhæret *text.*
arguendo de cauſa dotis onerosa in *l pro oneribus,C.de iure
dot.Bart.in leg.final.*§.*ſi à ſincero,ff.quę in frand.credit.Iaſ.
in l.ſi donaturus,* §.*ſi quis indebitum. num.*2.*ff. de condit.ob
cauſ.* vnde videmus, quod apud eum manere debet, qui
ſuſtinet onera matrimonij, *lege actione,* §.*finali, ff.pro ſo-*
9 *cio,leg.ſi filia,*§.1.*ff.famil. hærciſcund.l.dotis fructus, & lege
plerunque.* §.*ſi ſerui, ff. de iure dot. cum adductis per Dec. in
Authent.pręterea ſub num.*18.*C.vnde vir.& vxor.Beccan.
conſil.*43.*eſt Gloſa notab.in* §.*eſt & aliud. inſtitut. de donat.
in ver.exequantur*, ita quod nulla dos ſit, niſi deſeruiat
10 oneribus matrimonij, *lege ſi pater mulieris in fine,ff.de iure
dot.latè Boer. deciſ.*195. *poſt ſcribentes in lege ſi cum do-*
11 *tem,*§.*transgrediamur,ff ſoluta matrimonio*, vbi pater, qui
dotem nurus recepit illam reddere debet filio ſeorſum
ab eo habitanti, & matrimonij onera ſuſtinenti, *Beccan.
dicto conſil* 43.*num.*5. ex quibus fortius arguitur de cauſa
dotis oneroſa ad donationem, quæ eſt cauſa lucratiua,
§.*ſi res aliena, Inſtitut.de legat.* vnde ſi pro re in dotem data,
& euicta non competit euictionis actio in caſu *dictę l.*
1.*Cod.de iure dot.* multò minus pro donatione, quinimò
12 *Anton.Gomez variar. reſol. tom.*2.*cap.*2.*ſub num.*35. *verſic.ſed
his non obſtantibus,& infra de empt.& vendit.* addit,
quod cum quis ſimpliciter donando videatur donare
tantum ius, quod habet in re, *argum.l.ſi domus,*§.*final.ff de
legat.*1.*cum ſimilibus per eum,& ibidem Bart.Angel. & Imol.
Bart.in l.prędia per illum text.C.de collat.fund.fisc.lib.*11.
*Alexand.conſil.*47.*poſt princip. lib.*3 ſequitur vt ille dicit,
quod donator numquam teneri debeat de euictione, ſiue
donatio cæperit à traditione, ſiue à promiſſione.

13 Cæterum cum difficultas huiuſmodi ex illius dictis non
reſoluatur, vt ex eo videri poteſt, ceſſat in propoſito;
quia donans tradendo non habet animum ſe obligandi,
ideò de euictione non tenetur, vt per *Cynum, & Azor.in
dicta lege prima,C.de iure dot.Cuman. in dicta leg. Ariſto,*§.
*finali columna ſecunda, & fuit de mente Bartoli, & Imol.in
lege prima ad finem, ff.de donat. cauſa mort.* dum dicunt,
14 quod quando donatio incipit a traditione, donans non
obligatur donatario, ea ratione, quia non habet propoſitum
ſe obligandi, ſecus promittendo; non enim obligatio
inducitur præter intentionem, ad textum in *leg.qui in
aliena, in princip. ff. de acquir.hęred.* vbi pater præter eius
15 intentionem non obligatur ex aditione facta per filium;
ergo nec iſte donator de euictione debet obligari cum
donando animum non habuerit ſe obligandi; & ſic citra
16 eius intentionem obligari non debet de euictione: quod
etiam probat *text.in l.non omnes,ff.ſi cert. pet.* & obligatio
non inducitur abſque conſenſu, *leg.quęcunque gerimus, ff.
de action.& oblig.Aym.conſil.*77.*num.*6.*Decian conſil.*32.
in princ.libro primo.

17 Ratio, quare vbi donatio incipit a promiſſione, & res
euicta fuerit, donans de euictione obligetur, iuxta *Gloſſa,*
18 *Bart.& alios in d.l.Ariſto.*§.*fi.* ea aſſignatur: quoniam
hęc intelligitur promiſſio faciendæ donationis, quæ quidem
donatio facta non dicitur, niſi dominium transferatur,
leg.Senatus,§.1.*ff. de donat.cauſ. mort.* vnde ſi res alie-
19 na tradatur, promiſſio non impletur, & per conſequens
actio non tollitur, quæ competit ad donandum, *leg.qui
concubinam,*§.*ſi hęres,ff.de leg* 3.*Bart. & expreſſus Paul.de
Caſtro in d leg.Ariſto,* §.*fin. & ſequitur Corn. in d.conſ.*141.
*num.*8.*lib.*1.

20 Dicimus autem donationem a traditione incipere,
quando ſimul, & ſemel quis promittit donare, & donat.
*Abb.in cap.fin.num.*10 *extra de empt.& vendit.* & etiamſi
21 donator conſtituit ſe nomine donatarij poſſidere, *l.quod
meo in princ.ff.de acquirend.poſſ.* nam quamuis traditio facta
non ſit, attamen vera transfertur poſſeſſio, *Bald.in leg.
ab emptione in fine,ff.de pact.Abb.in cap.*2.*num.*14.*de conſuet.
Alexand.conſil.*92 *num.*4.*libro* 1.*Dec.conſil.*302.*num.*
19.*Soc.ſen.conſil.*131.*numer.*13.*lib.*4. *in ſpecie Ruyn.conſil.*
184.*num.*7.*lib.* 1.

22 Ruſus & illud notandum eſt in præſenti, quòd ſi donatio
incipiat à promiſſione, & interpoſita ſit ſtipulatio
donator ſecundum aliquot ita demum de euictione
tenetur, ſi per ſtipulationem id etiam promiſerit: nec ſufficit
pactum nudum, *leg.*2.*& ibi notant Bald.& alij,Codic.
de euict.Abb.in d.cap.fin.n.*10.*de empt. & vend.*

Sed aduertendum eſt, quod pactum nudum veſtitur
cohærentia contractus donationis: & idcircò tenetur,
*Gozad.conſil.*60.*nu.*21.*&* 22.*poſt Corne. d.conſil.*141.*num.*
18.*lib.*2.*Caball.de euict.*§.4.*numer.*2. *Ioan. Petr.Moneta de
comment.vlt.volans.cap.*11.*num.*340.

23 Quod idem locum habebit, ſi acceſſerit iuramentum
quia tenebbitur, *c.quamuis, de pact.in* 6. *l.ſi quis maior,C.
de tranſact.Gozad.d.conſ.*60.*num.*22.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Euictio in donatione facta per traditionem, quibus caſibus debeatur, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non debetur ex donatione, quæ incipit à vera traditione à principio.*
Primo ampliatur, vt procedat etiam in traditione ficta, numero 2.
Ratio affertur, num. 3.
Secundò ampliatur, quando donator emit rem, quam donauit, & alteri tradidit, & ea fuit euicta à donatario per verum dominum, num. 4.
Tertiò ampliatur in quacunque donatione titulo gratuito facta, num. 5.
Quod exemplificatur in augmento dotis facto mulieri ibidem.
Quartò ampliatur, quando aliquis contractus non præcedit, numer. 7.
Primò limitatur vt locum non habeat, ſi donator expreſſè promiſerit de euictione, num. 9.
Ampliatur primò, vt etiam ſufficiat promiſſio de conſeruando indemnem à quocunque lite, & controuerſia, donatarium, num. 10.
Secundò ampliatur, etiamſi fiat promiſſio de facienda bonam donationem, num. 11.
Tertiò ampliatur vt prodedat, ſiue promiſſa ſit euictio verbis ſpecialibus, ſiue etiam generalibus pro ſuo dato, & facto, ſiue per ſtipulationem, ſiue pacto nudo, numero 12.
Sublimitatur dicta limitatio vt non procedat, quando donatarius aſſeruit Principi rem ad eum ſpectare, quæ non ſpectabat, quia ex quo fundatur ſuper mendacio donans non obligatur, num. 14.
Secundò limitatur, ſi dolus donatoris interceſſit, numero 15.
Tertiò limitatur non procedere in donatione facta filio per patrem, qua euicta poteſt filius agere aduerſus hæredes patris, num. 16.
Vbi de ratione, num. 17.
Et de veriori traditur, num. 18.
Sed contrarium, quod in huiuſmodi donatione non detur euictionis actio habetur, num. 19.
Vbi de ratione.
Fallit hac vltima relata ſententia, ſi filio donatia fiat pro legitima, num. 21.
Sublimitatur, ſi euictio ſequatur culpa filij, num. 22.
Quartò limitatur in donotione remunerotoria, in quo donator de euictione tenetur, licet à traditione cœperit, numero 26.
Rationes adducuntur num. 30. & 31.
Extende idem procedere in donatione dotis cauſa facto, quæ non eſt mera donotio, num. 33.
Declaratur ita demum habere locum, ſi ſeruitia ſunt talia, quod pro eis alias doto fuiſſet actio aduerſus donatorem, num. 34.
Quintò limitatur, vt non procedat in Prælato conſerente præbendam, de euictione obligatur, quæ tamen limitatio vſu non recipitur, num. 37.
Sextò limitatur non procedere in feudo alicui conceſſo, quo euicto feudatario datur actio de euictione, num. 38.
Septimò limitatur in donante rem alienam aſſerente tamen eſſe ſuam, num. 40.
Octonò limitatur in donatione propter merita, vel ex cauſa, num. 41.
Nonò limitatur in donatione reciproca, in qua datur euictionis, actio, num. 42.
Decimò limitatur, ſi donator obligauerit rem donatam, numero 43.
Vndecimo limitatur in venditione, in qua venditor delegauit pretium certis ſuis creditoribus, qui douent pretium, numero 44.
Primò ſublimitatur limitationes quibus dicitur donantem donatario de euictione non teneri, non procedere, ſi culpa donatarij proceſſit, num. 45.
Secundò ſublimitatur, quando donator promiſit tradere ad hunc effectum, non teneretur de euictione, num. 46. & de ratione, nu. 47.
Tertiò ſublimitatur, quando euictio ſequuta fuit virtute hypothecæ ignorotæ, nu. 48.
Quartò ſublimitatur in donatiane facta per libertum in fraudem patroni, n. 49.
Extende eidem ſibi tribuere in patre reuocante alienata donationis titulo per filium in eius fraudem, num. 50.
6 *Augmentum dotis factum mulieri, dicitur datio gratuita.*
8 *Commune ſi mandat aliquem defendi, & manuteneri intelligitur de quadam protectione à facto iniurioſo, non vt teneatur de euictione.*
13 *Promittens de euictione tenetur etiam ex facto eius, cuius eſt hæres.*
20 *Verbum, oportet, importat neceſſitatem.*
23 *Donatio vbi eſt valida inter viuos, non imputatur in legitimam.*
Declaratur locum habere, vbi donans vſus eſt verbo donauit, ſecus ſi verbo dedit. n. 24.
25 *Datum filio ratione perſona, præſumitur datum, vt imputetur in legitimam.*
27 *Iura loquentia de donatione ſimpliciter, non extenduntur ad donationem remuneratoriam.*
28 *Inſinuatio non requiritur in donotione remuneratoria.*
Eſt enim ſimilis dationi in ſolutum, n. 29.
32 *Donatio remuneratoria continet cauſam onerosam.*
35 *Seruitia obſequalia non faciunt donationem remuneratoriam.*
39 *Feudum, eſt donatio, quia appellatur beneuola actio tribuens gaudium capienti.*
51 *Donatio reciproca, ſi in aliquo euincitur reſpectu eius, quod fuit euictum, an ceſſet reciprocatio, & ſit opus inſinuatione, remiſſiuè.*

Quæſt. LXIX.

1 VEra ſtante concluſione firmata in præcedenti quæſtione, quod ſcilicet ex donatione, quæ facta fuit per traditionem a principio non debeatur euictio, quam præter allegatos ibi amplexi ſunt *Alba conſil. 247. nu. 8. libr. 2. Rol. conſ. 1. nu. 21. lib. 4 Rimin. conſ. 159. nu. 24. lib. 2. Ant. Trig. ſing. 21. Aluarot. in cap. 1. num. 4. propoſit. num. 1. Afflict. num. 53. verſ. ſed quia eſt ratio. Schenck. num. 4. Balzaran ſub num. 17. verſ. non obſtat tertium, & nu. 18. de inueſtit. de re alien. fact. idem Balzaran. in cap. 1. numer. 16. in fine, ſi de feud. vaſall. ab aliquo interpell fuer. arg. lege Idemque, §. final. cum lege ſeq. & leg. ſi verò non remunerandi, ff. mandati. Bald. in leg. Iulianus, §. qui fundum, numer. 3. ff. de verbor. obligat. & ibidem Imola. Alexand. Franc. de Aretin. & Iaſ. Cardin. Alban. ad Bartol. in dicta lege Iulianus, §. qui fundum in ver. ſi vero. Iaſ. in lege ex hoc iure num. 68. ff. de iuſt. & iure Caballin. de euiction. §. 4. numer. 4. & ſeq. Rub. Alexand. conſil. 95. numer. 14. Vin. qui de communi in ſuis commun. opin. in ver. donatio vbicunque incipit à promiſ-*

miſſione num.7.Cardin.Seraph deciſ.534.num.3 Rota,deciſ.
198.n.12.inter impreſſ.poſt tract.Cinc.de Cenſib. & Franch.
deciſ. 213.num.7. ea nihilominus multiplices recipit am-
pliationes,ac limitationes.

2 Et primo ampliatur,vt procedat non modo in donatio
natione quæ incipit a vera traditione, ſed etiam a ficta,vt
quia donator conſtituit ſe donatarij nomine poſſidere;
etenim conſtitutum eſt,actus fictus,& ficta traditio,vt no
tant Gl.& ſcribentes in l.ab emptione, ff.de pact.Bart.in l.ſi
is.qui pro emptore col.pen.ff.de vſuc. Bal.in l.1.C. pro don.
Corn.conſ.343.col. 2.verſ.verba autem lib.1.& conſ.8.verſ.
ficta autem lib. 2. Tiraq.latè in tract. de iure conſti.pars.2.
ampliat.1.in princ. quo in caſu donans de euictione non te-
netur,vt in ſpecie per Cuman.conſ.173.ſub n.5. verſ.quin e-
tiam ſequitur Viuius vbi ſupra.

3 Huius ampliationis ratio eſt,quia licet conſtitutum ſit
ficta traditio,tamen ex eo transfertur vera & propria
poſſeſſio,æquè ac ſi vera traditio interueniſſet,vt tradunt
Bar.Bal.Ang.Fulg.& alij in d.l.ab emptione in fine. Bartol.
Imol.& Iaſ.in d.l.ſi is, qui pro emptore Roman.in l.traditio-
nibus,C.de pact.Ang.Aret.in §.per traditionem nu.2.inſtit.
de rer.diuiſ.Alex conſ.83.n.8.lib.6. Corn.conſ.89.numer.5.
lib.3. alios plures congerit Tiraq.in d.tract.de iure conſtit.
par.2.ampliat.1. in fine, vbi concludit hanc opinionem
eſſe receptiorem.

4 Secundò ampliatur,vt etiam locum habeat in caſu quo
donator emit rem, quam donauit, & alteri tradidit, & ea
a donatario fuit euicta per verum dominum, quia non
poterit donator,& emptor reſpectiuè agere de euictione
contra venditorem,quoniam ſua non intereſt,ex quo do
natario de euictione non tenetur, cum donatio incipe-
rit à traditione eſt tex. in l.Iulianus, §.qui fundum, ff.de
verb.oblig.Gl.fin.in l.ſi pro te §.fin.in vltimis verbis, & ibi-
dem Bar.Bal.& Salyc.ff.de euictio.Bart.& poſteriores in d.
l.Iulianus, §.1.ff.de verb.oblig. & ibidem Bolognes.dicens
eſſe caſum ſingularem.Iaſ.in d.§.qui fundum num.13.Capyc.
deciſ.197.n.9.

Tertiò ampliatur procedere in quacumque euictione
5 titulo gratuito; ideò is, qui auget dotem mulieris, quia
tale augmentum dicitur datio gratuita, facta traditione
non tenetur ad aliquam euictionem,vel periculum. Alex.
6 conſ.208.Præſtantiſſimè ſub num.9. verſ.item in tantum lib.
7. Non enim in quacunque ceſſione, vel contractu gra-
tuito periculum aliquod ſpectat ad concedentem poſt
factam traditionem Alex.d.conſ.208.nu.9.vbi quod ceſſio
habetur pro traditione.

7 Quarto ampliatur, euictionem ſcilicet non habere lo-
cum,quando aliquis contractus non præcedit: ideò ſi ali-
quod commune mandet aliquem defendi, & manuteneri,
8 intelligi debet quædam protectio a facto iniurioſo,non
vt teneatur de euictione,quia eſt quædam donatio,quæ
incipit à traditione, Ancha.conſ.87.amiſſo primo per totū.

9 Primò limitatur dicta concluſio vt non procedat, ſi
donator expreſsè promiſerit de euictione, quia tūc abſq;
dubio debetur euictio etiam in donatione, ſicut in alijs
contractibus,qui ex conuentione legem accipiunt, vt no-
tant in ſpecie Bal.& Salic.in l.2.C.de euict.Corn.conſ.141.
n.1.libr.2.Card.Mant.de tac.& amb.conuent.lib.3.tit.4.ſub
n.19.& 20. Dec.cōſ.322.cū ſit quod nobilis,vbi etiā,quod
10 ſufficit promiſſio de cōſeruando indēnē à quocunq;lite
& cōtrouerſia donatariū, tunc enim quocunq;modo res
euincatur,donās tenetur ad intereſſe. Abb.conſ.43.quidā
D.Antonius col.1.lib.1.& cōcludūt omnes in l. Ariſto.§.fin.
ff.de don.& in d.l.Iulianus,§.qui fūdū,ff.de verb.oblig.Ruyn.
11 conſ.186.ſufficit promiſſio de faciēdo bonā donationem,
quæ nō ſolū operatur,vt donās faciat,rē donatā eſſe libe-
rā donatarij,ſed etiā vt præſtet euictionē. Corn.d.conſ.141.
ad fin.libr.2.& ſtātib.ſimilib.promiſſionib.ſēper debetur
12 euictio, ſiue incipiat promiſſione, ſiue à traditione, Go-
meſ.var.reſ.lib.2.c.2.ſub n.35.in fine.ſiue promiſſa ſit euī-
ctio verbis ſpecialib.ſiue generalib.ſiue pro ſuo dato,& fa
cto,ſiue per ſtipulationē,ſiue pacto nudo,vel cum ſimilib.
verbis,de quib per Gozad.conſ.60.nu.16. iuxta notata per
Glo.Bar.Bal.& Salyc.& Caſtr.in l.ſi ſeruus in princ.ff.de cō-
13 di.furt.vbi plus volunt promittentē teneri ex facto eius,
cuius eſt hæres de quo latè per Boer.d.dec.67.Ruyn.conſil.
174.lib.1.Rom.in l.ſtipulatio iſta n.8.ff.de ver.oblig.vbi quo-
que Alex.n.7. Dec.qui de communi teſtatur.conſ.281. poſt
Bal.in c.1.in fine,qui ſucceſſ.tenean. Cagno.in l.2. ſub nu.46.
verſ.quis a contrario.C.de pact.inter empt. & vendi. Curt.
conſ.75.col.pen.Cæph.conſ.168. n.20.

14 Sublimitatur præcedens limitatio,vt nō procedat quā-
do donatarius aſſeruit Principi rē ad eū ſpectare,quæ nō
ſpectabat,,quia ex quo fūdatur ſuper mendacio donatarij
non obligatur donator.Iaſ.conſ.73.in 3.& vlt.dubio lib.1.

15 Secundo limitatur non habere locum, ſi dolus donato-
ris interceſſit.Ruin.conſ.184.n 1.lib.1.Card.Mant.de tacit.
& ambig.conuention.d.lib.13.tit 4.ſub n.19.Addent.ad de-
ciſ.Sanctiſs.Ludouici 340.ſub litter. A,

16 Tertiò limitatur,ſibi non vendicare in donatione facta
filio per patrē,quoniam ea euicta poteſt filius de euictio-
ne agere aduerſus patris hęredes,l.ſcimus in prin.& ibi no-
tat Ioſ.C.de inoff.teſta. paſſ Rom.in d.l.Ariſto.§.vlt. Ratio-
nem adducit Iaſ. eſſe fauore teſtamenti conſeruandi.

17 Verum hæc ratio non ſatisfacit, cum non conueniat
omnibus iuris patribus, & non ſit generalis. Rip.in l.Cen-
turio n.92.ff.de vulg.pupill.per tex.in l.regula, §. cum quis,
ff.de iur.& fact.ignor.Cæph.conſ.408.n.48.quia dato quod
filio detur euictio, non ideo conſeruatur teſtamento;
cum de iure authenticorum filio debeat relinqui legitima
honorabili titulo inſtitutionis,& aliud quoq;capitulum
in authen.vt cum de appell.cognoſcen.& ibi notatur ſic-
que tenet Gloſ.& Doct.communiter, prout refert Iaſ. num.
13.in auth.nouiſſima,C.de inoffic.teſtam.& in l.inter cætera
col.pen.ff.de liber.& poſthum.Caſt.in l.omnimodo,eodem tit.
dixi in meo tract.de imputa.quæſt.126. n.9. & ſeqq.& ali-
bi ſępè.

18 Vera igitur ratio eſt ſecundum Roman.in d.l. Ariſto. §.
vltimo,quoniam talis donatio imputatur in legitimam,
vt per Azon.in l.filium quem habentem, C.famil. quem ſe-
quuntur Alex.et alij in l.illud,C.de collat. idem Alex.conſ.
8 viſis in prin.lib.2.et conſ.27.videtur libr.5.Roman.conſilio
277.n.2.quem refert,ac ſequitur Rip.in l.in quartam n.144.
et ſeq.ff.ad l.falcid.Soc.ſen.conſ.18.nu.11.lib.4. Becc.conſilio
29.Conar.in c.Raynaldus, §.2.nu.6.extra de teſta.Bertrand.
conſ.205.lib.3. ego ipſe in d.tract.de imputa.q.48.nu.1.et in
quæſt.ſeq. n.67.

Quemadmodū ergo filius ſua legitima priuari non po-
teſt, d.§. aliud quoque capitulum immo nec in ea grauari,
l quoniam in prioribus,C.de inoffic.teſtament.Alex.conſ.78.
in princ.lib.5.latè Dec.conſ.81. in princ. conſ.236. 238. &
239. & dixi pariter in d.tractat.quæſt.49.num.29. Ita nec
tali donatione, quæ ſuccedit loco legitimæ, ad regulam,
quod ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſub-
rogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. cum
ſimilibus.

19 Contrarium,quod in huiuſmodi donatione locum non
habeat euictio, voluit idem Iaſ.in §.fuerat numer.35.inſtit.
de actio. vbi dicit hoc eſſe, quod ſingulariter voluit Bald.
in authent. ex teſtamento col. 3. C. de collat. ſequitur Vital.
Nemauſen.de collat.quæſt.1.numer.5.fol.mihi 642. Nam
cum promiſſio fuerit obligatoria, nec de iure valida,non
debetur euictio. Ita Bald.in l.2.C.de inoffic. donat. Roma.in
d.l.Ariſto.§.fin.& Alex.ibidem in addit.ad Bar.Cabollin.de
euictio.§.4. num. 6. qui licet aſſerat ſuper hac limitatione
amplius deliberandum, res tamen non videtur habere
dubitationem, quia cum naſcatur euictio ex obliga-
tione contractus præambuli leg. ex empto in princip. ff.

de act empt. ibi rem præſtare venditorem oportet, quod
20 verbum oportet neceſſitatis eſt, & obligationis, *l.1.cum ibi notat,ff.de inſt.& iure*, ibi,euictionis nomine venditorem obligat. Quo circa cum in donatione a patre filio in poteſtate facta non cadat obligatio, nec inde ſequi poſſit euictionis actio, quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus, *c.cum ceſſante de appellat. cum vulgar.* fallit hæc vltima
21 relata ſententia, ſi filio donetur pro legitima, quia in caſu euictionis datur de euictione actio. *Iaſ.in l.ſcimus nu.5. C. de inoff.teſtament.*

22 Sublimitatur,ſi euictio ſequatur culpa filij *l.ſi per imprudentiam, & l.ſi dictum, §.ſi compromiſero,ff.de euict.Iaſ.in d.l.ſcimus,n.6.*

23 Non obſtat quod iſta donatio imputetur in legitimam, quia id non habet locum,quatenus ea facta foret donatio ne valida inter viuos, quia tunc in legitimam, non imputatur, *leg ſi quando, §.generaliter, C. de inoffic.teſtam. l.illam, C.de collat.Ripa in d.l.in quartam num.143. ff.ad l. falcidiam.*

24 Vbi tamen donans vſu eſt verbo donauit,itant dubitari non poſſit de illius inuentione, ſecus ſi vteretur verbo dedit ſimpliciter, non expreſſo titulo donationis per doctrinam *Bar.in l.1. §.ſi parens, ff.ſi quis à paren.fuer.manumiſſ. Alex.in l.illud n.5.in fi.C.de collat.vbi Dec.n.8. Alex. conſ.142.n.22.lib.2. Ripa in d.l.in quartam num.145. Ruyn. ibidem nu.28.& Alciat.num.38. Cardin.Seraph.deciſ.568. nu.1.2.3.&* 4.qui addit,quod vbi datur filio ratione per-
25 ſonæ,oritur hæc præſumptio,vt dicatur potius datum, vt imputetur in legitimam,quam purè,& ex mera liberalitate donatum.

26 Quartò limitatur in donatione remuneratoria, in qua donator de euictione tenetur, quamuis a traditione cæperit;ita poſt antiquos *Bartol.Aret.Alexandr. & Iaſ.in d.l. Iulianus,§.qui fundum,ff.de verb.obligat.Iaſ.in l.ex hoc iure num.68.ff.de iuſt.& iure in l.ſi non ſortem, §.libertus col.7. in 17.effect.ff.de condit.indeb.& conſ.134.col.fin.lib.1. Alexan.conſil.47. num.8.libr.3. Rube.conſil.95.col.fin. Tiraquell.in l.ſi vnquam verb. donatione largitus numer.51. & 59. Cod.de reuoc.donat. Crauet.conſil.64. numer.2. Boer. dict.deciſ.67.col.fin. Vin.commun.opin.in ver.donatio. vbicunque col.2 Caball.de euict.§.4.num.4.Burſat.conſil.31.nu. 5.lib.1.Gozad.d.conſ.66.Por. Imol.conſ.167. num.100.& conſ.168. num.9. cum alijs per Sebaſt. Nauinm in Syſtem. inr.ad l.a.C.de euict.& in d.l.Ariſto. §. Labeo au. ff.de donat.Menoch.conſ.422.num.119. libr.5.& conſil.606.nu.4.*
27 *lib.7. Ioan.Petr.Monet.in d.tract. de commata.vlt.volun. cap.11.num.340.* Quia iura loquentia de donatione ſimpliciter non extenduntur ad donationem remuneratoriā
28 ad tradita per *Bar.in l.iuriſgentium,§.quinimò, n.20. ff.de pact.* Nec in ea requiritur inſinuatio, nec reuocatur propter ingratitudinem, *l.ſi pater, §.1.ff.eod.& ibi Bar.Bal.in*
29 *l.illud, C.de Sacroſ. eccleſ.* Nam huiuſmodi donatio eſt magis ſimilis dationi in ſolutum, quam donationi. Vnde nimirum ſi debetur euictio,ad tradita *in d. l. eleganter.in princ.ff.de pign.act.& in leg.libera, Cod.de ſent. & interlocut.omn.iudicium. Alex.d.conſ.47. numer.8. libr.3.* quidquid in contrarium voluerit *Cuma.in d.l.Iulianus, §.final.* cui reſpondet *Iaſ. ibidem num. 12.& Crauet.conſ.64.* qui alios citat.

Huius limitationis & concluſiones duplicem affert rationem *Iaſ.in d.§. qui fundum.*

30 Prima eſt, quoniam intereſt donatarij rem ſibi non fuiſſe euictam propter obligationem antidotalem ſublatā. Quare ſicut fideiuſſori liberato ex cauſa remunerationis mandati actio datur contra principalem debitorem ad totam quantitatem, perinde ac ſi pecuniam ſoluiſſet, *l.idēq. § fin.ff.mda.* ſic & donatario remunerationis cauſa actio de euictione dari debet.

31 Secunda eſt ratio,quia remuneratio nō eſt propriè donatio. *Bar. in probam.ff.col.fin.& eſt.tex.in l.Aquilius, ff. de donat.* ibi,non meram eſſe donationem, & ibi quadam mercede remuneratum Regulum,quæ verba innuunt hanc non eſſe veram donationem.

32 Addo ergo id etiam ex eo ſequi, quia talis donatio cōtinet cauſam oneroſam, & magis propriè dicitur debita compenſatio,& remuneratio, *l.ſed & ſi lege,§.conſuluit,ff. de pet.hæredi,* licet a traditione exordium capiat, cum interſit donatarij obligationem antidotalem non extingui ob quam facta fuit donatio.

33 Extende idem procedere in donatione dotis cauſa facta,quæ non eſt mera donatio,& ſaltem ex parte viri cauſam oneroſam continet, vt probat *tex.in l. Seia,ff.de euict.* vbi contra vxore ſe ipſam dotantē, eiuſque hæredem agit maritus de euictione, quamuis Gloſ.ibi exiſtimauerit dadatam fuiſſe rem æſtimatam.

34 Declaratur precedens limitatio, vt in donatione remuneratoria ita demum debeatur euictio, ſi ſeruitia ſunt talia,quod pro eis fuiſſet alias data actio aduerſus donantē; nec ſufficit antidotalis tantum obligatio, ſed etiam ciuilis requiritur,vel ſaltem iudicis officium,ſicuti tradit *Dec. in l.ſi donatione n.13.de collat.* latè proſequitur *Lofred. in cap.Titius col.2 verſ.3.poteſt reſtringi, ſi de feud.defun.mili. contron.fuer.* vbi reſpondet *ad l.idemq;§.fi.ff. manda.et ad d.l.Attilius,de donat.* Hinc tradunt Doct quod ſeruitia
35 obſequialia non faciunt donationem remuneratoriam. *Bald.et recentiores in l filio.C.famil.hercíſc. Iaſ.in d.l.ſi donatione n.3C.de collat.*

36 Quodque donatio remuneratoria intelligatur ob ſeruitia, ad quæ donatarius non tenebatur ex debito officij ſui, declarauit ſic limitando donationem remuneratoriam *Rip.in leg.fin.quæſt.14. in fin.Cod.de reuocat. donationibus.*

37 Quinto limitatur vt non procedat in prælato conferente prębendam,qui de euictione obligatur, ſecundum *Capoll.in l.res donatas n.9.ff.de ædili edicto,* ſed hæc limitatio vſu non reperitur.

38 Sextò limitatur non procedere in feudo alienari conceſſo, quoniā eo euicto feudatario datur actio de euictione,contra dominum *Ioan. Fabinm in §.1. inſtit.de donat. per.tex.in c.1.ſi vaſſall.de feud.ab aliquo interpella.fuer.* vbi eſt caſus,& ibi notat *Aluar.in 2.notab.ad idem eſt tex in c. 1.de inueſt.de re aliena fact in princ.* vbi ſi facta fuerit inueſtitura de re aliena ignoranti,ſubdit tex.eum rectè agere, vt aliquid eiuſdem bonitatis,ſeu quantitatis ei præſtetur, atque ita probatur inueſtientem de euictione teneri, & nihilominus certum eſt feudum eſſe donationem, cum
39 appelletur beneuola actio tribuens gaudium capienti *c. 1.in quib.cauſ. feud. amitt Iac. de Ardizon.* quem ſequitur *Bald.in Prelud. feud. in prima perte, Iaſ.in vſibus feud.in prin.n.7.et 8.Soc.ian.conſ.112.nu.34.libr.2.in ſpecie,de qua agimus,Rol.conſ.50.n.26.libr.3.et ego latius dicam in quæſt. 119.n.20.et quæſt.122.n.5.*

40 Septimò limitatur non habere locum in donante rem alienam, aſſerente tamen eſſe ſuam, quia ob talem temerariam aſſertionem de euictione tenetur. *Paul. de Caſtr.in leg.ſi rem meam ad finem,ff.de ſolut.* quem refert, & ſequitur *Iaſ. conſ.73. num.3. libr.1.* qui licet loquantur quando donatio cæpit à promiſſione, idem tamen eſſe debet,quando à traditione principium ſumpſit, & ſic aſſertio temeraria quid operetur, de quo Deo dante pariter dicam ſuo loco.

41 Octauò limitatur in donatione facta propter merita, vel ex cauſa, quia etiamſi incipiat à traditione, tenetur donans de euictione. *Bar. et Doct.in l.Iulianus, §.1.ff.de verb.oblig.Barſat.conſ.31.n.5.lib.1.poſt. Alex.conſ.47.lib.3. Gozad.conſ.60.Port.Imol.conſ.168.nu.9.Gomeſ.var.reſ.to. 2. cap. 2. num.35.* & alios de quibus per eum vbi de communi teſtatur.

42 Nono

42 Nono limitatur in donatione reciproca, in qua locum habet de euictione actio, etiamſi cæperit a traditione, cũ ſit ob cauſam. *Alex. conſ. 45. nu. 8. lib. 3. Iaſ. in l. ex hoc iure n. 68. ff. de iuſt. & iur. Gozad. d. conſ. 60. n. 4. Rota apud Card. Seraph. deciſ. 534. n. 3.*

43 Decimò limitatur, quando donator obligauerat rem natam. *Corn. conſ. 42. verſic. nec obſtant adducta, libr. tert. 10. Bellacomb. in ſuis commun. opin. in ver. venditor uolens de euiction.*

44 Vndecimò limita in venditione, in qua venditor delegauit pretium ſuis certis creditoribus, quia licet creditores donent pretium emptori, tamen venditor tenetur de euictione, ac ſi pretium fuiſſe verè ſolutum. *Bal. conſil. 51. Titius vendidit Seio libr. primo*, & dicam in ſequenti quæſtione.

45 Primò ſublimitatur præmiſſæ limitationes, quibus diximus donantem de euictione teneri, non habere locum, ſi culpa donatarij proceſſerit euictio, vt quia ceciderit à poſſeſſione facto, & culpa ſua ex contractu, vel alter, quo in caſu non reintegratur ad poſſeſſionem amiſſam ne culpa ſua ſibi proſit, & alteri noceat. *Abb. in cap. accedens, il primo num. 29. vt lite non conteſt. Albert. Brun. conſ. 21. num. 2. Ripa qui de commun teſtatur in c. ſepe numer. 27. de reſtitur. ſpol. Iacob. in de S. Georg. in leg. ſi de vi, num. 19. verſ. 15. fallit de iudic. latè Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 95.*

46 Secundò ſublimitatur, quando donator promiſit tradere ad hunc effectum, ne teneretur de euictione, quia per tale pactum mutaſſe dicitur quod erat de natura contractus extrinſeca, qualis eſt euictio, velut accedens contractu iam formato, & ideo tale pactum valeat, vt ſupra dixi de venditore, *q 48. num. 40. ita Bart. Caſtr. Aret. Alex. & Iaſ. in l. ſi a ſubſtituto, §. fin. cum l. ſeq ff. de lega. primo.* Et ra-
47 tio adducitur, quia quando quis dare promiſit rem ex cauſa donationis, quoniam de natura donationis eſt, vt trãſferatur dominium, cum donatio dicatur doni datio *l. Senatus*, §. 1. ff. de leg. 1. tunc debetur euictio, ſi res facta non fuit accipientis; at ſecus ſi promiſit tradere; cum tali caſu cenſeatur receſſum à natura donationis non debetur euictio.

48 Tertiò ſublimitatur, quando euictio ſequuta fuit virtute hypothecæ ignoratæ, vt quia res fuerat obligata per anteceſſores donatoris. ſic *Caſtr. in l. ſi rem meam in fine, ff. de ſolut. ſequitur Affl. in cap. 1. in princ. n. 8. de l. Corad.* Nam ſi ſciuiſſet donator talem adeſſe hypothecam, fortè non ita donaſſet, vel promiſiſſet donare, ne illa euicta cogeretur vel illum releuare, & præſtare, vel eius iuſtum valorem, & ęſtimationem, *arg. tex. in l. vnum ex familia, §. fin. ff. de legat. 2.* & ignorantia facti alieni eſt probabilis, *l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* debetque donãtem excuſare, ne damnum ſentiat, *leg. 2. & l. error, ff. de iuris, & facti ignoran.*

49 Quarto ſublimitatur in donatione facta per libertum in fraudem patroni: nam quamuis patronus eam recuſet; tamen donatarius non habet actionẽ de euictione contra libertum, etiam quod donatio cæperit à promiſſione. *Caſus eſt ſingularis, ſecundum vnum intellectum Gl. quem Bar. Ang. Paul. de Caſtr. Imol. & cæteri ſequuntur in leg qui res, §. 1. ff. de ſolut. Rom. in d. l. Ariſto. §. fin. Inferens* idem
50 idem eſſe in patre reuocante alienata donationis titulo per filium in eius fraudem, vt ibi per eum. Et ratio adduci poteſt, quia cum donatio dicta reuocetur per patronum, ſeu patrem, l. 1. ff. ſi quid in fraud. patr. ibi omni enim modo reuocatur, tale remedium redderetur ſuper fluum contra *l. hæc ſtipulatio, §. Diuus ff. vt lega. nomi. caue.* ſi concederetur euictio, quia loco rei donatarius conſequeretur æſtimationem.

51 Vtrum autem in donatione reciproca, ſi aliquid euincatur reſpectu eius quod fuit euictum, ceſſet reciprocatio, & ſit opus inſinuatione, videas *Card. Seraph. deciſ. 525 & deciſ. 534.*

ARGVMENTVM.

Euictio an detur in dote, & quando fauore mariti, Et an etiam fauore mulieris.

Mulier ſequta euictione dotis, an agat primæua actione.

SVMMARIVM.

1 *Dotis contractus dicitur ex vtraq; parte, ſcilicet vxoris, & viri obligatorius.*

2 *Pactum reſtituendæ dotis in ipſo contractu ſemper ſubintelligitur, & ſi de dote reſtituenda non ſit cautum, & executionem habet.*

Primo ampliatur locum habere etiam in bonis hæredis mariti acquiſitis poſt aditam hæreditatem ex reb. hæreditarijs per acceſſorem naturalem, nu. 3.

Secundò ampliatur procedere, ſiue dos ſiue ſcriptis fuerit data, vel promiſſa, vel ſuſcepta, n. 4.

Tertiò ampliatur, ſiue ipſæ principalis perſonæ, ſiue aliæ pro his dotes dederint, vel promiſerint, vel ſuſceperint, numer. 5.

6 *Dos reſtituenda dicitur æs alienum viri, & de ſubſtantia bonorum ipſius reſtitui debet.*

7 *Euictio non datur in dote, quando contractus incipit à traditioe non a promiſſione, & de ratione, n. 11.*

Primò limitatur, ſi mulier ſecus bona eſſe alteri obligata, & alienam eadem tamquam propria, & libera in dotem dedit, quia tunc de euictione tenetur, ſeu de dolo, nu. 8.

Secundò limitatur in caſu, quo vxor, quæ alia bona habebat, dotem dedit de bonis reſtitutioni fideicommiſſi ſubiectis, quæ deinde à ſubſtitutis fuerunt euicta, quia eo caſu maritus agit de euictione, n. 9.

Sublimitatur dicta limitatio, vt procedat, quando mulier ſciebat rem eſſe fideicommiſſo obnoxiam, n. 10.

Tertiò limitatur procedere in dote, quam dedit extraneus, qui incontinenti non fuit ſtipulatus eam ſibi reddi, quia tunc donata cenſetur, quæ ſi incipit à traditione, non datur euictio, ſecus ſi pater dotem dederit, n. 13.

Quarto limitatur, quando dos præſtatur ab extraneo, qui incontinenti ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi. n. 14.

10 *Vxor, quę magnam dotem promiſit, quam ſcit ſe non poſſe ſoluere perdit priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere poteſt.*

11 *Dos, quando in pecunia fuit promiſſa, & poſtea pro ea traduntur bona in ſolutum, ſi ea euincantur, debet nihilominus reſtitui in pecunia.*

16 *Bona promiſſa pro dote ſi euincantur, mulier agere poteſt actione primæua, vel actione euictionis, hocque ſpeciale eſt in dote, vt ſecuta euictione mulier agat primæua actione, num. 17.*

18 *Dos vbi vendita eſt ipſa vxore volente, maritus de euictione tenetur.*

Declaratur procedere, ſi emptor ignorabat, ſecus ſi ſciuerit, numer. 19.

Fallit, ſi de euictione fuerit ſtipulatus, n. 20.

21 *Mulier ſola, vel ipſa & maritus, vbi dotem alienauit, ipſa mulier de euictione nõ tenetur, tenetur tamen reddere pretiũ bonę fidei emptori, ſi cõuerſũ ſit in eius vtilitatẽ. n. 22.*

Idem ſi promiſerit per ſtipulationem, n. 23.

Digitized by Google

Quæſt. LXX.

DIſputatio eſt frequens, & vtilis, an & quando euictio
præſtetur in dote.
1 Qua in quæſtione prius ſciendum eſt, quod dotis
contractus ex vtraque parte eſt obligatorius, ex parte
vxoris, vt illam præſtet, & ex parte viri, eiuſque
hæredis, vt vxori reſtituat, *leg. ſi duo patroni, §. Iulia-
nus, ff. de iureiurand. lege prima, §. & vt plenius, C. de rei
vxor. act. Barboſ. in leg. exigere dotem numero quinto ff. de iu-
dic.* Quare pactum reſtituendæ dotis in ipſo contractu
2 ſemper adeſſe dicimus, & ſic de dote reſtituenda non ſit
conuentum, & executionem habet, *Rebuff. ad conſtit. Reg.
Gall. tit. de lit. oblig. art. 2. Gloſ. 1. num. 23 Gram. deciſ. 103. nu.
num. quinto Menoch. conſ. 1124. numer. 40. & 43. libr. 12. &
Bart. Bertaz. de clauſul. clauſ. 4. Gloſ. 16. num. 1* & locum ha-
bet etiam in bonis hæredis mariti, quæ ſunt acquiſita
3 poſt aditam hæreditatem ex rebus hæreditarijs per acceſ-
ſionem naturalem, vt ſunt fructus prædiorum, partus an-
cillarum, & fœtus pecorum. *Bal. in l. vbi adhuc nu. 20. C. de
iure dot.*
4 Item procedit, ſiue dos ſine ſcriptis fuerit data, vel pro-
miſſa, vel ſuſcepta *d. l. 1. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act.*
5 & ſiue ipſe principales perſonæ, ſiue aliæ pro his dotes de-
6 derint, vel promiſerint, vel ſuſceperint, d. §. & vt plenius.
Et cum defuncti viri æs alienum ſit de ſubſtantia bonorũ
ipſius reſtitui debet *Franch. deciſ. 639. num. ſexto,* & ante
illum *Caſtrenſ. conſ. 294. nu. 4. libro 2. Dec. conſ. 485. in fine.
Crauet. conſ. 187. n. primo, Rota coram Card. Mant. deciſ. 43.
n. 5. Magon. deciſ. Florent. 7. n. 10. Menoch. conſ. 523. n. 1. lib.*
6. Quæ an locum habeant, quando dos fuit euicta, hoc
opus, hic labor eſt.
7 Breuitati tamen ſtudendo dicitur regulariter, euictio-
nem non præſtari in dote, quando contractus incipit à
traditione, quamuis aliud ſit quando incipit a promiſſio-
ne, eſt tex. clarus *in l. 1. vbi* notant eo communiter Doctores,
C. de iure dot. & in ſpecie Bal. & Salyc. poſteriores. Idem
firmant ſcribentes *in l. vnica, §. 1. C. de rei vx. act. Iaſ. in §.
fuerat nu. 3. inſtit. de act. Bal. Nouell. in tract. de dote par. 7.
priu. 42. col. 1. Ant. Burg. in c. fin. num. 23. de empt. & vendi.
quæ regula.*
8 Primo limitatur, ſi mulier ſciens bona eſſe alteri ob-
ligata & aliena, illa tamquam propria & libera in dotem
dedit: eo enim caſu de euictione tenetur, ſeu de dolo, etiã
ſi incæpiſſet à traditione, ſicuti volunt. *Cyn. Bal. & Salic.
in d. l. 1. Alex. conſ. 176. num. 5. in fine libr. 7. Coru. conſ. 140.
ſub nu. 8. lib. 3. Rol. in tract. de lucro. dot. quæſt. 59. in fine, vbi
citat Crauet.*
9 Secundò limitatur in caſu, in quo vxor, quæ alia bona
habebat, dotem dedi de bonis reſtitutioni ſubiectis, quæ
deinde à ſubſtitutis fuerunt euicta, quo caſu maritus
agit de euictione, ita *Bal. conſ. 468. libr. 4. quem ſequi-
tur Crau. conſ. 186. n. 17. Rol d. q. 58. & Phanuc. in ſimili ſuo
tract. gl. 10. nu. 70.*
10 Sublimitatur dicta limitatio vt procedat, quando vxor
ſciebat rem eſſe ſubiectam fideicommiſſo, quia videtur
tunc fuiſſe in dolo, & præſumitur voluiſſe decipere mari-
tum, ſecundum *Alex. d. conſ. 176. n. 4. verſ. eſt verum,* quod
ille, & ſequitur *Rol. in loco proximè citato,* Ratioque eſt,
11 quia ob dolum perdit beneficium: quemadmodum vide-
mus in vxore, quæ magnam dotem promiſit, quam ſcit
ſe non poſſe ſoluere, & propterea perdit priuilegium, ne
conueniatur vltrà quam facere poteſt *l. pen. ff. de iure dot.
Bald. in d. conſ. 468. in fine libr. 4. dum allegat d. l. 1. Codic.*
12 *de iure dot. Surd de alim. tit. 7. q. 20. numer. 27. & 28.* qui
adducit rationem quare euictio indiſtinctè non debea-
tur in contractu dotis; qui eſt onerosus, cum tamen debet
pretium, & iuſtum non eſt, quod emptor careat re, & pre-
tio, ſed in marito, re euicta in his abeſt, veluti declarat *Al-
beric. d. l. 1.* refert aliam rationem *Bal. eodem in loco, quam
tamen refellit.*
13 Tertiò limitatur habere locum in dote, quam dedie ex-
traneus, qui incontinẽti non fuit ſtipulatus eam ſibi red-
di, quia tunc donata cenſetur, *d. l. vnica, §. accedit, C. de rei
vx. actio.* At in donatione; quæ à traditione in cæpit, non
datur euictio *l. Ariſto. ff. de donat.* & plenè dixi ſupra in
duabus præcedentibus quæſtionibus ſecus verò ſi pater
dotem dederit, quia ex quo donatio dici non poteſt, quo-
niam filiam dotare tenetur, *leg. qui liberos de ritu nuptiar.
& leg. vlt. de dot. promiſs.* & donari videtur quod nullo
iure cogente conceditur, *leg. donari. ff. de donat. et leg. do-
nari, ff. de regu. iur.* euictio a patre præſtari non debet, *Car-
din. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. libr. 11. tit. 19. numer.
3. & 4.*
14 Quartò limitatur, quando dos præſtatur ab extraneo,
qui ſtipulatus eſt incontinenti dotem ſibi reddi, quia ex
quo donaſſe non intelligitur, *d. l. vnica, §. accedit,* idcircò
de euictione tenetur, *l. ſi pro te pupilli, §. 1. ibi notatur, ff. de
euictio. Neguſ. de pign. part. 2. membr. 4. num. 27. Card. Man-
tic. in d. tract. lib. 11. tit. 19. n. 6.*
Hic ſuboritur dubitatio, an ſi dos promiſſa eſt in
pecunia, & deinde marito fuerunt data bona in ſolutum
ad habendum, & quidquid marito placuerit faciendum,
&c. ſi illa euincatur, ea nihilominus ea reſtitui debeat in
pecunia.
15 Et dicitur eam fore reſtituendam in pecunia, quæ non
fuit euicta, & ideò mulierem pati non poſſe damnum ſeu
diminutionem ob euictionem bonorum in ſolutum da-
torum, quia dos fuit promiſſa in quantitate, & bona *tran-
ſierunt* in dominium viri, & eius periculum, & euictio ſe-
quitur ex natura rei, quo caſu non deberi euictionem di-
xit *gl. in l. ſi familia in ver. pro parte, & ibi Bar. & cæteri,
C. fam. herciſ Rota coram Card. Seraphino deciſ. 1480. nu-
mer. quarto,* Vbi verò a principio promiſſa ſunt bona, &
16 euincatur, mulier agere poteſt actione primæua, & actio-
ne euictionis. Vnde ſi mulieri data ſunt in ſolutum bona,
pro dote quæ ſint euicta, agere poteſt actione primæua
de dote, & etiam actione euictionis pro re euicta, ita
Bar. in l. ſi verò, & in l. qui res. in princip. ff. de ſolut. Bal. in l.
17 *libera, C. de ſent. et interlocut. omn. iud. et conſil. 300. libr. 1.
et conſ. 199. lib. 2. Bar. in l. ſi quis aliam col. ſi. ff. de ſolut.* vbi
inquit id ſpeciale eſſe in dote, vt ſecuta euictione mulier a-
gat primæua actione: ſecus in alijs, quoniam agi debet de
euictione. *Bar. in l. eleganter, ff. de pign. act. Aret. conſ. 160.
Affl. deciſ. 335. pro deciſione cauſæ n. 18. Alex. conſ. 106. ad
finem lib. 5.*
18 Sed quod ſi res dotalis fuit vendita ipſa vxore volente.
Reſpondetur, quod eo caſu maritus de euictione tenetur,
& ita ſecundum *Fabr. in §. accidit. inſtitu. quib. alien. lic. vel
non num. 8.* qui dicit, ſic intelligendm *l. cum lex. ff. de fideic.
liber. et leg. fundum, ff. de fund. dot. arg. auth. de non alienan.
§. ſi quis* igitur emere, cum ſeq Idque ſi emptor ignora-
19 bat, alias non niſi eſſet ſtipulatus, vt *leg. ſi fundum, Cod. de*
20 *euict.*
21 Quando autem ipſa mulier ſola, vel ipſa & maritus alie-
22 nabunt, mulier non tenetur per præmiſſa; tenetur tamen
reddere pretium bonæ fidei emptori, ſi conuerſum ſit in v-
tilitatem ſuam, vt in feudo, de prohib. feud. alienat. per
Federic. in fine primi reſponſ.
23 Si vero per ſtipulationem promiſerit, adhuc idem, per
d. l. cum lex. et ibidem per Ioa. Fabr. de quo latius dicam
in ſequenti quæſtione.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Euictio fundi dotalis quando accidit, an detur de euictione actio, cui, & aduerſus quos.

SVMMARIVM.

1 *Dotes mulieri conſeruari publicè intereſt, ne indotata remaneat.*
Præſertim ſi ſit iuuenis, n.2.
3 *Dotalis fundus à viro, & vxore, nec ſeparatim, neq; coniunctim, nec ab alio poteſt alienari.*
Idque fragilitate ſexus, n.4.
Et fauore tam mulieris, quàm etiam viri, n.5.
Cum meliorem facere poſſit mulier ſuam conditionem, non deteriorem, n.6.
Nec expreſſè conſentiendo, ibidem.
Declaratur procedere conſtante matrimonio, licet, tempus ſoluti matrimonij collatum ſit pactum n.7.
Et ſi nulla ſubſtente cauſa, n.8.
Fallit. quando eſt vidua, quo tempore mulier dotis conditionem deteriorem facere poteſt, & illam alienare, numer.9.
10 *Mulier, quæ cum viri conſenſu fundum dotalem alienauit, vendicare illum poteſt.*
Et de ratione, n.ſeq.
Primò ampliatur procedere etiam in marito, in qui alienauit fundum dotalem contra legem, vt is poſſit venire contra factum ſuum proprium, vti nulliter factum, & rem alienatam vendicare pretio reſtituto, n.12.
Limitatur dicta ampliatio non habere locum ſoluto matrimonio: quo caſu maritus non admittitur dicere de nullitate num. 13.
Licet eo caſu rectè agat mulier. nu.14.
Secundò ampliatur, vt vir rem dotalem alienatam reuocare poſſit ex perſona vxoris, n.15.
Ratio adducitur, n.16. & 17.
Primò extende procedere quoq; in illo, in cuius fauorem prohibita eſt alienatio, n.18.
Secundò extende, etiamſi cum iuramento facta eſſet alienatio, num.19.
Et ſi emptor ignoraſſet rem eſſe dotalem n.20.
Contrarium, quod immo eo viuente alienatio iurata ſit valida, n.21,
Primo declaratur ſuperius firmata concluſio, vt ſibi tribuat, niſi in alijs viri bonis mulieris cautum ſit, numero 22.
Secundo declaratur, ſi vir fundum dotalem in eum alienet, qui dotalem eſſe ignoret, quoniam emptori ad pretium, & ad intereſſe tenetur, de euictione non promiſit, numero vigeſimotertio.
Limitatur, ſi ſcienti vendidit; quatenus tamen de euictione non ſe obligauerit, n.24.
Nec generalis euictionis ſtipulatio ſufficit, n.25.
Tertiò declaratur ſibi non vendicare, ſi maritus, viuente vxore agat, & ad vxoris commodum, ſecus ea mortua ad proprium commodum, n.27.
Intellige, quatenus ille dotem lucretur, n.28.
Quartò declaratur non procedere, ſi modica ſit res, n.29.
11 *Mulieris obligatio, & contractus, vbi eſt ipſo iure nullus de iure communi iuramentum nihil operatur.*

Quæſt. LXXI.

Requirit hic locus ſatis opportunus, vt explicemus, quando fundus dotalis alienatur, an ſecuta de eo euictione detur euictionis actio, cui, & contra quos.

1 Et in primis præmittendum eſt, dotes mulieri conſeruari publicè intereſſe, ne indotata remaneat, *leg.1. ff. ſolu.matr. Cæphal.conſ.688.n.10. Surd.in tract.de alimentis tit.1.q.37.numer.10. Campeg.de dote part.4.quæſt.2. & 5.*
2 *Gratian.in Addit.ad deciſ.47.numer.primo.* Præcipuè ſi illa
3 ſit iuuenis. *Rim.iun.conſil.562.num.63.* & ea propter nec vir ſine, vxore, nec vxor ſine viro, nec vnus cum alterius conſenſu, nec omnes inſimul dotalem fundum alienare poſſunt. *Paul.de Caſtr.in l.eum vir.n.4. ff.de vſucap. Barboſ.in l.1.p.5.num.quarto, ff.ſoluto matr. Valaſcch.conſulta.*
4 *127.n.15. & conſulta.150.num.9. Surd.in d.tract.de alimentis.8.priu.36. num.2.* Idque ratione fragilitatis ſexus. *§.1. inſt.quib.alien.licet, vel non l.vnica, §. & cum lex, C.de rei*
5 *vx.actio. Papon.conſ.58 n.16.* & fauore mariti *Bar.in leg.ſi quis in tantam, nu.12. C.vnde vi. Nat.conſ.28.n.21. Cacher. deciſ.94.n.26.* Item fauore vxoris, ne remaneat indotata. *Paul.de Caſtro in d.l.cum vir.* Cum quibus, vt dixi concurrit publica vtilitas, quæ in eo verſatur, ne ſine dote ma-
6 neat. *Boniſac. Ruger.conſ.20 num.10.libr.2.* Ita quod mulierem illius conditionem fieri ſit permiſſum, deteriorem vero nequaquam, *l.de die, §. Attilicinus, ff.de pact.dot. Bar. in leg.ſi conſtante nu.23. Iaſ.nu.180. Rip.nu.4. ff.ſolut.matr. Alba conſ.264.n.9. & conſ.445.num.5 Fab.Turret.conſilio 10.n.16.lib.1.* nec expreſsè conſentiendo. *Alba.conſ.746.*
7 *num.14. Federic.So.is.de dote quæſt.17.nu.11.* Quod procedit conſtante matrimonio, licet in tempus ſoluti matrimonij collatum ſit pactum. *Bar.in d.l. Attilicinus, ff.de pactis dotal. Afflict.deciſ.154. Ruyn.conſil.53.num.11.libr.2. Barboſ.in d.l.1.part.5.n.40. ff.ſoluto matr. Steph.Grat.in ad-*
8 *dit.ad deciſ.47.n.2.* etſi nulla iuxta ſubſiſtente cauſa licet mouente & ibi *gl.ff.de pacti dotal.* Quidquid ſit cum vidua exiſtit, quo tempore dotis conditionem deteriorem face-
9 re permittitur, *gl.in l.cum dos, ff.de pact.dotal. Caſtr.in leg.2. §.Item ſi voluntate, ff.ſolut.matr. Turret.di.conſ.10.num.17. Surd.conſ.112.numer.33.* & illam alienare *Petr.de Rauenna ſing.147. Dec.conſ.576. numer.3. Borgnin. de vſucap. numer.135.*

His poſitis.

10 Quæro, num vxor, quæ cum viri conſenſu fundum dotalem alienat, illum vendicare poſſit.

Pro affirmatiua adducitur *tex. in l. ſi prædium, & ibi Bart. Bald. & alij, C.de iure dot. & in l.qui ſuperſtitis ad finé ff.de acquir.hæredit. Surd.de alim.tit.8.priuil.36.n.1. Tuſch. littera D.concl.759.numer.25.* Iuramento non obſtante. Idem *Tuſch.eadem.concluſ.759. numer.2.* ſi ſoluto matrimonio egerit: nam vbi mulieris obligatio, & contractus
11 ipſo iure nullus eſt de iure communi iuramentum nihil operatur, *l.non dubium ad finem, C.de legi. Seraphin.de priu. iuram.priuil.61.num.11. Rim.iun.conſ.647.num.6. conſilio 239.numer.70. Cephal.conſ.312.num.106. & conſ.460.nu. 36. Honded.conſ.45.num.34.lib.1. Surd.de alimen.tit.8 priuil. 36.*
12 Primò ampliatur procedere etiam in marito, qui alienauit fundum dotalem contra legem, vt ſcilicet poſſit ille venire contra factum ſuum proprium, vti nulliter factum, & rem alienam vendicare reſtituto pretio, ad *tex.in l.quemadmodum, C.de agricol. & cenſi.libr.11. & Bar.doctrinam in l.poſt mortem, ff.de adopt.in ſpecie gl.in § 1. inſtit. quibus alien.lic.* vel non in ver. interdictæ, quæ aliud ſentit in vxore & marito, vt dixi in præcedenti quæſtione. *Aret.ibi, & Rim.iun.conſ.543. Gl. Cyn. & Bal.in l.1. §. & cum lex, Cod. de rei vxor.actio. Imol.in cum vir.num.7. ff.de vſucap. Bald.*

Digitized by Google

Nouell.de dote priuil. 1. *numer.*12.*limitu.par.ſeptimo*. At
12 ſoluto matrimonio maritus non admittitur dicere de
nullitate *dictu l.cum vir.* & *l.pen.ff.de ſund.dotal. Menoch.*
13 *conſil.*58.*numer.*41. licet eo caſu rectè agat mulier, vt per
14 *Peregr.deciſ.*44.*numer.*6. vbi ſic per conformes deciſum
teſtatur.

15 Secundò ampliatur procedere, vt nempè vir rem dota-
lem alienans eam reuocare valeat ex perſona vxoris, *di-
cta l.*1.§.& *eum lex, Cod.de rei vxor.actio.* & *in* §1 *in vir.
interdicta.Inſtit.quib.alien.lic.vel non in principio,vbi Rim.
iun.num.*332.*Alber.* & *Salycet.in leg.vendicantem, ff.de
euictio.Peregr.conſil.*19.*numer.*4.*libr.*3.*Menoch.conſil.*89.
*num.*84.*libro primo. Rim.iun.conſil.*363.*numer.*195.*libro
quarto.Deciun conſil.*33.*numer.*35.*libr.tertio. Campeg.de
dote parte quartu quæſt.*20. *Alexan. Rauden. conſil.*39.*nu-
mer.ſeptimo libr.primo. Honded.conſil.*19.*numer.ſexto libr.*
2.*Ludou.deciſ. Lucen.*31.*numer.*13. *Anchar.iun.famil.qq.
libr.*3.*quæſt.*91.*numer.ſeptimo. Coſtu de facti ſcientiu, &
ignorantia centur.prima diſtinct.*35.*numer.*9. *Surd.de alim.*
16 *tit.*8.*priuil.*36.*num.*2. quia nulla eſt venditio *l.fundum, ff.*
17 *de fund.dotu. Anna allegat.*97.*numer.*17. & *ideo reuocat.
Surd.conſil.*39.*numer.*16 *Ioann.de Caſtil. Hiſpan.de vſufru-
18 ctu, cap.*54.*numer.*45. Vel etiam ille in cuius fauorem
prohibita eſt alienatio, *Surd. conſil.*559. *numer.*10. *libro
quarto.*

19 Quod etiam habet locum, vbi cum iuramento vir alie-
naſſet. *Gloſ. in dicto, §.& eum lex. Bartol.* & *Imol. in
leg.cum vir, ff.de vſucap.Honded.conſil.*19.*numer.*17.*lib.
ſecundo Surd. dict.priuil.* 36 *num.*3. & emptor ignoraret
20 rem eſſe dotalem.*Imol.in d.l.cum vir. Muceraten.lib.*2.*reſ.*
48. *numer.*6.

21 Contrarium voluerunt *Bece.conſil.*100.*numer.*10. *Vin
deciſ.*133.*n.*2.*Petra.de fideicommiſſ.quæſt.*8.*n.*547. *Surd.d.
tit.*8.*priu.*56.*nu.*47.*Cardin. Muntic.de tacit.* & *ambig.con-
uent.tit.*8.*num.*2.& *num.*38 *Surd.dict.priuil.*56.*numer.*47.
*Peregr.deciſ.*94.*nu.*4.& vt eo ſcilicet viuente alienatio iu-
rata ſit valida.

22 Primò declaratur ſupradicta firmata concluſio vt pro-
cedat, niſi in alijs viri bonis mulieri cautum ſit. *Afflict.
dec.*336.*Albu conſ.*4.*n.* 30.*Polidor. Rip obſeruat.*385.*nu.*7.
quia tunc mulieris alienatio iuramento firmatur, *Afflict.
deciſ.*311.*num.*4. & *ibi Vrſil.num.quarto, Vincent.Franch.
deciſ.*84.& *dec.*477.*Vin.deciſ.*133.*num.*2.*Theſaur.dec.*222.
numero 13.& *deciſ.*223. *numero* 9. *Seraphin.de iurament.
priuil.*76.*numero primo Rol.à Valle conſ.*70.*numero* 24.*lib.*
2.*Feder.de Solis de dote quæſt.*36.*num.*8. *Marta in l.*1.*n.*10.
ff.ſolu. matr.

23 Secundò declaratur, ſi maritus fundum dotalem in eũ
alienet, qui dotalem eſſe ignoret, quoniam is emptori ad
pretium & intereſſe tenetur. *Peregr.deciſ.*89.*numer.*15. ſi
24 de euictione nullatenus promiſit: verum ſi ſcienti vendi-
dit in aliquo non tenetur, niſi de euictione ſe obligauerit
ex magis communi, de qua per *Alexan.conſ.*154.*lib.ſexto,
Honded.d.conſ.*19 *num.*8.9.*et* 15 *lib* 1.2.*Cardin.Tuſch.lite-
ra D.concluſ.*859.*num.* 30. *Boer.deciſ.*8.*in fine Odd.conſ.*51.
25 *num.*3.17.*Coſtu dictu diſtinct.*35.*num* 10. *Peregr.deciſ.*94.
*n.*6. & generalis euictionis ſtipulatio non ſufficit. *Coſta d.
num.*10.*et* 11.

26 Non obſtat tex.in l.qui cum alio, ff.de regulis iuris quia
non habet locum, quando contrahentis dolus interuenit,
vt ibidem *Cagn.in l.*2.*limit.Coſta d.diſtinct.*35.*nu.*12.*Caroc.
dec.*2.*num.*11.

27 Tertiò declaratur ſibi vendicare, ſi maritus viuẽte vxo
re agat, & ad vxoris cõmodum, ſecus ea mortua, vt ſupe-
rius dixi, & ad proprium cõmodum, quia tunc alienatio-
ni à ſe factæ ad propriam commoditatem ſeu vtilitatem
nequaquam contrauenire poteſt. *Menoch.conſ.*58.*numer.*
41.*Honded.conſ.*19.*numer.*10. *libro ſecundo.Peregrin.deciſ.*
28 44.*numero ſexto* quatenus ille dotem lucretur. *l.pen.ff.de
fund.dota.Anna alleg.*97.*num.*17. *Menoch.dicto conſ.*58.*n.*
41.*Coſtu dicta diſtinct.*35.*numer.*15. *Tuſch.dicta concl.*159.
numer. 26.

29 Quartò declaratur non procedere, ſi modica ſit res
*Tiraq.de re iudic.in reb.exig.n.*94.*Surd.de alim.tit.*6.*quæſt.*
13 *num.*23.

ARGVMENTVM.

Fundi dotalis alienatio, an & quando fieri poſſit,
Et quibus caſibus in huiuſmodi alienatione euictio debeatur, & à quo.

SVMMARIVM.

1 *Venditio fundi dotalis facta cauſa ſoluendi æs alienum videtur à iure permiſſa.*
Primò intellige procedere, ſi creditores vrgeant, numero 2.
Secundò intellige, quatenus non adſint alia bona, quæ minori cum damno alienari non poſſint, numero nono.
3 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
Et formam importunt, num. 4.
5 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt pro exſoluendo ære alieno, ſi creditores vrgent.*
*Aut ſi æs alienum maneat ſub vſuris, n.*6.
7 *Bona minoris alienari poſſunt pro æris alienis ſolutionem.*
Primò intellige procedere, dummodo creditores vrgeant ſibi ſolui, num. 8.
Secundò intellige, ſi alienentur bona minus vtilia, numero decimo.
Pater legitimus adminiſtrator bonorum aduentitiorum filij habet in ipſis bonis vſumfructum, etiam filio inuito.
*Eorundem tamen bonorum alienationem regulariter ipſi interdicitur, num.*12.
Intellige de alienatione voluntaria, non de neceſſaria, numero 13.
14 *Pactum in dotis præiudicium non procedit, ſi nulla vrgeat neceſſitas.*
*Intellige, vt num.*15.
16 *Maritus ex ſuo conſenſu non affert vxori præiudicium in dote niſi melior fiat eius conditio.*
17 *Mulier ex facto mariti, damnum pati non debet.*
*Ampliatur procedere etiam ſi patris dotantis conſenſus acceſſerit, n.*18. & *ſeq.*
19 *Patri non permittitur citra conſenſum filiæ conditionem illius mutare, & deteriorem facere.*
*Fallit ſi poſtea filia ſit illius hæres, nu.*20.
21 *Pacta dotalia vt alterari valeant, duo requiruntur, mulieris ſcilicet conſenſus, & eius vtilitas.*
*Nec ſatis eſt pactum eſſe tale, quod melior fieri poſſet mulieris conditio, niſi ex euentu concurrat eius vtilitas, numer.*22.
23 *Maritus, ſi aliquid pro vxore acquirat, ex interuallo ad præiudicium vxoris, nullum pactum addere poteſt.*
24 *Mulier ſi eius ſit ætatis, vt nulla ſuſcipiendæ prolis ſit ſpes, dotis conditionem deteriorem facere poteſt.*
25 *Mulier ſi ſola vendat fundum dotalem, ſi illa vel ſui hæredes conueniunt, nec ipſa, nec eius fideiuſſor de euictione tenetur.*

26 Mari-

26 *Maritus ſi ſolus vendat fundum dotalem, & emptori etiam*
ſcienti rem dotalem, de euictione promiſit, de euictione
tenetur.
Intellige, quod euictionis promiſſio debeat eſſe ſpecialis, non
in genere, num 27.
Extenditur concluſio, ſi emptor ignorauerit rem eſſe dotalem
qua maritus teneretur etiam ad intereſſe, dato quod nihil
promiſerit, num. 28.
29 *Mulier & maritus inſimul ſi alienant fundum dotalem, &*
maritus in eodem fundo partem habet, pro eadem parte de
euictione tenetur ſi eam expreſsè promiſerit.
30 *Maritus ſi fundum dotalem alienat, & pretium ad eius vti-*
litatem ceſſit, ſolus maritus de euictione teneatur, quamuis
vxor pro forma adhibeatur.
Et tenetur non ſolum ad pretium, ſed etiam ad intereſſe, nu-
mero 31.
Et quatenus interpoſita fuerit ſtipulatio ad duplum, ſi em-
ptor ignorauerit, num. 32.
At ſi ſciuit, habebit pretium, num. 33.
Niſi tamen duplum fuerit ſtipulatus, qui vltra reſtitutio-
nem pretii, venditor ad illud tenebitur, num. 34.
Nec propterea mulier ad aliquid tenebitur, num. 36.
35 *Emptor ſciens ſeruum fugitiuum, licet de euictione non agat,*
tamen fallit, quando ſtipulatur fugitiuum eſſe.
37 *Fundi dotalis alienatio quando fit ad mulieris vtilitatem,*
quando teneatur mulier diſtinguitur, an ſciuerit, vel igno-
rauerit.
Et vbi emptor ſciuit, eidem debetur euictio, ſi fuerit ſtipula-
tus num. 38.
39 *Pretium rei dotalis quãdo pro parte peruenit ad mulierem,*
& pro parte ad virum, vnuſquiſque ipſorum tenetur pro
ſua parte.
40 *Fundus dotalis quando fuit venditus, & verſatur in*
dubio ad quem pretium peruenerit, præſumitur totum
pretium perueniſſe ad maritum, & ille de euictione te-
netur.

Quæſt. LXXII.

1 QVid ſi venditio fundi dotalis fiat cauſa ſoluendi æs
alienum, nunc quæ ramus. Et ſæpè à iure permiſ-
ſa videtur ad *text. in leg. vltim. ff. de iur. dot. & tradit Bal.*
Nouel. in tract. de dote part. 6. quæſt. 1. num. 8.
2 Sed aduertendum, quod vt locus ſit diſpoſitioni dictæ
leg. vltim. de iure dot. requiritur, vt ex eodem *text.* habe-
tur, quod creditores vrgeant ſibi ſatisfieri, vt legitur in
ea, ibi, creditoribus vrgentibus, &c. quæ verba ſunt abla-
3 tiui abſoluti, & ſic faciunt conditionem *l. à teſtatore. ff. de*
condit. & demonſtrat. l. emptione in princ. vbi Bar. ff. de pact.
l. euictis agris, ff. de vſur. Rip. in rubr. ff. ſoluto matrim. numer.
4 *30. & ſeq.* & per conſequens formam important, iuxta
quæ notant *Bal. in authent. matri. & auix. Cod. quando mu-*
lier tutel. offic. fung. poſs. Socin. iunior. conſil. 122. numer. 19.
lib. 1.
5 Simile eſt quod dicimus, bona fideicommiſſo obnoxia
alienari poſſe pro ære alieno ſoluendo, quod intelligitur
procedere dummodo creditores vrgeant ad *text. in leg.*
magis puto. §. ne paſſim, ff. de reb. cor. Gabriel. conſil. 118.
numer. 5. libro primo. Peregrin. de fideicommiſs. artic. 40. ſub
num. 25.
6 Adde tu, aut quod æs alienum maneat ſub vſuris *d. §. ne*
paſſim verſ. ſed igitur.
7 Prout & illud quod dicimus minoris, bona alienari
quidem poſſe pro æris alieni ſolutione, *l. ob æs C. de præd.*
minor. Quòd intelligitur, ſi creditores ipſi vrgeant ſibi
8 ſolui, vt per *Menoch. poſt eos*, quos adducit *de arbitrar.*
iudic. caſu. 171. num. 5. & 6. lib. 2.
9 Requiritur inſuper in caſu de quo agimus, quod non
adſint alia bona, quæ minori cum damno alienari poſ-
ſint, vt in *d. l. vltim.* ibi, vtilius videtur potius fundum, qui
dotalis eſt diſtrahere, quod minus damnum afferat, &
10 alios hæreditarios vberioris fructus retinere: Eſt enim
regulare, quod in alienationibus bonorum minorum
omni adhibita diligentia prius alienantur bona minus
vtilia ſicuti poſt alios ſcripſit *Menoch. in dict. caſu 171. nu.*
13. & 14.
11 Idem concluditur in patre legitimo adminiſtratore
bonorum filij, in quibus licet pater ipſe habeat vſumfru-
ctuum etiam filio inuito. *§. 1. inſtitut. per quas perſon. nobis*
acquir. l. cum oportet, §. non autem, Cod. de bonis, quæ liber.
Bart. in l. pater, qui Caſtrenſe numer. 2. ff. de Caſtrenſe pecul.
Bald. in l. 1. ff. de reb. cor. Pariſ. conſil. 157. numer. 21. libro
quarto. Capyc. deciſ. 56. num. 4. Aym. conſil. 74 numer 1. cum
adductis per Aſcan. Clement. Amerin. in tract. de Patria po-
12 *teſt. effectu 12. num. 1. & 2.* vbi de communi teſtatur; ni-
hilominus etiam patri legitimo adminiſtratoris bono-
rum aduentitiorum filij regulariter interdicitur dictorum
13 bonorum alienatio dicta *leg. prima. C. de bon. mater.* Quod
intellige de alienatione voluntaria, quia neceſſaria alie-
natio quæ fit pro ſolutione æris alieni, aliaue vrgenti ne-
ceſſitate, non interdicitur. *Bald. in dicta leg. 1. ff. de reb. cor.*
Aretin. in leg. vltim §. pupillus, ff. de verbor. obligat. & Co-
uar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 8. num. 6.
14 Hinc etiam dicimus, pactum in dotis præiudicium, non
procedere, vbi nulla vrget cauſa *Afflict. deciſ. 154. Card.*
15 *Tuſch. litera D. concluſ. 791. num. 17.* ſecus ſi legati vel alte-
rius rei vſufructus concurrit cum cauſa, quam plus dote
æſtimaret mulier, ſed ſi nil ei detur in dotis compenſa-
tionem, vt in pacto gratuito, & alijs in ſimilibus caſibus,
quos notat *Surd. conſ. 112. num. 34. Eugen. Peruſ. conſil. 93.*
16 *num. 18. Gratian. in Addit. ad deciſ. 47. num. 3.* Nec mariti
conſenſus ei præiudicat, vt valida ſit rei dotalis alienatio,
niſi melior fiat dotis conditio. *Barboſ. in leg. 1. parte quin-*
17 *ta num 6. ff. ſoluto matrim.* cum ex facto mariti nec ipſa
debeat damnum pati, *leg. ſeruus dotalis, & leg. fin. ff. ſolut.*
matrim. Dec. conſil. 58. num. 3. Surd. conſil. 519. num. 2. libro
18 *quarto, Honded. conſ. 14. num. 54. libe. 1.* licet patris dotan-
19 tis conſenſus acceſſerit, cum nec patri ſit permiſſum ſine
conſenſu filiæ conditionem illius mutare, ac deteriorem
facere, *leg. cum à ſocero. C. de iure dot. leg. quoties, ff. ſoluto*
matrim. Honded. d. conſ. 14. num. 55.
20 Fallit ſi filia poſtea ſit hæres *Menoch. conſil. 1285. nu-*
mero 10. libr. 13. per leg. aliud, ff. de pact. dotal. & tradita per
Bald. Nouell. in tractat. de dote parte ſeptimo priuileg. 11. nu-
mer. 15.
21 Nam duo copulatiuè requiruntur vt pacta dotalia al-
terari valeant, mulieris ſcilicet conſenſus, & eius vtilitas,
Soc. iun. conſil. 118. num. 11. lib. 3. Honded. conſil. 14. num. 53.
22 *conſ. 41. numer. 26. libro primo.* Neque ſatis eſt pactum
eſſe tale, quod ex eo poſſit melior fieri mulieris conditio,
niſi ex euentu quoque concurrat eius vtilitas. *Natt. conſ.*
37. Polidor. Rip. obſeruat. 119. Grat. diſcept. c. 415. num. 29. &
23 *40. lib. 3.* quia etiam maritus, ſi aliquid pro vxore acqui-
rat, nullum pactum ex interuallo in præiudicium vxoris
addere poteſt, niſi id fiat ſtatim. *Grammat deciſ. 178. nu-*
mero octauo. Bellon. de pot. cor. quæ fiunt incontin. capit. 54.
num. 16.
24 Verùm ſi eius ætatis ſit mulier, vt nulla ſuſcipiendæ
prolis ſpes ſit, dotis conditionem deteriorem facere po-
teſt. *Decian. dicto conſil. 58. numer. 3. Veſil. ad Afflict. deciſ.*
154. numer. 1. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. Gloſ. 915. nu-
mer. 188.
Quid autem ſi alienatio fundi dotalis à iudice nulla
pronunciata fuerit marito iſtante, an venditor emptori
teneatur, & ad quid, vtilis eſt conſideratio. Et pro reſolu-
tione huius quæſtionis ſeptem conſtituo caſus.
25 Primus eſt, quando alienatio fit à ſola muliere, & tunc
dicitur

Digitized by Google

dicitur quod nec mulier, nec illius fideiuſſor, ſi præſtitus
eſt, etiam ſi pro ea, vt principalis interueniat, de euictione
tenetur, vbi mulier eiuſue hæredes dictum fundum ven-
dicent, & alienationi contraueniat *leg. cum lex, ff. de fide-
iuſſor. Cæphal. conſilio 309. num. 17. 53. & 54. Natta conſilio
27. num. 2. Nering. de fideiuſſ. cap. 10. num. 26. Odd. conſil. 51.
num. 16. Campeg. de dote parte quarta, quæſt. 17. ad finem, &
quæſt. 21. Gamma deciſ. 79. num. 2.* Non enim locum ha-
bet euictio, ſi mulier alienet quæ alienare prohibita eſt.
Camill. Borell. conſ. 67. num. 29.

26 Secundus eſt caſus, quando maritus ſolus rem dotalem
vendidit, & emptori etiam ſcienti rem eſſe dotalem de
euictione promiſit, quia de euictione tenetur maritus.
*Bald. in leg. prædium num. 5. C. de iure dot. Bart. in dict. l. cum
lex num. 2. Honded. conſ. 19. num. 8. & 15. libr. 2. Odd. qui de
magis communi teſtatur conſ. 21. num. 14. Peregrin. conſ. 19.
num. 5. libr. 3. & deciſ. 14. num. 6. Rota coram Card. Seraph.*
27 *deciſ. 785. num* 8. euictionis tamen promiſſio, debet eſſe
ſpecialis, non in genere. *Coſta de ſcientia, & ignor. Cent. pri-*
28 *ma, diſtinct. 35. num. 10.* emptori vero ignoranti, rem eſſe
dotalem maritus tenetur etiam ad intereſſe, etiamſi nihil
promiſerit. *Peregr. d. conſ. 19. num. 5. Coſta. dict. diſtinct. 35.
num. 10. & 11.*

29 Tertius caſus eſt, ſi mulier & maritus inſimul fundum
dotalem alienarunt & tunc ſi maritus in eodem fundo
partem habeat pro eadem parte, de euictione tenetur, ſi
eam expreſsè promiſſerit. *Sfor. Odd. dicto conſil. 51. nume-
ro 8.*

30 Quartus eſt caſus, quando totus fundus eſt dotalis, quo
caſu, ſi in mariti vtilitatem alienatio fiat, & pretium ad
eius manus perueniat, & vxor pro forma adhibeatur,
iuxta *text. in l. multum intereſt, C. ſi quis alij, vel ſibi. Tiraq.
de retract. §. 31. Gloſ. 10. num. 4. & 5. Ronchegal. in l. eandem
numer. 55. ff. de duob. reis Oſaſch. deciſ. 140. numer. 2.* Tunc
31 ſolus maritus, non autem vxor de euictione tenetur. *Go-
meſ. ad l. Thaur. 61. num. 2. Auendag. de Cenſib. cap. 94. num.
12. & 13,* & non ſolum ad pretium, ſed etiam ad intereſſe.
32 *Odd. dicto conſ. 51. num. 18. & 19.* etſi fuerit interpoſita ſti-
pulatio ad duplum, quamuis emptor ignorauerit, & vxor
medio iuramento renunciauerit. *Guttierez de iurament.
capit. 56. numer. 6. & 7. Auendag. de Cenſibus capit. 94. nu-
mero 13.*

33 Si verò ſciuit, rem eſſe dotalem, tunc ſolum pretium
habebit non duplum, vel intereſſe, per *text. in leg. fin. §.
fin. C. commun. delegat. Vincent. Franch. deciſ. 239. numera 3.
Menoch. conſ. 418. num. 14. Rota coram Cardin. Seraphin. deciſ.
785. num. 8. Sfort. Odd. dicto conſ. 51. num. 19. Petra de fidei-*
34 *comm. quæſt. 14. num. 45.* Niſi expreſsè ſtipulatus fuerit
duplum, quia vltra reſtitutionem pretij illud conſequitur.
Surd. deciſ. 208. numer. 14. qui addit, quod emptor etiam
35 quod ſciat ſeruum fugitiuum, licet de euictione non agat
tamen fallit, quando ſtipullatur fugitiuum non eſſe, *l. apud
Celſum, § Item Labeo, vbi Gloſ. ff. de doli except. Alexand.
conſil. 67. in fine libro* 2. & prædicta in muliere procedunt,
36 abſque eo, quod illa ad aliud teneatur. *Rol. conſ. 64. nu. 9.
lib. 1. Hond. conſ. 45. num. 8. lib. 1.*

37 Quintus eſt caſus, quando alienatio fit in vxoris vti-
litatem, quia pecunia ad eius manus peruenit, & in illius
vſum ſit conuerſa & tunc ſubdiſtingue, an ignorauit, an
ſciuit:

Si ignorauit, vxor ad pretiũ tenetur. *Gomez. in l. Thaur.
61. num. 3. Odd. dicto conſ. 51. num. 20. Auend de Cenſib. dict.
cap. 94. num. 14. Roder. de Ann. reddi. lib. 2. quæſt. 5. num. 16.*
Nam vt ſępè alias dixi, qui de euictione non tenetur, pre-
tium nihilominus reſtituere cogitur.

Si verò ſciuit emptor eſſe dotalem, mulier in nihilo te-
netur *l. ſi fundum, C. de euictio. Gloſ. & alij in l. non dubita-
tur, C. eodem. Paul. de Caſtro in l. emptorem, §. qui autem nu.
3. ff. de action. empt. Dec. conſ. 311. numer. 4. Gozadin. conſ. 24.
num. 7. Natta conſ. 181. num. 5. & 8. Becc. conſ. 24. num. 34.
Tiraqaell. de retract. §. 12. Gloſ. prima, num. 11. Burſat. conſ.
304. num. 43. conſ. 144. num. 33. Couar. variar. reſolut. libr. 3.
cap. 27. num. 3. Rota coram Card. Mantica deciſ. 109. num. 8.
& 14. Menoch. conſ. 1106. num. 3. lib. 12. Peregrin. deciſ. 94.
numer. 6. Odd. dict. conſil. 51. num. 20. Honded. conſil. 45. num.
9. lib. 1.*

38 Fallit, ſi emptor euictionem ſit ſtipulatus. *Peregrin. d.
deciſ. 94. num. 6. Rota coram Cardin. Seraph. dicta deciſ. 765.
numer. 8. Becc. dicto conſ. 24. num. 38. & 39. Gratian. diſcept.
lib. 2. cap. 205. num. 14. ſuper quo videas etiam Odd. conſ. 41.
num. 94. & ſeqq. vſque in finem, & Redoan. de rebus eccleſ.
non alienan. quæſt. 22. num. 22.*

39 Sextus eſt caſus, quando pretium rei dotalis venditæ
pro parte ad mulierem peruenit, & in eius vtilitatem ver-
ſum eſt, & pro parte ad vitum, & tunc vnuſquiſque ipſo-
rum pro ſua parte obligatur. *Roland. d. conſ. 69. num. 9. lib.
1. Honded. d. conſ. 45. num. 10.*

40 Septimus, & vltimus eſt caſus, quando verſamur in du-
bio, & tunc præſumitur totum pretium perueniſſe ad ma-
ritum, vxorem pro eo fideiuſſiſſe, ſic *Honded. d. conſ. 45.
num. 11.* adeo quod euictio pro parte rei euictæ tantum
debita ſit, facta prius æſtimatione, & ſi tota ſit euicta, ad
totum pretium agitur, *leg. 1. vbi Bart. & alij, ff. de euict. Ro-
ta coram Cardin. Mantica deciſ 137. numer. 1. de quo pariter
videas Becc. conſilia 106. numer. 45. & Surd. conſilio 13. &
conſ. 36.*

Prout & de præmiſſis caſibus videto quoque *Barboſ. in
leg. 1. par. 1. nu. 20. ad finem, ff. ſolut. matrim. Gutierez de iu-
ram. confirmat. part. 1. capit. primo. Auendag. de Cenſib. dicto
cap. 94.*

ARGVMENTVM.

Mulier alienanti fundum dotalem cum mariti conſenſu, an licitum ſit illum vendicare, quando mariti bona non ſuperſunt, & hæredes non ſunt ſoluendo.

Et quid ſi fideiuſſorem dederit.

SVMMARIVM.

1 *Mulier agit an rei dotalis vendicationem, quando mariti conſentientis bona non ſuperſunt, & hæredes non ſunt ſoluendo.*

Extende idem procedere in viro ad vtilitatem vxoris, & filiorum, num. 2.

Etiam quod agatur de illius commodo, num. 3.

Et iuramento non obſtante, num. 4.

Primo ampliatur id eſſe adeo verum, vt emptor nullatenus præſcribere poſſit, num. 5.

Secundò ampliatur, vt emptor teneatur ad fructuum reſtitutionem à die mortis mariti, num 6.

Fallit in emptore ſecunda ab bonam fidem, vt non teneatur, niſi de perceptis à die litis conteſtatæ, numero 7.

Extende, vt nec etiam cum melioramentis compenſet, numero 8.

Declaratur num. 9.

10 *Maritus ſi fundum dotalem alienat, vt teneatur de euictione, ſi mulier deinde illum repetat refertur cautela.*

Quæ reprobatur, num. 12.

Sed videas, num 16. & ſeq.

11 *Cura-*

Digitized by Google

11 *Curator minoris ſine decreto prędis prædium ruſticum minoris nulliter alienat.*
Fallit, ſi promittit de proprio ibid.
13 *Fideiuſſoris praſtatio eſt nulla in alienatione fundi dotalis, quia lex reſiſtit.*
Et fideiuſſor liberatur, num. 14.
15 *Fideiuſſor venditioni rerum minoris accedens abſque iudicis decreto, & curatoris authoritate, non valet.*
16 *Mulier alienans fundum dotalem, & pro euictione dans fideiuſſorem, vel pignora, nulliter agit.*
17 *Maritus conſentiente vxore, vel etiam inuita, rem dotalem licet alienare non poſſit, acceſſiones tamen manent, & numero 21.*
Et de ratione, num. 18.
Fallit, ſi venditio fiat à minore abſque curatoris authoritate, & iudicis decreto, licèt cum fideiuſſore, numero 20.
19 *Acceſſionum appellatione, ſeu nomine hypothecæ, & pignora numerantur.*
22 *Bona fides non præſumitur in eo, qui contra iura mercatur.*
23 *Mulier dotem alienare non poteſt conſtante matrimonio in præiudicium viri etiam in filios.*
24 *Dos datur viro, vt ex fructibus ſubineat onera matrimonij.*
25 *Fructus dotis ſunt mariti, licet matrimonium eſſet putatiuum, num. 26.*
27 *Mulier dotem recuperans ob vergentiam viri ad inopiam, eam alienare non poteſt.*
28 *Mulier ad rei alienatæ recuperationem non admittitur, ſi in venditione mentiatur eam eſſe talem.*
Fallit, ſi emptor ſciat eſſe dotalem, quia punitur amiſſion pretij, num. 29.

Quæſt. LXXIII.

1 IN *quaſt. 71. num. 22. concluſum fuit*, mulierem alienantem rem dotalem cum conſenſu viri, eam vendicare non poſſe, ſi ſit in bonis ſui viri ſecura.

2 Modò quæritur, quid ſi non ſuperſint bona mariti, & hæredes non ſoluendo, an mulier rem ipſam dotalem vendicare poſſit.

3 Et dicitur poſſe, ſicuti reſpondit. *Pariſ. conſ. 75. libr. 3. Roder. de Annu. reddit. quaſt. 5. numero 18. Caſtil. in legem Thaur. 60. Gomez in leg. Thaur. 61. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 311. Burgoſ. de Paz quaſt. 5. num. 58.* quamuis ab his diſſen-
4 tiat *Velaſcb. deciſ. 70.* quemadmodum poterat vir ad vtilitatem vxoris, & filiorum *c. ſi quis Præsbyterorum, & ibi Bero num. 48. de reb. eccl. non alienan. Phanuc. de inuentar. parte ſeptima num. 171. Barboſ. in l. 1. par. 5. num. 15. ff. ſoluto matrim.* & ſi in eiuſdem reſultet commodum in conſequentiam *l. 1. ff. de authorita. tutor. Guttierez de iuram. confirma. part. 1. cap. 1. numer 98. non obſtante iuramento. Phanuc. in dicto tract. de inuentar. par. 5. num. 171. Guttierez in dict. cap. 1. numer. 96. Barboſ. in dicta leg. 1. parte ſeu §. 5. numer. 17.*

5 Primò ampliatur prædicta eſſe adeo vera, vt etiam emptor non poſſit præſcribere, *l. ſi fundus, vbi Bartol. ff. de fundo dotali. Afflict. deciſ. 228. num. 2. Art. Pinell. in authen. niſi triennale, num. 28. C. de bon. matern.*

6 Secundo ampliatur, vt etiam emptor teneatur ad fructuum reſtitutionem à die mortis mariti. *Rota deciſ. 14. num. 4. parte prima in nouiſs.* licet non ante, quia fructus ſunt mariti eo viuente, cum ſit rei dominus, *l. doce ancillam, C. de rei vendicat. Caphalus conſ. 63. numer 22. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 30. nu. 1. Spin. de teſtament. Gloſ. 13. num. 66. Barboſ. in leg. de diuiſione num. 4. & in dicta l. prima parte quinta num. 28 ff. ſoluto matrim.*

7 Quamuis emptor ſecundus excuſaretur ad bonam fidem, ne teneatur niſi de perceptis à die litis côteſtatę *l. ſi mugator vbi Bald. & omnes, C. de fructibus, & lit. expen. Alexan. Rauden. deciſ. Piſan. 30. num. 215. & 184. & in tractat. de Analog. cap. 37. num. 174. 175. & 178. Petra de fideicommiſs. quaſt. 15. num. 313. & 334. Pinell. in dicta l. 2. part. 2. cap. 4. num. 62. C. de reſcind. vendit. Peregr. de fideicommiſs.*
8 *artic. 49. num. 117.* Ita quod nempè cum melioramentis compenſet. *Pinell. dicto capit. 4. numer. 62. Garz. de impenſ. & meliorat. capit. 23. numer. 57. Rauden. deciſ. 31. numer. 304.*

9 Declaratur dicta concluſio vt ſi vera, quatenus à marito prius reſtituatur ei pretium cum intereſſe *Ccanet. conſ. 83. num. 1. conſ. 329. num. 9. Afflict. deciſ. 220. nu. 4. Caphal. conſ. 207. in princ. Marcheſan. reſol. lib. 1. reſol. 28. numer. 1. Thob. Non. conſ. 88. num. 11. Surd. deciſ. 39. num. 24. & deciſ. 183. num. 49. Peregrin. conſ. 19. num. 5. lib. 3. Rota deciſ. 111. deciſ. 805. & deciſ. 810. par. 1. in nouiſs.*

10 Sed pone quod maritus fundum dotalem alienet, an is teneatur de euictione, ſi mulier deinde illum repetat?

Doctores in hoc dant cautelam emptori, vt faciat in venditione præſtari fideiuſſorem, qui de euictione tenebitur: quoniam prohibitio alienationis fundi dotalis reſpicit fauorem mulieris, non viri: ergo ratione viri bene obligabitur fideiuſſor, cum vir tamquam principalis de euictione teneatur. *Cyn. in l. ſi prædium, C. de iure dot. Ant. de Butrio in cap. cum contingas, extra de iureiur. Ioan. Campeg. in tract. de dote, quaſt. 7 & par. 4. quaſt. 21.* vbi de communi teſtatur, & ſibi ſatis probari ait, & præcipuè ex *leg.*
11 *& ſi is C. de Præd. minor.* Vbi curator minoris, ſine decreto præſidis prædium ruſticum minoris alienauit, & pro euictione ex rebus proprijs pignora quædam obligauit, venditio per præſidem tamquam contra leges, ſeu conſtitutiones facta reſciſſa fuit, pignora tamen obligata remanſerunt: ergo idem dicendum videtur in alienatione fundi dotalis, vt alienatio ſcilicet reſcindatur, fideiuſſoris vero obligatio remanet.

12 Cæterum hanc cautelam expreſsè reprobat *Cæpoll. in*
13 *cautel. 120. incip.* qui vult cauere; dicens iſto caſu fideiuſſoris præſtationem eſſe nullam, quia alienationi fundi dotalis *lex reſiſtit. §. inſtit. quib. alien. liceat, vel non.* Nec ideo mirum, ſi alienans reuocare poſſit, tamquam quod propter bonum publicum ſaltem ſecundario id prohibitum cenſeatur *Gloſ. in l. 1. & ibidem Bald. C. de libera cauſ. Cremen. ſing. 113. Roman. conſ. 370. Alexan. conſ. 123. num. 6. libro primo. & conſ. 93. libro ſecunda Pariſ. conſil. 53. numer. 5. & 16. lib. 1. Socin. conſil. 79. num. 34. & 46. lib 4. Cacheran. deciſ. pen. num. 12. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. Gloſ. 2. numero quinto, & 11. & in l. ſi vnquam. ver. reuertatur, num. 406. C. de reuocan. donat. Natt. conſil. 198. num. 28. Becc. conſ. 72. num. 17. & conſ. 90. numer. 15. Eugen. conſ. 24. num. 10. Barboſ. in l. 1. parte quinta numer. 15. & 19 ff. ſolut. matrimon. Baez de dot. cap 11. num. 82. cap. 34. nu n. 2. 3. & 4. & 5. Ludou. Molin. de primogen. Hiſpan. libro quarto cap. 1. num. 18. Velaſcb. conſult. 69. numer. 14. Surd. deciſ. 51. num. 17. conſil. 28. numero 97. Menoch. conſil. 1. num. 10. conſ. 89. num. 79. & conſil. 1094. num. 34. Caualcan. de tut. curat. 162. 163. & 177. Guttierez pract. qq. quaſt. 41. numer. 2. Rota deciſ. 14 num. 3 parte prima in nouiſs. Peregrin conſil. 19. nu-*
14 *mero quarto, & conſil. 22. num. 14. lib. 3.* Cum autem alienationibus lex reſiſtit, vt in *l. non dubium, Cod. de legib.* tunc etiam fideiuſſor liberatur, cum ſi non liberaretur, per competentem actionem ad rem perueniretur, contra le-
15 gis mentem, intentionem *l. cum lex ff. de fideiuſ. Gammæ in deciſ. Luſitan. 39. numer. 2.* dicens, quod fideiuſſio venditioni rerum minoris accedens factæ abſque iudicis decreto, & curatoris authoritate non valet *Summa Angelic. in ver. fideiuſſ. num. 19.*

16 Idem-

16 Idemque obtinere videtur in alienatione fundi dotalis: nam ſi mulier alienat, & pro euictione dat fideiuſſorem, vel pignora, datio eſt nulla *dicta l. cum lex, & ita recipienda videtur cautel. Capoll. tradunt in ſpecie Bald. in leg. ſi*
17 *pradium, numero quarto, Cod. de iure dot. in l. vxorem num. 3. C. de condit. inſer. & in cap. ex parte Decani num. 7. de reſcrip. Alexan. conſ. 66. num. 4. lib. 3. Pariſ. conſil. 110. numer. 75. libro primo Ruyn. conſil. 132. num. 10. lib. 1. Menoch. conſ. 559. num. 13. & 19. lib. 6.*

Si verò maritus alienet conſentiente vxore, vel etiam ea inuita, alienatio quidem non tenet; acceſſiones autem manebunt, & imputet ſibi maritus, ſi contra legem fecit, & vltro ſe tali neceſſitati ſubiecit, dicta *l. & ſi is, & ibi Bald. poſt Cyn. Cod. de præd. minor. Campeg. de dote par. 4. quæſt. 17. in fine, vbi de communi fidem facit.*

18 Et prædicta ratio aſſignari poteſt quoad fideiuſſoris & pignorum præſtationem, non quaſi fideiuſſio ſit acceſſio principalis obligationis, non ſic pignus, quodque ideò
19 principali non ſubſiſtente corruat etiam fideiuſſio tanquam acceſſorium: nam & hypothecæ, ac pignora inter acceſſiones numerantur, *l. in omnibus, ff. de ſolut. ſed quia in dicto l. & ſi is,* ſupponitur primo curatorem contra leges, & conſtitutiones prædium minoris alienaſſe, & poſtea pro euictionis periculo pignora nominatim obligaſſe, ac denique etiam obligaſſe res non pupilli neque alterius tertij, ſed ſua propria.

20 Quibus fit, aliud eſſe, ſi ipſe minor, & aliud ſi curator pro ſua authoritate diſtraxerit: nam ſi minor ipſe ſine præſidis decreto alienauerit, & pro euictione fideiuſſores vel pignora dederit, venditio non valet, neque acceſſio-
21 nes tenentur, *d. l. cum lex. & ibi Bart.* Verum ſi curator alienauerit, & pignora, ac fideiuſſores præſtiterit, venditio quidem reſcinditur: acceſſiones verò non liberantur imputet enim ſibi curator, quod contra legis interdictum prædia minorum diſtraxit, & res proprias pro euictione obligauit; nam qui contra iura mercatur, bonam fidem
22 non præſumitur habere *l. qui à quolibet, cum ll. ſeqq. ff. de contrahen. emption. cap. qui contra de reg. iur. in 6. Simoncell. in tract. de decret. minor. lib. 2. tit. 5. Inſpect. 3. numer. 28. & 29. Anton. Quetta conſil. 54. numer. 4. 5. 6. & 7. Hieronim. Lourent. deciſ. Auenn. 103. numero ſexto*, ergo idem obtinere debet in alienatione rei dotalis, vt ſuperius fuit dictum.

23 Inſuper notandum eſt mulierem dotem alienare non poſſe conſtante matrimonio etiam in filio in viri ſui præiudicium *Conar. variar. reſolut. c. 1. num. 2. Franc. Sarmient.*
24 *Select. interpr. lib. 1. cap. 10.* Nedum quia maritus conſtante matrimonio eſt dominus dotis, *l. doce ancillam, C. de rei vendic. §. 1. inſtit. quib. alien. lic. vel non. Ludou. Morot. conſ. 53. num. 16.* ſed etiam quia dos datur viro, vt ex fructibus onera matrimonij ſuſtineat, *l. dotis fructus l. plerumque, ff. de iure dot. leg. pro oneribus, Cod. eod. l. ſi maritus, ff. famil. herciſcun. Rota coram Cardin. Mantica deciſ. 26. numero 1. & 2. & deciſ. 151. numer. 3. & 4. & fructus mariti ſunt.*
25 *Surd. de aliment. tit. 7. quæſt. 7. numer. 5. quamuis putorinum*
26 *eſſet matrimonium. Rota coram D. Cardin. Mantica deciſ. 349.*

27 Prout nec vxor ſi viro ad inopiam vergente dotem, ac donationem propter nuptias repetat, quia exinde alienare ei non permittitur, cum integra proprietas eius manere debeat, vt ex fructibus coniuges & familia alantur. *Petr. de Rauen. ſing. 139. Vin. deciſ. 413. Borgn. deciſ. 13. n. 14. part. 4.*

28 Item ſcias, quod mulier ad rei dotalis alienatæ vendicationem nō admittitur, quando in alienatione rem dotalem non eſſe mentiatur, *l. ſi ſine, C. ad Velleian. Tiraquell. de legib. connub. libr. 8. numer. 125. Vetraſch. conſult. 150. nu-*
29 *mer. 5. Surd. deciſ. 164. numer. 9. leg. iubemus, §. Sancimus. il primo, C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi ſummot text.* quod emptor punitur amiſſione pretij latè *Cranct. de indemnitat. mult. verſic. neque obſtat, numero 23. Odd. conſil. 41. numero 94. & in tractat. de reſtitut. in integr. quæſt. 24. artic. ſeptimo.*

ARGVMENTVM.

Filia, cui dos fuit euicta, vel eam amiſit abſque culpa, an iterum à patre dotari debeat.

A fratre, qui dotauit de proprijs bonis, an idem ſit obſeruandum.

Et quid, quando dos fuit diminuta?

Filius an teneatus dotare matrem inopem iuuenem, ac formoſam, quæ ſecundo nubere velit.

SVMMARIVM.

1 *Dotaſſe non dicitur, qui dotem dedit ab alio poſtea euictam.*
2 *Satiſdatio ſi non durat, non dicitur ſatiſdatum.*
3 *Verſum non dicitur, quod non durat verſum.*
4 *Obligatio eſt perempta ex primo actu ſolutionis, videas numero ſeq.*
5 *Obligatio legis ita durat, quantum remanet cauſa finalis inductiua ipſius obligationis, ſeu ipſa neceſſitas.*
6 *Filia dotem amiſſam abſque culpa imputare non debet in eius legitiam.*
Tenetur tamen conferre actionem etiam inanem contra virum, eamque cedere, ſi ille effectus ſit inops, numero ſeptimo.
8 *Filio, quæ dotem amiſit ſine culpa iterum eſt à patre dotanda, ſecuta illius euictione, ſeu amiſſione.*
Idem dicitur procedere in dote eccleſia, ſub numero vigeſimoquinto.
9. *Frater dotans ſororem de bonis paternis dicitur dotaſſe vti miniſter patris, ita vt dicatur dos ab eo data, non à fratre.*
Contrarium tenentibus reſpondetur numero 13. & ſequentibus
10 *Pater quamuis teneatur redotare filiam, non tamen frater ſororem.*
Sed contra, quod frater teneatur redotare, etiam quod dotauerit de ſuis bonis, num 11.
12 *Dos conſtituenda eſt filiæ, ſeu ſorori potius in ſtabilibus, vt euitetur onus redotationis.*
14 *Opinio, quæ vltimo loco refertur, cenſetur approbata.*
15 *Dictum Doctoris debet intelligi iuxta doctrinas allegatas.*
16 *Socinus non cogitur redotare filiam ſocij, quæ dotem amiſit.*
17 *Pars dotis amiſſæ abſque culpa filię dotatę à patre, vel fratre, eſt eidem reddenda, ſicut quando tota dos fuit deperdita. Fallit, vt num. 18.*
19 *Idem iuris eſt de toto, quoad totum, quod de parte quoad partem.*
20 *Promiſſiones, quę in cauſis dotium fiunt, locum habent, ſiue petatur tota dos, ſiue etiam pars.*
21 *Rei appellatione, etiam pars continetur, ſiue agatur affirmatiuè, ſiue negatiuè.*
22 *Sub genere veniunt ſingulę eius ſpecies, tam in fauorabilibus, quàm in odioſis.*

23 *Dos*

23 *Dos ſtante ſtatuto Piſauri ſuccedit loco legitimę, & alimentorum.*
24 *Filia eſt redotanda quando nubet, eum interim ſit alenda.*
Intelliga viuente patre, ſecus ſi poſt eius obitum petatur dos ſubrogata loco legitimæ iuxta prędictum ſtetutum nu. 25.
Et quid ſi filia ſecundo non nubat, ibid.
26 *Filius tenetur conſtituere dotem matri inopi adoleſcenti, ac formoſę ſecundo nubenti, & num. ſeq.*
27 *Mater tenetur prouidere filijs.*
28 *Filius omnia, etiam vitam debet parentibus.*
29 *Honor vitę ęquiparatur,*
Immò, & pręfertur, num. 30.

Quæſt. LXXIV.

1 VEra eſt ſententia, quòd non dicitur dotaſſe, qui dedit dotem poſtea ab alio euictam, *Bal. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam. Benedict. Capra conſ. 143. col. 2.*
2 *Surd. in tract. de aliment. tit. 7. q. 20. num. 2.* ſicuti ſatiſdationem dicere non debemus ſi non duret ſatiſdatio *leg. 1. §. quòd ait Pretor, ff. quorum legat,* nec etiam videtur verſum,
3 quod non permanet verſum. *Gloſ.* quæ hæc & alia ſimilia refert in *l. ſi pro parte, ff. de in rem verſic. Marſil. in l. fin. nu. 155. de iuriſdiction. omn. indic. latè Tiraq. de retract. conuent. §. 2. Gloſ. vnica num. 9. & in repet. l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos, ſub num. 175. C. de reuoc. donat.*

Vnde quæritur, an filia, quæ dotem amiſit, vel eidem fuit euicta abſque illius culpa, iterum ſit a patre redotanda.

4 Et reſpondendum videtur quòd non, cum ex primo actu ſolutionis obligatio ſit perempta, *leg. prout quiſque de ſolution.*

5 Sed contrarium verius, ac receptius eſt: quoniam obligatio iſta durat, quantum remanet cauſa finalis inductiua ipſius obligationis, ſeu ipſa neceſſitas *Bal. in l. qui per ſalutem, ff. de iureiur. Boer. dec. 131. numer. 3. Campeg. de dote part. 1. quęſt. 26.* & contrarium procedit in obligatione conuentionali, non in legali, quę eſt contra patrem, vt inferius docetur.

6 Ideò ſi dos data filiæ abſque illius culpa fuerit deperdita, ex eo, videlicet, quod eius vir vergerit ad inopiam, filia non tenebitur huiuſmodi dotem in legitimam imputare poſt mortem patris, ſed iterum eſt dotanda, quod
menti tenendũ dixit *Guliel. Benedict. in c. Raynutius, in ver.*
7 *dotem, quam ei, dederat, num. 20. de teſtam.* cum ſufficiat, quòd filia, quæ dotem amiſit, conferat illam actionem quam habet aduerſus virum hoc eſt, quòd maritus facere poteſt, *l. 1. §. cum dos, & ibi Gloſ. in ver. poteſt de collat. dot. auth. quod locum, C. de collat. Afflict. deciſ. 247. nu. 1.* eleganter *Munoz de ratiocin. adminiſtr. comput. 18. num. 6.* & quidem regulariter in dote venit euictio ad fauorem mulie-
8 ris, quæ illam amiſit, abſque culpa, & dolo: nam tunc ipſa mulier debet redotari per eum, qui tenebatur ad dotandum ex legis diſpoſitione, quæ alias dicitur neceſſitas præciſa, *Aym. in conſ. 2. pro genero ſub numer. 4. in fine. Oſaſch. deciſ. 167. num. 4.* quare non mirum ſi dote euicta iterum per partem facienda ſit dotis conſtitutio, *Ripa in l. 2. § item ſi voluntate, num. 7. ff. ſoluto matrim. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 182. num. 57. de commun. Surd. in tract. de aliment. tit. 7. quęſt. 5. num. 5. poſt Socin. conſ. 291. ſub num. 6. verſ. ſed huic conſiderationi lib. 2. Alexan. & alij in l. ſi cum dotem, §. 1. ff. ſol. matr. Tiraq. in l. Boues, §. hoc ſermone limit. 9. num. 4. ff. de verbor. ſignif. Boer. deciſ. 131. num. 3. & 4.*

9 Quòd extenditur procedere quoque in fratre dotante de bonis paternis tanquàm illius miniſtro; quo caſu attendendum non eſt quod frater dotauerit, cum pater cenſeatur dotaſſe, ex quo bona erant ipſius, non fratris, qui præbuit nondum miniſterium, laborem, & operam, *Bal. in l. neque mater, num. 3. C. de iure dot. & in l. 1. Cod. de legit. hęred. Curt. ſen. conſ. 27. num. 37. Paul. de Caſtro conſ. 196. n. 4. lib. 1. Iaſ. in l. vt liberis n. 6. C. de collat. Hier. Gabr. conſ. 5. num. 45. lib. 1. Campeg. de dote q. 15. n. 70. Nat. de ſtatut. exclu. fœm. q. 2. num. 70. Caroc. in addit. ad Dec. conſ. 106. num. 7. latè Surd. de alimen. tit. 1. quęſt. 39. num. 6. & 7.* tanquam debeat attendi perſona repræſentata, non repreſentans, *l. denique, §. finali, ff. de minor.*

10 An autem idem procedat quando frater dotauit ſororem de bonis proprijs, alia eſt maior difficultas.

Et videtur concludendum fratrem non teneri, quidquid aliud ſit in patre, cum eius obligatio non ſi ita arcta, ſicut illa patris; & hanc ſententiã probaſſe videntur *Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 9. num. 14. ff. de verb. ſing. Catell. Cotta in memoris, in ver. executores teſtamenti, verſ. & poteſt confirmari, Spin. de teſtament. gloſ. 10. numer. 42. Lup. in cap. per veſtras, not. 3. §. 24.* quod eſt vltimum incip. an auus teneatur neptes dotare, *num. 5. de donat. inter vir. & vxor. Soc. conſ. 5. numer. 7. & 8. lib. 4. Afflict. ad conſtit. Regn. libr. 3. rubr. 14. de fratrib. obligant. par. feud. pro dotib. ſoror. num. 3. Barbaſ. in l. 1. part. 4. num. 140. ff. ſoluto matrim. Boer. deciſ. 131. num. 8. Pellicia ſuper conſuetud. auerſan. in pręlud. num. 267.*

Mouentur prædicti Doctores *ex text. in leg. ſi ſocius pro filiam, ff. pro ſocio,* de quo inferius dicemus.

11 Contrarium tamen vti verius & receptius concluditur, nempè fratrẽ teneri ſororem redotare, quæ dotem amiſit abſque culpa, cum eadem ratio militet in eo, quæ viget in patre; licèt enim pater teneatur filiam dotare arctiori ratione, quam frater ipſorum nihilominus vterq; ad id eſt obligatus ex iuris diſpoſitione; ac ideò cum onus alendi quod erat in patre, & in caſibus, in quibus debet ſoror per fratrem dotari, adſit, nulla eſt inter eos conſtituenda differentia; ſed tàm ab vno, quàm ab altero debet redotari, quæ ſine culpa ſuam dotem amiſit, quemadmodum de veriori ſententia teſtatur *Alex. in l. ſi cum dotem §. ſi poſt. ſolutum, num. 7. & 8. ff. ſoluto matrim.* nam cum ſorori nihil poſſit imputari, non eſt priuanda eius dote, maximè diſſoluto matrimonio: quidquid illo conſtãte nõ eſſet redotãda, cũ alias nõ poſſit mulier ita faciliter nubere atq; ita patrimoniũ impediretur, quod admittendum nõ eſt, prout notauit *Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. c. 16. n. 23. & 24. & 26. verſ. ſed contrariam poſt Bart. in dicta leg. ſi cum dotem, §. ſi poſt ſolutum ſub num. 2. verſ. puto ſic dicendum, ff. ſoluto matrim. per tex. in authen.* quod locum, vbi *Bal. num. 4. C. de collat. Boer. deciſ. 131. num. 5. Ripa in leg. 2. § item ſi voluntate, n. 7. ff ſolut. matrim. Gul. Benedict. in capit. Raynutius in ver. dotem, quam ei dederat, num. 19. de teſtam. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 182. num. 57. Surd. de alimen. tit. 7. quæſt. 5. num. 7. & ante hos Iaſ. in l. duobus, §. ſi ei, qui, ſub nu. 15. verſ. Tu intellige, & in l. diuortio, §. quod in anno num. 25. in fine, ff. ſolu. matrim. Peregr. de fideicom. art. 42. num. 11.*

12 Quare datur cautela, vt omnis ſcrupulus remoueatur, quod puellis maritandis, ſeu dotandis non detur pecunia, ſeu alia, res quę de facili perire poſſit, ſed conſtituatur ſuper redditibus bonorũ, ſeu ſuper bonis, in quibus minus iſta iactura poſſit accidere, vt aduertit *Ludou. Mol. in d. c. 16. numer. 28.*

13 Non obſtant in contrarium adducti; quia præter id, quòd concluſio per nos firmata verius eſt, & recepta; & quòd contraria nulla lege, ac ratione ſuſtineri poſſit, vt inquit *Alexand. in dict. leg. cum dotem §. poſt ſolutum num. 7. & 8. ff. ſoluto matrim.* ad quem omnes ſe referre teſtatur *Mol. d. cap. 16. ſub numer. 26. verſic.* ſed contrariam opinionem, & Doctores ex aduerſo adducti illam non firment: tamen illis reſpondendo dicitur, quòd *Tiraquell. in d. l. boues, §. hoc ſermone limit. 9. num. 14. in fin.* ſe remittit *Alexandr. in dict. leg. ſi cum dotem, §. 1.* qui vt fuit dictum

dictum, tenet contra fratrem ad fauorem ſororis.
Caſtell, Cotta in dicto ver. executores teſtamenti verſic. & poteſt confirmari, poſt aliquos relatos ad fauorem fratris, dicit in fine, quod aliter concludit *Alexand. in d. l. ſi cum dotem*, §.1. ita quod illius opinio tamquàm vltimo relata potius approbata cenſeatur *Gloſ. in leg. qui filium §. Sabinus, in ver. ſi paulò, verſ. reſpondet ff. ad Trebell.*
14 *Bal. in l. ſi mater, C. ne de ſtat. defunct. & in Auth. ex teſtamento, C. de collation.*
Eodem modò reſpondetur *de Spin. teſtam. Gloſ. 10. num. 42.* ex eo, quod pro fratre adducit *Alex. Tiraq. & Molin. in locis præcitatis*, qui tamen omnes contrarium conclu-
15 dunt, vt fuit demonſtratum, & illius dictum intelligi debet ſecundum Doctores quos allegat ad ſcripta per *Bald. in Auth. ſed iam neceſſe, C. de donat. ante nupt. Rol. a Valle conſ. 39. num. 32. lib. 4 Surd. conſ. 9. n. 50. lib. 1.*
Non etiam *Lup. in c. per veſtras not. 3. num. 24. nam & is citat Iaſ. in §. fuerat n. 135. in Gl. in ver. tempeſtate, Inſtit. de action. & ait, quod ſequitur Bal. in l. fin. Cod. de dot. promiſs.* quòd eſt falſũ, cum imò *Iaſ. vbi ſupra n. 136.* contrariũ allegat, ea ductus ratione, quoniam eadem eſt ratio in patre, quæ etiam in fratre ex prædictis.
16 Neque mouet *Socin. d. conſ. 5. n. 7. & 8.* is enim loquitur in ſocio, ac facit differentiam inter patrem, & ſocium: quia licèt pater teneatur filiam redotare, non tamen ſic eſt in ſocio, qui non tenetur ex obligatione legali quemadmodum pater, ſed obligatione hominis, quę verificatur in primo actu, quoniam attenta cauſa originaria ipſius ſocietatis contractę dicitur inita obligatio ex hominis diſpoſitione, quamuis deinde ſuccedat legis diſpoſitio mandans, quòd à ſocijs filia de communi dotetur: quæ originaria cauſa potius attendi debet: ſecuti declarat idem *Socin. dict. conſ. 5. n. 7. & 8. lib. 4.* qui licet addat ſimile de fratre ſecundum *Bald. in d. l. fin. in prima lectura nu. 7. & 8. C. de dot. promiſs.* tamen non bene ponit, quia contradicit propoſitioni, quam firmauit de ſocio, tanquam obligato ex hominis diſpoſitione, cum tamen frater obligatus ſit ex diſpoſitione legali, per quam cogitur ſororem dotare, *l. non omni, C. de adminiſtr. tutor. Surd in tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 25. num. 9. & infra.*
Afflict. adductus ſuper conſtit. Regni lib. 3. rubr. 14. de fratribus obligan. par. feud. pro dote ſororum, num. 3. quamuis in prin. teneat pro fratre: tamen poſtea in fine contrarium firmat, ſequendo *Alexand. in d. l. ſi cum dotem, §. 1. ff. ſolut. matrim. Barboſ. in d. l. 1. par. 4. num. 140. Boer. dicta deciſ. 137. num. 8. & Pellic. in d. prælud. num. 267.* qui ſuperſunt ex contrarijs, non ſunt tantæ auctoritatis, quòd præferri debeant *Alex. Moli.* ac cæteris contrarium aſſerentibus: præcipuè cum fundent eorum ſententiam in *l. ſi ſocius pro filia, §. filiam, ff. pro ſocio*, que nihil facit in propoſito, cum loquatur in dote debita per ſocius ex ordinatione contrahentium: non autem ex legis diſpoſitione, ac naturæ, prout eſt ea, quæ debetur a fratre, vt dixi; & in ſpecie reſpondet *Bal. in d. l. ſi cum dotem, §. ſi poſt ſolutum verſ. nec obſtat ſupra, ff. ſoluto matr. Iaſ in d. §. fuerat n. 135. & ſeq. Inſtit. de action. Mol. de primog. Hiſpan. lib. 2. c. 16. num. 27.*
17 Et dicta vltima opinio affirmatiua procedit, ſiue in totum ſit amiſſa, ſiue pro parte, vt ſcilicet, tam pater, quàm frater teneantur, filiam, ſororem reſpectiue redotare, ſicut quando tota dos fuit perdita, tanquam ipſam dotem debeant totam conſeruare pro eis abſq; vlla diminutione, ad ſcripta in ſpecie per *Alciat. conſ. 35. n. 3. lib.*
18 *5. tom. 3. Boer. deciſ. 137. num. 2.* niſi tamen conditio patris, vel fratris fuiſſet facta deterior, & contigiſſet diminutio ſubſtantiæ illorum: quia tunc non tenentur redotare, niſi quatenus eorundem ſubſtantiæ vires adeſt, per *text. in §. quia verò, in Auth. de æqualita. dot. & in Authen. ſed quamuis, C. de rei vxor. act. & ibi Cyn. Boer. d. deciſ. 137. n. 2. Menoch. conſ. 370. num. 27. lib. 4. Alciat. dicto conſ. 35. num. 3. lib. 5. tom. 2. poſt Socin. conſ. 57. numer. 31. lib. 4.* vbi etiam quòd in hoc ſtatu arbitrio iudicis, *Cyn. in d. Authent. ſed quamuis*, & prædictorum ea poteſt adduci ratio, qua vbi reficienda non eſſet dos iſta deminuta, mulier non poſſet de facili nubere, & virum inuenire, & ita impediretur matrimonium, quòd abhorrent iura: & plus, & minus non fa-
19 ciunt differre ſpecie: & idem ius ſit de toto quoad totum, quod de parte quoad partẽ, *l. q. de tota, in pri. ff. de rei iudicat. l. ſi eum, ff. de legat. 1. l. tres tutores, vbi Bar. ff. de adminiſtr. tutor. cum ſimilib.* & in ſpecie in dote, quod idem ſeruetur,
20 ſi petatur tota, ſiue pars, *Rebuff. ad conſtit. Reg. Gall. tit. de ſentent. præiudicialibus, ſiue prouiſionat. art. 3. Gloſ. 1. nu. 4. tom. 1.* cum appellatione etiam pars contineatur, *l. 4. §. 1.*
21 *de dam. infect. l. dotale, la prima, §. prædij, ff. de dotal. l. appellatione rei, ff. de verb. ſignif. vbi Rebuff. col. 2.* ampliat locum habere, ſiue agatur affirmatiuam, ſiue negatiuè, *l. ſi quis*
22 *cum totum, ff. de except. rei iudica.* quod procedit tàm in odioſis, & in materia ſtricta, quàm in fauorabilibus, *l. item legato, §. item intereſt, ff. de lega. 3. Gloſ. in l. ſi dictum, §. in ſtipulatione, ff. de evict.*
23 Quæ præſertim procedunt, vbi extat ſtatutum fæminarum excluſiuum ſimpliciter, & abſolutè, ſi fuerint dotatæ vel ſi non fuerint dotatæ, mandat dotari, ſicuti eſt in hac ciuitate Piſauri *ſub rubr. 110. lib. 2.* quia tunc dos ſuccedit loco legitimæ alimentorum, & eorum loco ſubrugatur, vt ſcripſit *Simon de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 1. dubit 5. ſolut. 4. n. 17. 18. & in fine*, & aliquid ego ipſe dixi in *tract. de imputa. & detract. quæſt. 57. num. 27. & ſeqq.* prout & ſtante ſimili ſtatuto vrbis latè reſoluit *Rota in Romana de Margaris 9. Decembris 1616. coram bo. mem. D. Burrato, & coram Santiſſimo in Peruſina de Alphanis 15. Iunij 1612. Card. Seraph. deciſ. 1315. num. 1. & 2.* nam ſi bona per patrem filio aſſignata pro legitima, & alimentis perdantur abſq; culpa, iterum ſunt ei alia bona aſſignanda loco deperditorum, *l. etiam, §. 1. ff. ſoluto matr. Bald. in d. l. ſi cum dotem, §. poſt ſolutum, ff. eodem, Surd. in tract. de alimen. tit. 7. quæſt. 1.* cum legitima debeat ſemper integra remanere, nec diminui valeat, *l. quoniam in prioribus, & leg. omnimodo. C. de inoffic. teſtament. Natta conſ. 528. numer. 28. Caphal. conſil. 56. num. 22. Surdus de aliment. tit. 9. quæſt. 34. num. 23.*
24 Benè verum eſt, quòd ſi pater viuat, & filia vidua reuertatur ad domum ipſius patris, ab eo ali debet, & per eundem patrem conſeruatur dos pro ſecundis nuptijs, iuxta quæ adducuntur per *Rot. in deciſ. 708. num. 1. parte 1. in recentior.* & in eadem cauſa coram *bon. mem. Vbal. 26.*
25 *Aprilis 1619.* ſecus ſi poſt mortem patris dos petitur ſubrogata loco legitimæ ab hæredibus eiuſdem patris, quia tunc non amplius agitur de alimentis, ſed legitima aſſignari debet non diminuta, neque in temporo, neque in quantitate, cum dicatur ſpecies debiti, *l. fin. Cod. de repud hæredit. l. Papinianus, §. quoniam autem quarta, ff. de inoffic. teſtam.* & in ea filius dicitur creditor *l. ſi quis legatum, ff. de fal. l. fin. C. eod. tit. Rol. conſil. 39. num. 25. libr. 3. Natt. conſil. 528. numer. 29. & ſeq. ego ipſe in tract. de imput. quæſt. 49 num. 20.*
Vnde concludunt Doct. quod ſi filia remaneat vidua, & reuertatur ad domum patris, dos etiam eſt ei reſtituenda, licèt efficiatur de patrimonio patris ad effectum illam conſeruandi pro ſecundis nuptijs, vt ſupra; quæ ſi non ſequantur, poſt obitũ ipſius patris, talis dos diuiditur inter illam, & fratres pro portionibus hæreditarijs, ex dictis per *Caſtren. conſ. 11. numer. 2. lib. 2. Salyc. in Authent. ſed quamuis num. 5. cum ſeq. C. de rei vxor. actio.* quod ſequitur *Rota coram bon. mem. Vbaldo in dict. Romana dotis 26. Aprilis 1619.*
Idem quod ſuperius dictum in dote mulieris quoad euictionem, & hypothecam, in dote Eccleſiæ locum habere dicitur, vt per *Lamberten. in tract. de iur. patr. li. 1. par. 1.*
quæſt.

Digitized by Google

q.5.art.8.in ſeptimo,& octauo priuileg. Monet.in tractat. de commun.vlt.volunt.cap.11.ſub num.34c.vbi latè.

A filio quid in materia dotationis ſeruandum ſit, nunc diſſeramus.

26 Et ſanè dicimus, filium teneri dotem conſtituere matri ſecundò nubere volenti, ex communi ſcribentium voto, quæ ſit adoleſcens, formoſa, & dote careat, & ita ſit pauper, ſic *Bal. Nouell. in tractat. de dot. p.6. in decimaſexta ſpecial.num.5.& in l.1.num.136.ff.ſoluto matrim. vbi etiam Rip.num.82. Tiraq. de iure primog. quæſt.62. numer.13.& de legib.connubial.l.2.ſub num.6.verſic. tamen ſi mater*, qui dixit tria hæc concurrere debere; paupertas ſcilicet, iuuentus, & pulchritudo. Idem voluerunt *Cordub. in l.ſi quis à liberis,§.verum numer.89. ff. de liber. agnoſc. Boer. deciſ. 129.in fine, Pic.in leg.in quartam numer.199.ff. ad leg.Falc. Bologaett.in leg.prima,numer.128.ff.ſolut matrim. Tellius in commentar. ad leges Hiſpan.Thauri lege 10.numer.46. Gaſpar.Bucſius in tractat.de non melioran.filiob.capit.12.num. 46.Melchior.Palaez.in tract.maioratuum par.4. quæſt. 27. numer.9. & Surd.in tractat.de alim tit.1,quæſt.22. numero*

27 12. quæ ſententia ex eo confirmatur, quod ſicuti mater prouidere debet ac ſolet filijs, quando adeſt iuſta cauſa, *leg.mater,C.de iure dot.* ita quoque filius prouidere debet matri, cum plus debet, iuxta quæ ſcripſit *Menoch. de præſumpt.libro 3.præſumpt.29.num.19.& 20* qui ex Platonis

28 & Ciceronis ſententia dixit, filium omnia debere parentibus; vt etiam mortem appetere debeat, qua patrem tueatur, ac defendat, & propterea *Vlpianus I.C. in lege furioſæ matris,ff de cura furioſ.* reſpondit, eandem eſſe debere filij pietatem erga matrem, quæ eſt matris erga filium, & ſi filius tenetur ſuccurrere vitæ erga parentes, opem quoque ferre debet honori, & bonæ famæ, ne pereant: cum honor æquiparet ipſi vitæ, *lege Iulianus, ff. ſi*

29 *quis omiſſa cauſa teſta.leg.iuſta,ff.de manumiſſ. vindict.* qui-

30 nimò honor vitæ proponitur. *leg.iſti quidem,§.pen.ff.quod metus cauſa,plura per Socinum iun.conſil.38.numer.40. lib. primo, Crauett.conſil.160.num.3. Menoch. conſil.1078. numero 10.libr. 11.*

ARGVMENTVM.

Pretium rei venditæ à coniugibus receptum euictione ſecuta, à quonam reſtituendum veniat.

Euictio bonorum ex cauſa dotis maternæ, ac legitimę relictorum filio, qualiter debeatur.

Dote euicta, maritus an poſſit expellere vxorem, ac eidem negare alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Pretium euictione ſecuta ementi à coniugibus reſtituendum eſt à marito, licet in eodem inſtrumento mulier fateretur, pecuniam in ſui vtilitatem fuiſſe verſam.*

Primò fallit, ſi aliter in ſui vtilitatem ceſſiſſe conſtet, numero 2.

Secundò fallit, ſi ex poſt facto coram iudice id ab vxore fateatur, num.3.

4 *Vxor, & maritus quando rem dotalem vendunt, pretium præſumitur ad maritum perueniſſe.*

Ampliatur procedere etiam, quod vxor fateatur illud accepiſſe, num.5.

Et eiuſdem acceſſerit iuramentum, num.6.

Fallit, ſi verè in mulieris vtilitatem ſit verſum, numero 7.

8 *Vir, & vxor, quando ſunt ſocij, & habent bona communia, vendendo, pretium ad vtrunque perueniſſe cenſetur.*

9 *Mulier ſola, vbi fundum dotalem vendidit cum viri conſenſu, ſi ipſa fateatur totum pretium accepiſſe, ex eo, quod de re vxorem pertinente agitur, eius confeſſioni ſtatur, ſi tunc dotis reſtitutioni locus eſſe potuit, alias ſecus.*

Et ita ipſa pretium reſtituere debet, niſi in communem viri, & familiæ vtilitatem, vel neceſſitatem verſum probet, & de ratione, num.10.

11 *Filio competit de euictione actio ex relicto ſibi à patre facto pro reſtitutione dotium matris, & pro legitima, ſi ſibi euincatur bona.*

Intellige non pro toto intereſſe bonorum euictorum, ſed pro menſura ſui crediti, num.12.

13 *Specie pro ſpecie data ex cauſa legitimæ euicta, filio reſtituitur priſtina actio ex cauſa ipſius legitimæ.*

14 *Hæres tenetur de euictione dotis matris teſtatoris conſignatæ in tot bonis hæreditarijs.*

Ampliatur idem etiam procedere, quando fuit ſecuta euictio dotis conſignatæ ſorori teſtatoris: quia ſi pars hæreditatis euincatur, & in ea parte euicta conſiſtat ipſa dos, debet hæres euictionem præſtare, num.15.

16 *Euictio dotis ſolutæ per vnum ex hæredibus ſi ſequatur, agi deinde poteſt etiam contra cohæredem pro parte ſua.*

17 *Dote euicta maritus non tenetur alere vxorem.*

Ampliatur locum habere etiam quando dos non fuiſſet ab vxore promiſſa, ſed à patre, fratribus, vel extraneis, aduerſus Corn. num. 18.

19 *Maritus poteſt expellere de domo vxorem, quæ non ſoluit dotem.*

Sed contra num.20.& 22.

21 *Separatio thori propria auctoritate fieri non debet, ſed eccleſię iudicium expectandum eſt.*

Quæſt. LXXV.

PRetium quando euictione ſequuta emptori reſtituendum ſit, cum vendiderunt coniuges, & à quonam ipſorum, pugnant inter ſe Doctores.

Et concluſiuè procedendo pro habenda huius rei veritate, plures conſtituo caſus.

1 Primus eſt, quando vir fundum dotalem diſtraxit vxore conſentiente: nam tunc ad eum perueniſſe præſumitur pretium: non obſtante quod vxor fateretur in eodem inſtrumento pecuniam in ſui vtilitatem fuiſſe verſam, *Bal.*

2 *& Caſtrenſ.in Authent.ſi qua mulier,au.3.Cod.ad Velleian. Handed.conſil.45.numer.27.libr.primò, Roder.in tractat. de annu.redit.quæſt.5.numero 19.* niſi aliter in eius vtilitatem ceſſiſſe conſtet, *Menoch.de præſumpt.libr.3. præſumpt. 22. numero 10.*

3 Vel niſi ex poſt facto coram Iudice pecuniam, quam in inſtrumento dixerat recepiſſe, in eius vtilitatem verſari vxor affirmet, non in caſu eius confeſſioni ſtari debet, & ab eadem pretium reſtitui, *vt ex Bald. tradit Menoch. dict. præſumpt.22.num.9.*

4 Secundus eſt caſus, quando ambo vxor, & maritus rem dotalem vendunt, & pretium recepiſſe fatentur, ex quo tunc præſumptio eſt pretium ad maritum deueniſſe, *Afflict.deciſ.109.num.2.Oſaſch.deciſ.140.numer.27. Roder.de ann.reddit.lib.2 quæſt.5. num.16.& 17.Seraphin. de iurament.priuileg.65.num.4. Tiraquell. de retract. lignag.§.31. Gloſ.1.num.4.& 5.Menoch.dicta præſumpt.22. Roncbegall. in l.eandem numer.55. ff.de duobus reis,* etiam quod vxor

5 confeſſa ſit recepiſſe illud, *Menoch.dict.conſil.45.numer.*

27. *libr.* 1. & eiuſdem acceſſerit iuramentum *Guttierez de iuram.confirmat.par.1.capit.1.num.14.Roder.dicta quaſt.5. numer.18.Menoch.dicta præſumpt.22.numer.8.Gomez ad l. Thauri,51.numer.57.vir ſolus reſtituit, Peregr.conſ.19.numer.4.lib.3.*

7 Fallit, ſi in mulieris neceſſitatem, vel vtilitatem verſum fuiſſe conſtet, vt per *Menoch. in dicta præſumpt. 22. num* 10.

8 Tertius eſt caſus, quando vir,& vxor ſunt ſocij, & habent bona communia; & tunc ad vtrumque pretium peruenilſe cenſetur, *Roderic.in dicta quaſt. quinta, numer. 10.Menoch.dicta præſumpt.22.num.11.& ante hos Roncbegal. in d.leg.eandem,num* 62. & ita vnuſquiſque ipſorum pro dimidia tenebitur.

9 Quartus eſt caſus quando ſola mulier dotalem fundum vendidit cum viri conſenſu,& ipſa fatetur totum pretium accepiſſe, & ex eo, quod de re ad vxorem pertinente agitur, eius confeſſioni ſtandum eſt, ſi tunc reſtitutioni locus eſſe potuit,alias ſecus *Natta conſ.552.num.2. Seraph. de iuram.priuil.65. nu.4.Honded. dicto conſil.45.nu.* 29. &
10 ſic ipſa pretium reſtituet: niſi in communem viri, & familiæ, vtilitatem, vel neceſſitatem verſum probet; quo caſu iuramento mulieris contractus non confirmatur, quoniam in præiudicium mariti rei dotalis alienatio præceſſit abſolutione obtenta, *Abb.conſ.8. num.6.lib. 2.Guttierez in Authent. Sacramenta puberum num. 47. & 90.C. ſi aduerſ.vendit.Pariſ.conſ.45.num.52.lib.1.Couar.in capit. quamuis parte 3.cap.primo, §.vltimo num.3. & 5.extra de pact.Pioell.in leg.2.part.3.cap.1.nu.8. C.de reſcind. vendit. Siluan.conſ.13.ſub num.8.Barboſ.in d.l.1.par.5.numer.53.ff. ſoluto matrim.*

Quid autem iuris ſit quando pater filio reliquit certa bona pro reſtitutione dotium matris, & pro legitima, ſi euincatur, quæ actio competat, alia eſt conſideratio..

11 Et eidem competere de euictione actionem pro omni ſuo intereſſe, habetur per *text.in l.ſi prędium,Cod.de euict.*
12 non tamen ad totum intereſſe bonorum euictorum datur,ſed ad id tantum conceditur, quatenus capit verum ſuum creditum pro dote, & verum creditum pro legitima deducto ære alieno, prout eſt de iure legitimæ, *l.Papinianus,§.quarta,ff.de inoffic.teſtament. Peregr.conſil.64. num.6.lib.3.dixi in tract. de imput.queſt.49.num.32.* nam cum quantitas legitimæ in ſpeciebus hæreditarijs iure ſcripto conſtituta ſit,ac debeatur, *l ſcimus, §.repletionem,*
13 *C.de inoffic.teſtam.& in Auth.de trien. & ſemiſſ.* rebus ex cauſa legitimę inſolutum relictis euictis,quia puta ſpecies pro ſpecie inſolutum data fuit euicta, reſtituitur priſtina actio ex cauſa legitimæ, *l.ſi quis aliam, ff.ſolut. & ibi Bart. col.2. & ſcribentes,& leg.libera, Cod.de ſentent.& interloc. omn.iudic. Gloſs. & communiter Doctores ibi, Paul. de Caſtro conſil.373.viſo libr.ſecundò, Cuman.conſil.29.* quidam
14 Gionterinus poſt medium, verſic. ad ſecundum, qui ait, quòd hæres tenetur de euictione dotis maternæ teſtatoris conſignatæ matri eiuſdem teſtatoris in tot bonis hęreditarijs, vbi.:

15 Ampliatur etiam teneri de euictione dotis conſignatæ ſorori teſtatoris; quia ſi pars hæreditatis euincatur, & in ea parte euicta conſiſtat ipſa dos, debet hæres euictionem præſtare,vt per eundem *Cuman. dicto conſ.29. ad finem, verſic.ſoror autem.*

16 Quin etiam ſi ſequatur euictio dotis ſolutæ per vnum ex hæredibus, agi deinde poteſt etiam contra cohæredem pro parte ſua vt in ſpecie reſpondit, *Alba conſil.2. libr.primo.*

17 Maior eſt difficultas, an dote euicta maritus teneatur alere vxorem.

Et negatiuam ſententiam probat *Bald.Nouell.in tract. de dote parte 7.priuil.8. & 42. Cordub. in l.ſi quis à liberis, § ſi quis ex his, de liber. agnoſcen.* & hanc opinionem tanquam æquam dixit ſequendam *Surd. in tractat. de aliment.tit.7.queſt.20.numer.18.& queſtion.17. eodem tit. vbi numer.34.*

18 Ampliat eam procedere, quando dos non fuiſſet promiſſa ab vxore, ſed a patre, fratribus, vel extraneis quidquid in contrarium voluerit *Cornel.conſ. 145. numer.9. & infrà libr.2.*

19 Quamuis,quod magis eſt,ſecundum plures nedum negari poſſint alimenta propter non ſolutam dotem, ſed etiam licet marito vxorem expellere de domo, *Alexand. conſ.56.nu.10.lib.4 Soc.ſen.reg.315.* maritus vxorem, *Iaſ.in l.ſi donatorem,§.ſi quis indebitum in princ. num.3. de condit.in.cauſa data,& ante illum.Caſtr.in l.in inſulam, §.vſuras, ff. ſolut.matr.Roman.conſil.516. nu.2. vbi Mandoſ. in addit. in ver.poteſt,cum alijs per Cordub. in dicta l.ſi quis a liberis, §.ſi quis ex his, nu.50 ad 54*

20 Contrarium, & verius diſpoſitione iuris canonici inſpecta, quod ſcilicet vxor expelli non poſſit à marito, qui præcisè tenetur cum ea habitare, etiam per compulſionem iudicis eccleſiaſtici,tradit *Bald.Nouel. de dote priuil.43 p.6.n.3.Addent. ad Alex.in conſ.56. in pręſenti conſultatione,in ver.expellere libr.4.Couar. epitom.ſponſ.p.2.c. 7.in princ. col.1. verſ.* verum ego non ita, quæ ſententia tanquam fauens animæ tenenda eſt: cuius ſaluti præcipuè ſemper, & vbique conſulendum eſt, vt inquit *Surd.in tra-*
21 *ctat.de aliment.tit.7.q.17.n.18. &* 21.non enim ſeparatio thori propria authoritate facienda ea ſed iudicium eccleſiæ expectandum eſt, *Abb.in c.litteras de reſtit. ſpoliator.Felyn in c.1.nu.8.ſponſal.Canoniſtę in c.Porrò, de diuor.* immò iudex debet omni adhibita diligentia curare, vt dos ſeruatur, *Didac.Couar.de ſponſ.cap.7. nu.2. Mandoſ.ad Rom.d.conſ.517.*qui dicit honeſtius eſſe, vt nō expellatur.

22 Quodque de iure canonico non detur talis expulſio, tradit *Lup. in c.per veſtras in tertio notabili, in princ. col.2. & 3.verſ.ſubdit tamen, de donat.inter vir.& vxor. Cardin. ibid.*in quarto oppoſitione: ita quod,ſi fuit expulſa,compellendus ſit maritus ad eam reducendam, *Spin.de teſtam. Gl.11,num.66.in fine.*

ARGVMENTVM.

Maritum vrgente neceſſitate poſſe rem dotalem, etiam inuita vxore alienare oſtenditur. Et qualiter id permittatur.

Et, an idem fieri poſſit ab vxore viro inuito.

Euictionis promiſſio pro rè in dotem data,an extendatur ad aliam rem ex pretio rei dotalis emptam, & in illius locum ſubrogatam, ſi ea fuerit euicta.

SVMMARIVM.

1 *Maritus,vrgente neceſſitate bona dotalia inuita vxore,alienare non poteſt.*

Quamuis aliàs ſit vtile,num.2.

Contrarium habetur num.3.

Etiam inuita mulier, num.4.

Fallit ſi alius fundus loco fundi alienati non ſubrogetur, numer.12.

5 *Mulier ex cauſa neceſſaria abſque mariti conſenſu fundum dotalem alienare non poteſt.*

Licèt

Licèt obligetur iuramento ad fauorem emptoris, etſi non in præiudicium viri, num. 6.
Intellige, vt num. 11.
Prout nec iuramentum mariti vxori, & filijs præiudicat, quin illorum nomine ipſe agat, n. 7.
8 *Maritus eſt dominus dotis, & præſertim ſi fuerat data æſtimata: quo caſu ad libitum diſponere poteſt.*
Ampliatur, etiamſi maritus dotem æſtimata recipiens eſſet pauper, vel non ſoluendo tempore receptionis, nu. 9.
10 *Caphal. conſ. 532. n. 9. improbatur.*
13 *Alienatio fundi dotalis facta ſine vxoris conſenſu vbi annullatur, ab eadem tamen approbari poteſt, licèt velit emptor ab illa recedere; & è contra poteſt mulier ab ea recedere, quamuis emptor illam approbet.*
14 *Euictionis actio, vbi datur de promiſſione euictionis, & indemnitatis, debet clarè conſtare.*
Quòd præſertim procedit in contractu dotis, numer. 15. & ſequen.
16 *Euictio, & defenſio in contractu dotis non eſt de illius natura.*
Et de ratione, num. 17.
18 *Euictionis promiſſio facta pro re in dotem data extenditur ad aliam rem ex pretio rei in dotem datæ acquiſitam, & in illius locum ſubrogatam, ſi fuerit euicta.*
Extenditur ad rem ex pretio maioratus emptam, n. 9.
At vide nu. 20. & 21.
22 *Res empta ex pecunia dotali dicitur dotalis, quando res agitur inter virum, & vxorem, vt nempè dotis reſtitutio fiat in re empta ex pecunia dotali.*
Et præſertim etiam, quando res emitur cum vxoris conſenſu, quo caſu illa dicitur habere actionem ex empto, numer. 23.

Quæſt. LXXVI.

PRoſequenda materiam diſtractionis rerum dotalium,
quæro, num maritus vrgente neceſſitate bona dotalia inuita vxore valeat alienare.
1 Pro negatiua ſententia videtur *text. in lege mater pro filia, Codic. de iure dot. & reſpondit Ioan. Petr. Binius conſil.*
256. num. 35. lib. 2.
2 Satis enim iniquum videtur, quod inuito domino fit,
quamuis alias ſit vtile, *leg. fin. ff. de vſu, & habit. Alex. conſ.*
55. Petra de fideic. q 8. nu. 529.
3 Verum quòd alienatio fundi dotalis afferes vtilitatem
mulieri valeat, & ſubſiſtat, ex *text. in l. ſi conſtante, ff. de iure*
dot. Bald. in Auth. ſi qua mulier, column. 2. Codic. ad Velleia.
4 etiam inuita muliere, tradit *Paul. de Caſtrenſ. conſ. 269. ſub*
num. 1. verſ ſicut dicimus in re dotali lib. 1. & ſequitur Alba
conſ. 97. num. 17. lib. 1.
5 Licèt mulier etiam ex cauſa neceſſaria abſque mariti
conſenſu fundum dotalem alienari non poſſit, *Bald. conſ.*
53. num. 3. lib. 5 quæ quamuis obligetur iuramento ad fauorem emptoris, *Boer. deciſ. 23. nu. 7. Honded. conſ. 45. nu.*
6 *31. lib. 1.* non tamen obligatur in præiudicium mariti,
Guttierez in Authent. ſacramenta puberum, nu. 42. & 43.
C. ſi a luerſ. vendit. quemadmodum, nec iuramentum ma-
7 riti, vxori, & filijs præiudicare poteſt, quin illorum nomine ipſe agat, *Guttierez de iurament. confirmat. part. 1.*
8 *cap. 1. num. 66. Phanuc. de inuent. part. 7. nu. 171. Barboſ. in*
l. 1. par. 5. num. 17. & 19. ff. ſoluto matrim. eſt enim dominus dotis ſcribentes in *leg. in rebus, C. de iure dot. Montier.*
deciſ. 13. num. 42. Alba conſil. 746. numer. 3. præſertim, ſi
fuerit tradita æſtimata, quo caſu maritus poteſt ad libitum diſponere, *l. quoties. Cod. de iure dot. & plerunque, ff. eodem tit. æſtimata, ff. ſoluto matrim. Io. del Caſtil. in tract. de*
vſufruct. capit. 4. num. 7. qui alios plures allegat, & in ſpecie
9 *Barboſ. in lege diuortio, §. ſi fundum numero 26. & 27. ac 28.*
ff. ſoluto matrimon. qui ait hæc procedere, etiamſi maritus dotem æſtimatam recipiens ſit pauper tempore receptionis, ſiue non ſoluendo, quoniam adhuc æſtimatio facit emptionem, & dominium in eum transfertur, ex quo
10 intelligimus malè conſuluiſſe *Ceph. in conſ. 522. num. 6. libr.*
4. cum dixit rem dotalem æſtimatam emptionem non facere, ſi viro pauperi vel non ſoluendo exiſtenti data fuerit, cum contrarium conſtet, ex adductis per *Caſtill. vbi ſupra*, ac etiam in ſpecie *Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſina*
89. in fine.
11 Aduertendum tamen in caſu propoſitæ quæſtionis,
quod etſi durante matrimonio alienatio per mulierem citra mariti conſenſum irrita ſit, ea tamen conualidatur mortuo marito, ſi ius dotis ad eam reuertatur, *Bald. dicto conſil. 53. numer. 3. libr. 5. Oſaſch deciſ. 94. numer. 8. Cardin. Tuſch. in littera D. concluſ. 791. numer. 20. & in littera L. concluſ. 631.*
12 Ad ea verò, quæ dixi alienationem ſcilicet de re dotali vtiliter factam à marito etiam inuita vxore, ſubſiſtere,
ex *Bal. Paul. de Caſtr. & Alba, quibus nunc addo Ceph. conſ.*
311. numer. 21. notandum limitari ſi fundo dotali vtiliter alienato alius eius loco non ſubrogetur ſed retineatur pretium quod ſubeſt conſumptioni, & amiſſioni, quia non valeret alienatio, etſi aliquo reſpectu vtilis videatur, quia ſatis eſt, quòd dos ita tuta non remaneat vt antea,
Barboſ. in d. l. 1. p. 5. nu. 5. 6. 7. 8 & 9. ff. ſoluto matr.
13 Vbi verò fundus vendatur ſine mulieris conſenſu, cum
in eius fauorem annulletur alienatio, in eiuſdem quoque libera eſt voluntate alienationem ſibi vtilem approbare, quamuis velit emptor ab illa recedere, & è contra poteſt mulier ab ea recedere, licèt emptor illam approbet *lege Iulianus, §. qui colludente, ff. de act. empti. Ari. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 32. C. de bon. mater. Surd. deciſ. 69. nu. 22. & 23. deciſ. 179. num. 17. & conſ. 284. num. 7. Oſaſch. deciſ. 94. nu. 23. Couar. pract. quæſt. c. 28 nu. 10. Franch. deciſ. 400. num. 3. Rim. iun. conſ. 397. num. 20. Ant. Sola ad decreta Sabaud. tit. de alien. gl. 3. n. 4. Gratian. diſcept. lib. 1. c. 122. num. 15. & li. 3. c. 559. nu. 65. & c. 547. nu. 6. & 7. ex text. in l. ſi æſtimatio ad finem, ff. ſoluto matrim.*
14 In caſibus autem vbi datur euictionis actio de promiſſione euictionis, & indemnitatis conſtare debet, quę oculis corporeis legi poſſit, vt quis ad eam condemnari valeat, ſecundum *Pariſ. conſil. 199. & conſ. ſeq. lib. 4. Simon. de Pręt. conſ. 71. numer. 41. & infra, numer. 45.* quæ præci-
15 puè procedunt in contractu dotis, vbi de natura ipſius
16 contractus regulariter non venit promiſſio aliqua defenſionis, & euictionis niſi ſpecialiter, & expreſsè promitta-
17 tur, *Alberic in l. euicta num. 1. C. de iure dot. vbi nu. 6.* aſſignat rationem, quia in emptione, & venditione interuenit pretium; & iniuſtum non eſt, quòd emptor careat re, & pretio; ſed marito re euicta in his abeſt; ex quo matrimonium eſſe poteſt ſine dote.
18 Ceterum, vbi ſpecialis promiſſio euictionis facta eſt
pro re in dotem data, an ea extendatur ad aliam rem ex pretio rei in dotem datæ in illius locum ſubrogatum; ſi fuerit euicta, dubitatio eſt, de qua agit *Maſtrill. deciſ. 36. ſub nu. 13.* & inquit videri caſum illum decidi à *Ludo. Moli. de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 4. vbi num. 1. quęrit*, an res maioratui ſubiecta alienari poſſit, vt ex pretio alia vtilior ematur, & in illius locum ſubrogetur: & concludit pro affirmatiua pluribus rationibus, & præſertim, quia etiam res dotalis alienari, ſeu permutari poteſt, ſi eſt vtile mulieri: & *num. 4. cum ſeq.* dicit talem rem emptam, & ſubro-
19 gatam ex pretio rei maioratus ſubiectæ, effici quoque ſubiectam maioratui, ac in ipſo ſuccedere cum omnibus qualitatibus primæuis, adeo quod nil differat à prima re vendita, & *numer. 47. & 49.* quærit, an ipſa res
20 empta ex pretio rei maioratus ſubiectæ, & ſubrogata loco prioris ſi euincatur, ex eo quod non eſſet venditoris,

vel alia de cauſa, maioratus ſucceſſor debeat vtraq; re carere, vel potius alienatam reuocare, & diſtinguit, quod, aut ſubrogatio fuit facta ex cauſa permutationis, & tunc eo ipſo quod res permutata, atque ſubrogata euicta fuerit, maioratus poſſeſſor poterit rem antiquam recuperare: nam ſi res maioratus alienatur eo pacto, vt pretium deponatur, & ex eodem pretio res alia comparetur, quæ in locum eius ſubroganda ſit, & iſto caſu ſufficit emptorem obſeruare contractum pretium deponendo, quia, ſi poſtea emitur res, quæ euincatur, emptor eſt ſecurus, neque ad id reſarciendum tenebitur, eodem pacto dicen-
21 dum videtur in quæſtione propoſita, quod ſufficiat dotantibus in caſu reluitionis fuiſſe pretium, ſeu capitale depoſitatum in tabula liberum, & minimè obligatum: per cuius depoſitionem, & ſolutionem fuerunt ipſo iure liberati dotantes. Vnde ſi poſtea res empta ex tali pretio euincatur, dotantes ad nihilum tenentur ex promiſſa Molinæ deciſione, quod eadem ratione deciſum teſtatur in Conſiſtorio Maieſtatis Regis Catholi-
22 ci, *Maſtril. in quæſtione prędicta in dict. deciſ. 36. numer. 18.* vbi addit non obſtare, quod res empta ex pecunia dotali efficiatur dotalis: quoniam procedit, quando quæſtio eſt inter virum, & vxorem, vt in caſu reſtitutionis dotium vxor petere poſſit rem emptam ex pecunia dotali, vel pecuniam: at locum non habet, vt ſi rem empta ex tali pecunia euincatur, dotans de euictione teneatur ſed tantum permutans, eſt *text. in l. ſi permutationis, vbi Bald. & alij notant, C. de euict. Bero. qui alios citat conſ. 83. eſt textus in l. ex pecunia, C. de iur. dot.* vbi dicitur, quod fundus ex pecunia dotali à marito emptus non efficitur dotalis, ea ratione, quia maritus vxori actionem empti acquirere non poteſt, quæ actio ex empto competit, quando res, quæ venditor euincitur, *l. ex empto ff. de act. empt. & tot. tit. ff. & C. de euict.* atque ita regulariter res empta ex pecunia dotali non efficitur dotalis, cum vir non poteſt acquirere vxori actioni ex empto, hoc eſt euictionis, vel agere actione dicta ex empto ad rem tradendam contra
23 venditorem, vt exemplificat ibi *Bal. in princ.* quæ tamen concluſio, & *text. limitantur à Baldo, & Doctoribus*, vt non procedat, quando res emitur cum vxoris conſenſu; quia tali caſu res efficitur dotalis, & vxor acquirit actionem, non autem contra dotantem, vt ibidem tradunt *Baldus*, & poſteriores.

ARGVMENTVM.

Euictionis promiſſio facta in renunciatione ob dotem, quando reſoluatur.

Maritus quando teneatur vxori propter nomen debitoris ſibi eatum in dotem non exactum.

Re empta per mulierem à viro cui fuit in dotem data, euicta, quis agat de euictione maritus an vxor;

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio euaneſcit præmortua renunciante ei, cuius bonis renunciauit ex communi.*
2 *Euictionis promiſſio facta à renunciante, eo præmortua habetur pro non facta, & num. 5.*
3 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
4 *Reſoluto actu, æquè reſoluti cenſentur omnes effectus ab eo procedentes periadè, ac ſi nil actum fuiſſet.*
6 *Iuramentum habetur pro non appoſito, reſoluta renunciatione.*
7 *Maritus quid reſtituere debet, quando nomen fuit datum æſtimatum, diſtinguitur.*
8 *Maritus ſibi præiudicat, ſi ſciuit nomen debitoris æſtimatum ſibi ceſſum, & non exegit.*
Et de ratione, num. 9.
Setus ſi ignorauit, n. 10.
11 *Nomen debitoris qualiter dignoſcatur fuiſſe datum æſtimatum.*
12 *Nomen debitoris vbi fuit datum inæſtimatum, ſi maritus neglexit illud exigere tenetur.*
Fallit ſi ei nulla poſſit imputari culpa, quia tunc liberatur retrocedendo actiones, num. 15.
13 *Hæredi imputatur, cum potuit, exigere, & non exegit, ex quo tenetur conſeruare hæreditati actionem exigibilem, & in ſtatu, quo erat tempore mortis teſtatoris.*
Ampliatur procedere quoque in tutore, & curatore minoris, ſi debitor deſierit eſſe ſoluendo, num. 14.
16 *Nomen debitoris, quando in dotem datur cum pacto, quod ſoluto matrimonio liceat vxori nomen aſſumere, ſi non fuerit exactum, vel pecuniam petere, ſi viro mortuo eligat pecuniam, & nomen fuit datum æſtimatum, hęres illud cedere poteſt, & à pecuniæ petitione liberari.*
16 *Mulier vbi cedit nomen debitoris, vel vendit, tenetur ſolum manutenere, quod ſit verum: niſi tamen pacto ſpeciali ſe obligauerit, quod ſit bonum, vel exigibile.*
18 *Res empta per mulierum quando euincitur à marito, cui data fuit in dotem committitur actio de duplo aduerſus auctorem mulieris, legitima facta denunciatione.*
Et vxor agit contra auctorem, non autem maritus, numero 19.
20 *Mulier an caueat marito de euictione remiſſiuè.*
21 *Filij an, & quando repetere poſſunt venditum dotale remiſſiuè.*

Quæſt. LXXVII.

STipulatio de euictione, & illius promiſſio ſæpè ſolet apponi in renunciationibus à mulieribus ob dotem acceptam, ideò quæritur.

1 An euaneſcente renunciatione, eo quia fortaſſe mulier renuncians premortua ſit ei, cuius bonis renunciauit iuxta ſententiam *Bal. in leg. pactum dotale, quæſt. 2. de pact. vbi Caſtr. num. 2. Gozadin. conſil. 75. num. 21. Marant. in praxi, diſput. 10. num. 32. in fine,* vbi de magis communi, contra *Roman, Georg. Nat. in repetit. Col. quamuis numer. 56. de pact. in 6. Conar Relect. parte 3. §. ſecundo, numer. 4. Cravett. conſil. 84. ſub num. 5. vbi ait, quod hęc opinio ſeruatur in practica, & latius conſil. 703. num. 1. & ſeq. Roland. conſ. vndecimò, num. 7. lib. 1. Surd. conſil. 133. n. 20. Vinceut. Franch. deciſ. 67.* euaneſcat quoque euictionis promiſſio, & con-
2 cluditur, quod ſic: quoniam ſi renunciatio, cui adhæret, ſeu inhæret euictionis promiſſio, pro infecta habetur,
3 neque in ea fundamentum aliquod fieri poteſt, quia non entis, nullæ ſunt qualitates, *leg. eius, qui in Prouincia, ff.*
4 *ſi cert. petat.* & reſoluto actu æque reſoluti cenſetur omnes effectus ab eo prouenientes, perindè ac ſi nunquam
5 factus fuiſſet: & ita in caſu noſtro euictio dicitur extincta, & pro non adiecta habetur, *leg. 1. §. ſine autem, & l. pen. ff.*
6 *de condit. ſine cauſ. leg. voluntate. Quib. mod. pign. vel hypot. ſol. Cravett. conſil. 202. num. 25. & 28. Dec. conſil. 35. ſub numer. 9. in ſimili Paul. de Caſtr. in d. leg. pactum dotale, col. 2. verſ. ſic dico.* de iuramento, quod habeatur pro non appoſito reſoluta renunciatione, in terminis ita reſpondit *Ludou. Morot. conſil. 22. num. 10 lib. 1.*

7 Obiter dubium occurrit in hac materia dotium, quod ſi no-

Digitized by Google

ſi nomen debitoris in dotem fuit datum viro, vxori quid
reſtituendum.
Et in hac quæſtione plures ſunt diſtinguendi caſus.
Primus caſus eſt, quando ſocer, vel alius, qui dat nomen
debitoris, illud tradit æſtimatum; & tunc ſubdiſtingui-
tur; aut maritus ſciebat non eſſe ſoluendo, aut igno-
rabat.
8 Primò caſu, ſcientiæ videlicet, ſibi præiudicat, ſi exige-
re non potuit. Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier in fin. ff.
ſolu. matr. Ari. Pinell. in leg. 1. par. 2. nu. 70. C. de bon. mater.
Franch. deciſ. 108. num. 3. Barboſ. in l. ſi æſtimatis numer. 9. &
9 10. ff. ſolut. matr. Coſta de facti ſcient. & ignor. Cent. 1. di-
ſtinct. 44. num. 9. quoniam emptor nominis eſt; & propte-
rea illius periculum ad eum ſpectat, lege periculum, ff. cert.
pet. leg. 1. C. de commod. & pericula rei vend. Borgni. deciſ. 3.
num. 28. par. 4.
10 Secundò caſu, quando ignorabat periculum nominis,
vxoris eſt, ſi tamen probabilis ignorantiæ cauſa allege-
tur, lege promittendo, §. ſi à debitore, ff. de iur. dot. Bart. in d.
leg. ſi cum dotem, §. ſi mulier, vbi etiam Alex. numer. 4. Bar-
boſ. in d. l. ſi æſtimatis, num. 11. Coſta d. diſtinct. 44. num. 9. Ro-
der. de Ann. reddit. libr. 2. quæſt. 21. numer. 22. Franch. deciſ.
108. num. 3. & 4.
11 Quomodo autem dignoſcatur debitoris nomen dari
æſtimatum, adeas Barboſ. in d. leg. æſtimatis, num 6. & 7. &
Franch. d. deciſ. 108. eſt text. in leg. 56. §. fundus, ff. ſoluto ma-
trimon. vbi ſi prædium æſtimatum in dotem datum ſine
culpa euincatur, non debetur æſtimatio mulieri.
12 Secundus eſt caſus, quando debitoris nomen in dotem
datur inæſtimatum, quod licet conſtante matrimonio
exigi poſſet, non tamen fuit exactum iniuria, & negligen-
tia viri, quo caſu illius erit periculum, ita vt teneatur, ac ſi
exegiſſet, l. Mænia, l. Nepta, §. quoties, ff. ſoluto matrimon.
vbi Bartol. Caſtrenſ. & cæteri. Ari. Pinell. in l. 1. §. 2. numer.
70. C. de bon. mater. in hærede ſic tradit Gloſ. fin. & poſt eam
ſcribentes, in lege ſi hæres, §. fin. ff. ad Trebell. Ruinald. ſen.
conſil. 122. libro primo, qui ait, hæredi imputari poſſe, cum
potuerit exigere, & non exegerit, quodque tenebatur
conſeruare hæreditati actionem exigibilem eo in ſtatu,
quo erat tempore mortis teſtatoris, per leg. omnia, § pri-
mò, ff. de leg. ſecunda. leg. vbi purè, ff. ad Trebell. Caſtr. in leg.
13 ſi ſeruus legatus, §. cum quid. ff. de legat. 1. Peregrin. in tract.
de fideicomm. art. 10. num. 45. & in tutore, vel curatore pu-
14 pilli, ac minoris non agente, ſi debitor deſierit eſſe ſol-
uendo, quod periculum ad eos ſpectet, eſt text. in l. tuto-
res, §. fin. & ibi Bar. l. ſi tutor. & ibi Glo. & Bart. ff. de admin.
tutor. l. amiſſi, §. 1. ff. de fideiuſſ. Roman. conſil. 413. numer. 16.
& conſ. 425. Borgnin. de tutore num. 118. Galganett. de tutel.
lib. 2. tit. 4. num. 13.
15 Si verò non ſit culpa viri, ita vt nullatenus ei imputari
poſſit, maritus liberatur retrocedendo actiones, ſic in hæ-
rede grauato probat, leg. deducta, §. 1. vbi notat. Ang. Imol.
& Caſtr. ff. ad Trebell. Bertazzol. conſ. ciuil. 58. num. 45. Pe-
regr. de fideicomm. d. art. 10. num. 45. & ad vxorem pericu-
lum ſpectat quod ſine viri culpa contingit. Rebell. de obli-
gat. inſtit. p. 2. lib. 7. quæſt. 1. num. 14.
16 Tertius eſt caſus, quando debitoris nomen in dotem
datur, cum pacto, quod ſoluto matrimonio liceat vxori
nomen aſſumere, ſi non fuerit exactum, vel pecuniam
numeratam petere; & tunc, ſi viro mortuo vxor eli-
gat pecuniam numeratam, & inſtat ab hæredibus ſibi
perſolui, & nomen fuit inæſtimatum, hæres cedere po-
teſt, & à numeratæ pecuniæ petitione liberatur, ſic Fran-
ch. d. deciſ. 108.
17 In caſu verò quo mulier debitoris nomen cedit, vel ius
vendit, tenetur ſolum illud manutenere, quod ſit verum,
niſi tamen pacto ſpeciali ſe obligauerit, quod ſit bonum,
vel exigibile. Paul. de Caſtro conſil. 170. num. 2. lib. 2. Franc.
Beccan. conſil. 105. Menoch. conſil. 778. Rota Genuenſ. deciſ.
156. Franch. dict. deciſ. 108. & deciſ. 427. numero ſexto. Ma-
gon. deciſ. Florent. 39. Surd. deciſ. 326. numer. 41. Barz. deciſ
110. Coſta de ſcient. & ignor. Centur. prima, diſtinct. 44. nu-
mer. 7. Roder. de ann. reddit. libr ſecundò. quæſt. 21. Amat.
deciſ. 6.
18 Et vbi empta res per mulierem euincitur à marito, cui
data fuit in dotem, committitur actio de duplo aduerſus
auctorem mulieris, legitima facta denunciatione. Iaſ. in l.
19 Iulianus, §. ſi fundum, num. 19. ff. de verb. oblig. Ita quod, li-
cet in bonis mariti dos ſit, mulieris tamen eſt; ideò re
euicta, non maritus, ſed ipſa vxor agit contra auctorem,
l. quamuis ff. de iure dot.
20 An autem mulier caueat viro de euictione, dic vt per
text. & Gloſ. in l. non ſolum, ff. de iure dot. ad quos ſe remit-
tit Bart. in l. 2. numero 22. ff. ſoluto matrimonio.
21 Prout, an, & quando filij repetere poſſint venditum do-
tale, videas Ioan. Fabr. in §. 1. num. 9. & 11. Inſtit. quib. alien.
liceat vel non.

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius nominis debitoris, vt agere valeat de euictione, quæ requirantur.

Euictio, ſeu auocatio, quando, & quibus caſibus tollat, ſeu deſtruat obligationem.

SVMMARIVM.

1 Ceſſionarius, vt regreſſum habeat contra principalem debitorem de euictione, requiritur, quod ſtatim excutiat nomen debitoris ceſſi, & adhibeat diligentiam.
Et adhibitam diligentiam perducat ad fidem, numero 3.
Faciatque debitorem carcerare, num. 9.
Declaratur non procedere, quando bona debitoris ceſſi ſunt talia, vt commodè vendi non poſſint, ſeu ſunt ita inuoluta, vt facilè disbrigari non poſſint ſine longa indagine, & expenſa, num. 15.
2 Debitor ceſſus ſi à principio erat ſoluendo, & poſtea ob incuriam ceſſionarij effectus fuit non ſoluendo, id culpa ceſſionarij imputatur.
4 Ceſſionarius dicitur procurator in rem propriam.
5 Procurator debet conſummare mandatum ſuſceptum, aliàs dicitur eſſe in dolo.
6 Mandanti mandati actio datur contra mandatarium.
7 Procurator ad iudicia tenetur etiam de leuiſſima culpa.
8 Ceſſionarius debet excutere non ſolum nomen debitoris, ſed etiam fideiuſſoris dati ab ipſo debitore principali.
10 Ceſſionarius vti procurator debet defendere cedentem.
12 Ceſſio actionis in incorporalibus vim habet traditionis, quæ fit in corporalibus, & num 13.
14 Ceſſio habetur pro traditione, ſi cedens velit transferre ius totale.
16 Creditor poteſt fideiuſſorem conuenire omiſſo principali, etiam in pignore, ſi nec pignus, nec bona debitoris principalis vendi poſſint.
Fallit, quando nomen debitoris datur in ſolutum, conſentiente creditore, quia quod ſemel legitimè factum eſt, retractari non poteſt, num. 17.
Declaratur, num. 18.

19 *Enictia ſeu auocatio quando tollat, ſeu deſtruat obligationem vel non diſtinguitur, & num. ſequentibus.*

20 *Creditor cum pignore ſi obtinuit à magiſtratu, ſeu iudice ſibi pignus adiudicari, & in ſolutum dari, & deinde euincatur, agere non poteſt contra debitorem actione pignoratitia, ſed agit actione vtili ex empto de euictione.*

Ampliatur, vt procedat, ſiue iſta datio, in ſolutum fiat iudicis auctoritate per viam ſubhaſtationis, ſiue etiam fiat ab ipſo debitore, num. 21.

Primò limitatur, vt locum non habeat in dote, quia fauore dotis durat actio primæua, num. 22.

Secundò limitatur non procedere, quando creditor, cui datum fuit aliquid in ſolutum à debitore, accepit cum proteſtatione quod non vult recedere à primæua actione, niſi datio efficiatur ſua irreuocabiliter, numero 23.

Sublimitatur non habere locum, quando nomen debitoris abſolutè, & abſque reſeruatione fuit datum numero 24.

25 *Euictio, quando non deſtruit obligationem, agitur primæua actione.*

26 *Debitor cum fideiuſſore quando dat creditori rem aliquam in ſolutum, quę poſtea euincatur, tunc creditor ſecuta euictione non poteſt moleſtare fideiuſſorem, quia actio primæua fuit extincta.*

Quæſt. LXXVIII.

Congruit huic loco vt diſſeramus, quæ ſunt neceſſaria ceſſionario, vt regreſſum habeat aduerſus principalem debitorem de euictione.

Et quidem ad duo præcipuè tenetur.

1 Primò, quod vtatur ſollicita diligentia agendo con-
tra debitorem, cuius nomen eſt ſibi ceſſum, & ſic ſtatim
excutiat. Nam ſi id non fecerit, & illius deterioratio pro-
ceſſerit ob culpam ſeu negligentiam ceſſionarij, vt puta,
quia debitor ceſſus à principio erat ſoluendo, & po-
2 ſtea propter incuriam ceſſionarij effectus fuit non ſol-
uendo, id culpæ ceſſionarij imputatur, vt per *Beccan.*
conſil. 105. ſub numero vigeſimo quinto, ibi, hoc idem
clarè.

3 Secundò, vt adhibitam diligentiam perducat ad finem,
conſequendo ſolutionem, aut iudicis declarationem de-
bitorem ſcilicet fuiſſe excuſſum, ac repertum non ido-
neum, cum non ſufficiat diligentia vſque ad ſententiam
condemnatoriam, ſeu mandatum, & licentiam excluſiue,
neque vſque ad executionem incluſiue, niſi etiam pro-
nuncietur ſuper excuſſione, ea ratione, quoniam ceſſio-
4 narius dicitur procurator in rem propriam. *Iac. de Aren.*
in tract. de ceſs. act. n. 75. Fran. de Graſſ. in ſimili ſuo tract. de
5 *ceſs. iur. §. 2. ſub nu. 11.* & procurator debet conſummare
mandatum ſuſceptum alias non conſummando ſeu perfi-
ciendo, eſſet in dolo, *l. dolus, ff. mandati. Rota Florent. apud*
6 *Magon. deciſ. 93. numer. 9.* & mandanti mandati actio da-
retur contra mandatarium, *leg. ſi mandauero, §. fin. ff. man-*
7 *dati, & § mandatum, Inſtit. mandat.* & procurator ad iudi-
cia tenetur etiam de leuiſſima culpa, vt ibidem *Arec. nu.*
8 3. Quin etiam ceſſionarius nedum excutere debet nomen
debitoris, vt ſupra fuit dictum, ſed etiam fideiuſſoris dati
ab ipſo debitore principali, *Bald. & Salyc. authent. ſed ho-*
die num. 1. C. de action. & obligat.

9 Et præterea requiritur etiam executio in perſonam vi-
delicet vt ceſſionarius faciat carcerare debitorem, cuius
nomen eſt ſibi ceſſum; vel ſaltem conſtare debet illum au-
fugiſſe, atque ita non inueniri; hocq; docendum eſt per
10 relationem nunciorum, vel etiam birruariorum. At in-
ſuper ex eo quod eſt procurator, eiuſdem onus eſt de-
fendere cedentem, iuxta quæ habentur per *Bald. in leg. ſi*
quis, ſub numero 2. verſic. quæro, ff. de procur. Quibus pera-
ctis habebit regreſſum contra cedentem; hoc tamen pa-
cto, vt ſi quid habeat, vel conſequatur de bonis ceſſi, ha-
beat ſolum regreſſum pro ea parte, quæ ſibi deeſt, & con-
ſequi non potuit, quia propterea ceſſio non reſoluitur
in totum. *Rota Iannenſ. deciſ. 156. numero ſexto, in fine, &*
num. 7.

11 Et ratio quare ceſſionarius ſtatim vti teneatur dicta
diligentia, alias periculum ad eum ſpectet, eſt, quia cedens
tranſtulit poſſeſſionem nominis debitoris ceſſi in ipſum
12 ceſſionarium, cum ceſſio actionis in corporalibus vim
habeat traditionis, quæ fit in corporalibus. *Gloſ. in leg. ad*
eum in ver. portionibus, ff. de donat. quam ibidem *Bartol.* in-
quit ab omnibus approbari. *Io. de Graſſ. in tract. de ceſſio.*
iur. nu. 8. Roland. a Valle in tract. de lucro dot. quæſt. 11. num.
13 11. *Oſaſch. in deciſ. Pedam. 61. num. quintò, Tiraq. de retract.*
lign. §. 1. Gloſs. 7. ſub num. 12. verſic. hinc quoque. Quodque
ceſſio nominis debitoris idem operetur quod traditio in
corporalibus. *Dilect. de arte teſtan. tit. ſextò, cautel. 27. nu-*
mer. 3. Surd. conſil. 145. num. 37 in fine, & nu. 38. & habea-
14 tur pro traditione, ſi cedens velit transferre ius totale,
Bart. in d. leg. eum num. 3.

15 Quod autem ſupra diximus de excuſſione facienda
bonorum debitoris ceſſi, antequam ceſſionario detur re-
greſſus aduerſus cedentem.

Declaratur non procedere, quando bona debitoris
ceſſi ſunt talia, vt commodè vendi non poſſint, ſeu ſunt
inuoluta, vt facilè disbrigari non poſſint ſine longa
indagine, & non leui impenſa & ideò ceſſionarius conſe-
qui dicto caſu debet pecuniam, cum habeat regreſſum
contra cedentem abſque aliqua alia excuſſione: ex quo
paria ſunt bona non extare, vel extare inutiliter ob diffi-
cultatem in eorum venditione, etiam quod cedens eidem
offerret dare bona in ſolutum, quoniam aliud pro alio
16 ſolui non poteſt *Rota Iannenſ. dicta dec. 156. num. 7. & ſe-*
quentibus. Faciunt quæ de creditore dicuntur, qui poteſt
fideiuſſorem conuenire omiſſo principali, & etiam pi-
gnore, ſi nec pignus, nec bona debitoris principalis vendi
poſſint, quia eſt ac ſi non extarent, vt ſcribit *Paul. de Ca-*
ſtro in l. inter eos, §. creditor, ff. de fideiuſſor. & mand.

17 Aliud eſt, cum nomen debitoris datur in ſolutum, con-
ſentiente creditore: quo caſu actio ſemel extincta per ſo-
lutionem vel alio modo numquam reuiuiſcit; & quod ſe-
mel legitimè factum eſt, retractari non poteſt ex cauſa
ſuperueniente. *Surd. dicto conſil. 145 numero 14. 15. 16. &*
17. & deciſ. 276. num. 5. & ſequent.

18 Declaratur procedere, quando traditum, & ſolutum
pro diſſolutione obligationis manet ſine auocatione, aut
euictione, quia eatenus neceſſariò ſublata intelligitur
omnis obligatio.

19 At ſecus, quando quod traditum, vel ſolutum non per-
manſit irreuocabiliter; ſed fuit auocatum, ſeu euictum.
In qua re plures conſtituo caſus.

Primus eſt, quando auocatio, ſeu euictio ſi non deſtruit
obligationem, ita quod nullatenus poſſit propriè, & indi-
uiduo ſatisfieri, & per conſequens lex alio remedio ſuc-
currit, vt cuique ius ſuum reddatur; quo in caſu non da-
tur actio priuatiua, quoniam extincta, vt puta exempli
gratia. Titius vendit domum recepto pretio, eamque tra-
dit, vel tradere promittit infra certum tempus, & tradit,
quæ deinde ab alio ex defectu dominij, ſiue per hypothe-
cariam euincitur: quo ſtante is, qui eam emit, poteſt ad-
uerſus venditorem experiri de tali euictione, ſi de ea ex-
preſſe cauerit in emptione *Caballin. de euictio, §. 2. capit.*
3. num. 1. & 2. hacque actione cogitur venditor ſoluere,
& intereſſe *Caballin. dicto §. 2. num. 5.* factis tamen debitis
denunciationibus, & alijs, quæ in hoc tractatu ſuis lo-
cis diximus.

20 Secundus caſus eſt, quando creditor cum pignore ob-

tinuit

tinuit à magiſtratu, ſeu iudice ſibi pignus adiudicari, & dari inſolutum, quia creditor receſſiſſe dicitur à primo contractu pignoris, & celebrat contractum adiudicationis: quare ſi pignus euincatur, creditor non poteſt contra debitorem agere actione pignoraticia, ſed agit actione vtili ex empto de euictione, quia per dationem in ſolutũ fuit receſſum a pignore, eiuſque actione, *l. eleganter, ff. de pign. actione. Surd. de adiudic. in ſolutum loquens dec iſ. 266. ſub n. 3. verſ. credidit, & n. ſeq.*

21 Ampliatur dictus caſus, vt procedat, ſiue iſta datio inſolutum fiat iudicis auctoritate per viam ſubhaſtationis, ſiue etiam fiat ab ipſo debitore, cum æquè dicatur nouus contractus, *Bal. in l. libera, ſub n. 5. verſ. ſed nunquid in fine, C. de ſentent. & interloc. omn. iud.*

22 Primò limitatur, vt locum habeat in dote, quia fauore dotis ſunt actio primæua, *Bal. in dict. l. libera, ſub n. 4. verſ. ſed contra ibidem Salyc. ſub n 2.*

23 Secundò limitatur, vt non procedat, quando creditor, cui debitor dat aliquid inſolutum, accipit cum proteſtatione quod non vult recedere a primæua actione, niſi res data efficiatur ſua irreuocabiliter, *Gloſ. fin. in d. l. libera, & ibi Bart. ſub n. 2.* ibi primo hic, & ibidem *Salyc. ſub n. 1. C. de ſentent. & interloc. omn. iudic. & Surd. dicto conſ. 145. ſub n. 23. verſ. poſtremò.*

24 Benè verum eſt, quod quando nomen debitoris, vt ſupra, fuit datum in ſolutum abſolutè, & ſimpliciter, abſque reſeruatione, illius periculum ſpectat ad creditorem, cui facta eſt delegatio. *Franc. Becc. conſ. 105. ſub n. 18 19. & 35. & alij quos citat Surd. d. conſil. 145. n. 20. 21. & 28. verſ. non etiam lib. 2.*

25 Tertius eſt caſus, quando euictio non deſtruit obligationem, quin adhuc illi ſatisfieri poſſit directè, & propriè, æque ac ſi obligationi ſatisfactum non eſſet, quo in caſu agitur primæua actione, vt puta, quando quis debet pecuniam, & pecuniam ſoluit, quæ poſteà creditori auocatur, & euincitur; nam creditor poteſt ex primæua actione agere contra debitorem ad ſoluendum, *l. deferre, §. fin. et l. ſeq. de iure fiſci, Bald. in d. l. libera: ſub num. 6. verſ. quaro quid ſi pecunia, & Surd. d. conſ. 145. num. 34. in 1. caſu lib. 1.*

26 Quartus caſus eſt, quando debitor cum fideiuſſore dat creditori rem aliquam inſolutum, quæ poſteà euincitur, & tunc dicitur, quod creditor, ſequuta euictione non poteſt moleſtare fideiuſſorem, quia actio primæua fuit extincta; & propterea ſi debitor non eſſet ſoluendo, nullum remedium competit creditori contra fideiuſſores, niſi, vt ſupra, fiat in aſſignatione pro teſtamento, quod per dationem non intendit recedere à principali obligatione, & hypotheca, ad ea, quæ dixi ſupra, ex *Surd. d. conſ. 145. ſub n. 23. verſ. poſtremo,* & alios, quos adduxi in hac *quæſt. n. 23. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Cedens, vel vendens nomen debitoris, quibus caſibus teneatur præſtare locupletem, vel non, vt de euictione teneatur.

Simulatio in ceſſione ex quibus præſumatur.

In venditione, ſeu ceſſione dubij euentus, quando veniat euictio.

SVMMARIVM.

1 *Cedens mendax condemnatur ad reſtitutionem pretij.*

2 *Dolus contra tacentem, & qui apertè locutus non eſt, præſumitur.*

3 *Venditor ſciens debitorem ceſſum, ſeu venditum eſſe alijs obligatum, & non ſoluendo, tenetur emptorem admonere, alias præſtat euictionem.*

Contrarium, quod ſolum teneatur præſtare debitoris nomen verum, & nemini obligatum, non autem eſſe ſoluendo, habetur n. 4.

5 *Vendens, ſeu cedens, ſi quid iuris habet, non tenetur præſtare debitorem locupletem, quia nec etiam debitorem præſtare debet.*

Fallit, ſi vendens, vel cedens, ſciens nullum ius ad ſe competere, ita ceſſerit, vel vendiderit, n. 6.

7 *Vendens, vel cedens nomen tale, quale eſt, non tenetur præſtare nec verum, nec bonum, quia ſi nihil habet, nihil cedit.*

Et de ratione, n. 8.

9 *Difficultas vbi non eſt in verbis, admittenda non eſt voluntatis quæſtio.*

10 *Venditor, ſeu cedens quando aſſeruit debitorem locupletem, tenetur ad vtrunque.*

Declaratur, niſi emptor fuerit in mora exigendo, quo tempore debitor euaſerit non ſoluendo, n. 11.

12 *Venditor, vel cedens nomen, quando promiſit illud eſſe verum, & locupletem, talem præſtare debet.*

13 *Vendens, ſeu cedens ſimpliciter nomen, debitorem eſſe præſtat, non autem locupletem.*

Quid ſi promiſit facere verum, vel alternatiuè verum, vel bonum, n. 14.

Ampliatur, n. 15.

Idem, quando promiſit facere nomen ceſſum verum, & bonum cumulatiuè, n. 16.

Si tamen non ſit bonum, & verum, licet difficilis exactionis, venditor, ſeu cedens non tenetur, niſi adhibita prius diligentia per emptorem, vel ceſſionarium, n. 17.

Fallit, ſi fuerit ceſſum nomen publicum, quod fortè Princeps, vel Reſpublica deberet, cuius periculum eſt ceſſionarij, n. 18.

14 *Cedens, vel vendens nomen debitoris, ſi promiſit illud verum, vel alternatiuè verum, vel bonum, tenetur illud tantum præſtare non obligatum, non autem eſſe ſoluendo.*

Ampliatur procedere, etiamſi fuerit promiſſum nomen ceſſum legitime defendere, & indemnem ſeruare recipientem, quia intelligitur iuxta naturam actus, n. 15.

19 *Nomen debitoris, vbi eſt difficilis exactionis, & non idonei, emi poteſt minori pretio, & qualiter.*

20 *Litium redemptiones inter laicos non potentiores ſunt licitæ, & eius datur actio vſque ad quantitatem datam.*

21 *Ceſſio actionis ſimulata præſumitur, ſi pro modico pretio vendatur.*

22 *Actio vendi non poteſt pro minori pretio, quam ſit in ea, niſi habito reſpectu ad expenſas, & labores.*

23 *Creditum certum liquidum, & exigibile ſoluendum infra certum terminum emi non poteſt minori pretio, eo quod ematur præſenti pecunia.*

Declaratur procedere, vt fuit habita ratio ſolius ſolutionis anticipatæ, n. 24.

Extenditur multo magis locum habere, quando apparet, quod pro modica ſumma fuerunt ceſſa iura, & actiones magnæ quantitatis; quo caſu ceſſio præſumitur ſimulata, & datur tantum actio pro ſumma ſoluta, n. 25.

26 *Simulationis exceptio datur illi, contra quem facta fuit ceſſio, quicquid alias talis exceptio allegari poſſit.*

27 *Actio an vendita ſit iuſto pretio, facienda eſt æſtimatio laborum, impenſarum litis, & dubij illius euentus.*

28 *Dubius euentus non conſideratur, quando emptor actionum*

ſibi

ſibi præcauit de euictione per cedentem factu.

29 *Simulatio arguitur, quando emptor dubij euentus curauit ſibi promitti de euictione.*

30 *Dubius euentus vbi venditur, venditor paciſci poteſt, quod de euictione non vult teneri, etiam ad pretij reſtitutionem. Et de ratione ibidem.*

31 *Euictio regulariter non cadit in emptione dubij euentus.*
Fallit in venditione actionum, vt euictio præſtari non debeat, quia nihilominus venditor tenetur demonſtrare non eſſe, quæ aſſeruit, n. 32.
Ampliatur procedere, ſi imprudens quid dixerit, quando ei eſt imputandum, cum temerè aſſeruerit id, quod ignorauit, num. 33.

34. *Venditor nominis debitoris emptori reſtituere debet quidquid, vel compenſatione, vel exactione fuerit conſecutus.*
Item pignoris perſecutionem, quod poſtea quæſiuit cedere debet, n. 35.

36 *Ceſſionarius ex cauſa oneroſa non tenetur cedentem defendere, niſi ceſſio facta fuerit in fraudem commiſſam per cedentem, & ceſſionarium.*

Quæſt. LXXIX.

1 Titius ceſſit nomen debitoris Sempronio, cum declaratione, quod volebat teneri de facto ſuo tantum. Poſt aliquod temporis ſpatium Sempronius conuenit in iudicio Titium, aſſerens dictum debitoris nomen ſibi ceſſum, non eſſe ſoluendo, & ita per executorem relatum: & ſic ſucceſſiuè dictum Titium cedentem condemnari ad pretij reſtitutionem debere, iuxta *leg. 1. in fine, ff. de actio. empti.* Dolus enim ex taciturnitate præſumitur, & contra
2 eum, qui apertè locutus non fuit. *Alex. conſ. 109. num. 10. lib. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 532. præſertim num. 68. &*
3 *103.* maximè ſi Titius ſciuit dictum debitoris nomen pluribus fuiſſe obligatum, & nihil in bonis habere, de quo tenebatur Sempronium admonere, *l. ſi vina, §. planè, ff. de periculo, & commun. rei vendit. vbi Gloſ. Bald. Alberic. Fulgoſ. et Salyc. cap. ſuper literis de reſcript. Abbas in cap. Quoniam contra in Gloſ. in ver. loca. de probat. Afflict. deciſ. 309. n. 32. Franc. Becc. conſil. 106. n. 11. Surd. conſ. 36. n. 10. lib. 1.* quia inanis eſt actio, quam debitoris excludit inopia, *l. nam is. ff. de dolo.*

4 Sed contrarium decidendum videtur; quia ſtante ceſſione prædicta, cedens tenetur præſtare illum verùm, & nemini obligatum, non autem ſoluendo eſſe, *ad text. in l. nomen. ff. de hæredit. action. vendit. & l. ſi plus, §. vltimo, ff. de euiction. latè Menoch. conſil. 778. n. 8. lib. 8. & Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. titul. 13. numero 9. & infra.*

Verum vt huius quæſtionis manifeſta habeatur cognitio, aliqui ſunt conſtituendi caſus.

5 Primus caſus eſt, quando quis vendit, ſi quid iuris habet ſeu competat: quo in caſu non tenetur præſtare debitorem præſtare, *l. quod ſi in venditione, ff. de hæred. vel actio vendi. & in l. ſi pactum, ff. de action. empti.* Nam quis incertum rei, & ſpes empta videtur, ſicut ſi quis iactum retis emerit, *l. nam hoc eod. titulo.*

6 Fallit, ſi venditor ſciens nullum ius ad ſe competere ita vendiderit, quia tunc de dolo conuenitur, *l. hoc autem ſic, ff. de hæred. vend. Salyc. in l. 1. num. 2. verſ. concludo, Cod. de euict.*

7 Secundus eſt caſus, quando quis vendidit nomen tale, quale eſt, & tunc non tenetur eum præſtare locupletem, ſed ſolum debitorem, *l. ſi plus, §. vltimo, ff. de euictio, & in l. ſi nomen, ff. de hæred. vendit. l. quod ſi in venditione, ff. de hæred. vel action. vend. Alex. conſ. 27 lib. 2.*

8 Ratio eſt, quia cum id ita actum ſit, & in verbis nulla
9 ſit difficultas, non debet admitti voluntatis quæſtio, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3.*

10 Tertius caſus eſt, quando expreſsè venditor, ſeu cedens aſſeruit debitorem locupletem, quia tunc vtrumque præſtare tenetur, *arg. leg. ſciendum, §. ea autem, ff. de ædil. edict. & leg. ea, quæ ſecundo reſponſ. ff. de contrahend. empt. ac l. Iulianus, §. quod autem diximus, ff. de actio. empt.*

11 Declaratur hic caſus, vt procedat, niſi emptor fuerit in mora exigendi, quo tempore debitor euaſerit non ſoluendo, quoniam damnum eſt ipſius emptoris, *l. quod quis, ff. de regul. iur. & c. damnum eodem tit. in 6.*

12 Quartus eſt caſus præcedenti proximus, quando quis promiſit nomen, quod vendidit eſſe verum, & exigibile, & tunc tale debet eſſe nomen, vt nihil ei opponi poſſit, arg. notatorum per *Bart. & illum text. in l. fin. in fine, ff. de Macedon. Dec. conſil. 102. lib. 1.*

13 Quintus eſt caſus, quando quis ſimpliciter vendit nomen debitoris: & tunc præſtare debet eum eſſe debitorem, non autem locupletem, ac ſoluendo, *d. l. nomen, ff. de hæredit. vendit. tradit Fulgoſ. in l. ſi plus, §. vltimo, ff. de euictio.*

14 Sextus eſt caſus, quando quis cedit nomen debitoris, & promiſit facere verum: vel alternatiuè verum, vel bonum: & tunc tenetur tantum præſtare non obligatum cum effectu, & abſque exceptione, non autem eſſe locupletem, vel ſoluendo, dicta *l. ſi nomen, ff. de hæred. vel actio. vendit. & ibidem Bald. & conſil. 73. lib. 3. Paul. de Caſtro conſil. 170. viſo punctio, numero 2. lib. 2. Alexand. conſil. 142. numero 3. lib. 6. Pariſ. conſil. 88. num. 13. lib. primo, Cranett. conſil. 979. num. 3. Becc. conſil. 105. Menoch. conſil. 778. numer. 1. Hier. Magon. deciſ. Florent. 32. num. 7. & deciſ. 326. num. 4. Roderic. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 21. numer. 19. & 20. qui.*

15 Ampliatur hoc etiam procedere, ſi fuerit promiſſum nomen ceſſum legitimè defendere, & indemnem ſeruare recipientem, quia intelligitur iuxta naturam actus, vt per *Caſtr. d. conſ. 170.*

16 Septimus caſus eſt quando cedens promiſit facere nomen verum, ac bonum copulatiuè: quo caſu tenetur præſtare efficaciter non obligatum, & eſſe ſoluendo, vt per *Dec. conſ. 102. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuentio. lib. 4. titul. 13. num. 12. Menoch. dict. conſil. 778. num. 2.*
17 *& 3.* vbi ſubdit, quod ſi nomen eſt verum, & bonum, ſed difficilis exactionis, venditor non teneretur, niſi adhibita prius diligentia per emptorem, ſecundum *Ruyn. conſil. 45. num. 5. lib. 1. adducit cæteros Engen. conſil. 73. numer. 15.*

18 Fallit, ſi fuerit ceſſum nomen publicum, quod fortè Princeps, vel Reſpublica deberet; cuius periculum eſt ceſſionatij, vt per *Menoch. conſ. 778. n. 15.*

19 Vbi verò difficultas eſſet exigendi nomen, & ob id requirerentur plures expenſæ, & riſicum, ob eandem expenſarum, & riſici rationem poſſet quis nomen debitoris præſertim non idonei emere tanto minori prætio, quantum poſſunt importare impenſæ, & labores, qui neceſſarij erunt ad illud nomen debitoris, hoc eſt, debitum exigendum; vtputa ſi debitum ſit ſcutorum mille, & impenſæ, ac labores neceſſarij ad conſequendum dictos ſcutos, mille, poſſint aſcendere ad ſcutos ducentum, pretium competens erunt ſcuti octingenti, quia tot remanent deductis impenſis & labore. *Bart. in l. per diuerſus n. 6. & 7. C. manda. & Bal. in l. 2. n. 3. in fine, Cod. ne liceat in potent. al.* quod idem ſenſiſſe videtur *Innoc. in cap. ex parte n. 3. verſ. & eſt ſciendum de ulien. iud. mutan. cau. fac.* dicens, quod
20 redemptiones litium inter laicos non potentiores, ſatis licitæ ſunt, & eis datur actio vſq; ad quantitatem datam, & ſub n. 2. ait, ſimulatam præſumi actionis ceſſionem, ſi
21 pro modico pretio vendatur actio; & ita videntur communiter ſentire Doctores, quod nempè actio non poſſit
22 pro minori pretio vendi, quam ſit in ea, niſi habito re-

ſpectu

Digitized by Google

ſpectu ad expenſas,& labores,& ſimiliter de communi te-
23 ſtantur *Abb.in d.cap.ex parte ſub num.6.* & loquendo de
emptione certi, liquidi,& exigibilis crediti ſoluendi infra
certum terminum , quod emi non poſſit minori pretio,
eo quod ematur præſenti pecunia,voluerunt *Franc.Garz.*
in tract.de contract.cap.19.ſub num.2.verſic. ma il contrario
Ludo.Lopez.in ſimili ſuo tract.lib.1.cap.3.verſ. Porrò,& ſe-
quentibus,Michael Salon.ad D.Thom.2.2.qu.78.art,2.con-
trou.17. ſub num.4.verſ.oppoſitum docent,& num.5. verſ.
ex his.Ioan.Azor,inſtit.moral.par.3.lib.8.tit. de emptio. &
vendit.cap.10.q.5. verſ. in hac controuerſia lib.10.titul.de
camb.cap.7.quæſt.3.verſic.in hac quæſtione,tanto verſ, duæ
ſunt.Sequuntur Bonmſeg.in tract. de domi. pretij cap.4. per
totum,& hæc eſt communis, & verior opinio , vt per *Lo-*
24 *pez,& Garz. vbi ſupra*, ſuppoſito debito liquido,certo ,
& exigibili , ita vt habita ſit ratio ſolius ſolutionis antici-
patæ .

25 Quod eo magis firmandum eſt,quando apparet,quod
pro modica ſumma, puta ſcutorum centum fuerunt ceſſa
iura,& actiones magnæ quantitatis,puta ſcutorum mille:
quo caſu ceſſio præſumitur ſimulata , quatenus excedit
quantitatem ſolutam ; pro qua ſola conceditur actio ceſ-
ſionario,*d.leg.per diuerſas,C.mandati.Innoc.in c. vlt.n.2.de*
alien.iud.mutan.cauſ.fact.Bal.in l.2.colum.1.in fin.et ibi Si-
card.n.6.C.ne lic.poten.Rebuff.de ceſſio.act.art.2. Gl.vltima
in fin.verſ.item ratione 10.2.Menoc.de arbitr. iud.caſu 248.
n.1.& latius præſumpt.129.n.2.& 3.& Ant Gabr. de act.
26 *concl.5.n.1.*& ſimulationis exceptio paſſim datur illi,cõ-
tra quem facta fuit ceſſio : quidquid aliàs talis exceptio
allegari non poſſit per tertium *Tiraq.de retract. lign. §.1.*
Gloſ.18.n.78.in fine,verſ.quod dicit.Rota deciſ.303.n.11.p.
1.in recent.

27 Præſertim , quia ſtante qualitate , & quantitate rerum
ceſſarum,ſemper apparet de modicitate pretij, quamuis
fieret æſtimatio laborum,impenſarum litis, & dubij illius
euentus prout talis æſtimatio eſt facienda ad cognoſcen-
dum,an actio vendita ſit iuſto pretio.*Abbas in d.c.2. n.6.*
de alien.iud.mutan.cauſ.fact. Paul.de Caſtro conſ.363. pro
euidentia,col.fin.ad med.verſ. circa quintum lib.2. Corneus
conſ.263.in cauſa vertente,nu.7.ad finem lib.3.Pariſ.conſil.
64.n.16.lib.4.Rebuff.de ceſſ.act.art.2.Gl.fin.Sicard.in l.2. n.
7.C.ne liceat poten.Card.Mant.de tacit.& ambig. conuent.
lib.4.tit.13.n.16.ad finem,verſ.quare actio rei. Rota deciſ.
28 *307.n.12.p.1.in recent.* Qui dubius euentus non eſt conſi-
derabilis , cum emptor actionum ſibi præcauerit de eui-
ctione per cedentem promiſſa , quod magis arguit ſimu-
lationem , & excludit periculum euictionis rerum ceſſa-
29 rum , & quod emptor nullam iacturam ſubire voluerit ,
Crauett.conſ.979.n.2.per totum lib.5. iuxta cap. illo de pign.
cap.ad noſtram de empt.& vend.Bald.conſil.389. quod di-
ctus contractus,col.1.lib.4.

30 Cæterum vbi emeretur dubius euentus,vt quando in
venditione conuentum eſt , quod venditor ſequuta eui-
ctione non teneatur etiam ad pretij reſtitutionem, quod
pactum valet , quia cenſetur quis emiſſe dubium euen-
tum,ſicut qui emit iactum retis,*leg.emptorem,§.qui autem*
verſic.niſi fortè,ff.de actio empti,& ibi Bar.& clarius Paul.
de Caſtro n.2.verſ.textus loquitur . Rota coram Card.Mant.
31 *deciſ.106.n.2.& 3.*ſibi imputet emptor.Non enim regu-
lariter euictio cadit in emptione dubij euentus *Iaſ. in leg.*
explicito,§.ſi hæres præcepto,n.10.ff.ad Trebell. licet non
ſic accidat,ſi quis actiones ita vendiderit,vt euictionem
32 præſtare non debeat:quia nihilominus tenetur, vt vera
eſſe demonſtret,quæ aſſeruit *leg. niſi,ff.de hæred. vel act.*
vend.& l.1.credit euict.pign.non deb.Raph.Cuman.conſ.53.
n.2.Corn.conſ.226.n.2.& 3.lib.2.

33 Ampliatur procedere quoque , ſi imprudens quid di-
xerit, quoniam ei eſt imputandum , cum temerè aſſeruit
id,quod ignorauit *l.Iulianus,§.quod autem diximus de act.*
empt..Alex.conſ.242.n.1.lib.6.Calc.conſ.25.n.11. & Gran.
conſ.762.n.13.

34 Illud autem certum eſt , quod venditor nominis debi-
toris emptori reſtituere debet quidquid , vel compenſa-
tione,vel exactione fuerit conſecutus , *l.venditor actionis*
in fine,ff.de hæred. vel act, vend.

35 Item pignoris perſecutionem,quod poſtea quæſiuit ei
cedere debet,*l.emptori,ff. eodem titulo .*

36 Præterea etiam ſcias , quod ceſſionarius ex cauſa one-
roſa non tenetur cedentem defendere , niſi ceſſio fuerit
facta in fraudem commiſſam per cedentem , & ceſſiona-
rium, *Gloſ.Bart.& Doct.in l.in rem ſuam , ff.de procur.per*
tex.ibi ſequitur.Corn.conſ.61.n.24. lib.3.

ARGVMENTVM.

Debitoris nomen ceſſum vbi euincitur, quando agitur de euictione. Obligatio , & actio primæua , quando competat,ſecuta euictione .

SVMMARIVM.

1 *Pactum gratuitum non præiudicat ceſſionario habenti cau-*
ſam onerosam .
Nec dicto caſu fit diſtinctio, an quis ſciuerit, vel ignoraue-
rit,n.2.
3 *Ceſſionarius tenetur fidem facere de ceſſione , quando n.n*
agit vti procurator in rem ſuam .
Et de ratione,n.4.
Huius concluſionis vtilitas quæ,n.5.
6 *Regula,quod primo quærendum de perſonis,procedit, quan-*
do agit quis nomine proprio .
Ampliatur,multa magis procedere,quando ceſſio facta eſſet
in conſequentiam alterius contractus,n.9.
8 *Ceſſio nominis debitoris eſt venditio .*
9 *Nomen debitoris ceſſum vbi euincitur,vel aliter impeditur*
illius exactio,ceſſionarius agit de euictione contra eum,qui
dedit .
10 *Cedens nomen debitoris tenetur illud facere bonum,non ſo-*
lum de iure,ſed etiam de facto .
11 *Nomen debitoris vbi datur in ſolutum , periculum contin-*
gens poſt ceſſionem ſpectat ad ceſſionarium .
12 *Nomen debitoris vbi euincitur , venditor tenetur de eui-*
ctione .
13 *Venditor nominis debitoris non tenetur de euictione, quan-*
do euincitur hypotheca .
Primo ampliatur etiam procedere , ſi cedens promiſerit no-
men debitoris,vel redditus eſſe verum, & certum, nume-
ro 14.
Secundò ampliatur,quando periculum, ſeu deterioratio no-
mini debitori ceſſi procedit culpa,ſeu negligentia ceſſiona-
rij,n.15.
Ratio affertur , n.16.
Primò limitatur non procedere , ſi venditor nominis red-
ditus ſeu debitoris promittit hypothecas eſſe idoneas, quia
tunc ex pacto tenebitur , ſi debitoris bona non ſufficiant ,
num.17.
Secundò limitatur,ſi venditor nominis debitoris, vel reddi-
tus non ſolum promiſit facere nomen certum , ſed etiam
bonum & idoneum,n.18.
Tertiò limitatur , ſi venditor cum ſciret debitorem non eſſe
ſoluendo,emptorem decipit,& ſit doloſè verſatus,n.19.
Sublimitatur,quando in inſtrumento fuit dictum , eum,qui
cedit,

Digitized by Google

cedit, transferre in ceſſionarium non ſolum omnem actionem contra debitorem, ſed etiam omnem ſpem, & exercitium actionis, n.20.

Vbi quid, ſi emptor ignorabat.

21 *Cedens nomen debitoris præſentis, qui mandat, vt ceſſionario ſoluat, liberatur per huiuſmodi delegationem.*

Declaratur vt procedat, dummodo in obligatione non ſint appoſita pacta contraria, n.22.

23 *Obligatio, & actio primæua regulariter per delegationem, ſeu nouationem extinguitur, & non reuiuiſcit, etiamſi debitoris nomen ſit euictum.*

24 *Nomen debitori ſolui poteſt pro quantitate.*

Et perindè eſt, ac ſi res debita ſolueretur, n.25.

Declaratur vt locum habeat, quatenus traditum, & ſolutum, pro diſſolutione obligationis manet irreuocabile.

At ſecus è contra, ſi ſit euictum, n.28.

26 *Regreſſus non datur de priuatione ad habitum.*

Ampliatur procedere, etiamſi priuatio non habuerit ſuum vltimum effectum, n.7.

27 *Pecunia, quando ſoluitur pro pecunia, ſi euictio non eſt promiſſa, agitur primæua actione, ſiue pecunia a principio facta non fuerit accipientis, ſiue deſinat ex poſt facto.*

30 *Euictio ſecuta, quando deſtruit obligationem, non datur actio primæua, ſed agitur de euictione tacita, ſi de expreſſa non fuit promiſſum.*

Declaratur procedere, dummodo præceſſerit litis denunciatio n.31.

32 *Euictio quando non deſtruit obligationem, agitur ex primæua actione, & qualiter.*

33 *Species quando datur pro ſpecie, ſeu genus pro genere, ſpecie, vel genere euicto agi poteſt actione primæua.*

Et quid ſi ſpecie datur pro genere; n.34.

35 *Genus quando datur pro ſpecie, ſi euincitur, non liberatur debitor, ſed datur actio primæua.*

Quæſt. LXXX.

1 PActum quoque gratuitum non præiudicat ceſſionario habenti cauſam oneroſam. *Paul. de Caſtr. in l. ſi cum emptor, ſub num.4. verſ. nunc ergo, ff. de pactis,* vbi di-
2 cit, quod hoc caſu non fit diſtinctio, an debitor ſciuerit, vel ignorauerit, vbi etiam *Alexandr. numero quarto in fine.*

3 Vnde quando ceſſionarius non agit vti procurator in rem ſuam, & ita nomine cedentis tenetur fidem facere de ceſſione ante litem conteſtatam, *Bal. in l. per diuerſas in decima quæſtione, C. mandati Alexand. in l. ſi ſic §. ſi quis ita, in fine, vbi Iaſ. numero 7. ff. de legat. prima, Alexandr. conſil. 315. in fine, lib. 7.* ſed agit vtili actione ſibi ceſſa, & ita iudicium mouet proprio nomine quo in caſu ſufficit, quod exhibeat inſtrumentum ceſſionis in proceſſu cauſæ.

4 Ratio autem differentiæ ea eſt: quia primo caſu ceſſionarius agit directa, ex quo comparet tanquam procuraror, & ideò nimirum, antequam audiatur, legitima re debeat perſonam ſuam. Verum, quando exercet actiones vtiles tunc proprio nomine agere dicitur, quamuis originem petitionis ſumat ex perſona alterius: & ideò ceſſio magis reſpicit iuſtitiam cauſæ, quam legitimationem perſonæ *Bart. in l. qui ſtipendia poſt Iacob. de Butrig. in fine, C. de procur. Specul. in titul. de inſtrum. edit. §. nunc dicamus, num.4.*

Vtilitas prædictorum eſt, quia quando agitur vtili actio, ceſſio reſpicit non perſonam, ſed merita, & aliud
5 eſt iuſtificare cauſam, & aliud iuſtificare perſonam, & ſuper cauſa recipi non debent probationes ante litem conteſtatam, & ſic emptor, qui agit ex iure alieno, teneretur ante litis conteſtationem exhibere inſtrumenta tituli, quod non eſt concedendum, quia cognoſceretur de principali cauſa, & de meritis ante litis conteſtationem, & addit ſic obtinuiſſe, & hanc ſententiam placuiſſe *Clem. 4. la-*
6 *tè Ioan. de Amic. conſil. 24.* per totum, dicens, quod regola, vt primo quærendum ſit de perſonis, procedit quando
7 agit nomine propria: & ait hoc multò magis procedere, quando ceſſio eſſet facta in conſequentiam alterius contractus, & cum hac opinione tranſit *Natt. conſil. 152. nu-*
8 *mer. 11.* Ceſſio verò debitoris eſt venditio *leg. cum his, ff. de*
9 *fideiuſſ. Bertazz. clauſul. 27. Gloſ. 4. ſub num. 3.* Ita quod, vbi euincatur, vel aliter impediatur exactio, ceſſionarius agit de euictione contra eum, qui dedit, *Bar. in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut. vbi Caſtren. dicit eſſe ſingulare, Capol. caut. 123. Berons conſ. 49. numer. 10. libr. 1. Dec. conſil 99. In cauſa ſub num. 4. Franc. Becc. conſil. 105. num. 1. & 34. in fin. & numer. ſeq. Strach. de aſſecurat. Gloſ. 33. num. 1. Natt. conſil. 496. numer. 18. Surd. conſil. 22. ſub num. 34. lib. 1. & conſil. 145. ſub num. 6. verſ. contra, & num. 28. in fin. Montic. in tract. de in-*
10 *uent. c. 9. num. 80 in fine.* Quare tenetur facere debitorem ceſſum non ſolum bonum de iure, ſed etiam de facto ex prædictis.

11 Contrarium, quod vbi nomen debitoris datur in ſolutum periculum nominis contingens poſt ceſſionem ſpectet ad ceſſionarium, & non ad cedentem, videtur *text. in l. pupilli, §. ſorori, ff. ſol. matr. vbi Caſtr. ait,* hoc menti renendum, *Cuman. conſ. 4. facit deciſio Pedam. Oſaſc. 62. num. 10. Surd. d. conſ. 23. n. 33. lib. 1. Barz. deciſ. 110. nu. 12. poſt Dec. conſil. 99. n. 4.*

Pro concordia conſtituo plures caſus, qui veniet additi addicta in præcedenti quæſtione.

12 Primus caſus eſt, quando debitoris nomen euincitur, quo in caſu venditor de euictione tenetur: quia præſtare tenetur nomen verum, vt probatur in *l. ſi nomen, ff. de hæred. vel act. vendi.* Ideò ſi tertius euincat debitoris nomen ſeu ius redditus, ex eo, quod nomen, vel redditus non erat venditoris, ſed ſibi debitus, venditor tenebitur de euictione.

Secundus eſt caſus, quando non euincitur nomen, vel
13 ius redditus, ſed hypothecæ euincuntur, aut diſtrahuntur pro debitis anterioribus, & debitor non eſt ſoluendo: & tunc venditor nominis, vel redditus non tenetur, vt probatur in *l. periculum, ff. de pign. & in d. l. ſi nomen, & in l. ſi plus, §. fin. ff. de euict. Becc. conſ. 105. n. 13. Surd. d. conſ. 22. ſub n. 34. Marc. Ant. Eugen. conſil. 73. lib. 1. Vinc. de Franch. in deciſ. Neapol. 108. n. 1.*

Primo ampliatur procedere quoque, ſi venditor pro-
14 miſerit nomẽ debitoris, ſeu redditus fore certum, verum, & ſecurum, cum clauſula de defendendo, & conſeruando indemnem &c. quoniam & tunc non tenetur venditor præſtare debitorem idoneum, & ſoluendo iuxta quæ reſpondit *Paul. de Caſtr. conſ. 170. n. 2. lib. 2. Gozad. conſ. 58. n. 17.* Ratioque eſt, quia illa clauſula intelligitur ſecundum naturam contractus, cui adijcitur, nec plus obligat, quam obligaret contractus, ſi adiecta non extitiſſet, *l. ita ſtipulatus, ff. de vſur. l. legati ſerui nomine, ff. de leg. 1. Becc. d. conſil. 105. n. 14.*

15 Secundò ampliatur procedere, quandò periculum, ſeu deterioratio nominis debitoris ceſſi proceſſit culpa, ſeu negligentia ceſſionarij, vt quia vſus non fuit ſollicita diligentia in agendo contra debitorem, cuius nomen eſt ſibi ceſſum, & quia debitor ceſſit ab initio erat ſoluendo; ſed ob negligentiam ceſſionarij euaſit poſtea non ſoluendo, ſeu non idoneus; quo in caſu damnum contingens imputaretur ceſſionario, vt per *Becc. dict. conſil. 105. ſub nu. 25. & ibi, hoc clarè. Io. de Graſſ. in tract. de ceſſio. iur. §. 2. ſub num. 11.*

16 Ratio, quare ceſſionarius vti debeat diligentia, aliàs peri-

Digitized by Google

periculum ſpectat ad eum eſt præter allegata in præcedentibus quæſtionibus, quia vltra tranſlationem poſſeſſionis, transferuntur etiam in ipſum ceſſionarium actiones omnes, & eum facit procuratorem in rem propriam in tantum, quod ſi ceſſio facta ſit in commodum ceſſionarij, & eius periculo, cedens agere non poſſit, quoniam ei obſtat exceptio ceſſionis. *Oſaſc.d.decis.62.n.1. Theſaur. decis.201.num.2.* ſi verò facta ſit ad commodum cedentis principaliter, & ſecundariò ad commodum ceſſionarijs tunc licet penes ipſum cedentem remaneat actio directa, & efficax, ita quod debitor ceſſus adhuc ei ſoluere poſſit ei tamen ſoluere prohibetur, ſi ceſſionatius cum debitore ceſſo litem eſt conteſtatus, vel ei denunciauerit, ne in poſterum cedenti ſoluat. *Oſaſch.decis.62.ſub n.1.verſ.ſi verò, & ſub n.9.& Theſaur.d.decis.201.ſub n.5.Becc.d.conſ.105. num.17.*

17 Primò limitatur non procedere, ſi venditor nominis, ſeu redditus promittit hypothecas fore idoneas, quia tūc ex pacto tenebitur, ſi debitoris bona non ſint ſoluendo, vt probatur in *dict.leg.nomen, ff.de hæredit.vel act.vendit. Paul.de Caſtro d.conſil.170.numer.2.lib.2.Becc.dict.conſil. 105.num.16.Roderic.de annu.reddit.lib.ſecundo, quæſt.21. num.20.*

18 Secundò limitatur, ſi venditor nominis debitoris, vel redditus, non tantum promittit facere nomen certum, & verum; ſed etiam bonum, & idoneum: quia ſi debitor ſoluendo non ſit, venditor tenetur, quia nomen bonum non præſtat. *Rota Genuen.decis.156.n.2.& 3. Neurzan. conſil. 11.n.10.& conſ.66.n.18.Eng.conſil.73. n.1.Roderic. vbi ſupra n.21.*

19 Tertiò limitatur, ſi venditor, cum ſciret debitorem non eſſe ſoluendo, emptorem decepit, & ſic doloſè fuit verſatus, vt per *Roderic.de annu redd.d.q.21.num.22.lib.2. per tex.in l.ſi plus, §.final.de euict.* ibi, & dolum præſtare cogitur, facit *l.ſi quis domum, §.1.* ibi videlicet tenebitur, decepit enim conductorem, *ff.locati, qui tex.* locum habet in venditore, ſecundum *Cynum in l.1.C.ſi pignor.pign. dat. ſit*, ſequitur *Senatus Mantuanus, apud Surd. decis.326. numer.47.*

20 Sublimitatur non habere locum, quando in inſtrumento dictum fuit eum, qui cedit, transferre in ceſſionarium non ſolum omnem actionem, quam habet contra debitorem, ſed etiam omnem ſpem, & exercitium actionis, ita vt apud cedentem nullæ remaneant reliquiæ, quia tunc cedens nullatenus poterit in iudicio experiri. *Iaſ.poſt Tancred.de Cornet.& Cæpol.in l.ſi eum emptore in princ. n. 11.ff.de pactis.*

Vbi tamen debitor redditus ſoluendo non erat, & illius nomen emptor fuit ab eo, qui ignorabat debitoris inopiam, emptor ſibi non præiudicat, per *leg. promittendo, §. ſi a debitore in ver. ſciens a contrario conſenſu, ff. de iure dot.notat Bar.in l.ſi cum dotem, §. ſi mulier, vbi etiam Alex.n.4.ff.ſoluto matr.Barboſ.in l.æſtimatis, n.11.ff. ſol. matr.* vbi hoc intelligi, ſi emptor allegauerit iuſtam cauſam, ac probabilem ipſius ignorantiæ.

21 Tertius eſt caſus, quando debitor cedit ſuo creditori nomen debitoris præſentis, & mandat ei, vt illi ſoluat, & ipſe acceptando mandatum, tunc, vel poſtea creditori præſenti promittit ſoluere, & ille recipit promiſſionem, qui caſus eſt propriè delegationis: ex quo fit ceſſio cum conſenſu debitoris, cuius nomen ceditur. *Io.Andr.in addit.ad ſpecul.tit.de ceſſio.act.§.1.in fin.in ver. deſunt, Paul. de Caſtro in l.qui vſumfructum, ad fin ſub num.3.ibi, aut habebat, ff.de verb.obligat.* & tunc debitor non liberatur per huiuſmodi delegationem, quæ fit ſi ſtipulatio interueniat, & delegatus ſit debitor delegantis, & promittat, tanquam debitor delegantis, & tanquam eius debitor delegetur, aliàs non eſt delegatio, inquit *Alexand. in d.leg.qui vſumfructum, num.5.Dec.in l.ſingularia, ſub num.26.ibi, ſecundò principaliter, & num.27.ff.ſi cert.petat. ſequitur Rota Gen.decis.2.ſub num.22.23.& 24. Rota Romana in Romana litterarum Cambij 3.& 12.Martij 1595.coram R.P.D. Sacrato in impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.par.1.& 2.& in Romana Cambiorum 6.Iunij 1605.coram Sanctiſſ. Ludouiſio in recollectis per Statil.Pacif.poſt tract.de Saluiano interdicto, & in impreſſis ſub eius nomine decis.217.n.3. Surd. d.conſil.145.num.4. vbi de communi, & decis.23.ſub num. 5.& 6.*

22 Declaratur præcedens caſus vt procedat, dummodo in delegatione non ſint appoſita pacta contraria, vt puta ſi ſit appoſitum pactum, quòd debitor delegans teneatur bonum facere, & exigibile nomen debitoris delegat, *Vinc.Franch.decis.108.& decis.427.n.6.Surd. decis.326.n. 41.Magon.in decis.Flor.39.Rota Genuenſ.decis.156.Menoc. conſ.778.lib.8.Eng.d.decis.73. lib.1.*

Vel quod debitor delegans remaneat obligatus, donec facta fuerit actualis ſolutio delegato; vel ſit conuentum inter partes, quod ſalua ſint iura hypothecæ contra ipſum debitorem delegantem: quia huiuſmodi pacta inficiunt delegationis naturam, *Surd.dec.23.n.6.in fine, & ſub n.7.verſ.fuit, & ſub n.9.verſ. eodem quoque.*

23 Ex prædicto caſu infero in materia, de qua agimus quod obligatio, & actio primæua regulariter per delegationem, ſeu nouationem extinguitur, & non reuiuiſcit, etiam ſi debitoris nomen ſit euictum, quia ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, *leg.nulla, & l.obli-*
24 *gatione, C.de ſolut, l.prout, ff.eo.tit.* nomen autem debitoris ſolui poteſt pro quantitate, *l.ſi ſponſalibus, §.fin. ff. de iure dot.l.licet, §.quoties, ff.eod.* & quando nomen debitoris da-
25 tur in ſolutum pro aliquo debito perinde eſt, ac ſi res debita ſolueretur, vt concludit *Aret. in d l. ſingularia colum. antepen.ad fin.ff.ſi cert.pet.& ibidem Iaſ.num.37. & Cagn. num.168.* vt per hæc, & alia ita reſpondit *Surd.d.conſ.145. num.14.& infra lib.1.& num.20. verſ.quartò extant, & verſic.quinto hoc, ſub nu.21.& 23.& idem Surd. decis.266. num.5.& ſeqq.* qui de priuatione ad habitum non datur
26 regreſſus, *l.qui res, §.aream, ff.de ſol.* etiamſi priuatio non
27 habuerit vltimum plenarium effectum, *Stapinl. de Grat. expect.§.dicendum eſt, n.26.Gonzalez ad 8.reg.Cancellar. Gloſ.15.§.2.num.46.& ſeqq.Surd.dicto conſil.145. num.14. 15.16.& 17.*

28 Hæc illatio declaratur, vt indiſtinctè, & indubitanter locum habeat, quatenus traditum, & ſolutum pro diſſolutione obligationis manet irreuocabiliter, ſine euictione: quoniam eatenus neceſſario ſublata intelligitur omnis obligatio, & non aliter, vt patet ex ijs, quos proximè adduxi: ai ſecus, quando traditum vel ſolutum non permanet ſine auocatione, ſed fuit euictum, qua in re plures poſſunt conſiderari caſus, quos hic breuiter enumerabo.

29 Primus caſus eſt, quando ſoluitur genus pro genere, vt pecunia pro pecunia; & tunc, ſi euictio ſit promiſſa agitur primæua actione, ſiue ab initio pecunia facta non fuerit accipientis, ſiue deſinat ex poſt facto eſſe apud eum, ſiue id contingat ex defectu dominij, ſiue per hypothecariam, eſt *tex.in l.deferre, §.fin.& l ſeq.ff.de iure fiſci, Surd.d. conſ.145.n.34.*

30 Secundus eſt caſus, quando euictio ſecuta deſtruit obligationem, ita vt illi non valeat propriè, directè, & in indiuiduo ſatisfieri, & ſucceſſiuè lex ſuccurrit alio remedio, vt cuique ius ſuum reddatur, & tunc non datur actio primæua, quia extincta eſt, abſque eo, quòd reuiuiſcat. Vt puta, quando vendens prædium, recepto pretio, illud emptori tradit, quòd poſtea ab alio, ſiue ex defectu dominij, ſiue per hypothecariam euincitur, tunc enim is, qui illud emit poſtea contra venditorem agit de euictione tacita, ſi de ea expreſsè non cauerit in contractu; & de expreſſa, ſi expreſsè de ea pactum fuerit *Caball.de euict.§.2.n.3.* &

hac

Digitized by Google

31 hac actiooe cogitur venditor ſoluere intereſſe, dum tamen præceſſerit litis denunciatio, to caſu, quo denunciatio eſt neceſſaria, iuxta quæ dixi in *q.3.* licèt non poſſit redire ad primæuam actionem, vt prædium tradat; quia cum repertum fuerit ad alium pertinere, impoſſibile eſt, vt obligationi tradendi ſatisfieri poſſit.

32 Tertius caſus eſt, quando euictio obligationem non deſtruit, quin adhuc poſſit illi propriè, & directè ſatisfieri, ita ac ſi obligatione ſatisfactum num eſſet. Et iſto caſu agitur ex primæua actione (qui caſus proximus primò) vt puta, quando quis debet pecuniam, & pecuniam ſoluit, quæ poſteà à creditore euiocitur; nam creditor poteſt ex primæua actione agere contra debitorem ad ſolueodum, *d.l.deferre, §.fin. Bald. in l.libera. ſub n.9. verſ. Quæro ſi pecunia, C.de ſent. & interlocut. omo. iud.*

33 Quartus caſus eſt, quando datur ſpecies pro ſpecie, ſeu genus pro genere, quia ſpecie, ſeu genere euicto, agi poteſt actione primæua, *Gl.fin. in d.l.libera, & ibi Cyn. num.1. Bal. n.2. verſ. ex hoc ſequitur, Surd. d.conſ.145. ſub n.34. in ſecundo caſu.*

34 Quintus caſus eſt, quando datur ſpecies pro genere, & tunc ſi genus non conſiſtit in pecunia, non datur prima actio, ſecus ſi genus noo conſiſtit in pecunia, quia tunc conuenitur debitor actione primæua, *Surd. d.conſ.145. verſ. tertius caſus.*

35 Sextus eſt caſus, quando datur genus pro ſpecie: & tunc, ſi euincatur, noo liberatur debitor, ſed datur priſtina actio, quia tenetur facere genus accipientis, *Surd. in eodem conſ.145. ſub n.34. verſ. quartus caſus.*

ARGVMENTVM.

Ceſſio quando facienda ſit venditori ſoluenti ex cauſa euictionis.

Nomen debitoris, quando ceditur vel legatur, an venditori, ſeu legatario ſint conſignandæ ſcripturæ, & cuius expenſis.

Quid ſi vendita ſit hæreditas delata, cuius ſumptibus vendicanda ſit a poſſeſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Euictio venit ex natura contractus.*

Et fortius, ſi de eo fuit ſtipulatum, quo caſu etiam agitur ex ſtipulatu, n.2.

3 *Ceſſio ſociendo eſt per emptorem venditori ſoluenti ex cauſa euictionis.*

4 *Amplia etiamſi nihil dictum fuerit, n.4.*

5 *Ceſſio incluſa videtur in mandato, ita vt fideiuſſor, qui promiſit ſoluere omni exceptione remota; non tamen excludatur a petitione ceſſionis.*

Primò ampliatur, vt huiuſmodi exceptio opponi poſſit, etiam poſt ſententiam, n.6.

Secundò ampliatur, etiam quod deficeret actio ad petendam ceſſionem, cum ſaltem competat iudicis officium, vt illa fiat, n.10.

Fallit in perſonis extraneis, quæ non tenentur ſoluere ex propria promiſſione, n.7.

Sublimitatur in neceſſarijs defenſoribus, qui vigore contractus præambuli tenentur de euictione promiſſa, vt & pro omnibus damnis paſſis illius occaſione, n.8.

Et de ratione n.9.

11 *Nomen debitoris, ſeu creditum, quando creditur pro parte rei vendita, debent conſignari iura, & ſcriptura, quæ enunciantur in inſtrumento.*

Neque ſufficit indicare notarium, penès quem adſunt inſtrumenta, n.13.

Et præſertim ſtante actu correſpectiuo, quo caſu, ſcripturæ ſunt realiter tradendæ, ita quòd qui non dederit inſtrumentum, teneotur de culpa, n.14.

12 *Nomen debitoris vbi legatur, conſignandum eſt legatario creditum, & illius inſtrumentum.*

Et de ratione, n.15.

16 *Inſtrumenta in legoto nominis debitoris dari debent ſumptibus legatarij, quidquid aliud ſit, quando legatur chirographum.*

17 *Creditores, a quibus ceſſio petitur, ſi non inſteterunt pro ſubhaſtationibus faciendis, ſed comparuerunt pro recuperando eorum credito, non tenentur ad aliqua damna, & expenſas: tenentur tamen de euictione pro rata pecuniarum, quæ od eos peruenerint. Et repetitur ſolum pretium, pro quo datio in ſolutum facta fuit; at fructus debentur per debitorem, n.18.*

19 *Hæres, qui vendit hæreditatem, obligatur de euictione.*

Ampliatur procedere non ſolum in hærede, qui poſſeſſionem ſemel obtentam in alium tranſtulit; ſed etiam in eo, qui nunquàm hæreditatem actu obtinuit, ſed alteri ceſſit, n.20. & 24.

21 *Conſtitutum ad præiudicium eius qui conſtituit, ſufficit abſque aliquo probatione poſſeſſionis ipſius conſtituentis.*

Nec conſtituens poteſt impugnare poſſeſſionem illius, cuius nomine antea conſtituit ſe poſſidere, n.22.

23 *Poſſeſſionem, qui alteri ceſſit, impugnare non poteſt.*

24 *Hæres ſciens ſibi delatam eſſe hereditatem, etiamſi nondum poſſeſſionem fuit nactus, totam, vel partem poteſt alij cedere.*

25 *Venditor, quod ex bonis hæreditarijs fuit conſecutus, tenetur ementi reſtituere.*

Quæſt. LXXXI.

1 QVando præceſſit contractus veoditionis, & emptionis cuoi promiſſiooe de euictione, de qua venditor tenetur, vt ſæpè diximus, etiam quòd de ea non fuerit conuentum, cum veniat ex natura cootractus, ad ootata per *Bald. in l.non dubitatur, C.de euict. Tiraquell. de retract.*

2 *lign. §.29. Gloſ. fin. n.4. Surd. deciſ.208. n.11.* & multo magis, ſi adſit euictionis ſtipulatio: quo caſu agitur etiam ex ſtipulatu *Bar. in l.cum quis, §.qui hominem, ff.de ſolut. Socin. conſ.22. num.27. lib.3. Surd. dicta deciſ.208. ſub n.11. in fine,* & venditore ſoluente ex cauſa euictionis rei venditæ,

3 per emptorem cui ſoluit, vel ſimiles perſonas de neceſſitate ſemper facienda eſt ceſſio, *l.Stichum, §.mandato, ff.de ſolut. Cyn. & Salyc. in l.cum alter, C.de fideiuſſ. & mandat.* cum alijs, de quibus per *Surd. conſ.536. num.8. & 11. libr.4.* qui ſubiungit quòd licèt nihil dictum fuerit de ceſſione:

4 nihilominus facultas illam petendi videtur inſerta in ipſo cootractu, tanquam ceſſio ſit de natura ipſius actus, *l.Mo-*

5 *deſtinus, de ſolut. Crauett. conſ.748. num.15.* vbi etiam, quod ceſſio incluſa videtur in mandato: ita vt fideiuſſor, qui promiſit ſoluere omni exceptione remota, non tamen excludatur a petitione ceſſionis *Marſil. in l.fideiuſſor, num.271. ff.de fideiuſſ.* quod adeo verum eſt, vt exceptio

6 huiuſmodi ceſſionis opponi poſſit, etiam poſt ſententiam *l.fideiuſſores, § fin. ff.de fideiuſſ. Aret. in §. appellantur, num.21. Inſtitut. de exceptio.* quicquid aliud contingat in

7 perſonis peoitus extraneis, quæ nullo iure tenentur ſoluere ex propria promiſſione. Etenim ij petere non poſſunt, quod ſibi iura cedantur, *l.nulla, C.de ſolution. Paul.de*

Caſtr.

8 *Caſtr. in l. ſi res obligata, & de legat. 1. Neguſant. de pigno-*
ribus memb. 3. part. 5. num. 42. cum aliud ſit in neceſſarijs
defenſoribus, qui vigore contractus præambuli tenentur
pro euictione promiſſa, & pro omnibus damnis paſſis il-
lius occaſione: ideò non repelluntur ab iſta facultate pe-
tendi ceſſiones *Surd. dicto conſ. 536. numer. 8. & infra lib. 4.*
9 præſertim cum magna ſubſit æquitas, vt venditor non
patiatur iacturam in bonis venditis, quibus emptor fuit
ſpoliatus. Qua ſtante, etiam quod deficeret actio ad pe-
10 tendam ceſſionem, tamen competit officium iudicis, vt
illa fiat, & cedantur iura talia, qualia, ita vt in cedentē re-
torqueri non poſſit: quo in caſu ceſſio ſemper facienda
eſt, tanquam nullum damnum oriatur creditori, & pro-
ſit ſoluenti, *l. planè, & leg. vltima, ff. de petit. hered. l. in cre-*
ditore, vbi Gloſ. in verſ. quod ſint diſpendio, & ver. Item nota
ff. de euictio. l. mulier, ff. qui poſtor. in pignor. habean. l. recuſa-
re, §. Titius, ff. ad Treb. Bald. in l. 2. in princ ff. ſolut. matrim.
Dec. conſ. 104. & diligenter col. 1. verſ. tertio facit, Signorol.
conſ. 100. ſub. num. 13. verſic. modo. Vinc. Franch. deciſ. 55.
num. 5. Surd. d. conſ. 536. num. 5. & 6. lib. 4.
11 Et notandum eſt in propoſito, quòd ſi ceſſum fuerit,
puta, creditum contra aliquem pro parte pretij rei ven-
ditæ, debent conſignari iura, & ſcripturæ, quæ enuncian-
tur in inſtrumento, *l. cum ſeruus in fine, ff. de condit. & de-*
monſt. Caputaq; deciſ. 104. incip ceſſio part. 1. pront dicimus
12 de legato nominis debitoris, in quo eſt conſignandum
legatario creditum, & illius inſtrumentum, *Bald. in l. ſi in-*
ſtrumenta num. 5. C. de fideicommiſſis.
13 Quinimò, nec ſufficeret iudicare notarium, penès
quem adſunt inſtrumenta; quia in ceſſione nominis de-
bitoris cum effectu ſunt conſignandæ ſcripturæ. *Rota co-*
ram R. P. D. Pœnia in Romana pecuniaria 4. Iulij 1594. vbi
14 quod magis in eo caſu hoc procedebat, quia domus ven-
dita fuit tradita. Quare ſtante actu correſpectiuo, etiam
è contra ſcripturæ ſunt realiter tradendæ, ita quòd qui
non dederit inſtrumentum, teneatur culpa ſua, & eorum,
qui ab eo cauſam habuerunt, *l. nam & ſeruus, ff. de negot.*
15 *geſt. in ſpecie. Caputaq; d. deciſ. 104. part. 1.* & facit ratio, quo-
niam aliàs legatarius debitum petere non poſſet; nam
tale inſtrumentū, & ius debiti, quod in eo continetur, ſunt
connexa, viſu, & intellectu, *Bal. in l. inſtrumenta num. 5. &*
6. Caſtren. num. 3. C. de fideic. per text. in l. ſeruū filij, & §. eum
qui de leg. 1. l. chirographis, ff. de leg. 3. & notatur in l. Labeo,
ff. de pact.
16 Cæterum cuius expenſis tradi debeant huiuſmodi in-
ſtrumenta *Adden. ad Bald. in d. leg. inſtrumenta in ver. no-*
men, Cod. de fideicom. concludunt, quòd in legato nomi-
nis debitoris dari debeant ſumptibus legatarij: quidquid
aliud ſit, quando legaretur chirographum, per *l. ſeruum*
qui, §. eum, qui chirographum, ff. de leg. 1. de quo latius dicam
ſuo loco.
17 Illud etiam ſciendum eſt, quòd creditores, à quibus
ceſſio petitur, ſi non interfuerint pro ſubhaſtationibus fa-
ciendis; ſed tamen illis factis comparuerunt pro recupe-
rando eorum credito, non tenentur ad aliqua damna, &
expenſas fortè paſſas, cum ipſi non dederint cauſam dam-
no: verum nihilominus de euictione tenentur pro ra-
18 ta pecuniarum, quæ ad eos peruenerint, *l. ſi ob cauſam, C.*
de euict. vbi Bald ait, quòd repetitur ſolum pretium, pro
quo datio in ſolutum facta fuit: ſed fructus debentur per
debitorem, *l. ſi filius, vbi Bart. de euictio. Rota coram Card.*
Seraph. deciſ. 1435. num. 2.
19 Dubium eſt, quid in hærede cedente, ſeu vendente hæ-
reditatem, quem dicimus de euictione teneri, cum rem ex
iuſta cauſa, & titulo tradidit *tot. tit. ff. & C. de euict.* quæ
20 concluſio procedit non ſolum in hærede, qui poſſeſſionē
ſemel habitam in alterum tranſtulit, ſed etiam in eo, qui
etiam quòd poſſeſſionem actu nunquàm obtinuit, illam
tamen vt hæres, ad quem poſſeſſio prædicta ſpectabat, alij
21 ceſſerit, nam ſicuti ad damnum eius, qui ſe poſſidere con-
ſtituit alieno nomine, ſine aliqua poſſeſſionis probatione
ſufficit ipſum conſtitutum *Aretin. qui ait ſingulare in l. in-*
terdictum in fine prin. ff. de acq; poſſ. Franc. Purpurat. in l. ſi
is, apud quem num. 102. C. de eden. Aquen. in l. quod meo col.
fin. ff. de acqu. poſſ. Soc. conſ. 197. col. 5. verſ. ſecunda ratio lib.
2. & conſ. 106. col. 1. lib. 3. And. Tiraq. qui alios adducit de
22 iure *conſt. par. 3. limit. 1. nu. 20.* neque is impugnare poteſt
poſſeſſionem illius cuius nomine antea ſe poſſidere con-
ſtituit, vt per eundem *Tiraq. vbi ſupra n. 37.* ſic ad præiudi-
23 cium eius, qui ſibi delatam, & paratam poſſeſſionem; &
de iure ad ſe pertinentem ceſſit, idem firmandum erit ex
rationis identitate, ne veniat contra factum proprium,
contra *l. poſt mortem ff. de adoptio l. 1. in princ. ff. de except.*
24 *rei vend. l. ſicut, C. de action. & obligat.* ac etiam quia hære-
ditate ſibi delata poteſt hæres ſciens delatam, etiam quòd
nondum nactus fuerit poſſeſſionem, vel totā, vel partem,
vel quamcomque rem hęreditariā opportuno titulo alte-
ri cedere, tā quoad dominiū, quam etiā quoad poſſeſſio-
nem, cū regulariter ius omne, quòd ad venditorē ſpectat,
in emptorem transferatur, *l. 2. in princ. ff. de hered. vel actio.*
vend. l. emptor, C. eo. tit. quamuis emptor res ipſas hæredi-
tarias periculo, an impenſis venditoris, a poſſeſſoribus,
25 ſeu detentoribus proſequatur *l. 1. C. de euictio.* & ipſe ven-
ditor, ſi quid hæreditarium proſecutus obtinuit, quod
venditione comprehenderetur, emptori tenetur reſtitue-
re, *l. vltima, ff. de hered. vel actio. vendit.*

ARGVMENTVM.

Euictio, an habeat locum in annuis redditibus & quid in cenſibus.

Venditor cenſus, an teneatur ad ſolutionem fructuum illis pereuntibus caſu fortuito, etiamſi in totum non pereant.

Et qualiter teneatur ſi præter fundum obligauit etiam perſonam.

Cenſus annuus an iuxta conſtitutiones Pontificias poſſit conſtitui ſuper obligatione tantum perſonali.

SVMMARIVM.

1 *Euictio locum habet in annuis redditibus.*
2 *Euictio locum habet in cenſu, quando fuit promiſſa.*
3 *Venditor cenſus fructus pereuntibus caſu fortuito pro ali-*
quo anno, non tenetur ad illorum ſolutionem.
4 *Declaratur procedere, vbi abſit negligentia debitoris in co-*
lendo fundum, num 4.
Sed contra num. 5.
6 *Venditor cenſus inuito domino non poteſt de fructibus fundi*
cenſuati pro arbitrio ſuo diſponere, vel alienare.
7 *Emphiteuta reſpondere tenetur de penſione conſiſtente in*
fructibus, quamuis bona emphiteotica aliquo anno fructus
ſufficientes non ferant.
8 *Præſtatio annua, quę maximè in pecunia conſiſtit, facienda*
eſt, ſi in vno anno fructus non percipiantur, cum vbertatē
alterius anni compenſentur.
9 *Cenſus annuus vbi in eius conſtitutione vltra rei, ſeu fundi*
cenſuati obligatione ſit cū obligatione perſonali, ſi res, pro
qua cenſus conſtituitur nō eſt fructifera, nec reddit fructus

ſufficientes pro ſolutione, tunc obligatio perſonalis emptori non prodeſt vltra fructus rei, & num. 11.

Et quid operatur obligatio perſonali, num. 10.

Limitatur procedere in conſtituente cenſum, & eius hæredibus non autem in tertio poſſeſſore, num 12.

Vbi etiam de ratione.

Sublimitatur, num. 13.

14 *Cenſus annuus legitimè conſtitui poteſt ſuper obligatione perſonali. Contrarium habetur num. ſeq.*

Extende procedere quoque circumſcriptis Pontificijs conſtitutionibus, num. 16.

At contra, quod etiam circumſcriptis Pontificijs conſtitutionibus, cenſus perſonalis de iure naturę conſtitui poſſit, num. 17. diſtinctio affertur, num. 18.

Quæſt. LXXXII.

1 IN annuis quoque redditibus, euictio ſortis præſtatur,
quatenus ea ſolidè, ac tutò ſemel non fiat accipientis,
vt quæ ab eo nunquam condici, nec repeti poſſit, *l. ex em-
pto in princ. de action. empti. facit l. nam & ſi furti, ff. ſi cert.
pet. Gaſp. Roder. in tract. de ann. reddit. lib. 2. q. 13. numer. 5.*
2 quod idem dicimus procedere in venditione annui cen-
ſus, quando euictio fuit promiſſa vt per *Vigl. Boccac. in
tract. de cenſib. part 3. num. 70. Nauarr. de vſur. num. 135.
verſic. decimum, & conſ. 9. numer. 3. titul. de cenſib. libr. 3.
Cinc. Peruſ. in tractat. de cenſib. part. 1. cap. 3. quæſt. 4. num.
15. & 16.*

Verùm dubitari contingit, an quando ex aliquo acci-
denti huiuſmodi redditus percipi non poſſunt, vel non in-
tegre, putà ob ſterelitatem, bellum, incurſum hoſtium vel
aliud ſimile pro vno, vel pluribus annis, teneatur nihilo-
minus venditor ſupplere, vel detur receſſus a dicto con-
contractu pro parte emptoris, quæſtio eſt non inutilis.

3 Nam quòd fructibus pereuntibus etiam caſu fortuito
pro aliquo anno, venditor non teneatur ad illorum ſolu-
tionem, in cenſu ſic reſpondit *Hier. Gabr. conſ. 47. n. 2. & 3.
libr. 2. Gaſp. Anton. Theſaur. in addit. ad deciſ. Pedem. 20.
ſui genitoris in fine, & Leonard. Leſſ.* quando ex fundo ſup-
4 poſito nulli penitus percipiuntur fructus, *de iuſt. & iure
lib. 2. cap. 22. in tit. de cenſib. dubit. 12. num. 82.* & vbi abſit
negligentia venditoris in colendo fundum oneri prædi-
cto obnoxium, *Ludo. Mol. de contract. part. 2. diſput. 360.
ſub num. 6. verſic. contrarium.*

5 Sed contrarium quod immò venditor cenſus ſimplici-
ter, & indiſtinctè teneatur, & pro eo tempore, quo fun-
dus illi ſuppoſitus, vel nullos reddidit fructus, vel non
ſufficientes pro ſolutione integri redditus, & omni in
6 caſu ſic aliunde ſupplendus, ea ratione, quia cenſus non
imponitur ſuper fructibus ipſius rei, ſed ſuper ipſa re ad id
obligata, cù alioquin inuito domino cenſus venditor nō
poſſit de fructibus fundi cenſuati pro arbitrio ſuo diſpo-
nere, vel alienare, tradiderunt *D. Sot. de iuſt. & iur. lib. 6.
quæſt. 5. art. 5. ante primum Corollar. Nauar. in tractat. de
vſur. num. 1[illegible]. quæſt. 23. & ſeqq. Fernand. Rebell. de obligat.
Inſtit. lib. 10. q. 10. num. 11 & 12. Guid. Pap. quæſt. 8. in ſpecie
etiam Surd. conſ. 162. num. 15. & pluribus ſeqq. lib. 2. ſequun-
tur Boccac. in d. tract. de cenſib part. 2. num. 41. Azor. inſtit.
moral. part. 3. lib. 10. cap. 6. quæſt. 5. Bonnſegn de cenſib. c. 2. n.
9. & ſeq. & cap. 13. ſub num. 1. ver. Intellige.*

Et in emphiteuta, quòd teneatur reſpondere de pen-
7 ſione conſiſtente in fructibus, quamuis bona emphiteoti-
ca aliquo anno fructus ſufficienter non ferant, cenſuit *Lu-
dou. Lopez de contract. lib. 1. cap. 56. verſ. vt autem experia-
mur, & verſ. verum ad hoc Feder. Martin. de iur. Cenſ. cap. 6.
8 num. 304.* Nam annua præſtatio, quæ maximè in pecunia
conſiſtit facienda eſt, ſi in vno anno fructus non perci-
piuntur cum vbertate alterius anni compenſantur, *l. licet,
C. locati c. propter ſterelitatem eodem tit.* quam rationem
ponderaſſe videtur *Rota in deciſ. 10. num. 5. poſt tract. Cinc.
de Cenſib.* & hanc ſententiam pluribus probauit, idem
*Cinc. in d. tract. de Cenſib. part. 1 cap. 3. quæſt. 2. artic. 3. per
totum.*

9 Illud verò notes, quod ſi in cenſus conſtitutione, vl-
tra rei ſeu fundi cenſuati obligationem, accedat etiam
obligatio perſonalis ipſius venditoris, quod fieri poſſe
dixit *Dominic. Sot. de iuſtit. & iure lib. 6. quæſt. 5 art. 1. in 4.
concluſ. Conrad. de contract. quæ. 74. & 75. & q. 83. concl. 13.
Ioan. Guttier. pract. qq. lib. 2. quæſt. 177. num. 2. & 8.* ſi res ſu-
per qua cenſus conſtituitur, non eſſet fructifera, vel non
eſſet ita fructifera, vt ſufficiens ſit pro cenſus ſolutione;
tunc obligatio perſonalis emptori non proderit vltra
fructus rei, cum ſemper ea nequaquam cenſus conſtitui
potuerit, qui excedat fructus illius, vt per *Guttierez d. q.
177. ſub num 8. & infra.*

10 Operabitur tamen in hoc obligatio perſonalis prædi-
cta, quod emptor annui redditus illius occaſione, ſi vo-
luerit, valeat omiſſo tertio fundi poſſeſſore agere ad
damnum redditum aduerſus ipſum contumacem, vel
eius hæredes, licet ipſi non poſſideant rem, ſuper qua
redditus fuerit contractus, quod iure, & conſuetu-
tudine, ac ipſius contractus legibus palam conſtat, vt in-
quit *Didac. Couar. variar. reſolut. lib. 3. capit. 7. ſub num. 6.
11 verſ.* Hinc etiam; dicens hoc fieri non poſſe, niſi conce-
deremus, & verum eſſet, hoc redditus actione ſola perſo-
nali plerumq; ſubſiſtere quem probauit *Guttierez d. quæſt.
177. ſub. num. 4.* addens, quod cum cenſus ipſe à principio
rectè ac iuſtè conſtitutus fuerit, nempè ſuper certis bonis
de ſui natura fructiferis, ſequitur quod obligatio quoque
perſonalis eidem adiecta valida ſit, & non pereat, licèt bo-
na ipſa poſtea ad tertium peruenerint, & in id citat *Re-
doan de reb. eccleſ. non alien. in rubric. de conſtit. ann. Cenſ. in
rebus eccleſiæ, num. 68.*

12 Limitatur procedere in eo, qui redditum vendidit, &
conſtituit, & in eius hæredibus, ſed in eo, qui eſt tertius
poſſeſſor, ea ratione huius poſſeſſionis fuit coactus reco-
gnoſcere ipſum creditorem, & titulum nouum eidem fa-
cere non idem eſt; quoniam hic tantum obligatus erit
redditum ſoluere, dum fuerit eiuſdem rei poſſeſſor, quod
ſi res illa abſq; fraude poſſeſſoris, qui recognouerit ad
alium deueniat, prior poſſeſſor nō poterit abſolutionem
redditus conueniri, quia recognitio, perſonalis obligatio,
& titulus nouus non plus afficit quoad ſubſtantiam obli-
gationis ipſum recogneſcentem, quam is antea virtute
poſſeſſionis tenebatur: etenim obligatio illa perſonalis
interponitur ex neceſſitate poſſeſſionis, & oneris adhæ-
rentis rei poſſeſſæ; idcircò intelligenda eſt tantum duran-
te eiuſdem rei poſſeſſione, cum ea intentione expreſſa
ſolum ſit obligatio prædicta, & recognitio: & ad hoc
vt poſſit competere executionis ius contra ipſum, niſi
aliud expreſſe inſtrumento recognitionis probetur *Co-
uar. d. cap. 7. ſub num. 6. verſ. ſed etſi hæc Redoan. in loco præ-
citato, & Guttier. d. quæſt. 178 num. 5. qui in verſ.* Hæc ta-
13 men limitatio, id ſublimitat, ſeu declarat, locum non ha-
bere quando tertius poſſeſſor id non expreſſerit, ſed indi-
ſtinctæ, ac generaliter ſe obligauerit ad ſolutum cenſus,
quouſque redimatur, quia ſtandum eſſet verbis obliga-
tionis ita generalis, quoniam animus in mente retentus
nihil operatur, & imputet, ſibi qui tam profuſo ſermo-
ne ſe obligauit, & contra eum, qui apertius dicere potuit
legem, & non dixit, interpretatio facienda eſt *l. Rectori-
bus, ff. de pactis cum ſimil.* & ibidem quoq; declarat *Couar.
quem ideo videas*

14 Cauendum eſt ab ijs, qui aſſerant cenſum conſtitui
poſſe ſuper obligatione perſonali tantum, vt ſenſit
*Conrad. de contract. quæſt. 74. & 75. & quæſt. 83. con-
cluſ. 13. Sot. de iuſt. & iure libro ſexto, quæſtione quinta
art. 1.*

14 *art.1.in 4.concl.& alij de quibus per Guttier.pract.quæſt.lib. 2.quæſt.177.num 2.*

15 Nam in contrarium eſt verior ſententia, videlicet, quod cenſus conſtituti ſuper perſonis ſunt illiciti, & ſuſpecti, *Innocen. Ioan.deligna. & alij in c.in ciuitate de vſur. de communi teſtatur Lup.à S.Gemin.in l.2.in 2. Comment.§. 2.num.63.C.de pact.inter empt.& ven.Nauar. in cap. ſi fæneraueris,num.71.81. & ſeqq.14.quæſt.3. Virgin.Boccac.in tract.de cenſib.part.2.n.76.in fine. Surd.conſ.511.n.3.lib.4. Guttier.dicta quæſt.177.num.7.& latius Ioan.Azor inſtitut. moral.part.3.lib.10.titul.de cenſib.cap.5.quæſt.1.& 2.* vbi, quod hic cenſus eſt damnatus, non ſolum ex conſtitutione Pij V.ſed etiam ex conſtitutionibus Martini V. & Caliſti III. & Nicolai V.

16 Extende id eſſe verum etiam circumſcriptis Pontificijs conſtitutionibus; etenim ijs non conſideratis, nec cognitis,ita tenuit *Laurent.de Rodulph. in cap. conſuluit poſt rubr. quæſt.12.ſub num.46.verſic.ſolum de vſur.laté Nauar. in d. cap.ſi fæneraueris,num.81.& 82.* de cõmuni pariter fidem facit, licet eam non ſequatur *Conar.variar.reſol.lib.3. cap. 7.ſub num.5.verſ.ego ſanè.*

17 Sed contrarium, quod ſcilicet circumſcriptis Pontificis conſtitutionibus, & Præſertim Pij V. cenſus perſonalis de iure naturæ conſtitui poſſit ex veriori ſententia tradit *Ioan.Azor.inſtit.moral.d.cap.5. quæſt.1. verſ. ſecunda ſententia*, & hanc ſententiam nulla mentione facta conſtitutionis Pontificiæ laté diſputando firmat *Conrad. dict. quæſt.74.& Medin.in ſuis tract.tom.2.tit. de rebus per vſur. acquiſit.quæſt.11.verſic.hac tamen.Iuncto verſ. præcedenti, ſed quæret aliquis colum.7. fol.385.* & facta mentione dictarum conſtitutionum ſequuntur *Sot. d. lib.6. quæſt.5. & 6.Conar.d.cap.7.ſub nu.5.verſ.ego ſanè,& ſeqq.& præſertim. verſ.tertiò idẽ,& verſ.non obſtant:* vbi reſpondet dictis extrauagantibus. *Leonard.Leſs.de iuſt.& iure lib.2. cap. 22. numer.18. & ſeqq. & articulo diſenſſo Michael Salon ad D. Thom.2.2.poſt quæſt.78.de cenſib.controuer. 5.numero ſexto verſ. ſit prima concluſio. Ioann.de Anan. poſt Innocen. & Abb.in cap.in ciuitate, ſub num.22. ibi, ſi verò illa obligatio.de vſur.*

18 In hac opinionum contrarietate *Abb. inter ſuas quæſtiones, quæſt.5. Angerio ad finem*. Pro concordia ita diſtinguit.

Aut quærimus,an per huiuſmodi cenſum perſonalem contrahatur emptio, & venditio, & credo (inquit) quòd non, quia abeſt res, ſine qua venditio non tenet: ex quo iſte, qui dicitur venditor, non poteſt perſonam vendere, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum; aut quærimus,an ſe obligare poſſit ad dandum annuam quantitatem,& tunc (inquit) indubitanter dico, quod ſic.

Ego autem indiſtinctè teneo extenſionem, de qua ſupra, hac ſuppoſita concluſione, nempè non dari legem humanam quæ differat à lege naturæ, niſi prout differt pars à toto, fundatum à fundamento,genitum à generante; ita quod non ab hominum opinione, ſed à decreto naturæ profluat, vt poſt eos, quos adducit, ſcribit *Coraſ. de iure ciu.part.1.c.3.*ibi cæterũ hæc qualem qualem,& *Bologn.de leg.iur.& æquit. cap.3. num.11.* & ſic lex humana ſeu poſitiua diſponere non poteſt contra legem naturalem,ſed ſolum poteſt illam interpretari,& ideò neceſſariò tenendum eſt veram eſſe extenſionem præmiſſam, quod etiã de iure naturæ huiuſmodi cõtractus ſit illicitus, quòd optimè Pius Papa V. interpretatus, eſt & diſpoſuit hunc contractum eſſe illicitum: nam iuſtitia aliud non eſt,quam quædam rectitudo,& per conſequens ius ſiue naturale,ſiue poſitiuum,vel legale conſiſtens in quadam rectitudine. Vnde,quamuis ius naturale, & ius poſitiuũ,vel legale ſint diſtincta,non tamen diſtincta eſt eorũ rectitudo,& ſic verum erit dicere, quod ius legale, ſeu poſitiuũ eſt quædam ſpecificatio expreſſiua naturalis rectitudinis, iuxta quod voluit *Io.Andr.in cap.poſſeſſor ſub n.12. de reg.iur.in 6.* nam ius legale, ſeu poſitiuum, nunquam contrariatur, ſed ſemper concordat cum iure naturali. Idem *Ioan. Andr. in d.c.poſſeſſor num.15.verſ. declaratis.*

ARGVMENTVM.

Euictione cenſus in parte ſecuta, an in reliquo annulletur.

Cenſus periculum ad quem ſpectet, & vbi fuit conſtitutus in re non libera, vel aliena, an valeat ad commodum emptoris, & quando, & ad quæ agi poſſit, & teneatur venditor.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus in conſtitutione, periculum ſpectat ad venditorem, qui propterea tenetur ad pretij reſtitutionem, & intereſſe.*

Etiam ante ſecutam euictionem, & dati ſint fideiuſſores, num.2.

Præſertim, quando in inſtrumento fuerunt promiſſa damna, & intereſſe, num.3.

Et fortius,quando euictio promiſſa,eſt num.4.

5 *Cenſus dominus agere poteſt aduerſus venditricẽ cenſus impoſiti ſuper fundo non libero,vt ipſum liberet à quacunque moleſtia occaſione illius.*

6 *Cenſum imponens, tenetur ad illius defenſionem.*

7 *Cenſus impoſitus ſuper re aliena, puta pro tertia parte, ſi euincatur, promiſſio facta pro alijs duabus tertijs partibus eſt nulla.*

8 *Contrarium quando ab initio contractus fuit validus quoad venditorem,& in eius præiudicium, num. 8.*

Vbi de ratione.

9 *Res,quæ oneri cenſus ſubijcitur,vbi eſt tanti valoris,vt omnes obligationes,quibus erat ſubiecta,ſatisfieri poſſint: abſque damno emptoris cenſus eiuſdem pretium non petitur, nec concedi debet.*

10 *Pacta continentia moroſum debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad certas expenſas, vel ſalaria annullantur pro conſtitutionem Pontificiam Pij V.*

Declaratur procedere quod intereſſe vigore pacti,ſecus quoad intereſſe vigore iuris, ſine pacto num.11.

12 *Cenſum emens poteſt paciſci,quod emptor certo tempore teneatur,puta de biennio in biennium renouare cædulã bancebariam,ſeu præſtare nouos fideiuſſores,& alia pacta licita & honeſta ponere,quibus non obſeruatis, poterit emptor petere reſtitutionem ſortis principalis.*

Primò intellige dummodo emptor cenſus non obliget venditorem ad dandum fideiuſſorem ad illius placitum, numero 13.

Secundò, intellige, non eſſe prohibitum pactum de certo lucro taxando per iudicem,vel arbitrio boni viri, num.14.

15 *Cenſus, pretium ſolui debet in pecunia numerata.*

16 *Cenſu, in quo non interuenit pecunia numerata, eſt nullus.*

17 *Surd.conſil.162.ſub num.40.reijcitur.*

18 *Fructus percepti ex cenſu conſtituto abſque pecunia numerata ſunt reſtituendi ſeu cõpenſandi cum ſorte, etiam ſi dicerentur bona fide conſumpti, ſeu percepti.*

Fallit, vt num.20.

19 *Cenſus conſtitutus ex fructibus cenſus decurſis,& nõ ſolutis,*

eſt nullus ex forma Bullæ Sanctiſs. Pij V.
21 *Emens bona fide cenſum impoſitum ſuper re aliena, cum hoc reſciuit, contractum reſcindit pretio repetito.*
22 *Emptor conſcius rem cenſui ſuppoſitam eſſe alienam, fructus accipiendo, tenetur in partem pretij computare.*
Ampliatur procedere etiam, quando ſciuit cenſum imponi ſuper re aliena, ſed ſimulauit ignorantiam, numero 23.
Scientia tamen debet eſſe clara, n.24.
Licet regulariter ſtante prohibitione alienationis ſcientia haberi non ſoleat in conſideratione, n 25.
26 *Cenſus impoſitio ſuper re non libera, vel aliena, eadem eſt nulla, ſed nec debentur damna, & intereſſe, ſuppoſita ſcientia.*
Fallit accedente conſenſu domini, n.39.
27 *Cenſus impoſitus ſuper re fideicommiſſo ſubiecta, vel emphyteoticanon valet volente emptore, ſecus ſi velit aalere.*
28 *Cenſus vbi à venditore imponitur, ſuper re non libera, quæ tamen à venditore libera dicitur, emptor agere poteſt ad reſciſſionem, quod negatur venditori.*
Item emptor agere poteſt ad implementum promiſſorum, vel ad damna, & intereſſe, nu.29.

Quæſt. LXXXIII.

1 IN cenſus conſtitutione periculum ſpectat ad vendito-
rem, & tenetur venditor ad pretij reſtitutionem, &
ad intereſſe, ſicuti decidit *Martio. Nauar. in cap. ſi fœne-
raueris 14.q.3.in 36. & 37. quæſt. ſub numer.118.* quem
ſequitur *Boccac in tract. de cenſib. part.2. numer.44.45. &*
2 160. ac alijs pluribus etiam ante ſecutam euictionem, &
dati ſunt fideiuſſores, vt per eundem *Boccac. in loco proxi-
mè citato n.148. qui n.161. & 165.* concludit id præſertim
3 procedere, quando in inſtrumento fuerunt promiſſa
damna & intereſſe *Rota coram Cardinalis Seraphino deciſ.*
4 *787.n.1. & ſeqq. parc.1.* & fortius, quando euictio pro-
miſſa eſt, cuius euictionis promiſſionem in cenſus con-
ſtitutione de iure validam eſſe dixit *Nauar. in dicto cap. ſi
fœneraueris, circa, finem ſub num.135. verſ. decimum, quod
promiſſio, & conſil.9. numer.3. tit. de cenſib. libr.3. Boccac. d.
par.2. numer.70. Cinc. de cenſib. par.1. cap.3. quæſt.4. numer.*
5 15. Ita quod dominus cenſus agere poſſit contra vendito-
rem cenſus impoſiti ſuper fundo non libero, vt ipſum li-
beret à quacunque moleſtia occaſione dicti cenſus, vt
fuit reſolutum per *Rotam coram Illuſtr. D. Cardinali Milli-
no deciſ.108. numer. primo poſt tract. Cint. de cenſib. impreſſ.*
ac tradidit idem *Cinc. in dict. tract. d. cap.3. quæſt. quarto
numer.21.* vbi cæteros adducit; nam is, qui cenſum impo-
6 ſuit, ac vendidit, tenetur ad illius defenſionem, vt dicebat
*Rota in deciſ.109. numer. ſeptimo coram bon. mem. Iuſto
7 poſt tract. Cinc. de cenſib.* & ſi annulletur in totum, vel pro
aliqua parte, vt quia impoſitus ſuper re aliena, puta pro
tertia parte, quæ euincitur, promiſſio quoque euictionis,
& obligatio aliarum duarum tertiarum partium, in qui-
bus venditio firma remanet, & aliorum bonorum pro ea
facta, vti neceſſaria nulla & inualida videtur ad *conſ. Grat.
91. numer.20. & 21. libr. primo Tiraquell. de conſtit. limit.
7. numer.28. et ſeqq. plur. Neguſanc. de pignor. et hypot. pri-
mo membr. tertio part. princ. numer. octauo ſeqq. verſicul. ſe-
cundò quæritur. Cabr. in tutul. de clauſul. concluſ. decimo in
princip. in ſpecie Boccac. in dicto tract. de cenſib. par. ſecunda
numer.160.*
8 Contrarium in hoc vltimo dicto verius dicimus, quan-
do contractus ab initio in ſe validus fuit quoad vendito-
rem, & in eius præiudicium, licet non quoad damnum
domini ipſius rei, & ea propter etiã reſpectu dictæ partis
euictæ conſeruatur euictionis promiſſio, obligatio, & hy-
potheca aliorum bonorum venditoris, per ea quæ tradit
*Tiraq in d. limita.7. num.41. cum. ſeq. Rota deciſ.45.n.4. poſt
dictum tract. Cinc. Boccac. in ſimili ſuo tract. d. par.1. nu.165.
qui n. ſeq* addit hoc maximè ſibi tribuere, quia annullatio
contingens pro parte aliena non procedit ex defectu for-
mæ conſtitutionis cenſus, & eius venditionis, ſed prouenit
ex defectu materiæ, quo in caſu ceſſat dicta regula an-
nullationis acceſſorij ex annullatione principalis; & in
9 ſpecie, quod quando res, quæ oneri cenſus ſubijcitur, eſt
tanti valoris, vt omnes obligationes, & omnia, quibus
erat ſubiecta ante cenſus impoſitionem non conſumerēt
tot dicti valoris partes, & locus eſſet relictus dicto cenſui
pretij reſtitutio nullatenus petatur, nec concedi debeat,
quoniam eo caſu emptor cenſus nullum patitur damnum
cenſuit *Rota coram Penia deciſ.56.n.1. poſt dictum tract. de
cenſib. Cinc.* quidquid in contrarium aſſeueret idem *Cinc.
d. quæſt.4.n.23.*
10 In hac tamen cenſuum materia cauendum eſt à pactis
continentibus moroſum cenſuum debitorem teneri ad
intereſſe lucri ceſſantis, vel ad certas expenſas, aut certa
ſalaria, medio iuramento creditoris liquidandas vel liqui-
danda: quia ex toto pro nullis habentur ex conſtitutione
ſe. recorda. Sanctiſs. Pij V. edita ſuper cenſibus, vt notat
Boccac in tract. de cenſ. p.1.n.9 & poſteriores, qui cenſuum
materiam tractant.
11 Quæ traditio locum habet quoad intereſſe vigore pa-
cti, ſecus quoad intereſſe vigore iuris ſine pacto. Etenim
Summ. Pontifex in præcitata conſtitutione prohibuit
eiuſmodi pacta, ad tollendas fraudes, & vſurarum occa-
ſionem, non autem prohibuit intereſſe, quod procedit ex
iuris diſpoſitione, vt per iudicis ſententiam *Nauar. in d.
cap. ſi fœneraueris, ſub n.93. verſ. tertium quod et verſ. a.o au-
tem.14 quæſt 3. manifeſtius Io. Azor. inſtit. moral. par.3. lib.
10. tit. de cenſ. c.13. quæſt.1.*
12 Hinc eſt, quod emens cenſum poteſt paciſci, quod ven-
ditor certò tempore teneatur, puta de biennio in bien-
nium reuocare cedulam bancharium, ſeu præſtare no nos
fideiuſſores, & alia pacta licita, & honeſta apponere, quæ
ſi venditor non obſeruauerit, emptor loco damnorum
& intereſſe petere poterit ſortem principalem; *Rota di.
verſ. deciſ.741. domini dixerunt, ſub num.1. verſic.2. du-
mus, par.2.*
13 Primò intellige procedere, dummodo emptor cenſus
non obliget venditorem ad dandum fideiuſſorem ad il-
lius placitum, & ſatisfactionem, ne is hac via reperat præ-
tium in fraudem conſtitutionis prædictæ ex eo, quod nũ-
quam contentus ſit fideiuſſore oblato.
14 Secundò intellige non eſſe probibitum pactum de
certo lucro taxando per iudicem, vel arbitrio boni viri,
quia Pontifex voluit tantum prohibere, ne is, qui dat pe-
cunias ad cenſum, vel cambium, taxet in cauſa propria
*Io. Azor. inſt. moral. d. lib.10 tit. de camb. c.11. quæſt.2. verſ.
ad tertiam.*
15 Et præterea ſcias, quod pretium cenſus verè ſolui de-
bet in pecunia numerata: quia contractus cenſus eſt verè
contractus emptionis, & venditionis. *Azor. d. par.3. libr.
10. tit. de cenſib. cap.8. Franc. Garzias de contractab. capit.
27. ſub num.2. conclus.4. et 5 Ludo. Lopez. tom.2. diſput.383.*
16 & cenſus in quo non interuenit pecunia numerata, eſt
nullus. *Rota diuerſ. deciſ.543. ver. attamen, coram R. P. D.
Litta die mercurij 11. Decembris 1602. in impreſſis Lugduni
1612. deciſ.179. cum alias nu.1. in Romana de Mutinis eode m
die, ac anno coram Cardin. Sacrato, et deciſion.254.* quia
ſecundum, *numer.1. coram R. P. D. Decano in Aſſiſien. cenſus
Luna 5. Maij 1608. in impreſſis Romæ. 1615.* quod intel-
ligas, vt dicam in ſequenti quæſtione, *n.14. et ſeqq.*
17 Et iſta vera ſunt, quidquid ſcripſerit *Surd. in conſil 360.
ſub numer.40. libr.2.* dum aſſeruit, quod & ſi in emptione
cenſus pecunia non adſit nihilominus emptio tenet, ſi

præcedens

præcedens debitum vendentis cenſum verſetur in ſolutione cenſus : quia datio in ſolutum habetur pro pretij numeratione.

18 Primò infero ex ſuperius firmata concluſione, quòd fructus percepti ex cenſu conſtituto abſque pecunia numerata ſunt reſtituendi, vel computandi ſunt cum ſorte, etſi dicerentur bona fide percepti, & conſumpti, tanquam cenſus ſit contra & præter dictam conſtitutionem Sanctiſſimi Pij V. conſtitutus, quæ requirit pecuniæ numerationem, & cenſus ſub alia forma factos, irritos & fœneratitios declarat. Vnde ſequitur, quod fructus tanquam percepti in cauſam vſuræ, nunquam tranſierint in dominium recipientis, & allegatio bonæ fidei in materia vſuraria nihil operatur *Rot. diuerſ. d. deciſ. 189. ſub num. 1. 2. & 3.*

19 Secundò infero, quod cenſus conſtitutus ex fructibus dicti cenſus decurſis, & non ſolutis, eſt nullus ex eadem conſtitutione Pij V. quæ pro forma requirit actualē pecuniæ numerationem; & etiam, quoniam vſuræ vſurarum ſunt prohibitæ. *Rebuff. in l. vnic. in Glo. in ver. dupli ſub nu. 2. verſic. prætereà intereſſe, vbi etiam Bologn. nu. 20. & 21. C. de ſent. quæ pro eo. Luc. in l. curabit. §. 6. ſub num. 20. verſic.* ſed aduertendum ibi, ſimiliter dum. *C. de action. empti. Rota diuerſ. deciſ. 315. num 8. part. 2.* vbi dicitur, quod ſi intereſſe conuerteretur in capitale, de quo ſolueretur aliud intereſſe eſt anatociſmus: ſuperfœtatio, & fœneris renouatio, quæ eſt prohibita de iure ciuili, & addit *Lup. vbi ſupra, ſub dicto num.* 20. quod eſt forma anatociſmi ab omnibus execrata. Comprobat *Io. Azor. Inſtit. moral. par. 3. libr. 5. tit. de vſur. cap. 2. quæſt. 3. verſ. ſed revera, & verſic. vt vero vſura.*

20 Vbi verò extra prædictos caſus emptor ignorauerit fructus, puta alteri venditos, poteſt eos ſaltem in foro conſcientiæ accipere, cum ſit in ignorantia excuſabili; & ſi conſumpſerit, non etiam tenetur reſtituere *Medin. in ſuis tract. tom. 2. tit. de reb. per vſur. acquiſit. quæſt. 15. verſic. ſequitur hinc, in fine, col. 14. Boccac. de cenſib. par. 2. n. 44. verſ. 26. Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de cenſib. cap. 7. quæſt. 7.* ibi, quæ res, quid dicendum, latè *Ludouic. Molyn. de iuſt. & iure tom. 2. de contract. diſputat. 394. verſic. quartum eſt.*

21 Debet tamen is, qui ignoranter, & bona fide emit cenſum impoſitum ſuper re aliena: poſtea cum hoc reſciuerit contractum reſcindere pretio repetito *Medin. in ſuis trac. tom. 2. titul. de reb. per vſur. acquiſit. quæſt. decimoquinto, dicto verſic. ſequitur hinc col. 13. & 14. Nauar. in capit. ſi fœnerauerit, ſub numer. 118. quæſt. 26. 14. quæſt. 13. Virgin. Boc-*

22 *cac. de cenſi. part. 2. numer. 45. & Ioan. Azor. dicto capit. ſeptimo quæſt. 7. ad finem.* Non enim emptor conſcius rem eſſe talem, in qua cenſus collocari non poterat, poteſt capere penſiones, & fructus, & accipiendo tenetur in partem prætij computare, vt per *Ludo. Molin. de iuſtit. & iure tom. 2. tit. de contract. lib. diſput. 394. ver. quartum eſt, in fine.*

23 Ampliatur idem quoque procedere, quando emptor cenſus ſciebat cenſum imponi ſuper re aliena; ſed ſimulauit ignorantiam, vt declarat *Nauar. in d. cap. ſi fœnerauerit, n. 119. 14. quæſt. 3. Bocc. in d. tract. de cenſi. par. 2. n. 44. et 45. & Ioan. Azor. inſtit. moral. part. 3. libr. 10. tit de cenſib. c. 7. quæſt. 7.*

24 Verum ſcientia debet eſſe clara. *Rota deciſ. 198. nu. 14.*

25 *poſt tract. Cinc. de cenſib.* quæ tamen non ſolet haberi in conſideratione, ſtante expreſſa prohibitione alienationis, vt fuit dictum in cauſa *Romana Palatij de Garronibus. die 9. Martij 1577. coram Cauuccio, & per eandem Rotam in d. dec. 198. n. 15.*

26 Ex prædictis infero quod non ſolum cenſus impoſitio ſuper re non libera vel aliena eſt nulla, tanquam facta ſine fundo, contra dictam conſtitutionem Sanctiſs. Pij V. *Surd. conſilio 319. numer. primo. & ſeqq. & numer. 6. verſic. ad id vero libr. 3. Rota in Viterbien. cenſus 6. April. 1590. coram Cardin. Plato*: ſed nec debentur damna, & intereſſe, ſuppoſita ſcientia. *Rota in deciſion. 678. n. 5. part. 1. in recentior.*

27 Declaratur, quod diximus, cenſum impoſitum ſuper re fideicommiſſo, vel emphyteuſi ſubiecta non valere, vt ſit verum volente emptore cenſus, ſecus ſi emptor velit valere, quia valebit etiam inuito venditore toto tempore vitæ

28 illius. Nam ſi venditor in inſtrumento cenſus, vt ſolet, aſſeruerit rem eſſe liberam, & nulli fideicommiſſo, vel emphyteuſi ſubiectam, & poſtea reperiatur non eſſe talem, emptor agere poteſt, ſi velit, ad reſciſſionem. *Rota diuerſ. deciſ. 304. numer. primo in Bonon. cenſus 20. Martij 1600. coram Pena inter impreſſ. Lugduni. 1612.* ſed venditor non poteſt, quia ipſe non eſt deceptus. & non debet venire contra factum proprium, & allegare turpitudinem ſuam, neque poſtea dare de iure, quod competit tertio, maximè ipſi emptori, qui poteſt malè emere, & pecuniam pro

29 priam iactare. Imò venditor in tantum non poteſt, quod emptor poteſt contra eum agere ad implementum promiſſorum alias ad damna, & intereſſe, quoniam in effectu ad præiudicium eius, qui cenſum impoſuit ſuper re fideicommiſſo, vel emphyteuſi, ſeu libellaria ſubiecta cenſus ſuſtinetur. *Rota diuerſ. deciſ. 311. Pater. nu. 7. & in Romana ſocietatis officij 9. Maij 1588. coram R. P. D. Gypſio in impreſſ. Lugduni 1612.*

30 Præterea declaratur quod fuit dictum, cenſus ſcilicet impoſitionem ſuper aliena non valere locum habere, non accedente conſenſu domini illius rei, ſecus ſi accedat, quia tenet impoſitio cenſus. *Ludo. Molin. de iuſt. & iur. to. 2. tit. de contract. diſput. 394. in fine verſic. ſeptimum, virum Surd. conſil. 218. numer. 2. 6. & 7. & Rota coram Illuſtriſs. D. Cardinali Caualerio, in Romana, ſeu Sabinen. cenſus 26. Aprilis 1612.*

Super tamen præmiſſis omnibus, vide quæ dicam in ſequenti quæſtione.

ARGVMENTVM.

Euictionis actio an concedatur, quando res vendita alicui oneri eſt obnoxia.

Et quid, ſi fuit datus fideiuſſor.

Cenſus an validè conſtituatur, ſi loco pecuniarum venditori detur cedula bancharia.

Pactum, quod ſi venditor fuerit moroſus, puta per bimeſtre in ſolutione cenſus, teneatur pretium reſtituere, an valeat.

Emptor an agere poſſit ad damna, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, quando cenſus ſibi venditus fuit impoſitus ſuper re aliena.

Pretium an ſoluatur venditori, quando re vendita detegitur illam non eſſe venditoris.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitus ſuper re non libera, ſed fideicommiſſo ſubiecta, eſt inualidus.*
Adeo quod emptor illum reſcindere poſſit, n.2.
Et habetur, ac ſi eſſet euictus, n.3.
Et de euictione agi poteſt, n.6.
Ampliatur id procedere etiam contra fideiuſſores, qui ad prædicta compelli poſſunt, n.5.
Declaratur procedere, quando in contractu fuit dictum, rem eſſe liberam, cum alias ſufficiat quod emptor agat, quod res à venditore liberetur, n.7.
4 *Fideiuſſores obligati cenſentur in omnem caſum, qui ex natura negocij procedit.*
8 *Venditor cenſus ſuper re non libera, quam liberam aſſeruit, vigore obligationis cameralis in contractu appoſita, patitur iudicium executionum, & nu.10.*
9 *Emptor agit aduerſus venditorem actione exempto ad primæuam obligationem ad tradendum.*
Ampliatur procedere, quando cautum eſſet de euictione, & dati fuiſſent fideiuſſores, n.11.
12 *Venditor à primæua obligatione liberatur, quando dati ſunt fideiuſſores.*
Intellige vbi non conſtaret, quod res obligata eſſet, at ſecus, ſi de obligatione appareat, nu.13.
14 *Cenſus loco pecuniæ numeratæ ſolui poteſt in cedula banchariæ, quæ vim habet ſolutionis, etiam quod in cauſa actualis ſolutio requiratur de forma, n.15.*
Declaratur procedere quando reuera cedula continet ſolutionem, ſeu depoſitionem pretij, adeo quod per traditionem cedulæ & illius acceptationem inducatur nouatio, ſecus ſi cedula contineret ſolum promiſſionem de ſoluendo, nu.17.
Ratio affertur ibid. n.18.
Et qualiter hæc cedula fieri debeat, n.19.
16 *Cedula banchariæ retardat executionem obligationis cameralis.*
20 *Pactum, quod ſi venditor fuerit moroſus, puta per bimeſtrem à ſolutione cenſus, is teneatur reſtituere pretium, valet.*
21 *Res ex qua cenſus eſt venditus, ſi euincatur, atq; ita etiam penſio non ſoluatur, tunc ad intereſſe, hoc eſt ad valorem cenſus, & ſic ad pretium agi poteſt.*
22 *Cenſus quando ſuper re aliena fuit impoſitus emptore ignorante, emptor agere poteſt ad intereſſe tam lucri ceſſantis, quam etiam damni emergentis.*
Et ſic agere poteſt ad pretij reſtitutionem, ſi venditor non fecerit dominium conſentire, præſertim ſi promiſerit ſoluere damna, & intereſſe, loco quorum venit reſtitutio pretij, num. 23.
Limitatur n.24.
25 *Promittens prædium eſſe liberum ab omni obligatione, quæ poſſit præiudicare, vt promiſſio de faciendo conſentire omnem perſonam, intelligitur, dummodò interſit emptoris, quo intereſſe ceſſante ſufficit præſtatio fideiuſſoris.*
26 *Pretium ſoluitur venditori, etiam quod re vendita, comperiatur eam non eſſe illius.*
27 *Depoſitarius rectè reſtituit monacho pecuniā per ipſum depoſitatā, licet reperiatur dictam pecuniam eſſe monaſterij.*
Emptor ſi eſt in mora ſoluendi, vel aduenit dies, res habetur pro inempta, & contractus pro infecto, & ideo alteri vēdi poteſt abſq; timore falſi, ſi primus non ſoluit pretium, & contractus reſciſſio datur per viam exceptionis, non autem per viam actionis, n.29.
Intellige, dummodò non deficiat illud quod principaliter mouit ad contrahendum, quia tunc etiam per viam actionis datur reſciſſio, n.30.

Quæſt. LXXXIV.

EX dictis in præcedenti quæſtione, præſertim nume-
1 ro 28. habetur quod quando bona, ſuper quib. cen-
ſus fuit impoſitus, non ſunt libera, ſed fideicommiſſo, vel
emphyteuſi ſubiecta, vel expreſsè perpetuo alienari pro-
hibita, contractus eſt adeò inualidus, (de nullitate, ſeu
inualiditate enim conſtitutionis cenſus dicto caſu tradũt
Abb. & Canoniſtæ in cap. ſi quis presbyterorum, de reb. ec-
cleſ. non alien. Creſcent. deciſ. 1. de locat. Rebuff. ſuper. concor.
rubr. de collat. §. ſi quis verò, in Gloſ. ver. ipſo iure, in terminis
Rota coram Illuſtriſs. Cardin. Millino in Romana cenſus. 23.
Iunij 1600. impreſs. poſt tractatus Cinc. de Cenſibus 29.) vt
2 emptor reſcindere poſſit venditionem cenſus, & vendi-
torem compellere ad pretium, reſtituendum, vt habetur
per *Rotam coram Cardinali Seraphino in Romana cenſus*
de Cuppis 15. Maij 1577. in impreſſis deciſ. 321. & per Card.
Millinum in Spoletana terrarũ, 6. & 11. Martij 1600, quod
latè probauit *Nauarr. in tractat. de vſur. quæſtione 27. ſub*
3 *num. 116. in fine.* nam cum bona, vt ſupra ſunt oneiata nec
libera dici poſſint, perindè eſt, ac ſi forent euicta, & ſucceſ-
ſiuè pretij reſtitutioni, ac ſortis principalis locus eſt, *lege*
in venditione, ff. de euiction. Alex. conſil. 63. numer. 10. &
4 *11. libro 6.* qua ratione etiam fideiuſſores, qui ſe obligaſſe
cenſetur, in omnem caſum, qui ex natura negotij proce-
dit, *leg. ſi ſeruum, §. nunc videamus, & leg. mora rei, ff. de*
verb. obligat. Caſtr. conſil. 23. column. 3. in fin. lib. 1. Crauet.
conſil. 45. num. 6. & conſ. 47 a. num. 2. 3. & 5. ad prædicta
5 compelli poſſunt, præſertim, quando ſe de euictione, &
legitima defenſione obligarunt, quo in caſu tenentur
promiſſa adimplere, & manutenere ſic eſſe quæ aſſerue-
runt, *leg. 1. Cod. cred. euict. pign. non debe. Corn. conſil. 226.*
6 *col. 2. libr. 2. Aym. conſ. 115. column. pen. in princ.* quia vt a-
lias fuit dictum in præcedenti quæſtione, etiam dicto in
caſu agi poteſt de euictione, cum promiſſum fuit, rem eſ-
ſe liberam, *Catheran. deciſ. 24. Card. Seraphin. d. dec. 321. ac*
Surd. dec. 253. n. 10.
7 Quæ tamen ita ſimpliciter intelligas, ſed declara pro-
cedere, quando in contractu fuit dictum, rem eſſe libe-
ram, vt poſt *Marzar. conſil. 57. numer. 14.* & plures a-
lios, quos adduxit *Stephan. Gratian. deciſ. 13. numer. 18. &*
ſeq. cum alias ſufficeret, quod emptor ageret, vt res à ven-
ditore liberetur, vt per *Alexandr. conſil. 65. numer. tertio.*
libro quinto.
8 Prout & dicto in caſu agi poteſt via executiua vigore
obligationis cameralis ſuper contractu appoſitæ ex aſſer-
tione de re libera, quæ re vera non eſt talis, & ſuper qua
contrahi nec quaſi potuit; vnde talis obligatio tanquam
appoſita ſuper contractu emptionis effectum ſortiri de-
9 bet, *l. ſi ſtipulatus fuera, ff. de verbor. obligat.* Ideò ſi agi po-
teſt ex empto ad primæuam obligationem ad tradendum
agi quoque poterit executiuè vigore obligationis came-
10 ralis, iuxta quod deciſum fuit per *Carden. Seraph. d. deciſ.*
321. numer. 19. quo loci num. 19. ampliat quoque proce-
dere, quando cautum eſſet de euictione, & dati fuiſſent
11 fideiuſſores, per quorum præſtationem licet quis à pri-
ma obligatione ſit liberatus, *Bart. in l. cum quis tibi, aut Ti-*
12 *tio. §. qui hominem, & in l. ſi quis alium, num. 2. ff. de ſolut.*
nihilominus id intelligitur, vbi non conſtaret, quod res
obligata eſſet; At ſecus, ſi de obligatione appareat, quia tũc
13 venditor non liberaretur ab obligatione de contrahen-
do, tradunt *Cuman. in dict. §. qui hominem. Alex. in l. Iulia-*
nus, §. qui eum fundum ſub num. 2. verſ. tamen vno modo
poteſt limitari, *ff. de verb. oblig. per tex. in l. 1. §. ſi hæres, ff.*
ad Trebell. & l. ex prædijs, Cod. de euict. ſic etiam reſoluit
Rota in Romana Domus de Alteorijs 2. Martij 1598. coram
Peregrino.

14 Inſuper

14 Inſuper declara , quod diximus in præcedenti *quaſt.*
*num.*16. cenſum ſcilicet ſolui debere in pecunia numera-
ta, non habere locum, quando datur loco pecuniarum
cædula bancharia, quæ habet vim ſolutionis, vt per *Rotā*
*deciſ.*536.*ſub num.*3. *verſ.quoad reſiduum part.*1. *in recent.*
*Stephan.Gratian.diſcept.Forenſ.c.*87.*lib.*1. *& ſepè declara-*
15 *uit Rota, prout refert Cinc.in tract.de cenſib.part.*2.*capit.*1.
*quaſt.*1.*art.*7.*num.*13. *&* 14. adeò quod etiam, vbi ſolutio
requiritur de forma, prout in cenſu, ſufficiat traditio cæ-
dulæ bancharię, vt *in dec.*103.*num.*7 *& ſeq.*inter impreſs.
16 penes *d.Cinc. in dicto tract. de cenſi.* quæ etiam retardat
executionem obligationis cameralis , vt per *Zacch.qui*
*deciſ.Rota refert, de obligatione cameral.quaſt.*17. *n.*31. *&*
17 32.quod declaratur procedere, quando cædula re vera
continet ſolutionem, ſeu depoſitionem pretij , itaut per
traditionem cædulæ , & illius acceptationem inducatur
nouatio. *Rota apud Card. Seraph.dec.*1419. ſecus ſi cædula
contineret ſolum promiſſionem de ſoluendo cædulam fa-
ctam ab ipſo mercatore , vt per eandem *Rot. in Romana*
18 *domorum* 1.*Decembris* 1606.*coram Card Pamphilio* , vbi
conſideratur, quod per talem cædulam continentem ſo-
lam promiſſionem mercatoris de ſoluendo venditor nō
deſinit reuera habere rem, & pretium, quod ſolum atten-
19 ditur ad effectum æquitatis , *leg.curabit.de action.empt.*
Et ideò aduertendum eſt quando tales cædulæ bancharię
conſignantur: nam vt fuit dictum, neceſſe eſt ad effectum
plenè liberationis, quod mercatur aſſerat , ſe habere in
depoſitum illam ſummam, ſeque promittere illam ſolutu-
rum , & non ſufficeret ſola promiſſio de ſoluendo: quia
talis promiſsio non habet , niſi vim fideiuſſoris , &
aſſecurationis , iuxta dictam deciſionem Roman. do-
morum .

20 Sed an pretium debeatur, quando pactum fuit appoſi-
tum in inſtrumento, quod ſi venditor ceſſauerit per bi-
meſtrem, vel trimeſtrem a ſolutione cenſus , is teneatur
ſtatim reſtituere pretium emptore volente, ac cenſus de-
curſos, damna, & intereſſe, alia eſt conſideratio.

Quare dicimus, quod cum illud pactum non ſit contra
nouam ſubſtantiam , & formam inductam per conſtitu-
tionem Pij V. licet per illam improbentur pacta continē-
tia etiam pretium cenſus extra caſum , in quo facta fuit
denuntiatio, & intra annum ab inuito, aut ob pœnam, aut
ob aliam cauſam repeti poſſe , quoniam pactum de redi-
mendo cenſum per emptorem fuit appoſitum non ſim-
pliciter, ſed in euentum, in quem venditor eſſet moroſus
in ſolutione fructuum, quæ forma contractus de iure ſuſti
netur, quia contractus eſt purus, quamuis ſub conditione
reſoluendus, & idcircò eſt validus, ad *text.in leg.*2.*§.ſi in*
*diem, ff.ſi pro empt. & l.*2.*ff.de in diem adiect.* vnde ſecuta
traditione, & ſoluto pretio, tunc verè dominium cenſus
venditi fuit translatum in emptorem , & abdicatum à
21 venditore, *leg.ex empto. ff.de act.empt. & l quod vendidi* ,
& l.vt res.ff.de contrah.empt. quod locum habet, nedum
in contractu facto cum pacto adiectionis, vel in diem, ſed
etiam legis commiſſoriæ, qnando ſcilicet continet reſolu-
tionem contractus, quia quidquid ſit in alijs pactis , de
quibus per *Guttier.de iuram.confirmat.part.*1. *num.*11. in
pacto reſolutiuo contractus ſuſtinetur, *l. commiſſoriæ, C.*
de pact.inter empt. & vendit. probat Medin. de contract.
Leonar. Leſs.de iuſt.& iur.libr 2.*cap.*22.*dub.*12.*nu.*86.*Lud.*
*Molin.de iuſt.et iur.sum.*2. *diſput.*300 *ſuper ſexta clauſul.*
verſicul. circa hac obſeruat. Myſing. ſingul. obſeruation.
centur. 1. *obſeruat.* 53. vbi ſic à Camera Imperiali iudi-
catum aſſerit; & hanc quoque partem tenuit *Erides.Mar.*
*tin.in tract de iur cenſ.cap.*6.*titul de pact.qua empt.numer.*
272.*qui citat Ludouic.Molin.in diſput.*387.*circa finem. ver-*
ſicul.illud obſeruat. dicentem, quod ſi res, ex qua cenſus
eſt venditus, euincatur, atque ita per conſequens penſio
non ſoluatur , quod tunc ad intereſſe , hoc eſt valorem
cēſus, & ſic ad pretium agi poſſit; adducit etiam idem te-
nere *Summer.Gard. de contract.q.*86. *et Binsfeld. queſt.*12.
*concluſ.*15. ac ita demum reſoluit *Rota deciſ* 670. *n.*4. *et* 6.
p 1.*in recent.*

22 Præterea vbi cenſus emptore ignorante impoſitus eſt
ſuper re aliena, poteſt emptor agere contra venditorem
ad intereſſe tam damni emergentis, quam lucri ceſſantis ,
ſi quod fortè paſſus ſit *Merlin in ſuis tract. tom* 2. *tit.de*
*reb.per vſur.acquiſit.quaſt.*15. *verſ.ſequitur hinc col.*13. *in*
23 *fine ſol.*408. & ita agere poteſt ad reſtitutionem pretij, ſi
venditor non faciat dominium rei conſentite in illa im-
poſitione ; & præſertim n venditor promiſerit ſoluere
omnia damna, & intereſſe, quia loco damnorum, & inte-
reſſe tenetur reſtituere pretium , quando non adimpleat
ea, quæ promittit, ſeu quæ tenetur. *Rota diuerſ deciſ.*741.
*n.*1.*par.*1.*et deciſ.*193.*n.*1. *et in Tudertina cenſus* 26.*Maij*
1608.*coram R. P. D. Iuſto in impreſſis Romæ* 1615.

24 Limita præcedentem concluſionem non procedere, ſi
cenſus ſit impoſitus ſuper re quidem propria , ſed cum
aſſertione, quod eſſet libera ab omni alio cenſu, & onere,
etiam cum iuramento & promiſsione faciendi conſentire
omnes perſonas ius in d.re habentes, & poſtea apparuerit
eandem rem eſſe pro alijs cenſibus alteri obligatam , &
ipſe venditor hunc alterum non faciat conſentire; quia
ſi illa res ſit tanti valoris, vt omnium cenſuum ſuper poſi-
torum ſit capax, emptor nequaquam agere poteſt ad re-
ſtitutionem ſortis principalis, neque ad faciendum con-
ſentire conſortem, quia nullum patitur damnum, quo ceſ-
ſante, ceſſat obligatio, & ceſſat periurium. *Rota diuerſ.dec.*
116.*cum anno n.*1.*& ſeqq.et in Romana cenſus coram R. P.*
D.Pena 17.*Aprilis* 1598.*Rota penes Farinac.in volum.*2.
*conſ.deciſ.*126. *et fuit dictum in Bononien. bonorum,*1610.
*coram Cardin.Lancellotto, et facit Rota deciſ.*350.*n.*3.*par.*2.
in recentior. vbi dicitur, quod promiſsio, prædium eſſe li-
berum ab omni obligatione, quæ poſsit præiudicare, &
25 ſimiliter promiſsio de faciendo conſentire omnem per-
ſonam, intelligitur dummodò interſit emptoris; & ideò ſi
hoc intereſſe ceſſaret per reſtitutionem fideiuſſoris , id
ſufficit. *Card.Seraph.dec.*1243.*n.*2. *et cenſuit Rota in Seno-*
gallien.prędij 5.*Iunij* 1617.*coram R. P. D. Andrea Gratian.*
diſc.lib 1.*c.*113.*nu.*44.

26 At quid, ſi poſtea re vendita, comperiatur venditorem
non fuiſſe dominum, an ei ſoluendum ſit pretium; & dici-
tur, quod ſic, ſecundum *Alex.conſ.*49.*n.*1.*lib.*5.*Surd.deciſ.*
60.*n.*8.*dec.*279.*n.*7.*et* 8.*et c.*150. *n.*104. *et ſeqq.Rota deciſ.*
286.*n.*2.*poſt ſecundum volum.Conſil.Farinac.* vnde dicit ea-
dem *Rota in dec.*487.*nu* 4.*par.*1.*in recent.* quod depoſita-
27 rius rectè reſtituit Monacho pecuniam per ipſum depoſi-
tatam, licet dicta pecunia ſit Monaſterij, & *d. Rota coram*
*Sanctiſs.Ludouiſio dec.*511.*n.*6. quod eo magis procedere
28 quando venditor fuit verus dominus; Ideò , ſi aduenit
dies, vel emptor eſt in mora ſoluendi , res habetur pro
inempta, & contractus pro infecto: eaq; propter, qui ven-
dit vni, poſſe citra ſuſpicionem falſi vendere alteri, ſi pri-
mus non ſoluit pretium, dixit *Bal.in l.quoties n.*2. *C.de rei*
vend.Menoch.arbit.iud.caſu 381.*n.*18. *Surd deciſ* 220.*n.*16.
*qui nu.*17. intelligit dari reſciſsionem contractus, non per
29 viam actionis, ſed exceptionis. *Ber.conſ.*45.*n.*38. dummo-
30 dò non deficiat illud, quod principaliter mouit ad con-
trahendum , quia tunc etiam per viam actionis daretur
reſciſsio, *Cranet.conſ.*192.*n.*22.

ARGVMENTVM.

Lis, quando imminet, an, & quando ven-
ditor teneatur cauere de euictione pre-
tio non ſoluto.

Lis.

Digitized by Google

Lis, quando dicitur imminere.

Emptor, an, & quando occaſione litis imminentis poſſit vti retentione.

Venditori, mota lite ſuper re vendita, quibus remedijs ſuccurratur aduerſus emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Litis, vbi mouetur ante rem traditam, & pretium ſolutum, emptor non tenetur contractum perficere, & pretium venditori ſoluere, niſi ſatiſdet cum fideiuſſoribus in caſu euictionis de indemnitate emptoris.*

Primò intellige de ſatiſdatione dupli, num. 2.

Secundò intellige, vt ita demum occaſione litis motæ in limine contractus ante pretium ſolutum emptor ſibi caueri cum fideiuſſoribus petere poſſit, dummodo ipſemet emptor non colludat cum litis motore, illumque calumnioſè non ſuſcitauerit, num. 10.

3 *Venditor tenetur nedum ex facto illius litem mouentis in limine contractus, ſed generaliter in caſu euictionis à quocunque alio.*

4 *Exceptio competens contra venditorem, competit etiam contra illius ceſſionarium petentem.*

5 *Venditor tenetur fideiubere, vt & illius ceſſionarius, licet mouens litem renunciaſſet, vel ſuccubuiſſet.*

6 *Emptori competit ius petendi fideiuſſores dupli, aut ſimpli in caſu euictionis per viam exceptionis, ante pretium ſolutum, non autem poſtea ſolutum.*

7 *Retentio poſt ſolutum pretium non datur, neque actio.*

Declaratur procedere, vbi pretium fuit verè ſolutum, ſecus ſi fictè num. 8.

9 *Marito ſi datus fuit fundus æſtimatus in dotem, & lis ſibi moueatur, interim maritus ſoluto matrimonio reſtituere non tenetur hæredi, ſeu ceſſionario vxoris ſuæ pretium, niſi ſibi idoneè caueatur.*

11 *Pretium, quando fuit ſolutum, emptor vti poteſt retentione, donec ſibi idoneè caueatur pro euictione.*

12 *Euictio tunc dicitur imminere, quando pretium non eſt ſolutum, & eſt mota lis.*

Et ſufficit, quod lis mota ſit ſuper parte rei, & ſuper poſſeſſorio, vel ſuper aliqua ſeruitute ſeu obligatione, etiam ſi calumnioſa ſit: ſi tamen declarari non fuerit pretium, num. 13.

14 *Venditio dicitur imperfecta, lite mota, donec pretium actualiter eſt venditori numeratum; nec ſufficit fuiſſe depoſitatum, & ſequutam eſſe ſententiam.*

15 *Caſus ſunt pares, vel quod ſit promiſſus fideiuſſor, vel immineat euictio in limine contractus.*

16 *Lis dicitur imminere in limine contractus, quando pars pretij debetur.*

Vel vbi res non fuit tradita, num. 17.

Seu ante executionem contractus, num. 18.

Item ſi facta ſit delegatio pretij, vel ceſſio in aliam cauſam, num. 19.

Ampliatur, vt euictio de proximo operetur, vt fideiuſſor, præſtetur num. 20.

21 *Lis dicitur imminere, ſeu eius periculum per querimoniam extraiudicialem contra bona vendita.*

22 *Euictio non dicitur imminere, ſi pater vendat rem cuius proprietas eſt filij; nec per hoc cogitur pater ſatiſdare, viuente filio.*

Sed contrarium habetur, num. 23.

24 *Euictio, licèt immineat, venditor allegare poteſt eius creditum eſſe liquidum ex inſtrumento venditionis, vt agere valeat ad illius executionem.*

25 *Venditor, licèt preciſè cogi non poſſit ad fideiubendum: arctatur tamen cauſatiuè, ſi vult pretium exigere, quando lis imminet.*

26 *Pretio ſoluto emptori, nulla datur actio vt ſibi pro euictione caueatur, ſed eo non ſoluto, datur retentio.*

Et non ſufficit nuda cautio, niſi præſtetur cum fideiuſſoribus, num. 27.

28 *Lis, quando imminere dicatur.*

29 *Lis vbi imminet, venditor tenetur cauere, etiam pro omni alia lite fortè in futurum mouenda, num. 31.*

Primò ampliatur procedere, etiamſi dubium immineat in limine contractus litis mouendæ: quia tunc emptor vti poteſt retentione, n. 32. & 36.

Secundò ampliatur, etiam quod a principio dati non ſint fideiuſſores num. 33.

Tertiò ampliatur, habere locum, nedùm contra venditorem, ſed etiam contra ceſſionarium venditoris, num. 34.

Quartò ampliatur, etiamſi factum fuerit pactum inter emptorem, & venditorem, quod venditor non teneatur de euictione, neque ad pretij reſtitutionem, num. 35.

Intellige num. 36.

Quintò ampliatur, vt niſi venditor offerat cautionem, emptor non tenetur ad fructus ratione rei, & pretij retentione num. 37.

Sed contra num. 38.

Sextò ampliatur etiamſi lis moueretur occaſione hipothecæ, num. 39.

Septimò ampliatur, etiamſi is, qui mouit litem, deſtitit ab ea, vel illi renunciauit, num. 40.

Octauo ampliatur etiamſi ipſemet rem poſſideat, num. 41.

Nonò ampliatur locum habere, etiamſi venditor eſſet ditiſſimus, num. 42.

Sed contra num. 43.

Decimò ampliatur qui æquiparantur promiſſio facta per venditorem de dando fideiuſſore euictionis vel quod moueatur lis in limine contractus, num. 44.

Vndecimo ampliatur, etiamſi venditor cauit ſe nolle teneri, niſi de dato, & facto ſuo, num. 45.

Duodecimò ampliatur etiamſi euictio immineat, quia vicinus vigore ſtatuti iuris congrui velit pro ſe, vel conſanguineis, num. 46.

Decimotertiò ampliatur, etiamſi pretium ſit verſum in aliã cauſam, vel aliud debitum, num. 47.

Decimòquartò ampliatur vt procedat etiam in cedente, ad hoc, vt compelli poſſit ad cauendum, licèt ſententia lata ſit contra ceſſionarium venditionis, num. 48.

Decimoquintò ampliatur, emptorem non teneri ſoluere pretium, etiam data ſibi cautione de illa, & omni lite, vbi notoriè conſtat quòd venditor non habet ius aliquod, n. 49.

Decimoſextò ampliatur etiamſi in primo contractu datī eſſent fideiuſſores, num. 50.

Primò limitatur non procedere, quando verè, & in totum ſolutum eſt pretium, num. 51.

Contrarium habetur, num. 52.

Secundò limitatur, ſi euidens, & notorium ſit ius euincentis, quia emptor non teneatur ſoluere ſub cautione fideiuſſionis, num. 53.

Sed contra num. 54.

Prior tamen ſententia probatur, num. 55.

Sublimitatur num. 56.

Et ibidem Auctor diſtinguit.

Tertiò fallit, quando tempore venditionis cogitatum, vel dubitatum fuit de periculo euictionis, num. 57.

Quartò limitatur, quando venditor laudauit ſuũ auctorem, qui ſit diues in bonis ſtabilibus, & ipſe comparuit, & ſuſcepit in ſe iudicium, num. 58.

Quintò limitatur, ſi venditor habet bona ſufficientia, & idonea pro qualitate rei venditæ, num. 59.

Sed

Sed contra ibidem.
Et quid ſi non habet bona ſufficientia, num.60.
Sextò limitatur, quando emptor ſciuiſſet rem eſſe alienam, num.61.
Septimò limitatur, quando euictio imminens eſt euidens tẽpore contractus, & datus fuit fideiuſſor, num.62.
Octauò limitatur in permutatione, num. 63.
Nonò limitatur quando per malitiam, ac dolum moueretur lis, num.64.
Decimò limitatur, quando conſtaret, mouentem litẽ nullum ius fouere, num.65.
Vndecimò limitatur, quando is, qui mouit litem, eſt creditor ſub conditione, qui agere non poteſt mero iure, prout fideiuſſores, num.66.
Decimoquartò limitatur quando res, eſt hypothecata pro alio, vel pro debito conditionali, vel in diem, vel pro alio, quam pro venditore, num.67.
Sublimitatur num. 68.
Venditori mota lite ſuper re vendita aduerſus emptorem, quibus modis ſuccurratur; videas hic per diſcurſum.
Et quando non vult præſtare fideiuſſorem, quid agere debeat num.70.

Quæſt. LXXXV.

MVltoties facta emptione, & venditione reſpectiuè, nondum ſoluto pretio lis mouetur emptori ſuper re ſibi vendita: & ideo quæritur quid agendum.

Ego in hac re cenſeo diſtinguendos duos caſus.

Primus eſt caſus, quando conſtat rem ipſam venditam nullatenus fuiſſe in dominio venditoris.

Secundò eſt caſus, quando apparet de præſenti, rem quidem eſſe in dominio venditoris, ſed ab euentu alicuius conditionis deficere poſſe illum eſſe amplius dominum.

Tertius caſus eſt, vbi vendendo aſſeruit rem ad ſe pertinere pleno iure: & poſtea detegitur alienam eſſe, ſeu ſuppoſitam alicui rei cenſuariæ, ſeu penſioni libellariæ.

Quartus caſus eſt, quando res obligata reperitur creditoribus venditoris, vel alicui ſeruituti.

Quoad primum caſum, iterum ſubdiſtinguendi ſunt plures.

1 Quia quandoque ante rem traditam, & prætium nu-
meratum controuerſia mouetur a verò domino, & tunc
emptor non tenetur contractum perficere, & pretium
venditori ſoluere, niſi ſatiſdet cum fideiuſſoribus in caſu
euictionis de indemnitate emptoris, eſt *text. in leg. ſi poſt*
2 *perfecta, C. de euictio. vbi Bal. intelligit de ſatiſdatione dupli.*
Bart. in l. 1. §. ſtipulationũ, & ibid. Ang. & Salyc. ff. de prætor.
ſtipul. vbi caſus enumerat, in quibus vẽditor tenetur ſatiſ-
dare emptori de euictione cum fideiuſſoribus, & non ſolũ
3 vẽditor tenetur ex facto illius litẽ mouentis in limine cõ-
tractus, ſed generaliter in caſu euictionis a quocunq; alio
per *tex. in l. fin. ff. de reſcind. vend.* licèt cõtra velle videatur
tex. in l. habitationum, §. fin. ff. de periculo, & commodo rei
vendit. pro quo videndus eſt *Paul. de Caſtr. conſ. 46 ſub n. 1.*
verſ. His tamen non obſtantibus lib. 1. qui num. 2. ibidem, tria
notanda dixit.
4 Primùm, quod ſicut contra venditorem excipi poteſt,
ita etiam contra ceſſionarium venditoris pretium peten-
tem, quia venditoris vice fungitur.
5 Secundum, quòd venditor fideiubere tenetur, vt & il-
lius ceſſionarius, quamuis mouens litem renunciaſſet, vel
ſuccubuiſſet, *ex text. d. l. fi. §. 1. ff. de reſcind. vendit.* vbi ille,
quæ mouerunt litem fuerunt ſuperatæ a venditore, &
perpetuò excluſæ, & nihilominus venditor non auditur,
niſi præſtitis fideiuſſoribus, ea cautione, quia poſtquã lis
eſt mota per vnũ, dandi ſunt non ſolum propter timorem
illius, ſed generaliter propter omnem aliam forſan in fu-
turum mouendam.
6 Tertium, quòd emptori competit ius petendi fideiuſ-
ſores dupli, aut ſimpli in caſu euictionis per viam exce-
ptionis ante pretium ſolutum, non autem poſteà ſolu-
7 tum, quoniam *text. d. l. & in l. ſi præſidus, C. de euict.* lo-
quuntur in his terminis: verum poſt pretium ſolutum,
ceſſat retentio, nec vlla ob hoc reperitur data actio, *l. ſi*
8 *in area, ff. de condit. & ibidem per Paul. de Caſtr. ſub numer.*
3. verſ. ad tertiam quod addit procedere, vbi pretium fuit
verè ſolutum ſecus, ſi fictè.
9 Quarè infert, quòd ſi maritò datus ſit fundus æſtima-
tus in dotem, quo caſu æſtimatio ita facit emptionem
vt videatur maritus emiſſe pro illo pretio ſic æſtimato;
ſi lis moueatur maritus poſſeſſori ſuper illo fundo, inte-
rim maritus ſoluto matrimonio reſtituere non tenetur,
niſi ſibi idoneè caueatur iuxta formam dictæ legis poſt
perfectam, ex quo alio remedio ſibi conſul nõ poteſt, Nam. ſic
leg. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condit. indeb. in fine, &
quod ibi notatur.
10 Limitatur dicta concluſio, nempè quòd ita demum
occaſione litis motæ in limine contractus ante pretium
ſolutum emptor ſibi caueri cum fideiuſſoribus petere po-
teſt, dũmodò ipſemet emptor nõ colludat cum litis mo-
tore, illamque calumnioſè non ſuſcitauerit, impluretque
Bar. in d. l. 1. §. ſtipulationum, ff. de prætor. ſtipulat. Ang. &
Salyc. in d. l. poſt perfectam, Alex. conſ. 165. nu. 2. lib. 5.
11 Et quando pretium nondum eſt ſolutum, emptor vti
poteſt retentione, donec ſibi idoneè caueatur pro eui-
ctione, per *tex. expreſſum in d. l. ſi poſt perfectam, vbi gloſ.*
per Odofred. Petr. Cyn. Iac. de Aren. Bar. Bald. Alex. Salyc.
Fulgoſ. vt & alij hoc tenent de communi teſtantes in *l. in*
habitionem, §. fin. ff. de peric. & commod. rei vendit. vbi gloſ.
& Bart. l. fin. §. 1. & ibidem Bart. & Bal. C. de reſcind. vendit.
Bal. in l. non idcircò, Cod. de contrahen. empt. Addent. ad Ro-
ma. conſil. 8. in ver. immineat, vbi concordantes adducunt
Aretin. in §. fin. Inſtit. de ſuſpect. tut. Caſtr. conſ. 46. verſic.
His tamen non obſtantibus. lib. 1. Burſat. conſ. 294. numer. 13.
poſt Socin. conſil. 208. viſis actis numer. 5. verſic. ſecunda de-
12 *defenſio libr. 2.* in quibus locis declarant in ſpecie tunc di-
ci euictionem imminere, quando pretium non eſt ſolu-
tum, & eſt mota lis: addo *Rotam deciſ. 281. numer. 1. &*
13 *ſeqq. par. 2.* vbi ſcribitur, ſufficere, quod lis mota fuerit ſu-
per parte rei, & ſuper poſſeſſorio, immò ſuper aliqua
ſeruitute, ſeu obligatione etiamſi calumnioſa, ſic ſi ta-
men declarari non fuerit pretium, & quod imperfecta di-
citur venditio ad hunc effectum, donec pretium actuali-
ter eſt venditori numeratum, nec ſufficit fuiſſe depoſitum,
14 & ſecutam eſſe ſententiam. Quare inquit *Bart. in d. l. 1. §.*
ſtipulationum, ff. de prætor. ſtipula. quòd pares ſunt caſus, vel
quod ſit promiſſus fideiuſſor, immineat euictio in limine
contractus *Rom. d. conſ. 8. in fin. Aretin. in §. actionũ ſub num.*
17. verſic. Quæro an perfecta, Inſtit. de act. Bertrand. de conſ.
60. lib. 2. part. 7. Imol. in cap. ſi venditori, num. 12. de empt. &
vendit. vbi Ioan. de Anan. numer. 20 Plenè Sard. conſil. 36.
num. 14. & ſeqq. lib. 1. Bal. in l. 1. C. de bon. mater. Ang. conſ.
321. Alex. conſ. 65. lib. 5. Neguſant. de pignor. primo membr.
5. part. Alexand. conſ. 135. poſt redditum n. 9. & ſeqq. verſic.
adducitur libro ſexto, vbi Adden. in ver. pretium cæteros
addunt.
15 Item dicitur, litem imminere in limine contractus,
quando pars pretij debetur *l. ſi poſt, Cod. de euict.* ibi ad to-
16 tius, vel reſidui pretij, ſic etiam dicitur imminere vendi-
tore non tradente *Bal. conſ. 33. num. 9. libr. 7. in nondum im-*
preſ. & ante executionem contractus *Aret. in d. §. fin. inſtit.*
de ſuſcept. tutor.
17 Primò ampliatur, vt etiam dicatur euictionem immi-
nere in limine contractus, ſi facta ſit delegatio pretij, vel
18 ceſſio in aliam cauſam, vt puta quia emptor de voluntate

vendi-

Digitized by Google

venditoris promiſſit ſoluere pro dote filiæ venditoris, adhuc tamen ante ſolutionem cum effectu excipere poteſt & retinere *Paul. de Caſtro d. conſil. 46. n. 2. verſ. ad ternum, libr. 1.*

Secundò ampliatur, vt euictio de proximo operetur vt fideiuſſor præſtetur, *Bald. conſ. 43. num. 28. in non impreſſ. lib. 7. Surd. dec. 295. n. 6.* & qualiter dicatur ineſſe de proximo *Bal. vbi ſupra n. 29.*

19 Pręterea periculum euictionis dicitur imminere quoque per quærimoniam extraiudicialem motam contra bona vendita *Gloſ. in d. l. habitationem, §. fin. & in d. l. poſt perfectam, Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. in ſexta quaſt. princ. membr. 12. n. 51. verſ. vt quando,* vbi etiã citat *Io. Andr. ad Spec. Menoch. de arbitrar. ind. lib. 2. cent. 3. caſu 224. n. 1. & 2.*

20 Non tamen euictio dicitur imminere, ſi pater vendat rem, cuius proprietas eſt filij: nec propter hoc cogitur pater ſatiſdare viuente filio, ſecundum *Bar. in l. 1. in ſecunda oppoſit. C. de bon. matern.* cuius contrarium tenet (eum
21 reprobando) *Oſaſc. deciſ. 24. ſub n. 8. in fine, & nn. 9.* notes
22 tamen velim, quod, licèt euictio immineat, venditor allegare poteſt eius creditum eſſe liquidum ex inſtrumento venditionis, vt agere valeat ad illius executionem; vt per *Ang. d. conſ. 121. n. 2.* quem reprobat *Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 171. num. 5.*

25 Rurſus, quod quamuis venditor præcisè cogitur non valeat ad fideiubendum, arctatur tamen cauſatiuè, ſi vult pretium exigere ſecundum *Bal. in d. leg. ſi poſt perfectam,* quoniam emptores excipiunt de imminenti euictione,
26 *Ang. in §. quod autem in Auth. de fideiuſſ. & Paul. de Ca. in d. conſ. 46. lib. 1.* vbi ait, quod pretio ſoluto emptori, nulla datur actio, vt ſibi pro euictione caueatur, ſed eo non
27 ſoluto datur retentio, & addit, quod non ſufficit nuda cautio, ſed debet eſſe eum fideiuſſorib. *Alex. d. conſ. 65. n. 2. lib. 5. Soc. ſen. d. conſ. 208. n. 5. verſ. ſecunda de ſenſio libr. 2.*
28 vbi ait de hoc eſſe caſum *in d. l. habitationem, §. fin.* & quod dicitur imminere euictionem in limine cõtractus, ex quo mota fuit lis ante ſolutionem pretij, quodque venditor poteſt fideiuſſorem offerre, & ſi dubitat de fraude affectatæ litis, poteſt dare iuramentum purgationis, & quod ſuſpicio eſt, vt lis affectata ſit per emptorem, quando mota fuit in calculo ferendæ ſententiæ inter eum, & venditorem; & vult etiam, quod ſi venditor non offerat fideiuſſorem, iudex tamen poſſit emptorem condemnare, vt fideiubeat, ſi venditor non petijt ſe abſolui ſed tantum opponit de imminenti euictione, per ea quæ in emptore agente tradit *Caſtr. in l. Iulianus. §. offerre, de ver. oblig.* ſequitur *Ant. Burgoſ. in cap. fin. ſub n. 15. in fine verſic. quod autem, de empt. & vend. Arce. in §. nouiſſimè nu. 3. & 4. Inſtit. de ſuſpect. tutor.* vbi quod etiam tenetur cauere pro alia lite
29 fortè in futurum mouenda, late *Ioan. Ant. Rube. in repet. l. non ſolum, §. morte n. 460. ff. de nou. oper. nun.* qui poſt *Bar. d. l. poſt perfectam,* dicit, quod per illam legem ſunt mille
30 malitiæ. quia emptor qui non vult ſoluere pretium, facit ſibi moueri litem & adhæret opinioni *Soc. in d. conſ. 208.* quod emptor non eſt propterea abſoluendus, ſed condemnandus ad pretij ſolutionem mediante fideiuſſione, etiamſi ſit locupletiſſimus, & dicit communem eſſe, quod
31 fideiuſſio præſtanda ſit pro omni lite: licèt ipſe teneat contrariam ſententiam, tanquam veriorem, de quo latius inferius dicam.

32 Primo ampliatur procedere, etiamſi dubium immineat in limine contractus litis mouendæ, vel motę, quia tunc tunc emptor vti poteſt remedio retentionis pretij, vbi non ſolueret, donec venditor ſatiſdet, ſic *Ang. notat in Auth. de fideiuſſ. ad fin. verſ.* Quod autem. *Idem Ang. dict. conſ. 121. in princ.* idq; pro cautela, vt emptor euitet ſolutionem, tradit *Rip. in l. 1. §. ſi hæres, n. 32 ff. ad Trebell.* ſequitur *Cacheran. d. dec. 24. n. 4.*

33 Secundò ampliatur habere locum etiam quod non ſint dati in principio fideiuſſores *Grammat. conſil. 106. in princ.*

34 Tertiò ampliatur etiam ſibi tribuere, nedum contra venditorem; ſed etiam contra ceſſionarium venditoris: quia ſi vult pretium mota lite, debet cauere, prout cauere venditor, *Caſtr. d. conſ. 46. in princ. lib. 1.* vbi, quod ope exceptionis repellitur ceſſionarius, ſicut cedens.

35 Quarto ampliatur etiamſi fuerit factum pactum inter emptorem, & venditorem, quod venditor non teneatur de euictione, neq; ad pretij reſtitutionem, quia licet ſi ſoluiſſet emptor, & res euinceretur, agere non poſſet de euictione, neq; ad pretij reſtitutionem, iuxta communem ſẽtentiam, de qua per *Alex. conſ. 235. poſt redditum nn. 9. & 16. lib. 6.* tamen iuſto caſu antequam ſoluerit, ſi euictio im
36 mineat, pretium retinere poteſt, & nõ ſoluere, quia ſicut fauemus reo excipienti, ne teneatur reſtituere ſecundum conuenta, ita etiam fauemus actori, qui eſt reus in ſua replicatione, ſecundum communem. vt per *Alex. conſ. ſupra dicto 235. verſ. nec etiam dictis n. 10. libr. 6.*

37 Quinto ampliatur, vt niſi venditor offerat cautionem, emptor non teneatur ad fructus ratione rei, & prætij retentorum *Bal. in l. 1. n. 1. C. de bon. matern.*

38 Contrarium habetur per *Cognol. in l. curabit, n. 11. C. de actio. empt.* vbi de communi.

39 Sexto ampliatur, vt procedat etiam, ſi lis moueatur occaſione hypothecę, vt & inferius ſuo loco dicetur, quia adhuc venditor tenetur cauere pro illa, & omni alia lite quæ moueri poſſet in futurum, *Roman. d. conſ. 8. Grat. conſ. 135. n. 7. libr. 2. Burſat. conſil. 194. viſis ſubtilibus num. 13. ex communi lib. 2.*

40 Septimò ampliatur etiam, ſi is, qui mouit litem deſtitit á lite, vel illi renunciauit, quoniam adhuc tenetur cauere pro illa, & omni alia lite etiam futura, quia pretium tenetur reſtituere, & expenſas in caſu euictionis, *Gram. conſ. 106. per tot. alleg. tex. in l. fin. §. emptor ad fin. ff. de reſcind. vẽdit. Burgoſ. in d. c. fin. ſub n. 15. in fi. de empt. & vend. Cabalin. de euictio. §. 2. n. 8. & 12. Surd. conſ. 36. ſub n. 14.* apud quem plura habentur in propoſito.

41 Octauò ampliatur procedere, etiamſi ipſemet rem poſſideat, *l. ſi. §. ex quadrante, ff. de doli except. Alba conſ. 347. n. 2. & 21. vbi adden. n. 2.*

42 Nonò ampliator, etiamſi venditor eſſet ditiſſimus, quia nihilominus tenetur pro illa, & omni alia lite, *Grat. d. conſ. 135. in fine n. 13. lib. 2. Soc. ſen. d. conſ. 208.* licet ipſe teneat contrarium *Surd. d. conſ. 36. num. 14. lib. 1. & deciſ. 295. n. 13. & ſeqq.*

43 Sed contra reſpondit *Alex. conſ. 65. omiſſis argumentis in fin. lib. 5.* vbi de communi *Natt. conſ. 267. electus ſum lib. 2. Afflict. deciſ. 171. in fin. Auden. ad Roman. conſ. 67. in ver. poſſidere,* qui pariter dicunt communem *Papien. in forma libelli in cauſ. vend. in gloſ. promittens n. 5. Angel. in dicto conſil. 121. col. 1. Bal. in leg. cum clericis in primo notab. C. de epiſc. & cleric.* latè *Anchar. iun. quaſt. famil. lib. tertio quaſt. 43.*

44 Decimo ampliatur etiam, quia ęquiparantur promiſſio facta per venditorem de dando fideiuſſore euictionis, vel quod moueatur lis in limine contractus, *Bar. in l. 1. §. ſtipulationem in princ. ff. de prætor. ſtipul. Ang. in l. ſi poſt, C. de euict.*

45 Vndecimò ampliatur etiamſi venditor cauit, ſe nolle teneri, niſi pro dato, & facto ſuo, quoniam adhuc tenetur cauere pro illa, & omni alia futura lite, quia pretium tenetur reſtituere & expenſas in caſu euictionis, *Surd. d. conſ. 36. ante n. 15. verſ. non obſtat lib. 1.*

46 Duodecimo ampliatur etiamſi euictio immineat, quia vicinus vigore ſtatuti iuris congrui velit pro ſe, vel conſanguineis quo in caſu emptor non tenetur ſoluere pretium, *l. habitationem, §. ante pretium, ff. de peric. & commod.*

rei

Digitized by Google

rei vendi.l.ex his , & l.ſi poſt perfectam , C.de euict. Alba conſ.107.n.5.& ſeq.libr.1.

47 Decimotertiò ampliatur habere quoq;locum, ſi pretium ſit verſum in aliam cauſam, vel aliud debitū, vt quia emptor promiſit ſoluere pro dote filiæ venditoris;quia adhuc poteſt via exceptionis retinere *Paul. de Caſtr.ſdict. conſ.46.n.2.verſ.ad tertium lib.1.*

48 Decimoquarto ampliatur : quoniam etiam cedens compelli poteſt ad cauendum,licèt ſententia ſit lata contra ceſſionarium venditoris , quia nihilominus venditor compelli poteſt via iuris,aliàs emptor licitè recuſare poteſt ſoluere,*Caſtr.d.conſ.46.propè finem,verſic. nunc circa prædicta,lib. primo.*

49 Decimoquintò ampliatur in tantum emptorem non teneri ſoluere pretium, quando imminet euictio in limine contractus, ſeu iudicij, vt etiam ſi ſibi offeratur cautio pro illa, & omni alia lite ſoluere non tenetur vbi notoriè conſtat , quòd venditor non habet ius aliquod *Neurzan. conſ.37.num.9. Io.Faber.in §.nouiſſimè,Inſti.de ſuſpect.tut. quem ſequitur Iaſ.in l.à Diuo Pio,§.ſi poſt addictum,ſub n.2, in fine,ff.de ſent. & re iud.* vbi dicit menti tenendum *Menoch.d.caſu 224.n.3.de veriori Surd.d.conſ.36. ſub num.14. verſ.fortius dicit,& infra libr.1.*

50 Decimoſextò ampliatur, vt procedat , etiamſi in primo contractu dati eſſent fideiuſſores , quia ſi ante ſolutū pretium euictio immineat , emptor ſoluere non tenetur pretium, niſi idoneè ſibi caueatur iuxta *Gl. in l. illud in ver.debere in fine,ff.de euict.* quo loci ait,quod de conſuetudine datur fideiuſſor in venditione libri , & tamen eadem *Gl.in §.nouiſſimè,Inſtit.de ſuſpect.tut.in verb.expediat,* ponit caſum in venditione libri,in quo erat ex conſuetudine datus fideiuſſ.vbi *Aretin.& alij dicunt,* quòd locum habet *l.ſi poſt contractum , C. de euictionib.*

51 Primò limitatur non habere locum , quando verè in totum eſt ſolutum pretium *Caſtr.d.conſ.46.ſub nu.2. verſ. ad tertium, lib.1.*

52 Contrarium quòd etiam pretio ſoluto poſſit tempor, mota lite ,compellere venditorem ad cauendum , dixit *Iaſ.in d.l.à Diuo Pio,§.ſi poſt num.2.*ex ijs , quos allegat , quamuis dubitet:ſed dicit notabile,ſi eſſet verum , *Paul. de Caſtr.in l.ſtipulationum, circa fin.* vbi dicit ſingulare dictum *Io.Andr.ſi verum eſſet:quem ibi Io. de Imol.citat.de quo videas per Oſaſc.deciſ.Pedem.24.per totam,* vbi diſputat pro vtraq;parte , ac tandem concludit, quod debeat cauere pro liberatione rei , ſuper qualis imminet , vel fuit mota.

53 Secundò limitatur , ſi euidens notorium ſit ius euincentis,quia tunc emptor poteſt pretium retinere , nec cogitur ſoluere ſub cautione fideiuſſoris *Io.Faber.in d.§.nouiſſimè,in fine Inſt.de ſuſpect.tut.*vbi inquit ſic velle *Gl. ibi , Iaſ.in d.l.à Diuo Pio,§ ſi poſt ſub n.2.verſ.& aduerte diligēter,Menoc.d caſu 224.nu.3. Surd.d.conſ.36.ſub num.14.d. verſ.fortius.* quin etiam, ſi non conſtaret notoriè, adhuc tamen non teneretur ſoluere pretium, quamuis ſibi offeratur cautio,ne illius fragilitatis committatur. *Rube. Alex. in l.non ſolum,§.morte n.461.ff.de nou.oper.nunciat. qui cæteros adducit.*

54 Contrarium,quod dicto caſu ſoluere teneatur,præſtito idoneo fideiuſſore,pro illa, & omni alia lite,tenet *Alber. in l.ex ijs prædijs,C.de euict.*vbi,quod ita obtinuit,ſequitur *Grat.conſ.135.n.6.lib.2. Aret.in §.fin.nu.4.verſ.a.videtur malè,Inſt.de ſuſpect. tutor.*

55 Et licèt verior videatur opinio *Gl. ex quo l.ſi poſt perfectum loquitur,*quando mota fuit quidem lis, ſed dubium erat ius euincentis, ſed lex ſi ex prædiis,loquitur quando certum eſt,quod res erat alteri obligata : & de veriori teſtatur *Rube.in d.§.morte nu.462.*quamuis dicat dorum eſſe recedere a ſententia *Albe. Neurz.conſ.37.n.10.& 13. et Caballin.de.euict.§.2.n.13.*

56 Ac etiam ſublimitatur, quod dicitur de retentione pretij verum eſſe,niſi etiam renunciatum ſit reſtitutioni pretij,*Bal.conſ.43.num.10.in non impreſs.lib.7.Alex.conſ.35. n.9.& 10.lib.6.*

Controuerſia tamen hæc,ſi dirimi poſſe videtur , conſtituto tres caſus.

Primus eſt, quando venditor petit pretium , & offert fideiuſſorem , & tunc emptor tenetur recipere fideiuſſorem.

Secundus caſus eſt,quando venditor non offert fideiuſſorem,& emptor negat teneri,ſed non petit abſolui , & teneri recipere , quia iudex condemnabit emptorem ad pretium dato fideiuſſore.

Tertius eſt caſus, quando emptor conuentus petit abſolui, & nō tenetur recipere fideiuſſorē,ita *Soc.ſen.d.conſil.208. in fine libr.2. Grat.dict.conſil.135.numer.6.libr.2. ac.Iaſ.in d.l.à Diuo Pio,§.ſi poſt additum,n.2. circa fin.ff.de re iudic.*

Ampliatur procedere, etiamſi non moueatur lis,dummodo res ſit aliena,quia non tenetur emptor ſoluere pretium,ſi hoc detegatur poſt venditionem ita *Aret. in d. §. fin.n.4.Inſt.de ſuſpect.tut. Bal.in l.non idcircò in fin. de contrahen.empt.Neurz. d.conſ.37.n. 9.*

Secundo ampliatur, quando res libera non eſſet ſed alteri obligata,quia non tenetur emptor ſoluere, niſi liberetur,vt ſæpè fuit dictum vel detur retentio pro illa,& omni alia lite etiamſi non ſit mota lis : & etiamſi venditor voluit ſolum teneri pro dato,& facto ſuo,latè *Surd.d.conſ. 36.ſub n.14.lib.1.*

57 Tertio limitatur,quando tempore venditionis cogitatum ſeu dubitatum fuit de periculo euictionis,nec retardari poteſt ſolutio pretij,vt declarat.*Nat.conſ.267.nu.2. Hond.conſ.30.nu.31.lib.1.*

58 Quartò limitatur,quando venditor, laudauit ſuum auctorem,qui ſit diues in bonis ſtabilibus,& ipſe comparuit & ſuſcepit in ſe iudicium,quia tunc venditor pro euictione fideiuſſorem præſtare non tenetur, cum ille,vt fideiuſſor habeatur *Afflict. deciſ.171.* qui dicit ita per Sacrum Concilium fuiſſe deciſum, ea ratione, quia quando conſtat eum,à quo petitur fideiuſſio idoneum patrimonium atque ſubſtantiam poſſidere:non tenetur fideiuſſorem præſtare,*l.creationibus,§.ſin autem,iuncta Gloſ.in ver.ſufficiente,C.de epiſcop.audien.leg.1.§.ſi magiſtratus verſ.ſeu.etſi ſatis non exegit , & leg. quicunque , Cod. de fund.patrimon.libr.11. Paul.de Caſtro , & Iaſ.in leg.primo ff. qui ſatiſd.cogan.in leg.diuortio , §.interdum,ff.ſolut. matrimon. Alex.conſil 37.numer.15.libr.2.Dec.in leg.ſi plus cautionis ff.de reg.iur. Felin.in c.ad.hæc , verſic.Item nota de ſen.excom.Marſil.in rubr.de fideiuſſor.numer.200.Surd.deciſ.183. num 10.*

59 Quinto limitatur,ſi venditor habeat bona ſufficientia, & idonea pro qualitate rei venditæ: quia tunc non tenetur ſatiſdare,*Oſaſch.deciſion.24.num.13.poſt. Caſtren.in l. ff.qui ſatisdar.cog.ur.*ſed in contrarium videtur *tex.in leg. 1.in princ.ff.vt legat.nomi.caue.& l.minor.§. fin.cum duab. ſeq.ff.de procur.& ita ſentit Alexand.in d.l.1.nu.12. ff.qui ſatiſd. cogan. vbi reprehendit Caſtr.* dicens illum minus bene dixiſſe, *Alexan.in leg.diuortio,§.interdum,ff.ſolut.matr. in leg.cæteros , Surd.qui ita tenet in deciſ.205. numer.13. & ſeq.*

60 Vbi autem non poteſt ſatiſdare,nec vult,tunc pretium ſi non fuerit ſolutum,deponi debet pro euictione , vel emit tot bona,quæ remaneant obligata pro dicta euictione,ſi ſequitur ſecundum *Oſaſc.d.dec.24.num.& ſecundum Anchar.in.q.34. n.8.lib.3.* venditor, quando non poteſt fideiubere , expectatur finis litis.

61 Sextò limitatur,quando emptor ſciuiſſet rem eſſe alienam *Nat.conſ.267.per tot.libr.2.*ſeu etiam ſciuit alteri obligatam,vel hypothecam *Nat.vbi ſup.n.3.*

Septimo

Digitized by Google

62 Septimo limitatur, quando euictio imminens eſt euidẽs tempore celebrati cootractus,& datus fuit fideiuſſor, quia emptor non poteſt retardare ſolutionem pretij, *Io. Fab.in d.§.nouiſſimè n.2.Inſtit.de ſuſpect.tut. ſequitur Iaſ.in d.l.à Diuo Pio, §.poſt n.2.in fin.ff.de re ind.*

63 Octauo limitatur non procedere in permutatione, vt quia pro parte maiore fiat permutatio, licèt in aliqua parte fuerit venditio quia contractus denominatur ab eo quod eſt potentius, ita *Fab.de Monte in tract.de empt.& vend.q.2.n.23.& ſeq.*

64 Nono limitatur, quando per malitiam, ac dolum temporis moueretur lis,& controuerſia, quem caſum *Bart.in l.1.§.ſtipulatio duplæ in fine, ff.de prat.ſtip.* licèt non determinet, ſed dicat, cras dicam tibi; tamen in d.l.ſi poſt perfectam, in fine, ait, quod compellitur emptor iurare, quod per calumniam non fecit ſibi moueri litem, & eo modo compellitur iurare ille, qui litem mouit, *arg.l.1.C.de depo. Alex.conſ.65.n.3.lib.5.Aym.conſ.123.n.11.Cæpoll.cautel. 139.Anchar.inn.famil.qq.lib.3.q.34.n.6.& 7. vnde Aret. in d.§.nouiſſimè n.5.Inſtit.de ſuſpect.tuto.* addit plus credere, quod reperta poſtea fraude, & colluſione, poſſit extra ordinem puniri. *leg.1.ff.de col.deteg.iuncta l.1. ff.de crim. ſtellio. & quod ibi per Bart.*

Non tamen diceretur litem motam fuiſſe per calumniam, ſi re vera emptor mouere faceret litem, quia dubitaret, *Anchar.d.q.34.n.8. lib.3.*

Tutius tamen eſt in dijudicanda colluſione, vt iudex eam colluſionem arbitretur ex coniecturis magis quàm iuramento decidatur, vt probat *Contard. in l.diffamari ad ampliat.n.162.Ruginell pract.q.c.9.nu.31. & vide quæ dicam infra n.70.*

65 Decimò limitatur, quándo conſtaret mouentem litem nullum ius fouere *Alex. dict.conſil.65. in princip.libro quinto.*

66 Vndecimò limitatur, quando, qui mouit litem eſt creditor ſub conditione, qui agere non poteſt mæro iure prout fideicommiſſarios ante purificatam coodittonem, vel pro dote ante caſum reſtitutionis, *Alex.d.conſ.65.per tot.lib.5.* vbi quod ſufficit cauere conditione eueniente, emptor tameo agere oequit vt liberetur *Oſaſch. dec. 24. per tot.& latè Anch.inn.d.q.34.per tot.lib.3.*

67 Duodecimò limitatur pluribus alijs caſib. de quibus per *Adden.ad Alex.d.conſ.65.in ver.liberam lib.5.* vbi, quod ſi res eſt hypothecata pro alio, vel pro debito conditionali vel in diem, vel pro alio quam venditore, iſtis, & alijs caſibus ibidem expreſſis, ſufficit cautio venditoris.

68 Sublimitatur, quia ſi res vendita obligata eſt purè, is, cui eſt obligata non velit liberare, venditor liberare tenetur rem venditam; ſi vero obligatio non eſt pura ſufficit cautio, ſic *Alex.d.conſ.65.n.3.vſque ad fin.cum addit.in ver. liberam lib.5.*

69 Cęterum venditori, mota lite ſuper re vendita aduerſus emptorem, ſuccurritur diuerſis remedijs, vt ſibi conſulat pro receptione pretij.

Primum eſt, vt ſatiſdet, ſicuti prædiximus, vt poſt alios ſcripſit *Menoch.d.caſu 224.num.3.* & cæteri ſuperius adducti.

Secundum eſt, vt denunciet ſuo auctori litem ſibi motam, qui vbi ſoluendo ſit euictionis periculum imminere non dicitur, vt per eundem *Menoch.d.caſu 224. n.4.*

Tertium eſt remedium, quod alleget emptorem per dolum, & fraudem curaſſe, vt lis moueretur ſuper re ab eo vendita, vt ſubterfugeret pretio ſolutionem, id probando coniecturis, quæ ſunt iudici arbitrariæ, vt probat *Cur.iun. in tract.de ſequeſtr.n.81.verſ.ſed pone.Menoch.d.caſu 224. n.6.7.& 8.*

Quartum remedium eſt, quod emptori iuramentum deferatur, an per fraudem, & malitiam curauerit ſibi litem mouere aduerſus bona vendita *Bart. in l. ſi poſt perfectam ad finem C.de euict.Rota deciſ.281.num.4. p.2.in nouiſſ.quod pro nihilo tradit eſſe Curt.in d.tract.de ſequeſtr.nu. 82.in fine,* ex quo emptor, ſicut fuit pronus ad curandum, quod lis moueretur, pariter erit pronus ad deierandum, vnde conſuluit *Menoch in d.caſu 224.n.5.* quòd deferatur actori hoc iuramentum, qui mouet litem, non autem emptori, de mente etiam *Bart.in dict.l. ſi poſt perfectam in fine.*

70 Ad dicta ſuperius *num.64.* nota, quod quando ſcilicet litis imminentis venditor oou vult præſtare fideiuſſorem alia remedia plura tradunt a ſupradictis non multum aliena.

Primum, quod conueniat ſe nolle teneri, etiamſi moueatur lis, Bal.in l.non idcircò, circa medium, *C.de contrahen.empt.Fabian.de Monte de emptio. & vendit.q.ſexto princ.in ſeptim.membr.num.52.* & fuit ſeotentia *Io.Andr. in addit.ad Specul.tit.de emptio.& vendit.§.1.num.8. verſ. ipſa.*

Secundum, quod venditor non tradat rem, niſi ſoluto integro pretio *Io.de Imol.in l.1.§.ſi ſtipulationum ff.de prætor.ſtipulat.*

Tertium remedium, quod venditor obijciat de fraude, quia iudex ſummariè cognoſcet, non cogeret ad ſatiſdandum, quod eſt iudici arbitrarium. *Ang.& Imol.in d.§. ſtipulationum, Cæpol.caut.134.in fi. Menoch.d.caſu 224.de arbitr.n.8. verſ. Illud autem.*

Quartum; quod emptor iuret de calumnia, quod non per fraudem, vel de calumnia, *Bart.in d.l.ſi poſt perfectam in fine, vbi communiter Doct.C. de euict.Curt.ſen.in l.vnica in fine, Cod.de prohibit.ſequeſt.pec. Menoch.dicto caſu 224. numer.quinto.*

Quintum, quod moueos litem iuret, quod non ad inſtantiam alterius litem mouit, *Anchar.iun.quaſt.34.num. 7.lib.30.*

Quoad alios caſus propoſitos in principio præſentis quæſtionis, videas quæ in ſequenti quæſtione dicuntur, præcipuè *nu.17.& infra q.89. & plura habes a Carpan.in commen.ad Stat.Mediol.c.444.n.33.& infra.*

ARGVMENTVM.

Emptor poſt ſolutum pretium, an agat contra venditorem, vt ſibi cum fideiuſſoribus caueat, re non euicta.

Quid ſi pro parte rei lis moueatur, an fideiuſſio præſtetur pro toto.

Fideiuſſor, an præſtari debeat quando ei, cui fuit aſſignatum, vt ſoluat certis creditoribus, fuit ſequeſtratum prætium.

Res euicta, qualiter conſideretur in concurſu aliarum rerum non euictarum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor poſt ſolum pretium, non agit contra venditorem, vt ſibi cum fideiuſſoribus caueat, re non euicta.*

Nec agit de euictione, quaſi re ſibi euicti, n.2.

Ampliatur, vt locum habeat, quando vnica eſt res, et vnico pretio empta, n.3.

4 *Lis ſi moueatur ſuper parte rei tantùm, fideiuſſio præſtatur ſuper tota re.*

Compro-

Comprobatur num. 5.
6 *Cautio non eſt idonea, ſi detur iſdem, qui pro re vendita eſt obligatus.*
7 *Euicta res dicitur, cum per ſententiam obducitur.*
Nec ſufficit emptorem fuiſſe condemnatum ad rem reſtituendam, niſi effectualiter, & executiuè fuerit ablata, numer. 8.
Intellige, vt num. 13.
Et agitur dicto caſu ad pretium, licèt non ad duplum, n. 9.
10 *Venditionis contractus valet etiam in re aliena.*
Intellige procedere in damnum vendentis, n. 12.
11 *Venditor non tenetur facere rem accipientis, ſed ſufficit, vt illius rei venditæ poſſeſſionem vacuam, & liberam, & à nemine occupatam tradat.*
13 *Emptor agit de euictione, antequam inferatur ſibi moleſtia, vbi res vendita eſt in totum, vel in parte aliena.*
Et tali caſu poteſt emptor petere pretium ſolutum, n. 14.
Declaratur, vt ibidem n. 15. & ſeq. remiſſiuè.
16 *Dolus arguitur in venditione ob ſcientiam rei alienæ, & ideò locus eſt reſciſſioni contractus.*
17 *Hæres grauatus fideicommiſſo eſt dominus, & à iure ſibi conceditur facultas alienandi.*
Neque ideo emptor poteſt interim de euictione agere, n. 18.
Nec minus poteſt impedire contractus executionem, nec pretium retinere, n. 19.
Vt & nec illum arctare, vt præſtet fideiuſſores de euictione, num. 20.
Fallit, ſi venditio ex illius prohibitione inualida eſſet, n. 21.
22 *Venditor tenetur tradere rem liberam.*
Alias emptor agit contra venditorem, vt liberet, vel vt reſtituat quanto minoris, n. 23.
Et ad vacuæ poſſeſſionis traditionem, ac ad intereſſe ac pretij reſtitutionem, ſi emptor hoc malit, n. 25.
Et venditori rem reſtituit, n. 26.
24 *Dominus directus ciuiliter poſſidere dicitur.*
27 *Res vendita, vbi apparet alteri hypothecata, & de hoc nihil dictum fuit in ipſo venditionis contractu, ac pretium nondum fuit ſolutum, emptor poteſt per pretij retentionem ſibi proſpicere, vt illud non ſoluat niſi re ſibi libere tradita, quod locum habet in creditoribus puris.*
Extende idem procedere poſt pretium ſolutum, n. 29.
28 *Res dicitur vt libera vendita etiamſi non dicatur nec apparet obligata.*
30 *Venditor empti actione conuenitur, vt prædium obligatum liberet.*
Nec agitur hoc pretium reſtituat n. 31.
Fallit ſi venditor ſit in dolo, n. 32.
33 *Venditor tenetur liberare, licèt non præciſè, quando creditor non eſt pure creditor.*
Et vbi non poſſit liberare, tenetur ad intereſſe emptoris quantò minoris, n. 34.
Vel etiam idoneè fidambere, n. 35.
36 *Emptori, cui fuit aſſignatum, vt ſoluat certis creditoribus, ſi fuerit ſequeſtratum pretium, tanquàm immineat euictio in limine contractus, debet præſtari fideiuſſor, et num. ſequent.*
Declaratur non procedere in ſcienter emente, n. 38.
Contrarium habetur n. 39.
Emptor facto ſequeſtro, non tenetur pretium ſoluere, niſi præſtita idonea cautione.
Fallit in ſcienter emente rem alienam d. n. 38.
Extenditur in ſcienter vendente, n. 39.
Et in actione ex ſtipulatu ratione contrauentionum, n. 40.
Sequeſtrum præſumitur mendicatum, quando creditor ſequeſtrans prius poterat agere via ordinaria.
41 *Et ideò talia ſequeſtra ſunt reijcienda tanquam doloſa, & fraudolenta, n. 42.*
43 *Actio de euictione datur tantum pro parte rei euictæ, ita quod reſtitutio pretij facienda ſit pro parte.*
Extenditur procedere quoque in caſibus, in quibus imminet euictio, in quibus pretium retineri non poteſt, niſi pro parte rei, ſuper qua moleſtationes adſunt, n. 44.
Declaratur procedere, habito reſpectu ad bonitatem fundi, vt hic, n. 45.
46 *Venditor, ſiue non impleuerit ex parte ſua, ſiue etiam emptor neuter eorum poteſt agere ad reſciſſione, ſed ad implementum tantum.*

Quæſt. LXXXVI.

1 QVandoq; poſt pretium ſolutum comparet dominus, 1
& litem emptori mouet, & hoc caſu iura ſunt clara,
quod emptor, donec ſibi rem habere ac poſſidere licet,
vſquequo intimato venditore auctore ſuo ſeruatis ſeruãdis media ſententia fuerit ſpoliatus, & res vendita fuerit ſibi cum effectu euicta, agere non poteſt aduerſus venditorem auctorem ſuum, vt ſibi cum fideiuſſoribus caueat, ex quo nulla lex hoc dicit *Bar. in l. 1. §. ſtipulationum, ff. de prætor. ſtipul. & ſcribentes in l. ſi poſt perfectam, C. de euict.*
2 Nec minus agere poteſt de euictione qua ſi re ſibi euicta,
3 quia euicta non eſt, donec emptori licet habere, *l. habere*
4 *licere, ff. de euict.* quod locum etiam habet, quando vnica res eſt, & vnico pretio empta, quoniam licèt mota fuerit lis ſuper parte tantum, tamen fideiuſſio eſt præſtanda pro tota re, quia non aliter partem fuiſſet empturus, *arg. l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* vbi euicta parte rei inſolutum datæ, vel vno ex duobus fundi, remaneat integra obligatio creditori, qui non aliter quam in totum accepiſſet inſolutum, eſt *tex. in l. cum plures, ff. de euict. iuncta l. bonitatis, ff. eod.* vbi deciditur in totum licere recedere, *l. ſi duos, ff. de contrah. empt. & ibi notant Gl. & Alberic. facit tex. in l. fiſtulas, §. qui fundum, ff. de contrah. empt. vbi Bar.* ponit rationem, quod venditor non alienaſſet, niſi totum *Alex. conſ. 76. col. 4. lib. 5. pulchrè Tiraq. de retract. conſang. §. 23. Gloſ. 1. n. 3. & infra Surd. deciſ. 295. n. 16. & ſeqq. qui num. 19.* id extendit quoque ad fideiuſſionem, ſcilicet, quando lis imminet in parte rei, vt pro tota venditor fideiubere teneatur, nec excuſetur ſub prætextu, quia ſit ſoluendo *Turret. conſ. 86. num. 30. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſil. 104. num. 6. lib. 1.*

5 Ex quibus infertur, quod ſi vendatur prædium, in cuius ambitu continetur, ſeu comprehenditur fons, ex quo aquæ ducantur ad irrigantur cætera bona, vel in quo adſunt nobilia ædificia, euicto dicto prædio, emptor poteſt recedere à toto contractu, cum aqua ſit anima terræ, nec emptor eſſet alias empturus *Alciat. conſ. 17. n. 3. lib. 6.* vbi aqua irrigatoria auget pretium bonorum, *Rota dec. 651. n. 3. p. 1. in nouiſſ.*

6 Verùm in caſu, in quo præſtanda eſſet cautio, illa non erit idonea, ſi daretur iſdem, qui pro re vendita eſt obligatus; vnde ſi vir, & vxor vendiderunt, non eſt idoneus maritus pro vxore, neque vxor pro marito *Paul. de Caſtr. conſ. 46. in fine ver. breuiter lib. 1.*

7 Prout & euicta res dicitur, cum per ſententiam abducitur, ſeu auffertur *Rube. Alex. in l. non ſolum, §. morte, num.*
8 *467. ff. de nou. oper. nunciat. & latè dixi in q. 8.* adeò vt non ſufficiat emptorem fuiſſe condemnatum ad rem reſtituẽdam, niſi effectualiter, & executiuè res fuerit ſibi per ſententiam ablata *Alex. conſ. 4. in princ. lib. 3. cum citatis per*
9 *Theſaur. deciſ. 102.* vbi refert, Senatum alias ſeruaſſe, vt lata ſententia in iudicatum tranſacta emptor de euictione agat ad pretium, licèt non ad duplum. Ratio eſt quia vẽditoris contractus valet, ac tenet etiam in re aliena, *l. rem*
10 *alienam, ff. de contrah. empt.* nec tenetur venditor facere
11 rem accipientis ſed ſufficit, vt illius rei venditæ poſſeſſionem vacuam, & liberam, & à nemine occupatam tradat *l. ſi in emptione, §. vacuam, & §. fi. & l. ſeq ff. de act. empti, l. ſi*

Q pater,

pater,C.eod.l.ſi ex prædijs,C.de euict.l.clauibus,ff.de contra-
*hen.empt.tot.tit.ff.pro empt.Alex.conſil.*15.*n.*3.*lib.*3. *Dec.*
*conſ.*119.*n.*1.*Bero.conſ.*158.*n.*31.*lib.*1.
12 Aduertas tamen velim,quod licèt res aliena vendi poſ-
ſit ad præiudicium vendentis,*d.l.rem alienam, Alex.conſ.*
69.*lib.*4.*Rolan.conſ.*100.*lib.*4.vbi tamen res in totum, vel
13 in partem eſt aliena,emptor agere,poteſt de euictione,
etiam antequam inferatur ſibi moleſtia,*Gl.in leg.ſi ſeruus*
quem,§. ſi ſciens,vbi Bar.Angel.Salyc.& Alex. ff.de act.
empti,idem Bar.in l.atqui natura,§.cum me abſente,ff.de ne-
*got.geſt.Bal.in l.libera col.fin. C.de ſent. & in l.*1. *in quinta*
oppoſit.C.de peric.& commod.rei vend.immo fortius Gloſ.in
14 *l.ſi rem quandam,ff.de euict.* dicit, quod tali caſu emptor
poteſt repetere pretium ſolutum;& illa Gloſ.eſt commu-
niter approbata,vt per *Ruyn.conſil.*141.*n.*5.*lib.*1. vbi ad-
dit ab illa recedendum non eſſe, quam tamen latè decla-
rat *Oſaſch.deciſ.Pedem.*24.*n.*3.*& ſeqq.* de quo videnda
ſunt quæ dixi in quæſt. Vbi præſertim ex *Surd. deciſ.* 253.
15 *ſub n.*17.fuit dictum,quod ob ſcientiam rei alienæ in ven-
16 ditore arguitur dolus, quo ſtante, locus eſt reſciſſioni
contractus,*l.*3.*§.fin.ff.pro ſocio,& l.eleganter in princ. ff.de*
dolo.
17 Secundus propoſitus caſus præcedentis quæſtionis,
nempè, quando poſt perfectam venditionem comparet
aliquis,qui prætendit ius dominij in re fideicommiſſaria,
feudali,emphyteoticariã,ſeu conditionali, abſoluitur, ita
conſiderando, quod ex quo interim hæres eſt dominus,
& à iure ſibi conceditur facultas alienandi, *l.ſi hæres inſti-*
*tutus,§.*1.*ff ad Trebell.l.ſeruo legato,§.ſi teſtator, ff. de leg.*1.
& l.fin.§ ſin autem ſub conditione,C.commun.delegat. non
18 ideò emptor interim de euictione agere poteſt, ad ſcri-
19 pta per *Paul.de Caſtr.conſ.*370.*lib.*2.*Alex.conſil.*65.*lib.*5.
vbi quod emptor nequit impedire contractus executio-
20 nem,nec pretium retinere, & quod magis eſt, nec illum
arctare,vt præſtet fideiuſſores de euictione; per *text. in*
leg.habitationum §.fin.ff.de pericul. & commod. rei vendit.
& d.l.ſi poſt perfectam,& l.ſi ex prædijs C.de euict. ſequun-
*tur Gayl.lib.*2.*obſeruat.*137. *num.*5. *Oſaſch.dicta deciſ.*24.
*Hier.Gabr.conſil.*117.*in princip. lib.*2. niſi tamen venditio
21 ob illius prohibitionem inualida eſſet *Lauar. conſil.* 15.
*num.*2.
22 Quod attinet ad tertium caſum dictæ quæſtionis,vide-
licet, quando vendita fuit res pro libera, & demum repe-
ritur onéroſa: ex quo venditor tenetur tradere rem libe-
ram,*l.ſi in emptione,§.vacuam,& §.fin.cum l. ſeq.in princ.*
& ibi per Doct.ff.de actio.empt.l.ſi pater,C. eodem titul.cap.
*cum Ioan.vbi Doct.de fide inſtrum.Bero conſil.*158. *num.*31.
*lib.*1. *Tiraq.de retractat.conſanguin.§.*1.*Gloſ.*9.*num.*56.*latè*
23 *Surd.deciſ.*165.*num.*3.*& ſeq.*vbi dicit,Senatum cenſuiſſe,
emptorem agere poſſe contra venditorem,vt liberet fun-
dum, vel vt reſtituat quanto minoris fundus valet ob il-
24 lud onus. Quin etiam dicitur, quod cum dominus dire-
ctarius ciuiliter poſſideat,ad tradita in *l.*1. *&* 2. *C.de iur.*
*emphyt.& in leg.*3.*§.ex contrario,ff.de acquir. poſſeſſ.* & rei
25 venditæ poſſeſſio vacua non fuit tradita emptori, em-
ptor agere poterit ad vacuæ poſſeſſionis traditionem,
quod ſi venditor facere negligat,emptor poterit ad inte-
reſſe ſuum,& ſic ad pretij reſtitutionem agere, ſi hoc ma-
lit,ex *tex in l.ſi in emptione,§.vacua, & l. ſequenti iuncta l.*
26 1.*in princip.cum Gl.ff.de actio. empt.* quo in caſu rem em-
ptam reſtituet,ne venditor careat re,& pretio,contra *l.*2.
C.de pact.inter empt.& vend.
27 Aggredior nunc quartum propoſitum caſum;& dico,
quod vbi poſt venditionis contractum apparet rem ven-
ditam hypothecatam, ſeu obligatam eſſe alteri, de qua
quidem obligatione nihil fuit dictum in ipſo venditionis
contractu, & pretium nondum eſt ſolutum, emptor po-
teſt per pretij retentionem ſibi proſpicere, vt illud non
ſoluat, niſi ſit liberè tradita, quod in creditoribus puris
certum eſt,*l.ex his prædijs, C.de euict.vbi Bar.ſic etiam de-*
28 *clarat.*& eſt ratio ſecundum eum,*Gloſ.Ang.& Salyc.*quia
res,etiam ſi non dicatur,vti libera,intelligitur vendita, vt
probat *text.in dicta l.ex his prædijs, vbi Cyn Bal.& Saly-*
cet.hoc notant de euict. l.in venditione, ff. de actio.empti,
*Surd.dicta deciſ.*165.*num.*3.*idemque firmant Gloſ.Bal.Ang.*
29 *Salyc.*& alij,quando poſt pretium ſolutum res appareret
obligata,ne deterioris ſit conditionis emptor, qui ſoluit,
30 quam qui non ſoluit;quare empti actione conuenitur,vt
prædium obligatum haberet,ad *text.in leg.creditor, §.præ-*
*dium, ff. de action.empt.latè Surd.d.deciſ.*165. non autem
31 agitur vti re euicta pretium reſtituat, *ita Gloſ.& ſcriben-*
*tes in dict.leg.*ex his prædijs,& notabiliter *Caſtrenſ.in dict.*
§.prædium, vbi ait, propter hoc factum extitiſſet illum, §.
32 *niſi tamen venditor fuerit in dolo,* vt conſiderat *Surd.dict.*
*deciſ.*165.*num.*13. *& ſeqq.& deciſ.*253.*num.*16.*& ſequen-*
tibus,
33 Dubium oritur, quid ſi creditor non ſit purè creditor;
Et reſpondetur venditorem ad hoc teneri liberare non
præciſè,quoniam obligatus ad factum, ad regulam, *leg. ſi*
quis ab alio,§.finali, ff.de re iudic. & vbi liberare non poſ-
34 ſit, tenebitur ad intereſſe emptoris, quod arbitrabitur
quanto minoris emptor fuiſſet empturus, ſi ſciuiſſet rem
creditori obligatam,ita *Bart.in l.ſi quis ſtipulatus ſit,§. fi-*
nali,& l.cum ſtipulatus ſim à Procolo,§.finali, ff.de verbo-
*rum obligatio,vbi etiam Doct.benè Ang.in l.*1.*§.ſi hæres, ff.*
*ad Trebell.vbi Alex.n.*3.*& Ripa n.*31. *Surdus in citata de-*
35 *ciſ.*165.*n.*3.4.*&* 5.vel etiam explicari poſſit idoneè fide-
iubendo *d.l.ſi poſt perfectam.*
36 Ex dictis ſupra infertur ad deciſionem alterius quæ-
ſtionis, vtrum emptori, cui aſſignatum fuit, vt ſolueret
certis creditoribus, & fuit ſequeſtratum pretium, debea-
tur cautio, tanquam euictio immineat, controuerſi iu-
ris eſt.
Nam quod debeatur,facit *l.ex prædijs,& l. ſi poſt perfe-*
37 *ctam,C.de euict.* & quod facto ſequeſtro, emptor non te-
neatur ſoluere pretium,niſi præſtita idonea cautione, iu-
dicatum teſtatur *Borgn.dec.*4.*par.*1. *iuxta reſponſum Papi-*
niani in d.l.habitationum,in fine.ff.de peric. & commod. rei
vendit.& d.l.ſi poſt perfectam,C.de euict.quem tex. limitat
38 *Natta conſil.*167.*col.*2.non procedere in ſcienter emente
rem alienam,cui euictionis beneficium non competere,
tradidit *Cauarr. variarum reſol.lib.*3.*c.*17.*ſub n.*2. *per text.*
in l.ſi fundum, C. de euictio. quare etiam è conuerſo dici-
39 mus,quod licèt de euictione agi non poſſit euictione nõ-
dum ſecuta,ſecus tamen eſt, quando venditor ſciens rem
alteri obligatam vendit,quia tunc agi poteſt ad intereſſe,
antequam euincat,eſt *text.in leg.ſeruus quem, §. finali,de*
act.empt.l.ſi hominem,de ſolut. Doct.in l.qui rem,C.de euict.
vbi Butrig. deducit intereſſe ex eo, quod volens rem alie-
nare, vel obligare non poteſt facilè reperire emptorem,
vel contrahere volentem,ſequitur *Rota apud Card.Seraph.*
*deciſ.*321 *n.*4.
40 Item ſecus eſt in actione ex ſtipulata ratione contra-
uentionum *Card.Seraph.dec* 723.*n.*3.*&* 9.
41 Sed contra in dicta quæſtione concludendum videtur;
quoniam ſequeſtrum præſumitur mendicatum, quando
creditor ſequeſtrans prius poterat agere via ordinaria
ad ſuum creditum conſequẽdum,& non curauit, ſed poſt
rem venditam, & ſi propriè in calculo ferendæ ſententiæ
inter emptorem,& venditorem fecit,iuxta quæ eleganter
reſpondit *Soc.conſ.*208.*ſub n.*5.*verſ. ſecunda defenſio lib.*2.
vbi habetur,quod quando quæſtio mora eſt ante ſolutio-
nem pretij,euictio dicitur imminere in limine cõtractus,
& ideò obſtat exceptio rei non liberæ traditæ, & non te-
netur emptor ad ſolutionem pretij, *l.pen.§.fin. ff.de peric.*
& commod.rei vendit. quodque talia ſint reijcienda,tan-
quam doloſa,& fraudolenta tradit *Caroc.de ſequeſt. p.*3.*q.*
10. etenim facilè per emptores ſupponantur homines ad
facien-

Digitized by Google

facienda ſequeſtra, vel ad litem mouendam, ne pretium ſoluant.

Præter id quod vt cautio hæc præſtanda ſit plura concurrere debent, de quibus dicam ſuo loco.

43 Notandum eſt inſuper in præſenti, quòd in caſibus, in quibus datur actio pro euictione, illa competere non videtur, niſi pro parte rei euictæ; ita vt reſtitutio pretij ſit tantùm facienda pro parte, *l.1. et ibi Gl. Bart. & Alex. ff. de euict. idem Bart. in l. ſi dictum §. in ſtipulatione, ff. eodem tit. iuxta l. bonitatis cum duabus ſeqq. l. qui fundum, l. ex mille, l. qui libertatis, §. finali, l. naue, ff. de euict. Bal. in l. vltima, Cod. comm. rer. alienat. Franc. Aret. conſ. 129. ſub num. 1. verſ. aliquando plures vendunt Dec. conſ. 483. pro reſolutione nu. 15. poſt Ioan. Andr. ad Specul. de empt. & vendit. §. 1. num. 8. in ver. quia iſte in fine. Roſent. de feud. cap. 8. concl. 29. n. 6. Becc. conſil. 106. n. 43. Surd. d. conſil. 104 n. 6. lib. 1. & conſil. 359. n. 30. lib. 3. & deciſ. 295. ſub n. 5. verſ. 3. dicebat, & n. 18.* vbi
44 quoque, quod in caſibus in quibus imminet euictio, pretium retinere non poteſt, niſi pro parte rei, ſuper qua adſunt moleſtationes.

45 Cæterum præmiſſa, quatenus vera ſint (cum de eis latius dicturus ſim infra in particulari quæſtione) intelligenda ſunt habito reſpectu ad bonitatem fundi, qui ſi fuerit venditus pro mille, & euincatur quarta pars illius, quæ inſpecta ſui bonitate valeret dimidiam dictorum mille, competet euictio pro dimidia ipſorum mille, non pro quarta parte, cum non attendatur menſura, ſed bonitas fundi *Caſtr. in l. ſi ex falſis n. 11. in fine verſ. et eodem modo ſi vendo, vbi Salyc. & Rimin. C. de tranſact. Petr. de Vbal. de duobus fratribus p. 11. q. 12. verſ. nec debeat partes aſſignare, latè Boer. q. 46. n. 8. Parpal. in l. placet, ver. & vt ſtetur æſtimationi, C. de ſacroſ. eccleſ. per l. ſi in qualitate, ff. de act. empti, l. ſi fundo vendito, leg. ſi duorum fundorum, leg. ſi ſeruum mihi, vbi Fulgoſ. & Caſtr. ff. eod. tit. Ang. in l. creditoris, ff. de diſtract. pign.*

46 Ac præterea vnum generaliter obſeruandum eſt in materia; quod ſiue venditor non impleuerit pro parte ſua, ſiue etiam emptor, neuter eorum, cui non fuit impletum, agere poteſt ad reſolutionem contractus, ſed petere debet impleri ſibi per modos, vt ſupra *l. incivile & ibi Bal. C. de rei vend. l. empti fides, C. de contrah. empt. Bar. in l. fin. ff. de cond. cau. data, col. 1. Gab. conſ. 89. lib. 1. Surd. dec. 170. n. 4.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor dandus pro euictione occaſione litis imminentis, qualiter præſtari debeat.

Venditor, quando non vult, vel non poteſt fideiuſſorem præſtare, quid ſtatuendum.

Cautio pro re vendita, quando prę̨ſtanda eſt; vel pretium reinueſtiẽdum, quo in loco præſtari, ſeu reinueſtiri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor dandus ex cauſa litis imminentis in limine contractus euictionem promittere debet pro illa, & omnia alia lite.*

Contrarium n. 2.

Prior relata ſententia, tanquã magis recepta, probatur n. 3.

Ampliatur procedere, etiam quod emptor obtineat in cauſa ſibi mota, vel actori perierit inſtantia, n. 4.

Sed contra n. 5.

6 *Emptor non tenetur præſtare fideiuſſorem, quando conſtat, agentem nullum ius habere.*

Vel quando debitum eſt conditionale, quo caſu ſtatur arbitrio iudicis.

7 *Fideiuſſor datus pro euictione non tenetur, ſi contractus fuerit reſciſſus remedio l. 2. C. de reſcind. vend.*

8 *Fideiuſſor, & venditor tenentur, ſi res ſemper ramanet penès venditorem.*

9 *Venditor euictione imminente, quando nullum reperit fideiuſſorem, ſi modo alias ſit idoneus, ſe obligare tenetur pro creditis, quæ in futurum detegerentur, vel vt pretium reponatur in emptionem bonorum, n. 10.*

Vel vt apud fidum deponatur, ad vtilitatem tamen venditoris, n. 11.

Vel ſaltem donec per venditorem præſtetur fideiuſſio, emptor interim teneatur ſoluere intereſſe, n. 12.

Vel prouideatur, vt fructus currentes, hoc eſt annua penſio, ſint venditoris, ſors autem principalis ſtet pro ſecuritate emptoris, & abſque illius placito amoueri non valeat, num. 17.

13 *Emptor a ſolutione intereſſe non excuſatur, etiamſi expreſsè cautum ſit, quod pretium ſoluere non teneatur, donec à venditore idoneè caueatur.*

Primò ampliatur procedere, etiamſi fundus venditus ſit ſterilis, quia nihilominus debetur intereſſe pretij non ſoluti, num. 14.

Secundò ampliatur, etiamſi fiat venditio pro pretio æſtimando per duos communes amicos, licèt pendente æſtimatione emptor non ſit in mora, n. 15.

Fallit, quando emptor malitioſè litem aliquam ſubmoueri affectaſſet, vt pretium retineret, & fraudaret venditorem, num. 16.

18 *Cautio, quando præſtanda eſt, ſeu pretium reinueſtiendum in emptionem prædiorum, præſtari debet in territorio loci iudicij, ſeu rei ſitæ.*

At contra, quod præſtari poſſit alibi dummodò non ſatiſdetur in loco valdè diſtanti, n. 19.

Vel dummodò ſatiſdet in loco propinquo, n. 20.

Extenditur idem procedere in emptione prædiorum in caſu euictionis, n. 21.

Præſertim ſi vnus, & idem ſit iudex, qui iuriſdictionem exerceat in eodem territorio, n. 22.

Idque relinquitur iudicis arbitrio, n. 23.

Quæſt. LXXXVII.

1 Opportunè quæritur, an fideiuſſores dandi occaſione litis imminentis in limine contractus euictionem promittere debeant contra illum tantum, qui tunc temporis mouit litem, vel contra quoſcunque, qua licèt dixerim quid ſentiant Doctores; nunc tamen placet diligentius rem pertractari.

Quæſtionem hanc proponit *Gloſ. in l. ſi poſt perfectam, C. de euict.* quæ tamen nihil decidit.

Sed *Bal. in l. habitationem, ff. de peric. & commod. rei ven.* determinat fideiuſſorem promittere debere euictionem contra quoſcunque per *l. fin. §. 1. ff. de reſcind. ven.* quam opinionem inquit tenere *Dyn. Richar. Malumbr. Iacob. de Arena & Cyn. ibid. ſcribentes in d. leg. ſi poſt perfectam, vbi Bar. idem probat;* nam vbi lis fuit mota ab vno, præſtantur fideiuſſores non pro illa ſolum lite, ſed etiam pro quacunque cauſa, & lite ab alio quocunque mouenda, iuxta quæ habentur per *Caſtr. conſil. 46. incip. ſuper eo, quod quæritur, n. 1. & 2. lib. 1. Auguſtin. Morla in empor. iur. part. 1. tit. 9. num. 28. promiſſo num. 108.* vbi rationem hanc vocat acutiſſimam ſequitur *Decian. conſ. 71. n. 42. lib. 2. & alij, de*

Digitized by Google

quibus ſupra in quæſt. 8. num. 3. & ſeqq.

2 Verum idem Bald. ſibi parum conſtans in d.l. habita-
tionum, in lectura antiqua, voluit fideiuſſorem tantum
pro illa euictione teneri quæ iam imminet, non de alia,
quæ in futurum contingere poſſet.

3 Prior tamen ſententia receptior eſt, quam ſequuntur
*Bar. Bal. & Salyc. in d.l. fin. §. fin. Roman. conſ. 204. in ſecun-
do dubio Grat. conſ. 135. in fine lib. 2. Afflict. deciſ. 171. Surd.
deciſ. 183. num. 10. & dec. 295. Fabian. de Monte in tract. de
empt. & vend. q. 6. princ. n. 51. Natta conſ. 267. n. 4. Caball.
de euict. §. 2. n. 18. Honded. conſ. 30. n. 31. & 32. & conſ. 43.
lib. 1. & ante hos Paul. de Caſtro conſ. 46. n. 1. lib. 1.* vbi for-
tius voluit, quod etiam quando emptor obtineret in cau-
4 ſa ſibi mota, vel actori perierit inſtantia, tamen teneatur
venditor ad præſtandum fideiuſſorem pro quacunque
euictione generaliter, per *l. fin. §. 1. ff. de reſcin. vend.* cuius
contrarium voluiſſe videtur *Alex. conſ. 65.* omiſſis argu-
5 6 mentis *num. 3. lib. 5. cum ſcripſit.* Venditorem non teneri, ſi
conſtat agentem nullum ius fouere; vel quando debitum
eſt conditionale, in quo ſtandum eſt arbitrio iudicis, qui
animaduertere debet, an actor fuerit ſubmiſſus ab em-
ptore ad mouendam litem, vt oneret venditorem fideiuſ-
ſione, ad quam alias non tenebatur, qui propterea defer-
re poteſt iuramentum emptori, an procurauerit dictam
quæſtionem moueri *Ioan. And. ad Spec. in tit. de empt. &
ven. §. 1. in addit. incip. facilè erit, ſub verſ. veruntamen.
Paul. de Caſtr. in l. 1. §. ſtipulationum; in fine, de quo per Affl.
d. dec. 171. Bertaz. de clauſ. inſtr. clauſ. 42. Gloſ. 11. n. 2.*

7 Sed & illud obſeruandum eſt, quod euictionis nomi-
ne datus fideiuſſor non tenetur, ſi contractus reſciſſus
fuerit remedio *l. 2. C. de reſcin. vend. vt per Caball. d. §. 2. n.
20. & Pinell. in d. l. 2. c. 3. n. 43. & ſeqq.*

8 Item ſi res ſemper remanſerit penès venditorem omiſ-
ſa quacunque executione contra venditorem, eiuſque fi-
deiuſſorem libere agi poteſt, quia ſufficit rem ipſam eui-
ctam non reperiri penès emptorem, qui conſtituto de iure
euincentis, de euictione agere non prohibetur, nedum
contra venditorem; ſed etiam contra eius fideiuſſorem,
media tamen iurium ceſſione aduerſus eos habita *Ruyn.
conſ. 146. n. 6. & 7. lib. 4. Io. Ant. Rub. in rep. l. non ſolum, §.
morte n. 457. & ſeqq. ff. de non. operis nunciat.*

9 Quando autem venditor euictione imminente nullos
poteſt inuenire fideiuſſores, nec ſatiſdare, is ſi modo alias
ſit idoneus ſub hypotheca reliquorum ſuorum bonorum
ſe obligabit pro creditis, quæ in futurum detegerentur,
vel apparere poſſent, vt per *Caroc. dec. 96. ſub n. 13. verſ.* Il-
10 lud verum eſt; vel vt pretium reponatur in emptionem
bonorum immobilium, quæ emptori in caſum euictio-
11 nis obligata remaneant *Cacher. deciſ. 24. n. 14.* vel vt pre-
tium apud fidum tertium deponatur ad vtilitatem tamen
12 vendentis *Cacher. d. loco, Borgn. dec. 4. n. 6.* vel ſaltem donec
per venditorem præſtetur fideiuſſio euictionis, emptor
interim teneatur ſoluere intereſſe, ex regula *tex. in l. cura-
bit, C. de act. empt.* vt in ſpecie notat *Barboſ. in l. de euict.
13 n. 69. ff. ſol. matr.* nam etiamſi expreſſe conuentum eſſet,
quod non teneatur emptor ſoluere pretium, donec à ven-
ditore idoneè caueatur de euictione: non tamen interim
emptor excuſatur à ſolutione intereſſe, quia æquum non
eſt, quòd teneat rem & pretium, vt notabiliter tradit
Cogn. in d. l. curabit n. 31. quicquid dixerit *Afflict. deciſ. 20.
in fine; à quo recedunt Caph. conſ. 609. lib. 4. Honded. conſ.
44. n. 7. & per tot. vbi de vectori lib. 1.*

14 Primò ampliatur hæc concluſio, vt procedat etiamſi
fundus venditus ſit ſterilis, quia nihilominus debetur in-
tereſſe pretij non ſoluti, vt decidit *Rota Gen. deciſ. 194. nu.
3. ſequitur Hond. conſ. 30. num. 20. & per totum lib. 1.* & ego
infra dicam in particulari quæſtione.

15 Secundò ampliatur habere locum etiamſi fiat venditio
pro pretio æſtimando per duos communes amicos, quā-
uis pendente æſtimatione emptor non ſit in mora ſol-
uendi pretium, quia ea non obſtante emptor tenetur ad
intereſſe venditori *Gabr. conſ. 57. lib. 1. Caphal. d. conſ. 609.
Hond. d. conſ. 30. per totum lib. 1.*

16 Fallit dicta concluſio, quando emptor malitiosè litem
aliquam ſubmoueri affectaſſet, vt ſe pretium retineret, &
fraudaret venditorem: nam aduerſus hanc malitiam plu-
ribus modis ſuccurritur venditori, vt ſepe dixi, & habetur
pro *Menoch.* poſt eos, quos adducit *de arbitr. iud. lib. 2. ca-
ſu 224. per totum.*

17 Vel & poſtremò prouideri poſſet, vt fructus currentes,
hoc eſt annua penſio ſit venditoris, ſors autem principa-
lis ſtet pro ſecuritate emptoris, & abſque illius placito
amoueri non valeat; ita *Caroc. d. deciſ. 96. ſub n. 13. verſic.*
Et vidi quandoq; vbi addit, id ſibi æquius videri, quam ri-
goroſam retentionem, aut ſequeſtrationem, ex qua nec
venditor, nec emptor aliquid vtilitatis percipiat.

18 Difficultas eſt quando cautio hæc præſtanda eſt, an
præſtari debeat extra locum rei venditæ: exempli gratia.
Mœuius vendit fundum Sempronio exiſtentem in terri-
torio ciuitatis Piſauri, cum pacto, quòd Mœuius venditor
teneretur conuertere pretium in emptionem prædiorū.
Quæritur, an Mœuius poterit emere prædia in alio terri-
torio, quam Piſaurenſi, ſtante pacto, quòd prædia emao-
tur pro cautione emptoris fundi venditi in caſu euictio-
nis; & reſpondendum videtur negatiuè, per ea, quæ ſcrip-
ſit *Alex. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ſub n. 3. ff. qui ſatiſd.
cogantur.*

19 Sed contra facit, quia ſi is, qui ſatisdationem neceſſa-
riam præſtare tenetur, ſatisdare poteſt alibi, quam in lo-
co iudicij dummodò non ſatisdet in loco valdè diſtanti,
ſecundum *Bar. in l. de die, §. vlt. num. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* vel
20 dummodò ſatiſdet in loco propinquo, Idem *Bar. in l.
ſciendum, §. 1. n. 1. ff. eod. Alex. conſ. 57. ponderatis verbis ſub
n. 5. verſ. ſed dubium facit lib. 3.* cum ait, quod attendi de-
bet ſolum, an locus, in quo reus præſtare vult, ſatiſdatio-
nem ſit multum remotus à loco, in quo petitur ſatisda-
tio, qui ſi non ſit multum remotus audiri debet, alias ſe-
21 cus, faciunt ſcripta in *q. 22. n. 13.* & infra. Ergo eodem pa-
cto dicendum eſt, & multò magis in emptione prædio-
rum in caſu euictionis, quæ eſt voluntaria, quæ propterea
emi poterint in regione propè locum, in quo forent
emenda: dummodò parti ſit conſultum; quoniam ita non
poterit eſſe difficile inuenire prædia emenda pro iuſto
pretio, ſicut inuenire fideiuſſorem, & paria ſunt, quod
prædium ematur in territorio fundi venditi vel in terri-
22 torio illi vicino, præſertim ſi vnus, & idem eſt iudex, qui
iuriſdictionem exerceat in vtroque territorio, ſicut etiam
tenet *Sigiſmund. Scaccia de appell. q. 15. ſub n. 144.* vbi teſta-
tur ita obtinuiſſe à D. Locumtenente in ciuilibus R. P. D.
23 Auditoris Cameræ Apoſtolicæ: Addens in omnibus ver-
ſari debere arbitrium iudicis, qui inſpecta qualitate loci,
perſonarum, & factorum, arbitrabitur quando locus di-
catur vicinus, vt & in caſu ſuo reſpondit *Alex. conſ. 57. ſub
num. 6. lib. 3.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſoris præſtatio, an, & quando admittatur in contractu emptionis, & venditionis pro euictione.

Fideiuſſor idoneus quis dicatur.

Denunciatio omiſſa, quando excuſet venditorem, & illius fideiuſſorem ab euictione.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſoris datio admittitur in contractu emptionis, & venditionis.*
2 *Fideiuſſio numeratur inter acceſſoria venditionis, quæ adminicula vocantur.*
3 *Fideiuſſio contractui venditionis, & emptionis accedit, vt eum corroboret, & confirmet pro pretio, & fructibus.*
Et pro euictione, n.4.
Præſertim loci conſuetudine tale quid exigente, n.5.
Fallit, ſi expreſſa emptoris deprehendatur calumnia, n.6.
7 *Venditor non tenetur præſtare fideiuſſorem pro manutenenda re vendita.*
Maximè ſi eſt idoneus facultatibus n.8.
Neque tenetur fideiuſſorem aliquem præſtare, etiam quod ſuper re vendita adſit fideicommiſſum conditionale, ſi venditor eſt idoneus facultatibus, licèt auctor contrarium teneat, n.9.
Primò fallit, vbi per pactum expreſſum conuentum eſt quod præſtetur, n.10.
Secundò fallit, ſi res vendita detegatur obnoxia hypothecæ, num.11.
Tertiò fallit, vt ibidem n.12.
Quartò fallit, ſi creditor cogatur à debitore accipere in ſolutum pro ſuo creditore, n.13.
Quintò fallit, quando creditor habet debitorem ſuſpectum in diem, vel ſub conditione, qui efficitur de nouo ſuſpectus, num.14.
Sublimitatur non procedere, vbi per emptorem non fuerit ſolutum pretium rei venditæ, n.15.
16 *Fideiuſſor dicitur auctor ſecundus, & confirmatur.*
17 *Fideiuſſor præſtari debet, quando factum eſt ſpeciale pactum de præſtando, vt in caſibus, de quibus hic.*
18 *Fideiuſſor idoneus dicitur, qui habet in bonis quantum releuat, quòd peti poteſt.*
19 *Fideiuſſor idoneus non dicitur, qui habet arcem in qua tueri poteſt, quamuis ſit diues.*
20 *Fideiuſſor idoneus quis ſit, iudicis arbitrio relinquitur.*
21 *Fideiuſſor idoneus dicitur, qui eſt eiuſdem fori.*
22 *Clericus an dicatur fideiuſſor idoneus remiſſiuè.*
23 *Fideiuſſor à principio idoneus ſi efficiatur non ſoluendo, vel non idoneus, reſpectu qualitatis rei venditæ, cum dari debet ex legis diſpoſitione, vel ſtatuti, alius dari debet idoneus.*
24 *Extenditur habere locum, etiam in alijs iudicialibus, n.24.*
Fallit, ſi quis dederit ex conuentione facta cum venditore, vel potius emptore, n.25.
26 *Fideiuſſor dari non debet, quando conuentum fuit inter partes, quòd venditor debeat cautum, & ſecurũ reddere emptorem, etiam ad ſeaſam ſapientis ipſius emptoris, ſed cauere tenebitur per ſtipalatioaem cum obligatione bonorũ.*
Ampliatur etiamſi dicatur, caueat mediocriter, n.27.
Primò limitatur, ſi dictum fuerit, quod idoneè caueatur, quia intelligitur cum fideiuſſore, n.28.
Secundò limitatur, ſi lex requireret cautionem competentem n.24.
30 *Obligatio fideiuſſoria alteratur per clauſulam principaliter, & inſolidum: cùm aliàs fideiuſſor non teneatur ſe ita obligare.*
31 *Obligans ſe ad ſenſum ſapientis emptoris, qualiter intelligatur ſe obligaſſe.*
32 *Obligans ſe principaliter, & inſolidum cum iuramento, dicitur in omnibus, & per omnia effectus principalis.*
Qui ad effectum, vt teneatur, ſufficit, ſi habeat notitiam litis motæ per intimationem, n.33.
34 *Denunciatio omiſſa non excuſat venditorem, & fideiuſſorem niſi alleget aliquam rationabilem cauſam, aut aliquid contra ius illius, qui euincit.*
Et vbi requireretur, ſufficeret, ſi ſciret etiam in ſecunda inſtantia, n.35.
Secundò fallit, quod dicitur de intimatione facienda, quando fideiuſſor renunciauit beneficio fideiuſſorum, n.36.
Tertiò fallit, quando in contractu venditionis interuenit iuramentum, vt quia venditor iurauit emptorem defendere, n.37.
Quartò fallit, quando notorium eſt non competere defenſionem, n.38.
Quintò fallit, quando emptor eſſet pupillus, vel minor, quia fauore minoris in cõtractib. bonæ fidei, fideicommiſſis, et legatis, mora cõtrahitur ipſo iure, abſq; interpellatione, n.39.
Primò ſublimitatur non procedat, quando minor non habet perſonam legitimam, cui ſoluatur, n.4.
Declaratur, quando is, qui eſt debitor pupilli, vel minoris, eſſet talis, ad quem tutela, & ſucceſſio eius pertineret, quia petere deberet dari tutorem, n.41.
Secundò ſublimitatur, quando qui eſt debitor minoris, etiam ipſe eſt minor, n.42.
Tertiò ſublimitatur, quando dubitatur, an fauore minoris mora ipſo iure contrahatur; ad effectum, vt quis teneatur ad pœnam, n.43.
Quartò ſublimitatur, quando agitur vtrum ceſſante minori ætate duret idem effectum mora irregularis pro tempore futuro, & dicitur quòd non, n.44.

Quæſt. LXXXVIII.

1 IN contractu emptionis, & venditionis, vt vidimus in
præcedentibus quæſtionibus datio fideiuſſoris admittitur;
nàm & ſi fideiuſſio non eſt de ſubſtantia emptionis,
l. non idcircò, C. de contrab. empt. ſed inter cætera (quæ vocant)
venditionis acceſſoria numeratur, vt & traditio, &
2 pretij ſolutio, *l. 5. §. eadem oratione, ff. de reb. eor. qui ſub tut.*
vel curat. l. ſi duo, §. ſi quis iurauerit, ff. de iureiur. quæ alibi
adminicula venditionis vocantur, *leg. pacta conuenta, ff. de*
contrab. empt. quemadmodum, & cætera litis dicuntur in
3 *l. fin. §. 2. in fin. C. de admin. tut.* ita quod contractui emptionis,
& venditionis, accedat, vt eum corroboret, & confirmet,
d. l. pacta conuenta, non ſolum pro pretio, puta ſi emptori
parum fidei habeat venditor, *l. quod vendidi, l. vt*
res, ff. de contrab. empt verum etiam pro fructibus ſecundo
venditori maturatis tempore reſtituendis, hoc eſt, ſi fructibus
immaturis in agro pendentibus primus venditor
redimat, vt in ſpecie tradidit *Tiraq. de retract. conuent. §. 5.*
4 *Gl. 5. Iacob. Marchiſell. in ſilua Pract. qq. q. 100. n. 6.* immo &
pro euictione (præſertim loci conſuetudine tale quid exi-
5 gente, *Caball. de euict. §. 2. n. 15.*) *accipitur d. l. pacta conuenta, ff de contrab. empt. l. ſi is, cui §. ſi is cui, ff. de euict. l. auctore, C. eod. Coru. conſ. 305. lib 1. Pariſ. conſ. 11. n. 1. & 11. lib. 4.*
Bertaz. in tract. de clauſ. inſtr. clauſ. 42. Gl. 7. n. 1. & 2. Nicol.
Valla de rebus dub. tract. 9. n. 8. vbi diſputat quæſtionem,
an fideiuſſoribus denunciandum ſit, litemq; agi, vt de euictione
conueniri poſſint, & negatiuè concluditur; cui
opinioni adhæret *Gl. in d. l. auctore, Io. And. in c. fin. de empt. & vend. Bal. in l. libera n. 12 C. de ſeut. & interloc. omn.*
iud. Iac. Marchiſell. in d. Sylua Pract. qq. q. 86. n. 6. Iac. Catac.
in nouella 4. pag. 43. & nos diximus latè in quæſt.
6 Fallit, ſi manifeſta forſan emptoris deprehendatur calumnia,
Bal. in l. non idcirco, C. de contrab. empt. Neuiz. conſ.
37. n 9. Caball. d. §. 2. n. 13.
7 Regulariter autem venditor non tenetur pręſtare fideiuſſorem
pro manutenenda re venditã, facit *tex. in l. 1. in*
princ. ff. de peric. & commodo rei vend. notat *Papien. for. libel. in cauſa vend. §. promittens n. 5. Surd. dec. 295. n. 1. conſ.*
36. num. 5. & conſ. 68. num. 3. lib. 1. quin etiam, ſi mota lis
fuerit emptori occaſione rei ſibi venditæ, ſi venditor eſt
idoneus facultatib. ante pretiũ ſolutũ, non tenetur pręſtare
fideiuſſorẽ ex *Vrſil. ad Affl. dec. 171. n. 1. et 2.* nec minus

9 tenetur fideiuſſorem aliquem præſtare, etiam quod deue-
niat ad notitiam, quod ſuper re vendita adſit fideicom-
miſſum conditionale, ſi venditor eſt idoneus facultatibus
tradit *Oſaſc.dec.24.ſub num.8.verſ.* Non etiam, de quo vi-
dendus eſt *Surd.deciſ.183.& deciſ.295.* & quæ ſuperius di-
xi, *q.38.n.32.& q.645.num.3.& ſeqq.* vbi contrarium te-
nui.

10 Primò fallit hæc concluſio, vbi per pactum expreſsè
conuentum eſt, quòd fideiuſſor præſtetur, *d.l.illud in prin-
cip.& l.emptori in princ. ff.de euict.*

11 Secundò fallit, ſi res vendita detegatur obnoxia hypo-
thecæ, quia tunc venditor tenetur præſtare fideiuſſorem
idoneum, ſic notat *Specul.in tit.de emp.& vend.§.1.n.3.et
ſeq.Ang.in l.cum tibi ad fin.C.de euict.Rip.in l.1.§. ſi hæres
n.31.ff.ad Trebell.*

12 Tertiò fallit in caſibus notatis per *Gloſ. in l. qui rem, in
verb.conueniens, C.de euict.*

13 Quartò fallit, ſi creditor cogatur à debitore accipere
inſolutum pro ſuo credito, in caſibus, in quibus poteſt co-
gere, de quibus per *Pract. Papien.in form.reſp.libell.in act.
hypoth.§.exceptionem ſolutionis n.3.& per Ioſeph.Ludou.in
deciſ.Peruſ.64.n.6.7.9.10.p.2.Burſat. conſ.84. n.29.& 30.
lib.1.* tunc enim tenetur venditor, ſeu debitor præſtare
hanc fideiuſſionem de manutenenda re data in ſolutum
*Rom.conſ.163.num.4.Iaſ.conſil.9.n.13. lib.1. Natta conſil.
344.n.3.& 4.lib.3.*

14 Quintò fallit, quando creditor habet debitorem ſuſpe-
ctum in diem, vel ſub conditione, qui efficiatur de nouo
ſuſpectus, quoniam eo caſu cogi poteſt per creditorem ad
ſatiſdandum, vel cauendum cum fideiuſſoribus, alias non
ſatiſdando, detinebitur in carceribus, per *tex.in l.in omni-
bus, vbi Caſtr.num.2.ff.de iud.* habetur latè penès *Gomeſ.de
contract.tit.locati n.6. verſ.confirmatur per dictum textum,
iuxta doctr.Paul.de Caſtr.*

15 Sublimitatur non procedere, vbi per emptorem non
fuerit ſolutum pretium rei venditæ, ita *Burſ. conſil.191. n.
1.lib.2.* quo in caſu venditor, quando ſatiſdare non po-
teſt, adire poteſt iudicem, & petere, quòd pretium penes
emptorem exiſtens deponatur apud tertium, ſecundum
ea, quæ habentur per *Caualc.deciſ 4.n.6.* & dixi in præce-
denti quæſtione; & hoc donec ſatiſdet, vel implicet in bo-
nis immobilibus, vt per eum.

16 Dicitur præterea fideiuſſor auctor ſecundus, vt ait *tex.
in d.leg.illud*, & dicitur quoque confirmator, §.& non ſo-
17 lum in *Auth.de fideiuſſ. col.1.* & quando factum eſt pactū
ſpeciale de præſtando, præſtari debet, ad *tex.in l.1.§.ſtipu-
lationum in fine, ff.de prætor.ſtipul.vbi Bart.Paul.de Castro,
& alij in leg.fin.§ 1. ff. de reſcind.vend.in leg. ſi dictum in
princ.de euict.in d.leg.pacta conuenta, in princip.de contrah.
empt.Specul.in tit.de empt.& vendit. §.1.verſ. fideiuſſoris
præſtatione num.7. Fabian.de Monte in tractat.de empt.&
vend.q 6.princ.12.quæſt.num.*51.vbi ponit caſus, in quibus
18 venditor tenetur præſtare fideiuſſorem de euictione, vl-
tra hanc, quando eſt expreſſum, & conuentum per pactū,
ſcilicet quando pater vendit bona filij, *leg.1.vbi Bart.C.de
bonor. matern.* quando ante pretium ſolutum mouetur
quæſtio emptori, *leg. ſi poſt perfectam, C.de euict.* quando
venditio per reſcriptum Principis confirmatur, *l.vniuer-
ſa, vbi Bald.C.de bon.matern.*

Hic quæritur, quis dicatur fideiuſſor idoneus, de quo
latè diſſerit *Nicol.Boer.in ſuis conſuet.in lib. de coſtumes de
tours, titul.1.art.24.col.5.verſ.*quarto ergo quis dicatur fi-
deiuſſor, *Iaſ.in l.fideiuſſor, in princ.ff qui ſatiſd. cogant.*

Idoneus autem fideiuſſor dicitur, qui habet in bonis
quantum releuat quod peti poteſt, ac debetur *Borgn.in
tract.de tutore, & curat. num.191.* non autem dicitur ido-
19 neus fideiuſſor, qui habet arcem, in qua tueri poteſt, quã-
uis ſit diues *Menoch.conſ.2.num.212.lib.1.* ceterum vtrum
20 quis ſit idoneus fideiuſſor, iudicis arbitrio relinquitur, vt
notat *Bal.in leg.vniuerſa ſub n.3. verſ. in contrarium, C.de
precib.Imper.offeren.Rebuff.de ſent.execut.art.1.Gloſ.16. n.
21 31.Menoch.in tract.de adipiſc.poſſeſſ.remed.2.n.93.* debet
nihilominus, vt fideiuſſor idoneus quis dicatur, eſſe eiuſ-
dem fori *Petr.de Rauen.ſing 969.* de quo dic, vt dixi in
proximè præcedentibus quæſt.

22 De clerico vtrum ſit idoneus fideiuſſor, cum non va-
leat renunciare priuilegio fori, adeundus eſt, *Rebuff. d.Gl.
16.n.23.& Lanfranch.Balb.in ſuis comm.concl.cent.3.con-
cluſ 268.*

23 Aduertendum tamen in propoſito eſt, quòd ſi a prin-
cipio datus fuit fideiuſſor idoneus, qui deinde factus fue-
rit non ſoluendo, vel non idoneus, reſpectu qualitatis rei
venditæ, cum dari debeat ex legis diſpoſitione, vel etiam
ſtatuti, tenetur quis iterum dare alterum idoneum, vt per
Vrſil.ad Afflict.d.deciſ.171.n.2.

24 Idemque locum habet in alijs iudicialibus ſecundum
Iaſ.in l.ſi ab arbitrio n.11.& ſeqq. ff.qui ſatiſd. cog.

25 Fallit etiam ſi venditor cum dederit ex conuentione
facta cum emptore, *Afflict.d.deciſ.171.n.7.& in Conſtit.
Regni rubr.10.de his qui fideiuſſ.n.4.ad fin. lib.2.*

26 Non tamen dandus erit fideiuſſor, quando conuētum
fuit inter partes, quòd venditor debeat cautum, & ſecu-
rum reddere emptorem etiam ad ſenſum ſapientis ipſius
emptoris; ſed cauere tenebitur per ſtipulationem cum
obligatione bonorum Gl. communiter recepta in *leg. ſi
mandato Titij, §.fin.vbi Doct.ff.mand.Spec.d.tit.de empt.&
vendit.§.1.vbi Io.Andr.in addit in verſ.ſed quid in inſtrum.
n.9.Bart.Ang.& Caſt.in l.1.§.1. ff.de prætor. ſtipul. Bal.&
Iaſ.in l.ſancimus, n.4.C.de verb. ſign.* & hæc eſt communis
ſententia ſecundum Iaſ.

27 Ampliatur, ſi etiam dicatur, caueat mediocriter; quia
etiam tunc ſufficit cautio cum obligatione bonorum, *l.ſi-
lio, ff.vt legat.nom.caueat. Fel.in c.ad noſtram ſub n.8. verſ.
quid autem ſi dicatur de iuretur.*

28 Primò limitatur, ſi dictum fuerit, quod idoneè caueatur;
quia tunc intelligitur cum fideiuſſore, *d.§.fin.& ibid. Gloſ.
& Doct.communiter in l.1.ff.qui ſatiſd.cog.vbi Soc. n.8. &
Iaſ.in d.l.ſancimus n.3.Felin.in d.c.ad noſtram num.8. verſ.*
Idem, vbi res, qui alios adducit.

29 Secundò limitatur, ſi lex requireret cautionem com-
petentem, vt *l.ſi debitori, & ibi Gl.& Bal.ff.de iud.Old. con-
ſil.68.incip.*nomine cautionis, *Felin.in d.c. ad noſtram n. 8.
9.& ſeq.*apud quem videas alias limitationes. *Bertazol. de
clauſ.inſtr.clauſ.42.Gl.8.num.2.* & infra, qui in Gl. ſequenti
30 ponit, quod fideicommiſſaria obligatio alteratur per
clauſulam principaliter, & inſolidum, cum alias fideiuſſor
dandus, non teneatur ſe principaliter, & inſolidum obli-
gare, ad notata per *Bal.in d.l.ſancimus, num.5.& ibi Iaſ.in
fin.qui addit n.3.* quod ſi quis obliget ad ſenſum ſapientis
31 emptoris, iſte ſenſus ſapientis debet eſſe, vt legitimè liget
& cautè ſecundum naturam contractus, *Spec.in §.1.col.1.
de form.inſtrum.*

32 Vbi verò ſe principaliter, & inſolidum obligat cum iu-
ramento, dicitur in omnibus, & per omnia effectus prin-
cipalis, vt per *Seraph.de priuil.iur.priuil.88.num.1.Gabr.in
33 tit.de fideiuſſ.col.1.n.43.& ſeq.* qui ad effectum, vt tenea-
tur, ſufficit ſi habeat notitiam litis motæ per intimatio-
nem *Rota Gen.deciſ.15.n.13.Rota Bonon.in nouiſs. dec.102.
num.40.*

34 Et quatenus denunciatio omittatur, non etiam is ex-
cuſari poteſt, niſi alleget aliquam rationabilem cauſam,
aut aliquid contra ius illius, qui euincit, doceat, vt per
*Alex.poſt Imol.ibi in l.non ſolū, §.morte n.47.ff. de nou.ope.
nunc.Surd.deciſ.22.Rot.Bon. d.dec.deciſ.102. ſub num.41.*

35 Quinimò, quando etiam denunciatio requireretur, &
neceſſaria eſſet, ſufficeret, ſi ea fieret etiam in ſecunda in-
ſtantia, quando actiones auctorum ſunt integræ, ad *Gl.in
l.ſi rem, quam, ff.de euict.vbi Alberic.num.4. Imol.in cap. ſi*
ven-

Digitized by Google

venditore col.3. de emption. & vendit. Rota Bononien.d.deciſ.102. num.45.

36 Item fallit, quę diximus de intimatione facienda, quando fideiuſſor renunciauit beneficio fideiuſſorum *Rota Bononien.deciſ.77.num.41.in nouiſſ.*

37 Tertiò fallit, quando in contractu venditionis interuenit iuramentum, vt quia venditor iurauit emptorem defendere; quia tunc tenetur etiam abſq; interpellatione, prout, & eius fideiuſſor. *Rebuff.de dilat.art.5. Gloſs.vnica, num.35.Barz.deciſ.16.numer.12.Seraph. de priuileg.iuram. priuileg.49. Rota Roman. coram R.P.D.Cantuccio Epiſcopo Lauretano in Neapolitano reſtitutionis in integrum 14. Aprilis 1578. in nouiſſ.deciſ.69. numer.3. & 4.part.2. vbi de magis communi.*

38 Quartò fallit, quando notorium eſt non competere defenſionem venditori. *Rebuff.d.art.5.Gloſs.vnica,numer.37.Capyc.deciſ.106.Pute.deciſ.178.par.3.Hier.Lauren.deciſ.Auen 111.nu.7.& 8.*

39 Quintò fallit, quando emptor eſſet pupillus, vel minor, quia fauore minoris in contractibus bonæ fidei, fideicommiſſis, & legatis, mora contrahitur ipſo iure abſque interpellatione. *Rebuff.dict.Gloſs. vnic. num.34. Carpan.ad ſtatut.Mediola.cap.43.num.10.Surd.deciſ.179.num.6.Mareſcot.variar.reſolut.lib.2.c.126.num.16.& cap.112. num.48.* vbi copioſè proſequitur caſus in quibus non requiritur denunciatio, latè *Steph.Grattan.diſceptat.Floren.241.num.1.& ſeq. lib.2.*

40 Primo ſublimitatur præcedens fallentia, ſeu limitatio, vt non procedat, quando minor non habet perſonam legitimam cui ſoluatur, quoniam tunc debitor ipſo iure moram non incurrit. *Honded.conſ.36.num.15. lib.2. Vincent.Franch.deciſ.16.numer.1.Grattan. d.c.241.à num.10. vſque ad 23.*

41 Declaratur hæc ſublimitatio vt non procedat, quando ille, qui eſt debitor pupilli eſſet talis, ad quem tutela, & ſucceſſio eius pertineret, quia petere deberet dari tutorem. *Franch.d.deciſ.16. n.6. Rota coram D.Pena in Romana bauorum, 14.Ianuarij 1600.refert, ac ſequitur Gratian. in d.c.241.nu.24 & 25.*

42 Secundò ſublimitatur, quando ille, qui eſt debitor minoris, etiam ipſe eſſet minor, quia tunc inter ſe colliderentur priuilegia, & melior eſt conditio poſſidentis. *Franch.dict.deciſ.16.numer.3.Gratian.dict.cap.241.numer.51.& 52.*

43 Tertio ſublimitatur, quando dubitatur, an fauore minoris mora ipſo iure contrahatur ad effectum, vt quis teneatur ad pœnam. Et non incurri verius videtur, vt per *Gratian.d.c.241.nu.43.& habetur per Card.Tuſch. qui plura addit to.3.litera E, concluſ.353.n.68. & 69.*

44 Quartò ſublimitatur quando agitur, vtrum ceſſante minoris ætate duret idem effectus moræ irregularis pro tempore futuro: & reſoluitur quod non, ex notatis per *Salyc.in lege in minorum, in fine ſub nu.6. verſ.hinc eſt quod minore.Hier.Gabr.conſ.121.nu 60.lib.1.Franch.d.deciſ.16. nu.4.& 11.Munoz.de ratioc.adminiſtr.c.15.n.33.*

ARGVMENTVM.

Hæredes ex obligatione fideiuſſoris de euictione, an conueniri poſſint.

Fideiuſſor euictionis, quando appellet à ſententia, licet venditor appellare non poſſit.

Et quo nomine appellare debeat.

Item, an per fideiuſſoris comparationem ſententiæ executio impediatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes ex obligatione fideiuſſoris, de euictione conueniri non poſſunt.*

Et de ratione, num.2.

Primò declaratur procedere, quatenus hæres ex ſua perſona dominium vendicat; at ſecus, quatenus fideiuſſor ad id, quod intereſt rem euictam non eſſe conueniri poterat, numero 8.

Extenditur, vt fideiuſſores contractus, qui de euictione emptori promittunt, non liberentur per lapſum anni, ſed cogantur ſtare pro tali euictione per 30.annos, nu.9.

At quod immò non ſufficiat diu ſtetiſſe in obligatione, numero 10.

Secundò declaratur habere locum eo magis, ſi talis extit conſuetudo in loco, n.11.

3 *Hæres fideiuſſoris iure proprio rem ab auctore ſuo venditam vendicare poteſt, dummodò non fuerit propria.*

4 *Filius admittitur ad vendicandum ex iure retractus bona alienata.*

Etiam ſi ſit hæres patris, n.5.

6 *L.venditrici C.de reb. alien. non alienan. non extenditur ad hæredem fideiuſſoris de euictione obligati, & qualiter loquatur.*

7 *Hæres facta defuncti contrauenire poteſt, quando ius ſibi competit ex propria perſona.*

12 *Emptor non agit aduerſus fideiuſſorem de euictione, niſi re cum effectu euicta, & auocata.*

Nec ſufficit ſententia lata, niſi ſit executa, n.13.

Nec minus brachium militare conceſſum, niſi conſtet de relatione executionis factæ, nu 14.

Et vbi res euincitur, agitur non prima actione, ſed ex ſtipulatu, nu.15.

16 *Sententia lata contra principalem debitorem non exequitur contra fideiuſſorem abſque nouo proceſſu.*

17 *Fideiuſſor euictionis appellat a ſententia, licet principalis appellare non poſſit dummodo appellet infra legitima tempora appellandi.*

Et appellare debet nomine eius, pro quo fideiuſſit, nu.18.

Sed quod immò appellare debeat nomine proprio, numero 19.

Quod procedit in fideiuſſore contractus, etiamſi ſit fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, num. 20.

Fallit in fideiuſſore iudicij, id eſt apud acta; quia poteſt executiuè conueniri, nec ideò appellare poteſt, numer. 21.

22 *Fideiuſſor appellare poteſt ad inſtar cuiuslibet tertij, & appellando executionem.*

Quod qualiter procedat, habetur, nu.23.

Primò ampliatur etiamſi ſententia habet vim rei iudicatæ contra condemnatum, num.24.

Secundò ampliatur, vt iudex ad quem ob tertij appellationem poſſit reuocare interlocutoriam, n.25.

Tertiò ampliatur vt poſſit appellare etiam ad excludendum vtrunque litigantem, nu.26.

Quod exemplificatur, n.27.

Dum tamen appellet infra legitima tempora, num.28.

Et quæ ſit differentia inter admiſſionem ad appellationem, & admiſſionem ad litem, nu.29.

30 *Lis non retardatur per admiſſionem tertij ad litem inter actorem, & reum, licet cum eo lis initianda ſit à capite.*

31 *Tertius, quamuis nolit, vel non poſſit appellare eo quia non ſit in tempore, tamen poteſt ſine appellatione ſe apponere, ac impedire executionem, & n.32.*

33 Ter-

33 *Tertius poteſt opponere nullitatem, & auditur pro ſuo intereſſe.*

Quæſt. LXXXIX.

1 AN hæredes ex obligatione fideiuſſoris de euictione
conueniri poſſint, ſæpè quoque dubitatur.
Et non poſſe videtur *ex tex. in l. fin. C. de euictio. Bero. in
cap. ſi quis presbyterorum nu. 46. de reb. eccleſ. non alie. Gaſpar. Caballin. in tract. de euict. §. 5. ſub n. 2. verſ. tertio limita. ex Salycet. Curt. iun. Caphal. Menoch. & Phanuc. Hond.
conſ. 3. num. 72. lib. 1.* Rationem quærit *Ari. Pinell. in lege
1. part. 3. num. 3. C. de bon. mater.* & concludit, id eſſe ob diuerſam rationem, quæ eſt inter venditorem, & fideiuſſo-
2 rem, ac vtriuſque hęredem. Et ideò diuerſum quoque ſtatuendum eſſe; etenim venditor rem, vt ſuam vendit; vnde nec ipſe, nec illius hæres ſaluo pudore, rem ſemel venditam ab emptore auocare poſſunt non ſic tamen eſt in
fideiuſſore, vel illius hærede, quoniam fideiuſſor fideiu-
3 bens non fatetur rem venditam eſſe ſuam: ſed pro intereſſe ſolum euictione ſequuta fidem interponit: quare
ipſius hæres iure ſuo proprio rem illam, dummodò non
fuerit fideiuſſoris propria, vendicare non prohibetur, *d. l.
4 fi. iuncta. l. exceptione, C de euict.*
Nam vt alias diximus in hoc eodem tractatu, non obſtante diſpoſitione, *leg. cum a matre, C. de rei vendic.* filius
5 admittitur ad vendicandum ex iure retractus bona à patre alienata cap. conſtitutus vbi *Henrich. Boich. num. 4. de
in integr. reſtit.* licet enim ſit filius, & hæres patris, tamen
vendicat, non tanquam hæres ſed tanquam agnatus, cum
nullus ſit proximior agnatus, quam filius, *l. filius. ff. de ſuis,
& legit.* neque hoc in caſu filius dicitur contrauenire facto defuncto patris, quoniam pater non tenebatur de
hac euictione procedente ex poſt virtute legis, & non ipſius facto, & culpa, *l. Lucius Titius, ff. de euict. Decian. conſ.
81. in princip. lib. 3.*
6 Et quamuis idem *Decian. conſ. 181. n. 151. 32. & 33. eod.
vol.* reſponderit, hæredem nec etiam ex perſona propria
facto defuncti contrauenire poſſe, per *l. venditrici, Cod. de
reb. alien. non alien.* Id tamen ad hæredem fideiuſſoris de
euictione obligati extendi poteſt, de quo etiam *d. l. venditrici*; nihil diſponit: nam de ſucceſſore venditoris loquitur, ſicuti etiam conſiderauit *Menoch. conſ. 89. nu. 112.
& 113. lib. 1. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 16. num. 30.* Siquidem
pro comperto habemus, quod hæres facto defuncti con-
7 trauenire poteſt, quando ius ſibi competit ex perſona
propria. *Bald. conſ. 215. libr 2. Dec. conſ. 495. nu. 55. Cornel.
conſil. 22. numer 5. & 7. libr. 2. Natt. conſ. 470. numer. 15. &
16. Hond. conſ. 14 num. 34. & 35. lib. 1. Gamma. deciſ. 8. nu.
3.* Et ideò dicta ſuperius.
8 Primò declara procedere quatenus hæres ex ſua perſona dominium vendicar, de euictione non teneatur: & per
conſequens ei obſtat exceptio rei venditæ, ac traditæ, licèt ea obſtitiſſet ſuo prædeceſſori, *l. exceptione, C. de euict.
tot. tit. ff. de except. rei vendit. & trad.* at ſecus, quatenus fideiuſſor an id quod intereſt rem euictam non eſſe conueniri poterat, iuxta *l. ſi in venditione, leg. euicta, ff. de euict.*
quoniam eatenus etiam aduerſus hæredem euictionis
cauſa durat, *dict. l. vlt. in fine, C. de euict. Nicol. Vall. de reb.
dub. tract. 10. verſ. altera, & ſecunda erit ratio.* Quod qui-
9 dam extendunt, vt fideiuſſores contractus, qui de euictione promittunt emptori, non liberentur per lapſum anni,
ſed cogantur ſtare pro tali euictione per 30. annos *Matth. Coler. in deciſ. German. 8. num. 15. & dec. 28. nu. 6. Lipſenſ.
deciſ. 213. lib. 3.*
10 Verius tamen dicitur non ſufficere fideiuſſorem diu
ſtetiſſe in obligatione; nam ex quo obligatus ſub conditione, videlicet, ſi res euincatur, donec euictio ſequatur
agere non poterit, & ſic immineat euictio in limine contractus, ad *text. in lege ſi poſt perfectam, C. de euict. Bald. in
lege facere, ff. ſolut. matrim Marſil. in rubr. de fideiuſſ. numer.
225. Muſcatel. in pract. de fideiuſſ. p. 2. q. 4. num. 12. qui addit
Frec. de præſenta. inſtr. p. 7. q. 6.*
11 Secundò declaratur eo magis procedere, ſi forte talis
ſit in aliquo loco conſuetudo, quæ licet iuri ſcripto ſit
contraria *lege fideiuſſoris, Cod. de fideiuſſ.* æquitati tamen
naturali non contrariatur, *lege vnica, Codic. vt nullus
ex vicar. libr. 11.*
12 Sed qualiter emptor contra fideiuſſorem agat de euictione, modo diſſeramus.
Emptor igitur ad hoc, vt contra fideiuſſorem de euictione agere valeat, requiritur, quod nedum ſententia lata ſit ſuper euictione, ſed etiam quod executio ſit facta, &
emptori fuerit rei auocata poſſeſſio, & ideò emptor donec poſſidet, non agit de euictione contra fideiuſſorem,
neque illius hæredem *leg. euictis. ff. de euictio. leg. fideiuſſor
euictionis, ff. de doli except. Bal. conſil. 3. Titius lib. 1. Soc. ſen.
conſil. 199. ſub num. 8. lib. 2. Capoll. cautel. 71. & 177.* & ita
non ſufficit ſententia lata, niſi ſit executa; immo non
13 ſufficit brachium militare conceſſum, niſi conſtet de relatione executionis factæ *lege habere licere, ff. de euict. leg.
14 qui rem, Cod. eod. Alex. conſ. 117. num. 4. & 7. lib. 7. & conſ.
117. num. 25. lib. 1.* & ſi vbi res non euincatur, non agatur
15 primæua actione ſed ex ſtipulatu de euictione *Bartol. in
leg. cum quis, §. ſi hominem, & in leg. ſi aliam, in fine de ſolut.
16 Alex. in l. fin. de condit. ob cauſ.* Neque propterea dictis
adimpletis, ſententia lata contra principalem exequitur
contra fideiuſſorem contractus, ſed requiritur nouus
proceſſus *Bart. in l. 1. ſub num. 1. ff. de iudi. ſolut. Natt. conſil.
345. nu. 1. Aſin. in praxi. §. 31. cap 2. ampl. 22. nu. 2. qui alios
adducit, de communi Bar. in d. l. 1. n. 1. & 2. Ang. Aret. in l. à
ſententia, ſub n. 2. verſ. ex quo infertur, ff. de appell. Modern.
in tract. de proceſſ. execut. p. 2. c. 2. n. 6.* & iſte fideiuſſor ap-
17 pellare poteſt, quamuis appellare non poſſit debitor
principalis, dummodò appellet infra legitima tempora,
per *text. in dict. lege à ſententia, & ibi Bart. num. 2. ff. de appell. & relat. Specul. in tit. de appell. §. 1. ſub numer. 1. Surd.
conſ. 271. ſub num. 16. verſ. à prædictis, & num. 17. & ſeq. lib.
2.* licèt non teneatur appellationem proſequi *Specul. d. §.
1. ſub num. 2. verſ. breuiter.*
18 Cæterum dubium reſtat, an is appellare debeat nomine proprio, & pro ſuo intereſſe, vel nomine principalis:
nam *text. in d. leg. à ſententia*, videtur decidere, quod debeat appellare nomine eius, pro quo fideiuſſit. At *Bart. in
19 l. 2. §. ſed ſi alius, num. 2. ff. quando appell.* ſit neceſſe: quem
in eadem *leg. refert, ac ſequitur Angel. Aret. & ex eo Ruginell. in tract de appell. §. 2. c. 4. num. 24.* voluit, quod non
debet appellare nomine alterius, ſed nomine proprio, &
pro intereſſe proprio.
20 Quòd indiſtinctè procedit in fideiuſſore contractus,
etiam ſi ſit fideiuſſor de iudicatum ſoluendo. *Surd. dicto
conſ. 271. ſub num. 39. lib. 2.* qui ait, quod ſi quis fideiuſſit
per contractu pro Titio, & promiſit ſoluere iudicatum,
non poteſt Titio condemnato executiuè conueniri, & ſic
appellare poteſt. Ruginell. *dict. §. 2. cap. 1. numer. 27.* At ſe-
21 cus ſi ſit fideiuſſor iudicij, ideſt apud acta, quia poterit
executiuè conueniri; & ideò appellare non poteſt. *Surd.
dict. conſ. 271. ſub num. 36. verſ. ſecundò, & numer. ſeqq &
Ruginell. vbi ſuprà.*
22 Ad præmiſſa notandum inſuper eſt, quod iſtius fideiuſſoris appellatio impediret executionem ſententiæ latæ
contra condemnatum, ad inſtar cuiuſcunque tertij. *Ant.
de Butr. in cap. veniens ſub numer. 10. verſ. oppono, quod non
impedit, & ibid. Franc. Aret. num. 15. de teſtib. Abb. in cap.
cum ſuper num. 5. in fine, & numer. 16. verſ. ſi vero viuit. de
ſent. & re iudica. Rebuff. de lit. obligat. art. 1. Gloſ. 10. numer.
11. Didac. Conar. pract. q. c. 16. num. 1. Contard. in lege vnic.*
limit.

limit.23.num.17. C.ſi de momenta.poſs. Menoch. de adipiſc. poſſ.remed.4.q.100.num.849.Lancell.de attenta.par.2.cap. 12.ampliat.14.num.2. qui ſub num.4. & 5. dicit impedire executionem, quia operatur effectum ſuſpenſiuum, & probari videtur ex cap.ſuper eo de offi.& poteſt.iud. deleg.& in fiſco, quod poſſit vti tertius executionem ſententiæ latæ contra feudatarium ſuper caſtro impedire, eo quia habet intereſſe, tum quia tenetur de euictione, tum etiam,quia feudatarius eſt obligatus ſoluere pro feu-
23 do,tenuit *Rota coram Caprzucco*, vt refert *Caputaq. deciſ. 331.ſeu 6.executionem p. 1.* quæ procedunt non ſolum in caſu,quo tertius appellat, antequam ſententia in iudicatum tranſeat, & cuius executionem poſſet idcircò etiam condemnatus appellando impedire, ſed etiam in caſu, quo appellat, poſtquam ſententia contra condemnatum lata vim habet rei iudicatæ;vel quia condemnatus ab ea non appellauerit, & tempus ad appellandum ſit lapſum: vel quia ſit tertia,& vltima ſententia conformis,quia non obſtante tertius appellare poteſt,& appellando impediet executionem, vt in caſu trium ſententiarum conformium propriè loquitur *Ruginell.in d.tract. de appellat. §. 2.cap.1.num.49* quo in caſu ſunt intelligendi *Doct. adducti ſub num.præcedenti.*

24 Primò ampliatur,vt tertij appellatio non ſolum impedire poſſit executionem,vt dixi,ſed efficiat, vt licet iudex reuocare non poſſit ſententiam interlocutoriam, à qua fuerat bis appellatum,& bis confirmata *Abb. in cap. cum ceſſante num.13.caſ.3.Franc.n.12.limit.3.Card.Alex. num. 40.Fallen.3.Dec.num.45.de appellat.Felyn.in cap.qualiter, & quando il primo num. 10. de accuſat. Alex. in l.quod iuſ-*
25 *ſit,nu.21.& Ip.num.25.ff.de re iudica.*vnde licet appellationis iudex à diffinitiua poſſit de interlocutoria amplius cognoſcere.*Bald in leg.vnica, ſub n.5.C.ne liceat vna ead.cauſ.Abb.in cap.directè,num.8. de appellat. Marant.in ſuo Speculo par.6.art.2.princ.in ver.& quandoque appellatur limit.1.nu.*280.nihilominus reuocare poterit interlocutoriam,ſi tertius comparuerit, qui ignorauit cauſam agi,& appellauerit, & docuerit de ſuo intereſſe, *Felyn.in cap.qualiter,& quando,ſub numer.13.Fallent.3. limitat.ſecunda de accuſat.*

26 Tertiò ampliatur,vt procedat non ſolum in tertio, qui appellet ad defendendum condemnatum,verum etiam in tertio,qui appellet ad excludendum vtrunque litigantem à iuribus, de quibus agitur: ex quo vt tertius admittitur ad appellandum, & ſatis eſt oſtendere, quod ſua interſit ſententiam non eſſe ſic latam, *leg.à ſententia,ff. de appell. & relat.Pract.Papien.in form. appellat. à ſent. diffinit in §. ſeu Gloſs.coram vobis,ſub nu.5.* quodque is cuius intereſt, appellare, ideoque ſi cohærens patiatur ſe condemnari in præiudicium cohæredis,poſſit cohæres appellare, licet ſit tutus,etiam ſine appellatione, voluit *Spec.in tit. de appellat.§.1.ſub nu 1. ac ſequitur Ruginell. in tract. de appell. §.2.c.1.numer.22.& 26.& probatur in dict.leg.à ſententia.* Etiamſi nullo modo interuenerit in prima inſtantia. *Abb.in c.cum ſuper nu.3.de ſent.& re iud. & Rugine l.in d. §.2.cap.1.nu.24.& 25.* vbi ponit exempla in emptore, & venditore vt puta, quando venditor ſuſcipit defenſionem litis motæ contra emptorem, cum ei ſuccumbenti tenea-
27 tur de euictionis, vel cum legatarius aſſiſtit liti motæ contra hæredem ſuper inualiditate, ac reſciſſione teſtamenti, vt tradit *Didac.Couarr.pract. quæſt. capit.13. ſub numero primo, & terzo*, & prædicta locum habent,
28 dummodo iſte tertius, vt diximus appellet infra legitima tempora.

29 Differentia autem quoad admiſſionem appellationis tertij,& admiſſionem ad litem,eſt ea, nempe, quia quando aſſiſtit vt defendat vnum ex litigantibus, admittitur in ſtatu,& terminis, in quibus tunc temporis cauſa reperitur,vt alias diximus,ac tradit *Couar. d.c 13.num.1.* At in eo,qui accedit ad litem,vt excludat vtrunque,quia cum eo lis agenda eſt à principio, & cuncta ex integro ſunt repetenda, vt per eundem *Couarr. d.c.13. & ex communi*
30 *cap.14.nu 3.ad fin. verſ.hactenus*, non tamen interim retardatur lis inter actorem,& reum. *Couar.d.c.14 ſub num. 4.verſ.quandoque tertius*,ibi,nos verò contrarium.

31 Porrò vbi tertius nolit, vel non poſſit appellare, eo quia lapſum ſit tempus, poterit tamen ſe opponere, & impedire executionem,ad ſcripta per *Ludo.Rom.conſ.69. viſo quæſtionis themate in fine.Alex.conſil.15.viſo, & conſiderato num.5. lib.6.*

32 Quodque tertius apponens, ſi incontinenti doceat de iure ſuo,impediat executionem, tradit *Nicol. Boer.deciſ. 79.breuiter, nu. 1.* & quod auditur ad impediendum executionem trium ſententiarum conformium, nec ei obſtet *Clem.*vt calumnij,quæ procedit inter ipſos litigantes, decidit *Rota deciſ.13. de ſentent. & re iu iic.in antiq.Vaut.in tract.de nullit.iis quis poſſis dicere de nullita.ſub numer.* 18. *verſic.3.* ampliando de magis recepta teſtatur *Alex.conſ. 82.in cauſa,quæ vertitur,num.8.verſic. vnde videmus in fine,lib.3.Rota diuerſ.deciſ.320.ſuit ſub numer.1.par.1.Hier. Gabr.conſil.28.num.42.lib.2.de communi fidem facit Couar. pract.qq.cap.15.ſub num 9.verſic.hinc apertiſſimè, Felyn.in d.c.qualiter,& quando,il 1.nu.13.de accuſat.*vbi,quod tertius poteſt opponere nullitatem, & auditur pro ſuo in-
33 tereſſe,licet reus,qui ſuccubuit in illis non poſſit, vt ibidem per eum poſt *Card.de communi teſtantem.*

ARGVMENTVM.

Species ſoluta ſi euincatur, & debitor ſoluendo non ſit, an fideiuſſor conueniri poſſit.

Fideiuſſor euictionis vt repetere valet à venditore, an ſufficiat confeſſio emptoris,ſeu creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Species ſoluta ſi euincatur, fideiuſſor conueniri non poteſt.*
Contrarium ex veriori habetur,nu.6.& ſeq.
2 *Solutione eius,quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
Primò ampliatur procedere, etiam quod ſolutio fiat à tertio, num.3.
Secundò ampliatur, etiam, quod res data inſolutum euincatur,num.4.
5 *Actio ſemel extincta non renaſcit.*
7 *Principale vbi tollitur ex rigore, non tollitur acceſſorium, quod ex æquitate ſuſtinetur.*
8 *Emens cenſum pro perſona nominanda in actis talis notarij, quam interim pro ſufficienter nominatam haberi voluit, non poteſt exigere cenſum, & venditor illum extinguendo, ſi illi ſoluit, malè ſoluit.*
Ratio redditur,quia venditor in quo præſumitur ſcientia, tenetur inueſtigare,num.9.
10 *Venditio ſi ob læſionem vltra dimidiam iuſti pretij reſcindatur,fideiuſſor de euictione liberatus cenſetur.*
Et quatenus fideiuſſor conueniatur,debitor principalis illi aſſiſtere poteſt, & exceptionem proponere quæ fideiuſſori competit, num.12.
11 *Actio mandati fideiuſſori competit contra debitorem.*
Declaratur tunc fideiuſſori competere mandati actionem aduerſus debitorem principalem, quando vtitur iure communi: ſecus ſi vtatur iure ſpeciali,num.13.

14 Fi-

14 *Fideiuſſor euictionis, vbi ſoluit, poteſt repetere à venditore, pro quo fideiuſſit, debitum, dum tamen ei culpa imputari non poſſit, eique ſolutionis inſtrumentum prodeſt, ſi de vera manutentione loquatur, ſecus ſi de confeſſione fidem facit.*

Contra tamen ex communi habetur, num.15. & ſeqq.

Declaratur vt locum habeat, ſi fuit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel ſi lapſum ſit tempus opponendi huiuſmodi exceptionem, num.19.

Primò limitatur quod dicitur, fideiuſſorem à venditore, ſeu debitore principali repetere poſſe, quando ſoluit principali creditori, non procedere, ſi fideiuſſor ex mera liberalitate creditoris ſit liberatus, quia tunc repetere non poteſt, numer.20.

Sublimitatur, ſi creditor fideiuſſori debitum acceptum tulerit ex cauſa remunerationis, num.21.

Ampliatur idem dicendum, ſi fideiuſſor fuerit liberatus in teſtamento iure legati, vel donationis cauſa mortis, nu.22.

Secundò limitatur non habere locum, ſi fideiuſſor donandi animo fideiuſſit, num.23.

Tertiò limitatur non procedere, ſi quis fideiuſſerit de mandato teſtatoris, quia tunc non eſt fideiuſſor voluntarius, ſed neceſſarius, num.24.

Quartò limitatur vt ſibi non vendicet, ſi hæres fideiuſſoris ex mandato ipſius ſoluerit, num.25.

16 *Confeſſio vera probat numerationem.*

17 *L.duobus, §.1. & ibidem Gloſ. ff. de iureiur. quomodo procedat.*

18 *Solutio ficta non ſufficit, quando veram excludit.*

16 *Fideiuſſor, qui ſoluit, agere poteſt aduerſus debitorem principalem abſque ceſſione actionis, quæ ei à creditore fieri debet, vt ſibi ſatisfiat de pecunia, quam ſoluit, ac de omnibus damnis, expenſis, & intereſſe patris dicta de cauſa.*

Ampliatur, etiam ſi multiplicauerit ſummam, in quam fideiuſſit ex ſumptibus iacta cautione factis. numer.27.

28 *Promittens de euictione non poteſt euincere.*

Fallit in hærede fideiuſſoris, num.29.

Quæſt. XC.

1 SPecies ſoluta ſi euincatur, & debitor ſoluendo non ſit,
quæritur an fideiuſſor conueniri poſſit; & videtur
quod non: quia cum ſemel illius obligatio fuerit ſublata,
leg.eleganter in princ.ff.de pignor.actio. l.cum principalis, ff.
de regul.iur.Bal.in l.& ſi poſt rem, §.ſi fideiuſſ.ff. de tranſact.
amplius reuiuiſcere non poteſt, *l.qui res. §.aream, ff. de ſo-*
2 *lut.l.ſi pupillus, ff.ad l.Falc.* vbi quod ſtante, quod ſolutio-
ne eius quod debetur, ſublata dicitur omnis obligatio.
3 *Surd.conſil.82.nu.1.lib.1.& conſil.385.num.1 lib.3.* quamuis ſolutio fieret à tertio *leg.ſoluendo, ff.de neg.geſt. leg.ſo-*
lutionem, ff. de ſolut.leg.tale pactum, §.poſt diuiſionem, in fi-
4 *ne, vbi Fulgoſ.& Caſtrenſ.ff.ſi cert.pet. Sard.deciſ.143. nu.2.*
vbi ampliat, licet res data inſolutum euinceretur: quia
nihilominus creditur non poteſt redire ad primæuam
actionem. Idem *Surd.conſ.145.per totum lib.2.iuxta d.lege*
5 *eleganter, ff.de pignor.actio. l.ſi prædium C. de euict.leg.ſi li-*
bera, C.de ſeat.tanquam actio ſemel extracta non renaſcat,
l.eius, qui.§.fin.ff.de iure fiſci l.inter ſtipulantem, §.ſacram.in
princ.ff.de verb.obligat.l.Mænius, §.duobus, ff.de lega.2.Gl.
in l.qui res, §.aream, ff.de ſolutionib.

6 Contrarium tamen verius eſt, vt ſcilicet ſuadente æquitate vtilis actio contra fideiuſſorem detur, quia non niſi
ex euentu liberatus intelligitur *argum. dicta leg. qui res in*
7 *princip. & lege Titius, ff.de iure fiſci*: cum enim tollitur
principale ex rigore, non tollitur acceſſorium, quod ex
æquitate ſuſtinetur *Bart.per illum text.in l.debitor in princ.*
ff.ad Trebell. vbi etiam Alexand. num.6. & ita tenuit Spe-
cul.in titul.de fideiuſſ.in fine nu.24. & fuit in Rota deciſum,
teſte Puteo deciſ.450.incip.licet ſit communis opinio. libro 1.
refert, ac ſequitur Card.Mantic.de tacit. & ambig.conuent.
lib.16.tit.20.num.24.

8 Simile eſt quod dicimus de emente cenſum, cum declaratione, quod illum emit pro perſona nominanda in actis
talis notarij, quam interim pro ſufficienter nominata haberi voluit, non enim poſtea requiritur alia intimatio, ſi
aliquis nominetur. Ideò ſi venditor cenſus illum extinguat, & ſolui eidem, qui cenſum emit, malè ſoluit. *Rota coram Illuſtriſs.D.Car.Canalerio in Rauennaten.cenſus 16 Iunij* 1607. & ſic adhuc tenetur venditor erga nominatum,
9 ex quo cum ſciret ex eodem contractu cenſus illum non
emiſſe pro ſe; ſed pro nominando, in eo præſumitur
ſcientia, quia tenetur inueſtigare. *Innocent.in c.2. veniens,*
de fil.presbyt. Gl.in c.innotuit.in verb.ignorantiam. de elect.
Abb.in cap.pen.de reg.iur.Pariſ.conſ.93. nu.53.lib.1. Pute.
deciſ.268.nu.3. lib.1.

10 Illud verò ſciendum eſt, quod ſi venditio ob læſionem
vltra dimidiam iuſti pretij reſcindatur per *leg. 2. C. de re-*
ſcind.vendit. fideiuſſor venditoris, qui de euictione promiſit, liberatus cenſetur, cum alioquin venditor fruſtra
ageret, qui mandati actione a fideiuſſore conueniri po-
11 teſt, vt indemni ſeruetur, *c.peruenit.de fideiuſſor.leg.fidem,*
& l.qui patitur, ff.mandat. & l.fideiuſſor.C.eod. quare debi-
12 tor principalis aſſiſtere poteſt liti motæ aduerſus fideiuſſorem, & exceptionem proponere, quæ competit fideiuſſori, & *l.idemque, §.generaliter, ff. manda.Alber.in l.2.nu.*
20.Cod de reſcind.vendit.& in l.1.num.1.Fulgoſ.nu.4.Paul.
de Caſtr.nu.3.Alex.nu.2.Iacobi.à S.Georg.numer.2.& 3. de
fideiuſſ.min.Ant.Pinellus in d.l.2.p.2.cap.8.nu.43. & ſeq.C.
de reſcind.vendit.

13 Declaratur tamen tunc fideiuſſori competere mandati actione aduerſus principalem debitorem, quando vtitur iure communi, vt puta, cum petit reſcindi venditionem, quia eſt læſus vltra dimidiam iuſti pretij, vt in *dicta*
lege ſecunda, & capit.cum dilecti de empt. & vendit. ſecus
autem ſi vtatur iure ſpeciali, veluti ſi ſit minor, & propter læſionem petat ſe integrum reſtitui, quia tunc reſtitui poteſt etiam aduerſus fideiuſſorem, per *dict.leg.1.de fi-*
deiuſſ.min. Card.Mant. in tract.de tacit. & ambig.conuent.
lib.16.tit.20. nu.25.

14 Quando autem fideiuſſor euictionis ſoluit, poteſt repetere à venditore, pro quo fideiuſſit, debitum, dum tamen culpa ei imputari non poſſit, eiq; proderit inſtrumentum ſolutionis factæ, quod fidem faciet aduerſus venditorem, ſi de vera numeratione loquatur *Bart.in leg.duo-*
bus, §.1.nu.2.ff.de iureiur. Paul.de Caſtr.conſ.64.ad fin.verſ.
quarta ratio lib.1. Alex.in d.l. duobus, §.1.num.2. & conſ.90.
num.2.& 3.lib.3.Rip.in l.2 ſub num.35.C. de eden. at ſecus
15 ſi ficta ſit ſolutio: veluti, ſi fideiuſſor probet confeſſionem
creditoris, quod debitum ſibi fuerit ſolutum, *gl.in d.l.duo-*
bus, §.1.quam ſub dubius ſequitur Bart.ibidem, num.2.& 3.
& ibidem Alex.num.2.vbi dicit, dictam Gl.eſſe valde notabilem, & communem receptam.Roman.in l.prædia.n.9.ff. de
acquir.poſſeſſ.

Contrarium tenet *Salyc.in d.l.duobus, §.1.nu.2. in fine,*
& Paul.de Caſt.ſub num.2.verſ. ego habui, de facto dicens
ita ſe conſuluiſſe, prout legitur *conſil.64.libr.1.* additque ſic
etiam de iure fuiſſe reſponſum à *Franc.Tigrino de Piſis*, &
hanc contrariam ſententiam ſequitur etiam *Alexandr. in*
d.l.duobus, §.1.ſub num.3. verſ. ego teneo, iſtam vltimam
opinionem, & dicit *Bar.* ita quoque conſuluiſſe *conſ. incip.*
Titius promiſit Sempronio, quod eſt *conſ.60.lib.1.* Con-
16 feſſio enim veram probat numerationem. *leg.Publia.ff.*
de depoſit. & quemadmodum huiuſmodi confeſſio prodeſt debitori, vt liberetur, *l.fideiuſſoris.ff. de pact.* ita etiam
debet venditori nocere, vt fideiuſſor repetere poſſit.

17 Non obſtat, *l.duobus, §.1.cum Gl.*

18 Quo-

Digitized by Google

18 Quoniam *Paul.de Caſtr.d.conſ.64.* reſpondit quod ficta ſolutio non poteſt ſufficere, quando veram excludit; veluti cum fideiuſſor iurauit debitorem non teneri, vel nihil eum debere actori, vt *text.* ille loquitur; ſed cum creditor confitetur, ſe pecuniam debitam à fideiuſſore accepiſſe, confeſſio hæc non excludit veram numerationem, & ideò ſufficere debet; & opinionem hanc *Alexand. vbi ſupra* comprobat, tuetur, ac ſequitur *Bartol.Cæpoll. conſil. ciuil.12.* vbi concordantes allegat, qui *& numer.5. verſic. vltimo*, communem teſtatur, eandem etiam communem aſſerit *Iaſon in dicta lege duobus*, §.1. *ſub numer. 7. verſic. breuiter tene contra Bartol. ff. de iure iurand.* de magis communi, & veriori fidem facit *Marſil.in rubric.de fideiuſſor. numer.* 311. *& ſequitur Cephal. conſil. 35. numero 56. libro primo.*

19 Declaratur hæc ſententia, vt locum habeat, ſi fuit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel ſi lapſum ſit tempus opponendi huiuſmodi exceptionem, vt declarat *Paul. de Caſtro conſil. 64. in fin.libr. 1. & Alexand.in dicta lege duobus.§.primo,numer.3.ff.de iure iur.Tiraq.de retract.lignag.§.1.Gloſs.*18.*num.* 83. & cum hac declaratione tanquam veriori, tranſit *Felyn.in cap. ſi cautio, in fin. de fide inſtrument.*

Pluribus tamen modis limitatur quod diximus, fideiuſſorem à venditore, ſeu debitore principali repetere poſſe quod ſoluit principali creditori.

20 Primò, vt non procedat, ſi fideiuſſor ex mera liberalitate creditoris ſit liberatus, quia tunc non poteſt à principali debitore repetere, *lege ſi vero non remunerandi in princip.ff.mandati Salyc.in lege ſi pro ea.numer.*14. *C.eodem titulo.*

21 Secus verò ſi creditor fideiuſſori debitum acceptam tulerit ex cauſa remunerationis, quia tunc agere poteſt aduerſus debitorem principalem, *l.idemque,§.vltimo.eod. tit.& ibi Bart.in ſumm.& Bald.in l.fin.nu.17. C.de fruct. & lit.expenſ.Tiraq.in l.ſi vnquam in ver.donatione largitus. n. 52.C.de reuoc.donationib.*

22 Ampliatur idem dicendum eſſe, ſi fideiuſſor fuerit liberatus in teſtamento iure legati, vel donationis cauſa mortis, per *d.l.idemque,§.vltimo.vbi Bart.notat*, quod in dubio donatio cauſa mortis, & legatum præſumitur relictum cauſa remunerationis.

23 Secundò limitatur non habere locum, ſi fideiuſſor donandi animo fideiuſſerit, *l.quod dictum.ff.de pact.*

24 Tertiò limitatur vt non procedat, ſi quis fideiuſſerit ex mandato teſtatoris, quia non eſt fideiuſſor voluntarius, ſed neceſſarius, *l.tribus,& ibi not.Bal.nu.2.de vſufruct.earrer.* quæ vſu conſum. dicens non reperiri alibi, & addit ſe interrogaſſe quendam in priuato examine, eumque reſpondiſſe contra caſum illius legis, quam etiam adducit idem *Bal.in l.fideiuſſor in princ.ff. de legat.*1. quo in caſu, ſi teſtator mandat hæredi, vt fideiubeat, non videtur dubitandum, quod ſoluendo repetere non poſſit, vt voluit etiam *Aretin.in dict.leg.ſi fideiuſſor ſub numer.2. verſ.eſt*, & alius caſus.

25 Quartò limitatur vt locum habeat, ſi hæres fideiuſſoris ex mandato ipſius ſoluerit, *d.leg.fideiuſſor in princip. & ibi notant Bald.& Aret.num.2. vbi Alex. in primo not. nu. 1.ff.de legat.1.*

Et quamuis *Gl.in verb.non poterit*, intelligat, hoc eſſe verum, quando apparet quod fideiuſſor ita præcepit animo donandi; tamen videtur deſtruere text. qui loquitur in caſu dubio, ſecundum *Bal.Aret.& Alex.ibid.*

26 Notandum eſt etiam, quod fideiuſſor, qui ſoluit, agere poteſt aduerſus debitorem principalem abſque ceſſione actionis, quæ ei à creditore fieri debet vt ſibi ſatisfaciat de pecunia, quam ſoluit, & de omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, quæ propter fideiuſſoriam obligationem paſſus eſt, quia indemnis debet conſeruari cap. peruenit, & ibi notat *Abb.n.3.de fideiuſs.* quo fit, vt ſi fideiuſſor multiplicauit ſummam, in quam fideiuſſit, ex ſumptibus iſta ratione factis, totum à principali conſequi debet, *dict.capit.peruenerit, lege ſi mandato meo*, § *ſi fideiuſſor mandati.*

27 Item, quod licet generale ſit, vt qui de euictione promiſit, euincere non poſſit, *lege exceptione, Cod. de euiction.*

28 Tamen ſecus eſt in hærede fideiuſſoris, qui poteſt euincere, *l.fin.C.eod.tit.vbi Bar.& Bal.* dicunt notandum, & mirabile. *Iaſ.in l.legatarius nu.2.ff.de leg.1.* vbi, quod eſt ſingulare. *Alex.in l.ſi mihi,& tibi in fine princ.ff.eodem tit. cum alijs per Surd.conſ.*124.*nu.*23.*&* 24.*lib.*1.

ARGVMENTVM.

Emptor, an re non tradita pretium repetat, ac intereſſe ſicut re euicta?

Pactum inter emptorem, & venditorem, quod nempè emptor non teneatur ad pretij ſolutionem, ſeu intereſſe, donec venditor non dederit fideiuſſorem, qualiter intelligatur.

Emptor ſoluens partem pretij tantum, an, & quando actionem habet ex empto pro conſecutione rei, & fructuum.

Et quid concludendum, quando accipiens pecunias ad ſocietatem officij promiſit dare fideiuſſores, & non dedit, an eas lucretur.

Et quid ſtante pacto, quod in caſu non præſtationis fideiuſſoris teneatur quis ad fructus damna, & intereſſe,

SVMMARIVM.

1 *Emptor re non tradita, repetit pretium, licet non vt pretium ſed vt intereſſe, ſicut re euicta.*

2 *Pactum inter emptorem, & venditorem, quod emptor non teneatur ad pretij ſolutionem, nec ad intereſſe, donec venditor non dederit fideiuſſorem, non intelligitur, quod eo dato, emptor non teneatur pro tempore præterito ad vſuras fructuum recompenſatiuas, licet fideiuſſor præſtitus non fuerit per aliquod temporis ſpatium, & numero 5. & 11.*

3 *Fructus recompenſatiui debentur, quando emptor habuit rem, & non ſoluit pretium.*

Etiam de iure Canonico, num. 5.

6 *Emptor ſoluens partem pretij tantum, nullam habet actionem ex empto pro conſecutione rei, & fructuum.*

Nec dicto caſu venditor tenetur ad rem tradendum; nec eſt in aliqua mora, n.7.

Intellige procedere, antequam reſiduum ſoluatur, quo ſoluto venditor tenetur emptori dare fructus antea perceptos pro parte illius pretij reſoluti, num.8.

Et de ratione, nu.9.

Ampliatur hoc adeo verum eſſe, vt etiamſi actum eſſet, quod antequam integrum pretium ſolueretur, dominium,

& poſ-

& poſſeſſio remaneret penès venditorem, adhuc facta ſolutione pro rata pretij retro ſoluti, fructus debentur, numero 10.

12 *Renunciatio generalis fideicommiſſi non egreditur perſonas paciſcentium ad præiudicium ſubſtitutorum, & legatariorum.*

13 *Tranſactio facta cum Prælato, aut Rectore Eccleſiæ ſucceſſori non præiudicat.*

14 *Rota contrahentium non digrediuntur ad alias perſonas, præter hæredes.*

15 *Ius noſtrum nobis quæſitum, etiam in ſpe, ſine facto noſtro nobis auferri nequit.*

16 *Grauatus per actus voluntarios præiudicare non poteſt fideicommiſſarijs, & ſubſtitutis.*

Extende procedere quoque in feudalibus, vt ſequentibus comprehenſis in inſtituturis per inferiores præiudicari non valeat, num. 17.

Quamuis feudum nouum primus acceptor validè refutet in damnum ſequentium, nu. 18.

Primò limitatur niſi contemplatione filij ex forma inueſtituræ conceſſio facta videretur, num. 19.

Secundò limitatur, niſi ex notarij ſtipulatione filijs, ac deſcendentibus à primo acquirente ius quæſitum fuiſſet numero 20.

21 *Hæres agere poteſt, cum author alienans promiſit de facto ſuo tantum. Sed contra, n. 22.*

Præſertim cum taxatiua refertur ad perſonam promittentis, num. 23.

Fallit, quando hæres ex ſuo iure ageret, n. 24.

25 *Hæres, an, & quando pro iure ſuo poſſit contra defuncti factum venire remiſſiuè.*

26 *Societatem officij non lucratur, qui promiſit præſtare fideiuſſores, & non dedit.*

27 *Implementi exceptio ſemper opponi poteſt, licet per ſtatutum prohibeantur oppoſitiones, & iudex, etiam parte non opponente, ſupplet ex officio.*

28 *Impedimentum executa à mora, ſeu pœna non tamen efficit, quod impedito actio competat.*

29 *Pactum in ſocietate officij appoſitum, quod in caſu non præſtitionis fideiuſſoris teneatur quis ad fructus decurſos, & ad damna, & intereſſe, non prodeſt.*

30 *Moræ purgatio in ſocietate officij admittitur ſoluendo intereſſe quoad conſeruandam actionem; ſecus quoad illam quærendam, vt dicantur ſuperlucratæ pecuniæ, & n. 31.*

32 *Mora non eſt neceſſaria quoad lucrum captandum, ſed ſolum ad pœnam euitandam.*

33 *Societas officij non amittitur, etiamſi dati non ſint promiſſi fideiuſſores, vbi fructus illius fuerunt poſtea recepti.*

34 *Fideiuſſoris præſtatio quando cenſeatur remiſſa in ſocietate officij.*

35 *Fideiuſſor, vbi non fuit datus, prout dandus erat, proceſſus non vitiatur.*

36 *Proceſſus non redditur nullus ob præparatoria iudiciorum emiſſa, vel præpoſterata.*

37 *Fideiuſſoris non præſtatio videtur remiſſa, nec huiuſmodi exceptio allegari poteſt, quando à parte proceditur ad vlteriora.*

38 *Fructus recipiens, ſeu penſiones remittere cenſetur onus præſtandi fideiuſſores.*

39 *Interuſuria dotis prætendere non poteſt, qui non impleuit, vt hic [illegible]*

40 *Exceptio non adimplementi locum habet, quamuis non interſit illorum, quibus aliquid fuit promiſſum.*

Et talis exceptio eſt fundata non ſolum in intereſſe, ſed & in violatione fidei, licet in minimo impletum non fuerit, num. 41.

42 *Contractus ob pacta non ſeruata, vel non ob implementum reſoluitur, tam in vita ſocij, quam poſt eius mortem.*

Quæſt. XCI.

1 REgulariter emptor re non tradita repetit pretium,
licet non vt pretium, ſed vt intereſſe ſicut re euicta,
leg. emptor, §. ibidem, ff. de actio. empt. l. ſicut in fine, C. eod. tit.
Ruyn. conſ. 141. num. 9. in fin. lib. 1. poſt Bald. in l. traditio. nu.
4. C. de actio. empt.
2 Et ideò quæritur, quid ſi è conuerſo fiat pactum inter
emptorem, & venditorem, quod emptor ad pretij ſolu-
tionem, ſeu intereſſe non teneatur, donec venditor fide-
iuſſorem non dederit: an dicto caſu intelligatur, quod
eo dato, emptor non teneatur pro tempore præterito ad
vſuras ratione fructuum perceptorum: & concluditur
teneri, ne emptor cum iactura venditoris locupletetur
fructus percipiendo: nam licet verum ſit, quod emptor
non tenetur ſoluere pretium, donec venditor fideiuſſo-
rem præſtiterit, non tamen inde ſequitur, quod eo dato
non teneatur ad fructus perceptos, & intereſſe pro tem-
pore præterito.
3 Cum enim emptor habuerit poſſeſſionem bonorum
ſibi venditorum integram, venditor verò pretium non
receperit, iniquum eſſet, ſi diceremus pretium abſque
vſuris fructuum recompenſatiuis venditori non deberi,
ad *l. curabit, Cod. de act. empt. l. fructuus eod. tit. l. Iulianus, §.*
ex vendito. ff. de act. empt. l. fructus eod. tit. & ibi Bar. Alex.
conſ. 69. circa fin. lib. 1. adden. ad Bar. in leg. Iulian. §. offerri. ff.
de verb. oblig. Dec. conſ. 183. in fine, & hoc etiam inſpecta
4 diſpoſitione iuris Canonici *Gloſ. in d. l. curabit. in ver. ratio, & altera Gl. in l. 2. in Gl. 1. in fin. Cod de vſur. Hoſtienſ. in*
ſumma de vſur. §. an aliquo. col. 2. in fine verſ. ſeptimo. Alex.
conſil. 12. column. pen. libr. 5. & conſ. 147. eod. lib. Bart. in d. l.
curabit, & in d. leg. 2. vbi Bald in princip. Salyc. q. 1. Paul de
Caſtr. verſic. in eadem, ibi Socin. conſ. 133. col. 1. lib. 1. & conſ.
75. numer. 17. lib. 4. & neminem contradicere dixit, *Ruyn.*
5 *conſil. 73. verſ. tertius eſt caſus libr. 1.* quod præſertim lo-
cum habet, vbi venditor rem tradidit, & fructus emptor
percepit, quamuis fideiuſſor præſtitus non fuerit per ali-
quod temporis ſpatium *Alex. conſ. 142. col. fin. in fin. lib. 5.*
Bertrau. conſ. 190. col. 2. lib. 2.
6 Pro quo facit, quia videmus in ſimili emptori ſcilicet
ſoluenti partem pretij tantum, nullam competere actio-
nem ex empto pro conſecutione rei, & fructuum *l. Iulianus, §. offerri ff. de actio. empt.* & venditorem partem pretij
recipientem, non teneri ad rem tradendam, nec in mora
aliqua eſſe, *l. fiſtulas, ff. de contrah. empt. Soc. ſen. conſ. 170 nu.*
13. verſ. poſſunt etiam lib. 2. neque etiam teneri ad fructus
pro parte pretij ſoluti. *Corn. conſ. 150. col. 3. verſ uam Bald.*
8 *lib. quarto*, quod intelligitur, antequam reſiduum ſolua-
tur, quo ſoluto, venditor tenetur emptori dare fructus
antea perceptos pro parte illius pretij retroſoluti. *Bartol.*
in d. l. Iulianus, §. offerri. Bald. in l. ſi traditio, num. 19. Cod. de
act. empt. affirmans emptorem eo caſu pro pretio retro
ſoluto acquirere fructus, non quia venditor ſit in mora
cum mora integro pretio non ſoluto ceſſet; ſed ſolum ex
æquitate, ne venditor cum emptoris iactura locuplete-
tur, ſequitur *Ruyn. conſil. 144. num. 3 lib. 1. poſt Alex conſ.*
121. num. 1. & 2. lib. 4. Abb. conſil. 66. numer. 2. libr. 1. Natt.
conſ. 384. num 6. & ſeqq. lib. 2. Cagn. in d. l. curabit, num. 40.
de communi teſtatur Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 4. ſub numer.
7. verſ. decimoquinto.
10 Quod ampliatur adeò verum eſſe, vt etiam ſi actum eſ-
ſet, quod antequam integrum pretium ſolueretur domi-
nium, & poſſeſſio remaneret penès venditorem, quia ad-
huc facta ſolutione pro rata pretij retro ſoluti fructus de-
11 bentur. Et in ſpecie, quod & ſi venditor fideiuſſorem
non dederit, ſicut promiſerat poſſit nihilominus vſuras
conſequi, tenet *Alex. conſ. 31. numer. 18. in fine verſ. Immo*

fortius

Digitized by Google

fortius lib.6.Caph.conſ.609.nu.7. & infra lib.4. Hond.conſ.
44.num.23.& ſeq.libr.1.quem refert, ac ſequitur Ant.He-
ring.in tract.de fideiuſſ.cap.10.num.246.

Sed quæritur, an pacta repudiationes, tranſactiones, &
generaliter remiſſiones per actus voluntarios facta, & fa-
ctæ præiudicent hæredibus: ita quod eis non liceat con-
trauenire; & diſtinguo duos caſus.

12 Primus eſt quando renunciatur fideicommiſſo, tunc
dicitur generalem remiſſionem per actus voluntarios fa-
ctam de fideicommiſſo, & ſuper fideicommiſſis non e-
gredi perſonas paciſcentium ad præiudicium ſubſtituto-
rum: nam conſtat priuatis pactionibus ius cæterorum
non lædi, vt arguit text. in l.Imperatores, ff. de tranſact. vn-
de infertur pactum inter hæredem ſcriptum, & inter le-
gitimum, non præiudicare fideicommiſſarijs, & legata-
rijs in iure ſuo, & eſt text. in leg. ſi inſpecta, §.fin.ff.de inoffic.
teſtam. in l.à ſententia, §.ſi hæres, ff.de appell. cap. veniens de
tranſact. vbi tranſactio facta cum Prælato, ſeu Rectore
Eccleſiæ ſucceſſori non præiudicat, & quoniam ſecun-
13 dum regulam generalem; facta contrahentium non di-
grediuntur ad alias perſonas præter hæredes, l.ſi vnus, §.
14 ante omnia, ff.de pact. vbi plenè Iaſ. & ius noſtrum nobis
quæſitum etiam in ſpe ſine facto noſtro auferri non po-
15 teſt, l.quod noſtrum, ff.de reg.iur. & l.fin. vbi Iaſ.ff. de pact.
16 & in terminis, quod per actus voluntarios grauatus præ-
iudicare non poſſit fideicommiſſarijs; ac ſubſtitutis. Bar.
in l.in diem, ff.de aqua pluu. arcen. poſt Innoc. tradit. Abb. in
cap. quamuis num.20. extra de iudic. latè Alex. in l.ſæpè nu.
129.ff.de ſent. & re iudic. Alba conſil.84. num.1. Menoch.
conſ.545.n.7.lib.6.& præſumpt.lib.3.præſumpt.147.ante n.
16.& præſumpt.115.n.59. Iacob.Beccet.conſ.134.num.13.
Franc.Becc. qui ſic deciſum refert conſil.147.ſub num.15.&
16. Sfort.Odd.conſ.49.num.9. Ceph.conſil.155.in fin. & con-
ſil.371.num.32.

17 Et in feudalibus, & emphyteoticis, vt ſequentibus
Comprehenſis in inueſtituris per anteriores ſuos præiu-
cari non poſſit Alex.conſ.15.nu.8.libr.5. Aret. conſil.14.
col.9.verſ.præterea poſito. Dec.conſ.193.n.4.conſ.263 nu.3.
& conſ.269.num.5. Caph.conſ.3.n.97. Oſaſc.conſ.31. num.9.
18 licèt feudum nouum primus acceptor validè refutet in
damnum ſequentium Bald. in cap.1. §.hoc quoque in tit.de
ſucceſſ.feud. in 2.col. verſ.pone ergo recipi. Alex.conſ.18.col.
7.& conſil.26.col.2.& 3.& conſil.28.num.1.lib.5. de com-
muni Lofred.conſ.52.col.1. Clar. in §.feudum q.41. quidquid
dixerit Afflict. in c.1. in tit.de alienat.feud.par.& in cap.1.
§.Titius in tit.ſi de feudo fuerit controuerſ. cum voluit filios
non hæredes patris, vel cum beneficio inuentarij refuta-
tionem quamuis de feudo non reuocare poſſe, cum com-
munis ſit contra eum, vt ſuperius dixi: quæ tamen duo-
bus modis limitatur.

19 Et primò, niſi contemplatione filij ex forma inueſtitu-
ræ conceſſio facta videretur Lofred.conſ.7.num.23. Clar. in
d.quæſt.41.

20 Secundò limitatur, niſi ex ſtipulatione notarij filijs, ac
deſcendentibus à primo acquiſitore ius quæſitum fuiſſet,
vt per Bal. in l.cum à ſocero, nu.7. C.de iure dot. Aret. conſil.
74. diligenter colum. 4. verſ.venio ad tertium. Dec. conſil.
239.col.3.verſic.venio nunc. Cranett. conſil.19. num.11.&
conſil.135.num.10. Conar. var. reſolut. lib.1. cap.14. numer.7.
Iul. Clar. in §.donatio q.13. verſic. difficultas.

21 Sed quid in iuribus hæreditarijs, quæſtio eſt non mo-
dica, an hæres agere poſſit, ſi promiſſio facta ſit pro facto
ſuo tantum, quæ non obligat hæredem.

Nam quod agere poſſit, adducitur, quod obligatio illa
perſonalis videtur, ſicuti deducunt Bart. in l.ſi ſic col.3.ff.
de verb.obligat. & in l.qui in futurum, ff.de pact. Alexan. &
Aret. in l.ſtipulatio iſta in princ. ff.eod. Ang. in d.l.qui in fu-
turum, ex text. in l.non ſolum, §.tale, ff.de liber.legat. ſequitur
Steph.Bertrand. conſil.187. in ſecundo dubio lib.1.

22 Contrarium, quod illa taxatiua non excludat factum
& perſonam hæredis ipſius promiſſoris, quia cenſetur
eadem perſona cum promiſſore defuncto, ſed ad alias
perſonas referatur, adeo quod hæres teneatur defuncti
promiſſionem ſeruare, determinant Bald.nu.10.& Salyc.
in l.expulſus, C.de action.empti, per text. in l.ſtipulatio iſta in
princ. vbi ſic etiam ſenſiſſe videtur Bart. & clarè Rom.Caſtr.
& Iaſ.nu.9. Alex.conſ.18. col.fin.lib.5. Dec.conſ.213. nu.8.
& conſ.281. col.pen. Ruyn. conſ.94.col.4. verſic. nec obſtat
lib.1. vbi id comprobat per diſpoſitionem text. in l.ſi ne-
ceſſarius, §.ſi vendendus, ff. de pignor.actio. adducit alios Ti-
raq.de retract.conuent.§.1.Gl.6.n.5.

Non obſtat Bar. in d.l.ſi ſic, & in l.qui in futurum, quia
loquitur, quando taxatiua proprie refertur ad perſonam
debitoris, ideò non prodeſt eius hæredi, vt & loquitur d.
l.non ſolum, §.tale.

23 At ſecus, cum taxatiua refertur ad perſonam promit-
tentis, quia ſicut tollit ius ipſius, ſic quoque hæredis ſui,
24 qui venit ex illius defuncti iure, diuerſum eſt vbi hæres ex
ſuo iure ageret. Nam ius ſuum proprium ſi non videretur
ablatum; iuxta Gloſ. in leg.aſſiduis, Codic. qui pot. in pignor.
habean. probarunt Alex.conſilio 13. numero 7. & 8. libro 5.
& Alba dicto conſil.74.

25 An autem, & quando hæres pro ſuo iure venire poſſit
contra defuncti factum, præter dicta ſupra, & alibi in hoc
tractatu, videas quæ ſcripſit Marcus Ant. Peregr. in tract.
de fideicomm. art.33.

26 Ex præmiſſis inferri poteſt, quid concludendum in eo,
qui accepit pecunias ad ſocietatem officij, & promiſit
dare fideiuſſores, & non dedit, an is lucrabitur dictas pe-
cunias, cum ex parte ſua non adimpleuerit, nam vt quis
ex contractu conſequatur actionem, ſeu exceptionem,
ante omnia docere debet de adimplemento, ita quod
27 ſemper de eo opponi poſſit, quamuis per ſtatutum exce-
ptionum oppoſitio prohibeatur, cum etiam iudex ex of-
ficio ſuppleat etiam parte non opponente, & impedia-
tur executio, & excuſatio non admittatur, quatenus im-
plere fuerit impeditus, dum tamen impedimentum ex il-
lius culpa non oriatur, cui eſt implendum, vt optimè de-
ducit, & declarat Cranet.conſ.151.nu.8. ad 12. licèt neceſ-
ſitas, aut impedimentum à pœna excuſet, vel à mora; non
28 tamen efficit, quod impedito actio competat; cum ex
parte ſua non impleuit, ad notata per Dec. in l.cum propo-
nas la 2.num. 4. C.de pact. in terminis ſocietatis Rota coram
Card.Seraphino Romana ſocietatis 6.Martij 1584 & prius
18. Decembris 1583. & coram eodem deciſ.674.n.1.& 2.
& coram R.P. D. Lancellotto in Romana ſocietatis de Sor-
bellombus 2.Iunij 1608.

29 Neque in his prodeſt pactum, quod in caſu non præſta-
tionis fideiuſſoris teneatur quis ad fructus vſq; tūc decur-
ſos, & ad damna, & intereſſe, quoniam id locū habet du-
rante ſocietate, & non opponente, ſeu non reclamante de
non implemento ſocij, qui pecuniam dedit, & ad hoc ne
dubitaretur, quod quatenus nō adimpleretur, fructus ſo-
cietate durante non deberentur: nam licet non adimplēs
ſoluendo intereſſe ſatisfaciat, hoc intelligitur tantum ad
conſeruandam actionem, non autem ad quærendam exē-
pli gratia, ſi ageretur de ſocietate continuanda, & exci-
30 peretur de non implemento, quo caſu locus eſſet purga-
tioni moræ præſtando intereſſe, non ſic tamen quando
ageretur ad quærendam actionem, quia tunc res non eſt
integra, neque admittitur aliqua purgatio moræ ad hoc,
31 vt pecuniæ dicantur lucratæ, neque intereſſe præſtatio
conſideratur. Bart. in l.inſulam col.pen. & ibi Iaſ.nu.19.ff.
de verb.oblig. Cardin. Maut. de coniect. vlt. volunt. lib.11.tit.
18.num.42. Surd.conſ.157.nu.19. libr.2. Rota coram Card.
Seraph.deciſ.1136.numer.3.& coram R.P.D.Coccino deciſ.
199.n.3.& 4. ex quo, quantum ad lucrum captandū mo-
ra non eſt neceſſaria, ſed ſolum ſibi vendicet ad euitādam

Digitized by Google

pœnam *Dec.in d.l.cum proponas la 2.Cod. de pact. Rota coram Card.Seraph.in dict.Romana ſocietatis duorum millium 19.Martij 1574.*

33 Declarãtur præmiſſa, dum tamen poſteà non fuerint
recepti fructus ſocietatis; ex quo receptatione fideiuſſo-
34 tis præſtatio remiſſa cenſerentur, vt & alterius imple-
menti, vt in ſimili voluit *Bald.in l.qui crimen num.15 C.qui*
35 *accuſare non poſſ.* dicens, quod ſi fideiuſsor non fuit da-
tus, prout dandus erat, non vitiatur proceſſus, cum op-
poni debeat, quia præparatoria iudiciorum omiſſa, vel
præpoſterata non reddunt proceſſum nullum, ea ratione,
quoniam ex illis non fundatur iudicium; item quia par-
tes procedendo ad vlteriora, conſentiendo remiſiſſe vi-
36 dentur, quod non præſtetur fideiuſſor, adeò quod huiuſ-
modi exceptio allegari non poſſit, quod & voluit *Nicol.*
37 *Boer.deciſ.123.num.30.Iaſ. poſt Aret. quem allegat in lege*
vniuerſa.num.2.& 3.verſic.vltra prædicta, Cod. de precibus
38 *Imper.offeren.*& in recipiente aſſiſtus, & penſiones, quod
remittere cenſeatur onus præſtandi fideiuſſores, cenſuit
39 *Rota coram R.P.D.Robuſterio in Aquilana releuationis in-*
demnitatis 28.Iunij 1578. quæ impreſſa legitur deciſ.113. n.
6.part.1. diuerſ.

His additur quod idem, quod ſupra; dicimus in eo, cui
dotis interuſuria deberentur, ſi non adimpleuit, vt quia
renunciate debebat cæteris bonis ob dotem receptam
40 illa prætendere nequit, adeò quod exceptio huiuſmodi
non implementi locum etiam habeat, licet non interſit
eorum, quibus vice verſa fuit aliquid promiſſum, *Rota in*
Vrbenetana Caſtrorum 22.Iunij 1571.coram R.P.D.Oradi-
41 *no, vt legitur deciſ.210.part.1.diuerſ. & in Peruſ. execut.3.*
Decemb.1599. etenim exceptio non implementi non ſo-
lum fundata eſt in intereſſe, ſed & in violatione fidei *Bar.*
in l.cum proponas l.2.C.de pact. quamuis in minimo non
fuerit adimpletum *Alex in l.executionem. §.item ſi ita, ff.*
de verb.oblig.Dec.in d.l.cum proponas nu.5. Put.deciſ.140.
num.2.lib.1.

42 Et prædicta intelligas procedere, tam in vita ſocij, quàm poſt eius mortem, quando contractus reſoluitur ob pacta non ſeruata, vel quia non ſit ſequutum implementum: nam tunc declaratio iſta tranſit ad hæredes. *Bal.in c.Imperialem, §.inſuper.num.7. in fin.de prohib. feudi alienat. Abb.conſ.3.nu.7.lib.2.Card in cap.fin. num.6. verſ. & hoc magis conſonat qu.14. in fine.de donat. Ant. Gabr.tit. de crimin.concl.35.num.14.*

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor euictionis, an venditioni conſentire dicatur in ipſius præiudicium. Et an emere poſſit pignus, vel cenſum à creditore, & ex huiuſmodi emptione eidem actio detur aduerſus debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor euictionis venditioni conſentire videtur.*
Primò declaratur non procedere, quando requiritur expreſſus conſenſus, quia tunc adeſſe debent verba expreſſum conſenſum exprimentia, num.2.
Secundò declaratur non habere locum, quando conſenſus requiritur pro forma, num.9.
Et de ratione, num.10.
3 *Conſenſus tacitus non ſufficit, vbi requiritur expreſſus.*
4 *Statutum, quod filius non poſſit ſe obligare ſine licentia patris, ceſſat, quando pater fideiubet pro filio.*
Fallit, quando neceſſarius eſſet expreſſus conſenſus per verba illum importantia, num.5.
5 *Conſenſus præſtitus ex neceſſitate ſtatuti non præiudicat quoad verum conſenſum, ſecundum veriorem, & magis receptam ſententiam.*
Quod etiam locum habet, quando quis fuit à iudice coactus, num.7.
8 *Actum faciens, ad quem ſcit ſe poſſe compelli, dicitur compulſus, quamuis iuſſus iudicis non præceſſerit, tanquam ſufficiat neceſſitas ſtatuti, & timor compulſionis.*
12 *Emptio bonorum fideicommiſſo obnoxiorum ſuſtinetur per conſenſum præſtitum ob fideiuſſionem.*
Declaratur procedere, dato ſcientia diſpoſitionis teſtatoris, num.13.
Ampliatur ſibi tribuere, etiam quod talis conſenſus in inſtrumento fuerit adhibitus per dationem capitulorum notario ad effectum ſolum illa inſerendi in eodem inſtrumento, abſque eo quod legerentur, ſed dictum fuerit, tenoris, &c. cum clauſulis, de quibus partes dixerunt ſe bene informatas, quia non ſufficiunt talia verba, nu.14.
Subampliatur non habere locum, ſi totus tenor capitulorum, ſeu ſcripturæ traditæ inſertus fuerit in inſtrumento, & ſpecificè expreſſus ad effectum, vt ſcientia ſic præiudicat. n.15
16 *Fideiuſſor liberare debet pignus debitoris, non illum emere ad ſui commodum.*
Ampliatur idem procedere in alia re ipſis debitoris, n.17.
18 *Actio de dolo datur contra fideiuſſorem ementem pignus debitoris.*
19 *Fideiuſſor procuratori rei alienæ comparatur, qui ſua pecunia à creditore rem emens, illam intelligitur liberare, ac reſtituere tenetur domino.*
20 *Fideiuſſor emens cenſum à creditore, non facit fructus ſuos.*
Habet tamen actionem negociorum geſtorum aduerſus principalem pro ſorte ſoluta, num.21.
Et ſufficit, vt eidem conſulatur, vt nil amittat, num.22.
23 *Ceſſio fieri poteſt ad fauorem fideiuſſoris acquirentis cenſum, vt ſe liberet ab obligatione, ſi conſtat de veritate contractus, etiam ſi non interueniat pecunia.*
Secus contingit, quando fideiuſſor emit cenſum, vt acquirat fructus illius, num.24.
Dura tamen dicitur præcedens opinio, num.25.
26 *Emptione cenſus facta per fideiuſſorem extinguitur eius obligatio.*
Et eſt vera ratio ad fauorem fideiuſſoris, num.27.
28 *Fideiubendi officium fideiuſſori non debet eſſe damnoſum.*
29 *Nomina debitorum vendi poſſunt, ac cedi.*
30 *Fideiuſſor emens cenſum legitimè conſequitur fructus illius.*
Ratio adducitur, num.31.
Et gaudet omni priuilegio, quo gaudet creditor, num.32.
Habetque paratam executionem, num.33.
34 *Intellectus l.1.C.de dolo.*
35 *Venditor conqueri non poteſt de emptione cenſus facta per fideiuſſorem.*
36 *Fideiuſſor debet pignora releuare, ne pereant, aut vendãtur.*
37 *Dolus non conſideratur in emendo pignora; ſed in non reſtituendo.*
38 *Præſumptio iuris, & de iure admittit probationem in contrarium.*

Quæſt. XCII.

Fideiuſſor de euictione, an venditori conſentire dica-
tur, vtilis eſt quæſtio. In qua concludendum videtur
1 ex huiuſmodi fideiuſſione conſenſum quem præſtare, ex
Bart.in lege 2.in princip.nu.1.ff.de donat. & Bald.in l.exce-
ptione, C.de euict. nam fideiuſſor approbare cenſetur con-
tra-

Digitized by Google

tractum, pro quo fideiuſſit Dec.conſil.15.n.17. lib.1.Surd.
conſ.15.ſub n.20.verſic.& idem lib.1. Tiraq.de retract.ligu.
§.1.Glo.8.num.268.Rota deciſ.797.n.1.par.1.diuerſ.& de-
ciſ.363.ſub num.4.par.2.in recentior. Card. Tuſch.in ver.fi-
deiuſſor, concl.303.

2 Declaratur tamen hęc concluſio, vt nempè iſte conſen-
ſus ſufficiat quidē reſpectu diſpoſitionis requirentis ſim-
pliciter conſenſum, ſecus vero, quando requiritur expreſ-
ſus conſenſus, quia tunc ſunt neceſſaria verba conſenſum
exprimentia Aretin.in l.is, qui heres, §.1.ſub num.tertio
ff.de acquir.heredit.poſt Bal.quem adducit, & fuit tantum
in Rota in dict.deciſ.797. ad fi.part.1. Non enim conſenſus
3 tacitus ſufficit, vbi requiritur expreſſus. Rota deciſion 15.
de offic.deleg.in nou. Tiraqnell.de legib. connub. Gloſ.ſexto
numer.7.Pariſ.de reſignat.lib.8.9.10.n.18.& infra Gonzad.
ſuper reg.8.Gloſ.42.numer.20.Rota deciſ.797.num.12.part.
1.diuerſ.

4 Et hinc eſt, quod ſtante ſtatuto, quod filius, non poſſit
ſe obligare ſine licentia patris, ſufficit, quod pater fideiu-
beat pro filio Tiraq.de retract.lignag.§.1. Glo.9.n.268.Ro-
5 ta diuerſ.dicta deciſ.797.num.3.citat alios Maur.de fideiuſ.
cap.4.n.18. verum id non procedit, quando eſſet neceſſa-
rius expreſſus conſenſus Rota deciſ.797.num.12.& coram
Sanctiſs.Ludouiſio deciſ.384.num.7. quia tunc neceſsaria
6 ſunt verba conſenſum exprimentia, vt dixi; ideo ſi conſē-
ſus adhibeatur pro conualidando actu per mulierem, fi-
lium famil.vel minorem facto, cum in eo interueniat tan-
quam conſanguineus & ex neceſſitate ſtatuti, talis con-
ſenſus iſtis nequaquam præiudicat, quaſi illius conſen-
ſui non debeat operari vltrà ſuam intentionem, leg.non
omnis, ff.ſi cert. pet. in ſpecie ita concludit Paul. de Caſtr.
conſil.259.omnis difficultas, ſub num.4.libr.1. Alex.conſil.
65.in fine verſ.præterea illud libr.6. quod eſt repetitum
conſ.119.eod.libro.Bal conſ.102. Punctus ſuper quo quæri-
tur libr.2. Tiraqnell.de retractu lignag.§.primo Gloſ.9.nu-
mer.141.& 142. Et quamuis aliqui contrarium teneant
non tamen debent attendi, quoniam verior, & magis
recepta eſt ſuperius relata ſententia, quod nempè talis
conſenſus non preiudicet, quando quis conſenſit à iudi-
ce coactus, vel quando poterat cogi vigore ſtatuti, quia
tunc iura conſentientis illæſa remanent, cum æquipa-
retur, quod quis conſentiat compulſus, vel quod poſ-
7 ſit compelli; ita quod faciens actum, ad quem ſcit ſe
teneri, dicatur compulſus licet iuſſus iudicis non præ-
8 ceſſerit, tanquam ſufficiat neceſſitas ſtatuti & timor com-
pulſionis, l.nouiſſimè, ff quod falſ.tutor.auctor. in ſpecie
ita concludit Lamberteng.de contract.cor. quibus à iure,
vel ſtatu contrah.non eſt premiſs Glo.10.num.31.ad 46.vbi
de veriori, ac magis communi teſtatur Ancharan. conſil.
159.Rationes colum.2.verſ.quartò.hoc probo.Aretin.conſ.
24.col.3.verſic.vnde dixit.Ruyn.conſ.27.num.4.lib.4. Ri-
min. in l.ſi quis maior.col.1. verſ.nota ibi nullo Vbi Cagnol.
num.67.Curt.iun.num.8. C.de tranſact.Dec.in cap.cum.M.
Ferrarien. num.37.extra de conſtit. & ita cenſuit Rota co-
ram Sanctiſs.Ludouiſio deciſ.684. n.5.par.2.in recentior.&
inter impreſſas eiuſdem Sanctiſſ. deciſ.102. num.8.poſt Bal.
d.conſ.102.n.2.lib.2.& Caſtr.conſ.423.ſub num.2, verſ.non
obſtat, lib.1.

9 Secundò declaratur vt habeat locum, quando conſen-
ſus requiritur pro forma; vt per Rotam coram dicto San-
ctiſſimo d.deciſ.384.num.8. & Sarnen. in regula de impetr.
benef.vacant.per obitum familiar. Card.q.11.ſub numer.2.
10 & 5.& ratio ea creditur, quia non ſufficit conſenſus taci-
tus vbi is requiritur pro forma, ad latè tradita per Tiraq.
de legib.connub.Gloſ.6.num.5. ad 15.& 16.ad 48.vbi hoc li-
mitat octo modis, & alijs pluribus daclarat Gonzal.ſuper
d.reg.8.Glo.47.numer.12. Rota coram Card. Seraph.deciſ.
11 115.& ſecundum prædicta intelliguntur notata per ſcri-
bentes in l.quoties, vbi Bal.Ang.& Iaſ.C.de fideicommiſſ.
dum volunt, quod fideiuſſor cenſetur approbare contra-
ctum, videlicet Dec.Bero.Neguſ.Alex.Aleiat.& alij de
quib.latè Surd.conſ.15.num.20.libr.1.& Tiraq.de retract.
lign.§.1. Gloſ.9.n.288.

12 Quare etiam dicimus, quod & ſi emptio bonorum fi-
deicommiſſariorum ſuſtineri videatur per conſenſum
preſtitum ex fideiuſſione euictionis eorumdem bonorum
venditorum Bar.in l.2.in princ.n.1.ff.de donat.& in d.l.ex-
ceptione, n.11. C.de euict.nihilominus conſenſus huiuſmo-
di alienationis validitatem non operaretur, niſi data
ſcientia diſpoſitionis teſtatoris; quoniam vbi conſenſus
13 alicuius in actu requiritur, ſemper fieri debet ex certa
ſcientia.Dec.in l.in totum, n.1.ff.de reg.iur Ludou. Molin.de
primog.Hiſp.lib.2.c.7.n.10.

14 Quod adeò verum eſt, vt quamuis in inſtrumento fue-
rit adhibitus talis conſenſus, ſi ſolum ſint data capitula
notario ad effectum illa inſerendi in eodem inſtrumento,
abſque eo quod legerentur, & à dicto notario dictum fue-
rit, tenoris &c.cum clauſulis, de quib.partes dixerunt, ſe
bene, ac plenè informatas.

15 Tamen non ſufficiant iſta verba.

Secus verò ſi totus tenor capitulorum & ſcripture tra-
ditæ inſertus fuerit ſpecificè expreſſus, ad effectum, vt
ſcientia ſit præiudicialis, quæ certa eſſe debet de omnibus
contentis in contractu, l.de his, ff.de traſact. Rip.in leg.qui
Roma, §.duo fratres num.64. ff.de verb.oblig. Curt. iun.conſ.
92.n.4.Pariſ.conſ.95.n 25.lib.3. And. Gayil.obſeruat.139.
num.10.lib.3. Oſaſc.deciſ.112.num.6.Rol.conſ.13.n. 26.libr.
1.latè Tiraq.de legib.connub. Gloſ.8.n.183.& de retract.li-
gnag.§.36.Gloſ.2.n.30.

16 Dubium oritur, quid dicendum in ſuſpiciente manda-
tum de fideiubendo, an eidem emere liceat pignora debi-
toris à creditore: & videtur reſoluendum negatiue, ob
vinculum ſuſceptæ fidei, quam habet fideiuſſor cum eo,
pro quo fideiuſſit, propter quam tenetur debitorem libe-
rare, non autem quærendo commodum ſuum emere, nec
mirum, ſi emptio ſit nulla, cum debitor ſibi mandaſſe vi-
deatur, vt pecuniam ſolueret, quatenus opus eſſet ſtatim
quod mandauit ei, vt fideiuberet, & ſic, vt liberaret debi-
torem illius gerendo negocium magis, quam ſuum. Qua
ratione contra illum datur actio mandati, quaſi fidem
17 fregerit tacitæ inter eos initæ conuentionis. Cyn.in l.pri-
ma in ſecunda oppoſit.& ibid.Bal.num.2.Salyc.num.2.& 4.
Paul.de Caſtro & Corn.in princ.C. de dolo.malo.Bal.in leg.
2.& ibidem Salyc.ff. de diſtract.pignor. Io.de Imol. in leg.
Paul.numer.2.ff.de fideiuſſ. Balduin.de pignor.capit.18.col.
4.in princ. verſic. creditor non item poſſet. Idemque
procedit in quaslibet re debitoris, ſeu iure ad eum ſpectā-
te, cum in fideiuſſore ſemper adſit illa ratio taciti pacti,
& ruptæ fidei, voluit Bal.in d.l.1.in vlt.notabili, C.de dolo.

18 Quinimo dicto caſu datur etiam actio de dolo iuxta,
quod declarat Bart.in l.1.in fi.C.de dolo, vbi etiam Bal.in fi.
& ibidem dicit Caſtr. quod competit actio mandati, quæ
datur propter dolum, & Cornel.dict.loco in fine, in Glo.in
ver.de dolo. Munoz.de ratiocin.c.17.ſub nu.6. verſ.ſed præ-
dictis vbi latè.

19 Comprobatur, quia dicto in caſu fideiuſſor compara-
tur procuratori & adminiſtratori rei alienæ, qui ſua pe-
cunia rem à creditore emens illam intelligitur liberare, ac
reſtituere tenetur domino pretium ab eo erogatum reci-
piendo, quaſi hoc bona fides adminiſtrationis procurato-
riæ expoſtulet, vt decidit Balduin.in dict.capit.18.colum.4.
verſic. ſed ad fideiuſſorem redeo. Quod & in fideiuſſore,
20 cenſus emente illum à creditore, quod non faciat fru-
ctus ſuos, & in ſortem illos computet vſque ad concu-
rentem quantitatem, & ſi aliqui ſupererunt principali
debitori, debeant abſque intereſſe aliquo reſtitui; vt ex

Caball.de vſur.q.29.n.246. & Parlad.2.par.rer. quotidian.
t.fin.3.p.16.n.17.voluit Munez.d.ſta computa.17. n.10.&
31 *ſeq.* quamuis fideiuſſor agere deindè poſſit actione nego-
ciorum geſtorum contra principalem, vt dictum, pro ſor-
te ſoluta, cũ ſtatim quod ſoluit pro illo, actionem habeat,
ad hoc vt eum liberet ab obligatione fideiuſſoria, *ad leg.*
32 *Quintus Mutius, ff.mandat.* ſufficitque, vt illi conſulatur,
vt nihil perdat, vt per *Balduin.de pign.dict.cap.18.colum.4.*
verſ.ſed neque per omnia.
33. Et licet *Rota in Rauennaten.Saluiani 20. Ianuarij 1607.*
coram R.P.D.Manzanedo, dixerit, quod fideiuſſor acqui-
rit censũ ad effectũ ſe liberandi à ſua obligatione, non au-
tem ad effectum vexandi quemquam; quo caſu, ſi conſtat
de veritate cenſus, ceſſio fieri poteſt ſine pecunia; nec ideò
ſibi locum vendicet, *l. per diuerſas, C.mandati.*
34. Secus tamen ſtatuitur, quando fideiuſſor cenſum emit,
vt illius fructus acquirat, quia tunc id facit ad ſui commo-
dum, & vtilitatem, & non vt ſe liberet ab obligatione,
quod ſecundum prædicta ei non permittitur, ex quo na-
turæ contractus fideiuſſionis repugnat, ſecundum quam
liberare debet ſemetipſum, & principalem, & agere ad-
uerſus illum pro recuperando eo, quod ſoluit *d.l. Quintus,*
ff.mand.
35 Cæterum opinio *Cyni, Bal. & Balduin, Munnozi,* & alio-
rum, quos ſupra retulimus, dura nimis videtur licèt fortè
de iuris ſubtilitate ſuſtinere poſſet, & ideò contrariam
ſententiam potius probandam cenſerem, qui ſtatim facta
36 pignoris ſeu annui redditus emptione, extincta eſt fi-
deiuſſoria obligatio. Vnde cum is non ſit amplius fideiuſ-
ſor, vtique poterit cenſum, & pignus emere, quia finita
fideiuſſione, non datur amplius actio mandati, aut doli,
37. quemadmodum non datur in quolibet alio extraneo,
& hanc veram rationem affert *Petr. de Bellaper. in l. 1. in*
28 *fine, C.de dolo,* non enim eſt æquum, vt officium fideiu-
29 bendi ſit illi damnoſum, *l. aduerſus, §. tutoribus ff.de inoff.*
teſtam. cum nomina debitorum cedi, ac vendi cuique
libere poſſint, *l. ſi nomen, ff.de hæred.vel actio. vendi.* at-
30 que ita fideiuſſor conſequi poterit legitimè fructus cen-
ſus vel pecuniæ ſolutæ in emptione, ſeu redemptione an-
nui redditus, vt ſcripſit *Caballin.de vſur.quæſt.29. nu.245.*
& quæſt.49.numer.341. Felic.de Solis in tract.de cenſu libr.
3.cap.2.num.20.Gaſp. Rodet. in tract. de annu.reddit.libr.2.
quæſt.17. numer.27. & quæſt.13.num.5. eodem libro. Et
31 in præmiſſis ea vtimur ratione, quoniam vbi non agi-
tur de acquirendo dominio rei; ſed de ſimplici nomine,
ſeu de acquirendo iure creditoris, & ſuccedendo in
eius locum, fideiuſſori non eſt prohibitum accipere ceſ-
ſionem, & ipſum nomen, & fructus nominis ſuos facere,
vel penſiones, vel redditus, ſoluendo de propria pecunia;
32 & hoc modo fieri poteſt creditor, & ſuccedere in locum
& ius cedentis, *l. emptor. Cod.de hæredi.vel actio vendi leg.*
cum.ſecundus.de diſtract.pignor. gaudetque omni priuile-
gio, quo gauderet creditor. *l. ſi prior, §. à Titio, ff. qui potior.*
33 *in pign.hab.l.mandati actio.C.mandati,* & propterea, quem-
admodum creditor habebat executionem paratam ex in-
ſtrumento cenſus, ſeu redditus pro penſionibus, & fructi-
bus, idem quoque habebit fideiuſſor qui creditoris locum
obtinet ob ceſſionem crediti factam, *l. creditor, C.de exec.*
re iudicat.
34 Non mouet lex prima de dolo, quia ibi fideiuſſor emit
rem debitoris, & magis luere videtur, quam emere ob fi-
dem debitam debitori, ſed in caſu propoſito fideiuſſor e-
mendo ius redditus, ſeu cenſus, non emit rem debitoris,
ſed ius redditus, quod non eſt debitoris ſed creditoris, *l.*
nominis venditio, C.de hæred.vel act.vend. vnde nimirum
35 ſi poteſt emere, & debitor conquæri non poſſit vt per
Roder. in dicto tract.de annu.reddit.lib.2.quæſt.17.n.28. qui
reſpondit *l. creditor, §. ſciendum, ff. qui potior. in pignor.*
habean.leg. fideiuſſor.leg. cum poſterior. de diſtract. pign.
& leg. Paulus, de fideiuſſ.
36 Quod quamuis in pignore diuerſum videatur; quoniã
fideiuſſor debet pignora releuare ne pereant cum non
habet, quando ſalua fide fiat; quia immò permittitur, ad
notata per *Corn. qui ſic declarat in d.l. prima poſt princip.*
37 *C.de dolo,* & quidem de dolus nõ conſideratur in emptio-
ne pignoris, ſed in reſtituendo, & ſic emere poterit, dum-
modo non neget reſtituere, vt per *Corn. vbi ſupra,* & acqui-
ret dominium, licet cum onere reſtituendi, vt per *Azon.*
in dict.leg.1.in fine, C.de dolo. Quare ſequitur, vt licet dicto
caſu dolus præſumitur, & iſta præſumptio ſit iuris, & de
iure, nihilominus admittitur probatio in contrarium, ex
dictis per *Corn. in dicta l.1.C.de dolo. Caballin.de vſur.nu-*
mer. 349.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor euictionis, an agere poſſit, vt eximatur à fideiuſſione.

Quid ſi ſub pœna obligetur, an pœnam incurrat, ſi contractus reſciſſus fuerit remedio l.2.C. de reſcind. vend.

Fideiuſſorem euictione promittens per verba locatoria, & adulatoria, an obligetur, & pœnitere poſſit.

Minor quando non dicatur læſus ex fideiuſſiue euictionis per ipſum facta pro alio.

SVMMARIVM.

2 *Fideiuſſor contractus, qui diſponit emptori pro euictione, liberatur per 30. ann.*
Sed contra, quod is nõ liberetur, donec res fuerit euicta, num. 2.
3 *Fideiuſſor euictionis ſi ſub pęna obligetur pœnã nõ incurrit, ſi contractus reſcindatur remedio l.2.C.de reſcind. vendit.*
4 *Fideiuſſor euictionis nomine ſub pœna ſi obligatur, pœnam non incurrit, ſi contractus oppugnatus, & reſciſſus fuerit remedio l.2. C.de reſc.vend.*
5 *Reſtitutio minori conceſſa aduerſus venditionem fideiuſſori non prodeſt.*
Ratio affertur, n.6.
Ampliatur, vt fideiuſſor de euictione teneatur, etiamſi euincatur res ipſi emptori ab ipſo minore, n.7.
Primò fallit, quando dolus in contractu interueniſſet, quia tunc fideiuſſor de dolo agere poſſet ex perſona ſua, numero octauo.
Secundò fallit, quando ipſe quoque fideiuſſor eſſet minor, numero 9.
10 *Promittens honoris cauſa iactatoriè, & iocoſè ſe fideiuſſurum, pœnitere poteſt.*
Fallit re non integra, n.13.
Cautela traditur in præmiſſis, n.14.
11 *Iocans, non vult id quod dicit, ſed ſentit aliud, quod non dicit.*
15 *Fideiuſſio inconſulta promiſſorem ex poſt facto pœnitentem riſui exponit.*
16 *Fideiuſſor, qui fide ſua obligationem ſuſcepit, cui tempus non eſt adiectum poſt vnam ac alteram diem, pœnitere non poteſt.*

17 *Fidem*

Digitized by Google

17 *Fidem fallere iniquum eſt, eo ipſo quod ille facto ſuo importuno ob obligationem ſe vult eximere.*

18 *Fideiuſſor promiſſus quando non fuit datus, venditor prætendere non poteſt emptorem dici in mora ſoluendi.*

Ampliatur procedere, etiamſi pactum factum eſſet, quod ſolutione pretij non facta res eſſet inempta, cum per venditorem ſteterit, num. 19.

20 *Venditor quibus caſibus tenetur de euictione rei venditæ, cum fideiuſſore remiſſiuè.*

21 *Venditor obligatus præſtare fideiuſſorem non tenetur, niſi emptor prius pecuniam debitam ſoluat.*

22 *Emptor acceptando fideiuſſorem debet exprimere in ſpecie, alias contra eum fit interpretatio.*

23 *Læſio non conſideratur in minore promittente euictionem pro aliquo, qui et pro eo promiſit.*

24 *Fideiuſſor euictionis habet electionem, vel reſtituendi rem euictam, vel ſoluendi intereſſe.*

Et appellare poteſt à ſententia lata, licèt venditor et emptor acquieſcant, n. 25.

Quæſt. XCIII.

1 Fideiuſſor euictionis, an agere poſſit vt examinatur, quærere ſolent Doctores.

In qua quæſtione contrariæ adinuicem ſunt opiniones.

Quarum prima eſt, quod fideiuſſor contractus, qui ſpondet emptorem pro euictione, non liberatur, niſi ſteterit pro tali euictione per 31. annos *Lipſert. deciſ. 213. vol. 3. Matth. Caller. in deciſ. German. 28. numer. ſexto, & deciſione octaua, numero 15.* quos refert, ac ſequitur *Ant. Hering. in tract. de fideiuſſ. cap. 20. §. decimo numer. 76. fol. mihi 242.*

2 Altera & ſecunda verior & magis communis eſt, quod cum obligatio de euictione ſit conditionalis ante ſecutam euictionem, non producit actionem, etiam quod diù in ea ſteterit fideiuſſor. *Bart. in lege facere, numer. 3. & clarius Bal. num. 2. Alex. num. 1. & 2. ff. ſolut. matr. Aret. in §. ſi quid autem, num. 3. inſtit. de fideiuſſ. Salycet. in leg. ſi pro ea. num quinto, Cod. mandat. Imol. in leg. fin. num. 1. & 8. de fideiuſſ. Afflict. deciſ. 241. numer. 4. & ibid. Vrſill. numero 4. Gayl. Tract. obſeruat. libr. 2. obſeruat. 29. Surd. conſilio 367. numer. 19. libr. 3. Rota deciſ. 195. num. 8. poſt tract. Cinc. de cenſibus, & coram R. P. D. Coccino Decano deciſion. 100. numer. 1.*

3 Quid autem fiet, ſi fideiuſſor euictionis nomine ſub pęna obligetur, an pęnam incurrat, ſi contractus oppugnatus & reſciſſus fuerit remedio *leg. 2. C. de reſcind. vendi. &* dicitur, quod non *ex Art. Pinell. in d. leg. 2. par. 2. cap. 3. num. 43. & infra Caball. de euict. §. 2. n. 20. Hering. in tract. de fideiuſ. cap. 10. n. 247.*

Quia verò in has quæſtiones incidi, quatenus nimirum fideiuſſor pro euictione teneatur; non ab re quæritur.

4 Quid ſi reſtitutio minori conceſſa ſit aduerſus venditorem, an poſſit fideiuſſori ipſius minoris; & non prodeſſe concluditur per *tex. in l. 1. & 2. C. de fideiuſſ. & in l. cauſe prima,* vbi aſſignatur ratio, *ff. de minor. tradit Franc. Cur. iun. in l. poſt aditam, num. 5. C. de impub.* & alijs ſubſtit. quia creditor non debet remanere in damno, quando hoc fie-
5 ri poteſt abſque damno ipſius minoris; ſeu melius, quia quando minoris promiſſioni ipſe aduerſarius fideiuſſorem requirit, ex eo creditur facere, quia dubitat ne minor petat reſtitutionem in integrum, vt *d. l. in cauſa. in princ.* vnde cum fideiuſſor hoc ſciuerit, excuſari nō debet ſi pro minore fideiuſſit, quia tacitè in hunc caſum reſtitutionis petende ipſum emptorem aſſecurare voluit, & ita etiam in hunc caſum teneri debet.

6 Ampliatur, vt fideiuſſor etiam de euictione teneatur ſi euincatur res ipſi emptori à minore prętextu minoris prætij, eſt *text. in d. l. minor, ff. de euict. Bellamer. in cap. auditis ſub num. 15. verſ. ſubdit. de reſt. in integr. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. num. 42. & 44. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. q. 48. n. 17.*

7 Primo fallit, quando dolus in contractu interueniſſet, quia tunc fideiuſſor etiam ex perſona ſua de dolo agere
8 poſſet, *l. 3. C. de fideiuſſ. minor.* Et ratio eſt, quia æquius eſt aduerſarium, qui dolum commiſit, pati damnum, quam quod fideiuſſor, qui bona fide fideiuſſit, de ſuo proprio ſoluat; nec poterit ſolutum repetere à minore; quia minor aduerſus fideiuſſorem petere poterit reſtitutionem in integrum, vt *in l. 1. C. de fideiuſſor. minor. Gl. in l. 2. C. eod. Iacobin. de S. Georg. in l. 1. n. 7. eod. tit. Rebuſſ. ad conſtit. Reg. Gall. in tit. de reſtit. art. 2. Gl. 3. n. 8.*

9 Secundò fallit, quando ipſe quoque fideiuſſor eſſet minor. *l. minor. et l. fin. ff. de minor. Odd. in d. q. 48. num. 18.* vbi etiam hoc vtiliter declarat.

Alias limitationes in materia videas per te ipſum penès *Rebuff. vbi ſupr. Duenn. reg. 330. per totam, & Odd. dict. q. 48. per. totam,* ne aliena tranſcribam, & ideo cautus eſt agendum, ne ludibrio ſeu cum damno hæc peragantur, vt infra dicetur.

Ex his infero, quid dicendum, ſi quis honoris cauſa iactatoriè, & iocosè promiſerit ſe fideiuſſurum, an pœnitere poſſit, & præſertim in re integra.

10 Siquidem promiſſio verè iocosè fuit facta deficiente conſenſu, non obligat, *l. 3. in fin. ff. de action. & oblig. Gl. in l. dolo malo, ff. de ſeru. corrupt. Caſſ. conſ. 52. n. 5. Alciat. libr. 2.*
11 *Parergon. cap. 12.* nam qui iocatur non vult quod dicit, ſed ſentit aliud, quod non dicit *Ioan. Goddeus de contrahen.*
12 *ſtipulat. c. 3. n. 89.* nimirum ſi verba huiuſmodi iactoria, & adulatoria non obligant *c. cum veniſſent, de conſtit.* &
13 poſt relatos per eum *Matth. Cun. libr. 1. de pactis c. 24. nu. 109.* quod non procedit, ſi res non ſit integra, quia tunc pænitentiæ non eſt locus; ſed implere tenetur, *l. ſi quis, §. qui mandatum, ff. mandati, l. ſi procuratorem, §. mandati, ff. eod. Roſental. de feud. c. 10. concl. 22. nu. 23.*

14 Quare conſultius eſt non ſolum debitori, vt diligenter exploret voluntatem perſonæ in fideiuſſorem nominandæ, & concludat cum ea, quid agendum, antequam illam nominet, iuxta quæ habentur per *Caro. in dec. 4. ſub n. 13. ver. primus eſt.*

Sed etiam fideiuſſori, ſi debitor illum creditori ſuo obligare velit; iſque fidem interponere recuſet; nam poſteà non auditur, ſi ſemel conſentit, *l. filiusfamilias, ff. ad Senat. Conſult. Macedo.* ſicut enim mala captio ſemper ingrata eo maximè, quod exprobare ſtultitiam domino videtur, vt alibi ait Plinius; ita inconſulta fideiuſſio promiſſorem eſt poſt facto pęnitentem riſui exponit, qui ab initio ſibi melius non proſpexit, iuxta illud Senecę. Priuſquã
15 promittas delibetes, & cum promiſſis facias. Vnde etiam Virgilius Poeta.

Conſilium poſt facto, imber poſt tempora frigum.

16 Et propterea concluditur, quod fideiuſſor, qui fide ſua obligationem ſuſcepit, cui tempus non eſt adiectum, poſt vnam atque alteram diem pœnitere non poteſt, vel liberari à fideiuſſione per eum præſtita, neque audiri, non ſolum, quia re ipſa, & ſi non verbis ineſt obligationi tractus temporis, *l. quoties, ff. de oper. libert.* ſed etiam quoniã intempeſtiuum: immò iniquum eſt fidem fallere, eo ipſo
17 quod ille facto ſuo importuno ab obligatione ſe vult eximere contra *l. in commodato, §. ſi ait, ff. commodati. capitul. vnico extra eodem. l. velles, C. de renoc. donat. Gl. in capitul. vltimo de fideiuſſ. Bar. in l. duobus, §. 1. num. 2. ff. de iureiur. Imol. in cap. fin. ſub num. 4. verſ. ſed certè extra de fideiuſſor. Marſil. in rub. de fideiuſſ. nu. 295. Suarez in l. poſt rem iudicatam in declarat. l. Regni in ver. viſum eſt ſupra numer. 12.*

Ant. Gomez. variar. reſol. lib. 2. ca. 13. num. 10. in fine Horat. Carpan. ad ſtatuta Mediol. par. 1. cap. 413. n. 10. Martin. Montei. in deciſ. Regni Aragon. 2. n. 2. Caroc. de excuſſio. bon. par. 2. quaſt. 14 num. 25. facit l. ſi ſeruum, §. nunc videamus, ff. de verbor. obligat. § item ſi propter Inſtit. de excuſ. tutor. ita quod quid fideiuſſori conueniat illud Deyaniræ conuiuium.

Cœpiſti melius, quam deſinis.

At quid in ſimili de fideiuſſore, qui diu ſtetit in obligatione ſuperius diſſerui, vlterius non immoror.

18 Quando vero fideiuſſorem de euictione iuxta promiſſa non præſtitit venditor ſtante præſertim clauſula non aliter nec alio modo, de quo latè per *Bertaz. clauſul. 14. Gl.* prætendere non poteſt emptorem dici poſſe in mora ſoluendi prætium tempore ſtatuto, & præfixo ſolutioni, licèt dies interpellet pro homine, *leg. magnum, Cod. de contrahen. & committen. ſtipulat.* quod procedit 19 etiam ſi pactum factum eſſet quod ſolutione pretij, non facta res inempta, cum per venditorem ſteterit, eſt *text. in leg. 1. §. 1. ff. de reſcind. vendit. Bertaz. clauſ. 42. Glo. 12. num. 1. & 2.*

20 Ruſus, quibus caſibus venditor promittere teneatur de euictione rei venditę cum fideiuſſore, dixi pluries in tractatu, & videas *Speculat. in tit. de empt. & vend. §. primo verſ. fideiuſſoris præſtatione num. 7. Bart. in l. 1. §. ſtipulationum, ff de prætor. ſtipulat. Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. in ſexta q. princ. num. 51. & Bertaz. d. clauſ. 42. Gl. 7. numer. ſecundo.*

21 Obiicies tamen, quod venditor obligatus præſtare fideiuſſorem non tenetur niſi emptor prius pecuniam debitam ſoluat *Burſat. conſ. 191. num. 2. lib. 2.* & emptor 22 illum acceptando debet exprimere in ſpecie: aliàs cõtra eum fit interpretatio *Odd. qui alios adducit conſil. 41. num. 73. lib. 1.*

23 At propterea quod læſio minorum non conſideratur quando promiſſerunt de euictione pro alio, ſi ille alius promiſerit pro eis adeò vt læſio hoc caſu videatur recõpenſata, *leg. fideicommiſſo, C. de tranſact. Cravett. conſil. 142. num. 8. & conſil. 114. num. 16. Surd. conſ. 435. num. 14. libr. 3. Cyn. Bal. & alii in l. ſi pater puellæ C. de inoff. teſtam. Dec. conſil. 111. et pro tenui num. 17. Andr. Gayll. ſing. obſer. lib. 2. obſeruat 8. num. 8. in fine,* in terminis de huiuſmodi reciproca fideiuſſione euictionis ita cenſuit *Rota 26. Nouembris 1616. in Amerina domus coram R. P. D. Pamphilio.*

24 Item, quod fideiuſſor euictionis habet electionem vel reſtituendi rem euictam, vel ſoluere intereſſe, *l. fideiuſſor de doli mal. except. vbi not. Bart. et in leg. ſi inſulam n. 14. ff. de verb oblig.*

25 Et pariter appellare poteſt a ſententia lata in cauſa euictionis, etiam non appellantibus emptore, & venditore, *l. à ſententia, 3. reſpon. ibidem Bar. Ang. et Aret. de appel. Caball. de euict. §. 2. n. 22.*

ARGVMENTVM.

Emptor, à quo res euincitur remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. vtrum ſi eligat reſtituere potius rem, quam iuſtũ pretium, teneatur etiam fructus eiuſdem rei à tempore factæ traditionis reſtituere.

Et an petere poſſit licitum ac iuſtum pretium vna cum intereſſe licito à venditore.

An emptor qui pro rata prætij non ſoluti tenetur venditori ad vſuras, teneatur ſolum correſpectiuè ad fructus perceptos, & non vltra.

Et an ſoluat intereſſe etiam quod non ſit in mora.

Et quid ſi data fuerit dilatio.

SVMMARIVM.

1 *Emptor remedio l. 2. C. de reſcind. vendit. conuentus eligens potius rem reſtituere, non tenetur ad fructus eiuſdem rei per illum perceptos, & n. ſeq. & num. 11. vbi de vectori, & receptori*

Contrarium habetur n. 4.

Prima tamen ſententia crebrior dicitur, n. 5.

Limitatur non procedere in emptore læſo agente, numero 6. & 7.

Sublimitatur, vt emptor fructus reſtituat ſolum modo eius partis in qua læſus non fuit n. 8.

Sed auctor indiſtinctè tenet limitationem, n. 9.

2 *Contractus donec reſcindatur, emptor eſt verus dominus.*

Reprobatur opinio Gregorij Lopez in præmiſſa quæſtione, num. 10.

12 *Emptor, quando loco pratij non ſoluti annuum redditum ſingulis annis venditori ſoluit, eiſdem reſtituere tenetur venditori ipſi emptori, vel eum fructibus compenſare.*

Fallit, quando venditor nihil lucri ex pretio ſibi dato recipit, n. 13.

At contra ponitur, n. 14.

Intellige, vt n. 15. Quod ab auctore probatur.

Extende, vt n. 16.

Declaratur, n. 17.

Limitatur n. 18.

19 *Emptor eligens ſupplere iuſtum pretium potius, quam rem ipſam dimittere non tenetur ad vſus pratij, quod ſupplet, & ſic licitum intereſſe.*

20 *Emptori à quo res euincitur remedio leg. ſecunda C. de reſc. vend. ſunt ſoluenda melioramenta, item & expenſas, n. 21.*

22 *Emptor, qui pro rata pretij non ſoluti tenetur venditori ad vſuras, tenetur tantum correſpectiuè ad fructus perceptos, & non vltra.*

Sed contra n. 23.

Declaratur n. 24. & 25.

26 *Emptor pro re vendita ſoluit intereſſe, etiam quod non ſit in mora.*

Quid ſi culpa venditoris ſolutio differatur, n. 27. & 28.

Aut non dedit fideiuſſorem de euictione, n. 29.

30 *Emptor non tenetur ad intereſſe ratione fructuum, ſi fuerit data dilatio.*

Declaratur, n. 31.

Nec quando emptor fuit impeditus ſoluere pretium, numero 32.

Declaratur n. 33. & 34.

Quæſt. XCIV.

EMptor conuentus remedio *leg. 2. C. de reſcind. vendit.* ratione læſionis vltrà dimidiã iuſti prætij (diſpoſitũ enim

enim in venditore procedit etiam in emptore *Curt. iun. conſil.82.num.7.lib.1.Couar.variar.reſolut.lib.3. cap.4. ſub num.6.verſ.decimotertio*) verum ſi eligat potius rem reſtituere, quàm iuſtum pretium, ſupplere teneatur etiam fructus eiſdem rei a tempora traditionis perceptos, ac reſtituere venditori.

Et quatenus teneatur, ſed id faciat, an poſſit petere iuſtum, ac licitum intereſſe, quod ipſe ex pretio à ſe ſoluto percipere, vel lucrari potuiſſet, & ita an fructus prædicti, cum intereſſe licito iuſti pretij ſoluti compenſentur, modo quærendum eſt.

1 Quoad primam propoſitam dubitationem verius, ac receptius concludendum videtur negatiuè, *ex d.l.2.Cod.de reſcind.vend.* cui adhæret ſimilis diſpoſitio iuris canonici de hæc re agens, in *c.ad noſtram, de reb.Eccl.* vbi res Monaſterij alienata ſit meliori pretio, adeò quod eſſet læſio vltra dimidiam, & mandatur fieri reſtitutionem ſine fructibus, qui poſſeſſori relinquũtur in compenſationẽ laboris. Vnde ſi legislatores aliter voluiſſent, vtique expreſſiſſent.

2 Item, quia donec contractus reſcindatur emptor eſt verus dominus, & propterea vtitur re propria iuſto titulo, & bona fide, atque ita facit fructus ſuos; nec dicitur in mora, niſi à tempore litis conteſtationis ſecuta conditione; & ſicut ipſo haber rem, & ita venditor pretium, &
3 hanc opinionem tenuit *Rota in nouiſs. deciſ.116.quam refert, ac ſequitur Fab.de Monte in tractatu de empt.& vend. q.8.num.24.Cagnol.in d.l.2.numer.48. Anton.de Butrio, & Imola in c.ad noſtram de empt. & vendit. & ibidem Burgos num.36.Calder.& Anchar.iun.in c.peccati venia de reg.iuris in ſexto.Cepoll.de ſimula.contract.verſ.Vſura,2 §.15.nu.* 4. qui poſt relatos per eum, teſtatur de communi receptiſſima, & practicata opinione *Ant.Pinell.in d.l.2.p.2.c. 4.per tot. vbi eam latiſſimè tuetur; reſpondendo contrarijs, eandem probauit Gomeſ.var.reſol.c.4.num.23.& c.4.nu.11. tom.2.Anton.Padilla in eadem l.2.nu.50.* dicens eſſe communem, & in praxi receptam *Couar.var.reſol.lib.2.c.3.n.9.* dicens, quod eam praxis recepit.

4 Contrarium, quòd ſcilicet emptor eligens rem reſtituere teneatur quoq; reſtituere fructus eiuſdem rei tenuerunt *Rofred.Beneuenta.de libel.p.4.vbi de act. ciuil. quantonun. num.20.Alberic.in d.l.2.num.16.& ibidem Salyc.numer.5. Afflict.in c.1.n.150.de feud.dat.in vic.leg.comm.* vbi ait hãc partem eſſe certiorem, ita conſultum fuiſſe per immenſos Doctores dixit *Coſta in l.Gallus,§.& quid ſi tantum par.2. numer.72.ff.de liber.& poſthum. Couar. vbi ſupra, & Ant. Gomez ſibi parum conſtans in l.70. Tauri numer.29. latiſſimè Vaſq.lib.3.controuerſ.vſu frequenti cap.71.numer.2.& ſeqq.*

5 Crebior tamen, & receptior, eſt prima relata ſententia, vt poſt alios per *Pinell in d. part.2.cap.4.num.28 & Ant. Padilla in d.l.2.ſub num.50.*

6 Quam limita non procedere in emptore læſo agente; nam is rem cum fructibus reſtituere cogetur, ſi hoc elegit venditor, quoniam voluntariè dicitur emptor reſcindere contractum non ab alio arctatus, cũ remedio *d.l. egerit ad reſcindendum eum, licet Pinell.* atteſtat, ſe vidiſſe contrariũ
7 à Senatu iudicari. At ſententiam ſuperius per nos firma-
8 tam, & ſic dictam limitationem ſequitur *Matient. in l.1. Gloſ.5.membr.6.* eam declarans, vt nempè emptor fructus reſtituat hoc caſu ſolummodò eius partius, in qua læſus non fuit.

9 Tu etiam indiſtinctè teneas limitatione; quoniam in omnibus fructibus, quos emptor percipit; militat ratio reſtitutionis aſſignata à *Pinello vbi ſupra*; hoc eſt quia alias quotidie daretur occaſio fraudibus, vt quis etiam ex induſtria carius emeret, nec ageret niſi poſt perceptos fructus plurium annorum, ſciens ſe fructus retenturum, & pretium ſibi reſtituendum.

Rurſus, quia nulla maior vel minor ratio exiſtit, vt emptor reſtituat fructus eius partis pretij, in qua læſus non fuit, quàm eius, in qua læſus extitit, cum ſponte is egerit ad reſciſſionem contractus, & integros rei fructus perceperit.

10 Eodem morbo laborat opinio *Gregor. Lopez in l.6.tit. 5.gloſ. de ſamparar la coſa*, cum inquit, quòd cum illa lex velit contractum, quo læſio ſeu deceptio interuenit ad æqualitatem reduci, emptor reſtituere tenetur fructus pro parte pretij, in quo venditor fuit deceptus & refert *Cepoll. de ſimulat.contract in primo caſu princ.col.fin.* ſaltem in foro conſcientiæ id tenentem.

Verum idem *Gregor.* tenet quoque in foro contentioſo procedere, quoniam habet maximam æquitatem, & plurium auctoritate nititur, quæ opinio etiam æquior videtur, vt per *Matient.in d.gl.5.n 16.*

11 Cæterum adhuc verior, & receptior eſt ſententia, quam ſupra probauimus, vt ſcilicet nullos fructus emptor conuentus reſtituere teneatur, quæ tenenda eſt etiã quod contractus reſcindatur ex enormiſſima læſione, vt poſt *Caſſan.refert Pinell.in d.c.4.in fine.*

Quoniam ad ſecundam propoſitam dubitationem conſtituo duos caſus.

12 Primus eſt, quando emptor loco pretij non ſoluti annuum redditum ſingulis annis vẽditori ſoluit quo caſu iuſtum erit idem emptori reſtitui, vel cum fructibus compenſare ne venditor cõtractu reſciſſo, cum iactura emptoris locupletetur: in quo iudicis arbitrium plurimũ poteſt ſecundum *Didac.var. reſol.lib.2.c.3. ſub n.9.in fine.*

13 Secundus, eſt caſus, quando venditor nihil lucri ex pretio ſibi dato receperit, & tunc non debent cum fructibus compenſari vſuræ, nec intereſſe pretij, ſeque de hoc conqueri poterit emptor; cùm præſertim ſibi liberum fuerit contractum non reſcindere, ſupplendo iuſtum pretium; vnde cum illud elegerit, & ita rem emptam reſtituere, nimirum, ſi cogatur fructus quoque reſtituere, licet vſuras pretij habere non poſſit, quæ omni iure ſunt prohibitæ, vt in propoſito tradit idẽ *Couar. vbi proximè ſupradicto n. 9.*

14 Sed contrarium, quod dicto caſu fiat compenſatio cum iuſto, & licitò intereſſe pretij venditori ſoluti, quod intereſſe licitum eſt omni iure *gloſ.& Doct.in c.conqueſtus, de vſur.in ſpecie Gomeſ. in l.70. Tauri num.29. & Gregor. Lopez in l.55.in gloſ. deſamparas la caſa, in verſ. poſt hæc ſcripta tit.5.part.5. vbi refert Rofred.* hoc expreſsè tenentem; videlicet, quod ſi emptor eligat reſtituere fundum cum fructibus, recipiet pretium quod præſtitit cum intereſſe, quod in regione frequentatur.

Idque indubitanter procederet, quando emptor habe-
15 bat contra ſe ſuper bonis conſtitutia alios annuos redditus, quos redimere potuiſſet, vel partem eorum ex dicto pretio, quod reſpectiuè ſoluit vẽditori, & quia illud ſoluit, eos nõ redemit ſed redditus cenſuario perſoluit, vel ſoluere tenetur quia tũc emptor dicto in caſu agere videtur de damno vitando. Quod vltimũ ego non puto abſolutè verum, per ea quæ reſoluit *Rota corã Card.Lancellotto deciſ. 325.poſt ſecundum volumen conſ. Farinac. impreſ.*

16 Et hoc extenditur procedere etiam, quod emptor nullos annuos redditus ſuper ſuis bonis contra ſe conſtitutos haberet, ſed ſolum ageret de lucro captando, quod licitum, & permiſſum eſt, & illud emptor conſequi iuſtè potuiſſet cum pretio prædicto, ſi illud venditori non ſoluiſſet: quod locum maximè habere debet in caſu prædicto ratione æqualitatis ſeruandæ inter emptorem, & venditorem in iudicio, iuxta *l.cum quidam, C. de fruct. & lit. expen.* cum venditori fructus rei ſuæ reſtituantur, quod pariter declara vt in *d.deciſ. 325.*

17 Declaratur præſertim procedere, a fortiori poſt litem conteſtatam, cum per eam litigantes in mala fide conſtituantur, & ab eo poſſeſſor ad reſtitutionem omnium fructuum teneatur, ad *l.certum, C. de rei vendit.* latè *Pinell.*

in d.

Digitized by Google

in d.l.2.in ſecunda part. cap.4. numer.60. & in fine, Cod.de reſcind.vendit.

18 Quæ noſtra ſententia limitatur in caſu opinionis *Greg. Lopez* ſuperius relatæ in prima quæſtione proximè præcedenti, nempè quòd reſtitutio fructuum fieret tantum pro parte pretij, in qua venditor fuit deceptus, quia tunc cum illa parte pretij, in qua contingit læſio, venditor caruerit, & in ea fuerit deceptus, meritò intereſſe illius partis pretij non ſoluti non tenetur venditor ſoluere emptori, ſed tantum veri pretij quod recepiſſet *Bar. in l.Iulianus,§. offerri,ff.de actio.empt.Bal.in l.ſi traditio num.19. C.eod.tit. Cagno.in l.curabit n.40.de actio.empt.*

19 Verum hic alia inſurgit difficultas, quid ſi emptor conuentus eligat ſupplere iuſtum pretium potius, quam rem ipſam dimittere an teneatur quoq; vſuras pretij, quod ſupplet ſoluere, & ſic licitum intereſſe: & non teneri ad fructuum reſtitutionem cenſemus ratione proximè adductis cum receptiore ſententia, ſi rem reſtituere malit, ex traditis per *Padill.in d.l.rem maioris q.2.numer.52.C.de reſcind.vendit.* qui addit neq; fructus perceptos poſt litem conteſtatam fore reſtituendos, ex *Franc.Marc. deciſ.179. num 3.qui & num.ſeq.* ait venditorem vendicantem rem
20 teneri ſoluere meliorationes factas in re vendita, *arg.tex. in leg.in fundo,ff.de rei vendicat.* & impenſas emptor repe-
21 tet, *arg.text.in l.ſi prædium de pręd.minor.tradit.Bald.in d. l.2.num.23.*

22 His alia conſequens eſt dubitatio, an emptor, quo pro rata prætij non ſoluti tenetur venditori ad vſuras teneatur tantum correſpectiuè ad fructus perceptos, & non vltra.

Et concludendum videtur teneri ſolum correſpectiuè ad fructus perceptos vt ſenſiſſe videtur *Paul. de Caſtro in l.Iulianus,§.ex vendito ſub num.3.ff.de actio. empt. Imol.in l.ſi inſulam,§.vſuras col.fin.in fine,ff.ſoluto matr.quem ſequitur Alex.conſ.69. col.2. verſ.Addens* ad eorum confirmationem *lib.1.*& alij plures relati per *Ant. Gabr.in ſuis concluſ.tit.de empt.& vendit.concl.4.num.18.*

23 Sed quod æquitas *l.curabit de act.empt.* procedat non ſolum per vſuris vſque ad quantitatem fructuum, ſed etiã vltra ſi venditor fuit in damno, vt quia ab alijs ſub vſuris pecunias retinuit *Butrig.in d.l.curabit, & ibidem Cagnol. num.30.Socin.ſen.conſ.176.ſub n.1.verſ.quarto libr.2. poſt alios,quos recenſet Gabr.d.concluſ.4. num.2.& 3.* quodque
24 vſuræ debeantur vltra fructus, declaratur procedere, quãdo petuntur, tamquam intereſſe damni emergentis licet non quoad intereſſe lucri ceſſantis *Paul.de Caſtro in d.§. ex vendito ſub num.3.verſ.breuiter.*

25 Secundo declaratur, ceſſante cõuentione ex ſola æquitate, *d.l.curabit*, ſecus quando conuentum eſt, quod emptor ſoluat tantum pro centenario: nam eo caſu illa quãtitas ſolui debet etſi fructus excedat, ſecundum *Pariſ.conſ. 60.n.29.& infra lib.1.& Burſat.conſ 11.n.26.lib.1.*

26 Et præmiſſa procedunt, in fauorem venditoris, licèt omnia per eum promiſſa non adimpleuerit, dummodò emptor vſum rei habuerit fructus percipiendo etiã quod non ſit in mora per *d.l.curabit*, ſtante quod non implementum venditoris ſed ipſa perceptio fructuum inducit
27 curſum vſurarium *Corn.conſ.59.col.2.& ſeq.lib.3. Cagnol. in d.l.curabit nu.31.& ſeqq.* hocque ex æquitas introductum eſt *l.2.C.de vſuris*, cum æquum non ſit, vt quis fruatur re, & prætio & ſatis eſt, rem traditam fuiſſe vt venditor vſuras petere poſſit, dato quod in alijs venditor contractum non adimpleuerit, vt per *Gabr d.concluſ.4. num. 9. in quinta ampliat.* dummodò ex non adimplemento
28 vſus rei non diminuatur *Natt.conſ.384 num.11. lib.2.Lup. ad d.l.curabit commentar.1.§ 7.num.142.* vbi de communi teſtatur *Caphal.conſ.609.num.8. lib.4.* cum præſertim vſuræ veniant potius ex quadam æquitate, quam ratione moræ *Bald.in l.2.num.7.C.de vſur.* qui propterea firmat,
29 quod licet emptor non fuerit in mora ſoluendi pretium ex eo, qui venditor non dedit fideiuſſorem de euictione promiſit, tamen tenetur ad vſuras pretij, cum per tale non implementum vſus rei non minuatur, ſequitur *Paulus de Caſtr.in d.l.2.num.1.verſ.Nam tunc, Alexand. conſ. 147.ſub num.3.verſ.& quod fortius libr.5.Natt. dict.conſ. 384.num.11.de communi teſtatur Cagnol.in d.l.curabit num. 31.& ſeqq.Couar.var.reſol.lib.3.c.4. ſub num.6 verſ.duodecimo.Lup.in d.§.7. nu.142. qui alios citat, & de communi teſtatur Caph.d.conſ.609.num.6.& ſeq.Honded.conſ.44.nu. 13.14.& 30.lib 1.*

30 Vbi autem fuit data dilatio ceſſat vſurarũ curſus *Paul. de Caſtr.in d.§.ex vendito num.3.verſ. Intellige tamen,ff. de act.empt.Soc.conſil.109 col.2.lib 1.& conſ 179.col.1. verſ. Tamen quando lib.2. Hier. Gabriel.conſil.57. lib.1. Anton. Gabr.d.concl.4.num.20.*

31 Quod tamen declaratur procedere, quando dilatio data fuit ſolum gratia debitoris, vt ſæpè fieri ſolet, *l. eum qui calendis,ff.de verb.obligat.* quo caſu veriſimiliter creditur habitam rationem a principio de fructibus medij temporis, & eos incluſos fuiſſe in pretio & effectu ipſo, vna cum pretio die ſtatuta ſolui, ad ſcripta per *Bald. in rubr.C.de vſur. in fin. Alex.in l.diuortio num.26.ff.ſol.matr.* at ſecus, quando dilatio fuit appoſita gratia vtriuſque, nec de fructibus dici poteſt habita ratio in pretio quo caſu vſuræ debentur, ac ſi nulla data eſſet dilatio, ita *Gabr.d. conſ.57.num.5.lib.1.Honded.d.conſ.44.num.31.lib.1.*

32 Fallit quando emptor fuit impeditus ſortem ſoluere, & pecunias penes ſe retinuit ſolutioni paratas, vt per *Hond. conſ.44.numer.5.* nam intereſſe tunc demum debetur, ſi nulla difficultas emptorem impediat, quin pretium ſoluat, *l.datio poſſeſſionis,§.ſi per venditorem,ff.de actio.empti, & æquitas l.curabit* nõ procedit, niſi quando nulla præcedente culpa venditoris emptor penès ſe pretium retinuit re libera iam tradita.

33 Declaratur non ſufficere conſtare de impedimento, niſi etiam liqueat illud dediſſe cauſam non adimplendi, *leg. qui commeatus, & ibi Bart. ff.de re milit. l.2.§. quod diximus, ff.ſi quis caution.in ſpecie Soc ſub dict. conſ.170.numer. 12.lib.2.*

Quare traditur cautela, quod impeditus proteſtatur ad hoc vt conſtet, quod ſi impedimentum non fuiſſet illatum, actus geſtus fuiſſet, vt inquit *Felyn.in cap. ex tranſmiſſa num.6.& ſeqq.de præſcript.vbi Innoc. Abbas & cæteri notant.*

Quam ius etiam dici poſſet ſtante impedimento, quo emptor excuſatur a mora non ceſſare æquitatatem illam ne emptor locupletetur fructibus, ac ideò intereſſe ex eadem æquitate deberi, vt conſiderat *Soc.ſen.d.conſ.170. nu. 12.& 13.lib.2.Hond.d. conſ. 44.num. 32.& voluiſſe videtur Cagnol.in d.l curabit num.32.*

ARGVMENTVM.

Remedium euictionis ex l.2.C. de reſcin. vendit. re perempta vel extincta penès emptorem caſu fortuito, & abſque illius culpa, an concedatur.

Quid in perẽptione annui redditus, legatorum quantitatem & rei deductæ ſeu deducendæ, vel relictæ pro legitima;

Et an euictis corporibus hæreditatis de quibus teſtatur non cogitauit minuantur

tur

Digitized by Google

tur legata; & ad quorum onus ſeu grà-
uamen,

SVMMARIVM.

1 *Venditor deceptus vltra dimidiam agit aduerſus emptorem ad ſupplementum iuſti pretij.*
Ratio affertur, quia res, & pretium ſunt in obligatione. n.2
Contrarium vbi abeſt culpa emptoris, n. 3.
Et ibidem de ratione, n. 5.
4 *Quantitas vbi debetur ratione certæ ſpeciei, quæ ſi adeſſet inuito creditore à debitore tradi poſſet loco illius quantitatis perempta ea ſpecie, debitor liberatur à ſolutione quantitatis.*
6 *Emptor læſus vltra dimidiam iuſti pretij, vbi res apud eum perempta eſt abſque eius culpa agere poteſt contra venditorem, vt illi reddat illud plus quod ſoluit iuſto pretio.*
Et de ratione ibidem.
Sed contra n. 7.
Fallit, ſi res pereat per litem conteſtatam, n.8.
9 *Diminutio redditus annui ex auctoritate ſuperioris de ſeptẽ ad denique, & generaliter diminutiones cedant damno domini cui reſponſio illa debebatur.*
10 *Annuum debitum, ſeu annua præſtatio ex re aliqua an ea perempta finiatur.*
11 *Res particulares hæreditariæ ſi pereunt ſine dolo, & culpa & mora hæredis pereunt periculo fideicommiſſarij vniuerſalis de illis rebus.*
Item pereunt periculo legatariorum, n.12.
Limitatur non procedere in legatarijs quantitatum, num.13.
14 *Euictis rebus hæreditarijs extra quod cogitauit teſtator, an minuatur legata.*
15 *Legitima ſemel detracta, ceſſat omnis quæſtio de augmento, & dimutione.*
16 *Diminutiones contingens in rebus hæreditarijs an minuant legitimam.*
17 *Legitima, ſi ex iudicis decreto fuerit aſſignata, & poſteà legitimè euicta, filio in alijs ſupplere debet.*
18 *Legitima non minuitur, peremptis corporibus legatis, ſi alia ſuperſunt bona.*
19 *Legitima minuitur per peremptionem corporum non legatorum ante illius aſſignationem.*
20 *Res perit ei, cuius eſt, aut cui eſt debita.*
21 *Diminuitiones rerum hæreditariarum ex cauſa de præterito, pertinet ad onus fideicommiſſarij.*

Quæſt. XCV.

QVæro præterea, num remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* re perempta, vel extincta penes emptorem caſu fortuito abſque illius culpa locum habeat.

1 Et concludendum videtur poſſe venditorem deceptũ
vltra dimidiam agere aduerſus emptorem ad ſupplemen-
tum iuſti pretij, quemadmodum probat *Abb. in c. cum di-*
2 *lecti num. 10. de empt. & vendit.* ex recepta Canoniſtarum
opinione, quæ habet, rem ſcilicet, & pretium eſſe in obli-
gatione. Vnde re perempta, quæ alternatiuè debetur, &
eſt in obligatione, obligatio manet ad pretium *leg. in*
emptione, §. ſi emptio, ff. de contrah. empt. leg. Stichum, aut
Pamphilum, ff. de ſolut. ſequitur *Rebuff. in tract. de reſcind.*
contract. tom. 2. art. vnic. gl. 15.

3 Contrarium, & quidem verius tradidit *Gloſ. magna in*
d. l. 2. ibi, ſecus ſi fortuito caſu communiter ibi recepta:
quodq; re perempta ſine culpa emptoris omninò ille li-
beretur quoque iuſti pretij ſupplemento, probatur ex ea
communi ſententia, quæ ait rem tantum hoc in caſu eſſe
in obligatione, pretium autem in ſolutione, & facultate
ſoluendi, vt per *Ant. Pinell. in d. l. 2. part. 3. cap. 3. per tot.*
vbi docet nil intereſſe vtrunq; in obligatione eſſe, rem
ſcilicet & pretium, vel rem ſolum, & pretium in ſolutio-
ne: potuiſſet enim eodem modo res apud venditorem
perire facit *Gloſ. in l. fin. num. 1. ver. dolo, ff. ad l. Rhod. de iact.*
Afflict. dec. 150. num. 9.

4 Confirmatur, quia vbi quãtitas debetur occaſione cer-
tæ ſpeciei, quæ ſi adeſſet, inuito creditore à debitore tra-
di poſſet loco illius quantitatis, perempta ea ſpecie debi-
tor liberatur à ſolutione quantitatis, *l. 1. §. fin. ff. ſi cui plus,*
quàm per l. Fal. in l. ſi ſeruus communis, ff. de furt. functo verſ.
ex his igitur. Bart. in l. quod te mihi num. 4. ff. ſi cert. pet. vbi
Alex. num. 4. Iaſ. nu. 15. Soc. num. 12. Dec. in prima lect. n. 16.
Purpur. num. 6. de magis communi Iaſ. in l. rogaſti in principio
num. 5. & in l. ſi eum ſeruo num. 2. ff. ſi cert. pet. de communi
Gomez. variar. reſolut. lib. 1. tit. de legat. 3. nu. 1. & 2. & tom.
2. C. de ſeruit. num. 22. de communi pariter teſtatur *Couar.*
5 *lib. 2. var reſolut. cap. 4. num. 12.* & ſic liberatur emptor ab
ea quantitate re perempta caſu fortuito, vt in ſpecie te-
ſtatur *Couar. in loco præcitato. Pinell. in d. l. 2. par. 2. cap. 1.*
num. 36. & 37. vbi dicit veriorem, & receptiorem, ſequi-
tur *Ant. Padilla in d. l. 2. n. 37.* & hanc opinionem proba-
uit *Gutier. Pract. qq. lib. 2. q. 135.* qui in quæſtione ſequenti
agit, quid è conuerſo, ſi emptor fuit læſus vltra dimidiam
6 iuſti pretij, & res fuerit perempta apud eum abſque eius
culpa, an agere valeat contra venditorem, vt illi reddat
illud plus, quod ſoluit iuſto pretio, & inquit pro parte af-
firmatiua concludendum videri, quia licèt res perempta
ſit, loco tamen eius venditor pretium habet, quo caſu vr-
get æquitas *dict. l. 2.* ne venditor plus iuſto pretio ab eo
emptore habeat, quaſi, quod ſufficiat dicto caſu venditori
iuſtum pretium retinere pro re iam perempta, & minus
damnum rei peremptione emptori imminere, nec ius
quod habebat amittere debet ex caſu, quo culpa caret; &
addit in terminis ita tenere *Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 4.*
num. 14. in fine Pinell. in d. l. 2. par. 2. cap. 1. num. 39. Cod. de
reſcind. vendit.

7 Prædictis tamen non obſtantibus dicitur in vtroq; con-
trarium firmare *Ant. Gomez. tom. 2. var. reſol. c. 2. ſub num.*
22. verſ. Item adde. Quia cum res ſit perempta, emptor
non poteſt ipſam dare, nec reſtituere venditori, cum non
entium nullæ ſint qualitates, *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi*
8 *cert. pet.* cui tamen concluſioni *Gutier. d. q. 137. ex lege Re-*
gia, & Matienc. ibidem citato, dicit ſuperiora procedere,
quando res periret ante litem conteſtatam, nam ſi poſt
litem conteſtatam periret tunc continuabitur inſtantia,
& cauſa, ac ſi res non fuiſſet perempta.

9 Simile eſt, quod dicimus de diminutione quantitatis
redditus annui de ſeptem ad quinque pro ſingulo cente-
nario contingente poſt mortem teſtatoris, & ſuperioris
auctoritate ſine dolo, & culpa hæredis, quæ cedere debet
damno legatariorum, qui annuam vtilitatem percipie-
bant de ſeptem, nunc autem de quinque, quia res perit
domino, nec nõ, & illi cui quantitas debetur reſpectu cer-
tæ ſpeciei peremptæ, *l. eam ita, §. ſpecies, ff. de leg. 2. l. domos*
hæreditarias, ff. de leg. 1. leg. ſi ex legati cauſa, § fin. ff. de verb.
obliga. l. mulier, §. ſed etenim, ff. ad Treb. & l. in ratione, &
diligenter, ff. ad leg. Fal.

10 An autem id locum habeat in annuo legato ex certa re
præſtando, & an per illius rei peremptionẽ legatum ceſ-
ſet, alia difficultas, & reſolutiuè agendo dicimus, quòd ſi
onus illud adſcriptum fuerit legatario certæ rei, re perem-
pta, is liberatur, quoniam, legatarius ſupra rem relictam
onerari non poteſt, *l. liberto, §. 1. ff. de ann. leg. l. maritũ, §. 1.*
ff. ad l. Fal. Idem in hærede habetur ex *l. legatum, §. vini ff.*
de ann. leg. & ita reſpondit Sigiſmund. Loffred. conſ. 2. ſub nu.
39. 41. & 45. quia etiam ſimplex debitum quantitatis re-
ſpectu certæ rei, ſiue ex promiſſione, ſiue ex legato re per-
empta non debetur *Caſtr. in l. in ratione in princ. ff. ad l. Fal.*

l. qui-

in l.quidam, §.ſi tibi,ff.de legat.1. Alex. in leg.quod te, ff.ſi cert.pet.Peregr.de fideicom. art.4. n.57.

11 Qui & *n.54.* agit quando hæreditas non minuitur, ſed in re particulari, vt quia corpora aliqua pereunt, nam ſi corpora illa pereunt ſine dolo, & culpa lata hæredis, & ante moram, pereunt fideicommiſſario vniuerſali, *l.deducta,§.ante diem,& l.mulier,§.ſed enim.ff ad Treb.* ea ratione,quia corpora hæc ſunt de vniuerſitate hæreditatis,& ea propter pereunt ſucceſſori in hæreditate; & ſic dicto fideicommiſſario vniuerſali,qui hæredis loco per Trebellianum ſubrogatur, *leg.qui quadringenta,l.poſtulante,§.1. & l.ex aſſe, ff. ad Treb.* ad differentiam hæredis Falcidij,
12 nam ſi legatarij ſint illorum corporum,eis pereunt, cum res citra dolum, ac moram poſſeſſoris, domino pereat, cui debetur, vt prædixi, *d.l. ſi ex legati cauſa, ff.de verb. oblig.& in l.cum ita §.ſpecies,ff.de leg.2.& eſt text. in l. domos hæreditarias,ff de leg.1.*

13 In legatarijs autem quantitatum, ſeu aliarum rerum, peremptio ſeu caſus contingens in rebus hæreditarijs ſpectant ad hæredis damnum, & legata non minuuntur ad *text.in leg.in ratione la ſeconda in principio, ff. ad l. Falc.* ratio eſt, quia ineunda ratione legis Falcidiæ tempus mortis teſtatoris ſpectatur, vt latius per *Peregrin. dict. artic.4.num.56.*

14 Quæri inſuper poteſt, quid in legitima determinandum ſit.

Quare dicitur, quod ſi legitima ſemel fuit deducta & calculata, illi ſtandum eſt ac ideò ceſſat omnis, quæſtio incrementi, ſeu decrementi *leg.fundum Cornelianum, ff.de nouat.in l. ſub prætextu, ff.de tranſact. Alex. in l.cum quo in princ.ff.ad l.Fal.*qui,& ſi loquantur in falcidia, idem tamē dicitur procedere in legitima.

15 Vbi verò diminutiones rerum contingunt poſt patris mortem, an eæ ad onus filij pertineant, quatuor conſtituuntur caſus.

Primus eſt,quando peremptio ſeu diminutio contingit in re particulari relicta pro legitima, quæ talis ſit, quæ relinqui potuerit,& tunc cedit damno filij, *l.Patronum,§. Patronus,ff.de bon.liber.Bal.in l.ſcimus,quæſt.3.C. de inoffic. teſtam.Paul.de Caſtr.& Alex.in dicta l.in ratione numer.6. Ruyn.conſ.55.ſub nu.6.verſ. & idem quando lib.2.*qui addit hoc ideò eſſe, quia in illum tranſiuit dominium ipſo iure, ſicut in alium legatarium, *leg.à Titio de furt.l.quoties,C.de hered inſtituendis.*

16 Secundus eſt caſus, quādo aſſignata ſeu relicta filio pro legitima per iudicis ſententiā, legitimè, fuerunt euicta; & tunc dicitur ſuppleri debere filio, re illa ſic euicta de calculo ſubducta,*dict.l.ſcimus in princ.de inoff teſta.& l.ſi verò, ff. de bon. liber.*

Ampliatur idem procedere in Trebellianica,vt per *Iaſ. ibidem num.6.*

Fallit, ſi euictio minus legitimè ſequeretur, quia filio imputatur, vt per ſcribentes ibidem, & *Paul. de Caſtr.& Alex.in d.l.in ratione, ff.ad l.Fal.*

17 Tertius caſus eſt,quando diminutio ſeu peremptio cōtingit in rebus particulariter legatis, & alia ſuperſunt bona, ex quibus legitima integra ſatisfieri poteſt damnum ſpectat ad legatarios,non autem ad filium,ſic *Alex in d.l. in ratione ſub num.6.in fine*; rationemque affert,quoniam vbi ſuperſunt alia bona,ex quibus legitima commodè de-
18 trahi poteſt,non minuuntur corpora particulariter legata *Bald.in rubr ff.de rerum diuiſ.col.1. optimè Ruin.conſ.17. num.8.lib.5.& conſ.57.num.24.lib.2.Grammat.deciſ.93. n. 7.Natt.conſ.199.ſub num.9.* qui ait, alleganti non extare alia bona ad effectum minuendi corpora legata incumbere onus probandi; Idem *Natt. conſ.224. & conſil.238. Cranett.conſ.109.num.6.Couar.in c.Raynaldus,§.11.num.5. extra de teſtam. ſic ſæpè de facto obtinuiſſe teſtatur Peregr. de fideic.art.4.num.34.*

19 Quartus eſt caſus, quando diminutis, & peremptis aliquibus corporibus hæreditarijs,legitima nondum eſt detracta, & tunc diminuitur quoque legitima pro rata illorum corporum,ſecundum *Caſtren.& Alex.in d.l.in ratione in princ.* ea ratione ſecundum eos,quia legitima pro rata debetur in ſingulis corporibus hæreditarijs, & ideo peremptio, ac diminutio pro rata pertinet ad filium, quoniam res perit ei, cui debita eſt, remota debitoris culpa,*d.leg.in ratione,§. diligenter*, vbi nedum in creditore ſpeciei, ſed etiam in creditore generis ſubalterni, eo genere perempto, locum, habet; & ita omnes ſcribentes ibi,& *in l.Titia textores,§.finali,& in leg.quidam teſtamento,§.ſi tibi,ff.de leg. 1.* vbi in debitore quantitatis reſpectu certæ ſpeciei qua perempta liberatur, & in *d.l.cum ita, §. species,ff.de leg.2.& ſuperius dixi ſub num. 15.*

20 Et hoc eſt quod dicimus, quòd ſi patrimonium teſtatoris ex euictionum cauſa, de quibus non cogitauit, minuatur non minuuntur legata ad releuamen hæredis,& fideicommiſſarij vniuerſalis,quia nullo iure cautum reperitur, ſequentes poſt aditam hæreditatem euictionis rerum minuere legata, & relicta particularia, & abſque difficultate,cum penès hæredem remanet quarta, vel cum hæres agnoſcit hæreditate ſine beneficio legis,& inuentarij. Et quoniam patrimonij quantitas inſpicitur tempore mortis,*d.l.in ratione,§.quātitas,& leg.Lucius,§.fin.ff. ad Trebellian.*

21 Sed adhuc ſupereſt vna difficultas,an diminutiones patrimonij ex cauſa de præterito originem habentes in vita teſtatoris ſicuti euictiones bonorum,illę ad damnum vniuerſalis fideicommiſſarij ſpectent, & reſpondetur affirmatiuè, quia hæreditatem diminuunt: origo enim cuiuſque rei, & eius cauſa ſpectanda eſt, *l.nam origo,ff.quod vi, aut clam poſt Bart.& Paul.de Caſtro ab eo relatos ita reſpondit Ruyn.conſ 109.num.20 lib.2. M.Ant.Peregr. de fideic. art.10.num.46.*

ARGVMENTVM.

Vendens bona ad certum, ac determinatum finem,& effectum,ſi is non ſequatur, an poſſit reſcindere contractum inuito emptore.

Et an per emptorem dicto caſu de euictione agi poſſit.

Læſus quis dicatur ratione oneris appoſiti in venditione.

SVMMARIVM.

1 *Vendens bona ad certum,ac determinatum finem,& effectū, ſi is non ſequatur, poteſt reſcindere contractum.*

Ratio affertur, num.2.

3 *Implementum cauſę finalis, vbi ſequi non poteſt, tunc contractus etiam nominatus reſcinditur.*

Et præſertim,quando materia deuenit ad impoſſibile tempus eſſendi,num 4.

Et etiam, quando res deuenit ad caſum quo incipere non poteſt,num.5.

Extendas eò magis procedere, cū venditor agere non poteſt ad aliquod intereſſe,ex quo impeditur facto Principis, volentis confirmare ipſum contractum,num.7.

Quo caſu,cum agi non poſſit ad intereſſe, num.8.

Eſt locus repetitionis rei venditæ,num.9.

Primò ampliatur procedere etiam quòd venditor promiſe-

ti

Digitized by Google

rit obſeruare contractum, & non contrauenire; nec petere reductionem ad viam iuris, & obtenta non vti, n.10.
Et de ratione ibidem.
Secundò ampliatur etiam facta obligatione de ſoluendo, ſi fiat ſub conditione non dependente à voluntate ſua, ſed Principis, n.12.
Tertiò ampliatur habere locum, etiam quando agitur de venditione rei communis, pro qua promiſſum fuit de rato, aliàs ab intereſſe.
Maximè ſi agatur in materia retractus, quando res vendita illius occaſione euincitur, venditor ad aliquid non tenetur, licet promiſſum fuerit facere conſentire omnem perſonam habentem intereſſe cum alijs ampliſſimis clauſulis, n.14.
Quaſi tunc euictio ſequatur ex natura ipſius rei, n.15.
6 *Cauſa finalis dicitur illa, ſine qua quis alias contracturus non eſſet, vel fuiſſet.*
11 *Venditor contrauenire non dicitur, nec cogitur ad obſeruantiam contractus, quando emptor cogi non poteſt ad pretij ſolutionem.*
16 *Læſus quis dicitur ratione oneris appoſiti.*
Licet non ſemper onera faciant exceſſum, nec computentur ad reſcindendam venditionem, n.17.
18 *Vendens ſextarium frumenti quatuor aureis iuxta pretium à ſtatuto præfixum, onere adiecto quod gabella ſpectet ad emptorem, non incidit in pœnas ſtatuti contra eos, qui plus vendunt frumentum vltra dictum pretium.*
19 *Iudex ex officio inquirere poteſt verum valorem etiam poſt concluſionem in cauſa, ſi in dilationibus datis partibus ad probandum læſionem, nihil fuit probatum.*
Ampliatur procedere quoque in obligationibus faciendi aliquid reſpectu eius, quod intereſt n.20.
Et in iudicio reddendarum rationum, n.21.
At in fructibus, & prouentibus, quorum certa quantitas non probatur, n.22.
23 *Agens ad reſciſſionem contractus iurati, debet concludenter probare ſuam intentionem, alias probatio dubia non releuat; maximè, ſi inſtrumentum habet primordium veritatis.*

Quæſt. XCVI.

1 VEndens bona ad certum, & determinatum finem, & effectum, ſi is non ſequatur, venditor poteſt, qui
alias non fuiſſet venditurus, à venditione recedere ex
æqualitate *l. cum te fundum, C. de pact. inter empt. & vend.*
2 quo loci Imperator eam æquitatem conſiderat, quia contra pars acceptis ſuis pecunijs nullam paſſa videri poteſt
iniuriam, vt per *Gloſ. in ver. conueniat in fine verſ. Vel verius, & Glo. fin. in l. ea conditione, ff. de reſcind. vend. Abb. in cap. cum rerum ſub num. 2. verſ. Inde concludo de condit. appoſit. Corn. conſil. 105. num. 17. & 71. verſic. & hoc niſi modus lib. 1. Alciat. conſil. 69. num. 14. lib. 8. Cranett. conſ. 192. num. 22. conſil. 246 num. 2. & conſ. 299. num. 1. Boſſ. de remiſſ. merced. ſub num. 50. verſic. Niſi eſſet pactum. Rota in cauſa Imolen. Molendini 10. Nouembris 1603. coram Sanctiſs. quæ inter impreſſ. eſt deciſ. 130. & in Romana Pratorum 29. Nouembris 1611. coram R.P.D. Pirouano,* quod &
probatur ex *tex. in l. bona fides, ff. actio. empti.* quæ pariter fundatur in æquitate, ne venditor, qui conſequi non poteſt pretium, careat etiam re, *Gloſ. ibi in ver. beneficium Alberic. num. 2.* nam vbi ſequi non poteſt implementum
3 cauſæ finalis, tunc contractus etiam nominatus reſcinditur, vt declarat *Paul. de Caſtr. in d. l. bona fides ſub n. 2. Socin. conſ. 26. num. 4. in fine, & num. 5. lib. 1.* vbi propter interdictum Regis Galliarum ſequi non poterat cauſa finalis venditionis, & illum refert, ac ſequitur *Surd. conſ. 381. n. 6. lib. 3. Dec. conſ. 45. num. 29. Rolan. conſ. 60. n. 36. lib. 4. & fuit dictum in Romana penſionis domus 16. Nouembris 1611. co-*
4 *ram eodem Sanctiſſ.* & præſertim, quando materia deuenit ad impoſſibile tempus eſſendi, quia tunc contractus in totum reſoluitur, ad notata per *Bal. in l. ſi Gaudentius verſic. aut deuenit ad impoſſibile tempus, C. de contrah. empt. vbi Salyc. & idem Bal. in l. patre furioſo n. 3. ff. de his, qui ſunt ſui,*
5 *vel alien. iur.* & præterea, quando res deuenit ad eum caſum, a quo incipere non potuit, quo caſu bene licet a contractu recedere per *Bal. in d. l. ſi gaudentius. Rota dec. 676.*
6 *ſub num. 8. in recent. p. 2.* cauſa autem finalis in propoſito illa dicitur, ſine qua quis alias contracturus non fuiſſet, vt fuit dictum in dicta Romana penſionis domus *Surd. conſ. 563. ſub n. 4. verſ. & in prædictis lib. 4.*
7 Extende dicta ſupra eo magis procedere, cum venditor agere non poteſt ad aliquod intereſſe, ex quo impe-
8 ditur facto Principis nolentis, puta, confirmare contractum, prout inter partes fuit celebratum: quo caſu cum agi non poſſit ad intereſſe, *l. huius, ff. de euictio.* eſt locus
9 repetitioni rei venditæ iuxta æquitatem de qua in *l. cum te, C. de pact. inter empt. & vend. & in d. l. bona fides, cum ibi notatis per Bart. in ſumm. ff. de actio. empti. vbi Salyc. num. 1. & Paul. de Caſtr. in ſummar.* intelligunt illum text. ſi venditor conſequi non poſſit pretium ex facto Principi *Socin. ſen. conſil. 26. num. 4. & ſeqq. lib. 3. Surd. d. conſil. 381. n. 6. lib. 3.*
10 Quæ adeo vera ſunt, vt obtineant, etiam quod venditor promiſerit obſeruare contractum, & non contrauenire; nec petere reductionem ad viam iuris, & obtenta non vti, quoniam promiſſio illa intelligi debet, quatenus contractus confirmetur, vel reciperet robur, puta a ſuperiore, iuxta illius formam, ita vt effectum ſuum ſortiri poſſet; quod quatenus obtineri non poſſit, alienans agere poteſt: non enim dicitur contrauenire, neque debet poſſe cogi venditor ad obſeruationem contractus; dum
11 emptor cogi non valet ad pretij ſolutionem, cum id ſit contra ſubſtantialia contractus quod nec ab initio conueniri poſſit, *l. ſi conuenerit, ff. de pact. vbi Paul. de Caſtr. in primo notab.*
12 Et quatenus ab emptore offeratur pretij ſolutio; & illa fiat ſub conditione non dependente à voluntate ſua, cum interuenire debeat aſſenſus Principis, talis oblatio attendenda non eſt, cum ex ea emptor det ſignum, quod ſoluere nolit, vt poſt *Bart. & alios dicit Cagnol. in l. 2. ſub n. 227. C. de reſcind. vendit. Rota d. deciſ. 676. num. 13. in recentior. par. 2.*
13 Idem dicimus quando ſumus in venditione rei communis, pro qua promiſſum fuit de rato: alias ad intereſſe, ad quod cum teneatur venditor non ſecuta ratificatione, æquum non eſt, vt priuetur re ſua, & ſoluat intereſſe.
14 Et præſertim, ſi agatur in materia retractus, quando res vendita illius occaſione euincitur, venditor ad aliquid non tenetur, licèt promiſſum fuerit facere conſentire omnem perſonam habentem intereſſe, & cum alijs ampliſſimis clauſulis, vt per *Rotam coram Card. Millino in Rom. retractus 24. Aprilis 1600. Afflict. de iure Prothomis, §. 2. in verb. & infra triginta dies, in fine, num. 37. Maſuer. de retract. §. idem ſecundum opinionem,* quaſi tunc euictio ſe-
15 quatur ex natura ipſius rei, latè *Menoch. conſ. 418. per totum lib. 5. Bece. conſ. 24. n. 16. Surd. conſil. 70. n. 17. poſt Aretin. conſ. 3. in principio.*
16 Et quatenus rei venditæ ſit annexum onus, quamuis ratione talis oneris appoſiti in venditione quis læſus dicatur, quaſi onus ſit pars rei, *l. fundi de contrah. empt. Abb. in c. cum aliquibus in ſecundo notab. de decim.* nihilominus
17 non ſemper iſta onera faciunt exceſſum, nec computantur ad reſcindendam venditionem, vt dicimus in onere laudemij, ſeu gabellæ, cum illam emptor non recipiat: nam ſolum habetur ratio eius pretij, quod pars recipit, & ſi in hoc interueniat læſio vltra dimidiam, agetur ad reſciſſionem, alias non competit dicta actio *Rebuff. in*

terminis

terminis de reſeiſſ.contractus art.vnico Gloſ.15.n.17.tom.2.

18 Quare vendens ſextarium frumenti quatuor aureis iuxta pretium à ſtatuto præfixum, adiecto onere, quod gabella ſpectet ad emptorem, non incidit in pœnam ſtatuti, cum onus huiuſmodi gabellæ non faciat exceſſum pretij, quoniam ex onere adiecto emptioni, ac venditioni, nihil commodi percipitur per emptorem, aut venditorem. Vnde nimirum, ſi illud non habeatur loco pretij *Felic.de Solis in tract.de cenbus lib.2.cap.6.num.10.in fine, qui refert Ludo.Mexiam in pragmat.de taxa panis, concl.3. num.10.*

19 Præmiſſis addo, quod in dilationibus, quæ dantur partibus ad probandum læſionem vltra dimidiam iuſti pretij, in alienationibus rerum ſuarum; ſi pars nil probet, vel non plenè probauit, iudex tunc inquirere poterit ex officio verum valorem ipſius rei, hocque facere debet etiam poſt concluſionem in cauſa, iuxta quæ tradit *Vaſq.in l.ſi quis in ſuo,§.legis n.35.C.de inoffic.teſtam.& in tract.de ſucceſſ.reſolut.lib.3. fol.24.* vbi ampliat ad obligationes ali-

20 quid faciendi, reſpectu eius quod intereſt: etſi enim ſit dilatio data ad probandum intereſſe, & non fuit aliquid

21 probatum, tamen æſtimatio fieri poteſt per iudicem, idemque erit in iudicio reddendarum rationum, quod agitur inter pupillos, & tutores, ac ſimiles in pluribus generibus negotiationum, quod voluit *Bart.in leg.ſi quod ex Pamphila in fine,ff.de legat.2.vbi latè Alex in addit.in ver.*

22 *officio ſuo*, qui hoc ampliat ad fructus, & prouentus, & ſimilia quorum certa quantitas non probatur, & notant omnes in *l.vnico,vbi Bart.in fine verſic. vltimo debes ſcire, C.de ſent.quæ pro eo,quod intereſt, per tex.in l.ſemper,§.in hoc interdicto ff. quod vi, aut clam.*

23 Notabis præterea, quod agens ad reſciſſionem inſtrumenti iurati debet concludenter probare ſuam intentionem, alias probatio dubia non releuat, præſertim, ſi inſtrumentum habet primordium veritatis, *l.cum filius, §. hæres meus,ff.de leg.2.Bal.conſ.293.n.2. in fine lib.1. Curt. ſenior conſ.55.num.9.in fin.Bellamer.deciſ.544.Rota coram Card.Seraph.deciſ.940.n.1.& 8.*

ARGVMENTVM.

Venditor agens ad pretium rei venditæ ad quid tenetur.

Exceptio pretij non ſoluti, quando impediat executionem ſententiæ latæ ſuper re vendita tradenda.

Venditor, an, & quando de euictione tenetur, quando in venditione facta eſt promiſſio cum pacto conſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Venditor agendo ad pretium rei vendita prius offerre debet rei traditionem.*
Declaratur n.7.
Idem procedit in emptore, qui pretium offerre tenetur, n.2.

3 *Oblatio requiritur, tam in eo, qui vult actionem, & illius exercitium contra alium ex ſuo implemento, quàm in eo, qui vult excludere ius iam quæſitum aduerſario.*
Et ſi conditio impleta eſſet, non ſufficit, niſi liquidetur, & conſtet iudici, n.4.

5 *Conditionis euentus liquidari debet coram iudice.*

6 *Oblatio facienda ab eo, qui tenetur implere, fieri poteſt etiam iudicio pendente.*

8 *Iudex ex officio mandare poteſt emptori, vt ſoluat pretium, & qualiter ſententia ſit concipienda, ibid.*
Quaſi hoc ſit connexum actioni, n.9.

10 *Actioni, vel obligationi, quod eſt intrinſecum, allegatum cenſetur, deducta obligatione, adeò quòd tunc iudex teneatur ſupplere ſuper omnibus.*
Extende, vt ibid.

11 *Exceptio pretij non ſoluti opponi poteſt in executione, quando emptor agit ad rem tradendam, & reportauit ſententiam fauorabilem.*
Et de ratione n.12.
Venditor non liberatur ab actione ex vendito quando tradit item emptori, qui conſtituit ſe precario poſſidere, quouſque eidem venditori ſolueretur pretium.

14 *Fideiuſſor, qui ſe obligauit ad emptorem ipſum conſeruandum indemnem, de euictione tenetur, vbi aliàs non teneretur.*

15 *Venditor de euictione tenetur, quando in venditione facta eſt promiſſio cum pacto conſtituti.*
Fallit ſi euictio ſequatur culpa ipſius emptoris, n.16.
Sublimitatur, quando interuenit ſpecialis, & indiuidua promiſſio, n.17.
Et ſufficit promiſſio verbis amplis, & generalibus, n.18.

Quæſt. XCVII.

1 VEnditor agens ad pretium rei venditæ prius offerre debet rei traditionem *Dec.conſ.421.*plenè, & ſubtiliter *num.6.in fine*, vbi idem è conuerſo dicit procedere

2 in emptore, qui pretium offerre tenetur, idemque ſenſit *Anchar.conſil.332.viſis diligenter in princ.num.1. Imola in*

3 *l.ſtipulatio n.5.& 6.ff.de oper.nou.nunc.* vbi quod requiritur oblatio tam in eo, qui vult conſequi actionem, & illius exercitium contra alium ex ſuo implemento, quam in eo, qui vult excludere ius iam quæſitum aduerſario, ſequuntur *Fulgoſ.& Aretin.in l.filia licet,& ibidem Dec.ſub n.3.verſic.ſed tamen aduertendum eſt,C.de collat.* vbi teſtatur de veriori.

4 Quinimò etiamſi conditio in veritate impleta eſſet non ſufficeret, niſi liquidetur, & conſtat iudici *Dec.dicto conſil.421.ſub num.6.in fine Alex. in l. fin.§. Titius num.5.*

5 *ff.de vulg.& pupill.* vbi quod euentus conditionis liqui-

6 dari debet coram Iudice, *l.hoc iure,ff.de verb.obligat.* & iſta oblatio ab eo qui tenetur, implere fieri poterit etiam iudicio pendente, adeò quod idem iudicium intentatum per actorem conualeſcet per ius ſuperueniens ex cauſa de præterito *Paul.de Caſtro conſil.166.ſub numer.2. in fine verſic.de quodam conſonguineo lib.1.Alex.conſil.27. viſo libello col.2.verſic.Conſulo tamen,lib.1.& conſil.78. in cauſa & lite,in fine verſic.Cautum tamen,eodem lib.Dec.in leg. filia licet,in fine,C.de collat.Tiraq.de retractu lignag.§.1.Gl. 118.n.13.*

7 Declaratur dicta concluſio, vt procedat in contractibus innominatis, *l.ex placito,C.de rerum permut. Felyn.in cap.intantum ad fin.de Simon.Paul. de Caſtr. conſ.81. viſo quodam proceſſu ſub num.1.verſic. Nam in primis lib.1.* ſecus in contractibus nominatis, in quibus emptor agere poteſt ad rem venditam, quamuis non offerat, & ſoluat pretium, ſi non opponatur, quia actio eſt ipſo iure nata in contractibus nominatis, etiam ſine oblatione propter ſolum conſenſum interuenientem, prout eſt emptio, abſque eo quod agens impleat pro parte ſua, niſi opponatur exceptio; ità *Felyn.in dicto cap. intantum in fine num.4. de ſimon.poſt Bal.in l.1.ad finem,n.22.C.de vſur.& fruct.legat. & in l.1.in fin.C.de his,quæ ſub mod.legat. relinquun. & in l.1.in num.3.in fin.Cod.ne liceat in vno eademque cauſa ter. pronoc.& clarius in l.traditio,colum.1.in fine quæſt.3. ff.de action.empt.Boer.deciſ.423.num.30.Dec.conſil.197. viſo in-*

ſtrumento

ſtrumento conuentionis, in princ. num. 1. Bar. Paul. de Caſtr. Raphael Comen. Iaſ. & alij adducti per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gl. 17. n. 4. Alex. in l. filia licet, C. de collat. Bar. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit num. 3. ff. de iureiur. & ibi Adden. in verſ. iuxta hoc. Bertaz. conſ. ciuil. 16. numer. 4. & conſ. 11. n. 8. & 9. vbi de veriori teſtatur.

8 Iudex verò vbi videt non fuiſſe ſolutum pretium venditori, ex officio mandare poterit emptori agenti, quod ſoluat pretium, quamuis ad hoc actum non fuerit, & ſententia concipietur condemnando venditorem ad tradendum rem emptori ſoluenti pretium: alias non *Felyn. in d. capit. intantum in fine, de ſimon. per text. in leg. ſi pater, in fine, & ibi Bal. in quinta notab. Cod. de actio. empt.* quaſi
9 hoc ſit connexum actioni, *l. cum eorum, Cod. de ſentent.* & hæc opinio verior eſt, vt per *Bertazzol. d. conſ. 16. num. 6. Boer. deciſ. 123. num. 31. Andr. ab Exea de pact. num. 436. verſic. ego tamen, & declarat Felyn. in cap. cum eruditio-*
10 *nem num. 17. de reſcript.* vbi quod illud, quod eſt intrinſecum actioni, vel obligationi, allegatum cenſetur, deducta obligatione, vel actione, adeo quod tunc iudex ſupplere teneatur ſuper omnibus: quidquid aliud ſit quando non ineſſet, quia tunc liceretur ex deductis, & iudex non teneretur ſupplere exemplo actoris, qui petit reum condemnari ad decem purè, quia ſi conſter iudici illa decem promiſſa extitiſſe ad diem, condemnabit ad dandum dicto tempore, & ſi reus non oppoſuerit *Bart. in l. enim, qui ita ſtipulatur, §. ſi quis ita de verbor. oblig. Felyn. in dicto c. intantum, in fine de ſimon.*

Quod procedit etiamſi non explicitè id fiat, ſed iudex dixerit, condemno iuxta formam inſtrumēti emptionis, quia ad illud ſe referendo, cenſetur ſe retuliſſe ad omnia in eo contenta, & per conſequens, condemnaſſe ad rem tradendam quoad vnum, & ad ſoluendum pretium quoad alium, cum ſententia valeat, referens ſe ad acta probatoria, *leg. 2. Cod. de ſent. quæ ſine cer. quanti. l. in ſumma de re iud. Vant. de nullit. ex defectu proceſſ numer. 103. in terminis Bertazzol. conſ. 16. num. 6. & infra.*

11 Exceptio autem non ſoluti pretij quando emptor agit ad rem emptam tradendam, & reportauit ſententiam fauorabilem, an per condemnatum opponi poſſit ad executionem impediendam ipſius ſententiæ, alia eſt conſideratio, & magis communis eſt opinio, quod per eam huiuſmodi executio impediatur, vt per *Iaſ. in l. ſi duos patroni, §. ſi quis inuenerit numero quarto, ff. de iureiurand.*
12 quoniam, licèt exceptio prædicta de ſui natura ſit ſolutionis dilatoria, nihilominus habet cauſam dubiam, an videlicet emptor ſit oblaturus pretium, necne. Qua dubietate pendente, exceptio interim habetur pro perpetua, vt declarat *Matthe. Coler. de proceſſ. execut. parte quarta, cap. 1. numero 97. ad 104. & in capit. cum venerabilis numer. 35. de except.* vbi reſpondet contrarijs; cum id fuerit in libertate rei conuenti, quaſi ſciret, exceptionem etiam poſtea oppoſitam non impugnare rem iudicatam, & ſententiam, ſed ſolum illius executionem impedire, quod permittitur *l. Neſennius, §. finali, ff. de re iudica.* quam etiam adduxit *Iaſ. in dicta l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit numero quarto in fine,* vbi idem tenent *Paul. de Caſtro Salyc. & cæteri Capye. deciſ. 119. numero 4. Boer. deciſ. 43. numer. 16. & 17. Franc. Milanen. deciſ. 185. & 186. parte 2. de magis communi latè Dec. conſil. 119. num. ſecundo, & in cap. ex parte col. 6. verſic. ſecundo prædicta limitatio. de offic. deleg. de quo latè etiam per Aſin. de execut. cap. 172. num. 9.*

13 Sed quid dicendum, quando adeſt præcarium in inſtrumento? Et reſpondetur, quod eo non obſtante, venditor non eſt liberatus ab actione ex vendito, quando tradit rem emptori, qui conſtituit ſe præcario nomine poſſidere à venditore, putà quouſque eidem venditori ſolueretur pretium, ex quo tunc non habetur pro re per-
14 fectè tradita emptori, cum venditor poſſit reuocare præcarium, & rem auocare: quicquid aliud ſit, quando venditor conſtituit ſe præcario nomine emptoris poſſidere, quia tunc venditor liberatur *Alexand. conſil. 27. column. 2. verſic. Prædictis nec obſtat, libr. ſecundo,* vbi ſic declarat *Gloſ. in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de actio. empti,* quo in caſu etiam fideiuſſor, qui ſe obligauit ad emptorem ipſum conſeruandum indemnem, tenetur de euictione, vbi alias non teneretur, vt per *Rot. deciſ. 152. in fine parte 2. in nouiſſ. Bero. conſil. 172. num. 6. lib. 1. Roland. conſil. 67. lib. 4. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 9. nu. 56. refert,*
15 *ac ſequitur nouiſſimè Rot. Bononien. deciſ. 102. numer. 24. & 54. in recent.* & quod multò magis teneatur venditor de euictione, quando in venditione eſt facta promiſſio cum pacto conſtituti *Rot. Roman. in Bonon. de Blanchettis, & Arioſtis ſexta Martij 1592. coram Cardin. Millino:* & rur-
16 ſus in alia propoſitione eiuſdem cauſæ coram eodem 9. Decembris eiuſdem anni: niſi tamen euictio ſequatur culpa ipſius emptoris, vt alias dixi *Surd. deciſ. 208. numer. 17. Hipp. Riin. conſ. 1. num. 44. & ſeqq. Pedroch. conſ. 13. nu. 26. Peregr. conſ. 66. numer. 77. lib. 3. Mareſcot. var. reſol. lib.*
17 *2. cap. 19. nu. 36. Carol. Bardellon. conſ. 152. num. 8. & ſeqq. lib. 2.* quo etiam caſu interueniente ſpeciali, & indiuidua promiſſione agi poteſt de euictione, vt per *Bardellon. dicto conſil. 152. num. 22. & Mareſcott. d. cap. 19. numer. 39. qui alios citat.*

18 Sed dubium eſt, num ſufficiat, ſi fiat promiſſio verbis amplis, & generalibus licet non nominatim, & in indiuiduo, & ſufficere cenſuit *Rota d. deciſ. 154. num. 5. parte ſecunda in nouiſſ. & deciſ. 221. nu. 5. eadem p. 2. & in d. Bonon. de Blanchettis, & Arioſtis, & in Recanaten. tranſactionis coram Gypſio 22. Iunij 1592. ſequitur Alex. Raudenſ. qui de communi teſtatur deciſ. Piſan. 22. numer. 57. verſic. Nec obſtat. Mareſcot. dicto ca. 19. num. 33.*

ARGVMENTVM.

Res vendita emptori menſurata, ſeu numerata, ſi fuerit à fure ſubtracta, an emptor teneatur ſoluere pretium venditori, vel quouis modo agere poſſit aduerſus illum.

Conſanguineus ſi denunciet emptori ſe iure conſanguinitatis, vel vicinitatis velle rem emptam retrahere, an interim ſi pereat, illa pereat emptori.

Hæredes plures ſi extent defuncto, vnus eorum ſi petat rem putà à patre alienatam, qualiter repellatur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, qui pretium petit, oſtendere debet ſe ex parte ſua impleniſſe.*
2 *Contractus vbi eſt vltro citroque obligationis, niſi quis impleat pro parte ſua, agere non poteſt.*
Et de ratione ibidem.
3 *Emptor cum ex empto agit aduerſus venditorem, pretium offerre debet.*
4 *Emptor, qui partem pretij ſoluit, ſi res euincatur, repetit ſolum quod numerauit.*

5 *Exſeptio rei non tradita repellit venditorem agentem ad pretium, ſi rem non integram, vel non liberam tradidit, licet emptor per publicum inſtrumentum promiſerit, & ſtatutum mandet, quod inſtrumenta paratam habeant executionem.*

Sicut è conuerſo exceptio pretij non ſoluti repellit emptorem non obſtante ſtatuto, vt ſic, num. 6.

Fallit vt num. 8.

7 *Exceptio, non impleuiſti ex parte ſua ſemper opponi poteſt licet ſtatutum prohibeat exceptiones opponi.*

8 *Opponere ex inſtrumento non eſt opponere contra inſtrumentum.*

9 *Statutum diſponens quod contra inſtrumentum non admittatur aliqua exceptio, locum non habet in exceptione, quæ deſcendit ex ventre inſtrumenti.*

Quamuis aliqui contrarium teneant, nu. 11.

10 *Exceptio, tu non impleuiſti pro parte tua adeo eſt fauorabilis, vt iudex parte non opponente ſuppleat.*

12 *Iudex in ciuilibus poteſt ſupplere in facto abſque partis inſtantia in notorijs, quæ occurrunt poſt inteſtatam actionem & ſic poteſt libellum ineptum reijcere, & agentem ſine actione repellere.*

13 *Exceptio non impleméti eſt notoria ex inſtrumento, quod facit probationem.*

14 *Venditor diligentiam præſtare debet, & ipſam rem cuſtodire, donec tradatur.*

15 *Res vendita vbi præſtita non fuit ſed eſt furto ſubtracta priuſquam ſit tradita emptori, periculum eſt venditoris.*

Ratio affertur, num. 56.

Fallit ſi fuit emptori menſurata, ſeu numerata, n. 17. & ſeqq.

18 *Culpa regulariter non præſumitur, ſed qui illam allegat probare tenetur.*

20 *Res perit domino, quouſque, cui res debetur, non eſt in mora.*

21 *Conſanguineus ſi denunciet emptori ſe iure vicinitatis, vel conſanguinitatis velle rem emptam retrahere, & interim res pereat, peribit emptori, non autem conſanguineo, ſeu vicino.*

Fallit ſi conſanguineus ſit in mora in non deponendo pretium, & res interim perierit, quia periret conſanguineo, n. 22.

23 *Periculum rei venditæ poſt venditionem perfectam pertinet ad emptorem, dummodo ceſſet culpa, & mora venditoris.*

Et etiam quando prouenit ex natura rei, quo caſu non datur euictio, nec reſtituitur pretium, nu. 24.

Præſertim ſi emptor ſciuerit naturam rei, num. 25.

Quæ ſcientia requiritur, nu. 26.

Vnde datur cautela, quod emptor faciat venditorem obligare de euictione per verba prægnantia cum clauſula qualitercunque, & quandocunque num. 27.

29 *Venditor, quando res fuit ſubtracta ſine culpa, & poteſt vendicare, ſeu condicere conditione furtiua, ſatisfacit, ſi emptori actionem cedat.*

Extenditur idem procedere, ſi venditor rem dimittat in loco, & ſtatu, vbi prius ſolita erat eſſe ante illius venditionem, num. 30.

Vel quando iniungit emptori, vt res emptas ſecum deferat, num. 41.

32 *Emens rem ab eo, qui non eſt dominus, ſi poſtea efficiatur illius hæres illã vendicare nequit, & repellitur exceptione doli, tanquam iniuſtè tenetur rem à ſe venditam euincere.*

In emptoris tamen electione eſt hoc detectorem retinere ſi velit intentione actoris per exceptionem eliſa, ſeu potius eam reſtituere, & duplum conſequi euictionis nomine aduerſus eundem, num. 33

Vel ſi res euincatur, emptor agere quoque poteſt de euictione contra eum ad duplum euictionis nomine, num. 34.

Quod declaratur ibid.

35 *Hæredes plures vbi fuerunt defuncto, ſi eorum vnus petat rem à patre venditam, non ſolum repelli debet, ſed intentari poteſt contra eum hypothecaria, & peti, quod ſibi reſtituantur omnia bona pater, & vt hic.*

Neque talis hæres opponere poteſt de excuſſione facienda prius contra alios hæredes, num. 36.

Quæſt. XCVIII.

PRædictis ſuccedit ea quæſtio, an ſi res mobilis nedum oſtenſa, ſed menſurata, ſeu numerata, emptori fuerit ſubtracta per furem, emptor teneatur ſoluere pretium emptori.

1 Et ſi quidem res non appareat tradita, & in emptorem
translata, concludendum videtur non teneri.

Nam venditor, qui pretium petit, docere debet ſe ex
parte ſua impleuiſſe, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. &*
l. ſi pater, C. eod. tit. & promiſſis ſtetiſſe *Rota diuerſ. deciſ.*
331. num. 1. in Romana pecuniaria 2. Decembris 1596. coram Reuer. P. D. Pæuta inter impreſſ. Lugduni anno 1612. &
2 quod vbi contractus eſt vltro citroque obligatorius, niſi
quis impleat ex parte ſua, effectualiter agere non poſſit,
quia quælibet promiſſio habet tacitam conditionem, ſi
fides ſeruatur *Rol. à Vall. conſ. 53. viſo, & diligenter ſub nu.*
27. ver. quibus, & n. 28. lib. 1. quare etiam emptor cum ex
3 empto agit venditori pretium offerre debet; & ideo ſi
partem pretij offerat, agere ex empto non poteſt, & venditor rem, qua vendit, quaſi pignus retinere poteſt. Hincque eſt, quod ſi emptor partem pretij ſoluiſſet, & res empta euicta ſit tota, emptor agens ex empto non integrum
4 pretium conſequetur, ſed illud ſolum quod numerauit, *d.*
l. Iulianus, §. offerri. Vnde exceptio rei non traditæ repellit
venditorem agentem ad pretium, ſi rem non integram,
5 vel non liberam tradidit quamuis emptor per publicum
inſtrumentum ſoluere promiſerit, & ſtatutum mandet,
quod inſtrumentum publicum paratam habeat execu-
6 tionem, & nulla poſſit contra illud opponi exceptio; vt
è conuerſo exceptio pretij non ſoluti repellit emptorem non obſtante dicto ſtatuto *Dec. conſ. 119. nu. 1. Matthe. Coler. de poſſeſſ. excuſ. part. 4. cap. 1. num. 78. & 79.* nam
7 exceptio, tu non impleuiſti ex parte tua, ſemper opponi
poteſt, licet ſtatutum prohibeat exceptiones opponi
Crauett. conſ. 151. num. 10. Rol. à Vall. d. conſ. 53. num. 32. &
8 33. quia hæc oppoſitio fit ex inſtrumento, & ex ventre
ipſius, & opponere ex inſtrumento non eſt opponere
contra inſtrumentum *Matthe. Coler. dicto cap. 1. num. 79.*
& ideò licet ſtatutum diſponat, quod cõtra publicum inſtrumentum nõ admittatur aliqua exceptio, tamen iſtud
ſtatutum locum non habet in exceptione, quæ deſcendit
9 ex vẽtre illius inſtrumenti, vt ex *Con. & Galleſ. dixit Scac.*
10 *in tract. de iud. cauſ. lib. 1. c. 63. n. 1. verſ. ſed nimis.* quinimò
hæc exceptio, tu nõ impleuiſti pro parte tua adeò eſt fauorabilis, quod iudex ex officio parte nõ opponẽte ſup-
11 plet *Crau. d. conſ. 151. n. 10. de quo licet Rol. dicto conſ. 53. n.*
33. dubitet, nihilominus eſt verum, quoniam iudex etiam
12 in cauſis ciuilibus poteſt ſupplere in facto abſq; partis inſtantia in notorijs, quæ occurrunt poſt intentatam actionem, & ideo poteſt libellum ineptum reijcere, & agentem ſine actione repellere, vt per eundem *Scacc. de iud.*
cauſ. lib. 1. cap. 68. ſub num. 2. exceptio autem non imple-
13 menti eſt notoria ex inſtrumento, quod facit probationem probatam, ſequitur *Matth. Coler. d. ca. 1. ſub nu. 74.* faciunt tradita per *Card. Zabar. conſ. 72. ſingulatim ſub num.*
10. & 11. Dec. conſil. 61. ſub num. 1. Flam. Chartar. deciſ. 73.
numer. 8. & Beccan. conſil. 75. ſub numer. 6. nam venditor
14 diligentiam præſtare debet, & ipſam rem cuſtodire, *leg.*
cuſtodiam, & leg. prima. §. & ſed, & cuſtodiam, & l. hoc
ita, §. cuſtodiam, ff. de pericul. & commod. rei vendit. quæ
15 vbi præſtita non fuit, ſed res fuit furto ſubtracta priuſquam ſit tradita emptori periculũ eſt venditoris, ad *textum l. quod ſi neque, §. 1. ff. eod. tit.* quia cenſetur perijſſe ex
quo

Digitized by Google

16 quo res non fuerit bene cuſtodita, l.3.§. & quia illi, ff. de
of. præfect. vigil. l.ſi vendita, ff. de peric. & commod. rei vend.
17 Præmiſſis tamen non obſtantibus contrarium verius
eſt, nempè id cedere damno emptoris, qui propterea te-
netur ſoluere pretium; cum enim ſupponatur rem em-
ptori numeratam, ſeu menſuratam, non tenetur amplius
venditor ad cuſtodiam d.§. cuſtodia, & d.§. ſed cuſtodiam,
a contrario ſenſu, & per conſequens cum dicta res vendi-
ta poſtea fuerit ſubtracta, non eſt adſcribendum culpæ
18 venditoris, qui non fuit in mora tradendi alio non do-
cto, cum regulariter culpa non præſumatur, ſed qui illam
allegat, probare tenetur, l.ſi quis ex argentarijs, §. fin. ff. de
eden. & ibi per gl. Bar. & Doct. & l.ſi creditor, l.quæ fortui-
tis, & l.ſi illam, C. de pign. act. & ideo periculum ſpectat ad
19 emptorem, non autem ad venditorem, qui non fuit in
20 mora res enim perit domino, quouſque, cui res debetur
non ſit in mora, ſecus ſi ſit in mora, l.quod te, & ibi Bart.
& communiter DD. ff. ſi cert. pet. quare habemus, quod ſi
21 conſanguineus denunciet emptori ſe iure conſangui-
tatis, ſeu vicinitatis velle rem emptam retrahere, & inte-
rim pereat res peribit emptori; non autem conſangui-
neo, ſeu vicino, quia vel emptor non eſt in mora, & non-
dum facta eſt reuenditio, & ceſſio, & tunc perit ipſi quia
ipſe eſt adhuc dominus: vel eſt in mora, & tunc tanto ma-
gis perit eidem, vt contra Ferron. concludit Tiraq. de retr.
lignag. ad fin. tit. ſub numer. 32. ſed deficit Tiraq. in 1. mem-
22 bro diſtinctionis: nam illud procedit, quando neuter eſt
in mora. Cæterum ſi emptor interpellatus ſtatim rem
conſanguineo offerret, & conſanguineus eſſet moroſus
in non deponendo pretio, & res interim periret, vtique
periret conſanguineo, præſertim cum regulariter pericu-
lum rei venditæ poſt venditionem perfectam pertineat
23 ad emptorem, dummodo ceſſet culpa, & mora vendito-
ris, l.ſi neceſſario, l.ſi vendita, l.lecta, & l.vina, & ferè per to-
tum titulum ff. de peric. & commod. rei vend. leg. 1. & tot.
24 tit. C. eod. vt & dicimus, quando euictio occurrit ex natu-
ra rei, quo caſu neque reſtituitur pretium Bal. Saly. Ang. &
alij communiter in l.ſi fam. C. fam. herc. Bero. conſ. 41. nu. 48.
lib. 1. Rol. conſ. 51. n. 19. lib. 4. Bece. latè conſ. 24. n. 34. & infra.
vbi quod nec agitur ad pretium Dec. conſ. 411. n. 4. Maſtril.
deciſ. 61. n. 6. Roſental. de feud cap. 9. memb. 1. concl. 54. n. 17.
& ſeq. & eo magis ſi emptor ſciuerit qualitatem rei Bece.
25 d. conſ. 24. n. 35. Surd. conſ. 311. n. 26. in fin. lib. 3. poſt. Bald. in
d. l.ſi fam. n. 17. C. fam. herciſc. cum requiratur ſcientia na-
26 turæ rei aſſignatæ Bero. conſ. 41. n. 48. lib. 1. Surd. dict. conſ.
311. n. 26. lib. 3. vnde neceſſe eſt, vt emptor faciat vendi-
torē ſe obligare de euictione per verba generalia, & præ-
gnantia cum clauſula, qualitercunque; quomodocunque; etiā
ex cauſa de præterito, quam de præſenti, cum ſimilibus.
Non obſtant adducta in contrarium.
27 Nam ad id, quod dicitur venditorem regulariter tene-
ri rem venditam tradere emptori, ſi vult petere precium
per dictam l.Iulianus, §. offerri, ff. de verb. oblig.
Reſpondetur non procedere, quando interim caſus
occurrit ſine culpa venditoris, ob quem venditor impe-
ditur tradere, quia offerre non tenetur, quod tradere non
28 poteſt, l.ante pen. l.pen. & l.fin. Cod. de peric. & commod. rei
vendi. non enim eſſet periculum, & incommodum ſolius
emptoris, vt probatur fere per tot. tit. ff. & C. de peric. &
commod. rei vend. ſi venditor pretium petere non poſſet,
niſi prius rem traderet, quā tradere nō poſſet caſu fortui-
to impeditus, vt in terminis, inquit Cor. con. 231. n. 7. lib. 2.
29 Et quatenus obijceretur poſſe venditorem rem ſubtra-
ctam vendicare, ſeu contradicere à ſubtrahēte conditio-
na furtiua, & ita illam conſequi, & habere, & illam habi-
tam poſtea emptori tradere, & ſic quodammodo videtur
dictam rem habere, per regulam, quod qui habet actionē
cenſetur rem ipſam habere, l.qui actionem, ff. de reg. iur. l.
nemo videtur, ff. de in integr. reſtit. min. cum ſimil.

Reſpondetur, quod venditoris ſufficit offerre actionis
ceſſionem, per text. in leg. 3. §. idem Labeo, ff. de in rem verſ.
& l.ſi vt certa, §. idem Labeo, ff. comm. l.quod debetur in fi. ff.
de pecul. & l.quod ſæpè, §. ſi res, ff. de contrah. empt. Cornel. d.
conſ. 231. n. 8. & ſeqq. qui idem eſſe dicit, ſi venditor rem
30 dimittat in loco, & ſtatu, vbi prius ſolita erat eſſe ante
31 venditionē illius, vt ib. nu. 6. vel quando venditor iniungit
emptori, vt res emptas ſecum deferat dict. loco num. 5.
Sed hic incidit dubitatio, quid reſoluendum, quando
32 quis rem alterius alienauit, quem poſtea ſibi hæredem in-
ſtituit in teſtamento, an is mortuo teſtatore valeat eam
vendicare. De qua quæſtione aliquid dixi in quæſt.
Et dicitur quod non. Nam habemus, quod vbi is, qui
non erat dominus vendidit alicui, puta domum, & poſtea
dominium acquiſiuit, vel quia domino ſucceſſit, vel alia
de cauſa, & occaſione rem vendicauit ab emptore ſuo re-
pellitur exceptione doli, tanquam iniuſtè conetur rem à
33 ſe venditam euincere, quamuis ſit in electione emptoris,
hoc detecto, rem retinere ſi velit, intentione actoris per
exceptionem eliſa, ſeu potius rem reſtituere, & conſequi
duplum euictionis nomine aduerſus eundem, ad text. in l.
vendic. ff. de euict. à quo ſumitur regula, videlicet, quem de
euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio,
& eſt ſimilis text. in l.1. ff. de except. rei vend. & proprius
34 accedendo ad quæſtionem noſtram, quando dominus rei
ſuccedit vendenti, ſeu alienanti rem ſuam, a quo fuit hæ-
res inſtitutus, quod eodem modo repellatur, eſt text. in d.
l.1. ff. de except. rei vend. ibi, ſi alienum fundum vendideris
& tuum poſtea factum petas, te exceptione rectè repellē-
dum, ſed ſi dominus fundi hæres venditori exiſtat, idē erit
dicendum, facit l.vlt. eod. tit. vbi tex. poſtquam dixit, quod
exceptio rei vēditæ non ſolum emptori, ſed eius ſucceſſo-
ribus proderit, ſiue in fine, ſic dicit. Pari ratione vendito-
ris etiam ſucceſſoribus nocebit, ſiue in vniuerſum ius, ſiue
in eam dūtaxat rem ſucceſſerint. Eſt & alius tex. in l.ven-
ditrici in 1. & 2. reſp. C. de reb. alien. non alien. vbi in princip.
dicit, quod hæres, qui ſucceſſit venditori, venire non po-
teſt aduerſus venditionem ab eo factam ex perſona defū-
cti. In ſecundo verò reſponſo idem tex. inquit, quod ſi hæ-
res venditoris vellet venire contra factum defuncti vēdi-
cando rem ſuam a teſtatore alienatā, & adhoc veniat nō
tanquam hæres, ſed ex perſona propria, quod in empto-
ris electione erit retinere rem, & repellere hæredem per
exceptionem doli mali, vel omittere dictā exceptionē, &
res fuerit euicta, agere de euictione contra eum ad duplū
cum magis fortè ſua interſit conſequi intereſſe, ſeu duplū
euictionis nomine, quā rem retinere, & concordat alius
text. in l.Seia, ff. de euict. facit l. ex qua perſona, ff. de reg. iur.
vbi I.C. ait, ex qua perſona quis lucrū capit, eius factum
præſtare debet. Sunt etiam conformes text. in l.ſolutum, §.
ſolutum de pign. act. l.ſi ab eo, C. de neg. geſt. & in l.ſi ab eo, C.
de liber. cauſ. & præmiſſa procedunt etiam in filio hærede
patris, qui nō poteſt cōtrauenire alienationi per patrem
factæ de re ipſius filij, l.fi. de libe. cauſ. Dec. in d. l. ex qua per-
ſona in prin. & con. 547. viſo punct. n. 4 Curt. ſen. con. 1. circa
prin. ad fi. Ro. con. 18. n. 4. Ruy. con. 1. n. 14. conſ. 7. n. 39. conſ.
156. in fi. & cōſ. 208. n. 16. li. 1. & con. 25. n. 11. li. 2. Grat. cōſ.
91. n. 4. lib. 2. & conſ. 25. nu. 39. lib. 1. Bertr. conſ. 88. n. 10. lib.
1. Boer. deciſ. 23. ſub n. 20. Pereg. in tract. de fideic. art. 33. n.
6. & 10. & ante hos Paul. de Caſt. conſ. 197. viſis dubijs li. 2.
Declaratur dicta concluſio, vt locum habeat, vbi is hæ-
res eſt inſolidum, alias repellitur ſolum pro ea parte, pro
qua eſt hæres, l.cum à matre, C. de rei vendit. ibi, in fin. quod
ſi venditricis obtinet hæreditatem doli mali exceptione,
pro qua parte ad eum hæreditas pertinet, vti non prohi-
beris, facit l.1. & tot. tit. C. de hæredit. act. vbi actio ſolum
confunditur pro parte hæreditaria, cum quoad alias par-
tes habeatur pro extraneo, & non prohibeatur agere, &
contrauenire, quia pro illis non deſcēdit in ipſum obliga-

Digitized by Google

gio à defuncto, nec alicuius iuris confuſio, *text. eſt in d. leg. cum à matre, & Glo. recepta in l. 2. ad fi. de prætor. ſtip. Ari. Pinell. de bon. mater. p. 3. ſub num. 97. verſ. eadem concluſio. Gomeſ. var. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 3.* & hæc opinio locum habet in actionibus perſonalibus. Nam iſtæ ipſo iure diuiduntur inter hæredes, ſicut indubitatum inquit *Neguſ. de pign. par. 5. membr. 2. num. 34. ad fin.* ſecus in actione hypothecaria, quæ inter hæredes non diuiditur, ſed datur inſolidum contra omnem hæredem *leg. 2. C. de hæred. act.* vbi notant omnes; & ſic procedit in contractibus, vel obligationibus diuiduis, vt quia in contractu diuiditur res mere diuidua, quæ conſtat pondere, numero, & menſura, tunc enim hæres quilibet tenetur tantum pro parte, & ipſo iure actio diuiditur, *l. executione, ff. de verb. obli.* & ita tenent communiter ſcribentes in *d. l. cum à matre, vt teſtatur Gomeſ. var. reſol. d. c. 10. num. 3. Ioann. Nicol. Arelat. in l. generaliter, nu. 20. C. de ſecund. nupt.*

In contractibus vero indiuiduis hæres pro parte inſolidum tenetur, & conueniri poteſt, de communi teſtatur *Soc. iun. in l. 4. §. Cato. numer. 41. ff. de verbor. obligat. & Gomez. d. c. 10.*

35 Ad vnum tamen erit in praxi aduertendum, quod vbi hæredes plures fuerunt defuncto, ſi eorum vnus petit à te rem ſuam a defuncto alienatam, quod non ſolum eum repellere debes dicta exceptione, *l. vendicantem, & d. l. cum à matre,* ſed etiam intentes contra eum hypothecariam actionem, & petas, quod tibi reſtituat omnia bona ipſius defuncti, quæ ipſe poſſidet tanquam tibi hypothecata pro euictione, vt illa habeas iure pignoris pro omni eo ad quod defunctus iure euictionis erat obligatus: aut in totum ipſe ſoluat omnes id, & totum, ad quod defunctus erat obligatus: nam ad hoc hæres iſte rem ſuam vendicans obſtrictus erit non inſpecta quota, vel portione hæreditaria, *lege prima, & ſecunda, C. ſi vnus ex plur. hæredit. & l. 1. C. de hæredi. act.*

36 Neque ideo hæres prædictus conuentus hypothecaria opponere poteſt de excuſſione prius facienda contra alios heredes, ita *Suarez. in repet. lege quoniam in prioribus, Ampliat. 7. ſub numer. 8. Cod. de inoffic. teſtam.* vbi dicit iſtum eſſe famoſum caſum ſecundum vna lecturam *Gloſs. in lege ſi mulier, ff. qui pot. in pignor. habe.* quam *Bart.* extollit, & addit tenendam menti, quia multoties practicauit in diuerſis caſibus, & quod ſibi attulit practica hæc honorem, & pecunias, Sequitur *Neguſant. de pignor. quinto, parte ſecunda, membr. numer. 35. facit text. nobilis in leg. mulier, ff. de pot. in pign. habe.* vbi deciditur, quod vbi ſunt plures debitores, ſi vnus de dictis debitoribus conueniatur hypothecaria; non poteſt opponere de excuſſione contra alios debitore facienda, & ſic poſt ibi caſus, quod ſi debitor plures hæredes relinquit, quod creditor poteſt contra vnum eorum intentare hypothecariam antequam excutiantur alij cohæredes, vt dicit ibi *Gloſ. 1.* dicit, quod ideo ibi potuit conueniri hypothecaria poſſeſſor, quia erat vnus ex hæredibus; & eſt ratio, quod ex quo hæres, & defunctus vna, & eadem perſona cenſetur, fingitur dignus eſſe apud debitorem, & ſic non eſt neceſſaria excuſſio *Auth. de fideiuſſ. §. ſed neque.* Nam licet ſit verum, quòd hæres tenentur ad debita defuncti ſoluenda pro portione hæreditaria *tot. tit. Codic. de hæredit. act. cum ſimil.* tamen hypothecaria quilibet tenetur inſolidum, aut ſoluere integrum debitum, aut res hypothecatas reſtituere, quas poſſit, *dict. leg. prima, & 2. Cod. de hæredi. act.* probauit *Suarez in leg. poſt rem iudicatam, ff. de re iudi. extenſ. 5. numer. 14.* vbi ſecundum prædicta obtinuiſſe teſtatur.

ARGVMENTVM.

Venditoris factum, pactum ſeu confeſſio, an, & quando noceat emptori, quo minus agere poſſit de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Venditoris factum aliquando nocet emptori.*
Ita, & pactum, num. 2.
Siue agatur de iure perſonali ſiue reali, ibid.
Fallit ſi aliquid confitetur, vel atteſtetur, vel agat, nu. 3.
Et tenetur ad damna, & intereſſe, nu. 4.
Sublimitatur, ſi venditoris factum, vel confeſſio ante ius emptori quæſitum proceſſit, ſecus ſi poſt, nu. 5.
Niſi aliter doceatur de veritate confeſſionis, nu. 15.
6 *Emptoris citatio requiritur in lite, quæ agitur cum venditore, ad effectum vt ei ſententia lata cum venditore noceat.*
7 *Sententia lata contra auctorem nocet ſucceſſori non citato.*
Fallit in eo, qui ius, & cauſam habet ante inſtitutum iudicium, nu. 8.
9 *Iudicium à tertio motum poſt venditionem emptori non nocet.*
Extenditur id procedere, tàm in probationibus, quàm in ſententia, num. 10.
11 *Alexand. in leg. ſæpè numer. 69. de ſentent. & eo iudic. declaratur.*
12 *Sententia contra authore lata vt noceat habenti cauſam ab eo requiritur, quod ſciuerit cauſam agi.*
13 *Sententia exequi non poteſt abſque nouo proceſſu contra eum, qui ſucceſſit ante litem motam, etiam ſi agatur de iure reali, & num. ſeq.*
Fallit ſi ſumus in vltima voluntate, num. 14.
16 *Euictio non datur in caſu occurrenti poſt venditionem; & præſertim, vbi proceſſit ex facto Principis abſque culpa venditoris, num. 17.*
Vel vbi ſuccedit euictio, ex natura rei. num. 18.
Neque agitur dicto caſu ad pretium, nu. 19.
Fallit data ſcientia emptoris, qui emendo ſciuit qualitatem rei emptæ, num. 20.
Ex quo requiritur ſcientia naturæ rei aſſignatæ, numero vigeſimoprimo.
22 *Emptor, vt indemnitati ſuæ conſulat curare debet, vt venditor de euictione promittat per verba vniuerſalia.*
23 *Emptoris factum venditori non nocet.*
Etiam ſi conſiſtat in omittendo, vt hic nu. 24.
Et quando noceat, num. 25.

Quæſt. XCIX.

1 VEnditoris factum aliquando nocere emptori habetur in *leg. vlt. vbi Dyn. & Bart. ff. de nou. oper. nunc. & l. fluminum, §. adijcitur, ff. de damn. infect.* ſicut etiam de pacto venditoris, quod emptorem quoque afficiat, eſt *text. in l. venditor, C. commun. prædior.* ſiue agatur de iure per-
2 ſonali, ſiue reali *Tiraq. de retract. lignag. §. primò, Gloſs. 9 numer 110.*

3 Quandoque nocere non poteſt, vt quando aliquid confitetur, vel atteſtatur, vel agit, *Caball. conſ. 33. nu. 4. poſt Caſtrenſ. 247. lib. 2. Roland. conſ. 58. numer. 11. & conſil. 85. nu. 6. libr. 2. Surd. conſil. 424. nu. 9. & conſil. 326. nu. 20. & ſeq. lib. 3.*

Digitized by Google

libr. 3. Rota coram Sanctiſsim. Ludouiſio deeiſ. 157. num. 10.
Sed quinimò tenetur ad damna,& intereſſe,iuxta quę re-
4 ſpondit Burſat.conſ.56.num.26.lib.1. cum dixit, vendito-
rem, qui tenetur procurare aſſenſum domini directi ſu-
per re feudali, vel emphyteotica vendita,quando illum
non obtinet, vel tempore inhabili, teneri ad damna, &
intereſſe.
Vnde pro concordia dicimus, venditoris factum, pa-
5 ctum, ſeu confeſſionem emptori nocere ſi ante, non ſi
poſt ius emptori quæſitum pręceſſerit;niſi tamen conſul-
tò emptor paſſus fuerit, vel ei aſſenſerit. Alexand.in lege
ſæpè num.95.ff.de re iudic.Roland. conſil.58. num.10. ad fi-
nem libro 2.Hond.conſil.80.num.41. libr.1. Caball.Surd.&
Rota in locis præallegatis,& iterum Rota deciſ.106. numer.
2.parte 2.in nouiſs. Et hinc eſt, quod in lite, quæ agitur
aduerſus venditorem, licèt non requiratur citatio em-
ptoris de cuius intereſſe agitur ſecundario, non princi-
paliter, id tamen locum habet, & eſt verum ad validita-
6 tem ſententiæ, ſed non procedit quoad effectum, vt no-
ceat emptori,qui eo non citato,non nocet,etiam ſi prin-
cipaliter non interſit. Alexand.in leg.de vnoquoque in vl-
tima limit.vbi Marſil.num.57.ff.de re iudic.idem Alexand.
conſ.84.num.10.libro.3.Oſaſch.deciſ.157. num.10. adducit
alios Ant.Gabr. commun.opinion.lib.2.tit.de etiat. concluſ.
1.num.330.
7 Confirmatur, quia licet etiam ſententia lata contra
authorem noceat etiam ſucceſſori non citato. Oldrad.
conſil.313. quem ad hoc citat Aymn. conſil.481. num.23.
8 Alex.in leg.ſæpè num.69.de re iudicata, qui adducit Innoc.
in cap.quamuis,eod.tit.Pariſ.conſil 28.num.16.lib.1. Com-
muniter tamen Doct.diſtinguunt inter eum,qui ſucceſſit
poſt motam litem, & eum, qui cauſam, & ius habebat
ante inſtitutum iudicium,vt primo caſu ſententia noceat
ſucceſſori, ſecundo verò non ſic Bartol. in lege ita ſupera-
tus,ff.de pign. qui quamuis loquatur in actione perſonali,
idem tamen eſt in reali. Ideo ſi quis bona ſua obligaue-
9 rit, & mox vendiderit aliquod prædium, iudicium a ter-
tio contra venditorem motum poſt emptionem empto-
ri non nocet,vt volunt Dyn.conſil.5. quem refert, ac ſequi-
tur Ioan.Andr.ad Specul.in tit.de teſtam. §.nunc tractemus
in addit.magna.idem ſenſit Bart. in l.ſi mater.§.fin.ff. de ex-
10 cept.rei iudic. vbi dicit hoc procedere tàm in probatio-
nibus,quàm in ſententia.Imol.in d.l.ſæpè col.9.verſ.contra
autem quando Aret. conſ.36.ſub num.3. verſic.ſecundo di-
co. Socin.ſen.conſil.82.num.4.lib.3. Capyc.deciſ.20. numer.
30. vbi ita intelligit dictum Alexand.in dict.leg.ſæpè num.
11 69.vt procedat quoad eum, qui ſucceſſit poſt motam li-
tem: hæcque ſententia probatur per dictam leg.ſæpè in fi-
12 ne,ff.de re iudic.vbi,vt ſententia contra authorem noceat
habenti cauſam ab eo,qui requiritur,vt ſciuerit cauſam agi,
& ibi tradunt omnes in ſummario, præſertim Bart.Imol.
Alexand. & cæteri. Ideoque inquit Bart. in l.creditores ſub
num 23.verſic.tertio caſu, Cod.de pignor.quod etiam ſi a-
13 gatur de iure reali, exequi non poteſt ſententia abſque
nouo proceſſu contra eum, qui ſucceſſit ante litem mo-
tam; niſi ſimus in vltima voluntate, & quod ius exequen-
14 di procedens a ſententia non tranſeat aduerſus ſingula-
rem ſucceſſorem.Ioan.Neurzan.conſ.20.num.13.Oſaſc.de-
ciſ.Pedamont.65. num.4.
15 Declaratur procedens concluſio vt procedat, niſi ali-
ter doceatur de veritate confeſſionis ſecundum Imol.in l.
fin. de empt. & vendit. quem probauit Rota coram Cardin.
Seraphino deeiſ.1024.num.5.
16 Prout non etiam è contra datur euictio in caſu occur-
renti poſt venditionem l.Lucius in fine, vbi gl.in ver.perti-
nere de euict. Bart.in l.ſi per imprudentiam in fine, ff.eodem
tit.Dec.in l.diem functo num.23.ff.de offic.aſſeſſ.Natt.conſ.
181.num.1.& 2.
17 Quod præſertim habet locum, quando quid proceſſit
ex facto Principis, abſq; vlla culpa venditoris: quo caſu
contra eum nulla datur actio emptori de euictione, nec
ratione intereſſe,nec ad pretij reſtitutionem,quod ſolum
erit ſoluendum per Principem, vel per venditorem, ſi illi
Princeps dediſſet, l.L[illegible] de euict.Natt. d.conſ.181. nu.4.
Put.deciſ.381.num.2. lib.3. quaſi tunc euictio cauſam ſu-
mat à nouis legibus diſponentibus circa deciſoria vltra
vel contra ius commune,quia tunc non ſpectat ad vendi-
toris præiudicium, ſeu damnum. Bald.conſil. 460.factum
18 tale eſt,num.4.libr.4.atque etiam, vbi euictio ſuccedit ex
natura rei: quo caſu, vt ſæpè dictum, non datur de eui-
ctione actio, neque pretium reſtituitur.Bald.Ang. & Sa-
lyc.& alij communiter in leg.ſi familiæ,C.famil.hercìſ.Bero.
19 conſ.41.num.48.lib.1.latè Becc.conſil.24.num.34. & ſeqq.
vbi,quod nec agitur ad pretium Dec. conſil.411. viſis his,
quæ accuratè,num 4. cum cæteris adductis in præcedenti
quæſtione,num.24. & infra.
20 Fallit data ſcientia emptoris, qui emendo ſciuit quali-
tatem rei emptæ, quod facit, vt videatur in ſe ſuſcepiſſe
periculum,& caſum poſt traditionem contingentem.Bal.
in d.l ſi familiæ,num.17.C.famil.hereiſcund.Becc.d.conſ.24.
num.35.Surd.conſ.311. num.26. in fin.libr.3. cum requira-
tur ſcientia naturæ rei aſſignatæ. Bald.in d.l.ſi familiæ. nu.
21 17.Bero. d.conſ.41.numer.48.libro primo, Surd.dict.conſil.
311.num.26.
22 Quare emptor, vt indemnitati ſuæ prouideat curare
debet, quod venditor de euictione ſe obliget per verba
ſaltem generalia, & prægnantia, cum clauſula quomo-
cunque &c.vt in præcedenti quæſtione fuit dictum, num.
27.quaſi tunc illa vniuerſalis promiſſio de euictione vim
habeat ſpecialis in caſu etiam contingente ex natura rei;
pro qua venditor tenebitur, licet tutius ſit apponi ſpe-
cialem euictionis promiſſionem, etiam in caſu contin-
gente ex natura rei, vt ſæpè dixi, & reſpondit Tiber.Dec.
conſ.55.nu 92.lib.3.& Maſtrill.deciſ.61.nu.6.
23 De emptoris facto idem dicimus, quod ſupra de facto
venditoris,illud inquam non nocere venditori, l.ſi dictum
24 §.ſi compromiſero, ff.de euict. etiam ſi conſtat in omitten-
do, vt puta,ſi emptor non appellet, quàmuis venditori li-
tem denunciauerit,& liti aſtiterit. Franc. Marc deciſ.587.
num.5.p.1.Facbin.controuerſ.iur.lib.2.c.39. vel ſi appella-
tionem non proſequatur, quia non agit ijs, caſibus de e-
uictione.Franc.Marc.d.deciſ.587.& nos poſuimus ſuo lo-
co cum declarationibus tamen.
25 Licet quandoque noceat, vt patet penès Roman.conſil.
53. videlicet, quando emptor ponit bona ad cridas, &
bannimenta, & ſine pacto; & venditori ſequitur incom-
modum,ac præiudicium: non enim, quoad ea, quæ ſunt
de natura contractus emptionis, vt eſt euictio, & reſpi-
ciunt defenſionem, ſeu aſſecurationem rei emptæ vendi-
tor conqueri poteſt de facto emptoris, l.non dubitatur,C.
de euict.Surd.conſil.13.lib.1. & deciſ.253.

ARGVMENTVM.

Venditor videns ſe in fraudẽ alienaſſe,an audiatur, & de euictione nõ teneatur. Dolus quando dat cauſam contractui, qualiter ſuccurratur decepto?

SVMMARIVM.

1 *Venditor dicens ſe in fraudem alienaſſe non auditur.*
Fallit,ſi alleget ſimulationem ad ſui defenſionem,nu.2.
3 *Simulatio, & turpitudo, licet agendo allegari non poſſit, ta-*
men excipiendo.

Digitized by Google

Et præſertim contra participem ſimulationis, ſeu turpitudinis, num. 4.

5 *Dolus, vbi dat cauſam contractui ſuccurritur decepto pro quauis læſione.*

Et venditor decipiens, nedum tene[illegible]ad reſtitutionem pretij, ſed etiam ad intereſſe, num. 6.

7 *Emptor, qui ſcit futuram prohibitionem monetæ, & illam ſtatim expendit, vel ex illa creditori ſatisfacit, tenetur eum recipere, & bonam, & expendibilem loco eius reſtituere.*

Quamuis communis ſchola Theologorum aliter ſentiat, numero 8.

9 *Delegans ſciens fugam futuram debitoris delegati non liberatur vel ſaltem doli exceptione tenetur, n. 10.*

11 *Emptor, qui ſciebat debitorem, quem delegat breui ceſſurum foro non liberatur.*

12 *Dolus probatur coniecturis, vt hic.*

13 *Venditor frumenti ſciens breui legem promulgandam, quod frumentum viliori pretio vendi debebat, ſi emptorem certiorem non fecit, tenebitur ad intereſſe.*

14 *Emptor, qui venditorem induxit vendere minus iuſto pretio tenetur remedio l. 2. C. de reſcind. vend. etiamſi læſio ſit citra dimidiam iuſti pretij.*

15 *Dolus dicitur dare cauſam contractui, & emptor tàm in ſacra fori, quam in foro conſcientiæ contractum reſcindit, quando vendens decepit illum, vel è contra, mentiendo qualitatem rei, vel monetæ ſoluendæ tacendo, vel occultando.*

Quo caſu omnes conueniunt etiam in foro exteriori contractum eſſe reſcindendum, vel læſionem tollendam, etiam citra dimidium, ſi dolo ex propoſito contigerit, nu. 16.

Primò declaratur procedere volente decepto, & non aliter, num. 22.

Secundò declaratur, quando dolus eſt talis, vt caperet etiam prudentiſſimum virum, nu. 23.

Tertiò declaratur quando dolus repugnat naturæ, & moribus contractus, quia tunc contractus reſcindi poteſt etiam, quod ſit minima læſio, n. 24.

Quartò declaratur habere locum in dolo commiſſo per contrahentem: ſecus ſi fuerit commiſſus per proxenetam, ſeu alium ſine conſenſu contrahentis, n. 25.

17 *Diſtinctio affertur inter deceptionem deceptiuam, & inter deceptionem negatiuam.*

18 *Bona fides eſt dolo contraria.*

19 *Dolus, qui dat cauſam contractui bonæ fidei an improbet magis, quàm dolus incidens diſtinguitur.*

Sed quod immò inter hos nulla detur differentia, nu. 20.

26 *Proxenetæ, vel tertius, qui dolum adhibuerunt in contractu tenentur de dolo, & aduerſus illas agendum eſt.*

Et quatenus ij ſoluendo non eſſent, tenetur is, cuius gratia fuit dolus commiſſus, num. 27.

Quæſt. C.

QVandoque venditor perſpiciens rem vili pretio vendidiſſe, vel alia ratione, vel cauſa pœnitentia ductus, vt ſibi, vel alteri proſit, proponit ſe in fraudem alienaſſe,
1 an audiendus ſit quæritur.

Et quidem *Bar. in l. ſi poſt contractum. ſub numer. 6. verſ. ſed in empt. de donat. diſtinguit duos caſus.*

Primus eſt, quando venditor vult dicere hoc factum eſſe in fraudem: & tunc inquit Bart. non poteſt.

2 Secundus caſus eſt, quando venditor vult dicere venditionem fuiſſe nullam, fictitiam, ſeu ſimulatam, & non in fraudem alicuius perſonæ priuatæ, vel fiſci, ſed, vt ſe defendere à Tyranno, vel ex alia honeſta cauſa; quo in caſu admittitur, & allegare poteſt ſimulationem ad ſui defenſionem, *lege quamuis, & lege cum proponas, Cod.* *ſi quis alteri, vel ſib. Bart. in dicta lege poſt contractum, & in ſuo conſil. 65. Petrus Nicola. Paul. de Caſtr. in dicta lege per diuerſas, Cod. mandat. & conſil. cinquanteſimo octauo, viſis libr. 2.*

3 Comprobatur, quia licèt quis non poſſit allegare ſimulationem, vel turpitudinem agendo, tamen allegare poteſt excipiendo, vt per *Tiraquel. de retract. lignag. §. primo, Gloſs. 18 numer. 24.* & præſertim contra participem ſimulationis, ſeu turpitudinem, ſecundum eundem *Tiraq. dict. gloſs. 18. numer. 72. qui declarat Dec. conſil. 587.*
4 vt nempe procedat, quando emptor allegaret turpitudinem ſuam aduerſus participem fraudis, ſiue turpitudinis, quoniam tunc agit de damno vitando, vt ibi per eum refert ac ſequitur *Auch. iun. quæſt. famil. libr. 3. quæſt. 80. num. 6. & ſeq.*

5 Cauendum tamen eſt à venditore, ne dolo ac fraude vtatur in venditione rerum, ac bonorum, quia vbi dolus dat cauſam contractui ſuccurritur decepto pro quauis læſione. *Bart. in lege quero, ff. de actio. empt. Felyn. in ca. 2. ſub num. 7. limita. 2. in fin. de conſtit. Nenizan. conſ. 49. ex Ducali, nu. 17. verſ. quartò principaliter. Menoch. de arbitr. Iudici lib. 2. cent. 2. caſu 185. ſub num. 20. 21. & 22.* & nedum tenetur venditor ad reſtitutionem pretij, ſed etiam ad in-
6 tereſſe. *Brun in tract. de ceſſion. bon. qu. 30. q. 4. prine. ſub nu. 1. qui ſub num. 2.* propterea dicit, cum qui prohibitionem
7 monetarum futuram ſciebat, & ideò illas ſtatim expendit, vel de illis creditori ſatisfacit, teneri certo accipere, & bonas, & expendibiles loco earum reſtituere: quamuis in foro animæ *Leſs. de iuſtit. & iur. Tolet. in ſumm. l. 7. cap. 50. num. 7. & Conar. in reg. peccatum, §. 4. de reg. iur. in 6.* & cæteri Theologi forte magis communiter contrarium
8 teneant, qui tamen in mercibus propriè loqui videntur, & in delegante, qui ſciebat fugam futuram debitoris de-
9 legati, quia tunc dicitur fuiſſe in dolo, & ideo non ſic liberatur, reſpondit *Alex. conſ. 94. viſo puncto ſub num. 3. lib. 3.*
10 *Surd. conſ 145. ſub num. 18. lib. 1.* Et quod ſaltem doli exceptioni teneatur, vt & emptorem, qui ſciebat debito-
11 rem, quem delegat breui ceſſurum foro, quod non liberetur, tenuit idem *Surd. deciſ. 23. ſub num. 10. in fine*, ibi, adducebatur deciſio, & *num. 11.* dolus autem probatur coniecturis, vnde ſi quis orta fama de caſu ſiniſtro ſe aſſecu-
12 rari fecerit, aſſecuratio non tenet, & ſimiliter, ſi is, qui verſabatur in Palatio, & cognouit legem eſſe factam, & ſi
13 adhuc non publicatam, quod frumentum viliori pretio venderetur, ſtatim vendiderit frumentum ſuum nullatenus emptore certiorato de lege ſancita, & propediem promulganda tenebitur venditor iſte ad intereſſe emptori, quem ſcienter fraudauit. *Strucch. in tract. de ſponſ. part. 3. verſ. item quæro. Vincentius num. 2. & ſeq & verſic. putoque*, cum cæteris de quibus ſupra mentionem feci poſt *verſ. cauendum.*

14 Idem dicendum eſt procedere in emptore, quando is induxit venditorem ad vendendum minus iuſto pretio, quia tunc dolum affuiſſe dicitur ex parte illius, ideò non petit venditori remedium etiam citra dimidiam iuſti pretij. *Abb. in c. cum cauſa ſub nu. 4. in 2. membr. diſt intimis de teſti. & Latius Franc. de Aret. ſub numer.* 24. vbi de-
15 clarando hanc materiam, ait, quod dolus dicitur dare cauſam contractui, ſeu incidere contractui, & ideo tam in foro contentioſo, quam foro conſcientiæ contractum eſſe reſciendendum, ſeu ſatisfaciendum parti læſæ, quando vendens decipit emptorem, vel contra emptor decepit venditorem mentiendo de qualitate rei, vel monetæ ſoluendæ, tacendo aliquid, & occultando circa rem, propter quod pluris venditor vel minus ſoluitur. Sequitur
16 *Conar. var. reſ. lib. 2. c. 4. ſub num. 11. verſ. quinto*, quod in fine, dicens, quod omnes conueniunt etiam in foro exteriori contractum eſſe reſcindendum, vel læſionem tollenda etiam intra dimidiam ex propoſito contigerit,

gerit, & quod in hoc nulla eſt dubitatio, idem ſenſerunt
Cæpoll.in tract.de ſimul.contract.ſub num.49.verſ.nam con-
tractus venditionis.Strac.in d.tractat.de ſponſ.par.3. verſ.
*item quæro Vincentius,num.3.*ibi nec in præmiſſis, & *Bon-*
inſeg.in tract.de vend.ad temp.c.5.num.10.in fin. & num.
11.hanc eandem doctrinam ſub alijs verbis docuit *Bal.in*
l.2.ſub num.1.in 3.oppoſit.Cod.de reſcind.vendit. quem ſe-
quuntur Ioan.de Anan.in cap.in Ciuitate num.8. in fine de
vſur.& Ant.Burg.in cap.cum cauſa,n.61. in 23. limitat.de
17 *empt. & vendit.* diſtinguens inter deceptionem proue-
nientem ex induſtria deceptiua,& tunc quauis etiam mi-
nima deceptione detur remedium decepto; & inter de-
ceptionem prouenientem ex induſtria negotiatiua; &
tunc non detur remedium reſciſſionis,niſi excedat dimi-
diam iuſti pretij. *Fabian.de Mont.in tract.de empt.& ven-*
dit.q.8.princ.ſub num.8.& Boninſegn.in tractat.de vend.ad
18 *temp.c.52.num.4.in fine.* Ratio eſt ſupradictæ concluſio-
nis,quia bona fides eſt dolo contraria *l.3.§. fin.ff.pro ſuc.*
opportunè hic quæritur numquid dolus, qui cauſam
contractui bonæ fidei improbet magis contractum, quã
dolus incides,vt ex glo.refert *Cyn.in d.l.dolo.* quæ tamen
19 id non reſoluit, ſed apertè *Capoll. de ſimulat. contract.*
*num.40.& 50.*dicens,quod ſi dolus dedit cauſam contra-
ctui bonæ fidei,contractus ipſo iure non tenet; ſed inci-
dat io contractum, agi ſolum poſſet ad ſupplementum
iuſti pretij.

20 Cœterum quoniam *Abb.in d.c.in ciuitate ſub numer.6.*
de vſur.& in cap.cum cauſa ſub n.4.verſ.item ex alio de te-
ſti.& Franc.de Aret.ibidem nu.24. nullam faciunt io hoc
differentiam inter dolum, qui dat cauſam,contractui, &
dolum incidentem, ſed aſſerunt, quod quando dolus dat
cauſa contractui,vel incidit contractui emptionis,& ven-
ditionis, contractus reſcinditur vel res reducitur, ad
æquum in foro contentioſo,& multo magis in foro poli,
& quod & probaſſe videtur *Ant.de Burgoſ. in c.cum dile-*
21 *cti.n.21.in ſecunda caſu princ.de empt.& vendit.* dum in-
quit quod ſi dolus daret cauſam deceptioni, vel incide-
ret,cum peteret remedium legis eleganter non aliter diſ-
ſeram.

22 Primò declaratur quod dixi contractum reſcindi, vel
eſſe nullum ipſo iure locum habet volente decepto, alias
ſecus,ſi voluerit ſtare contractui, quia tunc nec etiam is,
qui dolum commiſit, poſſet proprium dolum allegare
Iaſ.in §.actionum nu.41.inſt.de act.& Ant.Burg.in d.c.cum
dilecti,ſub n.21.& 58.

23 Secundò declaratur vt procedat, quando dolus eſt ta-
lis,vt caperet etiam prudentiſſimum virum,alias contra-
ctus eſſet validus,vt in ſimili dicitur de metu, qui talis re-
quiritur,vt cadat in conſtantem virum. *Iaſ.in d.§.actionũ,*
*n.40.verſ.*vnum tamen,& de metu habetur per *Nauar.in*
Manuali confeſſ.c.17.n.15. vbi de communi.

24 Tertiò declaratur vt ſibi vendicet,quando dolus repu-
gnat naturæ,& moribus contractus,quia tunc contractus
reſcindi poteſt,etiam quod minima ſit læſio, *Calder.in c.*
nauiganti,n.17.de vſur. Abb. in d.c.in ciuitate ſub n.6 eod.
tit.& in c.cum cauſa ad fin.ſub num.4.verſ.Item ex alio,&
verſ.aut interuenit deceptio re ipſa.Franc.de Aret.num.24.
extra de teſtibus,Capoll.in d.tract.de ſimul.contract.numer.
*46.verſ.nam contractus venditionis,*ſecus quando dolus,&
deceptio non repugnant naturæ, & moribus contractus,
quia occaſu non reſcinditur ex præallegatis.

25 Quartò declaratur procedere in dolo commiſſo per
contrahentem; ſecus ſi fuerit commiſſus pro proxene-
tam,ſeu alium tertium,abſque tamen conſenſu dicti con-
trahentis, *Iaſ.in d.§.actionum num.44.verſ.an autem Ant.*
Burg.in d.c.cum dilecti,ſub n.52.& Io.Azor.inſtit.moral.p.
3.lib.8.tit.de contract.c.10.q.2.

26 Verum proxeneta,ſeu tertius,qui dolum adhibuerunt,
tenerentur, & aduerſus illos agendum eſſet actione de
27 dolo. Et quatenus iſti ſoluendo non eſſent, teneretur is,
cuius gratia fuit dolus commiſſus ſecundum *Azor.in d.c.*
10.quæſt.2.

ARGVMENTVM.

Venditor, vt periculum euictionis transferat in emptorem,quid agere debeat.
Venditio, quando dicatur facta ad menſuram,& quando ad corpus.
Et in ea,quando locum habeat euictio.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, vt transferat periculum in emptorem, debet facere rem menſurare, vel tradere poſſeſſionem.*
Quod notandum eſt, quidquid ſit in traditione per conſtitutum,n.2.
3 *Poſſeſſio transfertur per domini traditionem, etiam quod contractus eſſet conditionalis.*
4 *Venditor in venditione,ſi incipit a corpore, & poſtea ſubijcit numerum,& deinde limites, & confinia corporis, numerus ſtat demonſtratiuè.*
Extenditur idem procedere in vendente fundum tali loco exiſtentem,qui eſt puta ſex iugerum,quia venditus intelligitur,qualiter reperitur,n.5.
6 *Venditio,& locatio ad corpus cenſetur, quando partes cœperunt explicare mentem ſuam a corpore.*
Extenditur idem procedere,quando fuit conſtitutum vnicum pretium totius prædij, & non fuit diſtributum in ſingulas iornaturas, ſeu iugera, n.7.
Et quando contrahentes non ſunt locuti de certa, & determinata menſura; ſed vſi fuerunt dictione in circa,n.8.
Dictio (in circa) refertur ad quid modicum.
Et quantum importet, remittitur arbitrio iudicis, qui conſiderare debet veriſimilitudines,præſumptiones, & materiam ſubiectam,n.10.
11 *Annorum mentio, quando fit per dictionem in circa verificari poteſt in duobus annis addendo,vel detrahendo.*
12 *Iudicis arbitrium eſt,quanta pars veniat in venditione per verbum,in circa.*
13 *Venditor, quando voluit ſe reſtringere ad aliquem certum numerum,& vſus fuit verbis,quantumcunque ſit, comprehendit totum intra fines deſignatum, ſiue maioris, ſiue minoris quantitatis.*
14 *Venditor ſi dicat vendere 250.iornaturas, & quamtecunque ſint quantitatis, non cenſetur ob hanc adiectionem reſtringere demonſtrationem ipſam, non ſecus quam ſi dictum eſſet plus,minus.*
15 *Venditio, quando eſt ad corpus, & non ad menſuram, emptor tenetur ad integram ſolutionem pretij,etiamſi numerus enuntiatus per venditorem in aliquo deficiat.*
16 *Fundus quando fuit expreſſus per modum taxationis, et ſpecialis limitationis inducitur hypotheca,vt hic.*
17 *Fundus dicitur obligatus, quando quis dixit, mutua mihi centum ſuper fundo Maniano.*
18 *Dictio, ſuper, ſi adijciatur generaliter bonis, erit contracta generalis hypotheca, ſecus ſi ſit poſita ſuper certis bonis, quia intelligeretur ſpecialis.*
19 *Aſsignatio facta ſuper introitibus efficit, vt introitus cenſeantur obligati.*
Fallit,ſi ex inferioribus verbis conſtare poſſit,factam eſſe potius dationem in ſolutum,n.20.
21 *Venditio facta cenſetur ad corpus, & non ad menſuram, quando*

Digitized by Google

quando vnico pretio facta fuit.

22 *In venditione includitur quidquid intra confines continetur.*

23 *Vendens fundum centum iugerum certis finibus deſignatum, tenetur pro euictione, ſi quid fuerit euictum ex comprehenſis intra fines, licet ſuperſint centum iugera.*

Ratio affertur ibidem, n. 24.

Et omnes ita tenent, n. 25.

Quæſt. C I.

1 CAutela datur in venditione ad transferendum periculum in emptorem, vt venditor vel faciat rem
menſurare, vel quod rei venditæ tradat poſſeſſionem
Paul. de Caſtro in l. 2. p. 2. poſt Aug. ibid. C. de peric. & commod. rei vend. de veriori ſententia latè reſtatur *Dec. conſil.*
2 *178. viſo eleganti, ſub num. 2. verſ.* quibus tamen non obſtantibus, & valde notandam, & commendandam huiuſmodi praxi tanquam inſignem, quidquid aliud ſit in traditione per conſtitutum habetur per *Couar. pract. qu. cap. 3. ſub num. 6. verſ. quæ quidem concluſio, & in fine, verſ. ſed quod prior opinio. Corn. conſ. 50. col. 5. lib. 1. Pariſ. conſ. 59. n.*
3 *20. & ſeq. lib. 1.* & eſt generale, quod per ſimplicem domini traditionem transfertur poſſeſſio, etiam quod contractus eſſe conditionalis. *Pariſ. conſ. 1 t. n. 87. lib. 1. poſt Innocent. in c. olim il primo n. 5. de reſtit. ſpol. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 44. n. 4. Hond. d. conſ. 46. num. 48. lib. 2. & ſcribentes in l. ſub conditione de ſolut.*

Verùm quia quando res menſuratur in venditione ſolet de pluribus dubitari, quædam hic ad declarationem
4 præmiſſorum addenda duxi; Dicoque, quod ſi venditor in venditione incipit a corpore, & poſtea ſubijcit numerum, & deinde limites, & confinia corporis, ille numerus iugerum ſtat demonſtratiuè, vt vendo fundum decem iugerum penes viam, & flumen. *Didac. Couar. pract. quæſt. c.*
5 *3. ſub num. 3. verſ.* quarta ſpecies proponitur, & idem in vendente fundum tali in loco, qui eſt puta viginti iugerum, ſiue etiam plurium, ſiue pauciorum, quia venditus intelligitur qualiter reperitur. *Soc. ſen. in l. 2. demonſtratio falſa poſt Bar. ibi, in princ. n. 10. ff. de condit. & demonſt. Surd. conſ. 366. & deciſ. 64.* quodque cenſeatur venditio, & loca-
6 tio ad corpus, quando partes cæperunt explicare mentem ſuam a corpore dixit *Rota in Bonon. affictus 14. Maij 1607. coram R. P. D. Marquemontio.* Idem quando fuit
7 conſtitutum vnicum totius pretium prædij, & non fuit diſtributum in ſingula iugera, vel tornaturas, *Bar. in l. Iulianus, ſub n. 1. ff. de act. empt. Salyc. in leg. 2. ſub num. 3. verſ. aut eſt facta venditio, C. de contrah. empt. Rota coram San-*
8 *ctiſſ. Ludou. deciſ. 104. num. 3.* Similiter, quando contrahentes non ſunt locuti de certa, ac determinata menſura ſed vſi fuerunt dictione, in circa *Ruyn. conſ. 10. nu. 3. lib. 5. Corn. conſ. 59. num. 5. in fine lib. 4. Rota coram dicto Sanctiſſ. Ludouiſ. deciſ. 128. n. 4.* quæ dictio refertur ad quid modicum.
9 *Surd. conſ. 376. num. 15. lib 3. Menoch. de arbitr. iud. caſu 46. num. 5. Rota deciſ. 343. num. 2. par. 2. in recentior. Marta de*
10 *clauſ. par. 1. clauſ. 59. num. 2.* prout quantum importet, remittitur arbitrio iudicis, qui conſiderare debet veriſimilitudines, præſumptiones, & materiam ſubiectam, vt cenſuit *Rota coram Card. Millino in Parmen. ſtatus 18. Martij 1602. per conſ. Aug. 127.* & quando fit mentio de annis
11 per dictam dictionẽ, in circa, verificari poteſt in duobus annis vel etiam tribus addendo, vel detrahendo, *Corn. conſil. 179. num. 5. lib. 3. Marta de clauſ. d. clauſ. 59. numer. 1. & fuit dictum per Rotam in Tricaricen. Territorij 8. Martij 1596. coram Cardinali Pamphilio, & dicta Parmen. coram Card. Millino;* Eſtque iudicis arbitrarium quanta pars ve-
12 niat in venditione, vt dixit *Bertaz. clauſ. 20. gl. 21. n. 2. poſt Corn. Pariſ. & Alciat. quos citat.*

13 Item, quando venditor noluit ſe reſtringere ad aliquem certum numerum, & vſus eſt verbis (quantumcunque ſit) *Alex. conſ. 127. lib. 2. Rota coram Sanctiſſ. Ludouiſ. deciſ. 168. n. 1.* vnde comprehendit totum intra fines deſignatum, ſiue ſit maioris, ſiue minoris quantitatis, latè *Marta in d. tract. de clauſ. p. 1. clauſul. 103.* qui plures allegat. *Alex. conſ. 8. in fine lib. 4.* dicens quod ſi dictum fuerit ducentum quinquaginta torturæ, & quantecunque ſine
14 quantitatis, ob hanc adiectionem non reſtringi demonſtrationem ipſam, non ſecus quam ſi dictum eſſet plus minus, probat *Bertaz. d. gl. 21. n. 1.*

15 Vtilitas autem præmiſſorum, quando videlicet venditio eſt ad corpus, & non ad menſuram eſt, quod emptor tenetur ad integram ſolutionem pretij, etiam ſi numerus enunciatus per venditorem in aliquo deficiat, *Rota coram Sanctiſs. Ludouiſio in d. deciſ. 104. n. 1.*

16 Pari modo, ſi fundus fuit expreſſus per modum taxationis ſpecialis limitationis inducitur hypotheca, vt ſi dicatur, promitto decem corbes frumenti annuos ſuper illo fundo, vel de illo fundo, aut ex illo, nulla facta diſtinctione, an dicatur ex illo, vel ſuper illo. *Gl. in l. Hactenus in ver. ex eo, in fin. ff. de vſufruct. Alberic. in l. nibil proponi in princip. ff. de legat. 1. Rutger. Rolant. in Theſaur. iur. emphyt. quæſt. 32. n. 17. ante finem, verſ. dicebam ego olim. poſt Ant. Menez. per eum adductum in l. in prouinciali, num. 26. C. de ſeruitu.*

17 Quare dicitur, quod pignoris obligatio cõtractu erit, ſi quis dixerit, Mutua mihi centum ſuper fundo Mæuiano, & fundus ille obligatus erit *Bar. in l. ſi fundus de ann. legat. Imol. in l. codicillis, §. inſtituto, num. 1. ff. de legat. 1. Cacheran. deciſ. 51. num. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. con-*
18 *uent. lib. 11. tit. 3. num. 9.* vbi addit, quod ita receptum eſt a *Rota coram R. P. D. Rubeo in Romana fructuum 4. Martij 1577.* ita quod, ſi dictio hæc ſuper, adijciatur generaliter ſuper bonis erit contracta generalis hypotheca, ſi verò poſita erit ſuper certis bonis intelligetur contracta ſpecialis. *Rota coram Sanctiſſ. Aldobrandino in Romana donationis 10. & 14. Ianuarij 1575.* quam ſequitur *Card. Mant. in loco prædmonito n. 10.* vbi agitur etiam de aſſignatio-
19 ne ſuper introhibitus gabellarum vrbis, quoniam dicti introitus obligati erunt *Paul. de Caſtro conſ. 106. ſub n. 3. verſ. hic tamen pro clariori lib. 1. Natt. conſ. 341. num. 6.* niſi
20 tamen ex inferioribus verbis conſtare poſſit factam eſſe potius dationem in ſolutum. *Natt. conſ. 449. n. 3. & Menoch. conſ. 205. n. 18. lib. 2.*

21 Et vt ad rem redeamus, venditio facta cenſetur ad corpus, & non ad menſuram, etiam quando vnico pretio facta fuit. *Alex. conſ. 159. ſub num. 7. lib. 5 & conſ. 106. num. 2. lib. 6. Soc. iun. conſ. 42. num. 10 lib. 2. Pariſ. conſ. 64 num. 55. 56. lib. 1. Burſat. conſ. 441. num. 22. lib. 4. Gozad. conſ. 58. n. 20. in fine. Bertran. conſil. 180. num. 9. lib. 7. ſcribentes communiter in l. 2. Cod. de peric. & commod. rei vendit. Auchar. & Imol. in c per tuas, de donat. latè Surd. deciſ. 64. vbi de communi, iuxta conſ. Oldr. 107. de quo Hier. Gabr. conſ. 64. n. 13. cum ſeq. lib. 2.*

22 Quo ſtante quicquid includitur intra confines, continetur in venditione, *l. Ac de ſacra. §. fin. de contrah. empt. l. fines, C. de euict. Pariſ. conſ. 2. num. 64. lib. 3. Cagnol. in l. 2. n. 180. & 181. C. de reſcind. vend. Menoc. conſil. 13. num. 9. libr.*
23 *1. Surd. deciſ. 64. n. 10.* ita quod vendens fundum centum iugerum certis finalibus deſignatum tenetur de euictione, ſi quid fuerit euictum ex comprehenſis intra fines, licet ſuperſint centum iugera, quod ſi eſſet venditio ad menſuram, vtique ſolum centum iugera in venditione veniſſent, & euictio non præſtaretur, pro eo quod supereſt, iuxta diſpoſitionem *text. in l. qui fundum, ff. de euict. Pariſ. conſ. 64. num. 58. lib. 1. Surd. d. deciſ. 64. ſub nu. 8. verſ.*
24 ſecundò pro hac parte; quoniam attenduntur confines, non menſura; vnde perindè eſt, ac ſi menſura non fuiſſet

ex-

Digitized by Google

expreſſa, quaſi corpus ipſum ſit ſpectandum; vt per prædictas, & ſimiles rationes concludit Paul. de Caſtro in l. ſi duorum, de act. empt. & in l. ſeruum, §. 1. ff. eod. tit. Salyc. in l. 6. n. 3. C. de contrah. empt. Soc. in l. demonſtratio falſa, n. 10. ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. conſ. 55. n. 4. lib. 1. Ruyn, conſ. 83. n. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 64. n. 39. lib. 1. Soc. iun. conſ. 42. n. 2. lib. 2. & omnes ita tenere, & neminem dubitare teſtatur Surd. d. deciſ. 64. num. 14. Gabr. conſ. 64. num. 10. lib. 1. Pinell. qui de receptiſſima teſtatur ad fauorem emptoris in l. 2. par. 3. cap. 22. num. 7. & ibidem Cagnol. n. 186. & 187. C. de reſcind. vend. Burg. in c. cum cauſam n. 50. limit. 14. de empt. vendit.

ARGVMENTVM.

Venditor exprimens in venditione maiorem menſuram, quàm reuera ſit res vendita, tenetur actione exempto.

Deceptus in menſura, agit ad ſupplementum quanto minoris.

Emptori qualiter ſuccuratur, quando reperitur defectus in qualitate, vel quantitate.

Ripa an, & quando veniat in venditione & menſurari debeat.

SVMMARIVM.

1 Venditor, ſi in venditione exprimat maiorem menſuram, quam reuera contineat res vendita, tenetur ex vendito, & num. 3.

Ampliatur procedere, etiamſi venditor ignorauerit, n. 2.

4 Prædia duo ſi vendita ſint in eodem contractu cum certa menſura relata distinctè ad vnumquodque eorum, & alterum exceedat menſuram, & alterum deficiat, lucrum in vno compenſatur cum damno, quod ſentit emptor in alio.

5 Compenſatio fit vnius corporis ad aliud ex eodem contractu, & n. ſeq.

6 Vniuerſitas quando diuiditur, læſio attendi debet, non reſpectu vnius rei, ſed reſpectu totius vniuerſi.

7 Contractus quando eſt vnius, fit commixtio, ſi emptor ſit in vna re læſus; licet ſecus, quando contractus ſunt diuerſi.

8 Vendens rem pro parte propriam, & pro alia parte alienam, ſi partem alienam non tradat, non poteſt conſequi pretium, nec pro ea quoque parte, quæ propria eſt, ac tradita fuit.

9 Menſura, quæ præſtari conuenit, præſtanda eſt, alias agitur ex empto quanto minoris.

10 Deceptus in menſura, agit ad ſupplementum quanto minoris.

Fallit, ſi adiectum ſit tempus menſuræ faciendæ, ac referendæ; quia eo lapſo renunciare videtur, ſi conuentum, ſit de menſurando n. 11.

12 Qualitas in venditione expreſſa præſtanda eſt, & ſi venditio facta ſit ad corpus.

13 Res vbi eſt menſuranda, id fieri debet infra ſexaginta dies: quibus elapſis peti amplius non poteſt menſuræ reintegratio.

Intellige procedere quando fuit conuentus de re menſuranda nullo expreſſo tempore, ſecus quando nil eſt dictum de menſura facienda, n. 14.

Quo vltimo caſu ſupplementum deficientis menſuræ peti poteſt intra trigeſimos annos num. 15.

16 Præſcriptio non currit contra facultatem petendi menſuram ob malam fidem.

Et ſic peti poteſt menſura, etiam lapſis 30. ann.

Etiam quod fuerit conuentum de menſura facienda, n. 17.

Sed videas ibidem in fine.

18 Menſurationis iam factæ reuiſio petenda eſt intra annum à die prioris menſuræ, n. 20.

Extenditur idem procedere in emendatione cataſtri, quæ pariter peti debet intra annum, & non poſt, n. 19.

21 Menſuræ mentio vbi facta fuit, & varia eſt menſura, intelligi debet de illa, quæ attenta correſpondet cum re vendita.

22 Menſura antiqua ſeruanda eſt.

23 Menſuratio vbi fieri debeat, vocanda eſt pars pro certa die ad intereſſendum in loco, vt in mora conſtituatur.

Fallit, vbi extat iuxta cauſa non eundi, n. 24.

25 Emptori qualiter ſuccurratur, quando reperitur defectus in qualitate, ſeu quantitate rei immobilis, remiſſiue.

Quid in re, quæ credebatur libera, & reperitur ſerua, n. 26.

Et quid etiam in re mobili vendita ad pondus, vel menſuram, quæ menſura vel pondus ſeruare debeat, n. 27.

28 Dictio, iuxta, deſignat confines; & poſita in inſtrumento venditionis comprehendit quod eſt intra confines.

29 Ripa debet menſurari, ſi id in venditione fuit expreſſè conuentum, & venditor fuit illius legitimus poſſeſſor.

30 Aliena res non venit in venditione, nec menſurari debet etiamſi incluſa eſſet in confinibus.

31 Ripa non eſt menſuranda, quando tacitè accedit venditioni.

Nec quando expreſſè id non fuit conuentum: quia riparum vſus eſt publicus, n. 32.

33 Ripa an menſurari debeat, poteſt deprehendi ex qualitate pretij diſtributi per ſingula iugera.

34 Pretij ex quantitate dignoſcitur, quid voluerint partes in venditione venire.

35 L. litera de contrahend. empt. locum habet etiam in ripa fluminis, ſtagni, ſeu lacus, vel alterius rei, quæ ſit publica.

Quæſt. CII.

1 SEd & præterea venditor aduertere debet, ne in venditione maiorem numerum exprimat, quam re vera contineat res vendita: quia ſi minor inueniatur, tenebi-
2 tur actione ex empto, leg. 2. vbi Bar. ff. de actio empt. quod procedit etiam ſi ignorauerit venditor, l. tenetur in princ. ff. eodem, licet alias valdè referat, an quis ſcienter vel ignoranter expreſſerit maiorem menſuram: quoniam primo caſu non releuat augumentum ſuperueniens, puta per alluuionem, etiam quod venditio facta ſit ad menſuram; ſecundo caſu ſic, l. Iulianus, §. ſi Titius, & ibi Bart. & communiter Doct. ff. eod. quodque venditor teneatur, quã-
3 do menſura conuenta deficit, tradit Specul. in §. 1. ad finem, de empt. & vendit. Alex. conſ. 70. videtur fortaſſe, col. 1. lib. 4.

4 Simile habetur in l. ſi duorum, ff. de act. empt. vbi, ſi in eodem contractu vendita fuerunt duo prædia cum pronunciatione menſuræ relatæ diſtinctè ad vnumquodque eorum, & alterum excedat menſuram, & alterum deficere inueniatur, pro menſura in vno deficiente litem emptor agere non poteſt, ſed lucrum in vno compenſabitur cum damno, quod ſentit emptor in alio corpore, & per illum
5 tex. dixit Bald. conſ. 91. in fine lib. 2. quod ex eodem con-
6 tractu compenſatio fit vnius corporis ad aliud, & addit, quod quando vniuerſitas diuiditur, læſio debet attendi, non reſpectu vnius rei; ſed reſpectu totius vniuerſi. Idem Bald. in l. ſicut num. 3. C. de act. empt. vbi dicit text. in dicta l.
7 ſi duorum, non eſſe alibi; & quando vnicus eſt contractus

omnes

Digitized by Google

omnes admittunt, vt per *Bal. in l. fin. §. præterea num. 6. C.*
de iure dot. qui dicit, quod ſtante vnitate contractus ſit
commixtio, ſi emptor ſit in vna re læſus, & venditor in
alia: quamuis ſecus ſit, quando diuerſi ſunt contractus.
Aretin. in l. ſcire debemus in princ. in penult. col. verſ. illud
tamen, ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. n. 1. Bar. Caſtr. & alij in dicta
leg. ſi duorum. Pariſ. conſ. 64. num. 38. lib. 1. Tiraquell. de re-
tract. conſang. §. 23. Gloſ. 1. num. 17. Pinell. in l. 2. part. 3. cap.
2. num. 12. & ſeq. Cod. de reſcind. vendit. At vbi quis vendit
8 rem pro parte propriam, & pro alia parte alienam, ſi
partem alienam non tradat, non poteſt conſequi pretiũ,
nec pro ea quoque parte, quæ propria eſt, & tradita fuit.
Ruyn. conſil. 141. lib. 1. Rota Bononien. deciſ. 35 nu. 17. inter
recentior.

9 Quare *Fabian. de Mont. de empt. & vend. 6. quæſt. princ.*
in 4. membr. n. 19. ait, quod menſura, quæ præſtari conue-
nit, præſtanda eſt, alias agitur ex empto quanto minoris,
vt in *l. ſi in emptione, in princ. et in l. Iulianus, §. quod tamen,*
10 *& in l. ſi ſeruum, §. fin. ff. de act. empt.* Nam deceptus in
11 menſura, agit ad ſupplementum quanto minoris, ex cap.
per tuas de donat. niſi adiectum ſit tempus menſuræ fa-
ciendæ, ac referendæ, quia eo elapſo videtur renunciare,
ſi conuentum ſit de menſurando, & referendo infra cer-
tum tempus, *l. qui fundum, ff. de contrah. empt.*

12 Idem dicimus, quando exprimitur qualitas aliqua in
venditione, etſi venditio facta ſit ad corpus, præſtanda
eſt, ad *tex. expreſſum in l. ſi ſeruum, §. 1.* agens de venditio-
ne ad ſpeciem, iuncta *Glo. de act. empt. tacit. tex. in leg. ſi in*
qualitate eodem tit. Specul. in tit. de empt. & vendit. §. ſcien-
dum, num. 74. ab omnibus approbatus, *Bal. & Angel. in l.*
ſi ex falſis, C. de tranſact. quos refert, ac probat *Beuintend.*
deciſ. 30. licet in caſu ſuo non de qualitate, ſed de quanti-
tate ageretur; quem propterea *Vin. par. 2. opin. 216.* dam-
nat; à quo defenditur per *Ladercb. Imol. conſ. 130. ſub n.*
1. & infra.

13 Et vbi res eſt menſuranda, id fieri debet intra ſexagin-
ta dies, quibus elapſis amplius peti non poteſt menſuræ
reintegratio, eſt *tex. in l. quod ſi nolit, §. ſed quid ita, ff. de*
ædil. edict. per quem ita decidit *Imol. in c. per tuas, de dec.*
Socin. conſ. vlt. in fine lib. 3. Pariſ. conſ. 64. num. 30. lib. 1. Ce-
phal. conſil. 36. numer. 7. lib. primo. Anchar. iun. fam. quæſt.
libro primo quæſt. 18. in fine. Sola in loco inferius alle-
gando.

14 Nam quamquam hoc intelligatur quando eſt conuen-
tum de re menſuranda; nullo tamen expreſſo tempo-
re; ſecus tamen procedit, quando nil eſt dictum de men-
ſura facienda, vt declarat *Imol. in d. §. per tuas cum quo*
tranſit Abb. ibi n. 7. verſ. tertius caſus, ac ſenſit Dec. conſil.
15 *347. in fin.* vbi volunt, quod tali caſu ſupplementum defi-
cientis menſuræ peti poſſit intra triginta annos; quod
ſequitur *Natt. conſ. 369. n. 10. Anch. iun. dicta quæſt. 18. in*
fine. Sola ad conſtit. Pedem. titul. de cenſ. ſolut. in Gloſ. vnic.
16 *prim. par. ſub n. 28. verſ. 2. ſi nihil putes.* Quin etiam Ho-
ſtien. fuit in opinione, quod nullo tempore præſcribatur
contra facultatem petendi menſuram fieri ob malam fi-
dem, quæ iure canonico inſpecto, ſecundum quod etiam
in foro Cæſaris iudicandum eſt in hac materia, & impedit
præſcriptionem, & eum ſequuntur. *Imol. & Abb.* in locis
proximè citatis. *Bero. quæſt. famil. quæſt. 5. per totam*, qui
fortius vult, quod nullo tempore præſcribatur, ſed peti
17 poſſit menſura elapſis etiam triginta annis non ſolum,
quando nihil dictum eſt de menſura; ſed etiam quando
expreſsè fuit conuentum, quod menſuratio fiat: quia ſe-
cundum eum ſcientia ſemper impedit ne præſcribatur, &
eum ſequitur *Theſaur. deciſ. 185.* quibus contradicit Sola
vbi ſupra.

18 Vbi autem petitur reuiſio menſurationis iam facta illa
quidem petenda eſt intra annum à die prioris menſuræ:
nam alias non auditur poſt annum, vt probat *tex. in l. qui*
grauatus, C. de agric. & cenſib. lib. 11. per quem *text. ita di-*
xerunt Bald. & Cataldi. quos refert, ac ſequitur Socin. in di-
cto conſ. vlt. in fine, lib. 3. Idemque ſenſit Bal. in l. qui bona fi-
de, ff. de damn. infect. prout eum adducit *Abbas in cap. quia*
iudicante num. 5. de præſcript. & ibi Felyn. colum. 2. verſic.
ad tertiam quæſtionem Cephal. dicto conſil. 36. num. 7. Bero.
19 *dicta quæſt. 5.* licet ipſe ob malam fidem contrarium te-
neat. Sola in loco præcitato, verſ. quemadmodum nunc
eſt, quodque lapſo anno quis ſit excluſus a reuiſione per
dictum *tex. in l. qui grauatus volunt Bar. in l. forma, §. fin. ff.*
de cenſib. qui ait intra annum tantum, & non vltra peti
20 poſſe emendationem Cataſtri. Et in ſpecie, quod vltra
dictum tempus non liceat reclamare aduerſus menſuram
iam factam, tenuit *Bal. conſ. 387. ille, qui lib. 3. ſequitur Ale-*
xand. in dicta l. forma, §. fin. Feſtaſ. in tract. de Collect. p. 1. c. 1.
num. 26.

21 Illud tamen notes in materia, quod vbi facta fuit men-
tio menſuræ, & vnica eſt menſura, debet intelligi de illa,
qua attenta pretium correſpondet cum re vendita. *Alex.*
Raud. poſt Solam ab eo adductum conſ. 33. num. 25. lib. 2. Et
22 antiqua menſura ſeruanda eſt *Hier. de Mont. de fin. reg. c.*
23 *26. n. 6.* & quando fieri debet menſuratio, pars vocari de-
bet pro certa die ad intereſſendum in loco ad hoc vt in
mora conſtituatur, vt per *Alex. conſ. 33. n. 6. lib. 6. & Cag.*
in l. 2. n. 261. C. de reſcind. vend.

24 Quamuis vbi haberet iuſtam cauſam non eundi, mora
ſibi imputanda non eſſet iuxta ſententiam *Ruyn. conſ. 98.*
in fin. lib. 1. Bertazzol. de clauſul. clauſul. 20. Gloſ. 20. n. 6.

25 Rurſus quid agendum, ſi in qualitate, vel quantitate
rei immobilis venditæ reperiatur defectus, qualiter ſuc-
curatur ipſi emptori, videndus eſt *Pract. Papien. de for. li-*
bell. in cauſ. vend. in Gl. Perſicarum centum n. 2. qui *nu. ſeq.*
26 agit quoque, quid ſi repetitur ad menſuram, ſed crede-
batur libera, & inuenitur, ſeu detegitur ſerua, & *n. 4.* quid
27 in re mobili vendita ad pondus, vel menſuram, & quæ
menſura, vel pondus ſeruare debeat *ibid. n. 5.*

28 Obiter nunc quæro, an ripa fluminis veniat menſuran-
da, quando venditio deſignat flumen pro confine per di-
ctionem, iuxta, & concludendum videtur affirmatiuè, vt
in ſpecie reſpondit *Alex. conſ. 120. n. 6. lib. 2. Rota coram*
Sanct. Ludouiſio dec. 155. n. 1. & iterum coram R. P. D. Cocci-
no deciſ. 394. ſub n. 2.

Verum cenſeo conſtituendos duos caſus.

29 Primus eſt quando expreſſe fuit conuentum, vt ripa
menſuraretur, & tunc ſi venditor fuerit illius legitimus
poſſeſſor, aſſero menſurandam eſſe ad *tex. in l. littera, ff. de*
contrah. empt. facit l. id quod, §. fin. ff. de peric. & commod. rei
vendit. l. riparum, ff. de rer. diui. §. riparum. Inſtitut. eod. titul.
Bart. in l. quo minus, in 7. quæſt. num. 15. ff. de flumin. vbi Ri-
pa in repet. num. 64. Capoll. de ſeruit. ruſti. præd. cap. 36. titul.
de Ripa, col. 1. Bal. conſil. 463. in princip. lib. 4. & idem Bald.
in rubr. ff. de rer. diuiſ. ſub num. 9. verſ. ſed dubitatur, vbi di-
cit, quod ſi dicatur riparum vſum eſſe publicum, tamen
id intelligitur, vt naues ibi ligentur, retia ſiccentur, & alia
fiant, quæ ad nauigationem, & piſcationem ſunt neceſ-
ſaria, alios plures adducit *Surd. conſil. 376. num. 1. lib. 3.* ſa-
tiſque ripa dicitur incluſa in venditione, dato flumine
pro termino. *Rota dicta deciſ. 155. ſub num. 4. verſ. & ſatis.*
Et dixi venditorem ripæ ad effectum, de quo ſupra, eſſe
debere illius legitimum poſſeſſorem, quoniam id niſi
conſtet, emptor reijci debet, cum alienum non veniat in
30 venditione, nec menſurari debeat, etiam ſi incluſum eſſet
in confinibus, vt ſentit *Alex. conſil. 54. colum. 1. verſ. & hoc*
aperte lib. 3. vbi dicit, quod licet in legato veniat quic-
quid eſt intra fines; tamen fallit, quando aliquid eſt alie-
num *Iaſ. in l. 1. num. 4. C. qui teſtat. facer. poſſ. Ruyn. conſ. 74.*
n. 3. lib. 1.

31 Secundus eſt caſus, quando ripa venditione tacite ac-
cedit, quo caſu menſuranda non eſt *Bart. in tract. Tyberia-*
dis.

Digitized by Google

dis,§.agro num.4.Riminald.ſeu.conſil.444.ſub num.22. Rota soram Sanctiſs.dicta deſiſ.155. num.4. Prout nec quan-
32 do expreſsè id fuit conuentum,quia regulariter riparum vſus eſt publicus,l.3.de flumin.Bar.in dicta l.quominus,q.7. vbi Iaſ.& Rip.l.fluminum in princip.ff.de damn. infect. vbi Gl.idem dicit,Bal.in rubr.ff.de rer.diuiſ.num.9.& 10. Bart. in dict.tract.Tyberiad.in ver.agro num.4.Aret. in §. riparum n.1.inſtit.de rer.diuiſ. inquiens,quod ſi vendito prædio videar etiam vendere ripam fluminis contiguam, nihilominus ſi nihil dictum ſit, non eſt menſuranda, ex quo potius accedit venditioni, ſeu rei venditæ, quam vendi dicatur. Specul.in tit.de empt.& vend.§.1. n.74. in fin.verſ. hoc tamen nota, vbi quod vendito prædio venit ripa fluminis,ſed ea non menſuratur Cæpoll. in dicto c.36. de ripa col.2.verſ.ſed dubium Fabian.de Mont.in tractat.de empt.& vendit.par.6.memb.4.ſol.5.Bal.in d.rubr.ff.de rer. diuiſ.vbi ait imputandum eſſe venditori,qui non eſt apertè locutus.Cæphal.alios referens conſ.586.n.6.& ſeqq. & n.26.in fine.

33 Non omitto quod hoc facile deprehendi poterit ex qualitate pretij,quod eſt in ſingulas tornaturas,ſeu iuge-
34 ra diſtributum, & ex quantitate pretij dignoſcitur, quid voluerint partes in venditione venire.Gl.in l.1. §. qui ſuperficiem,vbi Bar.ff.de ſuperfic.Bar.in l.patronis, §.1. ff.de legat.3.Bald.conſil.245.num.1.in fine lib.3. Surd. qui alios citat conſil.113.n.37.lib.1. vnde dixit Bald.in rubr.Cod.de contrahend.empt. num.4. quod ſi ex ripa percipi poteſt notabilis vtilitas,debet menſurari, vt puta, ſi veriſimile non eſt quod eam vtilitatem venditor voluerit cedere gratis ſequuntur Alex. dicto conſ.120.Iaſon, & Ripa in dicta lege quominus, Cæpoll. & Fabian. in locis præcitatis, Surd.dicto conſil.376 num.12.& 13.& lib.3. qui numero 20.addit,quod leg.littora, ff. de contrahend.empt. reſtringi non poteſt ad littus maris, quia quæcunque dicuntur de ripa procedunt non ſolum in littore maris,ſed etiam in ripa fluminis,ſtagni, lacus,& alterius cuiuſuis rei, quæ ſit publica,vt in leg. vnica in fine,ff.de rip.munien.& vt latius ibidem per eundem Surdum.

ARGVMENTVM.

Deteriorationis, ac interitus rei venditæ periculum ad quem ſpectet.
Fructus rei emptæ qualiter emptori debeantur.
Et quid ſi emptor partem preij tantum ſoluit,& res in totum fuit euicta.

SVMMARIVM.

1 Emptione perfecta, cum de pretio inter contrahentes fuit conuentum, periculum interitus, & deteriorationis pertinet ad emptorem etiam re non tradita, & numero tertio, et quarto.
Ratio affertur,n.2.
Primò limitatur vt procedat, ſi ſpecies, ſeu res indiuidua, ſingularis, ac determinata vendatur, ſecus ſi genus, vt hic,num.5.
Et de ratione,ibid.
Secundò limitatur vt locum habeat, ſi indiuiduum, ſeu res ſingularis vendatur,ſecus ſi ad menſuram,pondus,vel numerum, n.7.
Vide de ratione.
Tertiò limitatur, ſi culpa venditoris ante factam traditionem res pertineat,quia tunc venditoris eſt periculum, numero 9.
Quartò limitatur, ſi poſt rei venditionem, & ante traditionem ex venditoris delicto res vendita confiſcetur n.10.
Quinto limitatur, ſi venditor ſit in mora tradendi rem venditam, n.11.
Sextò limitatur, niſi fundus venditus ſit ad menſuram, & venditor ignorauerit iugerum quantitatem, n.12.
At videas n.ſeqq.
Septimò limitatur, quando venditio licet in ſpecie facta reperiatur,eſt ſuboſcura, n.14.
Octauò limitatur, quando venditio facta fuit ſub modo in ſcriptis, quia tunc modo non impleto periculum eſt venditoris,n.15.
Nonò limitatur,quando furto res vendita periſt,numero decimoſexto.
Decimò limitatur, quando venditio non fuit pura, ſed conditionalis,n.17.
Vndecimò limitatur, quando res vendita nondum tamen tradita vi eſſet adempta ob inimicitias ipſius venditoris, num.18.
Ampliatur id etiam procedere, vbi venditor promiſiſſet de iure & de facto rem venditam defendere,num.19.
Sed diſtinguitur, n.20.
6 Vniuerſalia ſunt perpetua,& incorruptibilia, & ideo indiuiduorum corruptio debitorem generis non liberat.
8 Res vendibilis in pondere,numero vel menſura conſiſtens, ſi guſtari ſolet, & guſtata non ſit, periculum interitus pertinet ad venditorem.
21 Res vendita ſi eodem modo penès emptorem periſſet, periculum non eſt venditoris.
Limitatur.num.22.
Reprobatur Mozz.de contract.tit.de empt.rubr.de accidental.empt.n.23.
24 Diſpoſita periuria de periculo, & commodo rei venditæ ad naturalia emptionis ſpectant.
25 Fructus rei venditæ,vtilitates, commoda, acceſſiones,& alia huiuſmodi,ſine quibus re vti,frui non licet, ad emptorem pertinent,exceptis tantum ratis, & ſæſis, & de ratione,ibid.
Primò ampliatur vt procedat,ne dum ſi res tradita ſit, ſed & ſi adhuc ſit penes venditorem, n.26.
Secundò ampliatur, ſiue pretium ſit ſolutum, ſiue non ſiue fides de pretio habita ſit,ſiue non,n.27.
Declaratur dicta concluſio, vt locum habeat, & intelligatur procedere in fructibus pendentibus de tempore contractus,& in re ipſa vendita actu exiſtentibus,& non aliter, num.37.
28 Vinea vendita, ſeu fundo, venditæ quoque cenſetur vuæ pendentes,& fructus, vt frumentum, & alia.
29 Equa,vaccha, ſeu aſina vendita venit pullus,& vitulus, quos mater adhuc lactat.
30 Caſtro vendito,iuriſdictio,quæ caſtro cohæret vendita cenſetur.
31 Prædio vendito vendita cenſentur ſterquilinia, ſtramenta, & quæ agri ſtercorandi cauſa comparata ſunt.
32 Equo vendito, venditum quoque cenſetur fœnum, ſella, & ephippium.
Primò fallit,ſi venditor oſtendit equum ſine ſella, n.33.
Secundò fallit, quando ornamentis infixa ſunt inſignia venditoris,n.34.
35 Venditor,qui oſtendit equum ornatum, tenetur ad traditionem quoque ornamentorum.
Intelligi,vt fuit dictum,n.33.& 34.
36 Domo vendita veniunt res ibi exiſtentes diſtincta ad perpetuum vſum,etiam quod non ſint affixæ.
38 Fructus omnes ad emptorem pertinent non ſolum exiſtentes, & pendentes,ſed etiam futuri non ſolum percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt,ex negligentia,ſeu mora venditoris

5 *Exceptio rei non traditæ repellit venditorem agentem ad pretium, ſi rem non integram, vel non liberam tradidit, licet emptor per publicum inſtrumentum promiſerit, & ſtatutum mandet, quod inſtrumenta paratum habeant executionem.*

Sicut è conuerſo exceptio pretij non ſoluti repellit emptorem non obſtante ſtatuto, vt ſic, num.6.

Fallit vt num.8.

7 *Exceptio, non impleuiſti ex parte ſua ſemper opponi poteſt licet ſtatutum prohibeat exceptiones opponi.*

8 *Opponere ex inſtrumento non eſt opponere contra inſtrumentum.*

9 *Statutum diſponens quod contra inſtrumentum non admittatur aliqua exceptio, locum non habet in exceptione, quæ deſcendit ex ventre inſtrumenti.*

Quamuis aliqui contrarium teneant, nu.11.

10 *Exceptio, tu non impleuiſti pro parte tua adeo eſt fauorabilis, vt iudex parte non opponente ſuppleat.*

12 *Iudex in ciuilibus poteſt ſupplere in facto abſque partis inſtantia in notorijs, quæ occurrunt poſt inteſtatam actionem & ſic poteſt libellum ineptum reijcere, & agentem ſine actione repellere.*

13 *Exceptio non implementi eſt notoria ex inſtrumento, quod facit probationem.*

14 *Venditor diligentiam præſtare debet, & ipſam rem cuſtodire, donec tradatur.*

15 *Res vēdita vbi præſtita non fuit ſed eſt furto ſubtracta priuſquam ſit tradita emptori, periculum eſt venditoris.*

Ratio affertur, num.56.

Fallit ſi fuit emptori menſurata, ſeu numerata, n.17. & ſeqq.

18 *Culpa regulariter non præſumitur, ſed qui illam allegat probare tenetur.*

20 *Res perit domino, quouſque, cui res debetur, non eſt in mora.*

21 *Conſanguineus ſi denunciet emptori ſe iure viciniatis, vel conſanguinitatis velle rem emptam retrahere, & interim res pereat, peribit emptori, non autem conſanguineo, ſeu vicino.*

Fallit ſi conſanguineus ſit in mora in non deponendo pretium, & res interim perierit, quia periret conſanguineo, n.22.

23 *Periculum rei venditæ poſt venditionem perfectam pertinet ad emptorem, dummodo ceſſet culpa, & mora venditoris.*

Et etiam quando prouenit ex natura rei, quo caſu non datur euictio, non reſtituitur pretium, nu.24.

Præſertim ſi emptor ſciuerit naturam rei, num.25.

Quæ ſcientia requiritur, nu.26.

Vnde datur cautela, quod emptor faciat venditorem obligare de euictione per verba prægnantia cum clauſula qualitercunque, & quandocunque num.27.

29 *Venditor, quando res fuit ſubtracta ſine culpa, & poteſt vendicare, ſeu condicere conditione furtiua, ſatisfacit, ſi emptori actionem cedat.*

Extenditur idem procedere, ſi venditor rem dimittat in loco, & ſtatu, vbi prius ſolita erat eſſe ante illius venditionem, num.30.

Vel quando iniungit emptori, vt res emptas ſecum deferat, num.41.

32 *Emens rem ab eo, qui non eſt dominus, ſi poſtea efficiatur illius hæres illā vendicare nequit, & repellitur exceptione doli, tanquam iniuſtè conetur rem à ſe venditam euincere.*

In emptoris tamen electione eſt hoc detectorem retinere ſi velit intentione actoris per exceptionem eliſa, ſeu potius eam reſtituere, & duplum conſequi euictionis nomine aduerſus eandem, num.33

Vel ſi res euincatur, emptor agere quoque poteſt de euictione contra eum ad duplum euictionis nomine, num.34.

Quod declaratur ibid.

35 *Hæredes plures vbi fuerunt defuncto, ſi eorum vnus petat rem à patre venditam, non ſolum repelli debet, ſed tentari poteſt contra eum hypothecaria, & peti, quod ſibi reſtituatur omnia bona patris, & vt hic.*

Neque talis hæres opponere poteſt de excuſſione facienda prius contra alios hæredes, num.36.

Quæſt. XCVIII.

PRædictis ſuccedit ea quæſtio, an ſi res mobilis nedum
oſtenſa, ſed menſurata, ſeu numerata, emptori fuerit
ſubtracta per furem, emptor teneatur ſoluere pretium
emptori.

1 Et ſi quidem res non appareat tradita, & in emptorem
translata, concludendum videtur non teneri.

Nam venditor, qui pretium petit, docere debet ſe ex
parte ſua impleuiſſe, *l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empti. &
l. ſi pater, C. eod. tit.* & promiſſis ſtetiſſe *Rota diuerſ. deciſ.
331. num. 1. in Romana pecuniaria 2. Decembris 1596. coram
Reuer. P. D. Pamia inter impreſ. Lugduni anno 1612.* &
2 quod vbi contractus eſt vltro citroque obligatorius, niſi
quis impleat ex parte ſua, effectualiter agere non poſſit,
quia quælibet promiſſio habet tacitam conditionem, ſi
fides ſeruatur *Rol. à Vall. conſ. 53. viſo, & diligenter ſub nu.
27. ver. quibus, & n. 28. lib. 1.* quare etiam emptor cum ex
3 empto agit venditori pretium offerre debet; & ideo ſi
partem pretij offerat, agere ex empto non poteſt, & venditor
rem, qua vendit, quaſi pignus retinere poteſt. Hincque
eſt, quod ſi emptor partem pretij ſoluiſſet, & res empta
euicta ſit tota, emptor agens ex empto non integrum
4 pretium conſequetur, ſed illud ſolum quod numerauit, *d.
l. Iulianus, §. offerri.* Vnde exceptio rei non traditæ repellit
venditorem agentem ad pretium, ſi rem non integram,
5 vel non liberam tradidit quamuis emptor per publicum
inſtrumentum ſoluere promiſerit, & ſtatutum mandet,
quod inſtrumentum publicum paratam habeat execu-
6 tionem, & nulla poſſit contra illud opponi exceptio; vt
è conuerſo exceptio pretij non ſoluti repellit emptorem
non obſtante dicto ſtatuto *Dec. conſ. 119. nu. 1. Matthe.
Coler. de poſſeſſ. excuſ. part. 4. cap. 1. num. 78. & 79.* nam
7 exceptio, tu non impleuiſti ex parte tua, ſemper opponi
poteſt, licet ſtatutum prohibeat exceptiones opponi
Crauett. conſ. 151. num. 10. Rol. à Vall. d. conſ. 53. num. 32. &
8 *33.* quia hæc oppoſitio fit ex inſtrumento, & ex ventre
ipſius, & opponere ex inſtrumento non eſt opponere
contra inſtrumentum *Matthe. Coler. dicto cap. 1. num. 79.*
& ideò licet ſtatutum diſponat, quod cōtra publicum inſtrumentum
nō admittatur aliqua exceptio, tamen iſtud
ſtatutum locum non habet in exceptione, quæ deſcendit
9 ex vētre illius inſtrumenti, vt ex *Con. & Galleſ. dixit Scac.*
10 *in tract. de iud. cauſ. lib. 1. c. 62. n. 1. verſ. ſed nimis.* quinimò
hæc exceptio, tu nō impleuiſti pro parte tua adeò eſt fauorabilis,
quod iudex ex officio parte nō opponēte ſup-
11 plet *Crau. d. conſ. 151. n. 10. de quo licet Rol. dicto conſ. 53. n.
33.* dubitet, nihilominus eſt verum, quoniam iudex etiam
12 in cauſis ciuilibus poteſt ſupplere in facto abſq; partis inſtantia
in notorijs, quæ occurrunt poſt intentatam actionem,
& ideo poteſt libellum ineptum reijcere, & agentem
ſine actione repellere, vt per eumdem *Scacc. de iud.
cauſ. lib. 1. cap. 68. ſub num. 2.* exceptio autem non imple-
13 menti eſt notoria ex inſtrumento, quod facit probationem
probatam, ſequitur *Matth. Coler. d. ca. 1. ſub nu. 74.* faciunt
tradita per *Card. Zabar. conſ. 72. ſingulatim ſub num.
10. & 11. Dec. conſil. 61. ſub num. 1. Flam. Chartar. deciſ. 73.
numer. 8. & Becean. conſil. 75. ſub numer. 6.* nam venditor
14 diligentiam præſtare debet, & ipſam rem cuſtodire, *leg.
cuſtodiam, & leg. prima. §. & ſed, & cuſtodiam, & l. hoc
ita, §. cuſtodiam, ff. de pericul. & commod. rei vendit.* quæ
15 vbi præſtita non fuit, ſed res fuit furto ſubtracta priuſquam
ſit tradita emptori periculū eſt venditoris, ad *text.
in l. quod ſi neque, §. 1. ff. eod. tit.* quia cenſetur perijſſe ex

quo

16 quo res non fuerit bene cuſtodita, l.3.§. & quia illi, ff. de
of.præfect.vigil.l.ſi vendita, ff.de peric.& commod.rei vend.
17 Præmiſſis tamen non obſtantibus contrarium verius
eſt, nempè id cedere damno emptoris, qui propterea te-
netur ſoluere pretium; cum enim ſupponatur rem em-
ptori numeratam, ſeu menſuratam, non tenetur amplius
venditor ad cuſtodiam d.§.cuſtodia, & d.§.ſed cuſtodiam,
a contrario ſenſu, & per conſequens cum dicta res vendi-
ta poſtea fuerit ſubtracta, non eſt adſcribendum culpæ
18 venditoris, qui non fuit in mora tradendi alio non do-
cto, cum regulariter culpa non præſumatur, ſed qui illam
allegat, probare tenetur, l.ſi quis ex argentarijs, §.fin.ff.de
eden.& ibi per gl.Bar.& Doct. & l.ſi creditor, l.quæ fortui-
tis, & l.ſi illam, C.de pign.act. & ideo periculum ſpectat ad
19 emptorem, non autem ad venditorem, qui non fuit in
20 mora res enim perit domino, quouſque, cui res debetur
non ſit in mora, ſecus ſi ſit in mora, l.quod te, & ibi Bart.
& communiter DD.ff.ſi cert.pet. quare habemus, quod ſi
21 conſanguineus denunciet emptori ſe iure conſangui-
tatis, ſeu vicinitatis velle rem emptam retrahere, & inte-
rim pereat res peribit emptori; non autem conſangui-
neo, ſeu vicino, quia vel emptor non eſt in mora, & non-
dum facta eſt reuenditio, & ceſſio, & tunc perit ipſi quia
ipſe eſt adhuc dominus: vel eſt in mora, & tunc tanto ma-
gis perit eidem, vt contra Ferron.concludit Tiraq.de retr.
lignag. ad fin.tit.ſub numer.32. ſed deficit Tiraq.in 1.mem-
22 bro diſtinctionis: nam illud procedit, quando neuter eſt
in mora. Cæterum ſi emptor interpellatus ſtatim rem
conſanguineo offerret, & conſanguineus eſſet moroſus
in non deponendo pretio, & res interim periret, vtique
periret conſanguineo, præſertim cum regulariter pericu-
lum rei venditæ poſt venditionem perfectam pertineat
23 ad emptorem, dummodo ceſſet culpa, & mora vendito-
ris, l.ſi neceſſario, l.ſi vendita, l.lecta, & l.vina, & ferè per to-
tum titulum ff.de peric. & commod. rei vend.leg. 1. & tot.
24 tit.C.eod. vt & dicimus, quando euictio occurrit ea natu-
ra rei, quo caſu neq; reſtituitur pretium Bal.Saly.Ang. &
alij communiter in l.ſi fam.C.fam.herc.Bero.conſ.41. nu.48.
lib.1.Rol.conſ.51.n.19.lib.4.Becc.latè conſ.24.n.34.& infra.
vbi quod nec agitur ad pretium Dec.conſ.411.n.4. Maſtril.
deciſ.61.n.6.Roſental.de feud cap.9.memb.1.concl.54.n.17.
& ſeq. & eo magis ſi emptor ſciuerit qualitatem rei Becc.
25 d.conſ.24.n.35.Surd.conſ.311.n.26.in fin.lib.3.poſt. Bald.in
d.l.ſi fam.n.17. C.fam.herciſc. cum requiratur ſcientia na-
26 turæ rei aſſignatæ Bero.conſ.41.n.48.lib.1. Surd.dict. conſ.
311.n.26.lib.3. vnde neceſſe eſt, vt emptor faciat vendi-
torē ſe obligare de euictione per verba generalia, & præ-
gnantia cum clauſula, qualitercunq; quomodocunq; etiā
ex cauſa de præterito, quam de præſenti, cum ſimilibus.
Non obſtant adducta in contrarium.
27 Nam ad id, quod dicitur venditorem regulariter tene-
ri rem venditam tradere emptori, ſi vult petere precium
per dictam l.Iulianus, §.offerri, ff.de verb. oblig.
Reſpondetur non procedere, quando interim caſus
occurrit ſine culpa venditoris, ob quem venditor impe-
ditur tradere, quia offerre non tenetur, quod tradere non
28 poteſt, l.ante pen.l.pen.& l.fin.Cod.de peric. & commod.rei
vendi. non enim eſſet periculum, & incommodum ſolius
emptoris, vt probatur fere per tot.tit.ff. & C.de peric.&
commod.rei vend. ſi venditor pretium petere non poſſet,
niſi prius rem traderet, quā tradere nō poſſet caſu fortui-
to impeditus, vt in terminis, inquit Cor.con.231.n.7.lib.2.
29 Et quatenus obijceretur poſſe venditorem rem ſubtra-
ctam vendicare, ſeu contradicere à ſubtrahēte conditio-
ne furtiua, & ita illam conſequi, & habere, & illam habi-
tam poſtea emptori tradere, & ſic quodammodo videtur
dictam rem habere, per regulam, quod qui habet actionē
cenſetur rem ipſam habere, l.qui actionem, ff.de reg.iur.l.
nemo videtur, ff.de in integr.reſtit.min.cum ſimil.

Reſpondetur, quod venditoris ſufficit offerre actionis
ceſſionem, per text.in leg.3.§.idem Labeo, ff.de in rem verſ.
& l.ſi vt certa, §.idem Labeo, ff.comm.l.quod debetur in fi.ff.
de pecul.& l.quod ſæpè, §.ſi res, ff.de contrah.empt.Cornel.d.
conſ.231.n.8.& ſeqq. qui idem eſſe dicit, ſi venditor rem
30 dimittat in loco, & ſtatu, vbi prius ſolita erat eſſe ante
31 venditionē illius, vt ib.nu.6. vel quando venditor iniungit
emptori, vt res emptas ſecum deferat dict. loco num.5.
Sed hic incidit dubitatio, quid reſoluendum, quando
32 aquis rem alterius alienauit, quem poſtea ſibi hæredem in-
ſtituit in teſtamento, an is mortuo teſtatore valeat eam
vendicare. De qua quæſtione aliquid dixi in quæſt.
Et dicitur quod non. Nam habemus, quod vbi is, qui
non erat dominus vendidit alicui, puta domum, & poſtea
dominium acquiſiuit, vel quia domino ſucceſſit, vel alia
de cauſa, & occaſione rem vendicauit ab emptore ſuo re-
pellitur exceptione doli, tanquam iniuſtè conetur rem à
33 ſe venditam euincere, quamuis ſit in electione emptoris,
hoc detecto, rem retinere ſi velit, intentione actoris per
exceptionem eliſa, ſeu potius rem reſtituere, & conſequi
duplum euictionis nomine aduerſus eundem, ad text.in l.
vendic.ff.de euict. à quo ſumitur regula, videlicet, quem de
euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio,
& eſt ſimilis text.in l.1.ff. de except. rei vend. & proprius
34 accedendo ad quæſtionem noſtram, quando dominus rei
ſuccedit vendenti, ſeu alienanti rem ſuam, a quo fuit hæ-
res inſtitutus, quod eodem modo repellatur, eſt text.in d.
l.1.ff.de except.rei vend. ibi, ſi alienum fundum vendideris
& tuum poſtea factum petas, te exceptione rectè repellē-
dum, ſed ſi dominus fundi hæres venditori exiſtat, idē erit
dicendum, facit l.vlt.eod.tit.vbi tex. poſtquam dixit, quod
exceptio rei vēditæ non ſolum emptori, ſed eius ſucceſſo-
ribus proderit, ſiue in fine, ſic dicit. Pari ratione vendito-
ris etiam ſucceſſoribus nocebit, ſiue in vniuerſum ius, ſiue
in eam dūtaxat rem ſucceſſerint. Eſt & alius tex. in l.ven-
ditrici in 1.& 2.reſp.C.de reb.alien.non alien.vbi in princip.
dicit, quod hæres, qui ſucceſſit venditori, venire non po-
teſt aduerſus venditionem ab eo factam ex perſona defū-
cti. In ſecundo verò reſponſo idem tex. inquit, quod ſi hæ-
res venditoris vellet venire contra factum defuncti vēdi-
cando rem ſuam a teſtatore alienatā, & adhoc veniat nō
tanquam hæres, ſed ex perſona propria, quod in empto-
ris electione erit retinere rem, & repellere hæredem per
exceptionem doli mali, vel omittere dictā exceptionē, &
res fuerit euicta, agere de euictione contra eum ad duplū
cum magis fortè ſua interſit conſequi intereſſe, ſeu duplū
euictionis nomine, quā rem retinere, & concordat alius
text.in l.Seia, ff.de euict. facit l. ex qua perſona, ff. de reg.iur.
vbi I.C.ait, ex qua perſona quis lucrū capit, eius factum
præſtare debet. Sunt etiam conformes text.in l.ſolutum, §.
ſolutum de pign.act.l.ſi ab eo, C.de neg geſt.& in l.ſi ab eo, C.
de liber.cauſ. & præmiſſa procedunt etiam in filio hærede
patris, qui nō poteſt cōtrauenire alienationi per patrem
factæ de re ipſius filij, l.fi.de libe.cauſ.Dec.in d.l.ex qua per-
ſona in prin.& con.547.viſo punct.n.4 Curt.ſen.con.1.circa
prin.ad fi.Ro.con.18.n.4.Ruy.con.1.n.14. conſ.7.n.39.conſ.
156.in fi.& cōſ.208.n.16.li.1.& con.25.n.11.li.2.Grat.cōſ.
91.n.4.lib.2.& conſ.25.nu.39.lib.1.Bertr.conſ.88. n.10.lib.
1.Boer.deciſ.23.ſub n.20.Pereg. in tract.de fideic.art.33. n.
6.& 10.& ante hos Paul.de Caſt.conſ.197. viſis dubijs li.2.
Declaratur dicta concluſio, vt locum habeat, vbi is hæ-
res eſt inſolidum, alias repellitur ſolum pro ea parte, pro
qua eſt hæres, l.cum à matre, C.de rei vendit.ibi, in fin. quod
ſi venditricis obtinet hæreditatem doli mali exceptione,
pro qua parte ad eum hæreditas pertinet, vti non prohi-
beris, facit l.1.& tot.tit.C.de hæredit. act. vbi actio ſolum
confunditur pro parte hæreditaria, cum quoad alias par-
tes habeatur pro extraneo, & non prohibeatur agere, &
contrauenire, quia pro illis non deſcēdit in ipſum obliga-

S 2 tio

labr.3.Rota coram Sanctiſsim. Ludouiſio deciſ. 157. *num.*10.
Sed quinimò tenetur ad damna,& intereſſe,iuxta quę re-
4 ſpondit *Burſat.conſ.56.num.26.lib.1.* cum dixit, vendito-
tem, qui tenetur procurare aſſenſum domini directi ſu-
per re feudali, vel emphyteotica vendita,quando illum
non obtinet, vel tempore inhabili, teneri ad damna, &
intereſſe.

Vnde pro concordia dicimus, venditoris factum, pa-
5 ctum, ſeu confeſſionem emptori nocere ſi ante, non ſi
poſt ius emptori quæſitum pręceſſerit;niſi tamen conſul-
tò emptor paſſus fuerit, vel ei aſſenſerit. *Alexand.in lege
ſapè num.95.ff.de re indic.Roland. conſil.58. num.10. ad fi-
nem libro 2.Hond.conſil.80.num.41. libr.1.Caball.Surd.& Rota in locis præallegatis,& iterum Rota deciſ.106. numer.
2.parte 2.in nouiſs.* Et hinc eſt, quod in litæ, quæ agitur
aduerſus venditorem, licèt non requiratur citatio em-
ptoris de cuius intereſſe agitur ſecundario, non princi-
paliter, id tamen locum habet, & eſt verum ad validita-
6 tem ſententiæ, ſed non procedit quoad effectum, vt no-
ceat emptori,qui eo non citato,non nocet,etiam ſi prin-
cipaliter non interſit. *Alexand.in leg.de vnoquoque in vl-
tima limit.vbi Marſil.num.57.ff.de re iudic.idem Alexand.
conſ.84.num.10.libro.3.Oſaſch.deciſ.157. num.10. adducit
alios Ant.Gabr. commun.opinion.lib.2.tit.de citat. concluſ.
1.num.*330.

7 Confirmatur, quia licet etiam ſententia lata contra
authorem noceat etiam ſucceſſori non citato. *Oldrad.
conſil.*313. quem ad hoc citat *Ayman. conſil.481. num.23.*
8 *Alex.in leg.ſæpè num.69.de re iudicata, qui adducit Innoc.
in cap.quamuis,eod.tit.Pariſ.conſil* 28.*num.*16.*lib.*1. Com-
muniter tamen Doct.diſtinguunt inter eum,qui ſucceſſit
poſt motam litem, & eum, qui cauſam, & ius habebat
ante inſtitutum iudicium,vt primo caſu ſententia noceat
ſucceſſori, ſecundo verò non ſic *Bartol. in lege ita ſupera-
tus,ff.de pign.* qui quamuis loquatur in actione perſonali,
idem tamen eſt in reali. Ideo ſi quis bona ſua obligaue-
9 rit, & mox vendiderit aliquod prædium, iudicium a ret-
tio contra venditorem motum poſt emptionem empto-
ri non nocet,vt volunt *Dyn.conſil.5. quem refert, ac ſequi-
tur Ioan.Andr.ad Specul.in tit.de teſtam. §.nunc tractemus
in addit.magna.idem ſenſit Bart. in l.ſi mater.§.fin.ff. de ex-*
10 *cept.rei iudic.* vbi dicit hoc procedere tàm in probatio-
nibus,quàm in ſententia.*Imol.in d.l.ſæpè col.9.verſ.contra
autem quando Aret. conſ.36.ſub num. 3. verſic, ſecundo di-
co. Socin.ſen.conſil.82.num.4.lib.3. Capyc.deciſ.20. numer.*
30. vbi ita intelligit dictum *Alexand.in dict.leg.ſæpè num.*
11 69.vt procedat quoad eum, qui ſucceſſit poſt motam li-
tem: hæcque ſententia probatur per dictam *leg.ſæpè in fi-*
12 *ne,ff.de re iudic.*vbi,vt ſententia contra authorem noceat
habenti cauſam ab eo,qui requirit,vt ſciuerit cauſam agi,
& ibi tradunt omnes in ſummario, præſertim *Bart.Imol.
Alexand. & cæteri. Ideoque inquit Bart. in l.creditores ſub
num* 23.*verſic.tertio caſu, Cod.de pignor.*quod etiam ſi a-
13 gatur de iure reali, exequi non poteſt ſententia abſque
nouo proceſſu contra eum, qui ſucceſſit ante litem mo-
tam; niſi ſimus in vltima voluntate, & quod ius exequen-
14 di procedens a ſententia non transeat aduerſus ſingula-
rem ſucceſſorem.*Ioan.Neuzan.conſ.20.num.13.Oſaſc.de-
ciſ.Pedamont.65. num.4.*

15 Declaratur procedens concluſio vt procedat, niſi ali-
ter doceatur de veritate confeſſionis ſecundum *Imol.in l.
fin. de empt. & vendit. quem probauit Rota coram Cardin.
Seraphino deciſ.*1024.*num.*5.

16 Prout non etiam è contra datur euictio in caſu occur-
renti poſt venditionem *l.Lucius in fine, vbi gl.in ver.perti-
nere de euict. Bart.in l.ſi per imprudentiam in fine, ff.eodem
tit.Dec.in l.diem functo num.23.ff.de offic.aſſeſs.Natt.conſ.*
181.*num.*1.& 2.

17 Quod præſertim habet locum, quando quid proceſſit
ex facto Principis, abſq; vlla culpa venditoris: quo caſu
contra eum nulla datur actio emptori de euictione, nec
ratione intereſſe,nec ad pretij reſtitutionem,quod ſolum
erit ſoluendum per Principem, vel per venditorem, ſi illi
Princeps dediſſet, *l.L[illegible] de euict. Natt. d.conſ.*181. *nu.*4.
*Put.deciſ.*381.*num.* 2. *lib.*3. quaſi tunc euictio cauſam ſu-
mat à nouis legibus diſponentibus circa deciſoria vltra
vel contra ius commune,quia tunc non ſpectat ad vendi-
toris præiudicium, ſeu damnum. *Bald.conſil.* 460.*factum*
18 *tale eſt,num.4.libr.4.*atque etiam, vbi euictio ſuccedit ex
natura rei: quo caſu, vt ſæpè dictum, non datur de eui-
ctione actio, neque pretium reſtituitur.*Bald.Ang. & Sa-
lyc.& alij communiter in leg.ſi famili.c,C.famil.hærciſ.Bero.*
19 *conſ.41.num.48.lib.1.latè Becc.conſil.24.num.34. & ſeqq.*
vbi,quod nec agitur ad pretium *Dec. conſil.*411. viſis his,
quæ accuratè,*num.*4. cum cæteris adductis in præcedenti
quæſtione,*num.24. & infra*.

20 Fallit data ſcientia emptoris, qui emendo ſciuit quali-
tatem rei emptæ, quod facit, vt videatur in ſe ſuſcepiſſe
periculum,& caſum poſt traditionem contingentem.*Bal.
in d.l ſi famil.c,num.*17.*C.famil.herciſcund.Becc.d.conſ.*24.
num.35.Surd.conſ.311. num.26. in fin.libr.3. cum requira-
tur ſcientia naturæ rei aſſignatæ. *Bald.in d.l.ſi famil.c. nu.*
21 17.*Bero. d.conſ.41.numer.48.libro primo, Surd.dict.conſil.*
311.*num.*26.

22 Quare emptor, vt indemnitati ſuæ prouideat curare
debet, quod venditor de euictione ſe obliget per verba
ſaltem generalia, & prægnantia, cum clauſula quomo-
cunque &c.vt in præcedenti quæſtione fuit dictum. *num.*
27.quaſi tunc illa vniuerſalis promiſſio de euictione vim
habeat ſpecialis in caſu etiam contingente ex natura rei:
pro qua venditor tenebitur, licet tutiùs ſit apponi ſpe-
cialem euictionis promiſſionem, etiam in caſu contin-
gente ex natura rei, vt ſæpè dixi, & reſpondit *Tiber.Dec.
conſ.55.nu 92.lib.3.& Maſtrill.deciſ.61.nu.6.*

23 De emptoris facto idem dicimus, quod ſupra de facto
venditoris,illud inquam non nocere venditori, *l.ſi dictum*
24 *§.ſi compromiſero, ff.de euict.* etiam ſi conſtat in omitten-
do,vt puta,ſi emptor non appellet, quàmuis venditori li-
tem denunciauerit,& liti aſtiterit. *Franc. Marc deciſ.*587.
num.5.p.t.Facbin.controuerſ.iur.lib.2.c.39. vel ſi appella-
tionem non proſequatur, quia non agit ijs, caſibus de e-
uictione.*Franc.Marc.d.deciſ.*587.& nos poſuimus ſuo lo-
co cum declarationibus tamen.

25 Licet quandoque noceat, vt patet penès *Roman.conſil.*
53. videlicet, quando emptor ponit bona ad cridas, &
bannimenta, & ſine pacto; & venditori ſequitur incom-
modum,ac præiudicium: non enim, quoad ea, quæ ſunt
de natura contractus emptionis, vt eſt euictio, & reſpi-
ciunt defenſionem, ſeu aſſecurationem rei emptæ vendi-
tor conqueri poteſt de facto emptoris, *l.non dubitatur,C.
de euict.Surd.conſil.13.lib.1. & deciſ.253.*

ARGVMENTVM.

Venditor videns ſe in fraudē alienaſſe,an audiatur, & de euictione nō teneatur. Dolus quando dat cauſam contractui, qualiter ſuccurratur decepto?

SVMMARIVM.

1 *Venditor dicens ſe in fraudem alienaſſe non auditur.*
Fallit,ſi alleget ſimulationem ad ſui defenſionem,n.2.
3 *Simulatio, & turpitudo, licet agendo allegari non poſſit, ta-
men excipiendo.*

Et præſertim contra participem ſimulationis, ſeu turpitudinis, num. 4.
5 *Dolus, vbi dat cauſam contractui ſuccurritur decepto pro quauis læſione.*
Et venditor decipiens, nedum ten[illegible]d reſtitutionem pretij, ſed etiam ad intereſſe, num. 6.
7 *Emptor, qui ſcit futuram prohibitionem monetæ, & illam ſtatim expendit, vel ex illa creditori ſatisfecit, tenetur eam recipere, & bonam, & expendibilem loco eius reſtituere.*
Quamuis communis ſchola Theologorum aliter ſentiat, numero 8.
9 *Delegans ſciens fugam futuram debitoris delegati non liberatur vel ſaltem doli exceptione tenetur, n. 10.*
11 *Emptor, qui ſciebat debitorem, quem delegat breui ceſſurum foro non liberatur.*
12 *Dolus probatur coniecturis, vt hic.*
13 *Venditor frumenti ſciens breui legem promulgandam, quod frumentum viliori pretio vendi debebat, ſi emptorem certiorem non fecit, tenebitur ad intereſſe.*
14 *Emptor, qui venditorem induxit vendere minus iuſto pretio tenetur remedio l. 2. C. de reſcind. vend. etiamſi læſit ſit citra dimidiam iuſti pretij.*
15 *Dolus dicitur dare cauſam contractui, & emptor tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ contractum reſcindit, quando vendens decepit illum, vel è contra, mentiendo qualitatem rei, vel monetæ ſoluendæ tacendo, vel occultando.*
Quo caſu omnes conueniunt etiam in foro exteriori contractum eſſe reſcindendum, vel læſionem tollendam, etiam citra dimidium, ſi dolo ex propoſito contigerit, nu. 16.
Primò declaratur procedere volente decepto, & non aliter, num. 22.
Secundò declaratur, quando dolus eſt talis, vt caperet etiam prudentiſſimum virum, nu. 23.
Tertiò declaratur quando dolus repugnat naturæ, & moribus contractus, quia tunc contractus reſcindi poteſt etiam, quod ſit minima læſio, n. 24.
Quartò declaratur habere locum in dolo commiſſo per contrahentem: ſecus ſi fuerit commiſſus per proxenetam, ſeu alium ſine conſenſu contrahentis, n. 25.
17 *Diſtinctio affertur inter deceptionem deceptiuam, & inter deceptionem negatiuam.*
18 *Bona fides eſt dolo contraria.*
19 *Dolus, qui dat cauſam contractui bonæ fidei an improbet magis, quam dolus incidens diſtinguitur.*
Sed quod immò inter hos nulla detur differentia, nu. 20.
26 *Proxeneta, vel tertius, qui dolum adhibuerunt ſi contractu tenentur de dolo, & aduerſus illos agendum eſt.*
Et quatenus ij ſoluendo non eſſent, tenetur is, cuius gratia fuit dolus commiſſus, num. 27.

Quæſt. C.

QVandoque venditor perſpiciens rem vili pretio
vendidiſſe, vel alia ratione, vel cauſa pœnitentia
ductus, vt ſibi, vel alteri proſit, proponit ſe in fraudem a-
1 lienaſſe, an audiendus ſit quæritur.

Et quidem *Bar. in l. ſi poſt contractum, ſub numer. 6. verſ. ſed in empt. de donat. diſtinguit duos caſus.*

Primus eſt, quando venditor vult dicere hoc factum eſſe in fraudem: & tunc inquit Bart. non poteſt.

2 Secundus caſus eſt, quando venditor vult dicere
venditionem fuiſſe nullam, fictitiam, ſeu ſimulatam, &
non in fraudem alicuius perſonæ priuatæ, vel fiſci, ſed, vt
ſe defendere à Tyranno, vel ex alia honeſta cauſa; quo in
caſu admittitur, & allegare poteſt ſimulationem ad ſui
defenſionem, *lege quamuis, & lege cum proponas, Cod.*
ſi quis alteri, vel ſib. Bart. in dicta lege poſt contractum, &
in ſuo conſil. 65. Petrus Nicolæ. Paul. de Caſtr. in dicta lege
per diuerſas, Cod. mandat. & conſil. cinquanteſimo octauo,
viſis libr. 2.

3 Comprobatur, quia licèt quis non poſſit allegare ſimu-
lationem, vel turpitudinem agendo, tamen allegare po-
teſt excipiendo, vt per *Tiraquel. de retract. lign. §. primo,*
Gloſs. 18 numer. 34. & præſertim contra participem ſi-
mulationis, ſeu turpitudinem, ſecundum eundem *Ti-*
raq. dict. gloſs. 18. numer. 72. qui declarat Dec. conſil. 587.
4 vt nempe procedat, quando emptor allegaret turpitudi-
nem ſuam aduerſus participem fraudis, ſiue turpitudinis,
quoniam tunc agit de damno vitando, vt ibi per eum,
refert ac ſequitur *Aneh. iun. quæſt. famil. libr. 3. quæſt. 80.*
num. 6. & ſeq.

5 Cauendum tamen eſt à venditore, ne dolo ac fraude
vtatur in venditione rerum, ac bonorum, quia vbi dolus
dat cauſam contractui ſuccurritur decepto pro quauis læ-
ſione. *Bart. in lege quero, ff. de actio. empt. Felyn. in ca. 2. ſub*
num. 7. limita. 3. in fin. de conſtit. Nenizan. conſ. 49. ex Ducali, nu. 17. verſ. quartò principaliter. Menoch. de arbitr. Iudici
lib. 2. cent. 2. caſu 185. ſub num. 20. 21. & 22. & nedum te-
netur venditor ad reſtitutionem pretij, ſed etiam ad in-
6 tereſſe. *Brun in tract. de ceſſion. bon. qu. 30. q. 4. princ. ſub nu.*
1. qui ſub num. 2. proptcrea dicit, eum qui prohibitionem
7 monetarum futuram ſciebat, & ideò illas ſtatim expen-
dit, vel de illis creditori ſatisfacit, teneri retro accipere,
& bonas, & expendibiles loco earum reſtituere: quamuis
in foro animæ *Leſ. de iuſtit. & iur. Tolet. in ſumm. l. 7. cap.*
50. num. 7. & Couar. in reg. peccatum, §. 4. de reg. iur. in 6. &
cæteri Theologi forte magis communiter contrarium
8 teneant, qui tamen in mercibus propriè loqui videntur,
& in delegante, qui ſciebat fugam futuram debitoris de-
9 legati, quia tunc dicitur fuiſſe in dolo, & ideo non ſic libe-
ratur, reſpondit *Alex. conſ. 94. viſo puncto ſub num. 3. lib. 3.*
10 *Surd. conſ 145. ſub num. 18. lib. 1.* Et quod ſaltem doli ex-
ceptioni teneatur, vt & emptorem, qui ſciebat debito-
11 rem, quem delegat breui ceſſurum foro, quod non libere-
tur, tenuit idem *Surd. deciſ. 23. ſub num. 10. in fine,* ibi, ad-
ducebatur deciſio, *& num. 11.* dolus autem probatur co-
niecturis, vnde ſi quis orta fama de caſu ſiniſtro ſe aſſecu-
12 rari fecerit, aſſecuratio non tenet, & ſimiliter, ſi is, qui
verſabatur in Palatio, & cognouit legem eſſe factam, & ſi
13 adhuc non publicatam, quod frumentum viliori pretio
venderetur, ſtatim vendiderit frumentum ſuum nullate-
nus emptore certiorato de lege ſancita, & propediem
promulganda tenebitur venditor ille ad intereſſe em-
ptori, quem ſcienter fraudauit. *Stracch. in tract. de ſponſ.*
part. 3. verſ. item quæro. Vincentius num. 2. & ſeq & verſic.
putoque, cum cæteris de quibus ſupra mentionem feci
poſt *verſ. cauendum.*

14 Idem dicendum eſt procedere in emptore, quando is
induxit venditorem ad vendendum minus iuſto pretio,
quia tunc dolum aſſuiſſe dicitur ex parte illius, ideo non
petit venditori remedium etiam citra dimidiam iuſti
pretij. *Abb. in c. cum cauſa ſub nu. 4. in 2. membr. diſtinctionis de teſti. & latius Franc. de Ares. ſub numer. 24.* vbi de-
15 clarando hanc materiam, ait, quod dolus dicitur dare
cauſam contractui, ſeu incidere contractui, & ideo tam
in foro contentioſo, quam foro conſcientiæ contractum
eſſe reſcindendum, ſeu ſatisfaciendum parti læſæ, quando
vendens decipit emptorem, vel contra emptor decepit
venditorem mentiendo de qualitate rei, vel monetæ ſol-
uendæ, tacendo aliquid, & occultando circa rem, pro-
pter quod pluris venditor vel minus ſoluitur. Sequitur
16 *Couar. var. reſ. lib. 2. c. 4. ſub num. 11. verſ. quinto,* quod in fi-
ne, dicens, quod omnes conueniunt etiam in foro ex-
teriori contractum eſſe reſcindendum, vel læſionem
tollendam etiam intra dimidiam ex propoſito conti-
gerit,

Digitized by Google

gerit, & quod in hoc nulla eſt dubitatio, idem ſenſerunt
*Cępoll.in tract.de ſimul.contract.ſub num.49.verſ.nam con-
tractus venditionis.Strac.in d.tractat.de ſponſ.par.3. verſ.
item quæro Vincentius,num.3.*ibi nec in præmiſſis, & *Bon-
inſeg.in tract.de vend.ad temp.c.5.num.10. in fin. & num.*
11.hanc eandem doctrinam ſub alijs verbis docuit *Bal.in
l.2.ſub num.1.in 3.oppoſit.Cod.de reſcind.vendit.* quem ſe-
*quuntur Ioan.de Anan.in cap.in Ciuitate num.8. in fine de
vſur.& Ant.Burg.in cap.cum cauſa,n.61. in 23. limitat.de*
17 *empt. & vendit.* diſtinguens inter deceptionem proue-
nientem ex induſtria deceptiua,& tunc quauis etiam mi-
nima deceptione detur remedium decepto; & inter de-
ceptionem prouenientem ex induſtria negotiatiua; &
tunc non detur remedium reſciſſionis,niſi excedat dimi-
diam iuſti pretij.*Fabian.de Mont.in tract.de empt.& ven-
dit.q.8.princ.ſub num.8.& Boninſegn.in tractat.de vend.ad*
18 *temp.c.52.num.4.in fine.* Ratio eſt ſupradictæ concluſio-
nis,quia bona fides eſt dolo contraria *l.3.§. fin.ff.pro ſoc.*
opportunè hic quæritur numquid dolus, qui cauſam
contractui bonæ fidei improbet magis contractum, quã
dolus incidens,vt ex glo.refert *Cyn.in d.l.dolo.*quæ tamen
19 id non reſoluit, ſed apertè *Cępoll. de ſimulat. contract.
num.40.&* 59.dicens,quod ſi dolus dedit cauſam contra-
ctui bonæ fidei,contractus ipſo iure non tenet; ſed inci-
dat in contractum, agi ſolum poſſet ad ſupplementum
iuſti pretij.

20 Cœterum quoniam *Abb.in d.c.in ciuitate ſub numer.6.
de vſur.& in cap.cum cauſa ſub n.4.verſ.item ex alio de te-
ſti.& Franc.de Aret.ibidem nu.24.* nullam faciunt in hoc
differentiam inter dolum, qui dat cauſam,contractui, &
dolum incidentem, ſed aſſerunt, quod quando dolus dat
cauſa contractui,vel incidit contractui emptionis,& ven-
ditionis, contractus reſcinditur vel res reducitur, ad
æquum in foro contentioſo,& multo magis in foro poli,
& quod & probaſſe videtur *Ant.de Burgoſ. in c.cum dile-*
21 *cti.n.21.in ſecundo caſu princ.de empt.& vendit.* dum in-
quit quod ſi dolus daret cauſam deceptioni, vel incide-
ret,cum peteret remedium legis eleganter non aliter diſ-
ſeram.

22 Primò declaratur quod dixi contractum reſcindi, vel
eſſe nullum ipſo iure locum habet volente decepto, alias
ſecus,ſi voluerit ſtare contractui, quia tunc nec etiam is.
qui dolum commiſit, poſſet proprium dolum allegare
*Iaſ.in §.actionum nu.41.inſt.de act.& Ant.Burg.in d.c.cum
dilecti,ſub n.21.&* 58.

23 Secundò declaratur vt procedat, quando dolus eſt ta-
lis,vt caperet etiam prudentiſſimum virum,alias contra-
ctus eſſet validus,vt in ſimili dicitur de metu, qui talis re-
quiritur,vt cadat in conſtantem virum.*Iaſ.in d.§.actionũ,
n.40.verſ.*vnum tamen,& de metu habetur per *Nauar.in
Manuali confeſſ.c.17.n.15.* vbi de communi.

24 Tertiò declaratur vt ſibi vendicet,quando dolus repu-
gnat naturæ,& moribus contractus,quia tunc contractus
reſcindi poteſt,etiam quod minima ſit læſio, *Calder.in c.
nauiganti,n.17.de vſur. Abb.in d.c.in ciuitate ſub n.6 eod.
tit.& in c.cum cauſa ad fin.ſub num.4.verſ.Item ex alio,&
verſ.aut interuenit deceptio re ipſa.Franc.de Aret.num.24.
extra de teſtibus,Cępoll.in d.tract.de ſimul.contract.numer.
46.verſ.nam contractus venditionis,*ſecus quando dolus,&
deceptio non repugnant naturæ, & moribus contractus,
quia occaſu non reſcinditur ex præallegatis.

25 Quartò declaratur procedere in dolo commiſſo per
contrahentem; ſecus ſi fuerit commiſſus pro proxene-
tam,ſeu alium tertium,abſque tamen conſenſu dicti con-
trahentis,*Iaſ.in d.§.actionum num.44.verſ.an autem Ant.
Burg.in d.c.cum dilecti,ſub n.52.& Io.Azor.inſtit.moral.p.
3.lib.6.tit.de contract.c.10.q.2.*

26 Verum proxeneta,ſeu tertius,qui dolum adhibuerunt,
tenerentur, & aduerſus illos agendum eſſet actione de
27 dolo. Et quatenus iſti ſoluendo non eſſent, teneretur is,
cuius gratia fuit dolus commiſſus ſecundum *Azor.in d.c.
10.quæſt.2.*

ARGVMENTVM.

Venditor, vt periculum euictionis transferat in emptorem,quid agere debeat.
Venditio, quando dicatur facta ad menſuram,& quando ad corpus.
Et in ea,quando locum habeat euictio.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, vt transferat periculum in emptorem, debet fa-
cere rem menſurare, vel tradere poſſeſſionem.*
*Quod notandum eſt, quidquid ſit in traditione per conſtitu-
tum,n.2.*
3 *Poſſeſſio transfertur per domini traditionem, etiam quod
contractus eſſet conditionalis.*
4 *Venditor in venditione,ſi incipit a corpore,& poſtea ſubij-
cit numerum,& deinde limites,& confinia corporis, nu-
merus ſtat demonſtratiuè.*
*Extenditur idem procedere in vendente fundum tali loco
exiſtentem,qui eſt puta ſex iugerum,quia venditus intel-
ligitur,qualiter reperitur,n.5.*
6 *Venditio,& locatio ad corpus cenſetur, quando partes ex-
perunt explicare mentem ſuam a corpore.*
*Extenditur idem procedere,quando fuit conſtitutum vnicum
pretium totius prædij, & non fuit diſtributum in ſingulas
tornaturas, ſeu iugera, n.7.*
*Et quando contrahentes non ſunt locuti de certa, & deter-
minata menſura:ſed vſi fuerunt dictione in circa,n.8.*
Dictio (in circa) refertur ad quid modicum.
*Et quantum importet, remittitur arbitrio iudicis, qui con-
ſiderare debet veriſimilitudines,præſumptiones,& mate-
riam ſubiectam,n.10.*
11 *Annorum mentio, quando fit per dictionem in circa verifi-
cari poteſt in duobus annis addendo,vel detrahendo.*
12 *Iudicis arbitrium eſt,quanta pars veniat in venditione per
verbum,in circa.*
13 *Venditor, quando voluit ſe reſtringere ad aliquem certum
numerum,& vſus fuit verbis,quantumcunque ſit, com-
prehendit totum intra fines deſignatum, ſiue maioris, ſiue
minoris quantitatis.*
14 *Venditor ſi dicat vendere 250.tornaturas, & quantæcun-
que ſint quantitatis, non cenſetur ob hanc adiectionem
reſtringere demonſtrationem ipſam, non ſecus quam ſi di-
ctum eſſet plus,minus.*
15 *Venditio, quando eſt ad corpus, & non ad menſuram, em-
ptor tenetur ad integram ſolutionem pretij,etiamſi nume-
rus enunciatus per venditorem in aliquo deficiat.*
16 *Fundus quando fuit expreſſus per modum taxationis, et ſpe-
cialis limitationis inducitur hypotheca, vt hic.*
17 *Fundus dicitur obligatus, quando quis dixit, mutua mihi
centum ſuper fundo Maniano.*
18 *Dictio, ſuper, ſi adijciatur generaliter bonis, erit contracta
generalis hypotheca, ſecus ſi ſit poſita ſuper certis bonis,
quia intelligeretur ſpecialis.*
19 *Agnatio facta ſuper introitibus efficit, vt introitus cenſean-
tur obligati.*
*Fallit,ſi ex inferioribus verbis conſtare poſſit,factam eſſe po-
tius dationem in ſolutum,n.20.*
21 *Venditio facta cenſetur ad corpus, & non ad menſuram,
quando*

Digitized by Google

quando vnico pretio facta fuit.
22 *In venditione includitur quidquid intra confines contine-*
tur.
23 *Vendens fundum centum iugerum certis finibus deſigna-*
tum, teneatur pro euictione, ſi quid fuerit euictum ex com-
prehenſis intra fines, licet ſuperſint centum iugera.
Ratio affertur ibidem, n.24.
Et omnes ita tenent, n.25.

Quæſt. C I.

1 CAutela datur in venditione ad transferendum peri-
culum in emptorem, vt venditor vel faciat rem
menſurate, vel quod rei venditæ tradat poſſeſſionem.
Paul. de Caſtro in l.2.p.2.poſt Ang.ibid.C.de peric. & com-
*mod.rei vend.*de veriori ſententia latè teſtatur *Dec. conſil.*
2 178.*viſo eleganti, ſub num.2.verſ.* quibus tamen non ob-
ſtantibus, & valdè notandam, & commendandam huiuſ-
modi praxi tanquam inſignem, quidquid aliud ſit in tra-
ditione per conſtitutum habetur per *Couar.pract.qu.cap.*
3.ſub num.6.verſ.quæ quidem concluſio, & in fine, verſ. ſed
quod prior opinio. Corn.conſ.50.col.5.lib.1.Pariſ.conſ.59.n.
3 20.*& ſeq.lib.1.*& eſt generale, quod per ſimplicem domi-
ni traditionem transfertur poſſeſſio, etiam quod contra-
ctus eſſe conditionalis. *Pariſ.conſ.11.n.87.lib.1.poſt Inno-*
cent.in c.olim il primo n.5.de reſtit.ſpol.Cæſar.de Graſſ.deciſ.
44.a.4.Hond.d.conſ.46.num.48.lib.2. & ſcribentes in l.ſub
conditione de ſolut.
Verùm quia quando res menſuratur in venditione ſo-
let de pluribus dubitari, quædam hic ad declarationem
4 præmiſſorum addenda duxi; Dicoque, quod ſi venditor
in venditione incipit a corpore, & poſtea ſubijcit nume-
rum, & deinde limites, & confinia corporis, ille numerus
iugerum ſtat demonſtratiuè, vt vendo fundum decem iu-
gerum penès viam, & flumen. *Didac.Couar pract.quæſt.c.*
5 *3.ſub num.3.verſ.*quarta ſpecies proponitur, & idem in
vendente fundum tali in loco, qui eſt puta viginti iuge-
rum, ſiue etiam pluriũ, ſiue pauciorum, quia venditus
intelligitur qualiter reperitur. *Soc.ſen.in l.2.demonſtratio*
falſa poſt Bar.ibi, in princ.n.10.ff.de condit.& demonſt.Surd.
*conſ.366.& deciſ.64.*quodque cenſeatur venditio, & loca-
6 tio ad corpus, quando partes cæperunt explicare men-
tem ſuam a corpore dixit *Rota in Bonon. affictus 14. Maij*
1607. coram R. P. D. Marquemontio. Idem quando fuit
7 conſtitutum vnicum totius pretium prædij, & non fuit
diſtributum in ſingula iugera, vel tornaturas, *Bar.in l.Iu-*
lianus, ſub n.1.ff.de act.empt.Salyc.in leg.2.ſub num.3. verſ.
aut eſt facta venditio, C.de contrah.empt. Rota coram San-
8 *ctiſſ.Ludou.deciſ.104.num.3.*Similiter, quando contrahen-
tes non ſunt locuti de certa, ac determinata menſura ſed
vſi fuerunt dictione, in circa *Ruyn.conſ.10.n.3.lib.5.Corn.*
conſ.59.num.5.in fine lib.4.Rota coram dicto Sanctiſſ.Ludo-
uiſ.deciſ.128.n.4. quæ dictio refertur ad quid modicum.
9 *Surd.conſ.376.num.15.lib 3.Menoch.de arbitr.iud.caſu 46.*
num.5.Rota deciſ.343.num.2.par.2.in recentior. Marta de
10 *clauſ.par.1.clauſ.59.num.2.*prout quantum importet, re-
mittitur arbitrio iudicis, qui conſiderare debet veriſimi-
litudines, præſumptiones, & materiam ſubiectam, vt cen-
ſuit *Rota coram Card.Milliuo in Parmen.ſtatus 18. Martij*
1602. per conſ.Ang.127. & quando fit mentio de annis
11 per dictam dictioné, in circa, verificari poteſt in duobus
annis vel etiam tribus addendo, vel detrahendo, *Corn.con-*
ſil.179.num.5.lib.3.Marta de clauſ.d.clauſ.59. numer.1.&
fuit dictum per Rotam in Tricaricen. Territorij 8. Martij
1596.coram Cardinali Pamphilio, & dicta Parmen.coram
Card.Milliuo; Eſtque iudicis arbitrarium quanta pars ve-
12 niat in venditione, vt dixit *Bertaz.clauſ.20.gl.21.n.2.poſt*
Corn.Pariſ.& Alciat. quos citat.

13 Item, quando venditor noluit ſe reſtringere ad ali-
quem certum numerum, & vſus eſt verbis (quantumcun-
que ſit) *Alex.conſ.127.lib.2. Rota coram Sanctiſſ. Ludouiſ.*
deciſ.168.n.1. vnde comprehendit totum intra fines deſi-
gnatum, ſiue ſit maioris, ſiue minoris quantitatis, latè
Marta in d.tract.de clauſ. p.1. clauſul.103. qui plures alle-
gat. *Alex.conſ.8. in fine lib.4.* dicens quod ſi dictum fuerit
ducentum quinquaginta torturæ, & quantecunque ſine
14 quantitatis, ob hanc adiectionem non reſtringi demon-
ſtrationem ipſam, non ſecus quam ſi dictum eſſet plus
minus, probat *Bertaz.d. gl.21. n.1.*
15 Vtilitas autem præmiſſorum, quando videlicet vendi-
tio eſt ad corpus, & non ad menſuram eſt, quod emptor
tenetur ad integram ſolutionem pretij, etiam ſi numerus
enunciatus per venditorem in aliquo deficiat, *Rota co-*
ram Sanctiſs.Ludouiſio in d.deciſ.104.n.1.
16 Pari modo, ſi fundus fuit expreſſus per modum taxa-
tionis ſpecialis limitationis inducitur hypotheca, vt ſi di-
catur, promitto decem corbes frumenti annuos ſuper il-
lo fundo, vel de illo fundo, aut ex illo, nulla facta diſtin-
ctione, an dicatur ex illo, vel ſuper illo. *Gl.in l.Hactenus in*
ver.ex eo, in fin. ff.de vſufruct. Alberic.in l.nihil proponi.in
princip.ff.de legat.1.Ratger.Rolant. in Theſaur.iur.emphyt.
quaſt.32.n.17. ante finem, verſ. dicebam ego olim. poſt Ant.
Menez. per eum adductum in l.in prouinciali, num.26. C.de
ſeruitu.
17 Quare dicitur, quod pignoris obligatio cõtractu erit,
ſi quis dixerit, Mutua mihi centum ſuper fundo Mæuia-
no, & fundus ille obligatus erit *Bar.in l. ſi fundus de annu.*
legat.Imol.in l.codicillis, §.inſtituto, num.1. ff.de legat.1. Ca-
cheran.deciſ.51.num.1.Card. Mantic.de tacit. & ambig.con-
18 *uent.lib.11.tit.3.num.9.* vbi addit, quod ita receptum eſt a
Rota coram R.P. D. Rubeo in Romana fructuum 4. Martij
1577 ita quod, ſi dictio hæc ſuper, adijciatur generaliter
ſuper bonis erit contracta generalis hypotheca, ſi verò
poſita erit ſuper certis bonis intelligetur contracta ſpe-
cialis. *Rota coram Sanctiſſ. Aldobrandino in Romana dona-*
tionis 10. & 14. Ianuarij 1575. quam ſequitur *Card. Mant.*
in loco prædmonito n.10. vbi agitur etiam de aſſignatio-
19 ne ſuper introhibitus gabellarum vrbis, quoniam dicti
introitus obligati erunt *Paul.de Caſtro conſ.106. ſub n.3.*
verſ.hic tamen pro clariori lib.1.Natt.conſ.341.num.6. niſi
20 tamen ex inferioribus verbis conſtare poſſit factam eſſe
potius dationem in ſolutum. *Natt.conſ.449.n.3. & Me-*
noch.conſ.205.n.18.lib.2.
21 Et vt ad rem redeamus. venditio facta cenſetur ad cor-
pus, & non ad menſuram, etiam quando vnico pretio fa-
cta fuit. *Alex.conſ.159.ſub num.7.lib.5 & conſ.106.num.2.*
lib.6.Soc.iun.conſ.42.num.10 lib.2.Pariſ.conſ.64 num.55.
56.lib.1.Burſat.conſ.441.num.22.lib.4.Gozad.conſ.58.n.20.
in fine.Bertran.conſil.180.num.9. lib.7. ſcribentes commu-
niter in l.2.Cod.de peric. & commod.rei vendit. Aacbar.&
Imol.in c per tuas, de donat. latè Sard. deciſ.64. vbi de com-
muni, iuxta conſ.Oldr.107.de quo Hier.Gabr. conſ.64. n.13.
cum ſeq.lib.2.
22 Quo ſtante quicquid includitur intra confines, conti-
netur in venditione, *l.Aede ſacra.§.fin.de contrab. empt.l.*
fines, C.de euict.Pariſ.conſ.2.num.64.lib.3.Cagnol. in l.2. n.
180.& 181.C.de reſcind.vend.Menoc.conſil.13.num.9.libr.
23 *1.Sard.deciſ.64.n.10.* ita quod vendens fundum centum
iugerum certis finalibus deſignatum teneatur de euictio-
ne, ſi quid fuerit euictum ex comprehenſis intra fines, li-
cet ſuperſint centum iugera, quod ſi eſſet venditio ad
menſuram, vtque ſolum centum iugera in venditione
veniſſent, & euictio non præſtaretur, pro eo quod ſupe-
reſt, iuxta diſpoſitionem *text.in l.qui fundum, ff.de euict.*
Pariſ.conſ.64.num.58.lib.1.Sard.d.deciſ.64.ſub nu.8. verſ.
24 ſecundò pro hac parte; quoniam attenduntur confines
non menſura; vnde perindè eſt, ac ſi menſura non fuiſſet

ex-

Digitized by Google

expreſſa, quaſi corpus ipſum ſit ſpectandum; vt per prædictas, & ſimiles rationes concludit *Paul. de Caſtro in l. ſi duorum, de act. empt. & in l. ſeruum, §. 1. ff. eod. tit. Salyc. in l. 2. n. 3. C. de contrah. empt. Soc. in l. demonſtratio falſa, n. 19. ff. de condit. & demonſtr. Iaſ. conſ. 55. n. 4. lib. 2. Ruyn. conſ. 83. n. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 64. n. 39. lib. 1. Soc. iun. conſ. 42. n. 2. lib. 2.* & omnes ita tenere, & neminem dubitare teſtatur *Surd. d. deciſ. 64. num. 14. Gabr. conſ. 64. num. 10. lib. 1. Pinell,* qui de receptiſſima teſtatur ad fauorem emptoris *in l. 2. par. 3. cap. 22. num. 7. & ibidem Cagnol. n. 186. & 187. C. de reſcind. vend. Burg. in c. cum cauſam n. 50. limit. 14. de empt. vendit.*

ARGVMENTVM.

Venditor exprimens in venditione maiorem menſuram, quàm reuera ſit res vendita, tenetur actione exempto.

Deceptus in menſura, agit ad ſupplementum quanto minoris.

Emptori qualiter ſuccuratur, quando reperitur defectus in qualitate, vel quantitate.

Ripa an, & quando veniat in venditione & menſurari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, ſi in venditione exprimat maiorem menſuram, quam reuera contineat res vendita, tenetur ex vendito, & num. 3.*

Ampliatur procedere, etiamſi venditor ignorauerit, n. 2.

4 *Prædia duo ſi vendita ſint in eodem contractu cum certa menſura relata diſtinctè ad vnumquodque eorum, & alterum excedat menſuram, & alterum deficiat, lucrum in vno compenſatur cum damno, quod ſentit emptor in alio.*

5 *Compenſatio fit vnius corporis ad aliud ex eodem contractu, & n. ſeq.*

6 *Vniuerſitas quando diuiditur, læſio attendi debet, non reſpectu vnius rei, ſed reſpectu totius vniuerſi.*

7 *Contractus quando eſt vnius, fit commixtio, ſi emptor ſit in vna re læſus; licet ſecus, quando contractus ſunt diuerſi.*

8 *Vendens rem pro parte propriam, & pro alia parte alienam, ſi partem alienam non tradat, non poteſt conſequi pretium, nec pro ea quoque parte, quæ propria eſt, ac tradita ſuit.*

9 *Menſura, quæ præſtari conuenit, præſtanda eſt, alius agitur ex empto quanto minoris.*

10 *Deceptus in menſura, agit ad ſupplementum quanto minoris.*

Fallit, ſi adiectum ſit tempus menſuræ faciendæ, ac referendæ; quia ea lapſu renunciare videtur, ſi conuentum, ſi de menſurando n. 11.

12 *Qualitas in venditione expreſſa præſtanda eſt, & ſi venditio facta ſit ad corpus.*

13 *Res vbi eſt menſuranda, id fieri debet infra ſexaginta dies: quibus elapſis peti amplius non poteſt menſuræ reintegratio.*

Intellige procedere quando fuit conuentus de re menſuranda nulla expreſſo tempore, ſecus quando nil eſt dictum de menſura facienda, n. 14.

Quo vltimo caſu ſupplementum deficientis menſuræ peti poteſt intra trigeſimos annos num. 15.

16 *Præſcriptio non currit contra facultatem petendi menſuram ob malam fidem.*

Et ſic peti poteſt menſura, etiam lapſis 30. ann.

Etiam quod fuerit conuentum de menſura facienda, n. 17.

Sed videas ibidem in fine.

18 *Menſurationis iam factæ reuiſio petenda eſt intra annum à die prioris menſuræ, n. 20.*

Extenditur idem procedere in emendatione cataſtri, quæ pariter peti debet intra annum, & non poſt, n. 19.

21 *Menſuræ mentio vbi facta fuit, & varia eſt menſura, intelligi debet de illa, quæ attenta correſpondet cum re vendita.*

22 *Menſura antiqua ſeruanda eſt.*

23 *Menſuratio vbi fieri debeat, vocanda eſt pars pro certa die ad intereſſendum in loco, vt in mora conſtituatur.*

Fallit, vbi extat iuxta cauſa non eundi, n. 24.

25 *Emptori qualiter ſuccurratur, quando reperitur defectus in qualitate, ſeu quantitate rei immobilis, remiſſiuè.*

Quid in re, quæ credebatur libera, & reperitur ſerua, n. 26.

Et quid etiam in re mobili vendita ad pondus, vel menſuram, quæ menſura vel pondus ſeruare debeat, n. 27.

28 *Dictio, iuxta, deſignat confines; & poſita in inſtrumento venditionis comprehendit quod eſt intra confines.*

29 *Ripa debet menſurari, ſi id in venditione fuit expreſsè conuentum, & venditor fuit illius legitimus poſſeſſor.*

30 *Aliena res non venit in venditione, nec menſurari debet etiamſi incluſa eſſet in confinibus.*

31 *Ripa non eſt menſuranda, quando tacitè accedit venditioni.*

Nec quando expreſsè id non fuit conuentum: quia riparum vſus eſt publicus, n. 32.

33 *Ripæ an menſurari debent, poteſt deprehendi ex qualitate pretij diſtributi per ſingula iugera.*

34 *Pretij ex quantitate dignoſcitur, quid voluerint partes in venditione venire.*

35 *L. litera de contrahend. empt. locum habet etiam in ripa fluminis, ſtagni, ſeu lacus, vel alterius rei, quæ ſit publica.*

Quæſt. CII.

1 SEd & præterea venditor aduertere debet, ne in venditione maiorem numerum exprimat, quam re vera contineat res vendita: quia ſi minor inueniatur, tenebi-
2 tur actione ex empto, *leg. 2. vbi Bar. ff. de actio empt.* quod procedit etiam ſi ignorauerit venditor, *l. tenetur in princ. ff. eodem*, licet alias valdè referat, an quis ſcienter vel ignoranter expreſſerit maiorem menſuram: quoniam primo caſu non releuat augumentum ſuperueniens, puta per alluuionem, etiam quod venditio facta ſit ad menſuram; ſecundo caſu ſic, *l. Iulianus, §. ſi Titius, & ibi Bart. & communiter Doct. ff. eod.* quodque venditor teneatur, quan-
3 do menſura conuenta deficit, tradit *Specul. in §. 1. ad finem, de empt. & vendit. Alex. conſ. 70. videtur fortaſſe, col. 1. lib. 4.*

4 Simile habetur in *l. ſi duorum, ff. de act. empt.* vbi, ſi in eodem contractu vendita fuerunt duo prædia cum pronunciatione menſuræ relatæ diſtinctè ad vnumquodque eorum, & alterum excedat menſuram, & alterum deficere inueniatur, pro menſura in vno deficiente litem emptor agere non poteſt, ſed lucrum in vno compenſabitur cum damno, quod ſentit emptor in alio corpore, & per illum
5 *tex. dixit Bald. conſ. 91. in fine lib. 2.* quod ex eodem con-
6 tractu compenſatio fit vnius corporis ad aliud, & addit, quod quando vniuerſitas diuiditur, læſio debet attendi, non reſpectu vnius rei; ſed reſpectu totius vniuerſi. Idem *Bald. in l. ſicut num. 3. C. de act. empt. vbi dicit text. in dicta l.*
7 *ſi duorum, non eſſe alibi;* & quando vnicus eſt contractus

omnes

omnes admittunt, vt per *Bal. in l. fin. §. prætereà num. 6. C.*
de iure dot. qui dicit, quod ſtante vnitate contractus ſit
commixtio, ſi emptor ſit in vna re læſus, & venditor in
alia: quamuis ſecus ſit, quando diuerſi ſunt contractus.
Aretin. in l. ſcire debemus in princ. in penult. col. verſ. illud
tamen, ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. n. 1. Bar. Caſtr. & alij in dicta
leg. ſi duorum. Pariſ. conſ. 64. num. 38. lib. 1. Tiraquell. de re-
tract. conſang. §. 23. Gloſ. 1. num. 17. Pinell. in l. 2. part. 3. cap.
9. num. 12. & ſeq. Cod. de reſcind. vendit. At vbi quis vendit
8 rem pro parte propriam, & pro alia parte alienam, ſi
partem alienam non tradat, non poteſt conſequi pretiũ,
nec pro ea quoque parte, quæ propria eſt, & tradita fuit.
Ruyn. conſil. 141. lib. 1. Rota Bononien. deciſ. 35 nu. 17. inter
recentior.

9 Quare *Fabian. de Mont. de empt. & vend. 6. quæſt. princ.*
in 4. membr. n. 19. ait, quod menſura, quæ præſtari conue-
nit, præſtanda eſt, alias agitur ex empto quanto minoris,
vt in *l. ſi in emptione, in princ. et in l. Iulianus, §. quod tamen,*
10 *& in l. ſi ſeruum, §. fin. ff. de act. empt.* Nam deceptus in
11 menſura, agit ad ſupplementum quanto minoris, ex cap.
per tuas de donat. niſi adiectum ſit tempus menſuræ fa-
ciendæ, ac referendæ, quia eo elapſo videtur renunciare,
ſi conuentum ſit de menſurando, & referendo infra cer-
tum tempus, *l. qui fundum, ff. de contrah. empt.*

12 Idem dicimus, quando exprimitur qualitas aliqua in
venditione, etſi venditio facta ſit ad corpus, præſtanda
eſt, ad *tex. expreſſum in l. ſi ſeruum, §. 1.* agens de venditio-
ne ad ſpeciem, iuncta *Glo. de act. empt. tacit. tex. in leg. ſi in*
qualitate eodem tit. Specul. in tit. de empt. & vendit. §. ſcien-
dum, num. 74. ab omnibus approbatus, *Bal. & Angel. in l.*
ſi ex falſis, C. de tranſact. quos refert, ac probat *Beuintend.*
deciſ. 30. licet in caſu ſuo non de qualitate, ſed de quanti-
tate ageretur; quem propterea *Viu. par. 2. opin. 216.* dam-
nat, à quo defenditur per *Laderch. Imol. conſ. 130. ſub n.*
1. & infra.

13 Et vbi res eſt menſuranda, id fieri debet intra ſexagin-
ta dies, quibus elapſis amplius peti non poteſt menſuræ
reintegratio, eſt *tex. in l. quod ſi nolit, §. ſed quid ita, ff. de*
ædill. edict. per quem ita decidit *Imol. in c. per tuas, de dec.*
Socin. conſ. vlt. in fine lib. 3. Pariſ. conſ. 64. num. 30. lib. 1. Ce-
phal. conſil. 36. numer. 7. lib. primo. Anchar. iun. fam. quæſt.
libro primo quæſt. 18. in fine. Sola in loco inferius alle-
gando.

14 Nam quamquam hoc intelligatur quando eſt conuen-
tum de re menſuranda; nullo tamen expreſſo tempo-
re; ſecus tamen procedit, quando nil eſt dictum de men-
ſura facienda, vt declarat *Imol. in d. §. per tuas cum quò*
tranſit Abb. ibi n. 7. verſ. tertius caſus, ac ſenſit Dec. conſil.
15 *347. in fin.* vbi volunt, quod tali caſu ſupplementum defi-
cientis menſuræ peti poſſit intra triginta annos; quod
ſequitur *Natt. conſ. 369. n. 10. Anch. iun. dicta quæſt. 18. in*
fine. Sola ad conſtit. Pedem. titul. de cenſ. ſolut. in Gloſ. vnic.
16 *prim. par. ſub n. 28. verſ. 2. ſi nihil putes.* Quin etiam Ho-
ſtien. fuit in opinione, quod nullo tempore præſcribatur
contra facultatem petendi menſuram fieri ob malam fi-
dem, quæ iure canonico inſpecto, ſecundum quod etiam
in foro Cæſaris iudicandum eſt in hac materia, & impedit
præſcriptionem, & eum ſequuntur. *Imol. & Abb.* in locis
proximè citatis. *Bero. quæſt. famil. quæſt. 5. per totam*, qui
fortius vult, quod nullo tempore præſcribatur, ſed peti
17 poſſit menſura elapſis etiam triginta annis non ſolum,
quando nihil dictum eſt de menſura; ſed etiam quando
expreſsè fuit conuentum, quod menſuratio fiat: quia ſe-
cundum eum ſcientia ſemper impedit ne præſcribatur, &
eum ſequitur *Theſaur. deciſ. 185.* quibus contradicit Sola
vbi ſupra.

18 Vbi autem petitur reuiſio menſurationis iam facta illa
quidem petenda eſt intra annum à die prioris menſuræ:
nam alias non auditur poſt annum, vt probat *tex. in l. qui*
granatus, C. de agric. & cenſib. lib. 11. per quem text. ita di-
xerunt Bald. & Cataldi. quos refert, ac ſequitur *Socin. in di-*
cto conſ. vlt. in fine, lib. 3. Idemque ſenſit Bal. in l. qui bona fi-
de, ff. de damn. infect. prout eum adducit *Abbas in cap. quia*
iudicante num. 5. de præſcript. & ibi Felyn. colum. 2. verſic.
ad tertiam quæſtionem Caphal. dicto conſil. 36. num. 7. Bero.
19 *dicta quæſt. 5.* licet ipſe ob malam fidem contrarium te-
neat. Sola in loco præcitato, verſ. quemadmodum nunc
eſt, quodque lapſo anno quis ſit excluſus a reuiſione per
dictum *tex. in l. qui granatus* voluit *Bar. in l. forma, §. fin. ff.*
de cenſib. qui ait intra annum tantum, & non vltra peti
20 poſſe emendationem Cataſtri. Et in ſpecie, quod vltra
dictum tempus non liceat reclamare aduerſus menſuram
iam factam, tenuit *Bal. conſ. 387. ille, qui lib. 3. ſequitur Ale-*
xand. in dicta l. forma, §. fin. Feſtaſ. in tract. de Collect. p. 1. c. 1.
num. 26.

21 Illud tamen notes in materia, quod vbi facta fuit men-
tio menſuræ, & vnica eſt menſura, debet intelligi de illa,
qua attenta pretium correſpondet cum re vendita. *Alex.*
Raud. poſt Solam ab eo adductum conſ. 33. num. 25. lib. 2. Et
22 antiqua menſura ſeruanda eſt *Hier. de Mont. de fin. reg. c.*
23 *26. n. 6.* & quando fieri debet menſuratio, pars vocari de-
bet pro certa die ad intereſſendum in loco ad hoc vt in
mora conſtituatur, vt per *Alex. conſ. 33. n. 6. lib. 6. & Cag.*
in l. 2. n. 261. C. de reſcind. vend.

24 Quamuis vbi haberet iuſtam cauſam non eundi, mota
ſibi imputanda non eſſet iuxta ſententiam *Ruyn. conſ. 98.*
in fin. lib. 1. Bertazzol. de clauſul. clauſul. 20. Gloſ. 20. n. 6.

25 Rurſus quid agendum, ſi in qualitate, vel quantitate
rei immobilis venditæ reperiatur defectus, qualiter ſuc-
curatur ipſi emptori, videndus eſt *Pract. Papien. de for. li-*
bell. in cauſ. vend. in Gl. Perſicarum centum n. 2. qui nu. ſeq.
26 agit quoque, quid ſi reperitur ad menſuram, ſed crede-
batur libera; & inuenitur, ſeu detegitur ſerua, & *n. 4.* quid
27 in re mobili vendita ad pondus, vel menſuram, & quæ
menſura, vel pondus ſeruare debeat *ibid. n. 5.*

28 Obiter nunc quæro, an ripa fluminis veniat menſuran-
da, quando venditio deſignat flumen pro confine per di-
ctionem, iuxta, & concludendum videtur affirmatiuè, vt
in ſpecie reſpondit *Alex. conſ. 120. n. 6. lib. 2. Rota coram*
Sanct. Ludouiſio dec. 155. n. 1. & iterum coram R. P. D. Cocci-
no deciſ. 394 ſub n. 2.

Verum cenſeo conſtituendos duos caſus.

29 Primus eſt quando expreſsè fuit conuentum, vt ripa
menſuraretur, & tunc ſi venditor fuerit illius legitimus
poſſeſſor, aſſero menſurandam eſſe ad *tex. in l. Intera, ff. de*
contrah. empt. facit l. id quod, §. fin. ff. de peric. & commod. rei
vendit. l. riparum, ff. de rer. diui. §. riparum. Inſtitut. eod. titul.
Bart. in l. quo minus, in 7. quæſt. num. 15. ff. de flumin. vbi Ri-
pa in repet. num. 64. Capoll. de ſeruit. ruſti. præd. cap. 36. titul.
de Ripa, col. 1. Bal. conſil. 463. in princip. lib. 4. & idem Bald.
in rubr. ff. de rer. diuiſ. ſub num. 9. verſ. ſed dubitatur, vbi di-
cit, quod ſi dicatur riparum vnum eſſe publicum, tamen
id intelligitur, vt naues ibi ligentur, retia ſiccentur, & alia
fiant, quæ ad nauigationem, & piſcationem ſunt neceſ-
ſaria, alios plures adducit *Surd. conſil. 376. num. 1. lib. 3.* ſa-
tiſque ripa dicitur incluſa in venditione, dato flumine
pro termino. *Rota dicta deciſ. 155. ſub num. 4. verſ. & ſatis.*
Et dixi venditorem ripæ ad effectum, de quo ſupra, eſſe
debere illius legitimum poſſeſſorem, quoniam id niſi
conſtet, emptor reijci debet, cum alienum non veniat in
30 venditione, nec menſurari debeat, etiam ſi incluſum eſſet
in confinibus, vt ſentit *Alex. conſil. 54. colum. 2. verſ. & hoc*
aperte lib. 3. vbi dicit, quod licet in legato veniat quic-
quid eſt intra fines; tamen fallit, quando aliquid eſt alie-
num *Iaſ. in l. 1. num. 4. C. qui teſtat. facer. poſſ. Ruyn. conſ. 74.*
n. 3. lib. 1.

31 Secundus eſt caſus, quando ripa venditione tacite ac-
cedit, quo caſu menſuranda non eſt *Bart. in tract. Tyberia-*
dis,

Digitized by Google

dis,§.agro num.4.Rimi͞nald.ſen.conſil.444.ſub num.22. Rota coram Sanctiſs.dicta deciſ.155. nam.4. Prout nec quan-
32 do expreſsè id fuit conuentum,quia regulariter riparum vſus eſt publicus,*l.3.de flumin.Bar.in dicta l.quamiaus,q.7. vbi Iaſ.& Rip.l.fluminum in princip.ff.de damn.infect. vbi Gl.idem dicit,Bal.in rubr.ff.de rer.diuiſ.num.9. & 10. Bart. in dict.tract.Tyberiad.in ver.agro num.4.Aret.in §. riparum n.1.instit.de rer.diuiſ.* inquiens,quod ſi vendito prædio videar etiam vendere ripam fluminis contiguam, nihilominus ſi nihil dictum ſit, non eſt menſuranda , ex quo potius accedit venditioni , ſeu rei venditæ , quam vendi dicatur.*Specul.in tit.de empt.& vend.§.1. n.74. in fin.verſ.* hoc tamen nota, vbi quod vendito prædio venit ripa fluminis,ſed ea non menſuratur *Cæpoll. in dicto c.36. de ripa col.2. verſ.ſed dubium Fabian.de Mont.in tractat.de empt.& vendit.par.6.memb.4.col.5.Bal.in d.rubr.ff.de rer. diuiſ.* vbi ait imputandum eſſe venditori,qui non eſt apertè locutus.*Cephal.alios referens conſ.586.n.6. & ſeqq. & n.26.in fine.*

33 Non omitto quod hoc facile deprehendi poterit ex qualitate pretij,quod eſt in ſingulas tornaturas,ſeu iuge-
34 ra diſtributum, & ex quantitate pretij dignoſcitur , quid voluerint partes in venditione venire.*Gl.in l.1. §. qui ſuperficiem,vbi Bar.ff.de ſuperfic.Bar.in l.patronis , §.1. ff.de legat.3.Bald.conſil.245.num.1.in fine lib.3. Surd. qui alias citat conſil.113.n.37.lib.1. vnde dixit Bald.in rubr.Cod.de contrahend.empt. num.4.* quod ſi ex ripa percipi poteſt notabilis vtilitas,debet menſurari, vt puta, ſi veriſimile non eſt quod eam vtilitatem venditor voluerit cedere gratis ſequuntur *Alex. dicto conſ.120.Iaſon , & Ripa in dicta lege quo minus , Cæpoll. & Fabian. in locis præcitatis , Surd.dicta conſil.376 num.12.& 13.& lib.3. qui numero 20.addit,quod leg.littora , ff. de contrahend.empt.* reſtringi non poteſt ad littus maris , quia quæcunque dicuntur de ripa procedunt non ſolum in littore maris,ſed etiam in ripa fluminis,ſtagni, lacus,& alterius cuiuſuis rei , quæ ſit publica,vt in *leg. vnica in fine,ff.de rip.munien.& vt latius ibidem per eundem Surdum.*

ARGVMENTVM.

Deteriorationis , ac interitus rei venditæ periculum ad quem ſpectet.

Fructus rei emptæ qualiter emptori debeantur.

Et quid ſi emptor partem preij tantum ſoluit,& res in totum fuit euicta.

S V M M A R I V M.

1 *Emptione perfecta , cum de pretio inter contrahentes fuit conuentum, periculum interitus, & deteriorationis pertinet ad emptorem etiam re non tradita, & numero tertio, et quarto.*

Ratio affertur,n.2.

Primò limitatur vt procedat , ſi ſpecies , ſeu res indiuidua, ſingularis, ac determinata vendatur , ſecus ſi genus , vt hic,num.5.

Et de ratione,ibid.

Secundò limitatur vt locum habeat , ſi indiuiduum , ſeu res ſingularis vendatur,ſecus ſi ad menſuram,pondus,vel numerum, n.7.

Vide de ratione .

Tertiò limitatur , ſi culpa venditoris ante factam traditionem res pertineat,quo caſu venditoris eſt periculum , numero 9.

Quartò limitatur, ſi poſt rei venditionem , & ante traditionem ex venditoris delicta res vendita confiſcetur n.10.

Quinto limitatur , ſi venditor ſit in mora tradendi rem venditam, n.11.

Sextò limitatur, niſi fundus venditus ſit ad menſuram , & venditor ignorauerit iugerum quantitatem, n.12.

At videas n.ſeqq.

Septimò limitatur , quando venditio licet in ſpecie facta reperiatur,eſt ſaboſcura , n.14.

Octauò limitatur , quando venditio facta fuit ſub modo in ſcriptis, quia tunc modo non impleto periculum eſt venditoris,n.15.

Nonò limitatur,quando furto res vendita perijt,numero decimoſexto .

Decimò limitatur, quando venditio non fuit pura, ſed conditionalis,n.17.

Vndecimò limitatur , quando res vendita nondum tamen tradita vi eſſet adempta ob inimicitias ipſius venditoris , num.18.

Ampliatur id etiam procedere , vbi venditor promiſiſſet de iure & de facto rem venditam defendere,num.19.

Sed diſtinguitur, n.20.

6 *Vniuerſalia ſunt perpetua,& incorruptibilia, & ideo indiuiduorum corruptio debitorem generis non liberat .*

8 *Res vendibilis in pondere,numero vel menſura conſiſtens , ſi guſtari ſolet, & guſtata non ſit, periculum interitus pertinet ad venditorem .*

21 *Res vendita ſi eodem modo penès emptorem periſſet, periculum non eſt venditoris .*

Limitatur.num.22.

Reprobatur Mazz.de contract.tit.de empt.rubr.de accidental.empt.n.23.

24 *Diſpoſita periura de periculo , & commodo rei venditæ ad naturalia emptionis ſpectant .*

25 *Fructus rei venditæ,vtilitates, commoda , acceſſiones, & alia huiuſmodi,ſine quibus re vti,frui non licet, ad emptorem pertineat,exceptis tantum rutis, & cæſis , & de ratione,ibid.*

Primò ampliatur vt procedat,ne dum ſi res tradita ſit , ſed & ſi adhuc ſit pænes venditorem , n.26.

Secundò ampliatur , ſiue pretium ſit ſolutum, ſiue non ſiue fides de pretio habita ſit,ſiue non,n.27.

Declaratur dicta concluſio, vt locum habeat, & intelligatur procedere in fructibus pendentibus de tempore contractus,& in re ipſa vendita actu exiſtentibus,& non aliter, num.37.

28 *Vinea vendita , ſeu fundo , venditæ quoque cenſetur vuæ pendentes,& fructus, vt frumentum, & alia .*

29 *Equa,vaccha , ſeu aſina vendita venit pullus,& vitulus , quos mater adhuc lactat .*

30 *Caſtro vendito,iuriſdictio,quæ caſtro cohæret vendita cenſetur .*

31 *Prædio vendito vendita cenſentur ſterquilinia , ſtramenta, & quæ agri ſtercorandi cauſa comparata ſunt .*

32 *Equo vendito, venditum quoque cenſetur fœnum, ſella , & ephippium .*

Primò fallit,ſi venditor oſtendit equum ſine ſella, n.33.

Secundò fallit , quando ornamentis infixa ſunt inſignia venditoris,n.34.

35 *Venditor,qui oſtendit equum ornatum, tenetur ad traditionem quoque ornamentorum .*

Intelligi,vt ſuit dictum,n.33.& 34.

36 *Domo vendita veniunt res ibi exiſtentes diſtincta ad perpetuum vſum,etiam quod non ſint affixæ .*

38 *Fructus omnes ad emptorem pertinent non ſolum exiſtentes, & pendentes,ſed etiam futuri non ſolum percepti, ſed etiam qui percipi potuerunt,et negligentia,ſeu mora venditoris*

ditoris tradendo percepti non ſunt, quando emptor pretium numerauit.

Et præterea tenetur venditor ad intereſſe rei intrinſecum, licet non ad extrinſecum, n. 39.

40 *Emptor, qui pretium non numerauit, fructus ex re ſibi vendita perceptos non facit ſuos, niſi facta depoſito offerat, ſeu ei fides de pretio habeatur.*

41 *Emptor cum ex empto agit, venditori pretium offerre debet, nec implet, ſi partem pretij offerat.*

42 *Emptor ſi partem pretij ſoluit, & res empta euicta ſit in totum, agens ex empto integrum pretium non conſequetur, ſed id ſolum, quod numerauit.*

43 *Exceptio rei non traditæ repellit venditorem agentem ad pretium, ſi rem non integram, vel non liberam tradidit, licet emptor per publicum inſtrumentum ſoluere promiſerit & ſtatutum mandet inſtrumenta paratam habere executionem.*

Et è conuerſo exceptio pretij non ſoluti repellit emptorem non obſtante dicto ſtatuto n. 44.

45 *Exceptio tu non impleuiſti pro parte tua, ſemper opponi poteſt.*

46 *Opponere ex inſtrumento non eſt opponere contra inſtrumentum.*

47 *Fructus non debentur ex diſpoſitione l. curabit, Cod. de act. empt. quando fortuito res perijt.*

Et de ratione, ibid.

Quæſt. CIII.

1 EX iam dictis infero, quod perfecta emptione, hoc eſt,
eum de pretio inter contrahentes fuit conuentum,
periculum interitus, & deteriorationis rei pertinet ad
emptorem, etiam ſi res nondum ſit ei tradita, ſed apud
venditorem exiſtat, *l. neceſſario, l. id quod ff. de commod. &
peric. rei vendi. §. cum autem, inſtit. de empt. & vend.*
2 Ratio eſt quoniam venditor perfecta venditione conſtituitur
ſolum debitor ſpeciei, & ſic rei determinatæ, ac
ſpecialis, vel ſingularis, ad eamque ſolum ius pro pretio
3 emptor acquirit. Ideò iure ſancitum comperimus, vt ſi
res vendita caſu aliquo pereat, aut deterior reddatur,
emptoris ſit periculum, & venditor liber ab omni debito
remaneat *l. ſi ex legati cauſa, cum l. ſeq. l. ſi Stichus, l. ſi certos
nummos, l. eum qui ita ſtipulatur, §. fin. l. ſi ſeruum ſtipula-*
4 *tus, ff. de verb. oblig.* quibus iuribus habetur debitorem
ſpeciei eius interitu adeo liberari, vt nec pretium, quatenus
eſſe perit, reſtituere logatur.

5 Primò limitatur hæc concluſio, vt procedat, ſi ſpecies,
hoc eſt, ſi res indiuidua, ſingularis, & determinata vendatur
nempè domus, fundus, vinea, & huiuſmodi, ſecus ſi genus,
hoc eſt res in genere, puta, bos, ſextaria duo frumenti,
ſeu ſalmæ decem vini venduntur, quia hoc bos, frumentum,
ſeu vinum, quod venditor habet, pereat, tamen venditor
adhuc manet obligatus, & periculum interitus pertinet
ad ipſum venditorem. Ratio eſt, quia dicto caſu
emptor ad certum, ſingulare, & determinatum indiuiduum
ius nullum acquiſiuit, ſed tantum emit ius, vt ſibi
tradatur res illius generis quod genus perire non poteſt
6 *l. incendium, C. ſi cert. petat.* Dicunt enim Dialectici, quod
vniuerſalia ſunt perpetua, & incorruptibilia, & ideo indiuiduorum
corruptio debitorem generis non liberat
dicta *l. incendium, ff. ſi cert. peta. Anton. Gomeſ. var. reſolut.
tom. 3. cap. 2. num. 31. & Molin. de contract. part. 2. diſputat.*
366.

7 Secundò limitatur vt locum habeat, ſi indiuiduum, ſeu
res ſingularis vendatur, ſecus ſi ad menſuram, pondus vel
numerum, quia hiſce tribus caſibus ante menſurationem,
pondus, vel numerationem periculum interitus rei ſpectat
ad venditorem, *l. quod ſæpè, §. in his ff. de contrab. emptor. vbi Caius I.C. rationem reddit*, quoniam quando ſpecies
emitur ad menſuram, pondus, vel numerum ſub conditione,
ſi, cum, vel, poſtquam menſurata, ponderata, vel
numerata fuerit, venditio contrahitur; vnde cum pendente
conditione contractus non ſit perfectus, merito periculum
rei ad venditorem ſpectat.

8 Quin etiam ſi res vendibilis in pondere, numero, vel
menſura conſiſtens guſtari ſoleat, vt vinum, caro, & ſimilia,
vt periculum ſit emptoris, ſat non eſt rem fuiſſe menſuratam,
ponderatam, vel numeratam, ſed inſuper requiritur,
quod ſit guſtata, *l. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.
l. ſi in emptione, §. item ex empto, ff. de contrab. empt. l. ſi quis
vitia, §. ſi quis auerſione, vbi Gloſ. ff. de peric. & commod. rei
vend.* Quando autem res dicatur vendi ad corpus; & quando
ad menſuram, dixi in *qu. præcedenti, & tradunt Couarr.
pract. q. c. 3. Fachin. controu. iur. lib. 2. cap. 27. Molin. de contract.
diſput. 367.*

Tertiò limitatur, ſi culpa venditoris ante factam tradi-
9 tionem res pereat, quo caſu venditoris, eſt periculum, *l.
venditor domus, ff. de act. empt. l. ſi vendita, l. lectos cum duabus
ſeqq. ff. de peric. & commod. rei vend. l. quod ſæpe, §. ſi res,
ff. de contrab. empt. Ant. Auguſt. in lib. ad Modeſtinum, circa
med. §. Philoſophos Rectores.*

10 Quartò limitatur, ſi poſt rei venditionem & ante traditionem
ex venditoris delicto res vendita confiſcetur, *l.
ſi fundus, ff. loca.*

11 Quintò limitatur, ſi venditor ſit in mora tradendi rem
venditam: tunc enim periculum interitus & deteriorationis
eſt venditoris, *l. illud, ff. de peric. & commod. rei vendit.*
Ratio aſſignatur, quia mora moroſo debet eſſe nocina,
*l. non fraudantur, §. nemo ex ſuo debito de reg. iur. leg. non
ſolum, ff. de noxal. act.*

12 Sextò limitatur, niſi fundus venditus ſit ad menſuram,
& venditor ignorauerit iugerum quantitatem, quia tunc
ea, quæ per alluuionem accreuerint etiam poſt emptionem,
lucro venditoris cedunt, *l. Iulianus, § ſi Titius, cum
Gloſ. ff. de act. empt. de communi teſtatur Boer. deciſ. 50. n. 9.
& Couar. pract. q. c. 3. n. 7. verſ. 11. & n. 9. qui intellectum dicti
§. Titius dilucide explicat.*

13 Verum *Ari. Pinell. in l. 2. p. 3. cap. 2. n. 10. Cod. de reſcind.
vend.* probat magis intellectum *Fulgoſ.* vt ſcilicet venditor
præſtare teneatur modum agri, quem expreſſit, diſtinguendo
tamen, ad prædefunctorie, vel conſtanter id
aſſeruerit, vt primo caſu præſtari non debeat, poſteriore
autem præſtandum ſit; quod intelligi poteſt ex ijs, quæ in
præfationibus contractus dicta ſunt *l. Titia, §. idem reſpondit,
ff. de verb. oblig. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent.
lib. 4. tit. 16. n. 50. & 51.*

14 Septimò limitatur, quando venditio, licet in ſpecie facta
reperiatur, eſt ſuboſcura, ita quod quid certi dici non
poſſit venditum, vt quia dictum ſit vendo hoc, vel illud,
quo in caſu ſi primum perit, periculum eſt venditoris, &
non emptoris, eſt *text. in l. emptione, §. ſi emptio, ff. de contrab.
empt.*

15 Octauò limitatur quando venditio facta fuit ſub modo
in ſcriptis, quia tunc modo non impleto, periculum
eſt venditoris, *dicto §. cum autem, & l. contractus, C. de fid.
inſtr.* vbi datur ratio, quia ex huiuſmodi contractu imperfecto
nullum oritur ius vel actio, ſed potius locus eſt pœnitentiæ;
ſecus ſi ſine ſcriptis, quoniam tunc periculum
pertinet ad emptorem, vt ſuperius dixi.

16 Nonò limitatur, quando furto res vendita perijt, quia
id accidat abſque culpa venditoris, periculum tranſit in
emptorem; ſecus verò ſi venditor in re vendita cuſtodienda
fuit in culpa, *l. quod ſæpe, §. ſi res vendita, & ibi Bar.
ff. de rei vendic.*

17 Decimò limitatur, quando venditio non fuit pura, ſed
conditionalis, quo caſu ſi res vendita traditione pendente
pereat, vel deterioretur periculum contingens eſt venditoris,

Digitized by Google

ditoris, non autem emptoris, *leg. neceſſariò*, §. *quod ſi pendente, verſic. ſanè ſi res extat, ff. de peric. & commod. rei vend.*

18 Vndecimò limitatur, quando res vendita nondum tamen tradita vi eſſet adempta ob inimicitias ipſius venditoris, quia tunc periculum ad eum ſpectat, & non ademptorem, *l. ſi merces, §. culpa, ff. de act empt. l. pen. in princ. ff. ſol. matr. Bar. in d. l. ſi ea res.*

19 Ampliatur id etiam procedere, vbi venditor promiſiſſet de iure & de facto rem venditam defendere, quia tunc etiam poſt venditionem, ſi res vendita emptori vi fuit adempta, idq; factũ conſtet odio ipſius venditoris, periculum illius erit, non autem emptoris ſecundum *Bart. in l. ſtipulatio, ff. de verb. oblig. & dixi latè quæſt....*

20 Sed in hoc diſtinguendum erit, an odium, ſeu inimicitia adeſſet ante venditionem, vel poſtea.

Nam primo caſu periculum ſpectet ad venditorem, cuius occaſione caſus periculi accidit, ſecus ſi poſtea, vt pariter dixi in dicta quæſt.

21 At vtrum ſi eodem modo apud emptorem res periiſſet, venditoris ſit periculum, diſputant *Coua. in c. peccatum p. 2. §. 6. n. 1. & Molin. de contract. diſput. 366.* vbi pro negatiua concludunt.

Quod verò dictum fuit, videlicet perfecta venditione periculum eſſe emptoris, inſuper.

22 Limitatur, ſi inter contrahentes conuentum fuerit, quod ante traditionem periculum venditor præſtare deberet, *l. prima. & leg. in venditione, ff. de peric. & commod. rei vend. §. cum autem, inſt. de empt. & vend.*

23 Quibus fit, vt errauerit *Petrus de Nicol. Mozzius in tract de contract. tit. de empt. rubr. de accidental. empt. dum*
24 *numer. 13.* ſcribit, id, quod de periculo, & commodo rei venditæ iura diſponunt, pertinere ad emptionis accidentalia.

Nam quod emptionem regulariter ſequitur, non eſt de accidentalib. ſed de naturalibus.

Eſt enim regulare, quod eſt de natura contractus emptionis periculum, & commodum ad emptorem pertineat, niſi circumſtantia particularis id impediat; quia quę de periculo & commodo rei venditæ iura diſponunt, ad naturalia emptionis ſpectant.

Nunc agamus quid dicendum de fructibus rei venditæ perfecta venditione.

25 Et quidem dicimus, quod perfecta venditione ac emptione fructus rei venditæ, vtilitates, & commoda, acceſſiones, & omnia, & ſingula, ſine quibus re vti frui non licet, ad emptorem pertiuent, exceptis ſolum rutis, & cæſis, *l. Iulianus, §. ſi fructib. & §. fin. leg. funes; leg. fundi. l. granaria ff. de act. empt. l. 2. l. fructus l. poſt perfectam C. eod.* & eſt ratio, quia fructus pendentes ad partes integrales fundi ſpectant, *l. fructus, ff. de rei vendi. d. l. Iulianus, §. fin. ff. de act. empt.* quare vendito toto fundo, & fructus pendente venditi cenſentur.

26 Primo ampliatur, vt procedat, ne dum res tradita ſit, ſed & ſi adhuc ſit pænes venditorem, quoniam emptio conſtat, & perficitur ſolo conſenſu, dicta *l. Iulianus, §. id quod ſeruo, ff. de act. empt. Didac. Couar. lib. primo, var. reſ. c. 15. n. 1. Molin. de contr. diſput. 368.*

27 Secundò ampliatur procedere, ſiue pretium ſit ſolutum, ſiue non, ſiue fides de pretio habita ſit, ſiue non. Couar. & Molin. in locis proximè citatis; ea ratione, quia partes rei venditæ ſpectant ad emptorem tanquam res venditæ. Item quoniam emptio eſt perfecta quoad ius fructuum pendentium, etſi prætium nedum datum ſit.

Et his infertur ad plura.

28 Primo quod vendita vinea, ſeu fundo, venditæ quoque cenſetur vuæ pendentes, & fructus, vt frumentum, ordeum & ſimiles; *l. fin. §. pan. ff. quæ in fraud. cred.*

29 Secundò infertur, quod in venditione equæ, vacæ, ſeu aſinæ continentur, & venit pullus, & vitulus, quos mater adhuc lactat, *l. ſed adeſt, §. ſi quis mulierem, ff. loca, l. in rem, §. item quæcunq; ff. de rei vendicat.*

30 Tertio infertur, quod vendit caſtro, iuriſdictio, quæ caſtro cohæret, vendita cenſetur. *Con. pract. quæſt. lib. 1. capit. 1. numer. primo Menoch. de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 92. numer. 13.*

31 Quarto infertur, quod in venditione prædij continentur ſterquilinia, ſtramenta, & quæ agri ſtercorandi cauſa comparata ſunt, *l. fundi, ff. de act. empt.*

32 Quinto infertur, quod vendito equo, venditum quoq; cenſetur frenum, ſellam, & ephippium, *leg. ædiles la ſeconda §. 1. & §. vendendi. vbi Bal. Ang. & Salyc. ac Fulgoſ. ff. de ædil. edict.*

33 Fallit, ſi venditor oſtendit æquum ſine ſella, quia tunc non tenetur eam tradere ſecundum *Rocch. de Cur. in tract.*
34 *de conſuetud. ſect. 8. n. 44.* vbi idem dicit, quando ornamentis infra eſſent inſigna venditoris, ſequitur *Sur. deciſ. 134. n. 8.*

35 Sexto infertur, venditorem, qui oſtendit equum ornatum, teneri ad traditionem quoque ornamentorum. *Iaſ. in §. actionum num. 58. inſtit. de act.* quod intellige, vt proximè ſupra.

36 Septimo, quod domo vendita, veniunt res ibidem exiſtentes deſtinatæ ad perpetuum vſum, etiam quod non ſint affixæ, *l. fundi, § Labeo, §. de action. empt. & clarius in l. cætera, §. hoc Senatus Conſulto. sl 2. ff. de l. primo vbi communiter Doctor. & præſertim Iaſ. num. 7. not. probatur in leg. granaria, ff. de act. empt. in ſpecie Surd. deciſ. 134. numer. 13. & ſeqq. aduerſus Capoll. conſ. 92.* cuius opinionem dicit erroneam.

37 Declaratur præmiſſa concluſio principalis, vt locum habeat, & intelligatur procedere in fructibus pendentibus de tempore contractus, & in re ipſa vendita actu exiſtentibus, non autem in ijs fructibus, qui tempore contractus nondum actu exiſtunt, *Couar. et Molin. in locis præallegatis.*

Notandum eſt tamen, quod circa fructus actu non exiſtentes, ſed futuros, duplex verſatur inſpectio.

Prima eſt, quando emptor venditori pretium numerauit, & venditor eſt in mora tradendi rem.

Secunda inſpectio eſt, quando empto, pretium non numerauit.

38 Quod attinet ad primam relatam inſpectionem concluditur, quod fructus omnes pertinent ad emptorem, nõ ſolum actu exiſtentes, & pendentes, ſed etiam futuri, non ſolum percepti, ſed etiam qui percipi veriſimiliter potuerunt, & negligentia venditoris percepti non ſunt.

39 Et præterea tenetur venditor emptori ad omne intereſſe rei intrinſecum, vt puta ſi tempore, quo res tradenda erat, plus valebat, & poſtea res deterior effecta eſt, & eius pretium decreuit; nam tunc venditor tenetur ad præſtandum omne illud intereſſe, non autem ad intereſſe extrinſecum, vt puta ſi lucrum pecuniæ emptori ceſſauit ex eo, quod res fructifera tradita non ſit, l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, & *leg. Iulianus, §. ſi quid ſeruo, ff. de act. empt.*

40 Circa verò ſecundam inſpectionem, quæ eſt, quando emptor pretium non numerauit, & ſic venditori nulla poteſt impingi culpa vel mora, & tunc fructus, qui tempore contractus nondum ex re empta pendent, non prius ad emptorem pertinent, quam is pretium ſoluat, vel facto depoſito offerat, ſeu etiam ei fides de pretio habeatur, ita vt prius ad emptorem non pertineant, quam ei res tradita ſit pretio ſoluto, aut fides de pretio habita *Ant. Gomez. variar. reſolut. tom. ſecundo n. 11. cap. 2. Couar. variar. reſolut. libr. 1. cap. 15. numer. 2. & lib. 3. cap. 4. Molin. de conſtit. diſputat. 369. verſic. prima concluſio.*

Digitized by Google

te integrum captio ſit, emptori competit actio ex empto,
5 *l. ſi fundo vendito, de act. empt.* ergo idem dici debet in quã-
titate menſuræ, cum de qualitate ad quantitatem valeat
argumentum, *d. l. ſi ſeruum, §. 1. & l. ſi de qualitate, ff. eod.
tit. Specul. in tit. de empt. & vendit. §. ſciendum, num. 74.* vbi
ſic arguit ſequitur *Alex. conſ. 8.* videtur fortaſſe *lib. 4.* ideò
6 cum corpus venditum eſt intra fines deſignatos, & vendi-
tio facta eſt ad numerum, vt quia venditæ ſint decem tor-
naturæ, ſeu iugera terræ, & ita loquens incipit mentis
conceptum explicare à nominibus deſignantibus nume-
rum, & menſurarum, tunc numerus præcedens attendi de-
bet, cum ad id videatur facta conſideratio, *l. ſi quis teſta-
mento in princ. ff. de leg. 1.* ſecus autem quatenus incipiat
explicare ſuam intentionem à nominibus deſignantibus
certam ſpeciem, vel corpus determinatum; nam licet de-
inde adijciatur menſura, adiectio illa eſt loco falſæ demon
ſtrationis, quæ non vitiat nec minuit id, cui adijcitur, *l. ſi
ſeruus legatus, §. qui quinque, ff. de leg. 1. l. 1. C. de falſ. cauſ.
adiect. lega.* ita decidit *Oldra. conſ. 187.* in conceſſione cuiuſ-
dam in fi. quem ſequitur *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in
tit. de empt. & vendit. ad fin. verſ. ſuper quo not. Bal. in rubr.
Cod. de contrahen. empt. num. 22. Salyc. in l. 2. C. eod. titul.
Imol. Anchar. & Abb. in c. per tuas de donat. Paul. de Caſtr.
in l. ſi ſeruum, §. 1. ff. de act. empt. Alex. conſ. 127. viſo pro-
ceſſu lib. 2.* loquens in terminis deficientis menſuræ, & cõ-
cludit, per prædicta non attendi ſi partes incæpiſſent mẽ-
tis ſuæ conceptum explicare à menſura, & ſequitur *Socc.
ſen. in d. l. demonſtratio falſa in princ. ff. de condit. & demon.
in d. conſ. 32. n. 3. & 4. libr. 4.*
7 Et præmiſſa procedunt, etiamſi venditio facta ſit vni-
co prætio: nam cum venditio facta ſupponatur ad men-
ſuram; non refert an prætium ſimul datum ſit: an verò ſe-
paratim in ſingula iugera, ad *tex. in l. quod ſæpè §. in his
8 verſ. ſed ſi oleario, ff. de contrab. empt.* licèt fiat differentia,
an venditio facta ſit vnico pretio, vel in ſingulas torturas,
ſeu iugera ſeparatim diſtributo, vbi venditio facta ſit, non
habito reſpectu ad menſuram, ſed ad corpus fundi deter-
minatum quoniam tunc venditio facta reperiatur vnico
pretio, id videtur venditum, quod continetur intra confi-
nes, ſiue menſura ſit maior, ſiue minor. At quando vendi-
tio facta diſtributo pretio ſeparatim in ſingulas tornatu-
ras, vel iugera, ſeu ſingula corpora, tunc ſi menſura eſt
maior pretium augetur, ſin autem, ſin maior minor, immi
nuitur, & ita loquuntur *Salyc. Paul. de Caſtr. & alij Doct.
ſuperius adducti.*
9 Ijs verò, quę dixi de defectu, ſeu falſitate in qualitate,
quod is, qui eas demonſtrauit, teneatur ex l. ea, quæ com-
mendandi, cum reliquis adductis ſupra ſub n. 2. addendum
eſt, quod præſtando intereſſe liberatur ſecundum *Gloſ. in
§. pretium, Inſtit. de contrahen. empt. Iacob. Petr. & Dyn.
in leg. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. obligat.
vbi Bart. numer. 39. Alexand. numer. 3. Iaſ. numer. 35.*
dicens communem *Angel. in l. 4. §. Cato, ff. eod. vbi Imol.
num. 6. verſic. item aduerte, de communi Socin. numero 10.
Hotom. numer. 184. Rebuff. in l. vnica numer. 385. C. de ſent.
quę pro eo, quod inter. Pinell. in rub. C. de reſcind. vendi. in
ſecunda par. numer. 25. in fin. Gomeſ. de contract. cap. 10. nu-
mer. 12. verſic. ſeptimus caſus. Rol. conſil. 52. numer. 2. libr. 1.
Menoch. conſ. 92. numer. 63. Cephal. conſil. 407. numer. 39.
lib. 3. & Andr. Gayll. ſingul. obſeruat. libr. 1. obſeruation. 49.
num. quinto.*
10 Quæro nunc, quid concludendum, quando res vendita
non perijt, ſed tranſijt per plures manus, & fuit res euicta
vltimo emptori, an ſecundus emptor agere poterit con-
tra ſuum venditorem, ſi dictus emptor moleſtias patiatur
ab eo, cui ipſe rem vendidit.
Et reſpondetur affirmatiuè ex *Bart. & Ang. in l. ſi pro
te, §. ſi pro euictione, ff. de euict.* quod limitatur pluribus
modis. Et,
11 Primo, vt non procedat, quando emptor ſimpliciter
non ſubuendidit, ſed ius aliquod ſibi reſeruauit in re ven-
dita, quoniam tunc poteſt emptor euictione ſecuta age-
re aduerſus illum qui ſibi vendidit, etiam ſi non moleſte-
tur ab eo, qui poſtea vendidit, & quo res fuit euicta, vt in
*d. §. ſi pro euictione Bar. & Bal. vbi quoque Adden. ad Gl. in
ver. agere Alex. conſ. 67. num. 5. lib. 2. Rota dec. 422. ſub. n. 1.
p. 2. in recentior.* etenim cauſæ ſecundariæ, & extrinſecæ
non habentur in conſideratione ad tradita in *l. verum la
ſeconda, ff. de furt & l. ſocium qui in eo in fin. ff. pro ſoc. Gl. fin.
in c. quamuis de pact. in ſexto, Bal. in l. ex placito num. 1. C. de
rer. permut. Felyn. in c. qua in eccleſiarum n. 4. de Conſt. Rota
d. deciſ. 422. n. 3.*
13 Declaratur dicta limitatur, vt intelligatur de euictione
14 iuxta *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* nam ex euictione
iuxta nemo patitur damnum, *Rota d. dec. 422. ſub num. 2.
15 verſic. Tertio quia.* Et venditor non tenetur de euictione,
niſi quatenus propter euictionem emptor careat re eui-
cta, *leg. ſi ſeruus, §. Iulians, ff. de euict. Rota vbi proximè
ſupra.*
16 Secundo limitatur non habere locum vbi emptor ſti-
pulatus eſt pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus; quia tunc
agi poteſt de euictione, etiam ſi res non ſit euicta primo
emptori *Rota in Mediolanen. bonorum 24. Ianuarij 1596.
coram D. Cardinali Arigonio, & in dict. deciſ. 422. nu-
mer. quarto.*
17 Cæterum aduertas quod dicta deciſio coram Card. Ar-
rigonio tantum dicit, quod ſingularis ſucceſſor in caſu
euictionis agere poteſt contra primum venditorem, ſi
primus emptor ſtipulatus fuit non ſolum pro ſe, ſed etiã
pro ſucceſſoribus, vt aduertit *Rota d. deciſ. 422. ſub nu. 4.
verſ. ſed* ad hoc fuit reſponſum.
18 Nota tamen, quod ſi emptor ex culpa ſua eſt moleſta-
tus venditor de euictione non tenetur, *leg. ſi rem quam, §. ſi
dupla, & l. ſi mancipium, ff. de euictio. Caball. de euict. §. 5. n.
50. Becc. conſ. 106. nu. 6 Surd. dec. 208. n. 17.* vbi adducit *tex.
in l. ſi controuerſia, vbi, Gl. fin. Bald. & alij, C. de euict. & in l.
19 hominem, ff. de rei vendic. Surd. conſ. 36. num. 22. lib. primo,*
quamuis venditor de euictione teneatur, licet factum eſ-
ſet iniuſtum, & inualidum quando euictionis promiſſio
facta eſt per verba, quomodo, & quacunque de cauſa, vt
per *Rot. Genuen. deciſ. 15. num. 13. verſ. Nec obſtat, & Ma-
ſtrill. deciſ. 304. n. 20.*
20 Quamquam etiam regulariter, vbi obligatio euictionis
facta eſſet contra diſpoſitionem legis, non teneat *Salyc.
in leg. vendicantem, ff. de euict.* vbi reſpondet ad *text. in leg.
quemadmodum, ff. de agric. & cenſi. libr. 11.* nam actus fa-
ctus contra prohibitionem legis, eſt nullus & inutilis ipſa
21 lege reſiſtente *Tiraquell. de legib. connub. Gl. 8. verſ. De ſon
mary num. 192.* & ideò tunc euinci non dicitur, ſed aufer-
ri ex ipſius legis diſpoſitione, cum emptor potuerit præ-
22 uidere *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glo. 9. a numer. 30.
vſque ad 40.* vbi propterea firmat venditorem de euictio-
ne non teneri ex retractu conſanguinei, cum emptor in-
telligere debuerit ſed id dare oportere conſanguineo pe-
tenti, & offerenti pretium, vt ibid. per eum præſertim
num. 34.

ARGVMENTVM.

Venditio facta ad vitam qualiter valida
cenſeatur emptione facta ad vitam, ſi
emptor moriatur fructibus pendenti-
bus, an hæredes occaſione prædicta

prætendere poſſint quid ſibi fieri; vel daria venditois.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio ad vitam inualida eſt, ſi inſpecta ætate & qualitate ementis non adeſt probabilis, & veriſimilis coniectura vitæ.*

Nec debeat interuenire deceptio vltra dimidiam, n.2.

Licet alia ſit verior opinio, vt abſque iſta probabili coniectura vitæ propter incertitudinem, & dubium euentum, numer.3.

Præſertim in perſona nobili, & timorata conſcientia, num. quarto.

Et abſq; dubio procedit, ac ſubſiſtit, quando emens ſuperuixiſſet per multos annos n.5. & 6.

7 *Contractus eſt validus, quando venduntur ad vitam fructus & annui redditus.*

8 *Venditio permittitur etiam in fructib. futuris.*

Quidquid aliud ſit, quando ex qualitate perſonarum et alijs circumſtantijs, & argumentis conſtaret de intentione volentis facere contractum vſurarium, n.9.

10 *Venditio ad vitam redditus iam conſtituti ante contractum ſeu actionem venditam eſt licita.*

16 *Emptor fundi ad vitam ſi moriatur fructibus pendentibus, fieri debet diuiſio pro rata.*

Vel venditor tenetur cedere per dicto tempore actionem hæredibus emptoris, nu.12.

13 *Vſufructuarius non facit fructus ſuos niſi ſint à ſolo ſeparati per ſe, vel per alium, ideò non recollectos non tranſmittit ad hæredes.*

Et quid in marito hæredibus vxoris, & emptore cum pacto de retrocedendo, & emphyteuſi finita ſine culpa emphyteuta, n.14.

Quamuis ſecus ſit in legato fructuum, n.15.

Quæſt. CV.

EMptio fundi vbi facta fuit ad vitam, ſi emptor moriatur fructibus dentibus, quæritur an illius hæredes dicta occaſione prætendere poſſint quid ſibi dari, vel fieri à venditore.

In qua quæſtione, priuſquam ad illius deciſionem 1 deueniatur, videndum, eſt an huiuſmodi venditio valida ſit. Et ſecundum aliquos valida non videtur, ſi inſpecta ætate & qualitate ementis non adeſſet probabilis, & veriſimilis coniectura vitæ, iuxta *l. hæreditatem, ff. ad leg. Fal. tradit Dec. in leg. de fideicommiſ. ad fin. C. de tranſact. & conſ.123. ſub num.1. verſ. Secundo loquatur poſt Bald. in leg. ſi Pater puellæ in fi. C. de inoffic. teſtam. & in leg. ſi ea pactione, vbi etiam Cyn. num. primo C. de vſur. Paul. de Caſtr. in l. item quia num.6. ff. de pactis*, ita quod non deceptio 2 interuenire non debeat vltra dimidiam *Andr. Gayl. obſer. 8. n.5. & 6.*

3 Licèt ſecundum alios verior ſit contraria ſententia vt ſimpliciter valeat abſque illa probabili coniectura vitæ ob incertitudinem & dubium euentum cuius ratione aliqua læſio non conſideratur, ſed conuentio licita reputatur *Caſtr. in l. de fideicommiſſo in fine, C. de tranſact. Iaſ. in leg. n.63. C. de ſum. Trinit. Alber. latè in leg. iubemus nulli num. 14. & 15. C. de ſacroſanct. Eccl.* vbi quod tales contractus 4 continuo celebrantur, & tollitur præſumptio vſurarum propter dictæ incertitudinem præſertim in perſona nobili, & non ſolita fœnerari, *leg. cum allegas, C. de vſur. & leg. Iulianus. §. ibidem, ff. de act. empt. Oldr. conſil. 209. alias 207. incip. vniuerſis numer. quinto & ſexto & Io. de Anan. in cap. in ciuitate col. 12. verſ. quartus articulus de vſur Bal. conſ. 291. quia ex facto col. 1. & 2. lib. 1. Rom. conſ. 302. n.3. & conſ. 423. n.10. vbi Mandoſ. in ver. contractus.*

Cæterum excluditur omnis inualiditas contractus vbi 5 emens ſuperuixerit per plures annos vltra præſumptionẽ de qua in d. l. hereditatum, adeo quod contractus huiuſmodi ſit conualidatus in vim huiuſmodi euentus ſubſecuti, ita vt dici nequeat de illius inualiditate *Dec. conſilio 111. pro tenui ad fio. verſic. ſecundo non obſtat, numer.14. Inn. de vſur. §.6. in fin. verſic. & quod dictum eſt ſupra num. 26. Anchar. inn. queſt.31. numer. quarto libr.2. Plot. in leg. ſi quando numer.453. C. vnde vi Burſatt. conſil. 120. num.54. & 86. libr primo latè Surd. conſil. 327. num.54. & 55. libr.3. & conſ.435. num.6. libr. quarto. Rota Ianuen. deciſ.9. nu.32. Hier. Cagnol. in l.1. num.51. C. de ſent.* quæ pro eo quod inter 6 quoque attendatur veritas ex euentu declarata, non præſumptio, de qua in *d. l. hæreditatum, voluit Surd. conſil. 451. num.38. lib.3.*

7 Et in emolumentis, ac annuis redditibus, ac introitibus qui venduntur ad vitam, quod contractus ſuper eis factus emptionis, ac venditionis ad vitam ſit validus, ſiue proueniant à fiſco, ſiue ab Eccleſia, ſiue a priuato notat *Gloſ. in Auth. de non alien.* aut permutan. *reb. eccleſ. §. vult enim in ver.* Ciuiles annonas *Ioan. de Anan. in d. cap. in ciuitate col. 12. verſic.* & concludit, quod ille contractus de vſur. vbi quod iſtud ius aliquid percipiendi paſſim venditor, & eſt 8 licitus, cum non ſit mutuum, ſed emptio, & venditio, quæ etiam in rebus, & fructibus futuris permittitur, *l. nec emptio, ff. de contrah. empt. leg. vult. §. fin. ff. eod. titul. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. par.4. num.53. latè Bald. dicto conſil. 292. col.1. & 2. libr. primo.* quidquid aliud ſit 9 quando ex qualitate perſonarum, & alijs circumſtantijs & argumentis non leuibus appareret de mala intentione volentis facere contractum vſurarium, quia tunc contractus non valeret, vt latè per eundẽ *Bal. conſ.154. inſtrumentum ſic dicit libr. ſecundo* idque fortius firmandum, quan-10 do ageretur de venditione redditus iam conſtituti ante contractum, ſeu actionem venditam, quo caſu conuentio ſemper reputatur legitima, & licita, cum ſit merus contractus venditionis, ad tradita per *Innoc. in cap. in ciuitate num. ſecundo de vſur. ſequitur Ioan. Andr. ſub num.1. ver. ſiue ſit certius, & tene Anchar. conſ.79. dubitari licèt col. prima.*

11 His ita firmatis accedẽs ad propoſitæ queſtionis deciſionem dicitur diuiſionem pro rata forte faciendam iuxta l. diuortio, ff. ſol. matr. ex quo talis emptor in vita dominus, erat & plus iuris habeat, quam colonus, ſeu vſufructuarius, vel quod venditor cedere teneatur pro dicto tempo-12 re actionem hæredibus emptoris, iuxta, *l. Iulian. §. ſi fructus, ff. de act. empt.* quia, vt fuit dictum, dictos emptor in vita erat dominus, & plus iuris habet quam colonus, & vſufructuarius ad *Gloſ. & ibi Bar. in l. donationes, §. ſpecies, ff. de dona. & in l. Titiarum. teſtamento in fine. ff. de leg.2. & in leg. mulier, C. de iur. dot.* in terminis ſic tradit *Socin. in l. qui Romæ in princ. ſub num.20. verſic. tamen ſcias in emptore, ff. de verb. oblig.* dicens ita reſpondiſſe in caſu occurrenti, & quod idem reſponderunt plures Aduocati Florentini, videlicet, *Iacobus de Ricets, Franc. de Empoli, Stephanus Bonacuius, & Iacobus Roſellus*, prout etiam multi Aduocati Senenſes, inter quos *Marian. Socin. ſen.* quod repetit etiam idem *Soc. conſ.42. in fin. lib.3. Couar. var. reſol. libr.1. c.15. num.7. in fin. Ioan. Copen. deciſ.90. Hartman Piſtor. lib. 1. quæſt.24. num.11.* quem refert, ac ſequitur *Scrader. de feud 2. par.9. par. princ. ſect.3. n.84. Coſta de portion. rat. qu. 114. n.2.*

13 Quod vbi ſupra Socin. comprobat ex text. cap.1. §. is conſequenter, vbi *Aluarott. in tit. hic finit lex Corad.* vbi mortuo feudatario fructus pendentes non ſemper ſpectãt ad dominum, ſicut ad vſufructuarum quia feudatarius eſt

dominus,

dominus, & habet plus iuris, ideo pro rata temporis fiet diuiſio, ſequitur *Schreder. qui de communi teſtatur de feud. 2. par. 9. par. prin. ſect. 3. num. 82.* vbi infert ad maritum, &
14 hæredes vxoris, & ad emptorem cum pacto de retrouendendo, ac ad emphyteuſim finitam abſque culpa, & debito emphyteutæ, cum diſtionibus tamen, de quo latè per *Cuman. Iaſ. Socin. Alex. & alios in dicta l. diuortio in princ. vbi Barboſ. part. 2. ff. ſoluto matrim. Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. Glo. 4. numer. 1. vſque ad num. 11. Hond. conſil. 85. num. 1. & ſeq libr. 2.*

15 Quamuis aliud in legato fructuum prædij facto alicui quotannis dum viueret, vel cum eſſet vidua, vel durauerit in aliquo monaſterio, nam licet perſona hæc, cui ſit huiuſmodi legatum non vixerit per totum annum, ſed aliquo tempore ipſius anni, vel ſtatim non nupſerit, vel poſt tres vel quatuor menſes integrum legatum illorum fructuum conſequi debet, per *tex. in l. notabilem in l. à vobis, ff. de ann. leg.* per quem ita tenet *Signorol. de Homod. conſ. 53.* quem refert ac ſequitur *Ieſ. in præcitata l. diuortio n. 7. ff. ſol. matr. & Auen. reſp. 5. nu. 5. verſ. quæ ſupradicta ſunt. Ioan. Gutierrez Canonic. queſt. lib. 1. cap. 33. num. 28.* intelligendo *tamen, vt per Soc. conſil. 10. num. 14. lib. 1.* vbi adducit illos verſus.

Annua ſi debes, tunc incipias caput anni.
Anno ſi debes in fine tenebris anni.
L. qui hoc anno, ff. de verb. oblig.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommiſſo conditionali obnoxia, vel alteri obligata, an, & qualiter alienari poſſint.

Et quatenus vendi poſſunt, an venditor de euictione, & ad intereſſe teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres per fideicommiſſum conditionale grauatus poteſt res fideicommiſſariac alienare.*
Fallit n. 2.
3 *Emptor reſpectu fideicommiſſi non poteſt recuſare executionem contractus, & pretij exhibitionem.*
Præſertim præſtita cautione emptori de indemnitate pro futuro fideicommiſſo, num. 4.
5 *Fideicommiſſarius vniuerſalis inhibere non poteſt hæredi, ne vendat.*
6 *Alienans bona fideicommiſſo ſubiecta, vel alteri obligata, emptori tenetur de euictione, & ad damna, & intereſſe, & num. 7.*
Primò ampliatur procedere in cedente, n. 8.
Secundò ampliatur, vt locum habeat etiam nondum euictione ſecuta, n. 9.
Tertiò ampliatur vt procedat etiam reſpectu fideiuſſoris, qui alienationi contractui acceſſit, n. 10.
Maximè quando fideiuſſor interceſſit, n. 11.
Quartò ampliatur etiamſi in contractu; proteſtatum ſit, quod teneri non vult de euictione, niſi de dato, & facto ſuo, num. 12.
Primò limitatur, vbi emptor quoque ſciuit, rem ab eo emptam fideicommiſſo ſubiectam, vel eſſe alienam, numero 13.
Ratio affertur n. 14.
Primò ampliatur nedum ſi ſciuit rem eſſe oneratam in totū ſed eſſe communem cum alio, n. 16. & ſeqq.
Secundò ampliatur, vt ſufficiat emptorem ſaltem in genere habere notitiam, n. 20. & ſeqq.
Declaratur dicta limitatio, vt locum ſibi tribuat, quando emptor ſibi non cauit de euictione: ſecus, ſi fuerit de ea ſtipulatus in eum caſum, n. 22. & ſeq.
Subdeclaratur, niſi ſtipulatio concepta ſit verbis vniuerſalibus, n. 24. & ſeqq.
Secundo declaratur, quando euictio accidit ex noua cauſa ſuperueniente poſt contractum, n. 28. & ſeqq.
Ampliatur, etiamſi in contractu dictum ſit, quod quis renũciat omni iuri quod habet, vel in futurum habere ſperat, num. 31.
Tertiò declaratur, quando euictio ſequitur ex facto emptoris, num. 32.
Extende idem procedere quando euictio ſequeretur ex facto ſui auctoris n. 33.
Subdeclaratur vt ſibi non tribuat, quando euictio ſpecialiter fuit promiſſa, n. 34.
Quarto declaratur non procedere vbi quis ſcienter emit rē fideicommiſſo conditionali, ſiue puro, ſubiectam, cuius euictio non debetur, n. 35.
Primò ampliatur etiamſi emptor fuerit ſtipulatus omnem euictionem, n. 36.
Secundo ampliatur procedere etiamſi adeſſet iuramentum, num. 37.
Quinto declaratur non habere locum, quando quis emit rem feudalem, n. 38.
Contrarium n. 39.
Sed declaratio prædicta probatur, n. 40.
15 *Venditor, qui rem vni alienauit, & alteri vendidit qui ſcientiam habet alienationis primæ, non tenetur verſus fiſcum pœna ſtellionatus.*
17 *Emptor ſciens rem ſibi venditam eſſe communem cum alio conſequitur tantum partem venditoris.*
18 *Caſtrum certis finibus deſignatum ſi vendatur, totum venditum cenſetur, etiam quod totum non eſſet venditoris.*
21 *Emptor, vt ab actione euictionis excludatur, ſufficit, quod facilè ſcire potuerit, rem eſſe alienam, vel oneri alicui ſubiectam.*
23 *Euictio quando ex natura rei contingit, actio de euictione etiam ignoranti non datur.*
25 *Emptor, licèt re per compromiſſum euicta non agat de euictione, tamen aliud eſt, quando euictio promiſſa eſt, quomodocunq; contingat.*
26 *Verba vniuerſalia copulant maiora expreſſis.*
29 *Caſus futuræ euictionis poſt contractum contingentes, ad venditorem non ſpectant.*
30 *Euictio præſtanda eſt in his tantum caſibus, qui euictioni cauſam parant.*
41 *L. ſi fundum, C. de euict. qualiter loquatur.*
42 *Emptor feudi ſi ſit in bona fide repetit pretium.*
Fallit quando ſcienter emit feudum ſine conſenſu domini, num. 43
Ampliatur duobus modis n. 44. & 45.

Quæſt. CVI.

De bonis fideicommiſſo conditionali ſubiectis, vel alteri obligatis dicere nunc res poſtulat, an vendi poſſint; &

An ea alienans, de euictione teneatur & ad intereſſe, iuxta illorum æſtimationem.

1 Nā, quod fideicōmiſſo conditionali grauatus, ſiue hæres ſit, ſiue fideicōmiſſarius poſſit interim alienare, & alienādo trāsferre rei dominiū & poſſeſſionem in emptorē, eſt *tex. in l. ſeruo legat. §. ſi teſtator, ff. de l. 1. & l. ſi hæres inſtit. §. 1. ff. ad Trebel. & in l. fin. §. ſin autem ſub conditione, C. comm. de leg. Paul. de Caſtr. conſ. 370. lib. 2. Alex. conſ. 65. lib. quinto*

Digitized by Google

niſi fideicommiſſum per caſum alienationis committere-
tur; vt quia res alicuius fauore ſit alienari prohibita ad
tex. in l. in filiusfam. §. Diui, vbi notant Doct. ff. de leg. 1. licet
per aduentum conditionis reſulratur, & abſq; alia reſtitu-
tione dominium transfeat in fideicommiſſarium Bal. Caſt.
Iaſ. & alij in dict. §. ſin autem poſt Gloſ. ibid. per tex. in l. fun-
cimus, §. cum autem C. ad Trebell.

3 Quæ concluſio adeo vera eſt, vt emptor ſub prætextu
fideicommiſſi non poſſit recuſare executionem contra-
ctus, & pretij exhibitionem ex tex. in leg. habitationem, §.
1. ff. de peric. & commod. rei vend. & in l. ſi poſt perfectam, C.
de euict.

4 Et preſertim præſtita cautione emptori de indemnita-
te pro futuro euentu fideicommiſſi; & præterea etiam ad
5 effectum, vt fideicommiſſarius conditionalis non valeat
inhibere venditionem ipſam Dec. conſ. 323. poſt Alex. dict.
conſ. 65. cum dicit quod fideicommiſſarius ante conditio-
nis aduentum agere nequit Culean. conſ. 58. col. 2. & 3.
Ruyn. conſ. 100. num. 26. lib. 2. in ſpecie Peregr. in tract. de fi-
deicom. art. 40. n. 8. at conditione adueniente, ſi res vendi-
6 ta euincatur, alienans ſeu illius heredes de euictione tenē-
tur & ad intereſſe iuxta illius æſtimationem, ſecundum
Bal. in l. ſi traditio quæſt. 4. C. de euict. Ruyn. conſ. 141. ſub nu.
9. lib. 1. Pacific. de Saluian. interd. fol. 292. num. 81. Rota poſt
d. tract. deciſ. 150. num. 3. 4. 9. & 10. Card. Seraph. deciſ. 787.
num. 4 & 9. & Glo. in §. pretium autem, in ver. tradatur In-
ſtit. de empt. & vendit. vbi Aret. n. 8. qui dicit id ſequi Bart.
7 in l. ſtipulationes non diuiduntur in ver. ad tertium venio, ff.
de verb. oblig. & in l. 1. verſ. Item quæro, ff. de actio. empti.
Alex. conſil. 63. num. 17. lib. 6. Dec. conſ. 101. in fine de com-
muni Cephal. conſ. 407. num. 39. & de magis communi te-
ſtatur Surd conſil. 13. numer. 25. libr. 1. quem ſequitur Rota in
Romana dotis 11. Februarij 1583. coram R. P. D. CantucCio
poſteà epiſcopo Lauretano, & in vna Anconitana de Gozzis
25. Iunij 1584. coram Cardin. Seraph. quæ inter impreſſas
eſt deciſ. 671. & in deciſ. 198. & ſeq. poſt tractat. Cinc.
de cenſib.

8 Primò ampliatur regula & concluſio prædicta, vt pro-
cedat etiam in cedente: licet in contractu ceſſionis ſit ap-
poſitum pactum, quod in caſu euictionis, liceat ceſſiona-
rio redire ad primæua iura, perinde ac ſi inſtrumentum
factum non extitiſſet: quoniam adhuc cedens tenetur ad
intereſſe, cum huiuſmodi pactum ad ceſſionarij fauorem
ſit appoſitum, hoc eſt eo volente, ita vt in eius electione
exiſtat, vel petere æſtimationem, vel redire ad primæua
iura, l. 2. ff. de leg. commiſſ. Ruyn. conſ. 35. n. 31. lib. 1. & conſ.
& conſ. 93. n. 8. lib. 3. Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur
n. 10. C. de reuoc. dona.

9 Secundò ampliatur, vt locum habeat etiam nondum
ſecuta euictione; nam regula, quod ante euictionem, agi
non poſſit ad eam, l. qui rem, C. de euict. & l. ſi plus, §. iura
eod. tit. locum non habet, quando debitor ſciens rem tra-
dit obligatam, quoniam tunc quamuis de euictione non
agatur, tamen agi poteſt ad intereſſe actione ex empto,
l. ſeruus quem, §. ſi ſciens ff. de act. empt. l. hominem, ff. de
ſolut. Doct. communiter in dict. leg. qui rem & in l. 4. in princ.
de act. empti. & in d. §. ſi ſciens Rota coram Card. Seraphino,
in Romana cenſus die Martij 1577. in impreſſ. deciſ. 321.
vbi plenè in Vrbeuetana bonorum in die 15. Februarij 1585.
coram R. P. D. Aldobrandino, poſteà Clemente octauo,
tunc Auditore, & coram Card. Seraphino in Anconitana
euictionis prædij die tertio Martij 1586. in impreſſ. deci-
ſion. 724.

10 Tertio ampliatur, vt ſibi vendicet etiam reſpectu fideiuſ
ſoris, qui alienationis contractui acceſſit: quoniam etiam
iſte obligatus eſt ad æſtimationem bonorum, ea ratione,
quia fideiuſſor licèt in plus non obligetur, quam prin-
cipalis, tenetur nihilominus ad cuncta ea, quæ princi-
palis promiſit, ad quæ ratione contractus eſt obligatus,
l. ſi ſeruum, §. nunc videamus, & l. mora rei, ff. de verb. oblig.
Alex. conſ. 34. n. 5. & 6. lib. 2. Cran. conſ. 272. n. 2. & 5. ma-
ximè quando fideiuſſor ſimpliciter non interceſſit, ſed
pro omnibus, pro quibus venditor in contractu ſe obliga-
11 uit, & vti principalis, & inſolidum, quia tunc reſpectu em-
ptoris non vti fideiuſſor conſiderandus eſt, ſed vti princi-
palis, & per conſequens ad intereſſe tenetur; licet aliquo
reſpectu obligatio eius pro quo fideiuſſit, non ſubſiſteret,
ex ijs, quæ latè deduxit Tiber. Decia. conſ. 72. n. 5. & ſeqq.
lib. 2. & decidit Rota coram Litta in Bonon. de Ocellis die
26. Aprilis 1602.

12 Quartò ampliatur vt procedat, etiamſi ab alienante
in contractu proteſtatum fuerit, quod teneri non vult in
caſu euictionis, niſi de dato, & facto ſuo tantum; quia dicta
proteſtatione non obſtante tenetur ad dictam æſtimatio-
nem, quatenus ſciuit bona diſtracta fuiſſe fideicommiſſo
ſubiecta, l. emptorem, §. fin. ff. de act. empt. Oſaſch. deciſ. 24.
ſub. num. 2. prout etiam tenetur de facto ſuorum authorū
vt ſuo loco diximus, & habetur per ſcribentes in l. ſi ſeruus
fortius in princ. ff. de furt. Marſil. ſing. 656. dum adductis per
Tiraquell. de retract. conuent. § 1. gloſ. 6. numer. 5. & fuit
tentum per Rot. coram Card. Pamphilio in Romana pœni-
tentiaria 25. Iulij 1600. & deciſ. 198. numer. 8. poſt tract. Cinc.
de cenſib.

13 Limitatur eadem regula & concluſio, vt non habeat lo-
cum, quoties emptor quoque ſciuit, rem ab eo emptam
fideicommiſſo fuiſſe obnoxiam, vel eſſe alienam; quia tūc
aduerſus venditorem de euictione non agit: nec etiam ad
intereſſe, ex text. in l. ſi fundum ſciens, C. de euictio. & in l. ſi
à matre, C. de iure dot. ac in l. ſi fratres, C. comm. vtriuſque iu-
dic. in ſpecie eſt etiam tex. in cap. 1. in princ. tit. de inueſt. de
re alie. fact. Alex. conſ. 69 num. 2. lib. 4. Roman. conſil. 396.
ſub. num. 3. verſ. quoad ſecundum. Tiraq. de retract. lign. §.
12. Glo. 1. num. 7. et infra. intè Bece. conſil. 24 num. 34. Goza-
din. conſil. 24. ſub num. 7. verſ. quarto ex textus. Crauett. conſ.
77. ſub num. 18. veriſſimile videmus, quod quis, & dixi in
quæſt... num...

14 Ratio aſſertur, quia etſi euictio eſt de natura emptionis.
l. cum dubitatur, vbi Bal. C. de euict. Bar. in l. qui concubinam,
§. ſi hæreti, ff. de legat. 3. tamen ſecundum Alex. in d. conſilio
69. ſub num 3. verſ. nec etiam ſcienti non fit iniuria, neque
dolus, l. cum donationis, C. de tranſact. cap ſcienti de reg. iur.
in ſexto, l. ſi in emptione, §. etſi emptor, ff. de act. empti quare
Bal. conſ. 240. lib. 2. ait, quod ſi is, qui rem vni alienauit, eā-
15 dem alteri vendat, qui ſcientiam habet venditionis primæ
non tenebitur verſus fiſcum pœna ſtellionatus, quia ſcienti
non fit dolus: neque ſecundus emptor aget ad intereſſe,
quia ſciebat rem alijs vendicam ſequuntur Boſſ. in titul. de
falſ. numer. 112. Dec. & Cagn. in l. nemo fraudare, ff. de reg.
iur. Cran. conſ. 6. n. 114. Rol. conſ. 74. nu. 27. lib. 1. & Menoch.
conſ. 98. n. 41 lib. 1.

16 Primò ampliatur præcedens limitatio vt locum habet,
nedum quando emptor ſciuit rem eſſe alienam, & onero-
ſam in totum: verum ſi etiam ſciuit rem eſſe communem
cum alio: quo etiam in caſu, nec de euictione agit, vel ad
intereſſe; etenim venditio tunc facta dicitur reſpectu iuris
tantum, quod venditor in illa re habebat, & reſpectu illius
iuris quod alius, habebat quod ſciebat emptor, l. qui tabre-
nas, ff. de contrahen. empt. Bart. in l. 1. nu. 1. ff. de ſeruitu. legat.
notant Bal. in leg. ſi domus §. fin. in fine verſ. quæritur, ff.
de leg. 1. & ibidem Alex. ſub num. 4. qui loquuntur in ter-
17 minis venditionis rei communis cum alio, & conclu-
dunt, quod ſi emptor ſciebat rem illam eſſe communem,
& non ſolius venditoris, vendita tantum intelligitur pars
venditoris, & non res tota: idem aſſerunt Rom. conſ. 396.
nu.... Bertr. conſ. 29. n. 2. lib. 1. par. 2. Gozadin. conſ. 58. num.
13. & decidit Rota coram Card. Seraph. deciſ 123. præſertim
18 num. 3. & 4. in qua dictum fuit, quod ſi Caſtrum certis fi-
nibus deſignatum vendatur, in dubio totum venditum
intelligi-

Digitized by Google

intelligitur, etiam quod totum non eſſet venditoris , ſed
commune cum alio,niſi prohetur emptoris ſcientia,qua-
probata , venditum non præſumitur quod ad venditorem
19 non ſpectabat, hocq;eſt regulare,quod emens ſcienter rē
oneri alicui obnoxiam,ius ſolum venditoris emiſſe dicitur
*gl.& Bald.in l.1.C. ſi pign.dat.ſit Iaſ.in d.l.ſi domus,§.fin.nu.
24.ff.de l.1.Gozad.conſ.24.verſ.3* reſpondetur, & fuit reſo-
lutum in Tiburtina *Caſtri S.Poli 15. Ianuarij 1590. coram
Card.Platta & coram Card.Ludouiſio in Romana Caſſelis 21.
Februarij 1603.in impreſſ.deciſ.90. n.11.*
20 Secundo ampliatur,vt ſufficiat emptori ſaltem in gene-
re habere notitiam de iure, quod venditor habebat in re,
& illud ad venditorem non ſpectare; quamuis ignoret ad
quem ſpectet *Bal.in d.l.ſi fundum , C.de euict.* præſertim
ſtante clauſula,vendidit,& ceſſit omnia iura,&c.*Bero.conſ.
2.n.17.lib.2.*
21 Quin etiam ad hoc vt emptor ab iſta actione excluda-
tur, ſufficit , quod facile ſcire potuerit rem eſſe alienam ,
vel oneri alicui effectam , vt ex pluribus probat *Tiraq.de
retract.lig.§.12.Gl.1.num.9.* licèt alias verius crediderim,
ſcientiam claram fore probandam.
22 Declaratur dicta limitatio vt locum habeat,vbi emptor
ſibi cauerit de euictione;ſecus,ſi fuerit ſtipulatus eam ſibi
deberi ſpecialiter in eum caſum , vt colligitur ex *d.c.1.de
inneſti.de re alien.fact.& in d.l.ſi fundum, C.de euict. Bart.in
l.quemadmodum , poſt gloſ.n.11.C.de agric. & cenſit.lib.11.
Corne.conſ.2.n.13.lib.3.Cran.conſ.64.n.4.Gomeſ latè de con-
tract.cap.2.ſub num.42.verſ.ſeptimus caſus Becc. d.conſ.24.
n.34.*ſecus,ſi in genere ſibi proſpexerit, quia generalis cō-
uentio,ſeu ſtipulatus de euictione non ſufficit, per ea quæ
tradit *in l.ſi familia in fine vbi Bal.n.8. & Ang.in fine,Cod.
fam.hercſ.Alex.conſ.21.n.4.& 8.verſic.* nec etiam obſtat
*lib.5.Ruyn.conſ.42.num.12.& conſil.146.n.3.lib.1. Tiraq.
de retract.ligu.§.1.gl.9 n.56. Rota diuerſ.deciſ.21 .nu.1.&
2.p.2.Surd.deciſ.243.n.3.&* 4. præcipuè quando euictio ex
23 natura ipſius rei contingit,quia tunc actio de euictione
neque ignoranti competit , etiamſi generaliter pro-
miſſa fuerit *Gloſ.in d.l.ſi familiæ in ver. pro parte ad finem ,
ibi,*ſed magis puto.*Roman.conſil 503. num.14.verſ. Vltimò
monent.Alex.d.conſ.21.num.2.libr.5. Hand.conſ.3. num.4.
libr.1.*
24 Subdeclaratur prædicta procedere, niſi ſtipulatio con-
cepta ſit verbis vniuerſalibus, puta quomodocunq;qua-
litercumque vel quauis de cauſa res euincatur, quoniam
ſub his verbis debetur etiam euictio, quæ fit ex natura rei,
ſiue emptor ſciat , ſiue etiam ignoret rem eſſe alienam *gl.
in l.cum pœna,ff.de arbitr.* cum dixit , quod etiamſi re per
25 compromiſſum euicta emptor non agat pro euictione,
nihilominus aliud eſt, quando euictio fuit promiſſa quo-
modocunque ſequatur,& eam Gl. ſequitur, & notandum
dixit *Alex.conſ.4 ſub n.1. verſ.& per hoc apparet lib.3. &
conſ.102.viſo themate ſub nu.5.verſ.Pro hoc facit,libr.6.Di-
dac.Couar.var.reſol.lib.3 cap.17.n.7.* verba enim vniuerſa-
26 lia copulant maiora expreſſis etiam ex cauſa à iure non
eo oliderata, vt tenuit *Rota in deciſ.152.n.5.par.2.in nouiſſ.
& in Recanaten.tranſactionis 22.Iunij 1592. coram Gypſio,
poſt Gozad.conſ.14.n.22. & conſ.63.n.3. in ſpecie Soc iun.*
27 *conſ.116.n.63.lib.1.Tiraq.de retract.lignag.ad finem n.98.
verſ.vigeſimoſecundo quaro,* & ex his infertur,quod in caſu
quo à venditore nominatim & expreſsè de euictione fuit
promiſſum , ex ea promiſſione obligatur etiam illius
hæres quamuis in inſtrumento de eo quid dictum non
fuerit, *l.ſi pactum, ff de pact.* cum pluribus ſimilibus ad id
abundè collectis per *Tiraquel.de retract. conuen §.1. gloſ.
6.in princ.*
Quod autem dicitur ſcienter ementem rem alienam ,
ſeu alienari prohibitam agere de euictione, quando ex-
preſsè,& nominatim de illa fuit ſtipulatus;declaratur plu-
ribus modis, &

28 Primò declaratur vt locum non habeat , quando eui-
ctio accidit ex noua cauſa ſuperueniēte poſt contractum
ad *text.in l.3.ff.de euictio* vbi dicitur , quod ſi actio eſſe
cœpit poſt contractum, non debetur euictio ad *text.leg.
bubus,C.eod.* quo in loco dicitur, futuros caſus emptionis
29 poſt contractam emptionem contingentes à vēditorem
non ſpectare , nec pro eis euictionem deberi,ad idem eſt
text.in l.1.C.de peric.& commod.rei vendit. qui dicit eui-
ctionem præſtandam fore in his tantum caſibus , qui eui-
ctioni cauſam parant ex tempore,quod antecedit euictio-
nem;ex quo *text. notat.Bart.* quod venditor euictionem
non præſtat,ſi cauſa euictionis oritur poſt contractum ,
30 ſequuntur ibi *Bal.Salic.& Caſtr.n.1. Rom.conſ.503.col.2.
verſ.ſecundò moneor.Rip.in l.qui Romæ,§.duo fratres nu.77.
in fin.ff.de verb.oblig.Tiraq.de retract.conſang §.1.Gloſ.9.n.
34.Caballin.de euict.§.5.n.52.*& nos latius dicemus in par-
ticulari quæſtione.
31 Ampliatur dicta declaratio vt procedat etiamſi in em-
ptionis contractu dictum ſit , quod quis renunciat om-
ni iuri, quod habet, vel in futurum habere ſperat , quia
ſi hoc ius futurum expreſsè non dicatur,ex noua cauſa ,
intelligitur ex cauſa de præſenti , vel de præterito , ſic
*Bartol.in leg.1. C.de pact. vbi Iaſ.ſub num.27. verſ.in tertio
membro Zuccard.num.159. & Ripa num.26.* vbi ampliat
pluribus modis ; de quibus nos dicimus infra ſuis locis in
hoc tractato.
32 Secundò declaratur vt locum habeat , quotieſcumque
euictio ſequitur ex facto emptoris , vel ſui auctoris, quia
eo caſu non præſtatur,per *tex.in l.ſi fundum meum , ff.de
euict.*vbi dicitur,quod ſi fundum obligaui, & poſtea illum
tibi vendidi,& mox mihi reuendidiſti, non ago contra te
de euictione,ſi is, cui primò fundum obligaueram euin-
cat a me, quia ex facto meo cauſatur euictio , per quem
*tex.*ita etiam tenet *Bal.in l.qui Romæ, § duo fratres numer.
10. verſ quartò dicit malè , ff.de verb.oblig.* additque idem
eſſe,quando euictio ſequeretur ex facto ſui auctoris , cui
res euicta eſt ; quoniam adhuc ex facto proprio agere vi-
33 detur,*l.ſi ſeruus in princ.ff.de cond.furt.*cum adeundo cen-
ſeatur quaſi contrahere cum creditoribus , *l. apud Iulia-
num , §.fin.ff quibus ex cauſ. poſſeſſ.* eat ſequuntur *Bartol.
in d.§.duo fratres,vbi Caſtr.ſub num.7.Iaſ.num.35. Rip.nu-
mer.43..Alex conſ.21.num 4.lib.4. Dec.conſ.24. num.31.
Soc.iun.conſ.128.num.131.lib.1.Ruyn.conſ.11.num.12.libr.
1. Rol à Valle conſ.41. ſub n 19. verſ.vel ex facto lib.4. Ca-
bal.de euict.§.5.n.2.*
34 Subdeclaratur dicta limitatio vt ſibi non tribuat,quan-
do euictio ſpecialiter promiſſa fuit etiamſi ex culpa
emptoris contingeret , quia tunc omnino debetur *Spe-
cul.tit.de,empt.& vendit.§.ſciendum num.37.Alex.conſil.
67.in fine lib.2. Becc.conſ.106.num.19.* qui alios allegat
Surd.conſil.441.num 39.lib.3.& ratio eſt,quia culpa remit-
ti poteſt *leg.ſi certo,§ interdum , ff.commoda.l.1.§.ſi con-
uenerat , ff.depoſiti,leg.contractus , ff.de reg.iur.* licèt non
dolus *leg.ſi vnus , §.illud, ff.de pact.cap.quemadmodum de
iureiur.*
35 Tertio declaratur non procedere,vbi quis ſciēter emit
rem fideicommiſſo ſubiectam, ſiue conditionali, ſiue pu-
ro,cui euictio non debetur,ex communi *Gomeſ.de cōtract.
36 c.2.ſub n.42.verſ.iſta reſponſio, eſt tex.in l.fin.§.emptor au-
tem , C.commun.de leg.* quod locum habet etiamſi emptor
fuerit ſtipulatus omnem euictionem,vt ibidem tradit *Iaſ.
n.2.Ruyn.conſ.146.ſub n.4. verſ.& vbi etiam lib.1. Couar.
var.reſol.lib.3.c.17.ſub n.2. verſ ſed eam quæſtionem.Surd.
deciſ.208.n.4.& deciſ.243.num.2.& 3. Rota coram Card.
Mantica.deciſ.109.nu.15.*
37 Amplia dictam declarationem procedere quoque licèt
adeſſet iuramentum,quod non operatur in his,quæ a po-
teſtate iurantis non dependent,*l.nam.& poſteà , §.fin.ff.de
iureiur.Ceph.conſ.101. in fine.non enim diſpoſitioni dicti.§.
emptor.*

Digitized by Google

emptor. autem quiſquam renunciare poteſt ; quia contra legem mercatur, vt ibidem inquit *Bald.num.3.& Alberic. in verſ.& nota.Surd.d.deciſ.*208.*num.*4. qui reprobat *Cornel.*contrarium tenentem *in conſ.2. num.*11. *lib.3.*

38 Quartò declaratur non habere locum , quando quis emit rem feudalem, tanquam liberam,abſq; conſenſu domini ; quo in caſu nec ad pretium agitur etiamſi expreſſa ſtipulatione ſibi prouideret *Gloſ.in cap.1.in verb.actionem de probib.feudi alienat.per Federic.& ibidem Bald.num.22. Aluar.num.10.cum alijs per Tiraq.de retractu lignag.§.12. gloſ.1.num.12.*

39 Contrarium tenuit *Gloſ.in dicta l.quemadmodum in ver.& emptor,C.de agric.& cenſit.lib* 11.*quam vbi ſupra refert Tiraquell.*

40 Sed ſuperius relata opinio eſt verior,& magis communis : nam inquit *Bald. in d. cap.1. num.*22.ſtipulatio de euictione eſt acceſſoria, vnde ſi principale eſt contra legẽ ergo & ſtipulatio,*l.non dubium, C. de legib.*& latius dicam inferius,dum de feudo agam.

41 Quibus non obſtat *l.ſi fundum, C.de euictia.* quia loquitur de contractu , qui non eſt contra legem : quo in caſu ſufficit emptorem pacto ſibi præcauiſſe de euictione . In caſu vero ſupradicto agimus de malæ fidei emptore contra interdictum legis , qui magis peccare dicitur *dicto cap.* 1.

Item loquitur de re aliena , in qua non eſt prohibitio alienationis, ſed eſt de ſui natura alienabilis, *l.rẽ,ff.de contrahent. empt.* hic autem loquitur de re expreſsè alienari prohibita, in qua emptor malæ fidei plus peccanit , nec ideo mirum, ſi nulla cautela iuuari poſſit , *vt* habeat venditorem obligatum *Iſern.in cap.*1.*§.ſi quis verò de probibi. alien.per Lothar.in cap. Imperialem in princip.alias in cap. Imperarator , & eſt text. de quo per Aluarot.in capit. in princip.ſecunda oppoſitionis de inueſtit. de re aliena facta.*

Ad vnum tamen aduertas , quod quamuis quis emat rem feudalem ſine conſenſu domini , & ſic nulliter , quod nihilominus quandoque pretium à venditore repetere poteſt .

Qua in re pro nunc duos conſtituo caſus cætera in particulari quæſtione dicturus , cum de feudo tractabitur .

42 Primus eſt, quando emptor fuit in bona fide, & hoc in caſu repetere poteſt pretium , licèt feudum ſit ad dominum reuerſum,*d cap.Imperialem in princip.de probib.alien. per Federic.* quamuis etiam conuenerit , quod non ageretur de euictione. *Gloſ. ibid.per leg.ex empto in fin.ff.de act. empti,ſequitur Aluarot.col.3.verſ.quæro ſubſequenter* , vel agit ad intereſſe actione ex empto *l empti act.C. de euict. l.ex empto,§.ſi qui,ff.de actio.empt.leg.ſed Celſus,§.1.de contrahen.empt.*non obſtante contractus nullitate, cum ſufficiat ,quod teneat in præiudicium alienantis , vt in dictis iuribus. *Curt.iun.de feud.part.*4. *verſ. Vigeſimonono. Alex. conſil.*109.*colum.*2.*lib.*4.

43 Secundus caſus eſt,quando quis ſcienter emit feudũ ſine conſenſu domini, & tunc pretij repetitio non conceditur per *text.in dicto cap.Imperialem in princ. & ibidem Aluarott.poſt Gloſ.vlt notat Iſern.in cap.*1.*§.item ſi fratrem verb. poſtquam,quibus mod. feud.amitt.*

44 Primò ampliatur idem procedere,etiam quod emptor malæ fidei expreſsè ſibi de euictione proſpexerit quia adhuc pretium non repetit, vt pœnam aliquam patiatur ex ſuo delicto *Gloſ. in dicto capit. Imperialem , in princip. in Gloſ.fin.*

45 Secundò ampliatur idem obtinere in Regno Neapolitano, non obſtante iure ſpeciali illius Regni , quod alienans feudum ſine conſenſu domini illud non amittat, ſed proprio reuocet iuxtà Conſtitutiones Diuæ Meneſiæ : quoniam , licèt ius commune loquens de amiſſione feudi in hoc ſit correctum : non tamen immutatur quoad amiſſionem pretij *Iſern.in d.Conſtit. col.*1. *& in d.cap. Imperialem in princ.& in §. inſuper & in c.*1. *§. ſed res col.*1. *per quos fiat inueſt.& in cap.*1. *§. ſi verò de probib. alienat.per Lotharium.*

ARGVMENTVM.

Emptor in obligatione conditionali , an agat , vt ſibi caueatur de euictione . Venditor falsò aſſerens rem venditam eſſe liberam à fideicommiſſis , & oneribus, an criminaliter puniri poſsit.

S V M M A R I V M.

1 *Emptor in obligatione conditionali,nõ agit,vt ſibi caueatur.*
*Fallit , ſi vltra fideicommiſſum adeſſet probibitio alienationis,num.*2.
*Declaratur concluſio vt procedat quando venditor eſt facultatibus idoneus,n.*4.
3 *Alienationis probibitio,impedit dominij translationem .*
5 *Emptor ob inobedientiam alteuius ex contrahentibus non agit ad reſciſſionem contractus,nec poteſt pœnitere,ſed agit ad implementum .*
6 *Emptor , re tradita, non agit ad pretij reſtitutionem, quando venditor præcisè præſtare non poteſt , ſi præſtetur æquipollens .*
*Et vbi venditor bona non babet nec valet ſatiſdare pretium reponitur in emptionem bonorum immobilium quæ cenſetur bypotbecata emptori, num.*7.
8 *Venditor , quando ſatiſdare tenetur poſt purificatum fideicommiſſum, & generaliter, quid agendum per emptorem, cui res fideicommiſſo ſubiecta,fuit euicta,remiſſiuè.*
9 *Venditor criminaliter punitur,ſi venditarem,vt liberam,& poſtea reperitur grauata fideicommiſſo,& bypotbecis.*
Primò fallit, quando venditor ante ſententiam ab onere & obligatione rem venditam liberaſſet , num. 10.
*Secundò fallit de generali conſuetudine,num.*11.
*Tertiò fallit quando venditor promiſit , & cautionem dedit de faciendo conſentire omnem perſonam,num.*12.
13 *Periurium ſine dolo non committitur .*
14 *Promiſſio , quod res vendicur libera intelligitur , dummodò emptoris interſit .*
15 *Res alienari probibita,quando venditur non fauore publico ſed fauore venditoris,venditor, & emptor puniuntur.*
16 *Emptor , ſi paciſcatur pretium ſibi reſtitui re reperta non libera,& ſibi euicta,an pactũ valeat diſtinguitur per Gloſam bic remiſſiuè.*
17 *Vendens vel alienans, qui eſt in mala fide poteſt rem redbibere ab eo,in quem alienauit .*
*Sed contra num.*18.
19 *Declaratur Bar.in l.fin.C.de litig.*
20 *Venditor,vbi alienatio eſt nulla , & inualida, auditur, eam dicens nullam, & ſimulatam .*

Quæſt. CVII.

AN emptor in obligatione conditionali agat , vt ſibi caueatur, ſæpè quæri ſolet .

Et nullam ei ad hoc reddi actionem decidit *Bal. in l.ex pradijs in fin.C.de euict.*

2 Quod declaratur ſecus eſſe,ſi vltra fideicõmiſſum adeſ-
3 ſet prohibitio alienationis quæ impedit dominij translationem, *l.Iulianus,§.qui fundum , vbi Iaſ.num.*5.*ff.verbor. obligat.*

Digitized by Google

obligat. iunctis ijs, quæ habentur per *Bart. in l. certi conditio num 22. & ibidem Dec. num. 1 t. ff. ſi cert. pet. notatur in leg. filius familias, §. Diui, ff. de leg. 1. Iaſ. in l. quoties num. 7. C. de fideicom.* quæ per ſolum fideicommiſſum non impeditur, licèt reuocabilis ſit *Caſtr. conſ. 370. lib. 2. & Bal. in loco præællegato* loquitur quando venditor idoneus erat faculta-
4 tibus, de qua quantitate per fideicommiſſum ambigi non poteſt, ſicut *Bal. intelligit Afflict. decıſ. 241. circa fin.*

5 Non etiam is agere poteſt ad reſciſſionem contractus emptionis, vel pœnitere ob inobedientiam alicuius ex contrahentibus, *l. in ciuile, vbi Bal. & Salyc. in princ. ff. de rei vendit. l. non ideircò in fine C. de contrahent. empt. Natt. conſ. 171. num. 1. lib. 1.* ſed agit ad implementum, vel ad intereſſe, præſertim cum contractus fuit perfectus per tra-
6 ditionem rei venditæ *Alexand. in l. eum proponas la ſecunda n. 4. C. de pact.* nam vt tradita emptor agere non valeat ad pretij reſtitutionem, quando præciſè venditor præſtare nequit, ſed ſufficiat præſtare per æquipollens, ita quod emptor reddatur tutus *Afflict. decıſ. 171. Alex. conſ. 65. num. 5. lib. 5. & plures decidit Rota, vt per Cardin. Seraphin. in Camerinen. Caſtri orbis 24. Aprilis 1598. in impreſſ. decıſ. 1275. num. 2.*

7 Et vbi bona non habet, nec ſatiſdare poteſt, tunc reſpondendum erit p[illegible] am in emptionem bonorum im-
8 mobilium, quæ conſequuntur hypothecata emptoribus *Oſaſch. decıſ. 24. num. 14. qui num. 13.* tradit etiam, quando venditor tradere tenetur in caſu euictionis, poſt purificatum fideicommiſſum; vt & generaliter quid agendum ab emptore, cui res fideicommiſſo ſubiecta fuit euicta *Ceph. conſ. 761. num. 14. lib. 5.*

9 Sed dubitatur, an ſaltem per falſam aſſeuerationem venditoris, quod ſcilicet res vendita libera eſſet ab omnibus oneribus, fideicommiſſis, & hypothecis, & poſtea res reperta fuit onerosa, poſſit ipſe venditor criminaliter puniri; & videtur quod ſic, per *text. in l. ſi à debitore, ff. ad l. Cornel. de falſ. & in l. ſi creditor, vbi Gloſ. & Doct. C. eod.* in terminis ita reſpondit *Anton. Portius inter conſil. Farinac. conſ. 176. lib. 2.*

10 Quæ tamen concluſio tres recipit notabiles limitationes.

Prima eſt, quando venditor ante ſententiam ab onere, & obligatione rem venditam liberaſſet, ſecundum *Bart. in leg. ſi a debitore numer. 1. de falſ. Felyn. in cap. cum Ioann. numer. 28. de fide inſtrument. Farinac. in dicto conſil. 176. num. 11.*

11 Secunda eſt limitatio, vt quicquid ſit de iure, hodie de generali conſuetudine contra vendentes res duobus, vel alteri obligatas criminaliter non proceditur, vt per *Tract. Corrad. in rubr. de falſa 1. numer. 22. Clar. in §. falſum numer 29. & ibidem Baiard. numer. 229. Burſat. conſil. 190. num. 31. Suarez. commun. opin. littera K. num. 47. Honded. conſil. 52. numer. 47. libr. 1. Farinac. dicto conſ. 170. numer. 12.* qui addit quod ſi aliter ſeruaretur, ſubſellia omnia criminalia plena eſſent his cauſis falſarum aſſertionum, vel periurij: cum difficile ſit reperire rem venditam, vel ceſſuatam, quæ alteri non ſit obligata, aut alicui oneri ſubiaceat.

12 Tertia eſt limitatio, quando venditor promiſit, & cautionem dedit de faciendo conſentire omnem perſonam *Crauett. conſ. 8. num. 13. & conſ. 18. numer. 22. Decian. conſ. 57. num. 56. lib. 3.* non enim tunc ex falſa ſua aſſertio-
13 ne dicitur quid lucrari; & ideò periurum ceſſat quod ſine dolo non committitur, *l. qui iuraſſe poſt princ. ff. de iureiur. Boſſ. in tit. de periur. num. 5. verſic.* Non eſt periurus, ita decidit *Rota coram Ren. P. D. Pamphilio in Romana nullitatis venditionis 6. Martij 1610. relata per Farinac. dicto loco, ſub num. 18. & 19.*

14 Et hæc promiſſio intelligitur, dummodò emptoris intereſſit *Rota in Romana cenſus coram Pœnia 17. Aprilis 1595. similiter relata vbi ſupra per Farinacium numero vigeſimoſecundo.*

Vt & prædicta procedunt, quando alienatio facta fuit fauore venditoris, vel alterius priuati.

15 At vendens rem alienari prohibitam non fauore publico, ſed fauore venditoris; venditor & emptor puniuntor, ſæpè videlicet emptor in pretij amiſſione, & rei reſtitutione; & venditor quandoque ad tantùdem ad fiſci commodum, vt habetur in *l. Senatus, ff. de contrahen. empt. & in l. fin. de damn. infecto, & in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. libr. 11. & in cap. Imperialem in tit. de probib. feud. alien. per Federic.*

16 Quibus caſibus, num ſi emptor pactus ſit de pretij reſtitutione, re euicta, pactum valeat; & pretium reſtitui debeat, an non; diſtinguunt *Gloſæ in dicta l. quemadmodum & in dicto cap. Imperialem,* quæ inter ſe variate videntur; ſed eas concordat *Afflict.* ad quē recurras in *c. 1. §. ſed & res num. 25. in tit. per quos fiat inueſt. & in cap. 1. num. 76. in tit. de duob. fratribus.*

17 Dubium autem occurrit circa præmiſſa, an alienans, qui in mala fide fuit, poſſit rem redhibere ab eo in quem alienauit; qua in dubitatione *Bart. in l. finali, ff. de litigat.* ſentire videtur negatiuè, allegando *text. cum materia in l. viro, atque vxore, ff. ſoluto matrimonio.*

18 Verum contra tenendum eſt ex *Abb. in cap. Eccleſia, vt lite pendent,* quia lex ipſo iure annullat contractum dicta *l. fin.* & quoniā prohibitus rem alienare ex legis prohibitione, ſi illam alienat, quia inutilis eſt alienatio, poteſt rem vendicare *Paul. de Caſtr. in l. finali, C. commun. de legat. Alex. conſ. 93. libr. 2. Affl. decıſ. 335. in ſecundo dubio. Grammat. decıſ. 93. Menoc. conſ. 89. n. 77. libr. 1.*

19 Non obſtat Doctrina *Bar. in l. poſt mortem, ff. de adoptio. in primo caſu, quæ fundatur in l. ſi creditorib. C. de ſeru. pignora.* vbi alienans non auditur veniens contra factum ſuum, ad inualidandam alienationem per eum factam in fraudem creditorum.

20 Quoniam dicta per *Bart.* ibi procedunt in alienatione valida: quæ tamen per tertios creditores per actiones reuocatorias retractari poterat; at ſecus, cum alienatio eſt inualida, & nulla, quo in caſu venditor auditur, dicens venditionem nullam, vel ſimulatam, *l. eum proponas, C. ſi quis alteri vel ſibi. not. Bar. in l. poſt contractum col. 3. ff. de donat. & in ſuo conſ. 65.*

ARGVMENTVM.

Emptor ſucceſſor ſingularis, aſſerens (vt aq euictione ſe defendat) ex perſona grauati faciendas detractiones, an audiatur, ſi fideicommiſſarius id neget. Et cui incumbat onus probandi.

S V M M A R I V M.

1 *Succeſſor ſingularis in re, eadem habet iura, quæ ſuo anteceſſori competebant.*

2 *Detractiones, quæ venditori competunt, eadem ſpectant ad emptorem.*

3 *Emptor, ſeu tertius poſſeſſor prætendens res ſibi alienatas non ſufficere pro detractionibus, id probare debet, & num. ſequentib.*

Contrarium num. 8. & ſeqq. & num 13. & ſeqq.

4 *Fundans ſe in negatiua illam probare debet.*

5 *Reus probare debet qualitatē, quam allegat ad fundandam propriam intentionem.*

6 Hæres

Digitized by Google

6 *Hæres aſſerens bona teſtatoris non ſufficere prò legatis præſtandis, probare debet, quamuis ſit reus, & poſſideat.*
7 *Excipiens in ſuis exceptionibus actoris vices ſuſtinet.*
8 *Actor regulariter probare debet ſuam intentionem.*
Et præſertim ea, quæ principaliter illam reſpiciunt, num. 9.
10 *Hæres grauatus prætendens detractiones, fundatam habet intentionem in detractionibus faciendis.*
11 *Alienata primò in detractionibus imputantur.*
12 *Detractiones vbi facta non ſunt, fieri debent ante reſtitutionem fideicommiſſi.*
13 *Fideicommiſſario aſſerenti detractiones eſſe factas, & conſumptas onus probandi incumbit.*
Prout & aſſerenti, legitimam potuiſſe deduci ex alijs bonis, num. 14.
15 *Emptor, vel heres grauatus, ſi producat inuentarium, in quo apparent deſcripta plura bona præter alienata, fideicommiſſario incumbit onus probandi contrarium.*
Primò fallit, ſi inuentarium fuerit nulliter confectum, num. 16.
Primò extendas dictam concluſionem procedere quoq; quãdo per teſtes inſtructos & bene informatos probatur, bona per hæredem, vel emptorem prætenſa, & non plura extitiſſe in hæreditate, num. 17.
Secundò extende locum etiam habere, exiſtente pro hærede, vel etiam emptore quacunque probabili coniectura, n. 18.
Vt quando à teſtatore non fuerunt alia bona expreſſa, n. 19.
Secundò fallit, quando nullum eſt productum inuentarium, neque adeſt aliqua coniectura, num. 21.
Contrarium habetur, num. 24. & ſeqq.
Tertiò fallit, quando ſunt præſumptiones aduerſus hæredem, num. 26.
Et præſumptio adducitur, num. 27.
Quartò fallit, quando hæres vel tertius poſſeſſor volunt rem retinere pro ſua legitima, & fideicommiſſum eſt particulare, num. 30.
Quintò fallit, quando conſtat de pluribus alienationibus, vltra bona, de quibus agitur, num. 34.
Sextò fallit, num. 35.
Declaratur num. 36.
Septimò fallit, quando fideicommiſſarius fideiuſſit, num. 37.
Et de ratione num. 38.
Intellige, vt num. 39. remiſſiuè.
Negatiua nunquam eſt probanda ab habẽte pro ſe præſumptionem.
40 *Singularis ſucceſſor non habet regreſſum contra primum venditorem auctoris ſui ſequuta euictione.*
Fallit vt num. 41.

Quæſt. CVIII.

QVæro, res fideicommiſſo ſubiecta, fuit alienata cuius
recuperatio prætenditur à fideicommiſſario, ob id-
que agitur aduerſus emptorem tertium poſſeſſorem, qui
excepit de detractionibus competentibus hæredi grauato
1 venditori, pro quibus ſingularis ſucceſſor in re habet ea-
dem iura, quæ ſuo anteceſſori competebant, iiſdemq; vti-
tur exceptionibus, *l. in hoc iudicio, §. ſi inter, ff. commun. diui-
dun. l. dolia, §. 1. ff de contrah. empt. l. minatas, §. plerumque, ff.
de reg. iur. l. ſi à te, §. vlt. ff de except. rei iudic. latè Tiraq. de
retract. lign. §. 1. Gloſ. 19. num. 130. & 131.* ita quod ex de-
2 tractiones, quæ venditori competebãt, eodem modo ſpe-
ctent ad emptorem, aut ſimilem ſingularem ſucceſſorem
*Oldr. conſ. 107. num. 8. in princ. Alexan. conſ. 178. numer. 5.
lib. 5. Gabr. conſ. 46. ſub num. 45. verſic. datur etiam, Gratian.
deciſ. 54.*
3 Sed difficultas eſt, vbi ex parte emptoris aſſeritur res
alienatas non eſſe tanti valoris, qui aſcendat ad legitimã,
vel alias detractiones, quis debeat probare, an is em-
ptor, ac tertius poſſeſſor, vel fideicommiſſarius.

Et dicendum videtur onus hoc probandi eſſe tertij
poſſeſſoris, ſeu emptoris, excipientis, non autem fidei-
commiſſarij.
4 Quoniam fundans ſe in negatiua, eam probare debet,
*l. pen. §. docerem, & ibi Bart. Bal. & ſcribentes, ff. ne quis eum,
poſt innoc. in cap. ſuper his in ver. ſed quod dicens de accenſa.
latè Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 23. Gloſ. vnic nu.*
5 *95. Gabr. de probat. concluſ. 6. num. 1.* & in ſpecie, quod hæ-
res, & qui eum repræſentat, licèt ſit reus, probare debeat
eam qualitatem, quam allegat ad fundandam propriam
6 intentionem, eſt *text. in l. cum de lege, ff. de probat.* vbi pro-
batur, hæredem aſſerentem bona teſtatoris non ſufficere
pro legatis præſtandis, licèt ſit reus, & poſſideat, probare
debere ea non ſufficere alioquin condemnandum, & tra-
didit *Couar. variar. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 4. verſicul. hoc ta-
men,* facint notata in *l. actor. C. de probat. & in cap. cum in-
ter extrà de except. habetur per Rotam diuerſ. deciſ. 218. nu.*
7 *5. part. 2.* ibi cum habeat implicitam qualitatem: dummo-
dò adſint alia bona, & meritò, quoniam excipiens in ſuis
exceptionibus actoris vices ſuſtinet *dict. l. in exceptionibus
ff. de probat. Bart. in l. 1. colum. 3. ff. eod. Natt. conſil. 238. nu.
7. Rolan. conſ. 100. numer. 25. libr. 2. Peregrin. de fideicomm.
articul. 39. numer. 13.* & huius ſententia per præmiſſa fuit
*Rota in Aaconitana fideicomiſſi 20. February 1584. coram
Cardin. Blanchetto;* & prius fuit icutum in eadem *Rota in
Tiburtina bonorum 24. Nouembris 1574. coram Robuſte-
rio; & nouiſſimè in Maceraten. fideicommiſſi 16. Februarij
1601. coram Cardin. Sacrato,* quam etiam tenuerunt *Nat-
ta conſil. 258. ſub numer. 6. verſicul. etſi dicatur Gabr. conſil.
118. numero ſeptimo libri primo. Molin. de primog. Hiſpan.
lib. 4. cap. 7. numer. 35. Rota diuerſ. deciſ. 628. part. 1. & Car-
din. Seraphin deciſ. 321. numer. 18.* vbi affertur ratio, quia
exceptio de legitima detrahenda, vbi conſtat de detra-
ctione, quæ poſſit eſſe ſufficiens, non releuat, tan-
quam dubia.
8 In contrarium facit, quoniam actori regulariter pro-
bandi onus incumbit: quo non probante, reus abſoluitur,
vulg. l. qui accuſare, C. de eden. l. actor, vbi ſcribentes, Cod. de
9 *prob.* quod præſertim procedit in ijs quæ reſpiciunt ſuam
intentionem, etiam quod reus nihil præſtiterit, quia in
pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, *§. commodum,
Inſtit. de interdict. l. ſi cum autem, §. ſi duobus, ff. de pub. in
rem act.* cum ſimil. actoris autem intentio in eo fundata
eſt, quod bona per eum petita ſunt reſtitutioni ſubiecta,
& nihilominus eſt verum quod reſtitutioni non ſunt ob-
noxia, donec detrahendũ nõ detrahatur, & verè appareat
fuiſſe detractũ ei ſi fideicommiſſum ſit omnino clarum &
perſpicuũ; ſicuti ob detractiones faciẽdas in cõmuni, tra-
dunt cõmuniter *Doct. in l. ſi. C. de edict. Diu. Hadria. toll. Ro-
ta in vna Foroliuien. fideicom. 19. Maij 1611. coram R. P. D.
Pamphilio, poſt. Caſtr. in l. reſtituta in prin. ff. ad Treb. Deciã.
conſ. 85. n. 2. libr. 2. Rota in Peruſina bonorum 1. Iunij 1604.
coram Card. Ludouiſio;* ita vt nequidem reſeruato iure
detractionum fideicommiſſarius ſit immittendus *Gloſ. in
cap. Raynatius de teſta. Dec. conſ. 291. n. 3.* ſequitur *Rota in
Papien. bonorum 1. Iunij 1581. coram Robuſterio. Ang. de
legit. contradict. q. 13. num. 53. & 54.* ergo fideicommiſſa-
rius probare debet detractiones fuiſſe conſumptas, & alie-
nationes factas illas excedere; meritò &c.
10 Combrobatur, quia grauatus ſuam habet intentionem
fundatam in detractionibus faciendis, & in ſpecie pro
legitima, in qua propter ea nullum grauamen imponi
poteſt *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. teſtam. Gloſ. Bart.
Bald. Ang. Caſtr. & alij in leg. Papinianus, §. meminiſſe ff. de
inoffic. teſtam. Rol. à Valle,* alios adducens *conſ. 9 lib. 4. Craſſ.
in §. legitima quæſt. 26. num. 2. Surd. deciſ. 316 n. 1.* ita quod
11 pro regula tradatur, vt primò alienata in detractionibus
imputentur *Bald. in leg. iubemus num. 3. ff. ad Treb. Bart. &
comm.*

Digitized by Google

comm. Doct. in leg. in quartam, ff. ad l. Falc. & in l. Marcel. §.
res quę, ff. ad Trebell. Cacch. in tract. de legit. §. ſubſtantia num. 48.
& infra Surd. d. deciſ. 316. numer. 2. & ideo etiam primas
alienationes eſſe tutas, ex receptiori Alexand. conſ. 178. col.
3. lib. 5. Aretin. conſ. 18. colum. fin. Ruyn. conſ. 135. numer. 11.
12 libr. 3. Socin. ſen. conſil. 136. num. 6. lib. 3. Cephal. conſ. 189. &
624. num. 6. & 7. & quatenus factæ non forent, ſint facien-
dæ ante fideicommiſſi reſtitutionem Rim. iun. conſil. 92.
numer. 35. libr. 1. & Surd. conſil. 323. num. 44. & 45. lib. 3.
& in ſpecie probauit Rot. diuerſ. deciſ. 747. num. 3. in fin. par.
1. & in terminis, quod fideicommiſſario replicanti, & aſ-
13 ſerenti legitimam, & alias detractiones fuiſſe antea con-
ſumptas, onus probandi incumbet, reſpondit Caſtr.
conſ. 215. Primò videndum lib. 2. vbi ait in hæc verba, & ſic
eſt legitimus contradictor, vt poſſit dictæ poſſeſſioni in-
cumbere, quouſque declaratum fuerit quantum ſibi pro
legitima debebatur nomine prædictorum, & eam fuerit
conſequutus: & in vẽditione facta ex cauſa detractionum:
quod ſuſtineatur ad fauorum emptoris, cum non appa-
reat prius alienatum fuiſſe tot alia bona, quæ impleant
detractiones, tennit Peregr. conſ. 52. n. 36. lib. 1. & conſ. 39.
n. 13. & 14. co. li. & in tra. de fidei. ar. 39. n. 13. & in fi. Cur. ſen.
cõſ. 27. n. 17. vbi de com. Curt. iun. conſ. 150. n. 10. Aret. conſ.
120. ſub n. 2. verſic. quę iura. Dec. conſ. 100. num. 22 Purpur.
conſ. 104. Gabr. conſ. 138. per tot. lib. 2. Honded. conſ. 72. num.
6. lib. 1. Ruyn. conſ. 91. num. 3. lib. 5. Rota in Rom. Palatij de
Aquila 16. Maij 1600. coram Car. Lancell. vbi dicitur, eum
qui eſt in poſſeſſione alicuius rei ratione legitimæ retine-
re debere, donec probatum fuerit legitimam non aſcen-
dere ad tantam ſummam, adducit Caſtr. in d. conſ. 215. &
Bald. conſ. 171. condemnatus fuit libr. 1. idem tenuit Rot.
14 deciſ. 641. num. 18. part. 1. diuerſ. vbi dicitur, aſſerent legiti-
mam potuiſſe deduci ex alijs bonis incumbere onus pro-
bandi, & deciſ. 747. n. 3. par. 1. quodque fideicommiſſario
onus probandi incumbat hæredem tot fructus percepiſſe
ex tribus partibus hæreditatis, vt abſorbeãt quartã: quo-
niam hæres habet ſuam intentionẽ, fundatã quòd debea-
tur ſ quarta, & quod res per eũ alienata regulariter ſibi in
quartam imputetur, & ſi fideicommiſſarius contrarium
aſſerat, illud probare debeat, eadem Rot. deciſ. 216. part. 1.
Cardin. Seraphin. deciſ. 609. num. 7. & in Bonon. de Bonſigno-
ribus 15. Decembr. coram Cardin. Canalerio, & in Peruſina
bonorum de Antoguola 17. Iunij 1615. coram D. Coc. Deca-
no, & iterum coram Cardin. Canalerio 22. Iun. 1616. &
deciſ. 477. diuerſ. part. 4. in recen. & in vna Bonon. fideicom.
de Formaliaris coram Sanctiſs. Aldobrand. 14. Februarij
1576.

In hac quæſtione pro habenda veritate cenſeo conſti-
ſtituendos eſſe plures duos caſus. Quorum.

15 Primus eſt, quando fideicommiſſum eſt vniuerſale, &
hæres grauatus, vel cauſam ab eo habens producit inuen-
tarium, in quo apparent deſcripta plura bona præter a-
lienata: quia tunc hæres vel emptor, excipiens bona per
eos tenta non ſufficere ad legitimam, ſunt audiendi, &
fideicommiſſarius aſſerens ex alienatione facta detra-
ctiones fuiſſe impleras, probare debebit: quoniam in-
uentarium facit ſaltem præſumptionem vrgentem, nem-
pè, non extare alia bona, ita quod transferat onus pro-
bandi in aduerſarium: eſt enim præſumptio iuris, l. ſiue
poſſidetis vbi Bald. num. 6. C. de probat. leg. generaliter, §. ſi
petitum in fin. ff. de fideicom. libert. Couar. variar. reſol. lib. 2.
cap. 6. num. 2. qui in terminis hoc voluit, ibidem num. 4. vbi
de communi teſtatur Rota in Romana legati 29. Aprilis
coram Illuſtriſs. Card. Canalerio 1613.

16 Fallit hic caſus, ſi inuentarium fuerit nulliter confe-
ctum, cum paria ſint, aliquid nullum eſſe, vel factum non
extitiſſe, vel inutiliter l. de ætate, §. nihil ff. de interrog. actio.
leg. non putauit, §. non quaũs, vbi etiam Bart. ff. de bon. poſſ.
contr. tab. l. 1. §. quod autem vbi Bald. ff. de inoffic. prefect. vrb.

17 Extende dictum caſum quoque procedere, quando
per teſtes benè inſtructos de viribus hæreditatis & illius
patrimonio, fuiſſet probatum bona per hæredem
prætenſa, & non plura in hæreditate fuiſſe, nam ex il-
lis hæres ſatis diceretur habere intentionem fundatam,
& probandi onus ſaltem tranfertur in aduerſarium,
ex notatis per Alexand. in conſil. 64. colum. 2. lib. 2. à quo
dicit Herculan. non recedendum in tract. de proban. negat.
num. 252. & infra.

18 Secundò extendas procedere, exiſtente pro hærede
quacunque alia probabili coniectura, quia quod dicitur
de præſumptione inuentarij locum habet in quacunque
alia probabili coniectura, concludente à communiter
contingentibus Pariſ. conſ. 32. num. 10. lib. 2. Corn. conſ. 192.
19 num. 24. lib. 1. veluti quando à teſtatore non fuerunt alia
bona expreſſa, vt per Hier. Gabr. conſ. 138. num. 20. & 31.
lib. 2. facit text. in l. ideò quia, ff. de lege. & l. ſingulis, ff. de ex-
cept. rei iud. Abb. in c. 1. n. 4. cler. non reſcindet. Rota diuerſ.
deciſ. 294. ſub num. 5. verſ. imo etiam part. 1.

20 Ratio eſt, quia negatiua nunquam eſt probanda ab
habente præſumptionem pro ſe ſecundum Bart. in leg. in
illa ſtipulatione, la prima num. 10. ff. de verbor. oblig. Andr.
Aleiat. in tract. de preſumption. reg. 3. præſum. 20. numer. 2.
Curt. iun. in l. ſi emancipati, num. 8. C. de coll. Anton. Gabr. in
tit. de prob. concluſ. 6. num. 56. Mantic. de coniect. vlt. volum.
lib. 2. tit. 1. num. 14. Rot. in non. deciſ. 15. ſub numer. 1. verſic.
Item quia de pręſumpt. de probat. Caſſand. deciſ. 5. ſuper reg.
& fuit tentum in Calaguritana de Alberite 14. Decembris
coram Gypſio.

21 Secundus caſus eſt, quandò nullum factum ſeu produ-
ctum eſt inuentarium, neque examinari teſtes, vel nulla
adducitur concludens præſumptio, & tunc hæredi, quam-
uis ſit reus, onus probandi incumbit eam qualitatẽ, quam
allegat, ad propriæ intentionis exceptionem fundandam,
ex Couar. var. reſolut. lib. 2. d. c. 6. numer. 4. verſic. hoc tamen,
Rota diuerſ. deciſ. 218. num. 5. part. 2 eſt text. in l. cum de lo-
ge, ff. de leg. & fuit dictum in Tiburtina bonorum 24. Nouem-
bris 1574. coram Robuſterio, & in Anconitana fideicommiſ-
ſi 20. Februarij 1584. coram Cardin. Blanchetto, & in Ma-
22 ceraten. fideicommiſſi 16. Febr. 1601. coram Card. Sacrato:
nam vbi confectum non eſt inuentarium, lex præſumit
contra hæredem quod ſubtraxerit res hæreditarias, & fin-
git hæreditatem eſſe locupletem, §. ſancimus in Auth. de
hęred. & Falc. Bald. in l. cum à matre colum. fin. verſ. quęri-
tur, C. de rei vendic. Rom. conſ. 118. num. 3. vbi inquit, quod
hæc eſt iuris pręſumptio, & liquidiſſima probatio, ſequi-
23 tur Natt. conſ. 238. num. 4. cæterum, vbi aduerſus aliquem
militat iuris præſumptio, eius dicto non ſtatur: licèt ceſ-
ſante tali præſumptione ſtatetur; ſed opus eſt probatio-
ne. Gloſ. eſt notabilis in cap. propoſuiſti in verb. non probatur
82. diſt. Bar. in l. inter omnes, §. rectè, verſ. quęro circa volun-
tatem, ff. de fur. & in l. quemadmodum colum. 1. C. de agric.
cenſit. lib. 11. Alex. in l. ſi tutela in fine, C. de integr. reſt. min.
& in l. 2. §. per procuratorem col. 2. ff. de aquir. poſſ. Natt. d.
conſ. 238. num. 9. & 10. Rota in d. Romana legati 29. Aprilis
1613. coram Illuſtriſs. D. Cardinali Canalerio; & pro hac
ſententia ſunt omnes, qui ſuperius adducti ſunt in hac
quæſtione pro prima parte.

24 Sed in contrarium ſtant adducti pro ſecunda parte,
quos non repeto, vt ſcilicet fideicommiſſarij replican-
tis detractiones eſſe conſumptas, onus probandi conſum-
ptionem, eſſe tanquam fundamentum ſuæ intentionis:
quia certum eſt, fideicommiſſo non obſtante, legitimam
eſſe detrahendam, l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic. te-
ſtament. quæ regula licèt limitetur, quando iam ex alijs
bonis fuit detracta, vel detrahi potuerit, nihilominus fun-
dati ſe in hac limitatione, probandum erit ſe eſſe in ter-
minis dictæ limitationis; & ſic alia bona extitiſſe, vt per
Gabr. d. conſil. 138. num. 8. num. 9. in fin. & conſil. 164. num.
23. lib.

23.*lib.*2.*Surd.deciſ.*224.*num.*40.*Rota deciſ.*742.*nu.*3.*part.*
1. quæ ſententia verior videtur.

25 Non obſtat, quod per aditionem hæreditatis confun-
dantur actiones, ita quod ius legitimæ & ſimilia confuſa,
& extincta videantur: quoniam in reſtitutione fideicom-
miſſi reuiuiſcunt omnes actiones, *l. ſi hæres, la tertia, l. eam
ex Trebelliano, ff. ad Trebell. Ruyn. conſ.* 206. *num.* 11. *verſ.
Quinimo, lib.* 2. *Rol. conſ.* 65. *nu.* 13. *lib.* 2. *vbi de recepta ſen-
tentia. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 7 *tit.* 8. *num.* 15.
Surd. conſ. 7. *num.* 24. *& infra, ac decidit Rota in Romana
pecuniaria* 14. *Martij.* 1608. *coram R.P.D. Attrebaten. &
coram Card. Ludouiſio in vna ciuitatis Caſtelli* 17. *Iun.* 1609.
in impreſſ. deciſ. 421.

26 Tertius eſt caſus, quando nedum producitur inuenta-
rium, neque examinati ſunt teſtes; vel adſunt coniecturæ;
quinimò ſunt præſumptiones in contrarium aduerſus hæ-
redem, quæ vtique admittuntur ſaltem ad transferendum
onus probandi in hæredem, vel emptorem tertium poſ-
ſeſſorem, quando apparet de ſubſtantia, & ſolum agitur,
de qualitate, ſeu quantitate: quo caſu leuiores probatio-
nes admittuntur, *cap. per tuas de probat. l. ſolent, ff. de alim.
& cib. leg. Gloſ. in l. ſatis ſcriptura. §. fin. in ver, vniuerſa, ff. de
leg.* 1. *Natta conſ.* 3. *num.* 11. & ſufficiunt præſumptiuæ ra-
tiones *Iaſ. in l.* 1. *in ſecun do notabili, C. de teſtam. Aret. conſ.*
51. *colum.* 1. *& ſola coniectura. Rim. conſ.* 254. *num.* 1. quem
ſequitur *Caphal.* poſt alios adductos per eum, *conſil.* 177.
num. 24.

27 Coniectura autem illa in propoſito dicitur potens,
quando teſtator in teſtamento dixiſſet, plura bona eſſe in
hæreditate, *Ang. in §.* 1. *in Auth. de iureiur. à morient. præ-
ſtit. Capra conſil.* 10. *num.* 24. *&* 30. qui dicit, ſtandum eſſe
huic aſſertioni, niſi probetur erronea, ſequuntur *Maſcar.
de probat. concl.* 778. *num.* 14. *& ſeq. & n.* 18. *& Barz. deciſ.*
105. *num.* 39. quæ coniectura præſertim procedit, quando
hæres inuentarium non confecit, *Bald. conſ.* 89. *D. Thom.
num.* 3. *lib.* 1. *Caph. conſ.* 386. *num.* 19. *lib.* 3. *Peregr. de fidei-
com. art.* 44. *ſub num.* 2. *verſic. Item aſſertio.*

28 Non obſtat, quod pater ex ſua aſſertione non poſſit
præiudicare legitimæ filiorum, iuxta quæ dixi in *tractatu
de imput. quæſt.* 93. *& num.* 37. *&* 39. & habetur per *Barz.
d. deciſ.* 105. *num.* 1.

29 Quoniam id procedit, quando pater confiteretur, vel
aſſereret, ſe alicuius eſſe debitorem in magna quantitate
pecuniarum, quæ legitimam abſorberent, non autẽ quan-
do per accidens faceret coniecturam, filiũ legitimam de-
traxiſſe, quia tunc, vel debet exhibere quale fuit enuncia-
tum à teſtatore, vel errorem teſtatoris probare.

30 Quartus eſt caſus, quando fideicommiſſum eſt particu-
lare, & hæres, & emptor poſſidens rem tali fideicommiſ-
ſo ſubiectam vult eam retinere ratione legitimæ ſibi de-
bitæ; aſſerens alia non affuiſſe, ex quibus deduci
potuerit, & tunc hæredis, vel tertij poſſeſſoris onus erit
probare in alij bonis deduci non potuiſſe, quam ex par-
ticulariter huic fideicommiſſo ſubiectis, ex quo fideicom-
miſſarius intentionem habet fundatam ex eo, quod legi-
tima non detrahitur de fideicommiſſis particularibus,
Bald. in rubr. de rer. diuiſ. nu. 1. *& in l. nemo poteſt, ff. de legat.*
1. *Angel. in l. Papinianus, §. ſi conditioni col. penult. verſic.
Idipſum autem ſupplementum, ff. de inoffic. teſtamen. & in l.
ſi pater col.* 3. *verſi. reſtat videre, C. de Inſtit. & ſubſtit. Salyc.
in l. omni modo, quæſt.* 3. *C. de inoffic. teſtam. Craett. conſ.* 109.
num. 6. *Natt. dicto conſil.* 238. *numer.* 5. *&* 6. *Cardin. Mantic.
de coniectur. vltim. volunt. libr.* 7. *tit.* 11. *num.* 2. *Peregrin. de
fideicomm. art.* 4. *ſub num.* 32. & ſequenti, ego ipſe in *tracta-*
31 *tu de imput. quæſt.* 123. *num.* 31. & ideò poſſeſſor, qui ad ef-
fugiendam reſtitutionem allegat non affuiſſe alia bona,
ex quibus legitima detrahi potuerit, hoc probare tene-
tur, tanquam fundamentum ſuæ intentionis, *leg.* 2. *ff. de*
32 *probat. l. actor, C. eod. Natta conſ.* 199. *num.* 8. *& ſeqq. & d.
conſ.* 238. *num.* 6. *& ſeqq.* hæc enim concluſio, vt quando
non adſunt bona libera, poſſit legitima deduci ex bonis
particulari fideicommiſſo ſubiectis, eſt limitatio, & pro
limitatione ponitur ab omnibus *Rol. conſ.* 23. *num.* 41. *lib.*
4. *Natt. conſ.* 334. *num.* 5. *& d. conſ.* 238. *num.* 1. *Barz. deciſ.*
105. *nu.* 4. vbi vero in limitatione filius, ea probari debet,
vt per *Gabr. conſil.* 164. *num.* 43. *libro* 2. *& Surd. deciſ.* 332.
num. 39. *&* 40. & in ſpecie præſentis caſus reſpondit *Gabr.
conſil.* 118 *numer* 6. *libr.* 1. *Natta dict. conſil.* 199. *per totam;
& præſertim ſub numer.* 9. *& conſil.* 238 *per totum. Peregr.*
33 *de fideicomm. art.* 40. *num.* 22. cum dixit, allegantem vendi-
tionem fieri potuiſſet, quoniam alia bona libera non ex-
titerint, probare debere; & fideicommiſſarij vendicantis
fundatam eſſe intentionem in prohibitione, & fideicom-
miſſo, adducit *Gabr. d. conſ.* 118. *num.* 6. *Mol. de primog. Hiſp.
lib.* 1. *cap.* 10 *num.* 4. *Surd. deciſ.* 316. *num.* 14. *infra, & per to-
tam; & conſ.* 148. *nu.* 12. *Rota in d. Romana Legati* 29. *Apri-
lis* 1613. *coram D. Card. Caualerio; & in vna Anconitana
fideicommiſſi* 10. *Februarij* 1584. *in fin. & deciſ.* 628. *diuerſ.
par.* 1. *Card. Seraph. deciſ.* 321. *num.* 18. *Rota Bonon. in recen.
deciſ.* 106. *num.* 46. quæ in fideicommiſſo particulari ita
tenet, & comprobat *Clariſs. D. Gypſ. ibidem in addit. verſic.
& his addo Barz. d. deciſ.* 105. *per totam.*

34 Quintus caſus eſt, quando conſtat de pluribus aliena-
tionibus vltra bona, de quibus agitur, quo caſu exceptio
de legitima detrahenda non releuat, & tanquam non cla-
ra non attenditur, vbi conſtat de detractione, quæ poteſt
eſſe ſufficiens, vt per *Rot. penes Cardin. Seraph. d. deciſ.* 321.
num. 16. *& ſequent.*

35 Sextus eſt caſus, quando tertius poſſeſſor, à quo fidei-
commiſſarius vult bona vendicare, excipit ea eſſe impu-
tanda in detractiones: ceterum, quia fideicommiſſarius
probat tantùdem prius alienatum & ſic dimidiã partem,
ita quod detractiones conſumptæ ſunt; replicat idem ter-
tius poſſeſſor primo alienata non perueniſſe ad dimidiã
partem hæreditatis, ſed in ea quoque contineri, quæ ab eo
poſſidentur; & propterea dicent alia dari; vel quæ poſte-
rius fuere alienata, vel quæ fortè etiam adſunt penes gra-
uatum, vel eius hæredes; & tunc dicimus probandi onus
alia extitiſſe bona in hæreditate, eſſe ipſius poſſeſſoris,
quia nemo præſumitur fuiſſe magis diues, vel magis pau-
per, quam appareat, aut probetur eum fuiſſe; vnde vnum,
vel alterum affirmans probare debet. *Gloſ. communiter ap-
probata in l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſda. cog.
Alciat. de præſumpt. reg.* 27. *numer.* 4. *in terminis ita cenſuit
Rota in vna Bonon. de Poetis* 4. *Maij* 1615. *coram bon. mem.
Vbaldo, & in vna Maceraten. fideicommiſſi* 16. *Februarij*
36 1607. *coram Card. Sacrato.* Vbi declaratur hoc procedere,
quando verè probatum eſt bona diſtracta excedere valo-
rem bonorum prætenſorum, licet poſtea non fuerit vlte-
rius probatum plura bona in hæreditate non extitiſſe,
quam alienata, & prætenſa.

37 Septimus caſus eſt, quando res fideicommiſſo ſubiectæ
fuerunt alienatæ fideicommiſſario de euictione promit-
tente: nam promittẽs tali caſu de euictione, cenſetur alie-
nationi conſentire. Ideò non poteſt eam vigore fideicõ-
miſſi reuocare *Dec. conſ.* 323. *num.* 1. *Rip. in l. filiusfamilias,
§. Diui num.* 14. *ff. de legat.* 1. *Pariſ. conſ.* 81. *num.* 44. *lib.* 2. *&
conſ.* 48. *num.* 16. *&* 17. *lib* 3.

38 Præſertim, quia ſtante iſta promiſſione de euictione,
intrat regula, *l. vendicantem, ff. de euict. Rom. conſ.* 454. *ſub
num.* 2. *verſ. ſecundò quia, Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *Gl.* 9.
num. 23. *Rota deciſ.* 152. *in princ. part.* 2. *diuerſ.* vbi multa in
hac materia Meritò non poteſt fideicommiſſarius vigo-
re fideicommiſſi alienationem reuocare.

39 Quod intelligendum eſt, quatenus per dictam fideiuſ-
ſionem dicitur conſentire alienationi, cum multifariam
fieri poſſit, & ita, vt aliquando non noceat. Qua de re
videnda eſt *Rota in d. deciſ.* 152.

40 In

Digitized by Google

40 In materia euictionis quoad ſingularem ſucceſſorem addi, quod licet ſingularis ſucceſſor non habeat regreſſum contra primum venditorem auctoris ſuis, per *tex. in l. ſi res quam, ff. de euict. vbi communiter Doct. Bar. in l. ſi pro re pupilli, §. ſi pro euict. n. 2. Ang. n. 4. eod. tit.* & *tex.* alibi nõ reperiri dicit *Bal. in l. 1. n. 10. C. de rer. permut.* & *tex. ſingularem appellat Imol. in l. Iulianus, §. 1. ſub n. 5. verſ.* & *ſic iura* & *actiones, ff. de verb. oblig.*

41 Fallit tamen, quod talis ſingularis ſucceſſor fuit poſitus in locum primi emptoris, vel quando ipſi omnia iura fuerunt ceſſa *Ang. in d. l. ſi res, quam num. 2. verſ. ſed quid, ſi non apparet. Dec. conſ. 74. num. 1. cum alijs per Sard. conſil. 17. num. 21. lib. 2. Rota coram D. Cotcino deciſ. 109. num. 1.* & *7.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius emens res fideicommiſſo, ſiue puro, ſiue conditionali ſubiectam, an & quando ita ſibi præiudicare cenſetur; vt nec pretium recuperare poſſit, ſeu etiam expenſas, ac melioramenta.

Et quid in hæredibus vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum purum, ſeu purificatum per emptionem factam à fideicommiſſario renunciatam non cenſetur.*
Ratio aſſignatur, n. 2.
Contrarium ex magis communi, n. 3.
Rationes afferunt num. 5. 6. & 7.
Ampliatur, vt etiam locum habeat, quando fideicommiſſarius, vel legatarius emit rem alienam, vel ipſius hæredis ſibi purè relictam, num. 8.
Declaratur dicta concluſio vt procedat, quando fideicommiſſarius, vel legatarius emit rem ipſam fideicommiſſariam titulo particulari fideicommiſſi, vel legati: ſecus ſi emit rem vnam ex comprehenſis in fideicommiſſo vniuerſali, num. 9.
Subdeclaratur non intelligi remiſſum fideicommiſſum reſpectu aliarum rerum: ſecus reſpectu rei emptæ, n. 10.
4 *Fideicommiſſarius emens rem fideicommiſſo obnoxiam, ſibi præiudicat in pretio.*
11 *Fideicommiſſarius conditionalis, etiam ſcienter emendo ſibi non præiudicat quoad pretium, quo minus eo purificato, poſſit ſibi mutare cauſam dominij, & repetere pretium, quaſi à ſemetipſo euicerit.*
Ratio affertur n. 13.
Item & ratio rationis, n. 14.
Et hæc ſententia dicitur tenenda, num. 17.
12 *Alienatio vbi eſt prohibita, non intelligitur prohibita in vocatum de familia.*
15 *Renunciatio iuris ſibi competentis, non præſumitur, quando actus præſumi poteſt factus alia de cauſa, quàm remiſſionis, ſeu renunciationis.*
16 *Rem, quæ irreuocabiliter non eſt mea, poſſum emere, licèt eſſet mea reuocabiliter, & valet emptio.*
18 *Emens ſcienter rem fideicommiſſo conditionali ſubiectam, non agit ad expenſas, & melioramenta.*
Fallit in neceſſarijs, ſine quibus res periſſet, n. 19.
Intellige principalem concluſionem, vt talis agere non poſſit contra venditorem, cum ſecus ſit contra illum, qui rem euicit, n. 20.
21 *Renunciatio perſonalis fideicommiſſi non præiudicat vocatis, ſi promittatur de euictione.*
22 *Hæres ſtante nullitate alienationis ex perſona propria, quandoque contrauenire poteſt.*
23 *Practica ad conſtituendum emptorem rei fideicommiſſo ſubiectæ in mala fide.*
24 *Cautela, vt emens rem fideicommiſſo ſubiectam ſit tutus ab euictione traditur remiſſiuè.*

Quæſt. CIX.

EX ſupradictis infertur ad quæſtionem, num fideicommiſſarius emens rem fideicommiſſo, ſiue puro, ſiue conditionali, ita ſibi præiudicaſſe cenſeatur, vt nec valeat pretium recuperare.

1 Nam quoad fideicommiſſum purum, quod illud non cenſeatur fuiſſe remiſſum, ſenſit *Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ſub n. 26. verſ. ſecundo caſu, ff. de verb. oblig.* quam ſententiam poſt antiquos probant *Bal.* & *Ang. ibid.* vti veriorem, in ſpecie per *tex. in l. fin. §. fin. C. comm. de legat. Imol. in l. ſi a ſubſtituto, ff. de legat. 1.* de veriori pariter teſtatur *Bolognett. in d. §. duo fratres, num.* 208. quamuis primam dicat eſſe communem.

2 Ratio aſſignatur, quia tempore quo emptor emit ab hærede, res erat hæredis, & non pertinebat ad fideicommiſſarium ſeu legatarium, quia non euenerat conditio legati, vel fideicommiſſi.

3 Contrarium magis communiter recipitur, vt poſt *Dyn. Cuman.* & *Aret. affirmarunt Alex. in d. §. duo fratres, n. 35.* & *ibidem Iaſ. n. 64. Rip. n. 93. verſ. tenendum eſt primo, Bologn. n. 202. Alc. n. 37. verſ.* poſtremo attingunt, qui de communi, *Claud. Aquen. n. 42. Abb. conſ. 11. nu. 2. lib. 2. Alex. conſ. 100. col. pen. lib. 7. Ruyn. conſ. 146. num. 4. lib. 1. et conſ. 156. lib. 5.* vbi, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter emerit *Alciat. conſ. 583. nu. 3. Caph. conſ. 84. lib. 1. Berret. conſ. 94. Chriſtoph. Tornell. conſ. 56. Simon. de Pret. de interpr. vltim. vol. fol. 534. n. 135. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 34. Gall.*
4 *Maxim. de except. ſucceſſ. tit. 4. except. 23. n. 51. p. 2.* qui pariter de communi fidem facit, atque ita hunc ſibi præiudicare in prêtio deducit *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 117. n. 2. et ſeqq.*

5 Mouetur iſti per *tex. in l. codicillis, §. 1. ff. de legat. 2.* vbi legatarius, & fideicommiſſarius conſentiendo hæredi alienari rem ſibi relictam cenſetur renunciare legato, & fideicommiſſo; ergo fortius fideicommiſſarius emendo renunciare cenſetur.

6 Secundò adducitur *l. Titius, ff. quib. mod pign. vel hypoth. ſolut.* vbi habetur, quod ementes ſimul ſcienter rem ſibi pignori datam, præſumuntur inuicem conſentire pignoris ius remittere.

7 Tertiò refert *tex. in l. cui res, ff. de action. empt.* vbi dicitur, quod ignoranti, qui propriam rem emit, ſuccurritur, vt agere valeat actione ex empto, quaſi quod emens ſcienter rem propriam ſibi præiudicet.

Et pro hac ſententia facit, quia fideicommiſſarius, qui emit rem fideicommiſſo ſubiectam velle præſumitur, quod res ſit hæredis, aliter enim vendere non poſſet, cum emptio rei propriæ ſit nulla, *l. rei ſuæ, C. de contrah. empt.* & vt inquit *Aret. in d. §. duo fratres, col. 4.* impoſſibile ſit ſciendum iuris regula, ab vno eandem rem habere titulo oneroſo, & titulo lucratiuo: vnde fideicommiſſarius eligendo vnam ex his cauſis alteram repudiaſſe cenſetur *l. illud, et l. Clodius, ff. de aqu. hæred.*

8 Ampliatur vt id locum etiam habeat, quando fideicommiſſarius, ſeu legatarius emit rem alienam, vel ipſius hæredis ſibi purè relictam: nam & tunc præſumitur remiſiſſe ius ſuum, atque renunciaſſe fideicommiſſo ſeu legato, ita ex *Cuman. et Aretin. tradit Rip. in dict. §. duo*

Digitized by Google

fratres ſub n.94. verſ. iſta limitatio: reiecta opinione Baldi, & Imolæ ratione præmiſſa, quia legatarius, ſeu fideicommiſſarius non valet rem eandem habere titulo oneroſo, & lucratiuo, ſequitur *Menoch. d. præſumpt. 117. n. 10.*

9 Declaratur ſuperius firmata concluſio magis communis, vt procedat, quando fideicommiſſarius, ſeu legatarius emit rem ipſam fideicommiſſariam titulo particularis fideicommiſſi, ſeu legati; ſecus vero ſi emit rem vnam ex comprehenſis in fideicommiſſo vniuerſali, quoniam tunc non cenſetur remiſiſſe ius fideicommiſſi, ſic poſt *Io. Andr. & Alex. voluerunt Ripa, in d. §. duo fratres, n. 94. & Alc. n. 39. Menoch. vbi proximè ſupra, & Peregr. de fideicom. art. 40. ſub n. 84. in fine verſ. intellige.*

10 Subdeclaratur, non intelligi remiſſum fideicommiſſum reſpectu aliarum rerum ſecus reſpectu rei emptæ, vt per Rip. d. loco; quia & tunc militat impoſſibilitas, de qua ſupra, concurſus ſcilicet tituli oneroſi, & lucratiui. *Cæphal. conſ. 84. n. 6. Prat. d. ſol. 534. n. 175. Torniel. d. conſ. 56. Menoc. d. n. 10. qui reſpondet Bar. & ſequacibus*, vt ſupra contrarium ſentientibus.

11 Quod autem attinet ad fideicommiſſum conditionale, dicitur, quod fideicommiſſarius etiam ſcienter emendo ſibi non præiudicat quoad pretium, quo minus eo purificato poſſit ſibi mutare cauſam dominij, & repetere pretium, quaſi a ſemetipſo euicerit, *l. fundo, ff. ad l. falcid. l. huiuſmodi, §. qui ſeruum, ff. de leg. 1. egregiè Paul. de Caſtro in l. qui res, ſub num. 1. verſ. quid autem, ff. de actio. empti, & conſ. 448. ſi iſte maſculus num 3. verſ nam licet pariter, lib. 1. Alex. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, numer. 35. ff. de verb. oblig. vbi in verſ. Io. Andr. in addit. Specul. teſtatur de magis communi opinione. Cuman. conſ. 33. vbi in verſ. ego vero*, expreſsè loquitur in caſu, in quo ſit prohibita alienatio; quia non intelligitur prohibita in vocatum de familia,

12 *Alex. conſ. 10. lib. 7.* vbi de magis communi opinione teſtatur *Soc. ſen. conſil. 16. num. 27. lib 3. & conſ. 43. num. 18. lib. 4. Ruyn. conſ. 146. num. 3. lib. 1. & conſ. 136. num. 4. lib. 5. Decian. conſ. 41. num. 146. & 164. lib. 1. Rol conſ. 51. num. 10. & ſeq. lib. 4. Caph. conſil. 84. lib. 1. Berret. conſil. 94 Torniel. d. conſil. 56. Menoch. d. præſumpt. 117. num. 12 Prat. de interpret. vlt. vol. d. ſol. 534. num. 175. & ſeq. Peregr. de fideicomm. art. 39. num. 7. art. 40. n. 83. vbi ait in fine ſic practicaſſe, & obtinuiſſe, & art. 52. n. 62. Surd. deciſ. 208. n. 1. Gutierez pract. quæſt. lib 3. q. 8. n. 15. & lib. 5. q. 66. n. 4. ita practicari etiam poſt alios dixit Ludou. Morot. conſ. 73. n. 19. & reſoluit Rota deciſ. 336. n. 2. & deciſ. 382. n. 2. & 5. part. 1. in recent.*

13 Quæ ſententia iudicio meo fulcitur optima ratione, quoniam tempore, quo emptor emit ab hærede grauato res hæredis erat, & non pertinebat ad fideicommiſſarium, vel legatarium, ex quo nondum euenerat caſus fideicommiſſi, vel legati.

Et quia non valet expreſſa renunciatio fideicommiſſi conditionalis, *l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub conditione, §. de leg. 2. d. l. §. quod ait, ff. quor legat. l. is qui hæres, ff. de acquir. hæred. l. ſi quando, §. illud, C. de inoffic. teſtam. Glo. in leg. 1. & ibi Bart. Salyc. col. 2. Caſtr. n. 6. Aret. Curt. iun. nu. 19. Rip. n. 13. Purpur. n. 50. vbi de communi teſtatur, C. de pact. Rip. in d. §. duo fratres num. 92. verſ. ſecundo allegatur, ff. de verb. obligat.*

14 Et ratio rationis eſt, quia iuri, quod non eſt, renunciari expreſse non poteſt, d. §. ſi ſub conditione; multò minus valere debet tacita; cum præſertim fideicommiſſarius emere poſſit ex alia cauſa, quam vt fideicommiſſo renunciaret, vt puta, quia conditione pendente frui poſ-

15 ſet ex eo, quod eſſet ſenior ipſo hærede, vel alia de cauſa; & renunciatio iuris ſibi competentis non præſumitur, quando actus præſumi poteſt factus alia de cauſa, quam remiſſionis, ſeu renunciationis, *l. cum de indebito, ff. de probat. ſic Bart. in d. §. duo fratres ſub n. 16. verſ. ſecundo caſu, et ibi Ang. Alex. n. 33. & 35. Iaſ. n. 68. Rip. n. 92. & Bologuet, n. 202. ff. de verb. oblig.*

16 Item, quia rem, quæ non eſt irreuocabiliter mea, poſſum emere, licet eſſe mea irreuocabiliter, & valeret emptio, etiamſi emerem ignorans eſſe ita meam, *Alex. conſ. 100. n. 6. & ſeq. lib. 7.*

17 Et prędicta ſententia videtur tenenda, quicquid minus validis rationibus aſſeruerit *Alciat. in d. §. duo fratres, nu. 38. verſ. ſed tamen, et Menoch. qui eum ſequitur conſ. 356. in ſecundo dubio, lib. 4. qui alios addit.*

Non tamen prætereo, quod abſque dubio, ſi ab alio, quam ab herede quis ignoranter emat rem ſibi per fideicommiſſum reſtituendam, non ſibi præiudicat, vt probatur in *l. huiuſmodi, §. qui ſeruum, ff. de legat. 1. & in l. cui res, ff. de action. empt Caph. conſ. 84. n. 8. lib. 1.*

18 Sed, an talis ſic ſcienter emens rem fideicommiſſo conditionali ſubiectam agere valeat ad expenſas, & meliotamenta, alia eſt conſideratio, & concluditur negatiue,

19 niſi ea fuiſſent adeo neceſſaria, quod illis non factis res perijſſet, quoniam tunc non obſtante mala fide talia meliotamenta refici debent, eſt *tex. & ibi notant Doct. in leg. dominum, circa finem, Cod. de rei vendic. l. fin. §. emptor & ibi Gl. in ver. meliorationes, vbi etiam Ang. Caſtr. Iaſ.* & alij de communi teſtantur, communia de legat. *Neguſant. de pig. 4. memb. 4 par. num. 19. Cagn. in l. 1. num. 70. C. de ſent.* quæ pro eo, quod intereſt *Gutier. pract. q. lib. 3. q. 8. ſub num. 15. & ſeq.*

20 Quod tamen intelligendum eſt, vt agere non poſſit contra venditorem, cum ſecus ſit aduerſus, eum qui rem illam euincit in quo militat eadem ratio, quæ in vendente: ideò non prohibetur vti remedijs ſibi de iure competentibus, vel per retentionem melioramentorum, vel illis non retentis per actionem ad retradendum, & conditionem incerti, alioquin is cum iactura aliena locupletatur *Menoc. de recup. poſſeſſ. remed. 15. q. 39. verſ. extenditur ſecundò in fine, n. 507. & 508. Peregr. de fideic. artic. 50. ſub n. 60. Guttier. poſt Modern. Pariſien. & Conar. ab eo adductos d. q. 8. n. 19. & q. 68. n. 9. & 10. lib. 3. in ſpecie Garzias, de expen. & melioram. c. 7. n. 10.*

21 Cæterum illud eſt ſciendum, quod etiam quando renunciatum eſt fideicommiſſo, quia talis renunciatio eſt perſonalis, ſi promittatur de euictione, non præiudicat vocatis, quin poſſint conſequi bona fideicommiſſi: nec habet locum euictio promiſſa: quia non venit ex facto promittentis, ſed ſecundum naturam rei. *Grat. conſ. 22. n. 2. & ſeq. lib. 1.* vbi dicit communem *Ruyn. conſ. 138. n. 10. lib. 1. Caph. conſ. 771. n. 32.*

22 Et quod ſtante nullitate alienationis poteſt hæres ex perſona propria rem conſequi, & vt hæres de euictione obligatus præſtare intereſſe, vt pluribus probare videtur *Alex. conſ. 209. n. 2. & infra lib. 2. Dec. conſ. 185. n. 6. verſ. nec obſtat.*

Sed *Dec. d. conſ. 185. reſpondet Curt. iun. conſ. 155. nu. 19.* vbi cum valida eſt alienatio, ſolui non poteſt intereſſe: ſed hæres præciſè factum defuncti ſeruare tenetur.

Et Alex loquitur, quando alienatio non valet: quo caſu ipſemet alienans contrauenire poteſt *Barz. deciſ. 64. num. 57.*

Prætereà, quatenus quis vellet emptorem conſtituere in mala fide, & illam impedire ne conſequi poſſet meliotamenta, & impenſas, de quibus ſupra *num. 18. & ſequent.*

23 Practica eſt, quod emptori intimerit fideicommiſſum data copia authentica teſtamenti: quia ſi poſtea impendatur, illicita erit impenſa in alieno, & melioramenta perderet ob malam fidem, ac temeritatem; ita *Cagn. in d. l. vnica n. 37. de ſentem.* quæ pro eo quod intereſt, ſequitur *Boſſ. de ſtat. Vrb. præſcrip. gl. 19. n. 272. & ſeqq.*

24 Et an cautela dari poſſit, vt emens rem fideicommiſſo

ſubie-

ſubiectam ſit tutus, vt ea in futurum ſibi euinci non poſſit, videndus eſt *Dec. conſ. 723. per totum.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius emens bona fideicõmiſſo ſubiecta, vtrum poſſit bona retinere pro fideicommiſſo, & agere ad prætium aduerſus hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Emens bona fideicommiſſo ſubiecta, poteſt bona retinere pro fideicommiſſo, & tanquam hæres Seij paſſus euictionem agere poteſt aduerſus hæredem ad prætium.*
Declaratur procedere, ſi ignorauit rem ſibi deberi ex fideicommiſſo: ſecus ſi ſciuerit, n. 2.
Primò ampliatur quoad hypothecam anteriorem, vt illa exerceri poſſit contra fundum, n. 3.
Secundò ampliatur procedere etiam in emente rem ſibi legatam ignoranter, n. 4.
Tertiò ampliatur, vt non referat a quo fiat euictio, n. 5.
Quartò ampliatur, etiamſi res mihi legata efficiatur mea poſt legatum, n. 6.
Fallit, ſi talis emptor vocatus ſit, & ſcienter emat, n. 7.
Primò ſublimitatur in emente rem purè legatam: ſecus ſi emat rem alienam, n. 8.
Sed contra n. 9.
Secundò ſublimitatur, quando fideicommiſſarius emit rem ex comprehenſis in fideicommiſſo vniuerſali, quia tunc non intelligitur renunciare fideicommiſſo, n. 10.

Quæſt. CX.

1 QVid autem quoad retentionem dicendum ſit, nunc differamus.

Et in hac re concludimus, ementem bona fideicommiſſo obnoxia, poſſe bona retinere pro fideicommiſſo, & tanquam hæredem Seij paſſum euictionem agere ad pretium contra hæredem eius, qui vendidit ipſi Seio. Ita *Raphael Cuman. conſ. 33.* quidam, per totum, quod eſt *Benedicti de Plumbino. Signorol. de Homod. Fulgoſ. & Cuman. & ſic Bal. teſtatur obtinuiſſe Florentiæ in l. ſi cum quæſtio. C. de euict.*

2 Declaratur procedere, ſi ignorauit rem ſibi deberi ex fideicommiſſo, quia poteſt retinere, & agere ad pretium *Caph. conſil. 393. n. 167.* ſecus, ſi ſciuerit; quo caſu nequaquam agit ad pretium, plenè *Alex. conſ. 100. ſuper primo, num. 6. & ſeq. lib. 6.* vbi reſpondet contrarijs, ita diſtinguendo.

3 Primò ampliatur vt procedat etiam, quando habet fundum emptum cum pacto reinueſtiendi, vel retrouendendi infra quinquennium tertio, ſi anterior creditor cedit iura ſua habenti prædium emptum cum dicto pacto, quia poterit exercere hypothecam anteriorem ſibi ceſſam contra fundum, quem poſſidet, ſicut poſſet contra vendentem, ſi poſſideret, ita *Bald. conſil. 167.* Titius vendidit, circa finem, *verſic. iſte eſt Martinus, lib. 1.*

4 Secundò ampliatur locum habere etiam in emente rẽ ſibi legatam ignoranter, *l. huiuſmodi, §. qui ſeruum ff. de leg. 1. vbi Caſtr. & Iaſ.* de quo vide, quæ dixi in quæſtionibus continentibus emptionem rei legatæ.

5 Tertio ampliatur, qui nihil refert, an quis citato obligato de euictione euincat rem venditam a ſe ipſo, an vero euictio fiat à tertio, *l. Iulianus, §. ſi fundum, ff. de actio. empti l. ſi ei, §. 1. & l. ſi vendiderit, & l. non tamen, ff. de euiction. Neniz. conſ. 37. n. 11.*

6 Quarto ampliatur ſibi tribuere quoque, ſi res mihi legata efficiatur mea poſt legatum: quia conſequi debeo pretium, & æſtimationem rei legatæ, tamquam à me ipſo ſit mihi euicta. *Bart. in l. planè, §. quod ſi rem, ff. de legat. 1. Caph. conſil. 167. in princ.* qui adducit *Ruyn. conſil. 56. n. 3. et 4. lib. 5.*

7 Fallit, ſi talis emptor vocatus ſit, & ſcienter emat; quia ſibi præiudicat in fideicommiſſo, vt ex veriori, & receptiori poſt *Dyn. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat.* voluerunt ibidem *Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. Rip. & ſequentes, Imola, & Cuman. in l. ſi a ſubſtituto, in princip. ff. de legat. 1. Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de empt. & vend. §. 3.* incip. ſubſtitutus per fideicommiſſum, & *Alex. conſ. 100. lib. 7.* vbi dicit hanc eſſe magis communem ſententiam, & ab ea non recedendum.

8 Primo ſublimitatur d. limitatio vt procedat, quando quis emit rem teſtatoris ſibi purè legatam; ſecus ſi emat rẽ alienam, vel ipſius hæredis, cum recta via non tranſeat in legatarium, *l. ſi hæredi, §. ſeruus, ff. de leg. 1.* quia illo caſu poteſt emptio valere abſque eo, quod intelligatur repudiare legatum.

9 Sed contra tenet *Cuman. in d. §. duo fratres, quem ibi ſequitur Aret.* à quibus non videtur etiam diſſentire, Rip. ea ratione: quia ratio repugnantiæ, quod ab eodem eadem res haberi poſſit ex titulo lucratiuo, & oneroſo, militat in omni caſu.

10 Secundo ſublimitatur non habere locum, quando legatarius emit rem ex comprehenſis in fideicommiſſo vniuerſali: quia tunc non intelligitur renunciaſſe fideicommiſſo, ſic declarat *Alex. in d. §. ſi duo fratres, quem ſequitur Iaſ.* quod intelligas reſpectu aliarum rerum: ſed reſpectu rei emptæ, dicendum eſt oppoſitum, vt per *Rip. in d. §. duo fratres poſt n. 94. in verſ. ſecundo militat.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius aduerſus quem, & ad quid agat, quando bona fideicommiſſo ſubiecta fuerunt à grauato fideicommiſſi ignaro, alienata.
Et an, & quando hoc caſu emptor ab euictione ſit tutus.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ignorans fideicommiſſum ſibi iniunctum rem hæreditarium alienare poteſt bonæ fidei emptori.*
Et de ratione, n. 3.
2 *Fideicommiſſarius non agit aduerſus emptorem petitione hæreditatis, ſeu rei venditione, ſed eidem datur actio contra venditorem ad pretium.*
Primò fallit, vbi fideicommiſſum, non in teſtamento, ſed in codicillis fuit relictum, n. 6.
Secundò fallit, quando grauatus non habet vnde ſoluat pretium, n. 7.
Tertio fallit, quando fuit prohibita alienatio, n. 8.
Ratio affertur, n. ſeq.
4 *Agens ad reuocationem rei alienæ, probare debet ſcientiam, cum aliàs præſumatur ignorantia.*
Ampliatur procedere, etiamſi ſolus alienans fuerit ignarus, ibidem.
Declaratur procedere in ſuo hærede; ſecus in extraneo, n. 5.

Digitized by Google

10 *Alienationis expreſſa prohibitio impedit dominij translationem, n.11.*
Fallit in prohibitione facta in contractu, quæ non impedit dominij translationem, n.11.

Quæſt. CXI.

1 CErta eſt iuris concluſio, quod hæres ignorans fideicommiſſum ſibi iniunctum, rem hæreditariam ipſi fideicommiſſo ſuppoſitam alienare poteſt bonę fidei emptori, & alienatio ſuſtinetur, per *tex. in l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. Dec. conſil. 236. num. 7. & 8. Ruyn. conſil. 66. per totum, & conſil. 109. ſub n. 21. lib. 2. Catheran. in deciſ. Pedem. 73. Pe-*
2 *regr. de fideic. art. 40. n. 30. & art. 45. n. 24.* neque poteſt fideicōmiſſarius agere aduerſus bonæ fidei emptorem fideicommiſſaria petitione: quia titulus bonę fidei emptorem rei ſingularis excuſat, non enim contra titulo poſſidentem petitio hæreditatis vero hæredi datur pro re ſingulari, *l. ſed ſi lege, §. item ſi rem diſtraxit, ff. de petit. hæred. vbi notatur per Gl. & Bart.*

Non etiam rei vendicationem emptor conueniri poteſt, ſed fideicommiſſario contra venditorem ad pretium datur actio, *d. l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. Paul. de Caſtro conſ. 301. in princ. lib. 2. Iaſ. in l. filiusfam. §. Diui vbi Ripa n. 110. ff. de legat. 1. de communi Alex. conſil. 3. num. 3. lib. 3. Dec. conſil. 236. num. 7. Curt. iun. conſil. 88. num. 5. Ioan. Nenizan. conſil. 32. num. 9. Rolan. conſil. 21. in princ. lib. 1. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 45. num. 23. qui num. ſeq.* rationem red-
3 dit; quoniam hæres per fideicommiſſum grauatus, ignorans ſibi grauamen fuiſſe iniunctum, æquiparatur hæredi putatiuo bonæ fidei poſſeſſori, qui ſibi bona fide rem hæreditariam bonæ fidei emptori alienauerit, verus hæres eam rem ab emptore vendicare nequit, ſed tantum recuperat à putatiuo hærede pretium, vt habetur in *d. l. ſed ſi lege, §. item ſi rem diſtraxit iuncto §. conſuluit, & § quod autem.* Quod ſi procedit in vero hærede aduerſus putatiuum hæredem, fortius locum habebit in fideicommiſſa-
4 rio, vt ibidem per Peregr. Et propterea cautum eſt, quod agens ad reuocationem rei alienæ probare debet ſcientiam, cum aliàs præſumatur ignorantia; præſertim in hærede ſuccedente ab inteſtato; quod adeò verum eſt, vt dicta concluſio procedat, etiam ſi ſolus alienans fuerit ignarus, & hęc verior eſt per notata per *Aug. in l. fin. §. ſed quia n. 1. in fin. verſ. & ideo, C. commun. de legat. & in l. Marcellus, §. res quæ n. 21. ff. ad Trebell.* quem omnem ſequuntur ſecundum *Petram de fideicomm. q. 3. ſub n. 41. verſ.* contrarium tamen, & cenſuit *Rota in Romana donatione de Vrſinis 26. Martij 1590. coram Card. Seraphino, in impreſſ. deciſ. 916.*

5 Quæ tamen declaratur habere locum in ſuo hærede, & alijs ab inteſtato venientibus: ſecus tamen in extraneo, in quo præſumitur ſcientia contentorum in teſtamento, cum non poſſit venire ad hæreditatem, niſi ſit conſcius ipſius teſtamenti. *Alex. dict. conſil. 3. n. 4. lib. 3. Opizo. in d. l. filiusfam. §. Diui, n. 23. ff. de legat. 1.*

6 Primò fallit, vbi fideicommiſſum, non in teſtamento, ſed in codicillis ſeparatis fuiſſet conſtitutum, ſeu relictum; quo in caſu poteſt hæres habere notitiam teſtamenti, & non codicillorum, quia tunc iſte ignorare præſumitur, ex *Alex. d. conſil. 3. n. 4.*

7 Secundò fallit, quando grauatus, qui alienauit rem fideicommiſſo ſubiectam, non habet vnde ſoluat pretium rei alienatæ; quoniam tali caſu fideicommiſſarius regreſſum habet aduerſus rem alienatam, & diſtractam, & illius poſſeſſorem. *Caſtr. conſ. 94. in princip. lib. 2. Alex. dict. conſ. 3. n. 4. Rip. in dict. leg. filiusfamilias, §. Diui, num. 49. Roland. conſil. 81. n. 16. lib. 2.*

8 Tertiò fallit, quando fuit prohibita alienatio; qua prohibitione ſtante alienatio facta ab ignorante non ſuſtinetur; & eo caſu fideicommiſſarius agere non tenetur ad pretium contra venditorem; ſed immediatè rem alienatam fideicommiſſo ſubiectam vendicare poteſt, *l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. Alexand. in dicta leg. Marcellus, §. res, quæ num. 4. ff. ad Trebell. vbi etiam Caſtrenſ. Rip. in d. l. filiusfam. §. Diui, num. 11. & 47. ff. de leg. 1. Curt. iun. conſil. 88. ſub num. 6. verſic. præterea Rolan. d. conſil. 81. n. 17. lib. 2. Rimin. iun. conſil. 371. num. 88. lib. 2. & conſil. 248. numer. 67. lib. 3. Petra, qui de communi de fideicomm. q. 3. n. 47. &*
9 *ratio eſt:* quoniam alienatio eſt nulla, ſiue ab ignorante, ignoranti fiat, ſiue ſcienter, & doloſè, *vt per Caſtr. in dict. leg. fin. §. fin. num. 7. ff. de leg. 2.* qui licet dubitatiuè loquatur per dictionem fortè; hoc tamen firmat in *conſil. 247. ſub num. 5. verſ. ſed & alia reſponſio. lib. 1. Ruyn. conſil. 23. num. 13. lib. 5. Tiraq. de legibus connub. Gl. 7. num. 58. in fin.*
10 *Petr. de fideicomm. q. 6. n. 31.* ſeu magis, quia expreſſa prohibitio impedit dominij translationem, *d. l. filius familias, §. Diui, l. peto, §. fratre, l. cum pater, §. libertis, ff. de l. 2. Bart. in l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm. Peregr. in tract. de fideic. art. 14. n. 3. Card. Seraph. deciſ. 321. n. 13. & deciſ. 374. n. 4. p. 1.*

11 Quod tamen non procedere in prohibitione facta in contractu: quæ licet valeat, & efficax ſit, non tamen impedit dominij translationem, ſed re alienata contra prædictam prohibitionem, ſtipulator agit ad pęnam conuentam; vel ad id, quod intereſt, vel ad rem à promiſſore condicit, & loco rei alienatæ æſtimationem conſequitur, *l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. & l. ea lege, C. de cond. ob cauſ. vbi Gl. Bar. & Doct.* & ideo alienatio quoad emptione vires ſuas habet *Bart. in d. §. Diui in 4. q. & ibi latè Iaſ. n. 85. & Ripa n. 85. Brun. conſ. 62. col. 1. Peregr. de fideic. art. 42. n. 61. Card. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. lib. 14. tit. 45. in princ.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius hæres alienantis, an, & quando poſſit alienata reuocare, & euincere.

Et quid dicendum in eo, qui alienationi conſenſit, vtrum ſibi preiudicet ſaltem in pretio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius hæres alienantis, non poteſt alienata reuocare, ſeu euincere.*
Et dicitur veriſſima ſententia, n.2.
Primò ampliatur procedere quoque in hærede hæredis, n.3.
Contrarium, n.4.
Secundò ampliatur, vt licitum ſit conuento, vel à principio repellere agentem, vel de euictione agere n.5.
Primò limitatur, vt non procedat, ſi veriſimilis mens defuncti ſiet in contrarium, n.6.
Secundò limitatur, quando res alienata erat alienari prohibita, n.9.
Sed contra habetur, n.10.
Primò ampliatur, etiamſi facta ſit alienatio ex cauſa debiti contracti, occaſione delicti, n.11.
Secundò ampliatur dicta limitatio, quando alienatio facta eſſet per viam legati, n.13.
Tertiò limitatur, quando hæres cepit hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij, n.14.

Amplia-

Ampliatur, vt nec liceat hæredi vendicare rem, & ſoluere æſtimationem, n.21.
Contrarium, n.22.
Sed auctor tenet ampliationem, tamquam magis receptam, num.23.
Quartò limitatur, quando alienatio præſumeretur in fraudem facta ipſius hæredis ex propria perſona vocati, numero 24.
Quintò limitatur, quando fuit dictum, quod alienatio facta intelligatur abſque aliorum præiudicio, n.26.
Sextò limitatur, quando quis non eſt hæres vniuerſalis: ſed tantum pro quota, n.27.
Et de ratione, n.ſeq.
Ampliatur dicta limitatio, etiam quod defunctus de euictione promiſiſſet, n.29.
Refertur cautela Suarez ſuper præmiſſa limitatione, n.30.
Cui contradicit Menoch. vt n.31.
At auctor tenet Roderici ſententiam, n.32.
Septimò limitatur, ſi venditioni ſolum conſenſit defunctus, num.33.
Et de ratione, n.ſeq.
Declaratur, quando fuit ſimplex conſenſus approbatorius, vel confirmatorius contractus alterius geſti: ſecus, quando defunctus præſtitit conſenſum obligatorium, n.35.
Ampliatur procedere, etiamſi ſimpliciter promiſeris, n.36.
Et de ratione, ibidem.
Subdeclaratur dicta declaratio, vt talis conſe qui poſſit pretium a grauato alienante, n.39.
Contrarium, n.40.
Primò limitatur dicta ſubdeclaratio, quando fuiſſet renunciatum fideicommiſſo, n.41.
Secundò limitatur, quando conſenſus fuiſſet reciprocè præſtitus, n.42.
Tertiò limitatur, quando fideicommiſſarius beneficiatus præſtatione annua ex re hæreditaria conſentit, quod illa res alienetur, n.43.
Quartò limitatur, quando ſponte quis alienationi conſenſit, num.44.
Secus vero, quando neceſſariò hæres conſentit, n.45.
7 Dictiones, de, &, ex, denotant cauſam materialem immediatam.
8 Fideiuſſor venditoris aſſiſtit venditioni, & non vendit, nec promittit manutenere: nec contrauenire: ſed ſolum promittit de euictione: quæ promiſſio locum habet re tantum euicta.
15 Hæres cum beneficio inuentarij, tenetur habere ratum factum defuncti, quatenus vires hæreditariæ ſerunt.
16 Inuentarium non prodeſt hæredibus in rebus hæreditarijs.
17 Inuentarium non impedit confuſionem actionum, quatenus ſupetunt vires hæreditariæ.
19 Hæres cum beneficio inuentarij non poteſt vendicare bona ab auctore alienata, ſi tantum remaneat in hæreditate deductis oneribus.
Fallit, vt n.20.
25 Fraus præſumitur ex magno exceſſu in legando, & alienando.
28 Hæres pro parte, pro qua eſt hæres, repræſentat perſonam defuncti, & quoad alias, dicitur extraneus.
34 Conſentiens, ſeu renuncians cenſetur conſentire, ſeu renunciare iuri in eius fauorem introducto, non autem iuri ſpectanti ſuo hæredi ex propria perſona.
37 Promittens non facere, vel non contrauenire, intelligitur quoque promiſiſſe pro ſuis hæredibus.
38 Conſenſus, an debeat eſſe expreſſus, vel tacitus remiſſiuè.
46 Fideicommiſſarius ſi poſſideat, & permittat rem alienari, datur ei actio ad pretium.
47 Pretij repetitio conceditur pro quantitate pretij ſoluti, & non pro æſtimatione quanti nunc res valet.

Quæſt. CXII.

Dubitatio oritur ex præmiſſis, nunquid fideicommiſſarius hæres alienantis vendicare poſſit alienata per defunctum, & eadem euincere manibus emptoris.

Et quid dicendum in eo, qui alienationi conſenſit.

Quoad primam propoſitam dubitationem, concluſiuè agendo, communis, & recepta concluſio eſt, non poſſe euincere, quæ probatur in *l. vnum ex familia, §. ſed ſi vno, & §. ſeqq ff. de leg. 2. l. filiusfam. §. cum pater, ff. de legat. 1. vbi Gloſ. in ver. exhæredatos, & ibi Bart. Ang. Imol. Paul. de Caſtro, & alij communiter. Alexand. in l. ſi patronus, col. penult. ver. ſi fœminas, ff. ad Trebell. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 81. C. de bon. mater. Roman. conſil. 18. ad finem, & ibi addent. & conſ. 457. colum. 2. Fulgoſ. conſil. 67. num. 3. & per tot. Paul. de Caſtro conſil. 17. colum. 3. in fine libr. 2. Alex. conſil. 123. num. 8. lib. 1. & conſil. 170. num. 7. lib. 5. Dec conſil. 38. num 50. & conſil. 543. num. 3. Ruyn. conſil. 1. num. 17. & conſil. 7. num. 37. lib. 1. Bero conſil. 129. num. 5. lib. 2. Cranet. conſil. 131. num. 6. Alba. conſil. 29. num. 17. & conſil. 73. num. 1. Rol. conſil. 71. num. 35. lib. 2. & conſil. 34. numer. 32. lib. 4. de magis communi Ceph. conſil. 392. & conſil. ſequenti num. 64. Decian. conſil. 55. num. 87. vbi teſtatur de communi, & conſil. 121. num. 28. & ſeqq. lib. 3. Gabriell. conſil. 125. lib. 1. Menoch. conſil. 81. num. 10. conſil. 87. num. 99. & infra Surd. conſil. 73. num. 34. lib. 1. & conſil. 559. num. 6. lib. 4. latè Alexand. Raud. conſil. 38. & ſeq. plur. lib. 2. Marzar. in fideicom. quæſt. 46. Simon de Præt. de interpr. vltim. volunt. fol. 513. num. 58. & ſeqq.* vbi loquitur etiam, quando res fuit alienati prohibita, de communi etiam teſtatur *Petra de fideicommiſſ. quæſt. 14. num. 315. & ſeqq. & num. 323. & infra Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 33. Ioſeph. Ludouiſ. in deciſio. Lucenſ. 64. numer. 25. Rota Romana in nouiſſ. deciſ. 110. numer. 32. verſic. nam Bartol. Rota Bonon. per Barz. deciſ. 42. & deciſion. 64.* vbi latè reſpondet contrarijs. 1

2 Et hæc eſt veriſſima ſententia: quicquid in contrarium aſſeruerit *Saluſt. inter conſilia Pauli de Caſtro conſ. 96.* viſis dubijs, cui ſcripſit *Abb. Cuman. conſ. 33. Alex. conſ. 84. n. 7. in fin. lib. 1. Iaſ. conſ. 59. lib. 3. Pinell. in l. 1. p. 3. ſub n. 82. verſ. infertur vndecimo, C. de bon. matern. Peregr. conſ. 19. n. 13. lib. 4.* qui cæteros adducit.

3 Primò ampliatur dicta opinio etiam in hærede hæredis, qui non poterit contrauenire, nec reuocare fideicommiſſi bona alienata, ſic *Alex. conſ. 120. col fin. lib. 5. Curt. ſen. conſ. 82. n. 15. Curt. iun. conſ. 171. n. 8. Pariſ. conſ. 16. n. 38. lib. 1. Soc. iun. conſ. 108. num. 41. lib. 2. Rolan. conſil. 71. num. 14. lib. 4. Cephal. conſ. 393. num. 78. Gabr. de regul. iur. concluſ. 11. num. 7. Simon de Prat. de interpr. vlt. volunt. fol. 513. num. 59. Boer. deciſ. 231. num. 2. Peregrin. dict. articul. 33. num. 15. Barz. dicta deciſ. 64. num. 50.* vbi de communi ſententia.

4 Contrarium, & quidem malè ſenſerunt *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit, p. 2. declar. 5. n. 5. Hippol. Rim. conſ. 23. n. 278.* qui alios refert.

5 Secundò ampliatur d. concluſio vt adeò vera ſit, quod liberum ſit conuento vel a principio repellere agentem, vel contra illud de euictione agere. *Roma conſ. 18. in fine, Alex. conſ. 3. & conſ. 32. in fine lib. 5. Dec. conſ. 547. nu. 3 & ſeq. Rub. Alex. conſ. 42. in fin. & conſ. 163. in fine, Ceph. conſ. 392. in primo fundamento, & d. conſ. 363. n. 57. Marzar. de fideicom. d. q. 46.*

6 Primò limitatur vt non procedere, ſi veriſimilis voluntas defuncti fuit, quod hæres faciat contrauentionem ab ipſo defuncto præſuppoſitam; vel etiam expreſsè permittit; vt, quando teſtator expreſſit in teſtamento, velle legata a ſe facta ſolui de bonis, vel ex bonis ſuis; nam tunc

Google

promittere videtur, quod hæres omittat legata ſoluere,
quatenus vires hæreditatis non ſuppetant: ita quod va-
leat, etiam omiſſo inuentario, retinere bona, quæ non
erant teſtatoris, ex quo per dicta verba tacitè permitte-
re videtur, quod hæres contraueniat reſpectu bonorum,
quæ libera non erat teſtatoris, ita poſt *Bal. relatum in l.
vnica, C. de his quæ pæn. nomin. Roman. in rubr. de acqu. hæ-
red. ſub n. 8. Corn. conſ. 127. quamuis ſub n. 5. lib. 3. Mari. An-
guiſtial. conſ. 111. n. 3. & alij adducti per Phanuc. de inuent.
p. 7. n. 51. & 52.*

Ratio eſt, quia dictiones, de, &, ex, denotant cauſam
7 materialẽ immediatam, vbi referuntur ad bona; ita quod
legatarius prætendere non poſſit, niſi quatenus extet in
bona ipſius teſtatoris, *Bal. in l. ſi plures ſub n. 33. in fine, C.
de condit. inſert. & in l. non dubium, n. 2. & ibidem Iaſ. n. 24.
C. de legi. in l. peremptorias, num. 37. C. ſentent. reſcind. non
poſſ. in leg. ex hoc iure, num. 14. ff. de iuſtit. & iur. & conſ.
321. teſtamento tenetur lib. 1. & conſ. 367. quidam tees
lib. 1.*

8 Aliud exemplum affert *Decian. conſ. 171. n. 33. & text. l.
fin. C. de euict.* videlicet in hærede fideicommiſſarij; quia ſi
fideiuſſor venditoris aſſiſtit tantum venditioni, non ven-
dit, & non promittit manutenere, & non contrauenire,
ſed ſolum promittit de euictione, quæ promiſſio locum
non habet, niſi poſtquam res euicta ſit, citat *Dec. conſ.
445. ſub num. 55. verſ. ſi vero ſit hæres; adducit cæteros Rau-
denſ. conſ. 38. ſub nu. 31. & 32. lib. 2.* quia alia proſequitur
exempla.

9 Secundò limitatur, quando res, alienata erat alienari
prohibita, quo in caſu hæres alienationi contrauenire
poteſt. *Bald. de Caſtro in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1.
Cuman. conſ. 33. Hier. Grat. conſil. 91. lib. 1. Ruyn. conſ. 220.
lib. 1. Dec. conſil. 185. n. 7. Natt. conſ. 470. n. 13. 16. & 17. libr.
3. Caphal. conſ. 193. n. 12. lib. 2. & conſil. 617. num. 183. lib. 5.
Crauett. conſil. 200. Auus habens, numer. 5. Magon. in deciſ.
Florent. 57. num. 82. Honded. conſil. 14. num. 33. lib. 1. Oſaſc.
deciſ. 180. in prima limitat.* vbi loquitur ſequitur in mate-
ria feudali. *Pedroc. conſ. 39. num. 4. Vin. deciſ. 57. n. 12. Ber-
trand. in l. hac edictali, §. ſi vero plus, n. 6. Cod. de ſecund. nupt.
Rota deciſ. 110. num. 1. p. 2. in nouiſſ. Marzar. de fideicom. d.
quæſt. 46. verſ. poſtremo Grammat. deciſ. 93. Rauden. dicto
conſ. 38. n. 39. & ſeq. Barz. deciſ. 64. n. 18. & 57. Berc. conſil.
72. n. 17.*

10 Contrarium, quod ſcilicet nec res alienari prohibita
ſi fuerit alienata, ab hærede vendicari poſſit, volunt *Pere-
gr. de fideicom. art. 33. num. 1. & ſeq.* vbi teſtatur de magis
commun. *Ferdinan. Loaz. in d. §. Diui ſub num. 91. & ibi-
dem Rip. num. 58. Paul. de Caſtro conſil. 247. ſub num. 1. lib.
1. Curt. ſen. conſil. 63. col. pen. Soc. ſen. conſ. 43. col. pen. lib. 3.
Dec. conſil. 39. num. 5. Pinell. de bon. mater. part. 3. num. 81.
Molin. de primog. Hiſpan. lib. cap. 1. num. 16. & ſeq. Franch.
deciſ. 83. num. 2. deciſ. 153. num. 17. & deciſ. 355. num 7. la-
tè Decian. conſ. 55. in vltimo dubio lib. 3. & Menoch. conſil.
1196. num 8. & ſeq. lib. 12.* vbi dubitat de opinione *Rota
in d. dec. 110.* quibus reſpondet *Raudenſ. d. conſ. 38. num. 42.
46. & ſeq.*

11 Retenta limitatione, eam amplia vt procedat, etiam ſi
facta ſit alienatio ex cauſa debiti contracti occaſione de-
licti, vt per *Alex. conſ. 23. col. vlt. lib. 1. & Rip. in d. l. filiusfa-
milias, §. Diui n. 58.*

12 Secundo ampliatur, vt etiam hæres poſſit contraueni-
re, quando defunctus fecit per errorem. *Bart. in l. poſt mor-
tem, de adopt. Menoch. conſ. 346. n. 23. Raud. d. conſ. 38. ſub n.
42. in fine.*

13 Sublimitatur dicta limitatio, vt locum ſibi non tribuat,
quando alienatio facta eſſet per viam legati, quia tunc
hæres minimè contrauenire poſſet, ſecundum *Ruyn. conſ.
112. n. 13. & 14. lib. 4.* quem probauit *Rota dicta deciſ. 110.
nu. 24. & ſeq. p. 2. vbi num. 34. verſic. quantum vero, in nis
Abb. & Menoch. idem tenuiſſe.*

14 Tertiò limitatur non habere locum, quando hæres cœ-
pit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, quia
tenetur ſolum ſtare alienationi pro ea quantitate tamen,
quæ peruenerit ad eius manus; & ſic iuxta vires ipſius hæ-
reditatis, *Bal. in l. fin. §. in computatione, num. 12. et ibi Corn.
n. 43. et Iaſ. num. 10. Cod. de iure deliber. et in l. cum a matre
num. 10. vbi ſcribentes communiter, C. de rei vendic. Dec. in
l. debitori, num. 20. C. de pact. et in l. ex qua perſona, et ibi Ca-
gnol. in fine, ff. de regul. iur. Paul. de Caſtro conſ. 263. circa
primum, num. 3. et conſil. 370. lib. 2. Roman. conſil. 18. Alex.
conſil. 60. col. 2. lib. 3. Grat. dicto conſil. 91. numer. 37. et ſeq.
lib. 1. Pariſ. conſil. 33. num. 98. et ſeqq. lib. 1. Gozadin. conſil.
25. num. 21. Natta conſil. 214. numero. 3. Crauett. conſil. 225.
num. 12. Pinell. de bon. mater. part. 3. num. 81. Bart. Imol. con-
ſil. 40. in fine, Caphal. conſil. 292. num. 36. Burſat. conſil. 4.
num. 31. lib. 1. Menoch. conſil. 89. num. 25. et conſil. 125. num.
6. et ſeq. lib. 2. Ant. Gabr. de regul. iur. concluſ. 1. numer. 9.
Honded. conſil. 3. num. 53. lib. 1. Ioſeph. Ludouiſ. in deciſ. Lu-
cenſ. 64. num. 28. et ſeqq. Put. deciſ. 264. Boer. deciſ. 23. num.
19. Oſaſch. deciſ. 178. Præt. de interpret. vlt. volunt. fol. 513.
num. 58. et ſequentibus Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 33.
num. 13.*

15 Hæres enim cum beneficio legis, & inuentarij, tenetur
ratum habere factum defuncti quatenus vires hæredita-
riæ fuerunt *Alex. conſil. 19. in fine lib. 6. Menoch. conſil. 89.
num. 14. verſ. reſpondetur ſecundo, Gabr. conſil. 125. n. 12. lib.
2. Hond. conſ. 3. n. 53. lib. 1. Rota deciſ. 61. n. 4. par. 2. in recen-
16 tior. et deciſ. 256. n. 5. vbi ſupra;* quo loci propterea fuit di-
ctum, inuentarium non prodeſſe hæredibus in rebus hæ-
reditarijs, idem cenſuit eadem *Rota in Romana damnorum
3. Martij 1617. coram bon. mem. Andrea*, vbi dixit quod
inuentarium non liberabat hæredem à præſtando factum
defuncti, quatenus vires hæreditariæ ſuppeterent; & ſimi-
liter fuit dictum in *Tiburtina Caſtri Iannarij 16. Februarij
17 1596. coram Card. Pamphil.* quod inuentarium non im-
pediebat confuſionem actionum, quatenus ſuppetunt vi-
res hæreditariæ, ad effectum, quod hæres cenſetur ſibi ſol-
18 uiſſe. Et ratio eſt, quia beneficium inuentarij non fuit in-
uentum, niſi vt præſeruaret hæredem à damno, non autẽ
vt ex eo aliquid lucraretur. *Surd. dec. 226. n. 4. Rota coram
Sanct. Ludouiſio deciſ. 418. n. 7. eadem Rota deciſ. 270. p. 4. in
nouiſſ. iterum Surd. deciſ. 30. n. 13. et 14. et 22.* & ideò hæres
19 cum beneficio legis, & inuentarij non poteſt vendicare
bona ab authore alienata, & ſibi debita, ſi deductis oneri-
bus tantum remaneat in hæreditate, quantum capit valor
rei alienatæ, vt habetur ex prædllegatis; & præſertim ex
20 *Surd. deciſ. 73. n. 34.* niſi fortè in re alienata conſiderari
poſſit aliqua particularis affectio: puta, ſi eſſet res anti-
qua ſuorum maiorum: quia tunc liceret hæredi rem ven-
dicare, ad tradita per *Alberic. in l. fin. §. in computatione, n.
20. verſ. ſi autem emptori, C. de iure delib. Gabr. d. conſil. 125.
ſub n. 12. Rota in Romana de Theodolis 10. Decemb. 1593. co-
rã Card. Blanchetto:* quam tamen ſententiam Alberic. vbi
ſupra noluit firmare; Rota ſed reliquit in ſuſpenſo in Ro-
mana, ſeu Tiburtina S. Angeli fideicommiſſi de Vrſinis
26. Nouembris 1616. coram bon. mem. Andrea. ſuper
quos videas plura penès *Roſental. de feud. cap. 9. memb. 2.
concl. 72. n. 8. et in Gloſ. ſub litera F.*

21 Intellige adeò verum eſſe, videlicet hæredem teneri fa-
ctum defuncti ſeruare, vt nec poſſit vendicare rem, & ſol-
uere æſtimationem eius cum intereſſe; *Gloſ. in dicta l. final.
§. in computatione, et ibi Bart. et alij, C. de iure deliber. et in
l. cum à matre, vbi etiam Bald. et Paul. de Caſtro, Cod. de rei
vendic. Dec. in dicta leg. debitori, num. 20. Cod. de pact. Ful-
goſ. conſil. 73. Paul. de Caſtr. conſil. 263. numer. 3. et conſil.
370. lib. 2. Alexand. conſil. 60. colum. 2. libr. 2. Gozad. conſil.
25. numer. 21. Pariſ. conſil. 33. numer. 98. libro 3. Socin. iun.
conſil. 157. in fine, lib. 2. Natt. conſil. 214. num. 3. Crauett.*

conſil.

conſil.225.num.12. Put.deciſ.264. Marzar.de fideic. quæſt. 46.verſ.aduertendum.Petra de fideic.quæſt.14. numer.321. verſ.6 caſus.Gabr.conſ.125. nu.11. & *ſeqq.lib.1. vbi teſtatur de communi.Honded.conſil.3.nu.53. lib.1. Ioſeph. Ludouic.in dicta deciſ.Lucen.64. num.31.*

22 Contrarium,quod ſcilicet hæres valeat rem vendicare, & ſoluere æſtimationem emptori cum intereſse, voluerunt. *Alex.conſ.19. num.50.lib.5.Dec.conſ.85.nu.6.* & *conſ. 445.num.56.Pariſ.conſil.10.num.6.libr.1.* & *conſil.63.nu. 62.lib.3.Socin.iun.conſil.112.in fine lib.2. Alber.Brun.conſ. 17.nu.76.Menoch.conſ.89.lib.1.* & *conſ.599.num.7. libr.6. Grammat.deciſ.93.Oſaſch.deciſ.178.col.3.Curt.iun.de feud. ex quib.cauſ.feud.amitt.quæſt.3.* in fine,qui ait ſeudiſtas ita communiter tenere.

23 Sed tu non recedas à dicta declaratione tamquam magis recepta,& veriori,quæ intelligenda eſt, dummodo damnum aliquod propterea hæredi non contingat: ſecus, ſi damnum aliquod reſultaret, vt quia res eſſet maiorem ſuorum, vel quid honoris, & munificentiæ annexum haberet: vel etiam quia hæreditate bona non æquiualeant valori totius rei alienatæ,& ſic pretioſior res fuerit alienata, quia tunc procedit contrarium ſuperius relatum, vt per *Gabr.dicto conſil.125.numer. decimoſecundo libro primo*.

24 Quartò limitatur,quando alienatio præſumeretur in fraudem facta ipſius hæredibus ex propria perſona vocati; tunc enim ex propria perſona permittitur ei contrauenire ex notat. *per Bald.in l.1. ſub num.8. C.ſi in fraudem patron.alien.vbi etiam Alberic.notat ſub numer.2.verſ.aut alienauit omnia bona,* & *ibid.Salyc. num.2. idem Bald.conſ. 215.proponitur, quod inueſtituræ, ſub num 1. in fin. verſ.tertio reſpondetur lib.2.Natta dict. conſ.470.numer.16.* & *17. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloſ.9.numer.58 Non.conſ.2.in fin.Grammat.d.deciſ.93.ſub num.9.Simon de Præt. conſ.45. num.15.Ferret.conſil.134. nu.14.libr.1.* & *conſ 396.nu.15. lib.2.Menoch.conſ.346.n.22.lib.4. Viu.deciſ.56.ſub num.2. in 2.limitat.* & fraus præſumitur in propoſito ex magno

25 exceſſu in legando,vel in alienando, *leg.omnes,§.1.quæ in fraud. credit. per quem text.* ita præſupponunt omnes ſuperius allegati. *Oſaſch.dicta deciſ.180.numer.7.Corn.conſil. 140.leuiſſima.num.10.11.* & *12 lib.2.Rand. d.conſ.38. num. 43.* & *44.lib.2.*

26 Quintò limitatur, quando fuit dictum quod alienatio facta intelligatur ſine præiudicio, & ſic ius tantum ſuum alienaſſe conſtat. *Vuelebec.conſ.15.num.19.* & *21.libr.2. Bero.conſil.110.num.12.lib.2.Ioſeph.Ludoui. concl.16.illat. 89.verſ.nono limitatur Randenſ. dicto conſil. 38. ſub numer. 45.ad med.*

27 Sextò limitatur, quando quis non eſt hæres vniuerſalis, ſed tantum pro quota,quia pro ea quota, pro qua eſt hæres reuocare non poterit alienata, & ſi illa quota ſit minoris valoris, & æſtimationis, pro reliqua parte contrauenire poterit etiam non confecto inuentario: quamuis quota reliqua excedat valorem bonorum alienatorum, *leg.cum à matre,vbi gl.Bart.Bald.Angel.* & *Salyc.* & *communiter omnes,C.de rei vendic. Bald.in l.fi.§. in computatione,num.14.* & *ibi Corne.nu.22. C.de iure deliberan. Iaſ. in l.ſi ita quis, §.ea lege, num.6.ff.de verb.oblig.Socin.ſen. in l.frater à fratre num.19.ff.de condit.indeb.* & *ibidem Cagnol.num.119.Corn.conſ.301.ſub num.15.verſ.ideo pro alia dimidia lib.1. Crauett.conſ.13.num.7. Bocr.quæſt.23. num. 31. Menoch.conſ.125.in ſecundo caſu,* & *conſ.1204.num.12. libr.13.Peregrin.conſil.19.numer.15.lib.4. Randenſ.d.conſ.*

28 *38.num.57.* & *infra lib.2.* vbi rationem adducit; quia pro ea parte,pro qua eſt hæres, repræſentat perſonam defuncti, & quoad alias dicitur extraneus. *Tiraq.de retract.conſanguin.§.23.Gloſ.1.numer.50,* qui plures allegat, & *Menoch.dicto conſil.1204.numer.14.* & hæc eſt verior ſententia: quicquid in contrarium aſſeruerint *Burſatt. conſil.3. numer.34.libro primò,* & *Ludouic.dict. concluſ.16. illat.82. verſ.* & *in tantum,* & *in verſic. primò limitatur.*

29 Ampliatur dicta limitatio, vt locum habeat, etiam quod defunctus de euictione promiſerit,ac defendere, & manutenere alienationem;ita ex *Socin.Ruyn.* & *alijs Menoch.d.conſ.124.ſub num.14.lib.13.*

30 In re tamen hac *Roder.Suarez. in leg.quoniam in prioribus ampliat.7.num.8. C.de inoffic.teſtam.* tradit cautelam, dicens emptorem ad euitandam exceptionem, quod hæres ſit pro parte tantum hæres, atque ideò non teneatur, niſi pro ea rata,pro qua hæres eſt,opponere debere, non ſolum *de l. vendicantem, ff. de euict.* in qua dicitur quod quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, & *de leg.cum à matre, ff.de rei vendic.* quia traditur, hæredem contrauenire non poſſe facto defuncti; ſed etiam inquit, intentare contra eum hypothecariam, & petere, vt tibi reſtituat omnia bona paterna, quæ ipſe poſſidet, & tibi erant hypothecata pro euictione, vt illa habeas iure pignoris, pro omni eo, ad quod pater tuus iure euictionis erat obligatus: aut in totum ipſe ſoluat omne id, quod defunctus ex contractu erat obligatus: nam adhuc hæres iſte vendicans rem ſuam erit obligatus, non inſpecta quota,ſeu portione hæreditaria, ad *tex.in l. 1,* & *2.C.ſi vnus ex pluribus hæredibus,* & *l.1.C.de hæredit. act.* nec illo caſu addit Roder. iſte hæres hypothecaria conuentus poteſt opponere de excuſſione facienda contra alios cohæredes; iſte eſt: ait Rodericus: famoſus caſus, ſecundum vnam lecturam *Gloſs.in lege mulier, ff. qui potior.in pignor.* habeant, quam *Bartol.* ſummè extollit, & ſubiungit, hoc eſſe menti tenendum: quia multoties practicauit in diuerſis cauſis, & ſibi attulit honorem, & pecuniam.

31 Cui traditioni *Roderic. licèt Menoch. dicta conſil.1204. ſub numer.14.* & *ſeq.* contradicat ea ratione: quoniam hypotheca eſt acceſſoria ad contractum, & ſecundum illum regulari debet: & idcircò, ſicut hæres non tenetur ſeruare contractum, niſi pro parte, pro qua eſt hæres: ita quoque non teneatur ratione hypothecæ vltra portionem hæreditariam.

32 Roderici tamen ſententia tenenda eſt, ne emptor, qui credidit fidei venditoris, litibus inuoluatur, & deceptus remaneat.

33 Septimò limitatur, ſi ſolum conſenſit venditioni defunctus: quo in caſu hæres ex propria perſona contrauenire poterit: Ita ex *Surd.conſil.15. numero 30.* & *conſil. 105.nu.39.* & *40.Rander.dict.conſ.38.ſub nu.45.Peregr.de fideicom.art.52.n.91.* & *94.*

34 Ratio eſt, quia conſentiens, ſeu renuncians cenſetur conſentire, ſeu renunciare iuri in eius fauorem introducto, non autem iuri ſpectanti ſuo hæredi ex perſona propria *Gloſs.in l.iubemus, §.ſcientes, in verb. renunciant. Cod.de ſacroſanct.eccleſ.Ruyn.conſil.38.nu.10.lib.1.* & *conſ. 138.num.10.lib.2.Natt.conſ.470. nu. 12.* & *ſeqq. Decian. conſ.33 numer.169.lib.1. Alba conſ.74.num.2.Gabr.d.conſ. 125.num.1.lib.1.*

35 Præmiſſa tamen limitatio declaranda eſt, vt procedat, quando affuit ſimplex conſenſus approbatorius vel confirmatorius contractus ab alio geſti de re fideicommiſſo, vel emphyteuſi ſubiecta: ſecus vero quando defunctus præſtitiſſet conſenſum obligatorium cum promiſſione de non contrauenjendo, pro ſe filijs,& hæredibus; quia tunc hæres non poſſet contrauenire etiam ex perſona propria. *Bald.in leg.qui ſe patris, num.11.* & *12.C.vnde liber Ruyn.conſil.7.num.38. libr.primò,* vbi ſic quoque vo-

36 luit,etiamſi ſimpliciter promiſiſſet, quoniam & pro hæredibus promiſiſſe intelligeretur. *Bart.in l.ſi ſic, ff.de verbor.oblig. Alexand.in leg.ſtipulatio iſta in princ.ff.eod. Gabr.*

37 *dicto conſil.125.numer.13,* & ratio eſt, quia promittens non facere,vel contrauenire, intelligitur quoque promiſiſſe

Digitized by Google

ſiſſe pro ſuis hæredibus, ſecundum *Bart. in d.leg.ſi ſic,col.3.Pereg.de fideic.art.52.ſub num.97. & conſ.101. numer.2. & 3.lib.1.*

38 An autem conſenſus iſte debeat eſſe expreſſus, vel etiam tacitus ex præſentia, adeas *Petram.de fideicommiſ. quæſt.8.num.534. & quæſt.14.numer.9.& ſeqq.Peragrin.in ſimili ſuo tract.art.40.num.67.in fine,& art.44.num.34.& art.53.num.45.Menoch.de præſumpt.libr.3. præſumpt.116. lib.6.præſumpt.38.*

39 Subdeclaratur præmiſſa declaratio, vt quamuis conſentiens rem vendicare non valeat: ex conſenſu tamen ſibi prędicatum non erit,quin conſequi poſſit pretium à grauato alienante,abſque eo quod obijci poſſit per huiuſmodi conſenſum fideicommiſſo fuiſſe renunciatum. *Bart. in l.mater tua, & ibi Bald.Fulgoſ.& Caſtr.Cod. de rei vendicat.idem Bar.in l.qui Romæ,§.ſi duo fratres, & ibidem Alex.num 58.Iaſ.num.113.Rip.num.84. in ſecunda limitatione,& Alciat.nu.31.ff. de verbor. oblig.Bart. in l.quæ dotis,ff.ſoluto matr. & in l.ſi fundum per fideicommiſſum, vbi etiam Bal.& Aug.ff.de legat.1.Corn.conſ.34.col.2. & conſ.329.num.12.libr.1.Curt.iun.conſ.24.num.7. Alba d.conſil.74.in fin.Iacob.Berret.conſ.94.nu.1. Præt. de interpret.vlt. volunt.fol.345.numer.7.in fine,vbi de communi teſtatur, & fol.556.num.163.Gabr.d.conſ.125.num.18. Menoch.conſil.58.numer.20.lib.1. & conſil.1051.num.19. libr.11. qui pariter de communi fidem facit Surd. conſil.70. per tot.libr. 1. Peregr.de fideicomm.art.40.numer.76.& ſeqq.* vbi dicit ſic obtinuiſſe.

40 Contrariam ſententiam, licèt non benè ſequuti ſunt *Gl.in d.l.ſi fundum per fideicomm. & ibi, Iaſ. numer.18.poſt Caſtr.* & alios adductos,dicens communem *Alexand.in d.l.quæ dotis,n.24.ff.ſoluto matrim. Curt.iun.conſ.4. num.22. Menoch.conſil.87.num.53.lib.1.& de præſumpt.lib.3.præſumpt.116.nu.2.et præſumpt.117.num.2.*

41 Primo limitatur ſubdeclaratio prædicta, quando renunciatum fuiſſet fideicommiſſo: quia & in pretio cenſeretur præiudicatum. *Ruyn.conſ.152.columu.penult.verſic. & magis hoc procedit,* libro 2.*Curt.iun. conſil.4.numer.22. Aymn.conſil.227.in fine Menoch. conſil. 87. numer.52. libro primo.*

42 Secundò limitatur,vbi conſenſus reciprocè fuiſſet pręſtitus: vt quia fideicommiſſum eſſet reciprocum, & ſubſtituti in alienatione mutuum conſenſum præſtitiſſent *Gabr.dict.conſil.125.num.18.lib.1.*

43 Tertiò limitatur,quando fideicommiſſarius beneficiatus præſtatione annua ex re hæreditaria conſentit quod illa res alienetur: quia ſibi præiudicat in pretio *l.codicillis,§ inſulam, ff.de legat.2.* iuxta vnum intellectum *Bart in d.l.ſi fundum.Peregr.de fideic.art.40. num.74.*

44 Quarto limitatur,quando ſponte quis alienationi conſenſit.*Iaſ.in d.l.ſi fundum,num.18.ff. de leg.1.*de communi teſtatur *Menoch.conſ.87.num.54.lib.1.*

45 At quando alienatio facta eſſet ex cauſa neceſſaria ab hærede,vel neceſſario fideicommiſſarius alienationi conſenſiſſet,ſibi in pretio non eſſet præiudicatum,*dicta leg.ſi fundum,* per fideicommiſſum, & ibi *Bald.Angel.Imola, Paul.de Caſtro,Cuman.Iaſ.num.118.*& cæteri communiter *ff.de legat.1.Menoch.dicta præſumpt.117. num.2.& 3.libr.3.& conſ.87.num.54.lib.1.*

46 Prout & ſi fideicommiſſarius poſſediſſet, & permiſerit rem alienari quo etiam caſu daretur actio ad pretium. *Peregr.de fideicomm.art.40. num. 80. poſt Iacob. de Aren. Bart.Bald.Cuman,et Caſtr.*

47 pretij autem repetito cōceditur pro quantitate pretij ſoluti,& non pro æſtimatione, quanti res de præſenti valet,per *text.in l.huiuſmodi,§.qui ſeruum, ff.de l.1. Socin.ſen.conſil.16.col.vlt.lib.3.Berret.d.conſil.94.num.2. Peregrin.dict.art.40.num.83.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.73.n.142.*

ARGVMENTVM.

Venditioni conſentiens, quando de euictione teneatur; & ex quibus arguatur conſenſus.

Vendens rem fideicommiſſo conditionali ſubiectam qualiter obligetur, ſi emptor ante conditionis euentum moleſtetur.

Actio ex empto contra quos, & pro quibus committatur.

SVMMARIVM.

1 *De euictione tenentur, qui vendiderunt, non qui conſenſum præſtiterunt.*

Fallit, ſi ſpecialiter facto obligatio, num.2.

3 *Præſens venditioni,et non diſſentiens,vendidiſſe cenſetur,ac de euictione tenetur,ſi pretium accipiat, et num.17.*

4 *Venditioni conſentiens, et promittens pro ſe, et hæredibus, non cenſetur obligaſſe filium, quominus ille poſſit ex perſona propria contrauenire,ſi fuerit vocatus.*

Et de ratione ibidem.

Contrarium,num.5.

6 *Conſentiens venditioni ſibi præiudicat, quando conſenſus fuit expreſſus, ſecus ſi tacitus.*

Sed contra,plures tenuerunt,num.7.

Et de ratione num ſeq.

Primò declaratur, quando vltra non contradictionem accederet aliquis actus,ex quo conſenſus reſultaret, nu.9.

Secundò declaratur,ſi pręſens,et tacens non potuiſſet alienationem impedire,num.10.

Tertiò declaratur, quando quis tempore conſenſus hypothecam, vel aliud ius habet; quia conſentiendo videtur illi tantum renunciare, num.11.

8 *Tacens præſumitur conſentire, ſi potuit contradicere, et non contradicit.*

12 *Promittens curare vt quilibet ius prætendens conſentiat, tenetur de omni perſona, à qua ſi res euinceretur, teneretur.*

Et promiſſio facta videtur etiam reſpectu futuri, num.13.

14 *Actio re euicta datur,etiam ſi euincat,qui tempore contractus ius non habebat, ſed habuit in futurum.*

15 *Euictionis ſtipulatio, aut conſenſus pręſtandi quando committatur,ſi ius deficiat ex poſt facto, remiſſiuè.*

16 *Venditioni,qui ſimpliciter conſenſit, de euictione non tenetur, ſi non promiſerit.*

Primò fallit,ſi pretium recipiat,num.17.

Secundò fallit,ſi qui conſenſit,dominus eſt, num.18.

Tertiò fallit in eo,cuius nomine fit actus; quia conſentiendo videtur actum ratificare, num.19.

Et datur actio ex empto pro re ſibi euicta,nu.20.

Primò ampliatur, quia ex empto datur, nedum emptor contra venditorem ſecuta euictione; verum etiam hæredi emptoris contra hæredes hæredis,num.21.

Secundò ampliatur, vt actio huiuſmodi detur etiam pro re ſub conditione obligata, num.22.

Contra num.23.

24 *Vendens rem fideicommiſſo conditionali ſubiectam, etiam quod emptor ante conditionis euentum moleſtetur à fideicommiſſario de euictione,non tenetur, nec ſibi retineri poteſt pretium,ſi velit cauere.*

Fallit

Digitized by Google

Fallit, quando hypotheca, et obligatio rei vendita eſt pura numero 25.
Sublimitatur, quando emptor ex tali obligatione damnum aliquod pati non poteſt, num.26.
Refertur diſtinctio Oſaſch.num.27.
Sed author aliter reſoluit,nu.28.
29 *Actio ex empto datur contra tertios poſſeſſores, probato, quod venditor poſſideret tempore venditionis.*
30 *Libellus in actione ex empto formatur, vt reſtituatur pretium cum omnibus damnis.*
31 *Emptor non agit contra venditorem de illegitima, et violenta euictione,ſed contra inturbatorem.*
32 *Promittens euictionem aduerſus iuris, et facti moleſtationem,tenetur ſolum de iudiciali.*
Declaratur procedere, ſi emptor litem denunciauerit, cum alias non teneatur ſaltem ad expenſas,num.33.
34 *Actio ex empto pro euictione committitur pro acceſſorio, Hoc eſt pro damnis, et intereſſe,ſicut pro principali; licet, ſecus in actione pro ſtipulatu.*
Et talis tenetur ad valorem verum rei euictæ tempore ſecutæ euictionis,num 35.
36 *Euincens à ſe ipſo rem, habet actionem ex empto contra venditorem ad pretium,quod pro re tunc effecta ſua ſoluit.*

Quæſt. CXIII.

QVod alienationi conſentiens pretium habere poſſit, diximus in præcedenti quæſtione nunc autem videndum eſt, an,& quando de euictione teneatur.

1 Et ſanè dicimus de euictione teneri, qui vendiderunt, non autem,qui venditioni conſenſum præſtiterunt: quoniam aliud eſt vendere, aliud venditionis conſentire, *lege aliud eſt vendere,ff.de reg.iur* vbi inquit *Gl.* conſentientem de euictione non teneri, eſt *text.in l.cum pater,§.liberis,ff. de legat.2.Surd. conſil. 171.num.61. lib.2.*

2 Niſi tamen ſpecialiter ſe obliget, & eam promittat, *l.exceptione, C.de euict.& l.inter ſtipulantem in princ.ff. de verb.oblig.Iaſ. in leg.quoties ab omnib. in 2.not. C.de fideic. Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.9.num 55.Ancharan. conſil. 76.num 4. Caph.conſ.393.num.15.lib. 3. & iterum Tiraq. de legib.connubial.Gloſ.3.num.130.*

3 Cæterum aduertas,quod is quoque videtur portionem ſuam vendidiſſe, qui præſens eſt venditioni,nec diſſentit, ſi pretium accipiat, qua ratione ex empto conueniri poteſt,ſi res euicta fuerit, *l.quidam, ff.de euict.* nam qui conſenſit, ſi dominus eſt, actum propriè facere dicitur, *leg.ſi fundus,§.1.ff.de pign.Bald.in l.ſi vt proponas. de ſentent. pignor.dat.man.Decian.conſil.60.num.14.lib.1.*

4 Si tamen conſentiens promittat pro ſe, & hæredibus, filius conſentientis poterit ex perſona proprias contrauenire: quia is non contrauenit vti filius vocatus; & patris promiſſio eſt facta ſolum pro ſe, & hæredibus, non pro filijs, ſecundum *Ruyn.conſil.120.libro* 1. quem refert, ac ſequitur *Anton.Gabr.de regul.iur concl.11.nu.3.*

Item, qui nulla in eum transfuſa eſt obligatio de euictione, ſeu de eo repelli non poteſt exceptione; quia talis non dicitur obligatorius. *Iaſ.dicta leg.quoties, la prima in 2.not.de fideic.Soc.iun.conſ.52.nu.9.libr.4.Card.Mantic. de tacit. & ambig.conuent.lib.4.tit.2.nu.11.*

5 Sed contra tenet *Petra de fideicom.q.14.num.320.verſ. declaratur tamen.*

6 Tunc conſentiens ſibi præiudicat, quo minus agere poſſit pro recuperatione rei venditæ, quando conſenſus fuit expreſſus,ſecus,ſi is præſens ſit,& taceat. *Doctor.in leg. cum proponas,vbi Iacob.de Arèn.Ruyn.Oldrad. Gulielm.de Cun.Cyn.Bald.& Ang.Paul.de Caſtr.Roman. Fulgoſ.Alex. Soc.Curt.ſen.num.2.Curt.iun.num.2.Iaſ.num.6.qui de communi opinione teſtatur.Dec.num.3.Alciat.numer.9. Cod.de pact.Alexand.conſil.8. col.1. libr.4. qui pariter communem dicit.Menoch.conſil.58.numer.29.lib.1.Craſſ. in §.fideicommiſſum, quæſt.62.in fine, vbi de communi, eandem communem fatetur.Petra quæſt.14.numer.9.& ſeqq. Peregrin. de fideicommiſſ.artic.44. numer.34. & artic.52. numer.45. Bero.conſil.64.numer.decimoſecundo, & ſeq.libr.primo Alba conſil.105.num.2.*

7 Contrarium tenuerunt plures, & in ſpecie *Gloſ.in lege cum proponas,C.de pact. & ibidem Bald.in dicta l.idem Bal. in leg.quoties,ff.de fideicommiſſ. Roman. conſil.457. in fine. Abb.conſil.12.in primo dubio lib.2.Alex.conſ.8.num.4.libr. 5.Alciat.reſp.132.num.11.Alba dicto conſil.105. numer.2.* vbi tamen fatetur primam opinionem eſſe communem. *Crauett.conſil.237.ſub num.2.Caphal.conſil.318.numer.31. conſ.326. num.38.conſil.392.num.23. & alibi. Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.116.Petra de fideicomm. quæſt.8. numer.534.*

8 Ratio adducitur, quia tacens præſumitur conſentire ſi potuit contradicere,& non contradixit, *lege quæ dotis, ff.ſoluto matrimon. Menoch. de præſumption.lib.6.præſumpt.38.*

Quæ ſententia, quatenus eam teneamus.

9 Primò declaratur procedere, quando vltra non contradictionem accedere aliquis actus,ex quo conſenſus tacitus reſultaret, quia ſufficeret, cum actus tacitus ita arguat conſenſum,ſicut expreſſus, *leg.cum quid, ff.ſi cert.petat.* & in ſpecie ſic tenet *Alciat. conſil.132. num.11.* iuxta primam impreſſionem. *Alba dict. conſil. 105. Peregrin. de fideicommiſſ.art.52.ſub numer. 45. qui citat Angel. Alberic.Alexand.Decian. & Iaſ.Surd. conſil.224.numer.8.in fine,& num.7. lib.2.*

10 Secundo non procedere, ſi præſens, & tacens non potuiſſet alienationem impedire; quia non ſufficeret non contradixiſſe, cum ex hoc dici non poſſit conſenſiſſe, vt firmant citati omnes in dicta ſecunda opinione, & *Menoch.d.præſumpt.116. in fine.*

11 Tertio declaratur,quando quis tempore conſenſus hypothecam,vel aliud ius habet, quia conſentiendo videtur illi tantum renunciare, non autem iuri ſuperuenienti: maximè,ſi nec re, nec ſpe competebat, & ſucceſſiuè conſenſus non nocet in eo,quod attinet alius, quod ſuperuenit, *l.1.§.quod ait,Prætor voluntate. quos legat. notatur in l. 1.C.de pact.& in l.qui Romæ,§.duo fratres, ff.de verb.oblig. Paul.de Caſtro conſil.375. ſub num. 5.lib.1.*

12 Ex præmiſſis deducitur, quod promittens ſe curaturum,vt quilibet ius prætendens conſentiat,propter naturam contractus tenetur etiam de euictione,ad notata per
13 *Alex.conſil.21.num.6. lib.5.* & videtur promiſſio facta etiam reſpectu futuri. *Bartol. Salycet. & alij in l.fin.C.quæ res pignor.oblig.poſſunt,Bart.in l.ſi ita,column.2.de auro, &*
14 *argent.legato*, & actio re emcta datur, etiamſi quis euincat, qui tempore contractus ius non habebat, ſed habuit in futurum,notat *Gl.in l.familiæ, C.famil.hercıſcund. Alex. d.conſil.21.num.3.lib.5.*

15 Quando autem euictionis ſtipulatio,aut conſenſus præſtandi committatur,ſi ius deficiat ex poſt facto. *Gabr.conſil.72.nu.11.lib.1.*

16 Secundò infertur, quod venditor licet de euictione teneatur,etiamſi nihil dictum fuerit, *leg.ſi dubitatur, Cod.de euict.* nihilominus,qui ſimpliciter conſenſit, de euictione non tenetur, niſi promiſerit *Gl.in d.l.aliud eſt vendere, ff. de regul.iur. Innocent.in cap.ſi quis, col.2. verſ.item nota.de reb.eccleſ.non alienan. Bald.in l.quidam ex parte,ff.de euict. & in d.l.quoties la prima in 2.not.Tiraquell.de legib.connubial.Gl.3.num.130.Cardın. Mantic. de tacit. & ambig.conuent.lib.4.tit.3.num.9.*

17 Quod tamen abſolute non procedat ſecundum prædicta, ſi præſens ſit,& non diſſentiat, ſed pretium recipiat: qua ratione, actione ex empto conueniri poteſt, ſi res cui-

Digitized by Google

18 euicta fuerit, *l.quidam, ff.de euictio.* ſi enim, qui conſenſit
dominus eſt, actum propriè facere dicitur, *l.ſi fundus,§.1.*
ff.de pign.Decian.conſil.60.num.14. lib.1.
19 Idem eſt in illo, cuius nomine fit actus, quia conſen-
tiendo videtur actum ratificare, & ob id euictione tene-
tur. *Bart.ſing.58. & Crauett.conſil.33. numer.19.* & datur
20 actio ex empto pro re ſibi euicta, & eadem actione con-
ueniri poteſt, *leg.euicta,§.duplex, ff.de euict.Gloſ.Bart. &*
Caſtr.in leg.ſi ſeruum in princip.ff.eod. Paul.de Caſtro conſil.
207.col.1.verſ. aut dicimus lib.1.Alex.conſil.119. num.33.
libr.6.Capoll.cautel.71. Alex. conſil.63.diligenter. numer.
11. verſ.fortificatur, libro 6. & conſil. 67. verſ. fortificatur
iſta concluſio libr.3. vbi de remedijs competentibus em-
ptori contra venditorem ſecuta euictione, & qualiter
agat etiam non facta denunciatione.
21 Primò ampliatur: nam actio ex empto datur nedum
emptori contra venditorem ſecuta euictione: verum
etiam datur hæredi emptoris contra hæredes venditoris.
Alex.conſ.63.num.11.verſ.fortificatur. lib.6.
22 Secundo ampliatur, vt actio huiuſmodi exempto de-
tur etiam pro re ſub conditione obligata. *Alex. d.conſil.*
63.ſub num.11.
23 Sed contra per eundem *Alexand. conſil.65. omiſſis ar-*
24 *gumentis lib.5.* vbi, quod is, qui vendidit rem fideicom-
miſſo conditionali ſubiectam, etiamſi emptor moleſtetur
à fideicommiſſario ante conditionis euentum agere ne-
quit de euictione, neque pretium retinere, ſi venditor
vult cauere, vbi Addent. dant concordantes.
25 Fallit hæc ſecunda relata ſententia, quando hypotheca,
vel obligatio rei vendita eſt puta. Addent. *Alexand.dict.*
26 *conſil.65.verſic.liberam lib.5.* vbi diſtinguitur, & tempe-
ratur, quando emptor pati non poteſt ex tali obligatio-
ne damnum aliquod, vt tunc non agat, quod, & voluit *A-*
lexand.ibidem num.4.& 5.facit Gratian.diſcept.capit.113.
num.14.libr.1.Cardinal Seraph.deciſ.1243.num.2. Rota co-
ram Sanctiſſ. Ludouiſio deciſ.295. numero 3. & addent. ibi
27 *numero quinto Oſaſch.tamen in deciſ. Pedamont.24. per to-*
tam, poſt diſceptationem factam pro vtraque parte, di-
ſtinguit.
Quod ſi venditor eſt tutus, obligabit ſe de euictione in
caſu euenientis conditionis, ſi vero non eſt tutus, fideiu-
beat, ſi neutrum facere poteſt, tunc pretium inueſtiatur
pro euictione, & ſecuritate emptoris.
28 Puto tamen, quod emptor melius faceret, ſi ageret
contra venditorem, vt liberet, ad ea quæ latè habentur
per *Surd.conſil.36.numer.23.& infra libr.primo,& fuit di-*
ctum in quæſt....
29 Inſuper quoque datur hæc actio contra tertios poſſeſ-
ſores bonorum, probato, quod venditor dicta bona poſ-
ſideret tempore venditionis tanquam expreſſe hypo-
thecata dicto emptori: & ideò tertius compelli poteſt ad
admittendum loco pignoris, & hypothecæ, donec em-
ptori fuerit ſatisfactum. *Bald.conſ.39.lib.4.Alex. conſ.16.*
libr.1.in princ.& conſil.19.num.7.lib.6.
30 Et in dicta actione firmatur libellus, vt reſtituatur pre-
tium cum omnibus damnis, *l.non dubitatur, l.ſi eum quæ-*
ſtio.C.de euictio.& leg.tenetur,§.ſi tibi iter, & §.vltimo. de
31 *action. empti. Myſinger.ſing. obſeruat, Centur. 1. obſeruat.*
*54.num.1.qui num.2.*addit, quod de illegitima, & violenta
euictione non aduerſus venditorem; ſed aduerſus iniuria-
32 torem agitur, *leg.ſi enim C.de actio.empti, & l.ſi ea res,ff.*
*eod.*quoque vbi euictionis promiſſio, ac defenſionis ta-
cita extitiſſet aduerſus iuris, & facti moleſtationem, vendi-
tor non tenetur ad aliud, quam vt in iudicio proſequatur
& defendat, *l.emptor, & l.ſucceſſores.ff.de euict.*cum hæc
verba, facti moleſtationem, intelligantur ſecundum natu-
ram contractus de iure. *l.ſtipulatus de vſur. l.damni infecti*
quidam,§.cum arietem, de damno infect. Bar. in l.ſtipulatio
iſta in princ.ff.de verb.oblig.& dixi in q.50.& 150.

33 Quod procedit, ſi emptor denunciauerit litem vendito-
ri, alias ille ſaltem non teneretur ad expenſas litis *Papon.*
lib.11.tit.4.Areſt.10.
Præterea ſcias, quod actio ex empto pro euictione
34 committitur pro acceſſorio, vt pro damnis, & intereſſe
Rota deciſ.170.numer.1.par.1.in recentior. ſicut pro prin-
cipali: licet ſecus in actione ex ſtipulatu, *§.ſi quis rem leg.*
12.ff.de act.empti.
Item tenetur ad valorem verum rei euictæ tempore ſe-
35 quutæ euictionis. *Bart.in l.Titius,num.4. de act.empt.& in*
l.Iulianus,ff.eodem; non tamen ſi agatur ex ſtipulatu. *Ma-*
gon.in deciſ.Florent.110.nu.2. & ſub n.11. verſ. non obſtat,
36 quod dicatur, vbi ait hoc iure paſſim vti in illa Rota. Et
cum quis à ſe ipſo euincit habet actionem ex empto con-
tra venditorem ad pretium, quod re tunc effecta ſua ſol-
uit, *l. 3.ff.de empt.& vendit.*

ARGVMENTVM.

Euictionis actio in diuiſione bonorum fi-deicommiſſis obnoxorum, ac ſimilium, quando concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Euictio debetur in contractu diuiſionis.*
2 *Quod procedit, ſiue diuiſio fiat inter partes ſiue in iudicio, ſub num.3.in fine.*
3 *Diuidens æquiparatur emptori.*
Sed quod immò differant, habetur, num.3.
Portio portioni ſuccedit in diuiſione vt ibidem.
4 *Euictio non præſtatur, quando diuidentes ignorarint rem eſſe alienam, vel fideicommiſſo ſubiectam.*
Ampliatur procedere, etiam quando frater, cui fideicommiſſi bona obuenerunt, ſciebat eſſe fideicommiſſo ſubiecta, ſed ignorabat alia fratribus obuenta libera eſſe, putabatque, & illa fideicommiſſo ſubiacere, nu.5.
6 *Euictio non debetur, quando affuit ſcientia diuidentium bona fuiſſe aliena, aut conditionibus affecta, & vni obuenerunt allodia, & alteri fideicommiſſaria, vel feudalia.*
Nec tenetur quis facere partem de allodijs, quæ iure ſuo poſſidet, num.7.
Ratio affertur, num.8.
Sciens in ſua portione accipiens bona fideicommiſſaria, non retractat diuiſionem, ibidem.
Immò nec datur actio de euictione pro tali intereſſe, nec pro pretio, num.9. & ibidem de ratione; vbi & ſic iudicatum dicitur, num.10.
Contrarium, quod pro contingenti portione etiam data ſcientia fideicommiſſi euictionis actio detur, nu.11.
Ratio eſt, vt euitetur inæqualitas, num.12.
Sed prior relata opinio probatur, nu.13.
Primò ampliatur procedere, etiamſi generalis de euictione promiſſio acceſſerit, num.14.
Vbi de ratione.
Et etiamſi verbis vniuerſalibus, num.17.
Et de ratione, num.ſeq.
Contrarium habetur, num.21.
Secundò ampliatur, vt nec etiam ad pretium agi poſſit, numer.22.
Tertiò ampliatur, quando ſumus, in caſu in quo is, qui accepit bona fideicommiſſaria, id egit, quia in præſentia eſſent vti libera, num.23.
Quartò ampliatur, vt pretium non debeatur, etiam ſi diuiſio fiat iudicialiter, num.24.

Quin-

Digitized by Google

Quintò ampliatur, etiamſi ex coniecturis tantum appareat inter ipſos actum vt de euictione teneatur, etiam quod illa ſequeretur ex natura ipſius rei, nu. 25.

Et qua cenſeatur probabilis coniectura, num. 26.

Primò fallit, quando alterata eſt natura fideicommiſſi, vt quando data eſt facultas alienandi inter diuidentes, quia ſi vnus alienat purificata conditione, pretium eſt reſtituendum, num. 27.

Idemque procedit, ſiue alienatio ſit inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem, num. 28.

Contrarium, quod pretium non ſit reſtituendum ab altero, in cuius perſonam purificatum eſt fideicommiſſum, numero 29.

Declaratur prima relata ſententia vt procedat, quando diuidentes ignoraſſent fideicommiſſum, num. 30.

Primò ſublimitatur dicta fallentia, ſeu ſublimitatio, vt locum non habeat, quando alienandi facultas fuiſſet conceſſa ex voluntate; quia tunc pretium non eſſe reſtituendum, ſeu reſeruatum, ſecus ſi ex neceſſitate, num. 31.

Secundò limitatur, quando diuidentes ſibi inuicem remiſiſſent omnes ius, & omnem actionem; vel dixiſſent, quod nullum actionem ſibi reſeruabant, num. 32.

Tertiò ſublimitatur quando data eſt licentia alienandi hæredibus, & ſucceſſoribus, num. 33.

Quartò ſublimitatur, ſi licentia concepta eſſet verbis vniuerſalibus, & multum prægnantibus, ex quibus colligatur etiam pretium fuiſſe remiſſum, nu. 34.

Secundò fallit, quando fratres ignorabant inter eos conſtitutum fuiſſe fideicommiſſum, num. 35.

Ampliatur hæc fallentia vt procedat, etiamſi frater, cui obuenerunt fideicommiſſi bona, ſciebat ea eſſe conditionata, & fideicommiſſo ſuppoſita, ſed ignorauit talia bona fratribus obuenta eſſe libera, computaret ea fideicommiſſo eſſe obnoxia, quia poterit de euictione agere, numero 36.

Tertiò fallit, quando diuidentes expreſsè promiſerunt de euictione ratione fideicommiſſi; quia tunc fideicommiſſum cenſetur remiſſum, num. 37.

Contrarium habetur ibidem in ver. contrarium.

Sed prior opinio probatur, quam intellige, vt ibidem.

Quartò fallit, quando ex clauſulis in inſtrumenta diuiſionis inſertis, amplis, & generalibus, vel vniuerſalibus dici poſſet fideicommiſſum remiſſum, num. 38.

Quintò fallit, quando expreſsè legeretur remiſſum fideicommiſſum, quia tunc de euictione agi poſſet, num. 39.

Contrarium, num. 40.

Primò ſublimitatur dicta limitatio, niſi is, à quo fuit res euicta, in bona fide exiſtat, & alij in mala; quia ſciebat rem eſſe alienam, & ideo conuenerunt, ne de euictione teneretur, num. 41.

Secundò ſublimitatur, quando fideicommiſſo partes renuntiare non poſſent, vt quia in teſtamento ſit tacita prohibitio, vel etiam expreſſa num. 42.

Tertiò ſublimitatur, vbi ex inſtrumentis poſtea factis diuidentes non habuiſſent fideicommiſſum pro renunciato, num. 43.

Sicut è conuerſa, ſi in præcedentibus reſeruatum eſſet fideicommiſſum, quod reſeruatum cenſeatur in poſteriori diuiſione, ibid.

At contra ibidem.

Idemque, quando diuidentes poſt inſtrumentum aliter declaraſſent animum ſuum, aſſerentes non eſſe renunciatum, vel renunciatum fideicommiſſo, num. 44.

Quartò ſublimitatur, ſi in inſtrumento diuiſionis fuerit exceptuatum fideicommiſſum, quo caſu illi nequaquam renunciatum cenſetur per clauſulas quantumcunque prægnantes, num. 45.

Quintò ſublimitatur, quando clauſulæ importantes fideicommiſſi remiſſionem ita demum operantur, ſi poſitæ ſint in principali diſpoſitione; ſecus, ſi in executiuis, num. 46. & ibidem de ratione.

Contrarium, quo immò clauſulæ operari debeant ſuum effectum in quacunque parte inſtrumenti appoſitæ ſint, numero 47.

Sextò ſublimitatur, quando neceſſariò clauſulæ percutiunt fideicommiſſum; & in alio verificari nequeunt, numero 48.

Septimò ſublimitatur non habere locum, quando teſtator prohibuit diuiſionem vſque ad certum tempus; quaſi ſi intra dictum tempus facta ſit diuiſio cum clauſulis importantibus remiſſionem fideicommiſſi non valeat, numero 49.

Octauò ſublimitatur quando ſingulæ clauſulæ, & non ſufficerent ad fideicommiſſi remiſſionem, ſi tamen plures eſſent, operarentur, quod fideicommiſſum cenſeretur renunciatum, num. 50.

Contrarium ibidem.

Nonò ſublimitatur non habere locum, quando inſtrumentum in quo fideicommiſſum continetur, eſſet iuramento firmatum à cohæredibus cum promiſſione de non contrauenendo quia ſi poſtea deuenerant ad diuiſionem, fideicommiſſi renunciationem non inducerent, num. 51.

Contrarium verius dicitur, num. 52.

Decimò ſublimitatur, vbi plura adeſſent fideicommiſſa: & diuidentes vnum reſeruarunt, num. 53.

Contrarium habetur, num 54. ſed intellige, vt ibidem.

Vndecimò ſublimitatur, niſi clauſulæ ita claræ eſſent, vt de eis iure dubitari non poſſet, num. 55.

Sextò fallit, ſi diuidentes ſibi inuicem remiſiſſent omne ius, & omnem actionem: vel fuit dictum, quod nullam actionem ſibi reſeruabant, num. 56.

Septimò fallit, quando alienatio facta fuit titulo lucratiuo, & ſine interuentu pretij, quia ſi nullum pretium interuenit, agi non poteſt de illius reſtitutione, num. 57.

Sed auctor id non probat, ibidem.

Octauò fallit, quando clauſulis importantibus facultatem alienandi addita eſſent verba quod ſcilicet diuidentes de rebus diuiſis facere poſſent quicquid ſibi placeret, numero 58.

Nonò fallit, quando diuiſio facta eſt à teſtatore inter hæredes ſuos, quia tunc euicta re ob conditionis euentum, cohæres de euictione non tenetur, nu. 59.

Contrarium habetur, num. 60.

Sed prior ſententia probatur, num. 61. quæ.

Primò ampliatur procedere, quando hæredes ipſi diuiſerunt hæreditatem paternam, num. 62.

Secundò ampliatur etiam habere locum, quando euictio cauſatur ex facto, & ordinatione teſtatoris; num 63.

Primò ſublimitatur, quando defunctus hæredes plures inſtituens, inter eas æqualiter hæreditatem diuiſit: nam ex eo quod inter illos æqualitatem ſeruare viſus eſt, datur euictionis actio, num. 64.

Intellige niſi conſtet patrem vni plus relinquere voluiſſe, quam alteri, num. 67.

Secundò ſublimitatur, quando culpa cohæredis res eſſet euicta, num. 68.

Tertiò ſublimitatur in diuiſione facta pro iure legitimæ, ac Trebellianicæ: quo caſu præſtatur euictio, nu. 69.

Decimò fallit, ſi caſus ſucceſſionis ſuperueniat in alterum ex diuidentibus, qui vt agnatus excludat hæredem alterius vt puta filiam incapacem, nu. 70.

Ampliatur quoque procedere, ſi in diuiſione promiſſum fuerit de euictione dummodò acquirens ſciret, rem eſſe oneri fideicommiſſi, vel emphyteuſis ſubiectam, n. 71.

Declaratur, vt n. 72. & 73.

Vndecimò fallit, vt non poſſit de euictione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum agi per eum, qui poſteà ſuperuixit ſolus; licet tempore diuiſionis contrariũ accidere potuerit, n. 78.

Duo-

Digitized by Google

Duodecimò fallit, quando ſpecialiter eſt prouiſum, quòd non teneatur de euictione, n.79.

12 *Æqualitatis ſeruandæ cauſa, plura ſtatuta ſunt in iure.*

15 *Euictionis ſimplex promiſſio intelligitur ſecundum quod eſt de natura actus, ſuper quo interponitur, & ideò non debetur, quando procedit ex natura rei, aut ex facto auctorum poſſeſſoris, num.16.*

18 *Euictionis promiſſio cenſeri non debet facta aduerſus ſe ipſum, quando alia capi poteſt interpretatio.*

65 *Euictionis actio conceditur in omnibus illis caſibus, in quibus pro legato ſpeciali hæres tenetur de euictione.*

Et datur in prælegatis factis cauſa æqualitatis ſeruandæ inter cohæredes, num.66.

74 *Fideicommiſſarius emens rem fideicommiſſo ſubiectam purificata conditione, agit ad pretium.*

75 *Alienans emphyteuſim non excluditur à futura ſucceſſione illius emphyteuſis, & partis venditæ.*

76 *Agens tanquam hæres fideicommittentis, vt faciat ſe declarari dominum reſpectu bonorum per fratres poſſeſſorum, & inter eos diuiſorum, non excluditur exceptione quem de euictione tenet actio, &c.*

77 *Res, quando euincitur, quæ à re vendita deſcendit, non tamen venditionis tempore erat in rerum natura, non debetur euictio, veluti fructus agri.*

88 *Stipulationes de euictione in inſtrumentis diuiſionum, licèt regulariter apponi ſoleant, tamen intelliguntur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur ſtipulatio.*

81 *Euictio tunc debetur in diuiſione, quando aliunde prouenit, quam ex natura rei.*

82 *Euictionis ſtipulatio vt non obeſt, debet eſſe ſpecialis in caſu euictionis, reſpectu fideicommiſſi.*

83 *Euictio in fideicommiſſo tunc debetur, quando fideicommiſſo fuit renunciatum.*

Non tamen officit, quando ſtipulatio eſt perſonalis, numero 84.

85 *Pacta non egrediuntur perſonas nominatas.*

Et de ſui natura debent reſtringi, & non ampliari, numero 89.

Neque valet pactum de defendendo rem alienam diuiſam, & de non contrauenìendo, ibidem.

87 *Euictio rei venditæ, quæ fratri contingit in diuiſioni facta cum pacto, quod quiſque in dicta diuiſione ſentiat damnum, & incommodum, prout in caſu, in quo ſequitur euictio, intelligi debet de ea, quæ euenit tertio, & non à venditore.*

Vnus ex hæredibus poteſt contrauenire contractui proprio diuiſionis, & euincere rem fideicommiſſo ſubiectam ex ordinatione teſtatoris: licèt non ex perſona propria. ibidem.

88 *Minor non reſtituitur, qui fideicommiſſo reciproco renunciauit, ſi fratres quoque renunciarunt.*

Et de ratione ibidem.

Extende idem procedere, ſi in diuiſione minor promiſerit de euictione, num.89.

90 *Euictio non debetur, in diuiſione bonorum fideicommiſſi, ſeu feudi, ſi à tertio vni conferatur.*

91 *Euicta re tradita ex cauſa diuiſionis re integra, qualiter ſit præſtandum.*

Quæſt. CXIV.

EMenti, ſeu acquirenti bona fideicommiſſaria, hac oneri ſubiecta, quando debeatur euictio, dictum fuit.

Nunc autem quæro, quid reſoluendum, vbi inter fratres reperitur facta diuiſio rerum communium, & vni ex ſocijs res in partem obuenta fuerit ſibi legitimè ab aliquo euicta iure dominij, vel ex cauſa pignoris.

1 Et quidem euictionem deberi dicendum, etiamſi non fuerit promiſſa *Gloſ. in l. hæredes, §. item curare, ff. famil. hercisc. Azo. in summ. Cod. eod. tit. num. 31. Doctores, in lege ſi fratres, Cod. de commun. vtriuſq. iudic. Bald. Alberic. Caſtrenſ. & alij in leg. ſi familiæ, Cod. famil. hercisc. Roman. conſ. 457. Alexand. conſil. 30. numer. 7. lib. 6. Scriben. in lege qui Romæ, §. duò fratres, vbi Rip. numer. 97. ff. de verbor. obligation. Petr. de Vbald. in tractas. de duob. fratrib. part. 8. quæſt. 22. numer. 23. Lambertcng. de contract. cor. qui ſine certa ſolemnitat. Gloſs prima, numer. 35. in fine. Caballin. de euict. §. 4. numer. 51. Franc. Becc. conſ. 24. numer. 9. Gabriel. conſil. 90. num. 42. lib. 1. Caball. conſ. 145. num. 296. & 298. Menoch. conſil. 87. num. 92. Surd. conſil. 311. num. 26. libr. 3. Mantic. de tacitur. & ambig. conuention. volum. primo, fol. 425. numer. 17.*

Ratio eſt, quia diuiſio eſt ſimilis permutationi, *l. communi diuidundo, §. ſi debitor, ff. commun. diuidun. leg. cum pater, §. hæreditatem, & §. euictis, ff. de legat. ſecunda, & vtrobique Bart. Bald. & Caſtr. poſt gloſs. & Cyn. & permutatio ſimilis eſt emptioni, lege ſciendum, §. emptorem, ff. de ædil. edict.* ideò euictio debetur prout in contractu permutationis, & emptionis; etenim diuidentem æquiparat emptori etiam 2 *Iacob. de Aren. in dict. lege qui Romæ, §. duo fratres, & Franc. Viu. deciſ. 34. numer. 24. poſt Decian. conſil. 241. viſo puncto numer. 1.* quamuis ſecundum *Bart.* differant inter ſe emptor, & diuidens, licèt non in totum *Peregrin. conſil. 66. numer. 9. libr. 3. & conſil. 92. numer. 19. libr. 1.* ſuper quo videndus eſt etiam *Ioan. Pap. libr. 14. titul. 4. Areſt. 3. & Iaſ. in §. quadam num. 50. Inſtit. de actio.*

3 vel etiam dici poteſt, quod diuiſio eſt receſſus à communione, & portio, quæ pro diuiſo vni aſſignatur, loco portionis ſuccedit quam prius pro indiuiſo poſſidebat cum Titio. Vnde ſi re ſibi euicta actio non competeret de euictione, partem non haberet, quæ ſocietatis iuri ſibi debetur; & ita ſocietas ad iniquam conditionem redigeretur, iuxta quæ ſcripſit *Menoch. de præſumpt. libro 3. præſumpt. 118. num. 17. quem ſequitur Peregrin. de fideic. art. 52. ſub num. 53. in fine.*

Quod procedit, ſiue diuiſio fiat extra iudicium per partes, ſiue in iudicio per iudicem, dicta *leg. ſi familiæ, vbi Gloſs. Bartol. Bald. Paul. de Caſtro, & poſteriores*; quia factum iudicis ſupplet factum partium, *leg. ſi plus, vel minus, §. ſi iuſſu, ff. de euict. leg. ſi ob cauſam, C. eod. optimè Peregrin. de fideicomm. art. 52. num. 54.*

Pro huius tamen quæſtionis enodatione diſtinguo duo caſus.

4 Primus eſt caſus, quando diuidentes ignorarunt rem eſſe alienam, vel fideicommiſſo obnoxiam: nam ignorantia excludit præſumptionem omnem mutui periculi in rebus diuiſis ſuſcepti, *leg. ſi per errorem, ff. de iuriſdict. omn. iudic. leg. mater decedens, ff. de inoffic. teſtam. & leg. non eſt ferendus, ff. de tranſact. Bartol. & leg. ſcribentes omnes in d. leg. ſi familiæ, Cod. fam. hercisc. Alexand. conſ. 21. in ſecundo dubio libro quinto. Bero. quæſt. 65. Beccan. conſil. 24. numer. 34. & ſeq. Menoch. de præſumption. libr. 3. præſumpt. 118 numer. 16. Borgnin. Caualcan. de vſufruct. numer. 100. Turret. conſ. 83. num. 2. & ſeq. libr. primò, Peregrin. de fideic. dict. artic. 52. numer. 56. & 65. in fine Fachin. controuerſiar. iur. lib. 6. cap. 68. Coſta de ſcient. facti, & ignor. centur. 1. diſt. 33. num. 1.*

5 Ampliatur procedere, etiam quando frater, cui fideicommiſſi bona obuenerunt, ſciebat ea eſſe fideicommiſſo ſubiecta; ſed ignorabat alia fratribus obuenta libera eſſe; quinimo putabat, & illa fideicommiſſo ſubiacere, quo in caſu agere poterit de euictione: quia ceſſat ratio mutui periculi, per quam inter ignorantes locum habet

euictio:

euictio; & ſimiliter ceſſat ratio,quod ſibi imputet frater,
ſi accepit bona grauata,& ſibi de euictione non cauit: ſi-
cuti hanc rationem conſiderari inferius dicetur,ad exclu-
dendam euictionem, vt habetur per Becc conſil.24.nu.35.
& Peregrin.d.art.52. num.67.
6 Secundus eſt caſus,quando affuit diuidentium ſcientia,
rem eſſe alienam, aut conditionibus effectam: quia, vbi
in parte vnius obueniunt allodia, & in partem alterius
bona fideicommiſſaria euictionis non datur actio ita Bal.
in d.l.ſi familiæ ſub num.9.vbi quærit, quod in diuiſione
vni fratri obuenit allodium, alteri feudum; hic deceſſit
relicta filia fratres ſuperſtes petit feudum, an obſtabit ſibi
exceptio diuiſionis, vel de euictione, & reſpondet poſt
Guid.de Suzar.quod non; quia rem aduocat pro ſui na-
tura: & ex facto auctorum ipſius filiæ poſſeſſoris feudi;
7 quibus caſibus euictio præſtatur: nec tenebitur facere
8 partem de allodijs, quæ iure ſuo poſſidet. Item, quia
rite, & legitimè facta fuit diuiſio, & ſic reſidet: & ibi ſe-
quuntur Salycet.& Paul.de Caſtr.Curt.ſen.conſ.49. ſub nu-
mer.79. verſ.ad decimum, & Collegium Bononien. conſ.51.
ſub numer.42.Decian.conſ.411.num.4.Ruyn.conſ.11.num.12.
lib.1.Socin.iun.conſ.119.libr.3.Bero.conſ.108. in vltimo du-
bio lib.1. vbi quod nihil petere poterit, quia ſocius iure
optimo poſſidet Menoch. d.conſ.87. numer.85. lib.1.& de
præſumpt.lib.3.præſumpt.118.num.15. ex authoritate Alex.
Rip.& Alciat. quod adeò verum eſt,vt diuiſio non retra-
ctetur,etiam prætextu læſionis Anton.Fabr.de error.prag-
ma.decade 8.error.5.nam diuidens poterat æſtimare fidei-
commiſſi conditionem non euenturam. Item, qui vbi
res pro ſui natura acceptori cognita euincitur, ceſſat eui-
ctionis ratio, & quia eligendo, ſeu acceptando in par-
tem ſuam res conditionatas, illas cum ſuis cauſis ſciens
accepit: ita quod vti non poſſit exceptione doli, arg.no-
ta.per gloſ.in d.leg.familiæ, C.famil.herciſc.vbi Bald.num.7.
Alexand.conſ.21.num.6.& 7.lib.5.Ruyn. conſ.42. num.19.
lib.1.& conſ.146.numer.3.eod.lib. Aretin.conſil.3.in princ.
Cranett.conſ.211.num.6.& ſeq. Peregr.de fideicom.art.52.
numer.69. Seraphin. deciſ. 1275. numer.4.eſt text.in l.4.§.
& hic ſubiungi,ff.locati. Non enim ſcienti dolus infertur,
l.cum donationis,C.de tranſact. idem probauit Salyc.in d.l. ſi
fratres, & in l. ſi fundum ſciens C. de euict. & in fideicom-
miſſarijs præmiſſas deciſiones adducendo expreſsè deci-
dit Ruyn.d.conſ.146.numer.3.libr.1. & conſil.7.numer.18.
lib.3.vbi expreſsè ait, quod hoc prætextu qui ſciens in
ſuam portionem bona fideicommiſſaria accepit, non
poteſt retractare diuiſiones per tex.in d.l.ſi fratres,& in l.
fundũ ſciens: Ruyn.d.conſ.146.n.2.& conſ. 92. nu.29. lib.3.
Grat.in d.l.qui Romæ,§.duo fratres n.77.& 78.& Ripa n.99.
Cranetr.d.conſ.211.num.7.Bero.cõſ.41.nu.28.& 48.& conſ.
108.in vltimo dubio lib.1. expreſsè Becc.d.cõſ.24.per tot.&
9 præſertim n. 34. vbi nec dari euictione actionẽ concludit:
pro tali intereſſe: nec pro pretio, in eodem caſu Rol.conſ.
51.per tot.lib.4.Dec. conſ.41.n.163.lib.1. Tiraq.de retractu
conſang.§.1.gl.9.n.35.Peregr.Fachin.Caualc.& Magon. vbi
infra,verſic.Ampliatur etiã,in fine: quicquid ſit in empto-
10 ore, cũ non omninò ſimilis ſit ementis,ac diuidentis cauſa,
ex dictis ſupra per Gl.in d.l.ſi familiæ: nã diuidentes res fi-
deicommiſſo ſubiectas mutuum ſuſcipiunt periculũ Pere-
grin.conſ.93.col.pen. & vlt.lib.1. vbi ſic iudicatum teſtatur
Tarniſij,& Venetij,& conſ.98.nu.1.in fine lib.5.Motor. conſ.
83. num.16. & ſeq.
11 Contrarium,quod pro contingenti portione etiã data
ſcientia fideicõmiſſi detur euictionis actio,tenuerũt Alex.
in d.l.qui Romæ,§. duo fratres nu.34.& ibidẽ Alc.n.33. ff.de
ver.oblig.idem Alc.in reſp.33.nu.5.& reſp.138.nu.3. in fine
Burſat.conſ.173.n.19.lib.2.Peregr.conſ.19.n.47. lib.4. vbi
ait ita ſæpè fuiſſe deciſum,& conſ.70.n.5.& ſeq.lib.5.Menoc.
conſ.87.n.84.& infra lib.1.& d.præſump.118.n.15.Surd. in
tract.de alim.tit.9.q.11. n.29. vbi dicit Senatũ Mantuanũ,
etiam data ſcientia fideicommiſſi, ſecũdum hanc opinio-
nem iudicaſſe,& Caualcan.deciſ.36.n.9.in fine part.1.
12 Ratio adducitur, vt euitetur inæqualitas inter fratres,
proper quã euitandam plura ſtatuta ſunt, tam in legibus,
quã in Doct.reſponſis,vt per Ruyn.conſ.122.n.7.lib.2.Pa-
riſ.conſ.2.n.27.lib.3.Goz.conſ.58.n 15.Soc.iun.conſ.147.n.4.
lib.2. Tiraq.latè de iure primog.q.4.n.5. & ſeq.Men.d.conſ.
87.n.86.Surd.d.q.11.ſub n.25.in fin.& Peregr.d.conſ.70.n.5
13 Sed primã opinionẽ cum Bec.ac cęteris relatis nouiſſi-
mè quoq; tenuit Coſta de facti ſcient.& ignor.diſt.32.cent.1.
n.2.Fac.cõtr.iur.l.6.c.68.ver.ãplius generaliter.Quę retẽta.
14 Primò ampliatur procedere, etiamſi generaliter de e-
uictione promiſſio acceſſerit, ita poſt Riccard. Guid.de
Suzar.& Cyn.voluit Bar.in d.l.ſi familiæ, & in ſpecie Paul.
de Caſtr.ſequens dicta Bald.& Salyc.quod mirum non eſt,
ex quo tacitè ipſo iure obligatio de euictione ineſt in
contractu diuiſionis, cuius expreſſio generaliter facta ni-
hil magis operatur,per regulam, l.non rectè, C.de fideiuſſ.
& in l.3.ff.de legat.1. hoc idem expreſsè decidit. Alex.d.
conſ.21.col.3.lib.5.verſic.Tertio principaliter,vbi appro-
bat dicta Baldi, & Salyc. & intelligit,quando etiam facta
15 fuiſſet generaliter promiſſio de euictione:nam,vt ipſe in-
quit numer.6. ſimplex de euictione ſtipulatio intelligi
debet ſecundum quod eſt de natura actus ſuper quo inter
16 ponitur,l.ſi ſtipulatus,ff.de vſur.ideò non debetur euictio,
quæ procedit ex natura rei, aut ex facto auctorum poſſeſ-
ſoris.Idem reſponderunt Ruyn.conſ.11. num.11. & conſil.
146.num.3.lib.1.conſ.137. num.2.& conſ.152.n.10. lib.2.
conſ.7.num.18.& conſ.92.n.29.lib.3. Cephal.conſil.731.nu.
14.& ſeq.lib.5.Crot.in l.qui Roma, §.duo fratres nu.78. vbi
etiam Alciat.n.37.& Leon.n.313.ff.de ver.oblig.clarè. Soc.
iun.conſ.119.num.16.libr.3.Rol.conſil.34.n.81.lib.4.et conſ.
51.n.19.eod.lib.Becc.dicto conſ.24.n.31.et 32.Decian.conſ.
41.n.163.lib.1.Menoc.conſ.322.n.28.lib.4.& dict. præſump.
118.n.12.& ſeq.Peregr.de fideicom.dicto art.52.nu.60.66.
67.et 69. et conſ.93.n.12.et ſeq.lib.1. vbi loquitur etiamſi
verbis vniuerſalibus facta ſit promiſſio,ſequitur Hier.Ma-
17 gon.in deciſ.Lucen.7.n.39.41.et ſeq.Facb.libr.6.controuerſ.
iur.cap.68.in octaua concl. Borgn.dec.11.num.43.et ſeq.p.2.
cuius ſententiæ rationes habentur penes prædictos, &
præſertim ea aſſignatur, quia euictionis promiſſio intel-
18 ligi debet rebus ſic ſtantibus, l.quod ſeruus, ff.condit.cauſa
data;& ſic, niſi eueniat euictionis caſus.
Item, quoniam cum euictionis promiſſio referri poſſit
ad euictiones extraneorum, quę ex natura proueniunt,
intelligi non debet quoad perſonas diuidentium, etiam
quod ſermo ſit generalis, quia in generali ſermone non
19 includitur perſona loquentis,l.1.ff.de Sena.leg inquiſitio,
C.ſolut. nec minus euictionis promiſſio cenſeri debet fa-
20 cta aduerſum ſe ipſum, cum renunciatio iuris proprijs
non pręſumatur,quando alia capi poteſt interpretatio,l.
cum de indebito, §.vltimò, ff.de probat.c.ſuper hæc extr.de
renunciationib.
21 Contrarium probarunt Aleiat.d.§.duo fratres num.36.
Becc.d.conſ.25.n.34.Menoch.conſ.87.n.85.& de præſumpt.
lib.3.præſmpt.115.n.20.& præſum.118.n.15.
Secundò ampliatur, vt nec ad pretium agi poſſit, vt
prædixi,ex Becc.d.conſ.24.n.34. et 38 Bec.conſil.411. in fi.
n.4.vbi Adden.alios citant Rol.d.conſ.51.lib.4.Ruyn.conſ.7.
n.18. & ſeq.lib.3.Aym.conſ.211.n.6.& 7. Alc.in d.§. duo
fratres n.36.in fine Menoc.de pręſump.lib.3.pręſum.118.nu.
14.Peregr. de fideic.art.52.nu.57.& ſeq.& num.61.62.&
68.penes quos cæteri habentur.
22 Ratio eſt,quia ſibi imputatur,ſi ſciens in ſuam portio-
nem recepit bona fideicõmiſſo ſuppoſita,d.l ſi fund.ſciens
§.vlt.ff.loc.vbi dicitur,nec pro æſtimationem euict.dari.
23 Tertiò ampliatur fortius procedere, quando ſumus in
caſu, in quo is, accepit bona fideicommiſſi, id fecerit,
quia in præſenti eſſent vtiliora, ita vt voluerit illam vtili-
tatem compenſare cum periculo futuri euentus, arg.l.de
fideicom.C.de tranſact.in ſpecie Alciat. in d.§. duo fratres,

X num.

num.24.verſ.quæ ſententia, & mihi placet, quem ſequitur *Menoch.de præſumpt.lib.3 præſum 118 ſub n.15 in fine, verſ. Quattamen, Peregrin.de fideicom.art.52.ſub num.69 in fine, verſ.at ſi acceptor.*

34 Quarto ampliatur, vt prætium non debeatur, etiamſi diuiſio fiat iudicialiter; quia licet ab inuito facta ſit, *l. inter ſtipulantem, §.1.ff de verbor.obligat.* nihilominus, cum ſciret rerum conditiones, & poterat proteſtari in caſu euictionis, ſibi ſalua fore iura ſua pro indemnitate pro portione aduerſus cohæredem, & non fecerit, & res ſimpliciter acceperit, conſenſiſſe videtur, & ſibi præiudicat, ſecundum *Salycet.in d. l. ſi familiæ colum. fin.* vel grauatus poterat appellare, *l.arbitrio, ff.qui ſatiſdare cogant.* non appellando conſenſiſſe, cenſetur ex notatis per *Peregr. d. art.52 num.59.Vin deciſ.34.num.24.*

25 Quintò ampliatur, vt locum habeat, etiamſi ex coniecturis tantum appareat inter ipſos actum, vt de euictione teneatur, etiam quòd illa ſequeretur ex natura ipſius rei *Alciat. conſ.137. ſecundam impreſſionem Lugdonenſem*, & ſecundum impreſſionem Venetam *conſil. 36. incip. prima facie, fundata ſub num 39. verſ.fortius lib.8.* vbi vult, probabilem coniecturam eſſe, quando alias induceretur ma-
26 nifeſta læſio, vt quia bona fuiſſent per æſtimationem cuilibet fratrum aſſignata, nam tali caſu præſtanda eſt euictio: & ibidem rationes adducit *Burſatt.conſil.173.nu.31. ad 45.lib.2.* vbi octo coniecturas enumerat, vt & *num.26. & ſeqq.lib.2.*

27 Primò fallit, quando alterata eſt natura fideicommiſſi, vt quando data eſt facultas alienandi inter diuidentes: quia, ſi vnus alienauit purificata conditione fideicommiſſi, pretium eſt reſtituendum *Bart.in d.leg.qui Romæ, §. duo fratres quæſt.8.& ibidem Alexandr.num.58. Iaſ.num. 113.Claud.Aquen.num.38.Rip.num.84.Alciat.numer. 31. Socin ſen.qui de communi teſtatur, num.127.Bart.in d. leg.ſi fundum per fideicommiſſum, & ibi Angel.Paul.de Caſtro.Iaſ. & alij, ff.de leg.1.Bart.in l.cum proponas, la prima num.1.C. de pact.Zuecard.in l.1.num.60.C.eod.Alex.conſ.189.nu.10. lib.2.& conſ.8.nu.6.& 8.lib.5.Corne.conſ.340.num.2.lib.1. & conſil.144 num.13.lib.3 Socin.ſen.conſ.43.poſt princ.lib. 4.Grat.conſ.60 num.10.& ſeq. lib.1.Ruyn. conſ.99. numer. 11.lib.4.Pariſ.conſ.46.num.26. & ſeq.lib.2. Bero.conſ.130. num.15.libr.1.& conſil.85. num.4. lib.2. Curt.iun. conſil.4. numer.22.& 23.numer.7.Alciat.conſil.577. num.1. Aym. conſil 24.num.8.& ſeq.Alba. conſ.74.in fin. Iacob. Berrett. conſil 94.num.1.Cephal.conſil.296. num.23. & conſil.371. num.25.& 31.Thob. Non.conſil.41. Chriſtophor. Torniol. conſ.26.ſub num 76.verſic. quarto reſpondetur & verſicul. quinto reſpondetur.* Vbi tenet hoc procedere, ſiue aliena-
28 tio ſit inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem facta, *Rolan.conſ.54.num.14.lib.3.& conſ.33.num.86.lib.4.Petra de fideicom.quæſt.14 numer.68.* vbi teſtatur de communi opinione *Peregr.de fideicom.d.art.52.num.47.* vbi de communi, & ita iudicatum teſtatur *Borgnin deciſ.36.nu.13. & num.33.part.1.*

Probatur hæc ſententia per *text. in d.leg. ſi fundum per fideicommiſſum, ff.de leg.1.* & alia iura, vt per prædictos Doctores.

29 Sed contrarium, quod pretium nequaquam ſit reſtituendum ab altero, in cuius perſonam purificata eſt fideicommiſſi conditio, reſponderunt *Socin.ſen.conſil.43. nu. 29.verſ.Quantum lib.4.* vbi loquuntur in reciproco fideicommiſſo. *Curt.ſen conſ.64 col.penult.Ruyn conſil 144.nu. 19.& conſ.152.num.8.9.& 10.lib.2.Gratian. d.conſ 60. nu. 11.& 21.lib.1.Crouet.conſ.237.in fin.Paneirol conſ.54.num. 57.& ſeq.Gabr.conſ.125.num.18.lib.1. Menoch.conſ.87.nu. 53.lib.1.& dicta præſumpt.115.num.55. Hond.conſ.33. nu. 87 lib.1.* qui pariter loquitur de fideicommiſſo reciproco, vt & *Gabr.vbi ſupra Barz.deciſ.96. numer.27.Intrigl.de ſubſtit.quæſt.92.num.47.*

Retenta prima relata ſententia;

30 Declaratur præſertim procedere, quando diuidentes ignorabant fideicommiſſum, quia emptor licèt ſit tutus ex licentia alienandi data; tamen pretium erit reſtituendum *Ruyn.d.conſ.152.num.10.lib.2.Cephal. conſil.371.nu. 4.& ſeq.lib.5.Rol.conſ.24 nu 81.libro 4. Menoch. conſ.327. num.28.lib.4.*

31 Primo ſublimitatur dicta fallentia, ſeu limitatio, vt locum non habeat, quando alienandi facultas fuiſſet conceſſa ex voluntate, quia tunc pretium non eſſet reſtituendum, ſeu reſeruatum: ſecus quando alienandi facultas eſ-
1 ſet conceſſa ex neceſſitate Scribentes in *d.l.ſi fundum, ff.de leg.1.præſertim Petrus Bellapert. Ang. Caſtrenſ. & Iaſ.* qui dicit communem *Soc.ſen.conſ.43.num.19 lib.4. Ruyn.conſ. 112.num 10.& 11.& conſ.144 ſub.n.20.lib.2. Grat.d.conſ. 60.num.23.lib.1.Gabr.d.conſ.125. nu.18.libr.1.Dec.conſ.3. num.126.lib.1.Menoch.conſ 87. num.35. lib.1.*

32 Secundo ſublimitatur, quando diuidentes ſibi inuicem remiſiſſent omne ius, omnemque actionem; vel dixiſſent, quod nullam actionem ſibi reſeruabant: quoniam ex his verbis colligitur, quod voluerint, & pretium remittere, *Grat.conſil.60.num.13 lib.1 Bero.conſ.130.num.2.conſ.131. num.6.lib 2.*

33 Tertiò ſublimitatur, quando data extitit licentia alienandi hæredibus, & ſucceſſoribus *Crot. in d. l.qui Romæ, §. duo fratres num 133.& ſeqq.& conſil.283.num.7. & ſeqq. Pariſ.conſ.71 num.35.& infra lib.3. Bero.q.3. ſub num.34. conſ.85.nu.5 & conſ.230.nu.32.lib.2. Menoch.conſ.323.nu. 15.lib.4.Borgn.deciſ.36.nu.15.Gratian.diſcept.lib.2.c.234. num.23. & ſeqq.*

34 Quartò ſublimitatur, ſi licentia concepta eſſet verbis vniuerſalibus, & valde prægnantibus, ex quibus colligatur & pretium fuiſſe remiſſum *Ruyn.conſil.119. num.21. lib.2. Bero.conſ.130.num.32.lib.2. Menoch.d. præſumpt.115. ſub num.56.verſic.Conciliari, Honded.conſ.33. numer.57. lib.1. Borgn.d.deciſ.36.num.15. part.1.*

35 Secundò fallit ſuperior firmata concluſio, vt non procedat, quando fratres ignorabant inter eos conſtitutum fuiſſe fideicommiſſum, quia tunc, is cui bona fideicommiſſi obtigerunt, de euictione agere poteſt *Bart. & alij in d.l.ſi familiæ, Cod.fam.herciſc. Alciat.in d. l.qui Romæ, §. duo fratres ſub num.36.verſ.Rurſus procedit, ff.de verb.oblig. Alexand.conſ.121. in ſecundo dubio libr.5.Becc.d.conſil.24. numer.34.& ſeq.Menoch.d. præſumpt.118.numer.16. Borgnin.de vſufruct.numer.100. Peregrin. de fideicom.d.art.52. num.56.& 65.in fine. Fachin.controuerſ.iur. libr.6. cap.68. quæſt.95.Coſta de ſcient. fact.& ignor.cent.1.diſt.33. num. 1.& 4.*

36 Ampliatur hæc fallentia vt locũ habeat, etiamſi frater cui obuenerunt fideicommiſſi bona, ſciebat ea eſſe conditionata, & fideicommiſſo ſuppoſita, ſed ignorauit alia bona fratribus obuenta eſſe libera, cum putaret illa eſſe fideicommiſſo obnoxia quia poterit de euictione agere: etenim ceſſat ratio mutui periculi, præterquã inter ignorãtes habet locũ euictio: & ſimiliter ceſſat ratio, quod ſibi imputet frater, ſi accepit bona grauata, & ſibi non cauit de euictione obligari: quã rationem in ſpecie conſiderat ad excludendam euictionis actionem *Becc.d.conſ.24.num. 35.& Peregrin.d.art.52.num.67.*

37 Tertiò fallit, quando diuidentes expreſsè promiſerunt de euictione ratione fideicommiſſi, quia tunc fideicommiſſuo remiſſum cenſetur ſic *Alciat. in d.l. qui Romæ, §. duo fratres n.37.ff.de verb.oblig Rol.conſil.34.numer.91.& conſ.51.num 19.lib.4.Becc.dict.conſ.24.ſub num.37. verſic. ſecundo reſpondeo Menoch.dicta præſumpt.118. numer.13. Surd.conſ.70.num.17.lib.1.Borgnin.dicta deciſ. 36.num. 33. part.1.Petra de fideicomm. quæſt.14. numer.49. Curt. ſen. conſil.63. ſub numer.19.Decian.conſil.87.numer.85. libr.3. Roman.conſil.457.ſub num.2.vbi Addent. Socin.ſen. conſil. 31.num.*

Digitized by Google

31.num.7.lib.4.Curt.iun.conſ.49.num.13.Grat.conſ.26.nu. 37.lib.2.Pariſ.conſ.71.num.9.& 10.lib.3.Cephal.conſ.430. num.51.lib.3.Burſat.conſ.237.n.3.lib.3.vbi de communi, & conſ.86.num.16.lib.1.Crot.conſ.335.num.8.lib.3.Neuzan. conſ.31.num.14.Rimin.iun.conſ.204.numer.39.lib.2. Alba conſ.311.num.7.Bertazzol.conſ.ciuil.75.num.7.& 8.Oſaſch. deciſ.Pedem 112.num.17.Ioſeph Ludou.deciſ Peruſ.19.part. 1.Caualcan.deciſ.36.num.19.part.1.Ceſ.Barz deciſ.96.num. 38.Ant.Gabr.de fideicommiſſ.concluſ.1.num.39.Maſcard.de probat.concl.776.num.13.lib.2.

Mouentur iJ ea ratione,quia quando fit promiſſio ſimpliciter de euictione facta cenſetur promiſſio euictionis ex quacunque cauſa, res euincatur,& per regulam leg. vendicantem,ff.de euict.

Contrarium, quod per promiſſionem de euictione non cenſeatur fideicommiſſo renunciatum, & per conſequens eo purificato nulla detur euictionis,actio cenſerunt Gulxel.de Cun.in dicto §.duo fratres, & ibi Guid.de Suzar. Ricard.de Salyc.Cyn.Bart.ſub num.10.verſ.quarto dicit Bal. Salycet.Fulgoſ.Alex.num.33.Rip num.79.Alciat.ſub num. 36.Crot.num.77.Ioan.Bolognett.ſub nu.206. verſ. limitatur ſecundò. Alexand.dict.conſ.21.libr.5 Curt.ſen.conſ.49.num. 71.& 79. Signorol. de Homodc.conſ.127.numer.4.& 5.& conſ.189.num 5.Dec.conſ.411.Soc.ſen.conſ.31.num.6.lib. 4. Gratian.conſ.29 num.37.lib.2.Ruyn. conſil.11. nu.12.conſ. 146.num.2.lib.1.Socin.iun.conſ.116.num.13.conſ.128. num. 131.& ſeq.lib.1.& conſ.116.lib.3.Crauett. conſ.24. num.1. & 4.& conſil.211.num.7.Rolan.conſ.51.numer.10.12 & 19. & conſil.67.lib.4. Decian.conſil.41.numer. 158.& 159.& conſil.52.num.26.lib.1.Simon de Pret. conſil.137.num.95. Peregr.d.art 52.num.69. qui dicit ita communiter teneri Menoch.dicta preſumpt.115. num.12.& ſeqq.& numer.16. Petra de fideicom.quæſt.14.num.35.& ſeqq.& numer.392. vbi pariter de communi teſtatur Magon. in deciſ. Lucen.5. num.42.vſque ad finem. Rota deciſ.624.numer.6.part.2.in recentior. quia vt ibidem dicitur, talis promiſſio non includit litem quæ prouenit ex natura bonorum, & ex diſpoſitione communis authoris; ſed aduertēdū, quod Doctores ſuperius vltimo loco relati negant fideicommiſſi remiſſione, quando expreſse promiſſio non fuit facta in caſu,ſeu ratione fideicommiſſi ſed ſimpliciter,vt in ſpecie videre eſt penès Peregrin.d.nu.69.Rotam & alios proximè relatos, qui propterea ſtant potius pro hac noſtra ſententia.

At nos loquimur quando expreſsè in dictum caſum facta fuit promiſſio.: & ideò retenta fallentia, declaratur non procedere, quādo res euinceretur per eum,qui promiſit de euictione, vel eius hæredem; & quia] tunc obſtaret exceptio l. vendicantem, de euict.

38 Quartò fallit, quando eſt clauſulis in teſtamento diuiſionis inſertis amplis, & generalibus, vel vniuerſalibus dici poſſet fideicommiſſum remiſſum, vt quando diuidèntes remitterent iura quomodocunque competentia, & competitura, præſuppoſita ſcientia fideicommiſſi Dec. conſ.287. num.16.Ruyn.conſil.119.num.18. lib.2. cum alijs per Peregrin.dicto art.52.num.32.& 33. Bero.conſil.130. num.32.lib.2.Honded.conſil.33.num.57.lib.1.Menoch.dicta preſumpt.115.ſub numer.56 verſic.Conciliari Borgnin.deciſ. 36.num.15.par.1.Rol.a Valle conſil.34.num.80.lib.4. Caph. conſ.430.num.51.lib.3 Bero.conſil.130.nu.22.& conſ.131. numer.6 lib.2.

39 Quinto fallit, quando expreſsè legeretur fuiſſe remiſſum fideicomiſſum, quo caſu vtique de euictione agi poſſet, l.ſi familiæ, ibi, ſi mihi in contrarium eſt conuentum C.famil.hercìſc.vbi Gloſ. fin. ita interpretatur, quam ibidē ſequuntur Bar.Ang.Caſtr.& communiter Doct.Anton.Gomeſ.de contract.cap.2.num.34. vbi citat Bald & Ang.in l. non dubitatur,C.de euict.Rebuſ.ad Conſtit. Gall tit.de dilat. art.5.gloſ. Vnica numer.54.Iaſ.conſil.211.verſic.Item, quæ conuenit libr.2.& in l.ſtipulatio iſta habere numer.11.ff. de verb.oblig.

40 Contrarium tenuit Magon.in deciſ. Luc.7.n.39.in fine.

41 Primò ſublimitatur præcedens fallentia, niſi is, a quo fuit res euicta in bona fide exiſtat,& alij in mala: quia ſciebant rem eſſe alienam; & ideò conuenerunt ne de euictione tenerentur; quoniam deceptis ſuccurrendum cenſeo.

42 Secundò Sublimitatur non procedere, quando fideicommiſſo partes renunciare non poſſent,vt,quia in teſtamento adſit prohibitio tacita reſultans ex ſubſtitutione; vel etiam expreſſa a teſtatore appoſita; quia clauſulæ importantes renunciationem nihil operantur ſecundū Purpur.in l.1.ſub n.12.verſ.& Bar.debet intelligi,C.de pact.Caphal.conſ.296.num 24.& infra lib.2.Odd.conſ.49.num. 19.

43 Tertio ſublimitatur, vbi ex inſtrumentis poſtea factis diuidentes non habuiſſent fideicommiſſum pro renunciato; quoniam & tunc per clauſulas prædictas dici non poſſet fideicommiſſum remiſſum Simon de Pretis de inter. vlt.volunt.fol.373.ſub n.10.circa finem.Sicut è conuerſo,ſi in præcedentibus recuſatum eſſet fideicommiſſum, quod etiam cenſebitur reſeruatum in poſteriori diuiſionis inſtrumento; licèt aliàs ex clauſulis de quibus ſupra, diceretur illi renunciatum Crot.in l.qui Romæ, §.duo fratres n.54. ff.de ver.oblig.Odd.d.conſ.49.num.26.

Sed contra tenuit Cephal.conſil.522.numer.55.vſque ad finem.

44 Idem quod ſupra dicimus, quando diuidentes poſt inſtrumentum aliter declararunt animum ſuum, aſſerentes non eſſe renunciatum, vel renunciatum fideicommiſſo preſertim ſi tales aſſertione adducerentur aduerſus aſſerentem Chriſtophor.Torniol.conſil.26.numer.207. vſque ad finem.

45 Quartò ſublimitatur,ſi in inſtrumento diuiſionis fuerit exceptuatum fideicōmiſſum: quo caſu illi nequaquam renunciatum cenſeretur per clauſulas quantumcunque pregnantes Bart.Bal.& Iaſ.in l.ſi fundum poſt fideicommiſſum, ff.leg.1.Bertr.conſil.339.num.2.lib.3.Pariſ.conſ.29.num.53. lib.2.Gratian.conſ.29.nu.20.& ſeq.lib.2.Cæphal. conſ.296. num.10.lib.2.Rol.a Valle conſ.51.numer.16.lib.4.Odd.dicto conſil.49.num.16.Crot.in d.l.qui Romæ,§.duo fratres numer. 54.ff.de ver.oblig.Decian.conſil.30.num.128.& ſeqq. libr.1. qui fortius loquuntur, quando diuidentes reſeruaſſent iura ſua nulla, ſpeciali reſeruatione facta fideicommiſſi.

46 Quintò ſublimitatur, vt clauſulæ importātes fideicommiſſi remiſſionem ita demum operentur ſi poſitæ ſint in principali diſpoſitione;ſecus, ſi in executiuis, ſecundum Rip.in l.qui Roma.§.duo fratres, nu.45.Dec.conſ.390.Grat. conſ.9.num.4.lib.1.Pariſ.conſ.3.num.15.& 29.lib.1. Curt. iun.conſil.4.Crauett.conſ.256.num.4. Bec.conſ.111.nu.24. & 25.Menoch.conſ.84.n.46. Petra de fideicom. quæſt.14.n. 97.Simon.de Prætis de interpret.vltim. volunt.fol.373. nu. 11.Peregr.de fideicomm. art.52. n.43. verſ. item aduertendum Vinc. Franc deciſ.6. Oſaſch.deciſ.164. Rota deciſ.124. n.8.par.2. in recentior.

Ratio adducitur: quoniam hæ clauſulæ potius cenſetur appoſitæ ex ſtilo notariorum, quam de voluntate partiū, neque ideo deferendum Dec.conſ.500. num.20. & conſilio 521.num.4.Ruyn.conſ.137.num 10.lib.2. & conſ.97.libr.3. Grat.conſ.17.col.penul.lib 1. Curt.iun.conſ.131. in fine & conſ.274.in fine,Mandell.Alba conſil.74.num.10. Marzar. conſ.39.num.15.Decia.conſ.52.num.27.lib.4. Torniol.dicto conſ.26.num.8.Ioſeph.Ludouiſ deciſ.19.num.9. Odd.conſilio 49.num.17.& ſeq.Prat.d.fol.373.num.11.& ſeq.& Carol. Bardellon.conſ.11. n.33.

47 Contrarium,quod imò dictæ clauſulæ operari debeant ſuum effectum in quacunque parte inſtrumenti appoſitæ ſint Rip.in d.§.duo fratres n.83.& ſeq.Rol.cōſ.34.nu.53.&

ſeq lib.4.Rim.iun.conſ.80.num.43.lib.1.& conſ.204.nu.41.& ſeq.lib.2.Menoch.conſ.37.num.172.& ſeq.conſ.87.num.41.& ſeq.& conſ.323.n.23.& ſeq lib.4.Hond.conſ.33.n.39.& ſeq.lib.1.Barz.deciſ.96.num 9.

Monentur ij, quia clauſulæ omnes a notario cenſentur appoſitæ imò de voluntate partium, vt plenè præſertim per *Menoch.& Honded.in locis preallegatis*; & hæc vltima videtur amplectenda.

48 Sextò ſublimitatur, quando neceſſariò clauſulæ percutiunt fideicommiſſum: & in alio verificari nequeunt *Cravett.conſ.638.nu.9.Cephal. conſ.731.num.12. Rim.iun.conſ.343.num.12.Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.115.num.34.Surd.conſ.365.num.24.Peregrin.de fideicomm.artic.52.nu.32.Intrigl.de ſubſtitut.centur.3.quæſt.92.num.9.Bardell.conſ.11.num.35.*

49 Septimò ſublimitatur non habere locum, quando teſtator prohibuit diuiſionem vſque ad certum tempus; quia ſi intra dictum tempus facta ſit diuiſio cum clauſulis importantibus remiſſionem fideicommiſſi: cum nec expreſsè renunciare potuiſſet, non valet, ita *Ruyn.conſ.172.num.9.lib.1.poſt Bald.Ang. & Caſtr.* ibidem per eum adductos.

50 Octauò ſublimitatur ſibi non tribuere, quando ſingulæ clauſulę etſi non ſufficiant ad inducendum fideicommiſſi remiſſionem, ſi tamen plures eſſent, operentur vt fideicommiſſum cenſeretur renunciatum, *Ruyn.conſ.152.num.8.& 9.lib.2.Bero.conſ.130.ſub num.35.verſ. præterea lib.2.Soc.iun.conſ.116.num.63.lib.1.Berret.conſ 69.Barſat.conſ.64 num.24.& ſequent. Borgn.deciſ.36.part.1. Guid.Pancirol.conſ.59.num.99.& ſeqq.*

Contrarium probarunt *Rip.in d.§. duo fratres num.46. Bald.conſil.441.in princip.& fin.libr.3.Ruyn. conſil.137.numer.3.4.& infra lib.2.Gozadin. conſil.26. & conſil.45.Alba conſil.14.& ſeqq. & conſi.74. & Rolan. conſil.51.num.16.lib.1.*

51 Nonò ſublimitatur non procedere quando inſtrumentum, in quo fideicommiſſum continetur, eſſet iuramento firmatum à cohæredibus cum promiſſione de non contraueniendo; nam ſi poſtea deueniat ad diuiſione, clauſulæ in inſtrumento appoſitæ, fideicommiſſi renunciationem non inducerent, ſecundum *Iaſ. conſ.173.lib.3.*

52 Contrarium verius dixit *Alciat. in d. l qui Romæ, §. duo fratres num.31.ff.de verb. oblig.*

53 Decimo ſublimitatur, vbi plura adeſſent fideicōmiſſa, & diuidentes vnum reſeruarunt, quod alia cenſerentur remiſſa: quamuis clauſulæ in inſtrumento appoſitæ id per ſe non importarent *Crot.in d §.duo fratres num.94. & conſ.283.num.4.verſ.ſed & pro fundamento lib.2 Surd.conſ.294.nu.18.lib.2.Cephal.conſ.379.n.79.lib.3.Anton.Gabr.in.de fideic.concluſ.1.num.46.Simon de Prat. de interpr. vlt. volunt.fol.379.num 9.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.q.91.numer.60.Menoch.conſ.87.num.34. conſil.556.nu.11.& de præſumpt.lib.3 præſumpt.15. n.74.*

54 Contrarium tenuit *Becc.conſ 111.numer.76.& ſeq.* vbi reſpondet contrarijs; quod intelligerem, niſi clauſulæ aptæ eſſent ad remiſſionem fideicommiſſi; quia tunc cenſeretur remiſſum.

55 Vndecimò ſublimitatur, niſi clauſulæ ita claræ eſſent, vt de eius iure dubitari nō poſſet quoniam in dubio pronunciandum eſt fideicommiſſo non eſſe renunciatum. *Bart.in d.§.duo fratres q.6.Alba conſ.74.num.7. Ceph. conſ.296.num.8.& 9.& conſ.371.num.57.Rolan. conſ.51. num.15.lib.4.Gratian.conſ.17.num.47.& conſ.22.num.17.lib.1.Decian.conſ.52.nu.23.lib.1.Becc.conſ 111.nu 25.Fab: Turret.conſ.65.num.5.& 15.& conſ.77.nu.25.Rimin.iun. conſ.204.num.32.lib.2.Menoch.conſ.1111.num.7.& ſeq.lib 12.Surd.conſ.67.nu.44.lib.2.Odd.conſ.49.num.23.Peregr.conſ.92.num.2.lib.1.Prat.de interpret.vlt.volunt. fol 373.n.18.& ſeq.Petra de fideic.q.14.nu.136 Peregr. de fideic.art.52.n.24.in fine,& n.ſeq.Carol.Bardell.conſ.11.nu.32.Intrigl. de ſubſtit.cent.3.q.92* ea ratione, quia remiſſio eſt quid facti; & facta non præſumuntur, niſi probentur, *vulg l.in bello, §.facta,ff.de capt.poſtlim.reuerſ.* & in ſpecie de qua agimus probatur in *l.a ſubſtituto in princ.ff.de leg.1.*

56 Sextò fallit, ſi ſibi inuicem remiſiſſent omne ius, & omnem actionem: vel etiam dixiſſent, quod nullam actionem ſibi reſeruabant; ex quibus colligi videtur, quod voluerint pretium remittere *Gratian. conſ. 60.num.13. lib.1. Bero.conſ.130.num.22.& conſ.135.num.6.lib.2.Alex. conſ.21.n.7.in fine lib.5.Corne.conſ.339.lib.1.& ante hos Gloſ.in l.ſi familię in fine,& ibi Cyn.Bart.Bald.Ang.Fulgoſ.& Paul.de Caſtro Gozad.conſ.58. numer.6.& 23.Burſatt. conſ.173.num.21.libr.2.Decian conſil 116.numer.17.lib.3.Menoch.d.præſumpt.115.numer 18.Intrigl.de ſubſtit.cent.3.quæſt.92.num.58.*

57 Septimò fallit, quando alienatio facta extitit titulo lucratiuo, & ſine interuentu pretij; quia ſi nullum pretium interuenit, agi nō poteſt de illius reſtitutione, vt poſt *Soc.ſen.conſ 42.nu.9.vſque ad finem lib.4.Grat.d.conſ.60. num.23.lib.1.Gabr conſ.125.num 18.lib.1.Menoch.conſ.87.num.53.lib.1.Hond.conſ.33.num.57.lib.1*

Verum hæc limitatio non placet, cum loco pretij ſuccedit reſtitutio.

58 Octauò fallit, quando clauſulis importantibus facultatem alienandi addita eſſent verba, quod ſcilicet diuidentes de rebus diuiſis facere poſſent quicquid ſibi placeret; quia & tunc pretium cenſeretur remiſſum *Io. Crot.in d.l. qui Romę,& §.duo fratres num.58.ff.de verbor.obligat.Zuccard.in l.1.num.60.Cod.de pact.Ruyn.conſil.119.num.20.& ſeqq.lib.2.Socin.iun.conſ.116.num.60.lib.1. Pariſ.conſ.71.num.22.& 23.lib 3. Roland.conſ.34.numer.80. lib.4.Non.conſ.40.num.19.& conſ.41.num.10.Ceph.conſ.430.num.51.lib.3.Hond.conſ.33.n.57. lib.1.*

59 Nono fallit, quando diuiſio facta eſt a teſtatore inter hæredes ſuos; quia tunc euicta re ob conditionis euentū cohæres de euictione non tenetur per *text. in l.cum pater §.euictis,ff.de leg.2.in primo reſp.in l. ſi familia, C. de famil.hercíſ.& in l. ſi cogitatione,Cod. eodem,* in ſpecie ita tenuerunt, *Gloſ.Bart. Bald. & cæteri in d. leg.ſi familia, & in l.ſi cogitatione, Bart.in l.qui Romæ,§. duo fratres, vbi Rip.qui de communi teſtatur num.95.verſ.retenta, Alciat.ſub num.36.verſ.quod proximè ff.de verb.obligat. Dec. conſ.254. nu.2.Cornel.228.num.7.& infra,& conſ.273.numer.8.& ſeqq.lib.4. Pariſ.conſ.134.numer.22.lib.2.Decian.conſ.42. num.154.& num.166. lib.1.Peregr.de fideic.art.52. nu.72. qui pariter dicit communem, Suarez in repetit. leg. quoniam in prioribus colum.2.verſ.Tertiò quæro de inoffic.teſta. Virg de Boccac.in tract.vti poſſit.fol. mihi 112.num.90 Barſat.conſ.conſ.6.num.19.lib.1.*

60 Contrarium poſt adductos per eum *Rip. in dict. §. duo fratres num.95.verſ.Ideò Raphael,* cui tamen reſpōdit *Menoch.de præſumpt.libro tertio, præſumpt.118. in primo caſu num.1.*

61 Retenta prima opinione.

62 Primò ampliatur quoque procedere, quando hæredes ipſi diuiſerunt hæreditatem paternam, rationibus, & iuribus adductis a *Doct.de quibus ſupra.*

63 Secundò ampliatur etiam habere locum, quando euictio cauſatur ex facto, & ordinatione teſtatoris *Bart.in d.§.duo fratres,in vltima quæſt.& ibi Rip.numer.43. & 96.& Alciat.num.36.verſ.Cæterum Alex. in l. ſi res obligata. col.fin.& ibi Iaſ.num.23.ff.de leg.1. Ruyn.& conſ.146.ſub nu.2.verſ.ſe præmiſſis lib.1.Becc.conſ 24.nu.31. Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.118.n.11.Peregr.d.art.52. num.96.& ſeq.* probatur in *l.ſi fundum meam,ff.de euict.*

64 Primò ſublimitatur dicta limitatio, ſeu fallentia, quando de defunctus hæredes plures inſtituens inter eos æqualiter hæreditatem diuiſit; nam ex eo, quod inter illos

equali-

Digitized by Google

ęqualitatem ſeruauare viſus fuit, datur euictionis actio, *d.l.cum pater,§.euictis in ſecundo reſp.* ibi, ſi tamen diuiſionem inter filios fecit, arbiter coniecturę voluntatis, non patietur eum partes prælegatas hęredibus reſtituere, niſi parati fuerint & ipſi patris iudicium fratri conſeruare, & ſic prelegatum euictum probat *Gloſ.* eo caſu eſſe ſatisfaciendum, quem *text.* Doctores commedant, & ſingularem dicunt, quatenus ob æqualitatem ſeruandam pro legato euictio tribuit euictionis remedium, tradit *Soc.in l.ſi ita legatum col.1.ff.de condit.demonſt. Suar.in d.l. quoniam in prioribus.facit Dec.in l.1.C.vnd.lib.& confert text.in l.alteri,ff.de adim. leg.* vbi ex ademptione, ſeu reuocatione vnius legati infertur & aliorum ademptio, vt inter legatarios ſeruetur æqualitas. Quare in propoſito, vt æqualitas ſeruetur inter hæredes cocedenda eſt euictionis actio; probauit *Rom. dicens, dictum textum ſingularem, in ſingul. 316.Dec.conſ.46.num.1.*

65 Hinc eſt, quod euictionis actio conceditur in omnibus illis caſibus, in quibus pro legato ſpeciali hæres tenetur de euictione *Rip.in d.§. duo fratres numer. 95. in fine, vbi*
66 *Alciat.num.38.verſ.* Vnde & generaliter, *Menoch. d.præſumpt.118.num.9.Peregr.d.ar.52.num.72.in fine.* qui ideò infert in prælegatis factis cauſa æqualitatis ſeruandę inter
67 cohæredes de euictione actionē dari, citat *Dec.conſ.349. num.5.* niſi tamen conſtet patrem vni plus relinquere voluiſſe, quàm alteri, vel dixit teſtator præſtari ſingulis hæredibus ius integrum *Alciat.in d.§.duo fratres nu.36.verſ, quid ſi ius integrum.Menoch.d.prſumpt.118.n.10.*

68 Secundò ſublimitatur, quando culpa cohæredis res fuiſſet euicta; quia tunc de euictione daretur actio *Bar. in d.leg.qui Romę, §. duo fratres num. 27. ff. de verb. oblig. Menoch.d.prſumpt.118.numer.8.per l.paterfam.ff. famil. hærciſc.*

69 Tertiò ſublimitatur in diuiſione facta pro iure legitimæ, ac Trebellianicæ: quo caſu præſtatur euictio, *l.ſi hæres pręcepto,ff.ad Treb. Peregrin. d.art.52.num.11.verſic. Tertiò declara.*

70 Decimo fallit, ſi caſus ſucceſſionis ſuperueniat in alterum ex diuidentibus: quia vt agnatus excludat hæredem alterius, vt puta filium incapacem: nam ipſe capit ex iure ſuperueniente ſucceſſionis, abſque eo, quod teneatur de euictione, cum res euincatur ſecundum eius naturam & non ex facto diuidentis, ita concludunt *Bald.& Salyc.in d.l.ſi familię,quęſt.vlt.C.famil.hęrciſc.* vbi formant quęſtionem de fratre qui ſuccedit in feudo, quod in diuiſione peruenerat ad alium fratrem poſtea defunctum, relicta filia incapace feudi, quod ipſe patruus de euictione non teneatur, nec repelli poſſit exceptione, *l.vendicantem, ff. de euict.* qui ſequuntur in hoc *Guid. Suzar.* cuius hæc fuit ſententia originalis; idem voluerunt *Alex. conſ. 21. lib.5. Ruyn.conſ.42.num.19. & conſ.146. num.21. libr.1. Aym.*
71 *conſ.211.nu 6.* vbi ampliat id procedere quoque, ſi in diuiſione promiſſum fuerit de euictione dummodò acquirens ſciret rem eſſe oneri fideicommiſſi, vel emphiteuſis ſubiectam; iuxta quam opinionem reſpondit etiam *Aret. conſ.3.in princ.Curt.ſen.conſ.48.ſub num.39. verſ.ad quintum argumentum,Caball.de euict.§.5.num.33.& Menoch d. prſumpt.115.n.14.* vbi tamen dupliciter declarat.

72 Primò, vt locum habeat, quando in ſimplici diuiſione adhibita eſſet euictionis promiſſio verbis ſatis vniuerſalibus.

73 Secundò, quando vni fratrum obuenerunt bona omnia allodialia, & alteri fideicommiſſaria, vt ibidem *nu.16.17. 18.& ſeq.* quæ per te videbis.

74 Comprobatur dicta limitatio ex eo, quod videmus fideicommiſſarium ementem rem fideicommiſſo obnoxiam, ſecuto poſtea caſu fideicommiſſi adhuc agere ad pretium bonorum emptorum, ea ratione, quia emendo ipſa bona iuri futuro fideicommiſſi conditionalis non renunciauit: & cum ipſe bona poſſideat ex emptione ideò actionem habet contra hæredem hæredis grauati ad pretium ſolutum, & numeratum, & non a pretium valoris bonorum, *l.huiuſmodi, §.qui ſeruum,ff.de leg.1.vbi notat Bart.in l.cui res,ff.de actio.empti, & ibi Caſtr.in l.fin.§. emptor,C.comm.de lega.latè Soc.ſen.conſ.16.num.27. & ſeqq. lib.3.Cum.conſ.33. Ruyn.conſ.146.num.4.lib.1. Alex.in d. l.qui Romæ,§.duo fratres colum.17.verſ.adde quod.Io.And.* qui dicit hanc eſſe magis cōmunem ſententiam, quam ſequitur *Peregr.de fideicomm.art.39. num. 7.* vbi refert ita practicaſſe; quamuis ab hac opinione diſſentiat *Alc.in d. §.duo fratres num.38.* & his addi poteſt, quod conſuluit *Hier.Gabr.conſ.88.n.9.& ſeq.lib.1.* loquens de alienatione rei emphyteoticæ, & ait, quod ex illa alienatione non
75 excluditur alienans à futura ſucceſſione illius emphiteuſis, & partis venditæ. Cui ex actu ipſo alienationis minus renunciaſſe cenſetur, quam ille, qui diuidit, & in diuiſione renunciationi iuri, refert, ac ſequitur *Io.Paul.Balzaran. in l.1.num.14.*de eo, qui fin. fecit agnatis, faciunt, quæ ſcripſit *Rom.conſ.503.n.11.* cum dixit, quod agens tanquam
76 hæres fideicommittentis, vt faciat ſe declarari dominiū reſpectu bonorum per fratres poſſeſſorum, & inter eos diuiſorum, non excluditur exceptione, quem de euictione tenet actio &c. quia ipſorum bonorum proprietas nō videtur inter eos ex dicta diuiſione alienata; & ita eius reſpectu non poteſt de euictione teneri, ad *text.expreſſum in l.ſi prægnans,ff.de euict.ibi,*dum dicit, euicto partu non poteſt de euictione conueniri, quia partus alienatus non eſt &c. ex quo *textu cum duabus legibus.ſeq. notant Scrib.* quod quando euincitur res a re vendita deſcendit, non
77 tamen venditionis tempore erat in rerum natura, non debetur euictio, veluti fructus agri, vitulus vaccæ venditæ, vel partus ancillæ; quia iſta vendita non vidētur; ſequitur *Caball.de euict.§.5.num.60.*

78 Vndecimò fallit, quando hæredes ipſi diuiſerunt hæreditatem paternam, quam teſtator ſubiecerat fideicommiſſo, ſi vnus eorum ſine liberis deceſſerit: quia ſi ſubſtitutionis caſus ceſſerit in vno, alter poterit agere ad fideicommiſſum, nec de euictione tenebitur, cum euictio ſecuta ſit ex præordinatione teſtatoris, & facto ipſius filijs, qui abſq; filijs deceſſit, tanquam euictio ſecuta ſit ex natura rei *Bart. in l.qui Romę, §. duo fratres in prima quęſt. & ibid.Ripa nu.43.Alciat.ſub n.36.verſ. certum illud quoque de verb.oblig.Iaſ.in l.res obligata nu.23. ff. de legat.1.Alex. conſ.21.num.6.lib.5.Bece.conſ.24. numer. 31.Pariſ.conſ. 71. num.11.lib.3.Menoch.conſ.87. num.8. lib.1. & d.prſumpt. 118. num.11.* vbi inquit, omnes probare hanc opinionem *Surd.conſ.67.num 53.conſ.70.numer.16.lib.1.& in tract.de aliment.tit.9.q.11.nu.24.in fin. Peregr. de fideic.art.52.nu. 64.& conſ.93.num.12.& infra lib.1.Fachin. controuer.iur. lib.6.cap.68.* quod procedit, etiamſi diuidentes ſimpliciter de euictione promiſerint *Alc.in d.§. duo fratres nu.37. Soc.ſen. conſ.31.num.7.lib.4.Ruyn.d.conſ.146.num.3.lib.1. & conſ.137.num.11.lib.2.Rol.conſ.51.n.19.& conſ.67.lib. 4.Menoch.d.prſumpt.118.n.12. Peregr.d.art.52.n.69. & conſ.93.n.12.& ſeq.lib.1.*etſi verbis vniuerſalibus, & multū prægnantibus facta ſit promiſſio *Magon. deciſ. Lucen.7.n. 41.*& infra, ita quod nec agi poſſit ad pretium *Alciat. in d.§.duo fratres numer.36 in fine*, qui de communi teſtatur *Becc.d.conſ.24.num.38.Menoch.d.prſumpt.118.nu.14.* latè *Peregr.d.art.52. num.57. & ſequentibus.*

79 Duodecimò fallit, quando ſpecialiter eſt promiſſum, quod non teneatur de euictione, *l.ſi familia, Cod.fam.hęrciſ.Bartul.& alij in l.qui Romę, §. duo fratres, ff. de verbor. oblig.*

80 Ex quibus infero; quod licet regulariter in inſtrumentis diuiſionum apponi ſoleant ſtipulationes de euictione, ea tamen intelliguntur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur ſtipulatio, vt latè per plura iura

poſt *Bar. & alios tradit Alex.in d.conſ.21. numer.7.libr. quinto.*

81 Cæterum diuiſionis natura eſt, quod tunc debeatur euictio, quando aliunde prouenit, quam ex natura rei, vel facto auctoris, vt prædixi, & habetur per *Bart.in d.§. duo fratres num.27.in fine,& ibi Crot.ſub num.27. verſ.ſed Bart.Iaſ.num.38.Rip.num.43.de communi Curt.ſen.conſilio 49.num.39.verſ.ſed ad vndecimum,Ruyn.de communi conſilio 137.numer.2.lib.2.& conſil.11.in fine,conſil.3.numero 10.& conſil.14.num.5.lib.1. Dec.conſil.411.num.3.& ſeqq. Tiraq.de retract.lignag.§.1 gl.9. num.34.* qui plures allegat *Soc.iun conſil.128.num.131.& conſil.119. num.2. libr.3. Aym.conſil.111.num.7. Gozad.conſil.53.num.19.in fine,* atque ita ſtipulatio illa non comprehendit huiuſmodi euictionem,& illa clauſula ponitur ad executionem rei. *Grat.d.conſ.29. n.37.lib.2*

82 Quare *Alex.d.conſ.21.n.9. poſt Bart.& alios in d.l.ſi familiæ,* dixit,quod ad hoc vt obſtet ſtipulatio de euictione debet eſſe ſpecialis in caſu euictionis reſpectu fideicommiſſi: aliàs nihil releuat.

83 Et euictio tunc deberetur ex dicta ſtipulatione,quando fideicommiſſo eſſet renunciatum, vt declarat *Aym.conſil, 24.num.11.*

84 Non tamen officeret, quando ſtipulatio eſſet perſonalis,ex eo,quod non fuerit promiſſum per ſe,& ſuos hæredes;quo in caſu hæredes non tenentur,*l.qui in futurũ,§.1. & ibi Bart.& cæteri communiter,ff.de pact l ſi vnus,§.ante, ff.eodem latè.Caphal.conſ.352.numero 8.& ſeqq.lib.3. Decian.conſ.1. n.67. libr.2.*

85 Ratio eſt,quia pacta non egrediuntur perſonas nominatas *Iaſ.in dicta l.ſi vnus, §.ante. Rimin.iunior conſil. 465.*
86 *n.19.lib.4.* & pacta de ſui natura reſtringi debent, & non ampliari.*Caph.d.conſ.352 Burſatt.conſil.266.nu.16.libr.3. Decian.d.conſ.1.n.67.*

Neque minus præiudicaret pactum de defendendo rẽ alienam diuiſam,& de non contrauueniendo; quia contineret peccatum,& non ligaret ex doctrina *Bal.in cap. Itẽ ſacramenta num.20. de pact.iur.firman.eſt text.in cap. non eſt obligatorium de reg.iur.in ſexto,& c.quamuis vbi Gemin. numero 7.& Couar.part.4.§.6. numero 6 & 9. de pactis in 6.* vbi dicit ſufficere quod iuramentum contineat peccatum mortale,& in cap.cum contingat,*num.34.*per totum de iureiur.*Rota coram Card.Seraphino dec. 723.num.ſexto.*
87 *quę numero* 8. addit, quod euictio rei venditæ,quæ fratri
contingit in diuiſione facta cum pacto,quod quiſque in
diuiſione damnum ſentiat,& incommodum pro rata,
caſu quo ſequeretur euictio, intelligi debet de ea, quæ
euenit à tertio,& non à venditore;quemadmodum etiam
dicimus, quod vnus ex hæredibus poteſt contrauenire
contractui proprio diuiſionis, & euincere rem fideicommiſſo
ſubiectam ex ordinatione teſtatoris, cui ſuccedit;
licet non ex perſona propria *Alba conſilio 376. numero 5. libr. tertio.*

88 Sed in minore renunciante,ſeu diuidente, quid dicendum,nunc videamus:qua in re dicimus, quod minor non
reſtituitur,qui fideicommiſſu reciproco renunciauit, ſi
fratres,quoque renunciarunt; quia cum poſſit fideicommiſſum
purificari non minus ad commodum aliorum
fratrum,quam ad vtilitatem minoris:atq.ita renunciatio
vtilis eſſe poſſet, & non damnoſa, non datur reſtitutio,
quamuis euenerit caſus, qui minori noceat: ex quo læſio
hoc caſu videtur recompenſata,*l.de fideicommiſſo, Cod. de*
tranſact.faciunt tradita per Surd.conſil.435.num.14. libr.3.
89 *Gayl.obſeruat.8.num.3.in fine lib.2.* ex quo videtur poſſe
inferri idem procedere, ſi in diuiſione minor promiſerit
de euictione: quia per talem promiſſionem euictionis, ac
defenſionis excluſus dicitur à petitione fideicommiſſi,
comprobat *Andr.Tiraquell.in leg.ſi vnquam in ver. donatione largitus,n.28.C.de reuocanda donatione,& in tractatu primogenit.quæſtio,ſexta,n.4.Odd.de reſtit.quæſt.85.articul. quarto n.26.*

90 Sic quoque videmus inter maiores, quod diuidant bona reſtitutioni ſubiecta,vt quia feudalia,fideicommiſſaria vel emphyteotica, euictio non debetur, ſi à tertio vni auferatur;quia mutuum periculum,cui fratres omnes ſubiacent, tollit remedium euictionis, ſecundum *Bald.& cæteros omnes in l.ſi familiæ,C.fam.hercifc.Bero.d.conſ.24. Menoch.conſ,87.n.84.& Rol.d.conſ.51.*

91 Quod autem præſtandum ſit re euicta,præter huic ſcripta, adeas *Peregr.de fideicom.art.52.nu.55.* penes quem habes etiam alia in materia diuiſionis bonorum fideicõmiſſi,quæ non refero,cum ab eo plenè diſcutiantur in dicto articulo:vt & per *Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt. 115.& 118.Morot.conſ.83.num 15.& ſeqq.Hartman.Piſtor. quæſt.iur.lib.1.part.1.quæſt.10.Gayll.obſeruat.139. Fachin. controuerſ.iur.lib.6.cap.68.per tot. Surd.conſ.67. et conſil. 311. Vaſq.quæſt illuſtr.q.3.cap 68. Rota deciſ.152.num.4. part.2.in nouiſſim.*

ARGVMENTVM.

Emens à cohærede bona fideicommiſſo ſubiecta cum promiſſione de euictione, an eueniente caſu fideicommiſſi, agere poſſit aduerſus hæredes venditoris de euictione ad intereſſe, vel ad pretium.

Euictio cauſata ex facto, ſeu præordinatione auctoris,quando debeatur.

Renunciatio fideicommiſſi, an, & quando ſubſiſtat, vt quis de euictione agere valeat, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Emens à cohærede bona fideicommiſſo ſubiecta, euente caſu fideicommiſſi,agit ad pretium aduerſus hæredes venditoris.*
Declaratur n.7.
Sub quo venit etiam intereſſe, n.3.
Ampliatur procedere, etiam ſi emptor fuerit ſciens, numer.ſecundo.
Contrarium habetur, n.4.& 6.
5 *Euictio non debetur, quando ſequitur ex facto eius, cui res euincitur.*
Nec quando ſequitur ex facto auctoris,n.6.
8 *Emptor extraneus, etiamſi ſciat rem eſſe alienam, & ſubiectam euictioni,agit ad prætium,& n.10.*
Præſertim ſtante obligatione generalis defenſionis, quæ hodie in quolibet contractu apponitur,num.11.
9 *Euictio, quę ſequitur ex præordinatione auctoris, perinde eſt, ac ſi ſequatur ex proprio facto.*
Et ideò non debetur,n.12.
Primò limitatur quando in eum caſum ſpecialiter fuit promiſſa, n.13.
Secundò limitatur, quando res reſtitutioni ſubiecta fuit data pro libera, & alterata eſt natura rei, numer.decimoquarto.

Exten-

Extenditur etiam procedere in diuiſione, n. 15.

Et in bonis fideicommiſſarijs, & feudalibus, numero 16.

17 *Euictio debetur etiam in fideicommiſſis, quæ euincuntur ex facto auctoris quando illorum natura fuit alterata, & ab eis receſſum.*

Ampliatur procedere, etiam quando colligi poteſt ex verbis amplis, generalibus, & vniuerſalibus aliquo modo remiſſam fideicommiſſum, numero 18. 26. & ſequentibus.

19 *Renunciatio expreſſa fideicommiſſi ignoranti non ſubſiſtit, etiam quod tranſactione munita ſit, & num. 27. & ſeq. ac numer. 37.*

Nec ſufficit ſcientia præſumpta, num. 38. & 39. vbi reſpondetur contrarijs.

Et multò magis, quando non conſtat illud fuiſſe renunciatū, etiam quod apponantur verba generalia, generaliſſima, num. 20.

Et ſpecialis requiritur renunciatio, l. de his, de tranſact. n. 21. & 25.

Primò ampliatur procedere, etiam quod fuerit renunciatum omni legum, & iuris auxilio, n. 22.

Secundò ampliatur, etiãſi in tranſactione fuerit renunciatū omni fideicommiſſo debito, & debendo, cum expreſſa renunciatione l. de his, quia nihilominus fideicommiſſo ignorato non cenſetur renunciatum, n. 23.

Tertiò ampliatur, etiamſi iureiurando partes conuenerit perpetuo obſeruare contenta in inſtrumento, numer. vigeſimoquarto.

29 *Renunciatio nulla datur de his, quæ dependent ex teſtamento, niſi viſis, lectis, cognitis, & bene inſpectis illius verbis; & ſcientia eius ſpecialis, & non generalis probanda eſt per eum, qui ſe fundat in renunciatione, numer. 30.*

31 *Renunciatio fideicommiſſi vt valeat duo requiruntur, & quæ.*

Prodeſt tamen renunciatio cum iuramento, leg. de his, numer. 32.

33 *Euictionis promiſſio ſimpliciter facta; intelligitur ex quacunq; cauſa res euincatur.*

Intellige, vt n. 40.

Primo ampliatur eo magis procedere, quando concepta eſſet verbis generalibus, prægnantibus, & vniuerſalibus, numer. 34.

Declaratur habere locum, quando verba vniuerſalia nil aliud operari poſſent, n. 35.

Secundò ampliatur, quando expreſsè promiſſum eſſet de euictione ex cauſa fideicommiſſi, n. 36.

Intellige procedere, quando contrahentes ſcientes fideicommiſſum promiſerunt de euictione, & renunciauerunt iuramento dictæ l. de his, n. 40.

41 *Alienatio facta de re reſtitutioni ſubiecta, vel alienari prohibita, non valet.*

Fallit ad effectum, vt venditio teneat in præiudicium venditoris, num. 42.

Et ad conſequendum id, quod intereſt emptoris, numero 43.

Præſertim, quando in inſtrumento venditionis dictum fuit, quod res vendita erat libera ab omni fideicommiſſo cum euictionis promiſſione, & quod faceret conſentire omnes: quia ex huiuſmodi pacto debentur damna, & intereſſe, num. 44.

45 *Vendens rem prohibitam alienari à teſtatore, reuocare non poteſt portiones aliorum, qui poſtea vendiderunt, quia fecit contra voluntatem teſtatoris: licet ſecus in eo, qui venditioni conſenſit.*

Quæſt. CXV.

QVæro inſuper ſi emptor & venditor vna cum alijs in teſtamento fuerunt heredes inſtituti, & inuicem ſubſtituti ſub conditione, ſi quis eorum deceſſerit ſine filijs maſculis; & vnus ex eis ſciens hanc reſtitutionem, & mutuam ſubſtitutionem emit ab alio ſuam portionem, & qui vendidit erat ſubſtitutus, & de euictione promiſerit, ac deinde deceſſerit ſine filijs maſculis; & ita per illius obitum ſubſtitutionis caſus euenerit; an emptor aduerſus hæredes venditoris de euictione agere poſſit ad intereſſe, vel ad pretium.

1 Et reſpondendum videtur ſaltem ad pretium agere poſſe, *per l. finali, §. emptor, C. commun. de legatis*, licet
2 emptor fuerit ſciens l. ſi fundum ſciens, *C. de euictio. & notatur in l. ſi familiæ Cod. famil. herciſc. in fine, Gloſ magna & in leg. qui Roma, §. duo fratres in Gloſa magna, ff. de*
3 *verbor. obligation.* in quo venit etiam intereſſe, *leg. controuerſia, & l. cum ſucceſſores, C. de euict. iuncta l. emtita, ff. eodem titulo.*

4 Sed contrarium verius eſt, vt neque ad intereſſe, neque ad pretium agere poſſit: quoniam cum plures cohæredes inter ſe contraxerint, vnus ex his non tenetur alteri de euictione, quia ſequitur ex præordinatione auctoris ſui prædefuncti, qui voluit, vt ſi quis eorum ſine filijs maſcu-
5 lis deceſſerit, eius portio ad alios ſuperuiuentis deuolueretur. Vnde, ſicut de euictione non agitur quando illa ſequitur ex facto eius, cui res euincitur *Bart. in dicta leg. qui Roma, §. duo fratres num. 10. ff. de verborum obligatio. Alex. conſil. 21. numer. 5. verſic. ſecundo* principaliter libro quinto, ita nec agi poteſt, quando euictio ſequitur ex facto eorum auctoris, in terminis ſic reſpondit *Ruyn. conſil. 146. ſub numer. ſecundo verſic. ſed præmiſſi non obſtan-*
6 *tibus libro primo*, non enim talis euictio promiſſa cenſetur, vt eſt textus ſecundum communem intellectum in dicta *l. qui Roma, §. duo fratres. Alexan in dicto conſilio 21. numer. tertio, lib. quinto. Pariſ. conſilio 72. numer. vndecimo libro tertio. Thannc. de inuentar. parte ſeptima numer. 203.*

7 Non obſtat dicta *leg. finali, §. emptor, commun. de legat.* quia loquitur de emptore extraneo, qui licet ſciat rem, quam emit reſtitutioni eſſe ſubiectam, tamen euictione ſequuta, pretiū repetere poteſt. At nō ſic eſt in emptore, qui eſt cohæres venditoris, vt per *Bart. in dicta leg. qui Roma, §. duo fratres numer. 25. ff. de verb. obligat.* quia ex-
8 traneus emptor etiamſi ſciat rem eſſe alienam, & ſucceſ-
9 ſiuè ſubiectam euictioni, agere poteſt ad pretium: quoniam euictio non ſequitur ex facto ſuo neque, ſui authoris: nam vbi ſequitur ex facto ſui auctoris, perinde eſt, ac ſi ſequeretur ex facto proprio, vt per *Ruyn. dicto*
10 *conſil. 146. ſub numero 3. verſi. Nec obſtat*, & ita euictio debetur emptori per venditorem, tam ex facto ſuo, quam auctorum ſuorum, & aliorum quorumcunque *l. emptorem, §. qui autem, & ibi Gloſ. in ver. per omnes, ff. de actio. empti. & in l. inter ſtipulantem, in princip. vbi Gloſ. in verb. habere licere, ff. de verbor. obligat.* præſertim ſtante obliga-
11 tione generalis defenſionis, quæ hodie in quolibet contractu apponitur, quia tenetur venditor quomodocunq; res euincatur *Pariſ. conſil. 76. num. 21. lib. 3. Gratian. conſil. 7. num. 24. lib. 2. Georg. Nat. in repetit. Clement. ſæpè in prin-*
12 *cip. in ver. cauſas colum. fin. de verbor. obligat.* non enim regulariter euictio debetur, quando ſequitur ex præordinatione auctoris, *l. fundum meum, ff. de euictio.* per quem ita dixit *Bartol in dicta l. qui Roma, §. duo fratres in prima quæſtione vbi cæteri enim ſequuntur Gloſ. in l. ſi familiæ in fine, C. famil. herciſcund. vbi Odofred. Cyn. Bart. Bald. Alberic. Ang. Salyc. Paul. de Caſtro, & poſteriores Alexand. dicto conſ. 21. numer. 6.*

numer 6.& 7.libr.5.Bertrand.conſil.88. num.3.lib.2.Ruyn.
conſ.11.lib.1.conſil.137.num.13.lib.2.& conſ.92.n.29.libr.
3.Socinus iunior conſil.119.libr.3.Roland.conſil.51.num.19.
lib.4.latè Menoch.alios citans de præſumpt.lib.3. præſumpt,
155.num.12.

13 Quæ regula dupliciter limitatur. Primò,vt non proce-
dat,quando ſpecialiter euictio in eum caſum fuit promiſ-
ſa *Bald.Martin.Lauden.& Card. Alex:in capit 1.§.vueſus,*
ſi fidelis, quibus mod.feud.amitt. ſecuti ſunt Signorol. An-
char.Roman.Decian.Ruyn.Gozadin. Socinus iunior. Bero &
Tiraquell. quos refert ac ſequitur *Franc. Becc. conſil.24.*
numer.22.& ſeqq.Rol.conſil.51.numer.9.& ſeq.libr.quarto
Phanuc.alios referens , in tract.de inuentar.par.6.numer.
203.& num.212. Caball.de euict.§.5.num.33.& 51. Rota
coram Card.Seraph.deciſ.785.num.8. Surd.deciſ.243. nu-
mer.3. & 4.

14 Secundo limitatur , vt locum non habeat , quando res
feudalis vel reſtitutioni ſubiecta fuit data pro libera;nem-
pè, quia in conceſſione dictum fuerit pro ſe , vel quibus
dederit,vel ſimilibus verbis; quia tunc videtur data facul-
tas alienandi,& alterata eſt natura rei,quæ alteratio facit,
vt euictio debeatur *Rip.lib.2.Reſponſ.cap.1.n.62. & 63.de*
legi.& long. conſuet. nam expreſſum facit ceſſare tacitum,
leg.cum filio,ff.de vulga.& pupill. vnde illa tacita præſum-
ptio,quod acceptatio facta videatur cum natura non alie
nabili,ceſſat per verba,quę dant facultatem, alienandi, vt
quando conceditur pro ſe, & quibus dederit;vel pro ſuc-
ceſſoribus & habentibus cauſam ab eis , *cap.1.de feud.non*
habent.natur.feud.Rota coram Card.Seraphino deciſ.969.n.
7.poſt Bar.Angel.Alex.Rip.Curt.ſen. Socin.iun. Caphal.&
Decian.allegatos,& his addo Marchiſell.quæſt.3.Pariſ.conſ.
75.num.4.libr.3. Mohedan.deciſ.156. Dec.conſil.79.in ſe-
cundo dubio.Gabr.de fideicom.concluſ.1.limit.3. num.29.&
15 *30.* quod etiam procedit in diuiſione per dicta verba
alterantia illius naturam *Menoch.conſil.87.num.89.& 90.*
libr.primo.

16 Prout & dicimus de bonis feudalibus,quorum alienatio
ſi conceda tur in contractu diuiſionis,cenſetur remiſſum
ius feudi, ſecuta alienatione, quod & multo magis dicen-
dum eſt de bonis fideicommiſſo ſubiectis , quorum alie-
natio fuit permiſſa ; cum ea facilius alienentur , quam
bona feudalia,ſic in ſpecie tam reſpectu feudi,quam fidei-
commiſſi concludit *Crauett.conſil. 24. num.8. vſque ad*
duodecimum poſt Bart. in dicta l.qui Romæ , §. duo fratres
quæſt.8.ff.de verbor.obligat. Alexand.conſil.8.num.6.& 7.
lib.5.Dec.conſil.11.ad fin.verſic. & diſcurrendo. Socin.conſ.
43.lib.4.Menoch.conſil.87.numer.88. Peregrin.de fideicom.
*artic.52.ſub num.62.verſic.*aut in partem vnius:quia con-
ceſſione ſtante , ſequitur remiſſio fideicommiſſi , & per
conſequens de euictione agitur : licèt res euincatur ex fa-
17 cto auctoris;& ex natura rei,cum illa ſit alterata, & ab ea
receſſum ex conſenſu præſtito circa alienationem eiuſ-
dem rei *Corn.conſil.150.col.fin.lib.3. & conſ.42. ad finem*
libr.quarto. Aretin.conſil.3.col.2. Crauett. dicto conſ.24.
numer.15. & conſil.121. ſub numero ſeptimo verſic.niſi in
diuiſione.

18 Amplia prædicta etiam procedere , non ſolum ſi fuit
data expreſsè poteſtas alienandi, ſed etiam quando colli-
gi poteſt mens contrahentium ex verbis,amplis,genera-
libus,vel vniuerſalibus fuiſſe aliquo modo remiſſum fidei-
commiſſum, vt quando diuidentes remitterent iura quo-
modocunque competentia,& competitura,præſuppoſita
ſcientia fideicommiſſi *Dec.conſ.287.numer.16. Ruyn.con-*
ſil.119. num.18. libr.2. cum alijs per Peregrin. in tractat.de
fideicommiſſ.articul.52. numer.32.& 33. vbi plures caſus
19 enumerat ; ſecus ſi quis ignorauerit : quoniam etiam
expreſſa fideicommiſſi ignorati renunciatio non ſubſi-
ſtit : dato , quod tranſactione munita ſit , ad *tex. in l. de*
his,ff.de tranſact. quæ lex licet loquatur in tranſactione,
locum quoque habet in diuiſione , ex *Gloſ.* communiter
20 recepta in *l.tres fratres,ff.de pactis,*& facilius id firmandũ
eſt, quando non conſtat fideicommiſſum in ſpecie, & ex-
preſsè fuiſſe remiſſum , nempe ſi arguitur illius remiſſio
per clauſulas generales, & generaliſſimas in contractu di-
uiſionis appoſitas , vt in terminis reſpondit *Laurent.*
Siluan.conſil.49.num.55.& 56. & num.91.Ruyn. conſil.99.
numer.21.libr.3.Card.Mant.de tacit.& ambig.conuent. lib.
21 *26.tit.2.num 23.* vbi quod legi de his debet expreſsè & in
22 ſpecie renunciari . Quæ ſententia locum quoque habere
videtur,vbi fuerit renunciatum omni legum,& iuris auxi-
lio ; quia clauſula hæc non tollit vim & prohibitione ,
dictæ *l.de his* , concurrente præcipuè præſumpta igno-
rantia : ex quo talis clauſula non purgat errorem ,
& ignorantiam , nec ſupplet defectum conſenſus . *Pariſ.*
conſil.12.numer.85.lib.1.Siluan.conſ.49.num.60. quinimò
23 & fortius hoc procedere videtur , etiamſi fuerit in tran-
ſactione renunciatum omni fideicommiſſo debito , ac
debendo cum expreſſa renunciatione dicta *l.de his* , quia
nihilominus fideicommiſſo ignorato non cenſetur re-
nunciatum & ideò ea non obſtante , quod peti poſſit ,
tradunt *Bartol.& Doctor.in dicta l.de his. Socin.iun.conſil.*
129.in tertiò dubio libro primo Pariſ.dicto conſil.12. numer.
77.& 78 & conſil.95.libro tertio. Crauetta conſil.144.nu-
mero 17.Siluan.dicto conſil.49.numero 52. qui cæteros ad-
ducit .

24 Quæ concluſio amplianda videtur , etiamſi iureiuran-
do partes conuenerint perpetuo obſeruare contenta in-
inſtrumento ; quia non ob id renunciatum videretur fi-
deicommiſſo ignorato , ſecundum *Alexandr. conſil.48.*
numer.10.lib.7.Soc.ſen.conſil.214.colum.penultim.lib.2. &
conſil.103.col.2.lib.3.Pariſ.dicto conſil.12.numer.8.Decian.
conſil.345.ad finem. Socinus ſenior conſ.25.numer.13. libro
quarto. Peregr.qui cęteros refert dicto tractatu de fideicom.
art.42.ſub.num.49.

25 Non igitur obſtant tot clauſulæ , & renunciationes ,
ad effectum , vt fideicommiſſo ignorato renunciatum
cenſeatur . Quoniam eæ omnes reſoluuntur ex diſpoſi-
tione dictæ *l.de his,* quæ reſoluit omnes conuentiones , &
pacta , & promiſſiones ſuper contentis in teſtamentis ,
& non viſis , non intellectis prius verbis , ac diſpoſitis in
eis, prout voluit *Siluan.in d.conſ.49. ſub nu.53. poſt Ang.*
conſ.282.

26 Nec minus obſtare videtur promiſſio de euictione :
quia tunc ea conſiderabilis eſſet , data ſcientia fideicom-
miſſi in diuidentibus,iuxta quæ dixi ſupra *num.18.*

27 Cæterum ſuppoſita ignorantia fideicommiſſum non
cenſetur remiſſum, & promiſſio de euictione non eſt con-
ſiderabilis , & eſt de mente *Bart.in d. l.qui Romæ , §. duo*
fratres in tertia quæſt.verſ. Ponamus ergo , & per eundem
ibidem in ſexta quæſt.

28 Item in propoſito conſideranda eſt *Bart. doctrina in d.*
§.duo fratres in vndecima quæſt.num.25. dum quærit , an
ſtipulatio de euictione proſit hæredibus diuidentis ſup-
poſita ſcientia fideicommiſſi : nam , ſi ignoraſſet procul-
29 dubio ſupponit euictionis actionem nullatenus præſtan-
dam : ex quo clariſſimum eſt , quod de ijs , quæ depen-
det à teſtamento , & fideicommiſſo , nulla datur renun-
ciatio, niſi,vt prædixi,viſis, lectis,cognitis,& benè inſpe-
ctis verbis teſtamenti quæ clauſula eſt ſemper inſerenda
ad euitandas nullitates,iuxta dictam *l.de his, de tranſact. l.*
1.§.1.ff.quemad.teſtam.a per Pariſ. conſil 95. num.18. libr.
1.Bero.conſil.177.num.6.lib.1.Rol.conſil.13.num.26. libr.1.
30 *Surd.conſil.395. num.22. & 23. lib.3.* vbi etiam,quod iſta
ſcientia ſpecialis,& non generalis probari debet per eum,
qui ſe fundat in renunciatione quamuis illa eſſet iurata ,
& cum clauſulis;quod renunciatum fuerit omni iuri,quod
quis habet , vel habere ſperat ; cũ nunquam per eas dicat
renunciatũ fideicõmiſſo, niſi duo copulatinè concurrant.

31 Primò,

31 Primò, quod adſit ſcientia fideicommiſſi explicita.

Secundò, quod renunciatio non poſsit in alio iure verificari, & effectum ſortiri *Bart. in d. §. duo fratres numer. 19.* quem ibi omnes ſequuntur *Curt. iun. conſil. 23. numer. 2. Ruyn. conſil. 92. numer. 23. lib. 4. Grat. conſil. 17. num. 46. lib. 1. Peregr. d. art. 52. num. 32. indubitatum dicit Surd. dict.*
32 *conſil. 395. num. 24. lib. 3.* licèt data ſcientia vt ſuperius diximus, ſufficiat, quod fuerit renunciatum cum iuramento *d. l. de his, de tranſact.* quia tunc cenſeretur renunciatum fideicommiſſo, iuxta communem, de qua per *Rip. in d. leg. qui Romæ, §. duo fratres num. 71. & ibidem Crot. num. 210. ff. de verb. oblig. Pereg. d. art. 52. n. 49. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 26. tit. 2. num. 31. ſequitur Rota coram R. P. D. Manzanedo in Viterbien. bonorum 20. Iunij 1614. & in eadem cauſa, coram R. P. D. Ramboldo 10. Iunij 1615.*

Sed contra facere videtur regula *l. vendicantem, ff. de euictionib.*

33 Item, quod, quando promiſſio de euictione fit ſimpliciter, illa quidem facta cenſetur ex quacunque cauſa euincatur, vt colligitur ex *iis*, quæ reſpondit *Rom. conſil. 457. num. 2. Curt. ſen. conſil. 64. num. 19. Soc. ſen. conſ. 31. numero ſeptimo lib. 4. Grat. conſil. 26. num. 37 lib. 2. Curt. iun. conſilio 94. num. 13. Soc. iun. conſ. 116. num. 12. lib. 2. Pariſ. conſilio 71. n. 9. & 10. libr. 3. Bero. conſ. 130. n. 22. lib. 2. Rol. conſilio 34. n. 91. lib. 4. Noni. conſil. 41. num. 6. Cephal. conſil. 430. numero 51. de communi Burſat. conſil. 36. num. 16. libr. 1. & conſilio 237. num. 3. lib. 3. Neuiz. conſil. 31. num. 14. Alba conſ. 311. n. 8. lib. 3. Hipp. Rim. conſil. 204. nu. 39. lib. 2. Oſaſc. deciſ. 112. numero 17. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 19. par. 1. Bertaz. conſ. ciuil. 75. num. 7. & 8. Ant. Gabr. de fideicom. concluſ. 1. num. 19. Maſcar. de probat. concluſ. 776. numero 14. Cauale. deciſ. 36. numero 19. par. 1. Bar. deciſ. Bonon. 96. numero 38.* Quæ ſententia.

34 Primò ampliatur eò magis procedere, quando euictionis promiſſio concepta eſſet verbis valdè generalibus, prægnantibus, & vniuerſalibus; ſi nempè dictum ſit, quod diuidentes adinuicem de euictione promiſerunt, ex quacunque cauſa, vel modo, ac forma ſubſecuta, ex quibus fideicommiſſi renunciatio inducta cenſeretur, ſecundum *Grat. conſilio 64. n. 16. lib. 1. Curt. iun. conſ. 49. nu. 13. Soc. iun. conſ. 116. n. 63. libr. 3. Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 115. numero 17. & 34.* qui dicit eſſe receptam ſententiam *Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 92. num. 57. Cauale. d. deciſ. 36. num. 9. Petra de fideicom. quæſt. 14. ſub numero 36. verſicul.* quod ſi promiſſio, qui loquitur, quando promiſſio defen-
35 dendi concepta eſt in omnem caſum; quæ ſententia procederet, quando verba prægnantia, & vniuerſalia nil aliud operari poſſent, quam fideicommiſſi renunciationem, ita *Crot. in d. §. duo fratres num. 77. in fine. Alba d. conſilio 311. numero 8. Surd. qui alios citat. conſil. 303. numer. 32. in fine, & ſeqq. & conſ. 365. numero 24 lib. 3. Rota diuerſ. deciſ. 149. numero 3. p. 2. Fab. Turret. conſil. 65. n. 14. Carol. Bardell. conſ. 11. nu. 35. Peregr. d. art. 52. n. 32. Intrigl. d. quæſt. num 9. de ſubſtit. centur. 3.*

36 Secundo ampliatur, quando expreſſe promiſſum eſſet de euictione ex cauſa fideicommiſſis, quia tunc cenſeretur fideicommiſſum renunciatum *Alex. conſ. 21. n. 6. in fin. lib. 5. poſt Gloſ. in dicta l. ſi familiæ, in fine, & ibi Cyn. Bar. Bald. Angel. Fulgoſ. & Paul. de Caſtro Gozad. conſ. 68. num. 6. & 23. Burſat. conſ. 173. num. 21. lib. 2. Decian. conſil. 116. num. 17. lib. 3. Menoch. dicta præſumpt. 115. num. 18. Intrigl. dict. quæſt. 92. n. 58.*

37 Prima tamen relata ſententia pro non renunciatione fideicommiſſi, eſt omnino recipienda, quando contrahentes, ſeu diuidentes ignorabant fideicommiſſum, ex *Bart. in d. §. duo fratres, et ibid. Alex. nu. 36. Iaſ. n. 69.* qui de communi teſtantur *Bar. in l. tres fratres in fi. ff. de pact. Alex. conſ. 102. num. 6. lib. 6. Dec. conſil. 287. num. 17. Gozad. conſ. 45. num. 16. et 17. Alba d. conſil. 311. in fi. Becc. conſ. 111. Fab. Turret. conſ. 65. num. 3. Bero. conſ. 131. num. 9. lib. 2. Dec. cõſ. 405. num. 21. Bologn. conſ. 52. num. 3. in fi. & conſil. 32. num. 10. Dec. conſil. 52. lib. 1. in primo dubio. Burſatt. conſil. 64. numer. 29. lib. 1. Rolan. conſil. 36. num. 6. & 23. lib. 3. Pariſ. conſ. 65. numero 10. & 17. lib. 3. Menoch. conſil. 87. numero 9. & 56. conſ. 323. numero 28. & ſequentibus, & numero 57. conſil. 476. nu. 29. & conſil. 1214. nu. ſeptimo & infra libro 13. Marzar. in epitom. de fideicommiſ. quæſtione 59. Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 14. numero 121 Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſina 19. numero 13. Rota Romana in deciſ. 493. part. quarta in nouiſſim. Magon. in deciſ. Florent. 27. numero vigeſimoprimo Graſſ. in §. fideicommiſſum quæſt. 64. numero ſexto in fine, Peregrin. conſilio 11. numero 21. & ſeq. & conſilio 56. numero 5. libr. 5. Bardell. conſil. 11. numero tertio, & ſequentibus.*

38 Nec ſufficeret ſcientia præſumata teſtamenti & fideicommiſſi, vt recedi poſſit a ſuperius firmata opinione, vt communiter per ſcribentes *in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, vbi Bar. in 3. quæſt. ff. de verb. obl. Iaſ. in d. l. de his num. 15. de tranſact. Menoch. d. conſ. 87. n. 56. & ſeqq. conſ. 353. num. 28. & ſeq. & conſ. 476. num 20. & infra Peregr. de fideicomm. art. 52. num. 22. in fin Oſaſch. deciſ. 112. num. 20. Barz. d. deciſ. 96. num. 14. & ſeq ſed ſpecialis requiritur ſcientia Peregrin. d. art. 52. ſub num. 30. & 32. Thob. Non. conſ. 41. num. 15. 18. & 42. conſ. 19 ſub n. 3. et ſeq. Barz. d. deciſ. 96. numero 15. et ſeqq.*

39 Non obſtat ratio à quibuſdam conſiderata, quod vniuerſalis promiſſio de euictione includat caſus etiam ignoratos, & propter quos per ſimplicem promiſſionem non deberetur euictio, *ad Gl. in l. cum pœna ff. de arbit.*

Quia duplex eſt ſolutio.

Prima, quod data fideicommiſſi ignorantia diuidenti nulla obſtat promiſſio; ſicut nec etiam tranſigenti, *d. l. de his tranſact.* in ſpecie *Ruyn. conſ. 132. ſub n. 11. lib. 3. in verſ. præterea.*

Secunda eſt quod vniuerſalis illa promiſſio refertur ad alios euincentes, non ad perſonam diuidentis, de quo cogitatum videri non poteſt, vt ſibi ipſi actiones ſuas impetrare voluerit, *l. inquiſitio, Cod. de ſolut. Ruyn.* qui dictam vniuerſalem clauſulam declarat *d. conſ. 137. numer. 12.* & quia in ſpecie propoſita euictio cauſatur ex facto poſſeſſoris, & auctoris ſui; quo in caſu ceſſat euictio *Surd. conſ. 15. num. 24. Becc. conſ. 106. num. 17. et ſeqq. Peregr. conſilio 93. n. 12. libr. 1.*

40 Secunda verò opinio ſibi vendicat, quando contrahentes, ſeu diuidentes, ſcientes fideicommiſſum promiſerunt de euictione, ac renunciarunt cum iuramento, *d. l. de his,* abſque eo, quod probetur ſpecifica ſcientia contentorum in teſtamento, iuxta communem opinionem, de qua per *Alex. conſ. 11. numero 14. vbi Adden. in ver. Iuramento lib. 2. idem Alex. in d. §. duo fratres q. 5. vbi Ripa num. 75. Crot. num. 110. ff. de verb. oblig. Gultel. Benedict. in cap. Raynutius in ver. ſi abſque liberis moreretur, il ſecondo de teſtam. Dec. conſil. 345. viſis his num 4. Abb. in c. cum contingat nu. 30. vbi Imol. num. 96. de iureiur. Rol. conſ. 13. num. tertio et ſeq. lib. 1. Soc. iun. conſ. 116. lib. 4. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 29. n. 10. libr. 2. Peregr. d. art. 52. num. 49. et vtroque foro eſt communis opinio, vt teſtatur Cauall. quæſt. 706. num. 1. 2. et 6. Gutier. de iuram. confirmat. p. 3 cap. 2. num. 20. Oſaſch. dec. 112. numero 21. Card. Mant. de tacit. et ambig. conuent. lib. 36. tit. 2. n. 31.*

41 Illud verò dubitationem non recipit, quod quamuis alienatio facta de re reſtitutioni ſubiecta non valeat, & multò magis de re alienari prohibita, ad *Bart. doctrinam in leg. filiusfamilias, §. Diui numer. 6. & ibi Caſtr. numer. 7. ff. de leg. 1.*

42 Tamen ad effectum vt venditio teneat in præiudicium venditoris, ſecus dicendum, videtur *l. & liberis hominis, de contrah.*

contrah.empt. tenet enim venditio liberti nominis, ad hoc
vt poſſit emptor conſequi damna & intereſſe, *leg. empti
actio, C. de euictio.* ſicuti certum eſt etiam res ſacras, & pu-
43 blicas priuatorum dominio ſubijci non poſſe; & tamen
illarum venditio tenet ad effectum conſequendi id, quod
intereſt emptoris, *§. fi. Inſt. de emptio. & vendit.* & eo præ-
ſertim, quando in contractu venditionis fuit aſſeueratum,
44 quod res vēdita erat libera ab omni fideicommiſſo cum
euictionis promiſſione; & quod venditor faceret conten-
tire omnes &c. ex pacto conuento deberi videntur dam-
na, & intereſſe *Rota in Sinogallien. prædij 24. Octobris* 1586.
coram R. P. D. Bubalo, & iterum eadem *Rota coram Cardin.
Seraph. d. deciſ. 785. n. 3 & infra.*
45 Quibus & illud addendum eſt, quod ſi res prohibita
eſt alienari à teſtatore, is, qui vendidit ſuam portionem,
reuocare non poteſt portiones aliorum, qui poſtea ven-
diderunt; quia fecit contra voluntatem teſtatoris: licèt ſe-
cus in eo, qui venditioni conſenſit: nam is non prohibetur
reuocare, quia non vendidit; & per conſequens non fecit
contra prohibitionem teſtatoris. vt notat *Glo. in l. cum pa-
ter, §. libertis in ver. alioquin ff. de legat* 2. *& ibi ſequuntur
Bar. num. 4. & Bal. in fi. & Tiraq. de legib. connub. Glo. 3. n.*
130. *in fine.*

ARGVMENTVM.

Diuiſio erronea, an, & quando cognito errore retractetur, non obſtante promiſſione de euictione, ſeu pacto, & iuramento de non contraueniendo.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio bonorum erroneè facta non præiudicat, nec pacta in ea facta, ſed datur repetitio.*
Siue erretur in iure, ſiue in facto n. 2 6. 7. & 9.
Quod præſertim procedit, vbi agitur de iure quæſito tollendo, quo caſu error iuris ſemper excuſat, n. 3.
Et etiam quando diuiſio facta fuit ex falſa cauſa, quod bona eſſent hæreditaria, quæ reuocari poterit non obſtante clauſula euictionis, promiſſione de non moleſtando, ac ſimilibus, numer. 4.
Neque incurritur in aliqua pœnam, nec intereſſe promiſſum, n. 7.
Primò ampliatur, etiamſi dictum ſit in diuiſione de nunquam aliquid petendo, nec quærendo ſuper bonis diuiſis, ſeu renunciatis, n. 8.
Secundò ampliatur, etiamſi ſit renunciatum cum iuramento conditionali indebiti, & omnibus alijs exceptionibus, numer. 9.
Tertiò ampliatur, licèt ex alia cauſa ſuſtineri poſſet, numero 10.
Quartò Ampliatur procedere, etiamſi ageretur de lucro captando in caſibus, in quibus ſubuenitur maioribus errantib. in iure circa lucrum, n. 11.
5 *Falſa cauſa in contractu parit repetitionem.*
12 *Iuramentum in contractu appoſitum non tollit repetitionem, quæ ob errorem competit per conditionem indebiti: nec requiritur abſolutio.*
Fallit in ignorante, qui ob iuramentum excluditur beneficio, ſeu priuilegio ſibi competenti, n. 13.
Et de ratione.
14 *Ignorantia nulla eſt voluntas.*
15 *Erroris defectus maior eſt, quam ignorantia.*
16 *Error in contractu non impedit tranſlationem dominij.*
Declaratur non procedere errore detecto: quia tunc reſcinditur tranſlatio, & competit conditio indebiti, & numero 17.
18 *Diuiſio facta per iudicem prætextu erroris, non retractatur: ſecus ſi fiat extra iudicium.*

Quæſt. CXVI.

FRater æqualiter diuiſerunt bona paterna, materna,
ſeu fraterna inter ipſos, & promiſerunt non venire
aduerſus diuiſionem; & ad inuicem non moleſtare occa-
ſione bonorum diuiſorum, cum promiſſione euictionis.
Deindè apparuit bona fratris præmortui ſpectare ad al-
terum fratrem tantum: ex eo, quod erat vtrinque coniū-
ctus: & alius ex vno latere tantum: & ſic erroneè fuerunt
diuiſa, cum in totum deberentur dicto fratri vtrinque
coniuncto. Is præterea vult repetere & venire contra
dictam diuiſionem; ſed alter opponit de dicta diuiſione,
& de conuentione de non veniendo contra dictum pa-
ctum, & promiſſam euictionem.
Quæritur, quid iuris.
1 Hanc quæſtionem mouet *Paul. de Caſtro in l. fin. §. item
quæſitum eſt, num. 2. ff. de condit. indebit.* vbi per illum *text.
& adducta ibidem per Bart.* cenſuit dictum pactum per er-
rorem interpoſitum ſibi non præiudicare; & quod con-
2 ſulendo tenuit idem *Caſtrenſ. conſil. 125. dubitatur primò,
num. 5. lib. 2.* vbi agit de diuiſione hæredum errātium, tam
in iure, quam in facto, & *Caſtr. ſequitur Alex. conſil. 168.
Ponderatis narratis in princip. lib. 5. Dec. conſil. 350. numero
4. conſ. 475. num. 3. conſ. 408. num. 1. & conſil. 526. viſis bis,
num. 5. Socin. iun. conſil. 128. num. 121. libr. 1.* vbi de eo,
qui errauit tradendo rem, quam non putabat eſſe fidei-
commiſſo ſubiectam. Bal. conſ. 386. Proponitur, quod fra-
3 ter, lib. 1. vbi, quod maximè procedit, quando agitur de
iure quæſito tollendo, quo caſu error iuris ſemper excu-
ſat *Ancbar. conſil. 291. ſuper pluribus, num. 3.* vbi de diui-
4 ſione facta ex falſa cauſa, quod eſſent bona hęreditaria,
quæ reuocari poterit, non obſtante clauſula euictionis
& promiſſione de non contraueniendo, ac ſimilibus ſti-
5 pulationibus: etenim falſa cauſa in contractibus dat repetitionem.
*Bart. in leg. demonſtratio falſa, §. quod autem
verſic. ſexto quæro, ff. de condit. & demonſtr. Fulgoſ. conſilio
23. in fine, cum alijs per Dec. conſil. 408. num. 1. & 2. & con-
ſil. 525. num. 5. & 6. Iaſ. conſil. 87. num. 2. libr. 1.* vbi de dante
bona feudalia pro allodialibus, cui ſubuenitur, tanquam
erranti in facto, prout quoque ſubueniretur, ſi erraretur
6 in iure, licet tractaretur de iure quæſito, quod damno æ-
7 quiparatur *Corn. conſ. 287. num. 14. lib. 4.* vbi quod nec e-
tiam incurritur in aliquam pœnam, aut intereſſe promiſ-
ſum de non contraueniendo diuiſioni, & eſt *text. in leg.
cum putarem, ff. famil. hercif.* vbi diuiſio facta cum aliquo
vti hærede, cognito errore, reuocatur, *l. poſt diuiſionem, C.
de iuris, & facti ignor. l. maiorib. C. commun.* vtriuſque iudic.
quaſi tunc vitietur diuiſio ex defectu cauſæ finalis. *Bal. in
l. nec apud C. de hæred. inſtit.*
8 Primò ampliatur vt procedat, etiamſi dictum fuerit in
diuiſione, de nunqam aliquid petendo, nec quærendo ſu-
per bonis renunciatis: ita *Dec. conſ. 205. Quæritur, an diuiſio
n. 1. Natt. ad Alex. conſ. 168. in prin. lib. 5.*
9 Secundò ampliatur vt locum habeat, etiamſi ſit renun-
ciatum conditioni Indebiti cum iuramento, *Ruyn. conſilio
134. num. 7. & 8. lib. 1. Menoch. conſil. 91. ſub num. 54. verſ.
& in claris terminis, lib. 1.* & omnibus exceptionibus, con-
ditioni ſine cauſa, doli mali, & ſimilibus: quia tales clauſu-
læ tanquam acceſſoriæ quidquam non operantur errore
detecto, prout non operatur diſpoſitio principalis ipſius
diuiſionis, vt per *Menoch. ibidem poſt Bart. in l. finali, §. item
quæſitum, num. 1. & 2. verſ. vnde quæro, ff. de condit. indeb.*
Gabr.

Digitized by Google

Gabr.conſ.62. num.15.lib.2. Barbat. cooſ.76. col.vlt.lib.3. nulla habita diſtinctione, ſiue verſemur in errore facti, ſiue etiam iuris.

10 Tertiò ampliatur, vt procedat, licèt ex alia cauſa poſſet diuiſio ſuſtineri, ex *Anchar.conſ.291.col.3.* ita reſpondit *Crau.conſ.26.ſub n.10. lib.1.*

11 Quartò ampliatur, quamuis etiam ageretur de lucro captando, in caſibus, in quibus ſubuenitur maioribus erran. tib. in iure circa lucrum. *Crau.conſ.188.n.10.lib.1.*

Et vbi obijceretur de iuramento, quod excludere videtur errorem, & ignorantiam, ad *Gl.in cap.ex reſcripto. de iureiur. Paul.de Caſtr. in l.fin.ad Velleian. Alex.conſ.17. ponderatis, lib.3.*

12 Reſpondendum eſſet ex veriori, quod per tale iuramẽtum non tollitur repetitio quæ ob errorem competit per conditionem indebiti; ex quo iuramentum ſemper habet illam tacitam conditionem, quam habet actus & promiſſio cui adhæret: ita quod iſta tacita conditio operatur, quod abſolutio à iuramento non requiratur, vt reſpondit *Dec.conſ.250.viſis allegationibus num.8. & infra*: qui ad-

13 dit, quod quatenus contrarium procedere poſſet in ignorante, qui propter iuramentum excluditur ab aliquo beneficio, ſeu priuilegio ſibi competenti: tamen aliud eſt in errore, cum ignorantia poſſit occurrere cum veritate, cui error aduerſatur, nam ignorans potuit cogitare in genere quod iurauit, quod non eſt in eo, qui errauit; quia errans non dicitur conſentire; ex quo, vt dixi, error non concurrit cum veritate. *Bal.in l.falſum.verſ.& ſcias quod aliud eſt*

14 *ignorantia, C.de furt.* & errantis nulla eſt voluntas, *l.non idcirco, C.de iur.& fact.ignor.l ſi per errorem, ff.de iuriſdict. omn.iud.l.nihil conſenſui, §. nihil, ff.de reg.iur.* vbi dicit *Dec.* hanc regulam nullam habere limitationem. *Bal.in l.cum teſtamentum, n.2.C.de iur.& facti. ignoran.*

15 Item, quoniam maior eſt defectus erroris, quàm ignorantiæ, cum iſta opponatur ſcientiæ, error autem conſenſui. *Gl.in Clem.1.de iudic. & in rubr. de iuris & facti ignor. Seraph.de priuil.iuram.priuil.90.nu.9.* quamuis ipſe plura adducat in contrarium: non enim iuramentum debet eſſe vinculum iniquitatis, iuribus vulgar.

16 Non etiam mouere debet, quatenus prætenderetur nihilominus fuiſſet translatum dominium, cuius translationem error impedire non valet, ad not.per *Bart.in l.eius, qui in prouincia, n.15. & 20. ff. ſi cert.pet.*

17 Quia hoc non obſtante, errore detecto, translatio reſcinditur, & competit cõditio indebiti, vel ſine cauſa, cum tales conditione ſupponant dominium eſſe translatum, quia alias non competerent, *§.ſic itaque inſt.de act.l. fin.ff. de vſufruct.* quemadmod.caue. in ſpecie *Corn.d. conſ.278. num.14.lib.4.Dec.conſil.350. viſis allegationibus, num.5. Gabr.conſ.79.num.14.lib.2.Soc.iur.conſil.128. num.21. lib.2.Schacc.de Commer. & camb.§.1. quæſt.7 par.2. ampliat. 19.num.77.* vbi ait, quod ſi tu ex contractu, quem ſecum per errore inijſti, aliquid habuiſti, teneris illud reſtituere: quia error excludit conſenſum, & excluſo conſenſu, dominium non transfertur, & non translato dominio, tu detines rem alienam, quam iure vtriuſque fori teneris reſtituere. *Menoch.d.conſ.91.num.59.& 60. qui num.26. & Gloſ. communiter approbata in l poſt diuiſionem, C.de iuris, & facti, ignor. & Soc.iun.conſ.26.num.12.lib.4.* addit, non ob-

18 ſtare dictam *leg.cum putarem, ff.famil.hercíſ.* quia procedit, quando diuiſio facta eſſet per iudicem: quo caſu nullatenus retractatur: ſecus, ſi extra iudicium, vt nos loquimur. Idem probant *Anchar.conſ.191. n.3.& Decian. conſ. 351.n.7.in fin.*

ARGVMENTVM.

Hæres vbi prætendit rem ad ſe alio articulo pertinere, an conueniri poſſit iudicio familiæ herciſcundæ, vel communi diuidundo; & cohæredi, an teneatur de euictione ex inſtitutione à teſtatore facta.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium fam.herciſcundæ eſt vniuerſale, & omnia bona hæreditatis includit.*

Et in eo veniunt etiam bona aliena, quæ à teſtatore poſſidebantur, n.1. Et vide n.12.

Sed contra n. 5. & ſeqq.

Et res depoſitæ & commodatæ ſunt diuidendæ, n.3.

At videas d.n 5.& infra,

4 *Hæres contrauenire non poteſt facto defuncti, neque illud impugnare, ſed vide n.14.& 22.*

5 *Hæres vbi pretendit rem à ſe alio titulo, quam hereditaria pertinere, ea non venit in iudicio communi diuidundo.*

Sed potius agendum eſt rei vendicatione, vel publiciana, num. 6.

Præſertim ſi oppones poſſideat, n.7.

Quod procedit tàm in actore, quàm in reo, n.8.

Extenditur quoque procedere, ſi is qui diuiſionem petit, probare vellet rem hæreditaria eſſe, quia non admittitur probatio, cum ſufficiat, quod in dubium reuocetur communio: non quoniam impediatur iudicium, ſed quia repellitur exceptio, n.9.& 12.

10 *Actio communi diuidundo, non datur ei, qui negatur ſocius, & non poſſidet, prout nec officium iudicis.*

13 *Iudicium familiæ herciſcundæ non datur contra bona, & ſpecialia corpora, ſed pro eis competit iudicium communi diuidundo.*

14 *Teſtator inſtituendo, videtur ſolum relinquere ius, quod habet.*

Et in dubio teſtari videtur, non de alienis bonis, numero decimoquinto.

Ampliatur fortius procedere, ſi inſtitutio facta fuerit in bonis ſuis, n.21.

16 *In generali inſtitutione non veniunt bona, quæ teſtator poſt mortem reſtituere tenebatur, ſed ſua propria, & numero 18.*

Idem eſt de bonis, quæ teſtator poſſidebat, & reliquit in hæreditate, n.19.

17 *In generali diſpoſitione facta titulo lucratiuo, ſolum venit ius concedentis.*

20 *Inſtitutio ſcienter facta de aliena hæreditate, non valet.*

Nec debetur hæredi æſtimatio, licet teſtator ſciuerit, rem eſſe alienam, & expreſſerit per verba de ea, n.24.

Et de ea ratione, ibid.

22 *Hæres venire poteſt contra factum defuncti, quando pro ea defunctus non tenebatur de euictione.*

Teſtator pro reſtitutione non tenetur de euictione.

25 *Nemo ſibi ipſi debet.*

Quæſt. CXVII.

1 DVbitatur, an in iudicio familiæ herciſcundæ, quod vniuerſale eſt, & omnia hæreditatis bona includit, *l.fundus,*

l. fundus, mihi, ff. famil. herciſcund. §. quędam inſtitut. de action. cogatur cohæres diuidere etiam bona, quæ prę-
tendit conſequi ante partem, tamquam ſibi debita ex alia
cauſa: cum tamen ex aduerſo diuidenda prætenderetur,
tamquam poſſeſſa à teſtatore, de cuius hæreditate agitur
2 *l. item prædia, verſic. nec minus, ff. famil. hercıſ.* vbi etiam
aliena, quæ tamen à teſtatore poſſiderentur, veniunt, *leg.
l. inter cohæredes, §. ſi familia, ff. eod. vbi Gloſa*; quo loco di-
citur, quod etiam res depoſitæ, commodatæ ſunt diuidē-
3 dæ. Neque vbi etiam prædicta ceſſarent, heredi permit-
titur contrauenire facto defuncti, cuius eſt hæres, neque
4 impugnare eiuſdem factum, *l. cum à matre, C. de rei vendic.
l. ex qua perſona, ff de regul. iur.* ſaltem quatenus eſt in hæ-
reditate *Ari. Pinell. in leg. 1. parte 3. numer. 81. Codice de bo-
nis matern.*

5 In contrarium facit, quia vbi hæres prætendit rem ad
ſe alio titulo, quàm hereditario illius, de cuius hæreditate
agitur, pertinere, ea non venit in iudicio communi diui-
dundo, probatur in *leg. ſi id, quod, ff. famil. herciſc.* vbi pro-
priè dicitur, quod in illo iudicio non venit id, quod reus
prætendit ſuum eſſe ex aliâ cauſa, quam hæreditaria; licet
6 actor petat illud diuidi, tamquam hæreditarium; idem-
que habetur in *leg. heredis, § idem ſcribit, ff. eodem: & Gloſ.
vtrobique dicit*, primo agendum eſſe rei vendicatione,
vel publiciana, quod etiam tradit *Ioan. Fabr. in dicto §.
quædam ſub numero 11. verſic. quid ergo fiet*, ſi ſint aliquæ,
vbi dicit, quod ſi aliquæ ſint res, quas actor petat diuidi,
& reus excipiat non eſſe hæreditarias, ſuperſedendum eſt
7 in diuiſione illarum, & agendum rei vendicatione, vel pu-
bliciana in rem actione, præſertim, ſi opponans poſ-
ſideat; qui licet loquatur in reo proponente exceptionem
prædictam; tam idem eſt, quando iudicium proponitur à
reo, & actor excipit; rem non eſſe hæreditariam, quia ſuf-
ficit, quod altero negante non ſit deueniendum ad diui-
ſionem, & Faber, vbi ſupra, vult id locum habere, etiamſi
is, qui diuiſionem petit, probare vellet rem hæreditariam
8 eſſe, quoniam non admittitur probatio; ſufficit enim,
quod in dubium reuocetur communio: non quia impe-
diatur iudicium, ſed quoniam intelligitur exceptio, *leg.
fundum, ff. de except. l. 2. C. commun. diuiden. lib. 1. vbi Do-
ctores, C. famil. herciſcund. l. ſi mancipium, §. 1. ff. de euict.
Azo. in ſumma C. comm. diuid. vnde ſcribit Bart. in l. in pro-
uinciali, §. 1. ff. de op. no. nunciat.* quod non datur actio
10 communi, diuidundo ei qui negatur ſocius, & non poſſi-
det; immo nec officium iudicis. *Ioan. in d. §. quædam ſub n.
16. verſ. ſed quæritur dictum eſt ſupra. Aret. n. 6. & Iaſ. num.*
11 *55. in ſpecie de qua agimus. Alex. conſ. 213. in fin. libr. 2. Soc.
in l. ſi fundum, n. 8. de except.* & hac retenta opinione, non
obſtant contraria.

12 Nam ad id quod in iudicio familię herciſcundæ, tam-
quam vniuerſali, veniunt omnia bona etiam aliena, &
ideo omnium fieri debeat diuiſio, fuit ſupra proximè reſ-
ponſum; nempè huiuſmodi exceptionem iudicij progreſ-
ſum non impedire: cum Titius cohæres negat hæredita-
riam eſſe rem, quam reus contendit eſſe diuidendam, aſſe-
rens, eam ad ſe alio titulo ſpectare per dictam l. ſi id, quod
cum cæteris præallegatis.

13 Et in præmiſſis aduertas velim, quod eo minus audien-
dus eſſet, prætendens in familiæ herciſcondæ iudicio ve-
nire certa bona; & ſpecialia corpora; quia huiuſmodi iu-
dicium non datur pro certis rebus diuidendis, ſed pro vni-
uerſis bonis, per dictam *l. item prædia. & l. inter cohæredes,
§. fin. in Gl. magna, & in l. ſi filia, §. fin. ff. fam. herc.* vbi, quod
non datur ad vnam, vel plures res hæreditarias. *Bald. in l.
2. in princ. C. famil. herciſ. quem ſequuntur ibi Salyc. & alij
Io. Fabr. in d. § quædam, nu. 15. & ibidem Aret. n. 6. Pract.
Papien. in form. libelli* pro herede, vel re ſing. *in ver. Com-
muniter, nu. 4.* vbi dicunt, quod iudicium familiæ herciſ-
cundæ datur pro vniuerſis rebus hæreditarijs, & ad om-
nia: iudicium vero communi diuidundo competit ad di-
uidendum res particulares, & hanc inter dicta iudicia
tradunt differentiam.

14 Non mouet, quod hæres non poſſit impugnare factum
defuncti, qui diſponendo de omnibus bonis, de illis quoq;
bonis diſpoſuiſſe videtur, quæ poſſidebat.

15 Quoniam reſpondetur, teſtatorem, inſtituendo videri
ſolum relinquere ius, quod habet, *l. ſerui euictione; §. fin. ff.
de legat. 1. l. vxor patrui. C. de legat. citat alios Surd. conſ. 113.
n. 14. lib. 1.* & in dubio teſtari non cenſetur de alienis bo-
nis, ſeu rebus. *Gloſ. in l. conficiuntur, §. ſi poſt factam, in ver.
teſtator. in fine, ff. de iure codicill. & in l. 1. C. qui teſtam. fa-
cer. poſſ.*

16 Hinc dicimus in generali inſtitutione non venire bona,
quæ teſtator poſt mortem reſtituere tenebatur. *Bartol. in
codicillis, §. inſtituto, ff. de legat. 1. Hier. Zanch. in l. heredes
mei, §. cum ita par. 10. n. 32. in fine. Dec. conſ. 378. num. 1. Pa-
riſ. conſ. 7. n. 8. lib. 1. Cephal conſ. 3. n. 93. lib. 1. Petra de fideic.
q. 8 num. 276.* & in generali diſpoſitione facta titulo lucra-
17 tiuo ſolum venit ius concedentis, vt poſt *Bal. & alios reſ-*
18 *pondit Rol. conſ. 71. n. 23. lib. 2.* quodque generalis inſtitu-
tio non includat bona, que propria non erant teſta-
toris *Alex. conſ 91. num. 13. & 14. libr. 1. & in ſpecie Ceph.
conſil. 516. per totum; & præſertim num. 11. & 35.* qui ait
idem eſſe de bonis, quæ teſtator poſſidebat, & reliquit in
hæreditate; & quod teſtari in dubio non cenſeatur de a-
lienis tradit *Bal. in l. teſtamento, in princ. C. ad l. falcid. & in*
20 *l. fin. n. 17. C. de hæred. inſtit.* vbi dicit, quod inſtitutio ſcien-
ter facta aliena hereditate, non valet, *Iaſ. in l. cum rem n. 3.
in 3. limit. C. de leg. Pereg. in tract. de fideic. art. 2. ſub nu. 43.
verſ. & in dubio, et infra.*

21 Quæ ſententia ampliatur vt fortius procedat, ſi inſtitu-
tio facta fuiſſet in bonis ſuis, vt per *Ceph. d. conſ. 516. n. 17.
Petra d. q. 8. n. 269. Surd. conſil. 113. n. 81. libr. 1.*

22 Ac præterea dicitur, quod hæres venire poteſt contra
factum defuncti; quando pro eo defunctus non tenebatur
de euictione *l. Lucius, vbi Gloſ. et Caſtr. n. 3. ff. ſoluto matr.
Gabr. com. opin. lib. 6. de reg. iur. concl. 11. n. 24. Pinell. de bon.
matern. par. 3. n. 83. verſ. limit. 9. Phanuch. de inuentar. p. 7.*
24 *n. 162.* & teſtator pro inſtitutione non tenetur de euictio
24 ne latè *Socin. iun. conſil. 74. ſub num. 25. lib. 1.* vbi, quod nec
debetur hæredi æſtimatio, licet teſtator ſciuerit rem eſſe
alienam, & expreſſerit verba, de ea, quod magis eſt: ea ra-
tione, quia quando apparet res aliena, & ſic euinceretur,
hæres non habet à quo petat æſtimationem, niſi à ſe ipſo
quod non eſt dicendum; cum nemo ſibi ipſi debeat, *leg. &
quidem, ff. de legat. 1. cum ſimil.* quod & latius proſequitur
vbi ſupra *Soc. n. ſeq.*

ARGVMENTVM.

Euictio, an, & quando pręſtetur in feudo, & qualiter.

SVMMARIVM.

1 *Euictio præſtatur in feudo.*
Saltem quoad pretium, n. 2.
Et ad intereſſe, n. 3.
Pro quo agitur actione exempto, n. 4.
Et venditor ſi ſoluendo non ſit, res in commiſſum non cadit, ſed ſuccurritur emptori ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur; etiamſi expreſsè conuentum fuerit, ne de euictione teneretur, n. 5.
Vel ſi in contractu de euictione actum non fuiſſet, n. 6.
Diſtinguitur tamen, aut ſciuit, et ignorauit emptor, n. 7.

8 *Emptor*

Digitized by Google

8 *Emptor ſcienter emens feudum, vbi de euictione ſibi non proſpexit, non habet actionem de euictionem.*

Et ita omnes concludunt, n.9.

Ampliatur adeo verum eſſe vt quærendum non ſit, an ſciuerit venditor necnè, quod res eſſet feudalis, n.10.

Declaratur non procedere quoad pretium, quod nihilominus reſtitui debet, n.12.

Quòd præſertim locum habet in Regno Neapolitano (in quo licet venditori feudum abſque domini conſenſu alienatum ab emptore repetere) vnde malæ fidei emptor ſemper pretium repetit, n.13.

Sed contrarium quod regulariter pretium non reſtituatur, numero 14.

Vbi de communi.

Prima tamen relata ſententia verior, & æquior dicitur, numero 15.

Quæ declaratur pluribus modis.

Primò limitatur, vt non procedat, vbi alia contrahentium mens aliquo modo appareat ſaltem per probabiles coniecturas, precium non eſſe reddendum, quia paruum ſit, num.16.

Secundò limitatur, quando emptor ſciuit rem eſſe feudalem, & euinci poſſe, ſed ſibi nihilominus de euictione caueri curauit: aut de precio reſtituendo in iuſtum caſum, ſi euinci contigerit; quo caſu lex contractus ſeruanda eſt, num.17.

Ampliatur procedere, etiamſi ex probabilibus coniecturis id appareat, n.18.

Non tamen ſecundum aliquos emptori debetur euictio, ſi non ita manifeſtè cautum ſit; ſed generaliter, & indefinitè, & non in ſpecie, n.19.

Sed contra, quod immò generaliter, & indefinitè paciſci poſſit, n.21.

Vel etiam, vbi ampla ſunt verba promiſſionis euictionis, quod ſufficiat fuiſſe cogitatum in genere, n.22.

Prior tamen ſententia recipienda eſt, n.23.

11 *Scienti, & volenti non fit iniuria, neque dolus.*

20 *Stipulatio in euictione, intelligi debet ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur.*

21 *Euictio debetur in feudum quod fuit euictum per agnatos, vel dominum a venditore, ſeu illius hærede, vbi tamen in contrarium non fuit conuentum.*

Primò ampliatur procedere, etiam ſi de euictione, non conuenerit, n.25.

Secundò ampliatur habere locum, etiamſi ſciuerit rem eſſet feudalem, ſed ignoraue vaſallum venditorem agnatos dicti feudi capaces ſucceſſionis habere, num.26. & ſequenti.

Tertiò ampliatur multo magis procedere, ſi venditor affirmauerit, nullos agnatos dicti feudi capaces habere, numero 31.

Quartò ampliatur, locum habere, etiamſi venditor conuenerit ſe nolle de euictione teneri, cum ſciuerit rem à domino, vel agnatis, euinci poſſe, & emptor ignorauit, quia nihilominus de euictione tenetur, n.32.

Fallit ſi emptor ſciuiſſet, n.33.

Quintò ampliatur ſibi tribuere, etiamſi vaſallus de feudo aliquem ſubinfeudauerit, & poſtea contingat, hoc feudum primo domino, aut agnatis aperiri, itant a ſubinfeudato reuocetur, ſi ignorauit ſubinfeudatus tempore conceſſionis ſibi factæ rem eſſe feudalem, n.34.

Diſtinguitur, n.35.

Fallit ſi delitto aut culpa ſubinfeudantis res ſit domino aut agnato aperta, quia tunc præſtatur euictio, etiam quod accedat, ex natura rei, n.36.

Quicquid in contrarium ſenſerit Iaſ. n.37. & ſeqq.

Sextò ampliatur, ſi ſcienter feudum emptum fuit pro allodio: & nihilominus emptor fuit ſtipulatus euictionem, num.42.

Septimò ampliatur procedere quo feudo conceſſo ob ſeruitium, n.43.

Fallit, vbi præſtatur modicum ſeruitium, n.44.

Primò declaratur, vt dominus pro euictione teneatur ad reſtitutionem pretij, vel dandum emptori aliam rem æquiualentem, n.45.

Vel etiam dare pecuniam loco feudi euicti, n.46.

Secundò limitatur non procedere, quando vaſallus, ſeu feudatarius, inueſtitus ſciuiſſet rem, de qua inueſtiebatur alienam eſſe, n.47.

Subdeclaratur non habere locum quando inueſtitus de re aliena ſcienter pactum fecerit, vt inueſtiens de euictione teneatur, n.48.

Tertiò declaratur, vbi ſcienter quis emerit rem feudalem lege prohibente, abſque domini conſenſu, n.49.

Primò ſubdeclaratur, quando pro feudo non debetur euictio, quia ſemper debetur pretium vel illius æſtimatio, n.50.

Secundò ſubdeclaratur, quando procurator ſeu alius nomine domini rem feudalem alienauerit ſine domini conſenſu, num.51.

Quartò declaratur, quando euictio procedit ex natura rei feudalis, niſi aliter expreſſe dictum ſit, n.52.

Quintò declaratur, quando dominus dedit omne ius, quod habet in feudo reſeruato ſibi directo dominio, n.53.

Sextò declaratur, in caſu, quo feudum eſſet euictum facti inueſtiti, ſeu emptoris, n.54.

Septimò declaratur, niſi in donatione, per Regem, vel Principem factam diceretur, ſaluis noſtris, & alienis iuribus, num.55.

Octauò declaratur, quando res particularis feudi euincitur, num.56.

Nonò declaratur, quando dominus dixit expreſsè nolle teneri ad pretium, nec feudi æſtimationem: vel dixit ſe ad nihilum teneri nolle, n.57.

Vel expreſſit ſpecialem certum caſum, de quo vult teneri ad pretij reſtitutionem, n.58.

Decimò declaratur, quando priuilegio eſt clauſula iuribus alienis ſaluis, n.59.

Vndecimò declaratur, ſi emptor litem non denunciauit domino etiam aliundè conſcio, n.60.

Duodecimò declaratur, ſi vaſallus non apud iudicem, ſed arbitrum victus fuit, n.61.

Decimotertiò declaratur, ſi propter contumaciam, aut abſentiam, damnatus eſſet: modo tamen, quod abſentia fuerit cauſa condemnationis, n.62.

Decimoquartò declaratur, ſi culpa iudicis ſuccubuit vaſallus, n.63.

Traditur cautela, ad hoc, vt dominus de euictione teneatur, num.64.

Præſumitur tamen quem victum non iniuria iudicis: ſed ob malam cauſam, n.65.

Decimoquinto declaratur, ſi tali feudo iuriſdictio annexa ſit, num.66.

Decimoſexto declaratur ſi dominus reget ſe, aut ſuos maiores, quorum forte ex hæres, rem euictam vnquam dediſſe, num.67.

Primò fallit, ſi contrarium doceatur, n 68.

Secundò fallit, ſi cum denuntiatio et fieret dominus confeſſus eſt, n.69.

Caſus alij, qui ſint, in quibus dominus non tenetur vaſallo de euictione, remiſſiuè, n.70.

27 *Scire non dicitur, qui certè non ſcit ea, quæ ad ſubſtantiam pertinent.*

28 *Ignorans, & dubitans, non dicitur conſentire.*

29 *Scire factum quis non dicitur, abſque qualitatibus.*

30 *Venditor tenetur certum reddere emptorem de omnib. circumſtantijs, ſeruitutibus, & qualitatibus, eaſdemq; exprimere quatenus de euictione teneri nolit.*

38 *Refutatio feudi voluntaria eſt culpa, reſpectu vaſalli.*

Digitized by Google

39 *Ignorantiæ & ſcientiæ diſtinctio tunc adhibetur, cum natu-
raliter, & ſine culpa feudum aperitur.*
40 *Fudum naturaliter non aperitur, ſi hominis facto libero
aperitur.*
Nec inde damnum ſubinfeudato inferri valet, n. 41.

Quæſt. CXVIII.

GRauis eſt diſputatio inter Doctores, an ſit venditur
feudum, & illud poſtea euincatur, detur de euictione
actione.
1 Et ſanè præſtandam fore decidi videtur ex *tex. c. ſi va-
ſalli feudum*, ſi de feudo defuncti, vbi ſcribentes, *Bal. in l. ſi
plures, num. 11. C. de condit. inſer. Iſern. Aluar. & Præpoſit. in
cap. 1. num. 1. de prohib. feud. alien. Boer. deciſ. 19. ſub num. 3.
Pariſ. de Put. de redintegr. feud. c. 238. incip. an conceſſ. num.
1. fol. 131. & in cap. 279. Capyc. in inueſt. feud. §. feudum eui-
ctionis in princ fol. 183. & iterum Bal. in c. 1. §. Rurſus ſi fi-
delis, num. 3. Præpoſ. num. 2. & Afflict. poſt Iſern. ille numer.
2 10. & iſte num. 29. in fine, & num. ſeq.* qui hodie ſaltem ven-
ditorem ad pretium teneri aſſerit, iuxta *tex. in c. 1. §. ha-
bito, verſ.* emptori bonæ fidei exempto, &c. *& ibi glo. in
ver. actione de prohib. feudi alienat. vbi Iſern. de communi
teſtatur, n. 18. Bal. n. 21. Aluarot. num. 4.* Immò & ad inte-
3 reſſe agere poterit, vt ibidem per *Gl. & Doct. ex tex. in leg.
4 empti, C. de euict.* pro quibus aget actione ex empto, per
dictum *tex. in l. venditor hominis, ff. de euict. tradit Iſer. in c.
1. num. 30. quib. mod. feud. amitt. in d. §. Rurſus, ſi fidelis, vbi
Bal. dicto num. 3. Aluarott n. 2. Afflict. latè n. 10. Capyc. in
inueſtit. feuda. cap. feudorum euictiones in princ. amplia ſe-
cundà fol. 182. Feder. Schenck. in d. §. habito, num. 6. Bizaran.
in dict. §. vnde num. 11. & 16. de prohib. feud. alien. per Fede-
ric. Zaſ. in epit. feud. par. 9. num. 38. Nicol. Mozz. tit. ex qui-
bus cauſ. feud. amitt. num. 124. Schrader. de feud. par. 8. cap. 1.
num. 69. ampliat. 25. arg. l. non dubitatur, & l. ſi fundum, C de
euict.*
5 Quare *Caſane. ſuper conſuet. Burgun. rubr. 3. des fielſ. ver.
en alien. & tranſp. n. 49 addit*, quod ſi venditor ſoluendo
non ſit, res commiſſum non cadit, ſed ſuccurritur empto-
ri ex clauſula generali, ſi qua niſi iuſta cauſa videbitur
etiamſi expreſsè conuentum fuerit ne de euictione tene-
retur, *Glo. in dicto c. 1. §. habito, in ver. actione per l. ex empto,
§. fin. ff. de actio. empt. Iſern. in d. §. habito, num. 18. Aluarot.
n. 19 in fine, Afflict. num. 10. Capyc. in dicta inueſtit. in c. feu-
dorum emptores, in princ. Zaſ. dicta par. 9. num. 38. Schrader.
p. 8. c. 1. ampliat. 24.* vel ſi in contractu de euictione actum
6 non fuiſſet, *arg. d. l. non dubitatur, & leg. ſi duo, §. ſi quis iu-
rauerit, vbi Gloſ. ff. de iure iur. dict. l. excepto, in princ. §. idem
lib. 2. ff. de actio. empti, egregiè Hartm. Piſtor. quæſt. lib. 2. p. 1.
quæſt. 10.*
7 Cæterum huius materiæ vera reſolutio eo dirigitur
quod aut emptor ſciuit rem a ſe emptam eſſe feudalem,
aut ignorauit.
8 Nam primo caſu, ſi ſciuit, & conſiderare potuit rem
aliquando ad agnatos, aut ad dominum reuerſuram, & de
euictione ſibi non proſpexit, ea ab alienante, ſeu illius hæ-
rede euicta, non debetur euictio, *c. 1. in princ. de inueſt. de re.
alien. fact. vbi gl in ver. contra iuris, C. de euict,* quam ibidem
ſequuntur *Bar. & Bal. idem Bar. in l. ſi familia, n. 2. poſt gloſ.
ibi, C. fam hercīſc. l. apud §. item Labeo, ff. de doli exceptia l. ſi
fratres, vbi Bar. & Bal. n. 1. C. commun. vtriuſque iudic. Iſer.
in cap. 1. §. Rurſus ſub n. 29. verſ. ſed poſtquam & numer. ſeq.
Affl. ibidem num. 7. verſ. primo caſu, Bal. n. 3. Lauden. num. 8.
Aluarot. n. 3. Schenck. num. 12. & ſeq. Pich. n. 11. quibus mod.
9 feud. amittat.* ſic omnes vno ore concludere affirmat *Pi-
ſtor. qq. iur. lib. 2. p. 1. q. 20. n. 3. & infra, Aym. conſ. 64. ſub n.
10 4.* Quod adeo verum eſt, vt quærendum non ſit, an ſciue-
rit venditor, necnè, quo res eſſet feudalis: cum nil celet,
quod emptori notum non ſit *Alex. conſ. 68. ſub n. 3. verſ.
11 nec etiam poteſt dici, lib. 4.* Ea ratione, quia ſcienti, & vo-
lenti non fit iniuria, neque dolus, *l. cum donatio, C. de tran-
ſact. & l. 1. in fine, ff. de action. empti, in ſpetie Piſtor. d. q. 10.
n. 12. Vult. de feud. lib. 1. cap. 10. n. 95. Tiraq. de retract. lign.
§. 12. gl. 1. n. 8. qui alias refert Caball. de euict. §. 5. nu. 31. Ca-
pyc. in d. inueſt. in c. feudorum euictiones col. 1. §. Ampliatur
dominus.*
12 Sunt tamen, qui putent pretium huic fore reſtituen-
dum, quamuis malæ fidei emptor de euictione non agat,
vt probare videtur in *l. emptor alias ex empto. §. fin. ibi, ibi-
dem*, ait ibidem eſſe, *ff. de actio. empti, concordantes allegat
Tiraq. de retract. lignag. §. 12. Glo. 1. num. 10. de communi te-
ſtatur Aret. in l. ſi aliquam rem, ſub n. 5. ff. de acquir. poſſeſſ.
& Thom. Maurn. de gener. & qualit. feud. tit. 2. p. 2. n. 17. in
13 fine*, dicens, hodie ex conſuetudine Regni Neapolis (qua
licet venditori feudum abſque domini conſenſu aliena-
tum ab emptore repetere) malæ fidei emptorem ſemper
pretium repetere poſſe quia venditori in maiori mala fi-
de exiſtenti paret, ergo magis emptori, vbi etiam ſic pra-
cticari audiuiſſe ait.
14 Contrarium, quod pretium non reſtituatur, ſuaderi vi-
detur, *ex tex. d. l. ſi fundum, C. de euict. quæ in ver.* quod no-
mine dedit, clarè demonſtrat, ſcienter fundum alteri obli-
gatum, aut alienatum ementem, pretium amittere; cum
qua concordat *tex. in l. ſi fratres, C. commun. vtriuſque iu-
dic. Bar. Bal. Aug. et poſteriores in d. l. ſi fundum*, cum dicunt
pretium regulariter a ſciente non repeti, *Glo. & Bal. in d.
l. non dubitatur, nu. 2. & Salyc. num. 6. Cod. de euict. Caſtren.
in l. emptorem, §. qui autem, n. 3. ff. de action empti, & in l. ſi
familia, num. 4. famil. hercīſ. Afflict. in cap. 1. in princip. n. 1.
de inueſt. de re alien. fact. Gomez variar. reſolut. c. 2. num. 42.
verſ. ſeptimus caſus, de emp. et vend. Tiraq. de retract. lignag.
§. 10. gl. 1. num. 11.* qui plures adducit, & ait omnes præter
*Aug. Aret. hoc tenere, Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 17. ſub n.
2. verſ. ad eam quæſtionem. Dec. conſ. 411. viſis his, num. 4. Go-
zadin. conſ. 24. ſub nu. 7. verſ. 4. eſt text. Natt conſ. 181. viſo
inſtrumento num. 8 Caballin. de euict. §. 4. numer. 50. & §. 3.
num. 166. q. 23.* vbi dicit hanc eſſe communem, & ab ea
non recedendum, & *§. 5. num. 31. qui ad l. fin. §. fin. Cod. com-
mun. de legat* conatur reſpondere quamuis ratio ab eo ad-
ducta contrarium potius innuere videatur: & dum dicit
in *d. §. 5. num. 32. dictam l. ſi fundum per d. l. fin.* eſſe corre-
ctam, non benè loquitur, cum id generaliter verum non
benè probetur, vt & aduertit nouiſſimè in ſpecie inſignis
*Modernus Roſent de feud. tit. de alien. reuoc. cap. 9. memb. 2.
concl. 98. num. 14.* & de communi quoad dictum contra-
rium teſtatur *Hartman. Piſtor. d. q. 10. n. 22.* etſi eam non
teneat.
15 Verum prima relata ſententia mihi verior, & æquior
videtur, cum licitè quis emerit; & nulla ſaltem rationabi-
lis cauſa excogitari poſſit, cur venditor pretium lucrari
debeat, cum infraſcriptis tamen limitationibus, & decla-
rationibus.
16 Prima eſt, vt non procedat, vbi alia contrahentium
mens aliquo modo appareat: videlicet per coniecturas
probabiles, pretium non eſſe reddendum ex eo, quod
tam paruum ſit, vt potius videatur contrahentes ius va-
ſalli reſpexiſſe, & ſaltem id æſtimaſſe quouſque probabili-
ter duraturum eſſet, non autem totius rei valorem, per ea
quæ reſpondit *Decian. conſ. 79. & conſ. 267. Alciat. conſil.
138. Roſeat. d. c. 9. memb. 1. concl. 298. n. 10. & 12. Caball. d.
§. 5. n. 35.*
17 Secundò limitatur, quando emptor ſciuit rem eſſe feu-
dalem, & euinci poſſe; ſed ſibi nihilominus de euictione
caueri curauit, aut de pretio reſtituendo in iuſtum ca-
ſum, videlicet, ſi euinci contigerit per agnatos, aut domi-
num poſt obitum venditoris, aut ſuorum, quo in caſu lex
contractus ſeruanda eſt, ad *tex. in c. 1. in princ. & ibi Gl. &*

Doct.

Doct. de inueſt. de re alien. fact. l. ſi fundum, C. de euict. vbi Gl. in ver. contra iuris Bar. in d. l. ſi familiæ, n. 2. poſt gl. ibi, C. fam. hercíſ. Beluiſ. in d. §. Rurſus ver. quid ſi culpa, et ibidem Iſern. n. 29. Affl. ſub n. 7. verſic. primo caſu Schenck. n. 12. quibus mod. feud. amitt. Tiraq. de retract. lignag. §. 1 2. Gloſ. prima n. 8. Hartm. Piſtor. dicta qu. 10. num. 17. & ſeqq. lib. 2. part. 1. Caballin. d. §. 3. num. 106. quæſt. 23. & dicto §. 5. numer. 34. et 35. Corn. conſil. 2. num. 5. & 13. lib. 3. Dec. conſ. 411. num. 4. & 6. Gozadin. conſil. 24. n. 7. Natta. conſil. 181. num. 7. Cranett. conſ. 64.

18 Ampliatur hæc limitatio, vt procedat, etiamſi ex coniecturis probabiliter ſatis appareat, nedum ſi manifeſtè verbis id paciſcatur, Caballin. d. §. 5. n. 35. Piſtor. d. quæſt. 10. num. 18. & Alciat. conſ. 133. n. 5. & conſ. 128. Prima facie, num. 1.

19 Ex quibus infero, ſecundum quamplures, quod ſi non ita manifeſtè cautum ſit ſed generaliter, & indefinitè, & non in ſpecie, ſi ab agnato, vel domino feudum euincatur, & contingat a domino, ſeu agnatis ob lineam venditoris extinctam, euinci: vel res eſſet aliena, vel feudum non ſpectaſſet ad venditorem, quod emptori imputandum foret, cur legem apertius ſibi non dixerit ita Gloſ. in dict. leg. ſi familiæ, vbi Bart. num. 2. Bal. & Angel. ibidem, Cod. famil. hercíſ. Alexand. conſil. 21. num. 2. & 6. in fine lib. 5. Tiraquell. de retractat. lignag. §. 1. Gloſ. 9. num. 56. & expreſſius ad finem dicti titul. numer. 98. verſicul. vigeſimoſecundo quæro.

20 Et ratio eſt, quia ſtipulatio in euictione intelligi debet ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur, l. ſi ſtipulatus in princ. ff. de vſur. Alexand. d. conſil. 21. n. 7. & ibid. adden. Curt. ſen. conſ. 28. ſub n. 29. verſ. ad quintum argumentum. Ruyn. conſ. 11 ſtante themate lib. 1. & conſ. 137. de duobus principaliter, n. 14. lib. 2.

21 Sed contra, quod immo generaliter, & indefinitè de euictione paciſci poſſit alij plures voluerunt, per notata in l. cum pœna in ver. necne, ff. de accept. arbit. iuncta l. ſi cum dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euict. Bald. Imol. & Alex. in leg. ſi domus, §. euictione, ff. de leg. 1. Alexand. conſil. 4. viſo proceſſu num. 1. & 2. lib. 3. & expreſſius conſil. 102. viſo themate, numer. 5. lib. 6. Caballin. de euiction. dicto §. 5. numero 19. & §. 3. numero 168. quæſt. 125. Gratian. conſil. 163. num. 22. libro 2. Rimnald. conſil. 362. numero 6. libro ſecundo.

22 Vel etiam vbi ampla ſunt verba promiſſionis euictionis, ſufficeret fuiſſe cogitatum in genere, arg. leg. qui iure militari. teſtament. & in hunc caſum cenſeri expreſſam promiſſionem euictionis, quoniam ſi interrogati fuiſſent contrahentes, veriſimiliter ita reſpondiſſent, vt notat Federic. Scott. conſil. 8. tom. 1. libro 1. Decian. conſil. 55. numero 91. & 94. libro 3. Rauden. qui cæteros addit conſil. 60. numer. 99. libro 1.

23 Prior tamen ſententia recipienda eſt, ſtante veritate concluſionis, quod ſcienter ementi abſque pacto, non debetur euictio, cui adhæret etiam nouiſſimè Roſent. d. concl. 98. num. 16. & hæc procedunt, vt dixi, quando emptori ſciuit.

24 Si vero ignorauit rem eſſe feudalem, alia eſt difficultas.

In qua dicimus, quod illa euicta per agnatos, vel dominum, à venditore ſeu illius hærede debetur euictio; vbi tamen in contrarium aliter conuentum non fuerit, arg. cap. 1. in princip. vbi ignorans vero, de inueſt. de re alien. fact. c. ſi vaſallus, ſi de feud. defunct. fuer. conuerſ. facti dicta leg. non dubitatur iuncta, l. ſi fundum ignorans, C. de euict. vbi hoc notant, Gl. & Doctores, Alexand. dicto conſil. 21. nu. 2. 6. & 7. lib. 7. Ruyn. dicto conſil. 137. numer. 14. lib. 2. Gloſ. in cap. 1. §. Rurſus in verbo ad dominium, vbi etiam Beluiſ. Iſer. num. 29. verſic. vel poſtquam, Bald. num. 8. Martin. Lauden. nu. 3. Aluarot. n. 7. Schenck. n. 8. & ſeqq. & n. 12. & ſeqq. & Pich. n. 10. quibus mod. feud. amitt. Zaſ. p. 9. n. 38. Tho. Martin. de gener. & qualita. feud. tit. 2. p. 2. n. 15. & 16. Sonsbech. p. 12. n. 77. & 110. Harman. Piſtor. var. q. lib. 2. p. 1. q. 10. nu. 1. & 2. Menoch. conſ. 87. n. 2. lib. 1. Surd. conſil. 15. n. 12. & conſ. 423. n. 35. lib. 3.

25 Primò ampliatur procedere, etiamſi de euictione non conuenerit, Affl. deciſ. 278. n. 3. Menoch. conſ. 226. n. 145. lib. 3. Vult. de feud. c. 10. n. 95.

26 Secundò ampliatur, habere locum etiamſi ſciuiſſet rem eſſe feudalem, ſed ignorauit vaſallum venditorem agnatos dicti feudi capaces ſucceſſionis habere; nam eo ab agnatis reuocato, ſeu euicto, venditor tenetur cum dolus præſupponatur, vt ex ea cap 1. glo. & Aluarot. in princ. & ibi Martin. Lauden. num. 1. de inueſtit. re alien. fact. Capyc. in inueſtit. §. ſed feudorum euictiones col. 1. verſ. limita ſecundo, Ant. Gamma deciſ. Luſitan. 20. num. 2. Matth. Coler. in deciſ. German. 75. num. 1. Ioan. Vicent. de Anna ſing. 75. non enim ſcire dicitur, niſi quis perfectè rem cum qualitatibus ſuis ſciat, arg. l. in totum, & ibi notatur, ff. de regul. iur. Glo. in leg. dictum, ff. de teſtam. Bart. in l. admonendi, num. 17. & ſeq. ff. de iureiur. leg. aut qui aliter, §. 1. ibi neque quidem perfunctoriè, & obſcurè, ff. quod vi, aut clam. nam ſcire non dici-
27 tur, qui certè non ſcit præſertim, ſi ea, quæ ad ſubſtantiam pertinet, vt hic, ignoret. Tiraq. de retractat. lignag. §. 36. Gl. 2. numer. 30. 32. 33. & 34. Harman. Piſtor. quæſt. iur. part. 1. q. 12. n. 28. 29. & ſeq. vbi id pluribus confirmat, qui n. 31. teſtatur in agnato proximo ſciente quidem remotiorem poſſidere ſed ignorante quo titulo, an proprietatis, an alio, & ita Scabinos Lipſenſes reſpondiſſe, Canet. in extrauag. volentes, §. quid enim, Sect. 78. num. 6. Natta conſil. 636. n. 193. Dec. conſil. 222. viſo puncto nu. 3. & vlt. in fin.
28 plenè Oſaſch. deciſ. 176. per totam. Nam ignorans, & dubitans non dicitur conſentire, l. nihil conſenſus, §. fin. ff. de reg.
29 iur. & quod quis non dicatur ſcire factum abſque qualitatibus, eſt Gl. ab omnibus recepta in c. concertationi in ver. ſcimus de appellat. lib. 6. Gabr. conſ. 13. num. 15. et ſeqq. Cardin. Alban. conſ. 18. num. 7. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. 56. num. 4.

30 Tenetur enim venditor certum reddere emptorem de omnibus circumſtantijs, ſeruitutibus, & qualitatibus, & eadem exprimere, quatenus nolit de euictione teneri, vt ſæpè dixi, l. Iulianus in princ. & l. quæro, vbi Doct. ff. de act. empt. Myſinger. ſing. obſeruat. Cent. 1. obſeruat. 56. n. 7. Curt. ſen. conſ. 49. memoria recolendæ n. 79. verſic. Ad decimum argumentum.

31 Tertiò ampliatur id multò magis procedere, ſi venditor affirmauerit nullos agnatos dicti feudi capaces habere: nam tunc dicendum eſſet emptorem ignarum fidem eius fuiſſe ſecutum. Curt. ſen. d. conſ. 49. n. 79 Tiraqu. de retract. lignag ad fin. tituli num. 99. verſ. ſed veruntamen, poſt Cyn. Bar. Bal. & Caſtr. ab eo citatos in l. ſi familiæ, Cod. famil. hercíſc. Franc. Aret. conſ. 3. n. 1. in ſpecie Hartman. Piſt. libr. 2. var. qq. p. 1. q. 10. n. 20.

32 Quartò ampliatur locum habere, etiamſi venditor cõuenerit, ſe nolle de euictione teneri, cum ſciuerit rem à domino vel agnatis euinci poſſe, & emptor ignorauit, quoniam nihilominus de euictione tenetur, l. tenetur. §. ſi. & l. ex empto, §. deniq; & §. fin. ff. de actio. empt. vbi ſcribentes communiter, quia in dolo eſt.

33 Fallit, ſi emptor ſciuiſſet, Alexand. conſ. 21. n. 2. 6. & 7. lib. 5. & ibidem adden. Ruyn. d. conſ. 137. n. 14. lib. 2 Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 9. n. 56. & ad fin. tit. num. 98. verſ. vigeſimoſecundo quæro, & dixi ſupra propè finem primi caſus, cum illa euictio ex natura rei deſcendat, vt fuit dictum.

34 Quintò ampliatur procedere, etiamſi vaſallus de feudo aliquem ſubinfeudauit, & poſtea contingat hoc feudum primo domino, aut agnatis aperiri, itaut à ſubinfeudato reuocetur euictionem à ſubinfeudante, aut eius hære-

de deberi,ita demum, & non aliter, ſi ignorauit ſubinfeudatos tempore conceſſionis ſibi factæ, rem ſcilicet eſſe feudalem,ſic *Glo.in c.1.§.Rurſus in ver.ad dominum*,dum ſe remittit ad notata in *c.1.de inueſt.de re alien.Beluiſ.in d.§.Rurſus.Item Iſern.num.29.verſ.vel poſtquam,Bal.num.8.Land.n.3.Aluar.n.3.Afflict.n.7.Pich.num.10.quibus mod.feud.amitt.per Glo.in d.l.ſi familia,C.famil.herciſc. Landen.in c 1.n.6.*vbi cæteri quoq; feudiſtæ,ſi de feudo vaſall. ab aliquo interpella.fuer. *Zaſ.par.10.n.87.qui ait , Aluarot.*

35 non bene reſoluere, & ſe cum gl.diſtinguere , vt ſcienti ſubinfeudantem in feudum teneri tempore ſubinfeudationis de euictione nō ſuccurratur:at ſecus ſi fuiſſet ignorans à domino ſuo in feudo teneri, vel ſibi de euictione cauiſſe iuxta omnium ſententiam,pro quo allegatur *Tho.de Marin.in tract.de gener.& qualit.feudat.2 par.2. num.128.per c.1.de inueſt.de re alien.fact.Sonsbech.de feud.par.12.n.129.*

36 Fallit ſi delicto aut culpa ſubinfeudantis res ſit domino, aut agnato aperta, quia tunc præſtatur euictio etiam quod accedat ex natura rei.*Glo.in cap.in ver.ad dominum.Beluiſ.ibid.in d.§.Rurſus in fin.verſ.ſed quid culpa arg.l.pen.in princ ff.locati l.ſi merces,§.conductor,ff.eod.Iſern.in verſ.poſtquam d.libellum num.29.& infra Bal.num.3. Aluar.n.3.Pich.num.10,in fin.quib.mod.feud. amitt. ibidem Schenk num.10.& ſeqq.& Sonsbecch.d.par.12.num.129.verſ.* ſed quid ſi in, qui ſubinfeudauit, poſtea refert feudum domino,aut agnatis,quicquid voluerint *Zaſ.par.10. numer.87.*

37 cum dixit quod ſubuaſallo ſciente conceſſionis tempore cum ab alio tenere in feudum non teneatur de euictione ſubinfeudans qui ſcire potuit, ac debuit, ſecundum feudi naturam eſſe,quod ſic refutare poſſet. Etenim, præter *Sonsbech.& Schench.præallegatos*,cum ijs, tenuit, quam-

38 uis non allegat *Tho.de Marin.d.tit.2. par.2.num.128.* nam ſubinfeudantis refutatio volũtaria eſt culpa reſpectu ſubuaſalli,qui non præſumitur egiſſe,vt liceret ſubinfeudanti poſtea ius ſuum domino, vel agnatis refutare, atque ita ſubinfeudatum fallere, & vexare, quæ eſt fraus, & malitia in commodato *l.1.§.ſicut autem,ff.commodati*, quod præclarè explicat *Aluar.vbi ſup.d.n.3.*ibi,quod admittit, dominum ait Beluiſ.& Bal.inter ſcientiam,& ignorantiam ſentire tunc eſſe diſtinguendum,cum naturaliter etiam ſi-

39 ne culpa aperitur,ſequuntur idem *Præpoſit. num 2. Petr.*

40 *Rauenn.& Paul.Pich.n.10.* Non enim naturaliter aperitur,ſi hominis facto libero aperitur per *d.l.ſi fundum,Cod.de euict.* quod vltra *Marin.* vbi ſupra tenuit quoque *Schench.in d.§.Rurſus num.8.& 9.& Sonsbecch.d.part.12.num.124.*

41 Non igitur indulgendum , vt inde ſubinfeudato damnum inferatur, ſed potius hoc tacitè conuentum intelligi debet,vt quandiu res ex ſui natura,ſine facto hominis penès ſubinfeudantem durare poſſet, ita ſibi apud ſubinfeudatum.

42 Sextò ampliatur quoque,ſi feudum ſcienter fuerit emptum pro allodio , & emptor euictionem ſit ſtipulatus, quia pactum & conuentio eſt ſeruanda,*l.1.ff.de pact.Surd.conſ.15.ante n.17.lib.1.*

43 Septimò ampliatur etiam procedere in feudo conceſſo ob ſeruitium.*Aluar.in cap.1.col.2. verſ. oppono extra.de inueſt.de re alien.fact.Cur.iun.de feud.p.2.in 2.q.princ.verſ.etſi opponatur.col.2.Capyc.in d.ſua inueſt.§ feudorum euict.in princ.Surd.deciſ.290.n.19.*

44 Fallit, vbi præſtaretur modicum ſeruitium , quia tunc præponderat gratia. *Nard.ad Iſern.in c.1. in princ.de inueſt.de re alien.fact Surd.d.deciſ.290. n.5.*

45 Primò declaratur præcedens concluſio,vt pro euictione dominus teneatur ad reſtitutionem pretij, vel ad dandum emptori aliam rem æquiualentem rei primo loco venditæ.*Andr.de Iſern.in c.1.in princ.de inueſt. de re alien.facta vbi etiam Aluar.n.1.& in c.1. n.2. ſi de feud.vaſall.fuer.interpell.Capyc.in inueſtit.feud.§.feud.euict. in princip.fol.183.Franc.Schench.in viſib feud.par.5.ſub n.61. Pariſ.de Put.de redintegr.feud.c.238.n.4.& in c.279.incip. an inueſtiens.num.2.Boer.d.deciſ.19.n.3.Surd.d.deciſ.290.num.17.Nicol.Intrigl.de feud.q.37.n.34.lib.1.Ant. Faber in Codice Fabriano lib.4.tit.42. definit.16. vol.1.* vel etiam dare pe-

46 cuniam loco feudi euicti, & illam pecuniam tenebit in feudum,vt in *c.1.ſi de feudo vaſall.ab aliquo fuer. interpell.* & ſic in caſu iſto poteſt feudum conſiſtere in pecunia, & ita & in mobilibus,vt dixit *Afflic.in cap. ſciendum de feud.cogn.& in c.1.de inueſtit. de re aliena facta num.3.* de quo in *ſeqq.dicam*.

47 Secundo declaratur procedere , quando vaſallus, ſeu feudatarius inueſtitus ſciuiſſet rem, de qua inueſtiebatur alienam eſſe, quia non poteſt agere contra dominum inueſtientem pro euictione,*arg.l.ſi fundum ſciens,C.de euict.Iſern.in d.c.1.in princip.& ibi Iacob.de Beluiſ. Martin.Laudenſ.n.3.& Affl.n.1.Pract.Papien.in for.libelli*,quo agitur ad reuocandum feudum in *Glo.* nec *ſuperſtitibus, ſub n.32.verſ.quid ergo ſi res feudalis.Franc.Sonsbek.in viſib. feudor.p.15.ſub n.62.Coſta de facti ſcient.& ignor.Centur.1.diſtinct.4.n 7.Surd.deciſ.243.n.1.Ludolph. Schrader. de feud.p.5.c.6.n.6.vol.1.*

48 Subdeclaratur, hanc nempè declarationem non habere locum, quando inueſtitus de re aliena ſcienter pactum fecerit,vt inueſtiens de euictione teneatur, quoniam tunc is ad promiſſionem tenebitur *Iſern in d.cap.1. de inueſtit.de re alien.fact.& ibi Aluarot.n.4.& in cap.1.poſt Iacob.de Beluiſ.in c.1.ſub n.2.ſi de feudo vaſall. fuer. interpell.Sonsbech.dicta par.15.num.92.verſ.ſexto fallit*, ibi,citra prouiſionem,*Pariſ.de Put.dicto cap.279.incip.an inueſtiens,n.1.præclarè Caphal.conſil.168.numer.6.& plur.ſequentibus libro 2.*

49 Tertiò declarator ſibi non tribuere , vbi ſcienter quis emit rem feudalem lege prohibente abſque domini conſenſu,eo enim in caſu,cum contractus ſit nullus, & contra legem mercatus ſit , emptori nulla debetur euictio, nec etiam ad pretium,cum dolo emerit,ſententia fuit *Accurſij in cap.1 in princip.in ver.ex empto.de prohib. feud. alien.per Federic.vbi etiam Bal.num.22.Aluarot.n.4. Ioan.Raynal.in § habito,num.14.& 35.Iſern.in d.c.1.de inueſtit.de re alien.fact.*ibi tunc contra legis interdictum mercatus eſt, nec agit ad pretium,& eum ſequitur *Martin. Laudenſ.n.3.Afflict.n.2.idem Landen.in cap.Imperialem in princip.n.28.Bal.conſ.337.ſub n.10.verſ.In contrarium videtur, lib.1. latè Tiraq de retract.lignag.§.12.Glo.1. num.11.& 12.Caball.de euict.§.4.num 49.& 50.& ante eos Pariſ.de Put. de redintegr.feud.c.238.incip.an conceſſa n.4.Didac.Couarr.var.reſolut.lib.2.num.8.& 42.Hier.Magon.in deciſ Florent.52.numer.7.& deciſ.80.num.2.Lauar.conſil.3. num.13.& 14.Carac.deciſ.ſeu caſu 96.numer.11.Surd.d.deciſ.290, ſub numer.16.*

Subdeclaratur dicta declaratio duobus modis.

50 Primò,quod quando pro feudo non debetur euictio, ſemper tamen debeatur pretium, ſeu illius æſtimatio, vt voluit *Pariſ.de Put.d.cap.238.incip. an conceſſa, num.4.& cap.279.incip.an inueſtiens,num.2.* de quo tamen dicas,vt infra.

51 Secundo ſubdeclaratur, quando procurator, ſeu alius nomini domini rem feudalem alienauit, qui etſi promittat euictionem,& non acceſſerit domini conſenſus,dominus de euictione non tenetur ratione præmiſſa,quod ſcilicet rei alienatio ſcienti facta ſit lege prohibente, vt poſt plures adductos ſcripſit *Tiraq.de retract.lignag.in fin.titul.n.46.& Surd.d.dec.290.ſub n.16.*

52 Quarto ſubdeclaratur,quando euictio procedit ex natura rei feudalis,niſi expreſſe dictum ſit, quod etiã teneatur de euictione,quæ acciderit de natura rei, doctrina eſt *Bal.in l.ſi familia,C.famil. herciſc.* quam dixit ſingularem,

Affi.

Affl.in d.c.1.de inueſtit.de re alien.fact.ſub n.2.verſ. & *iſto caſu*.

53 Quinto declaratur vt non procedat, quando dominus dedit omne, ius, quod habet in feudo reſeruato ſibi directo dominio, quia tunc ad nihilum tenetur feudo euicto, ſecundum *Bal.in l.1.in princ.ff.de euict.Paul.de Caſtr. in l.ſi dominus,ff.ſi de euict.ff.de legat.1.Afflict.in d.c.1. ſub n.3. verſ.* & *prædicta*.

54 Sextò declaratur in caſu, quo feudum eſſet euictum facto inueſtiti, ſeu emptoris, ſic *Dyn.in l.Patrono, ff.de bon. liber.Affl.in d.c.1.ſub n.3.verſ.item fallit il primo* & *ſuo dolo,* & *culpa,l.Herennius,§.Caia,ff.de euict.* & *ibi Bar.Couar. variar.reſol.lib.3.c.17.n.9.in ſpecie Beluiſ.in c.1. ſi de feud. vaſall.* & *ibid.Lauden.n.11.Aluar.n.2.Prapoſit.n.1. Sonsbech.p.15.n 62.*

55 Septimò declaratur procedere, niſi in donatione per Regem vel Principem facta princeps diceret, ſaluis noſtris,& alienis iuribus,vt notat *Iſern. in c.1. de lege Conradi,vbi Afflict.* & *idem Affl.in d.c.1.ſub n.3. in fin.*

56 Octauò declaratur non habere locum, ſi res particularis feudi euincatur,ex *Alex.conſ.176 ſub n.9.verſ. Praterea lib.1.Iſern.in prohem.conſt.Regni in pen.col.Affl. in d.c.1.n.6.*& dicam infra ſuo loco.

57 Non declaratur, quando dominus dixit expreſsè nolle teneri ad pretium, nec ad feudi æſtimationem, vel etiam dixit, ſe ad nihilum velle teneri, quia tunc non tenetur etiam ad pretij reſtitutionem, ſic *Ioan.Andr. in addit.ad Specul.in tit.de empt.* & *vend.§.fin in princip.* vel expreſſit

58 ſpeciale ad certum caſum, de quo vult teneri ad pretij reſtitutionem in caſu euictionis.*Bal.in l.qui libertatem,ff. de euict.* & *in l.1.verſ.2.quaro, Cod.de peric.* & *commod.rei vend.per d.l.qui libertatem ſequitur Afflict.in d.c.1.ſub n.8. de inueſt.de re alien.fact.*

59 Decimò declaratur ſibi non tribuere,quando in priuilegio eſt clauſula,iuribus alienis ſemper ſaluis, quia tunc Princeps nunquam tenetur de euictione.*Iſern in cap.1. in princ.de lege Conradi.Affl.d. c.1. n.9.*

60 Vndecimò declaratur, ſi emptor litem non denunciauit domino etiam aliundè conſcio.*Gl.in ver. negocium* & *Bal.in d.c.1.ſi de feud. vaſall.n.2.* & *3. Laud.n.8 Aluarot.n. 8.Prapoſit.n.1.* & *cateri,quos adduxi in q.ſeq.n.20.* & *infra*,quos non repeto.

61 Duodecimò declaratur quod dominus de euictione non tenetur,ſi vaſallus non apud iudicem, ſed arbitrum victus fuit:nam compromittere ei non licuit ſine authoris conſenſu.*Fendiſta in cap.1. ſi vaſall.de feud.* & *ibi gl.in ver.vaſal.Iacob.de Beluiſ.Laud.n.9.Petr.de Cerno. Aluar. num 2.Prapoſit.n.1 in fin.Rauen. Affl.num.2. Balzar. n.17. Afflict.in c.1.n.3.in princ.de inueſt.de re alien.fact.Sosbech. par.15.nu.62.Scheid.p.4.ſub n.71. verſ.tertiò dominus, tunc tenetur.Capyc.in inueſt.cap.feudorum euictiones, col.2. §.limita 3.*

62 Decimotertiò declaratur,ſi propter contumaciam,aut abſentiam damnatus eſſet, modo tamen abſentia fuerit cauſa condemnationis,facit,*ſi ideo,ff.de euict.* & *l.emptor, C.eod.Bal.in c.1.n.8.ſi de feudo vaſall.* addens, animum iudicis probari per verba ab eo ſententiæ inſerta poſt *gl. not.in l.ſi prator.in ver.approbatum,ff.de iud.* & *in d. cap.1. Laud.n.10.Aluar.n.2 Præpoſit.n.1. Petr. Rauen. Affl.n.15. Balzar.n.17.*

63 Decimoquartò daclaratur, ſi culpa iudicis ſuccubuit emptor, aut vaſallus, non propter iniuſtitiam cauſæ, de euictione non agit,*arg.l.emptor fundi,* & *l. ſi non iniuria, C. de euict.* & *l.ſi per imprudentiam,ff.eod.Doct.in d c.1. ſi vaſall.de feud.vb. Laud.nu.11.Beluiſ.Aluar.n.2.Prapoſit.n.1. Balzar.n.17.Capyc.in d.inueſt.c.feudorum euictiones, §. limita ſexto*.

64 Quare traditur bonum eſſe contra hoc expreſsè paciſci,vt per *Aluar.in c.1.n.2.* & *cateros ibidem,ſi de feudo vaſall.ab aliquo interpell.* & *ibid.Laud.n.12.*& quod apponatur ſpeciale pactum in inſtrumento inueſtituræ,quod dominus quocunque modo res euincatur, ſiue per imperitiam iudicis, ſiue contra abſentem, ſiue præſentem &c. ſententia lata ſit,de euictione teneri debeat:& tunc indifferenter euictionem dari,ſequitur *Prapoſit.num.1. Conar. var.reſol.lib.3.c.17.67.*

65 Præſumitur autem victum non iniuria iudicis, ſed ob malam cauſam,*l.res iudicata,vbi Dec.Cagn.* & *Mayn. ff.de reg.iur.Conar.d.c.17.n.5.*

66 Decimoquintò declaratur, euictionem non deberi, ſi tali feudo iuriſdictio annexa eſſet,*Capyc.in inueſtit.c.feud. euict.§.limita 7.col.fin.verſic.limita* 10.

67 Decimoſextò declaratur, quod dominus de euictione non teneatur, ſi neget ſe, aut ſuos maiores, quorum fortè eſt hæres, rem euictam vnquam dediſſe, & vaſallum, aut eius anteceſſores à ſe nunquam inueſtituram habuiſſe affirmet.*Doct.communiter in c.1.ſi de feud. vaſall.*

68 Primò fallit,ſi à paribus Curiæ,aut alio modo legitimo doceatur,feudum ab ipſo domino conceſſum,*d.c.1.* & *ibi per Gl.Iſern.n.4.Aluar.n.6.verſ.oppono cum Gloſ.4. Affl.n. 17.in fin.per Gl.in c.ſi enim.Quid ſit inueſt.*

69 Secundò fallit, ſi cum denunciatio ei fieret, dominus confeſſus eſt, quia non poteſt poſtea negare, ita tradunt in *d.cap primo,ſi de feudo vaſall.Petr.de Carno,* & *ibi Iſern. num.4.Martin.de Laude.num.17.Aluarot.num.6.Petr.Rauen.concluſ.8.Afflict.num.18.ſuper quo videndus eſt Roſent. de feud.tit.de fin.* & *effectu et ſeru.cap.9. concl.31.num.7.et ſeqq.*

70 Alios caſus,quibus euictio non præſtatur, collige per tex.ex ſcriptis in hoc tractatu,& per *Caball.de euict.in §. 5.poſt Afflict.in c.Rurſus fidelis,n.10.quib.mod.feud. amitt.* vbi enumerat quadraginta duos caſus, in quibus non debetur euictio.

ARGVMENTVM.

Emens feudum,eo euicto, quando ſaltem ad pretium agere poſſit.

Euictio, an, & quando debetur à domino, qui de feudo viuentis aliquem inueſtiuit.

Euictio in feudo,an pro parte præſtetur.

SVMMARIVM.

1 *Ementi bona fide à venditore ſciente onus, ſeu prohibitionem,etiamſi conuentum fuerit,vt re euicta non teneretur de euictione,aut ad pretij reſtitutionem,pretium nihilominus reſtituendum eſt.*

2 *Promittens dare fundum in feudum ſimpliciter poſt mortem Titij,ſi non dederit,non excuſatur,ſed tenetur ad æſtimationem in aliud feudum conuertendam, aut ad feudum aquiualens.*

Vel ad intereſſe,num.3.

Et ad meliorationes factas,n.5.

Prout ita petendum videtur,n.4.

Quamuis non ad duplum,n.6.

Limitatur,ſi dominus conceſſerit, ſeu promiſerit, puta Mauio poſt mortem Titij,ſaluis iuribus alienis,n.7. & *ſeq.*

Declaratur dicta limitatio, vt non procedat, niſi emptori conſtiterit rem alienam eſſe,n.9.

8 *Princeps de euictione non tenetur, ſi feudum conceſſerit cum clauſula ſaluis iuribus alienis.*

Digitized by Google

10 *Dominus, qui feudum viuentis in caſum mortis promiſit ſecundo ad euictionem, vel ad intereſſe tenetur, ſi prior illud conſecutus ſit.*

Declaratur non procedere, ſi adiecta ſit clauſula ſaluis iuribus alienis, quia qui promittit cum d. clauſula, aliud promittere non videtur, vel dare, quam ius, quod in re illa habet, num. 11.

Ampliatur procedere, etiamſi poſterior ſciuerit quod ulteri antea promiſſum faret, n. 12.

13 *Feudi conceſſio ſi poſt, aut per mortem Titij, aut alia ratione deuoluetur, dicitur conditionalis, & conditione deficiente expirat, & dominus de euictione non tenetur.*

Ampliatur, etiamſi dictum ſit, concedo Mæuio, quando per mortem Titij mihi aperietur, n. 14.

Fallit, quando dominus poſſeſſori poſteo conſenſit, vt feudum hoc vendat, qua ratione ob eius mortem non aperiatur, quia de euictione tenetur, n. 15.

16 *Feudi conceſſio ſi facta ſit Mæuio poſt mortem Titij de feudo, quod poſt illius mortem aperietur, ſi Mæuius ignorat, quod non aperietur ex eo, quod ſuperſint agnati dicti feudi capaces, tunc dominus de euictione tenetur.*

Intellige, niſi inueſtitus ſciuerit, n. 17.

Fallit, ſi dominus id conceſſerit ad preces, ſeu ſupplicationem ipſius Mæuij, n. 19.

18 *Vaſſallus dans vaſallo ignoranti rem alienam de euictione conueniri poteſt.*

20 *Feudo euicto, dominus de euictione tenetur, dummodo vaſſallus inueſtitus denunciauerit, & feudum per iudicis ſententiam ſit euictum.*

Vbi etiam quid quando quis fuit impeditus, ne denunciaret, vel pacto remiſſa ſit denunciandi neceſſitas.

21 *Feudi poſſeſſione euicta contra dominum agi poteſt ad id, quod vaſalli intereſt.*

Saltem proportione euicta, ſi pro parte euincatur, ſi in totum, pro tota, n. 22.

Contrarium, quod re particulari euicta dominus non teneatur, habetur, n. 23.

24 *Vaſſallus ſubinfeudatus de euictione agere poteſt, non contra dominum domini ſui, ſed contra ſubinfeudantem, ac eius heredem, niſi tamen habeat iura ceſſa.*

Declaratur habere locum, ſi ignorauit ſubinfeudatus tempore conceſſionis factæ rem à domino ſuo teneri in feudum cum ſuis qualitatibus, n. 25.

Quæſt. CXIX.

EX dictis in quæſtione præcedenti infero, quid dicendum in ea quæſtione, an, ſi dominus inueſtiuit Mæuium, aut promiſit certum fundum poſt mortem Titij vaſalli aperiendum, ac deuoluendum, & poſtea Titio mortuo, adhuc ſuperſunt alij maſculi, vel fœminæ d. feudi, vel fundi capaces in 1. inueſtitura vocati, ſeu comprehenſi,
1 dominus de euictione teneatur, vt feudum æquiualens, aut intereſſe præſtet: nam ſi emptor id ignorauit, & emit bona fide, & vaſallus, hoc eſt inueſtiens ſciuit, etiamſi conuentum fuerit, vt re euicta non teneretur de euictione, aut ad pretij reſtitutionem, pretium ei nihilominus deberi exiſtimo, cum vaſallus, vt venditor ex dolo ſuo lucrari nõ poſſit, & hoc etiam de iure communi obtineat, per *tex. in l. ex empto. §. fin. ff. de act. empt.* & ibi ſcribentes, quoniam eo caſu ex dolo venditoris in detrimentum emptoris id lucro vaſalli cederet, contra omnem iuris æquitatem.

In hac tamen quæſtione pro illius explanatione, conſtituo plures caſus.

2 Primus eſt caſus; quando dominus promiſit fundum in feudum ſimpliciter poſt mortem Titij dare Mæuio; & tunc ſi non dederit, excuſari non poteſt, ſi Mæuius ignorauit ius agnatorum, aut filiorum Titij: ſed illi debebitur æſtimatio in aliud feudum conuertenda, aut feudum æquiualens, *cap. 1. de inſtit. de re alien. fact. & cap. 1. ſi vaſall. ab aliquo de feud.* & vtrobique notatur. *Myſinger.*
3 *ſing. obſeruat. centur. 4. obſeruat. 61. num. 16.* vbi quod ad intereſſe, vel æquiualens tenetur. *Afflict. in cap. 1. in princip. de inueſt. de re alien. facta Vueſembecc. conſil. 64.* In hac appellationis, *num. 10. lib. 2. Roſent. de feud. tit. de fin. effect. &*
4 *ſeruit. cap. 8. num. 8.* & ita alternatiuè petendum eſſe videtur, facit *tex. & ibi Gl. in ver. in feudum dandos, ſi vaſall.* ab aliquo interpellat. fuer. & ibidem *Beluiſ. Nic. de Neap. Petr. de Cerno, Iſern in princip. Bald. num. 1. Lauden. num. 3. Aluarott. n. 2. & 4. Afflict. in princip. & num. 7. Schenck in princ. Balzarun. num. 10. 11. & 17. Borcholt. de feud. part. 9. num. 14. Vueſembece. conſil. 7. n. 7. conſil. 9. num. 17. & conſil. 64. n. 11. par. 2. Intrigliol. de feud. q. 38. n. 34. Bal. in c. 1. n. 4. Aluarott. nu. 4. Afflict. n. 8. & cæteri poſteriores, ſi de feud. vaſall.*

5 Item omne intereſſe, & meliorationes factas, *Gl. in c. 1. in ver. vaſallus, ſi de feudo vaſalli ab aliquo interpellat. fuer. & ibidem Beluiſ. Aluarott. n. 2. verſ. & poſtremò intelligas. Schenck numer. 6. Balzarun. numer. 10. Capyc. in inueſtit. cap. feudorum euictiones col. 1. verſ. Amplia ſecundo,* facit *tex. & ibi Gloſ. in ver. in feudum dandos in cap. 1. ſi vaſall. de feud. ab aliquo interpellat. fuer. & ibidem Beluiſ. Nicol. de Neapol. Petrus de Cerno. Iſern. in princip. Bald. num. 1. Lauden. num. 3. Aluarott. num. 2. & 4. Afflict. in princip. numer. 2. & 7. Schenck. num. 2. & 3. Balzarun. numer. 11. & 18. Curtium. par. 2. quaſt. 2. num. 36. de feud. Sonsbek. de feud. part. 15. num. 61. Capyc. in ſua inueſtit. cap. feudorum euictiones column. 3. §. limita nono, in princip.* quod tamen de conſuetudine malè obſeruari conqueritur *num. 38. Borcholt. part. 9. numero 14. Rapien. in form. libelli,* quo agitur ad reuocationem feud. *ver. nec ſuperſtitibus num. 31. & ſeqq. Intrigl.*
6 *quaſt. 38. num. 34.* non autem ad duplum *Bal. in cap. 1. ſi vaſall. ab aliquo ibidem Aluarott. num. 2. Afflict. in principio, & num. 7. & in cap. primo num. 3. de inueſtit. de re alien. facta Capyc. in dicto cap. feudorum euictiones dicta ampl. 2.*

7 Limitatur principalis concluſio, ſi dominus conceſſerit, ſeu promiſſerit feudum Mæuio poſt mortem Titij, ſaluis iuribus alienis, quo in caſu nihil aliud voluiſſe videtur concedere, quam ſi quid iuris in illo feudo prætendere potuiſſet; non autem de alieno teneri, & ſucceſſiuè ex hac clauſula immunis redditur ab euictione. *Iſern. in cap.*
8 *1. numer. 1. & 2. de lege Conrod. & ibidem Afflict. numer. 3. & 9.* qui ait, Principem de euictione non teneri, ſi cum hac clauſula conceſſerit, idem in *cap. 1. ſub num. 3. in fine de inueſtit. de re alienat. fact. Capyc. in inueſtit. feudali, cap. feudorum euictiones, in fine. Ioann. Borcholt. de feud. cap. 9. numero 16. Modern. Pariſ. in conſuetud. §. 44. num. 27.*

9 Quæ ſententia licet communiter recipiatur, teneri tamen poſſet, non ob id vendentem ab euictione immunem eſſe, niſi emptori conſtiterit rem alienam eſſe; cum iſti ablatiui abſoluti declarent conceſſionem, & venditionem tertio non obeſſe, non autem quid dicunt quod dominus, vel venditor euictionem præſtare nolit, vt etiam nouiſſimè aduertit *Roſental. de feud. in tit. de fin. effect. & ſeruit. c. 8. concl. 30. ſub n. 3.*

10 Ex hac limitatione declaratur concluſio, qua dicitur dominum, qui feudum viuentis in caſum mortis promiſerat ſecundo ad euictionem, vel intereſſe teneri, ſi prior id conſecutus ſit, de qua per *Roſent. de feud. c. 6. concl. 9.* Item de re aliena, aut duobus data *in c. 1. num. 2. de lege Conrad.* non procedere, ſi ſecundæ conceſſioni adiecerit clauſulam ſaluis iuris alienis.

11 Quoniam is, qui promittit cũ dicta clauſula, aliud promittere non videtur, vel dare, quam ius, quod in re illa habet, *leg. ſi domus, §. 1. ff. de legat. 1. leg. qui tabernas, vbi notatur, ff. de contrahend. empt. Afflict. vbi ſupra numer. 3. & ſequen-*

Digitized by Google

*quentibus,& in cap.1.num.9. de inueſt.de re alien.fact. Borcholt.de feud.cap.9.num.10.Hartman. Piſtor.quæſt.iur.libr. 2.p.2. quæſt.19.numero 6.*quod procedit, etiam poſterior
12 ſciuerit,quod alteri antea promiſſum foret, *capit.1.de inueſtit.de re alien.fact.* vbi ſcribent. *Piſtor.in loco præcitato, num.4.*

13 Secundus eſt caſus, quando dominus concedit Mæuio, ſi poſt, aut per mortem Titij, aut alia ratione ad illum deuoluatur; & tunc ex quo conceſſio prædicta eſt conditionalis, conditione deficiente expirat, & dominus de euictione non tenetur, eſt *text.in lege neceſſariò, §.primò, ff.de pericul. & commod. rei vendit. leg. pœnam quam, & ibi Doct.ff.ſi cert. petat. Menoch. conſil.38. numer.decimoquarto,libr.1.Vueſembecc.dicto conſil.64.numero 12.*

14 Ampliatur,ſi etiam dictum ſit concedo,Mæuio, quando per mortem Titij mihi aperietur, ita legitur in quodam conſilio iuriſtarum lypſienſium impreſſo inter quæſtiones iuris. *Hartman. Piſtor.poſt quæſt.20. parte 2.libr.2. nu.46.* in illo caſu, in quo dixerat dominus, quando poſſeſſor ſine hæredibus maſculis deceſſerit, qui poſt ea filium ſuſceperat.

15 Fallit,quando dominus poſſeſſori poſtea conſentit, vt feudum hoc vendat, qua ratione ob eius mortem non aperiatur,quia de euictione tenetur.*Ludou.Fachiſ. in quodam conſil.impreſſ.inter qu.Hartman.Piſtor.poſt q.20.num, 24.lib.2.part.2.*

16 Tertius eſt caſus,ſi non ita conditionaliter facta ſit promiſſio, ſed fuit dictum, quod poſt mortem Titij feudum ſibi aperietur; ac ideo promittat Mæuio poſt mortem Titij,quia promiſſio hæc non videtur conditionalis:vnde ſi Mæuius ignorat, quod non aperietur quodque alij ſuperſint agnati ipſius Titij dicti feudi capaces, tunc dominus de euictione tenetur, *dict.cap.1.de inueſtit.de re alien. fact.& cap.1.ſi vaſall.de feud. ab aliquo.d.leg.neceſſariò, §. 1.ff.de pericul.& commod.rei vendit. dicto cap. 1.* & ibi per Doctor.an apud iudicem, vel curias, vbi generaliter probatur, quod dominus de feudo vaſalli, ſine filio defuncti
17 inueſtiat, & agnati ſuperſint qui reuocent, quod de euictione tenetur. Quod intellige, niſi inueſtitus ſciuerit, *cap.1.in princip.& ibi Gloſ.in ver.cum de re, de inueſtit. de re alien.fact.* & ibi communiter *Doctor.Vueſembecc.dicto conſil.64.num.11.part.2.facit l.ſi fundum,C.de euictio.*cum ſimilibus de quibus diximus ſupra; & facit generalis Doctrina,qua traditur, quod vaſallus dans vaſallo ignoranti
18 rem alienam, de euictione conueniri poteſt, de qua etiam ſuperius fuit dictum.

19 Fallit,ſi dominus id conceſſerit ad preces, ſeu ſupplicationem ipſius Mæui;, quia tunc potius cenſeretur, hoc conceſſiſſe errore ductus, quam vt ſe ipſi Mæuio in aliquo teneri voluerit,& ideò dicto in caſu Mæuius imputet ſibi, ſi ſupplicauit feudum poſt mortem Titij ad dominum reuerſurum; & ſic poſt mortem Titij ſibi concedi petierit, & ita ſubreptitie, & obreptitie obtinuerit, per *text.in leg.2.penult.& vltim.C.ſi contra ius, vel vtilit.publ. cap.ſuper literis.& ibi notat.de reſcript.*& de dominio alienationi conſentiente, non benè à vaſallo informato *Afflict.in capit.primo,numer.11.& ſeqq.* qui ſucceſſ. dar.teneant. *Vueſembecc.dicto conſil.64.numer.ſecundo, in fine, libr.ſecundo.*

20 Verum ijs,quæ dixi in præcedenti quæſtione,*numer.1.* & infra: nempe, quod dominus feudo euicto,de euictione tenetur,addas,non ſimpliciter fore intelligenda,ſed ita demum procedere, ſi vaſallus inueſtitus denunciauerit, & feudum per iudicis ſententiam euictum ſit *Gloſ. Equinar.Bar.Hutoma.& Balzaran.numer.17.in capit.primò, ſi de feudo vaſall.* ab aliquo interpellat.fuer. ex communi ibidem *Bald.numer.2.& 3.Landen.numer.2.& 7.* de vera, & recepta *Aluarott.numer.primò, & ſecundo eſt text. cum Gloſ.in cap.1.in verb.ignorauerit de inueſtit.de re alien. facta,vbi latè Aluarot.& Præpoſit.numer.2. Iaſ.in prælud. feudor.num.40.Curt.iun.de feud.parte 2.quæſt.2.numer.30. membr.2 Iaſ.in epit.feud.part.6. numer.18. Hier. Schurph. conſ.58.talis caſus eſt,num.14.Centur.2.& conſil.95.quod in præſenti,numer.9.Cent,3,* niſi dominus det operam, ne denunciare poſſit, quo caſu amicis, vel domino denunciare debet.*Præpoſit.in dicto c.1.in princ.nu.1. Petr. de Rauenn. Afflict.nu.2.Schenck.num.2.& ſeqq.Balzaran. nu.17.Bal. in cap.1.num.1.& ibidem Landen.nu.16.Aluarott.in princ. Præpoſit.num.2.verſ.ſed pulchrum eſt,Schenck.n.2. Balzar. num.18.verſ.reſtringe tamen.Capyc.in ſua inueſtit. dict.cap. feudorum euictiones column. 2.limitat. 2. pag.189. Papien. in form.libell. quo agi.ad reuocat. feud. §.ſed nec ſuperſtitibus num.32.Sonsbeeh.pag.15.num.62.Borcholt.cap.9.num. 15.Blanch.lib.4.cap.primò,numer.136.& hoc eſt authorem nominare,leg.tenetur ex empto,§.ſi tibi iter vendidero, ff de actio.empti.*

Ampliatur procedere etiam, quod ſcientia litis motæ probari poſſit aſſuiſſe ex parte venditoris, quia adhuc ex receptiori denunciandi neceſſitas ſubeſt ex parte emptoris,*Gloſ.in cap.1.in verb.negocium,& ibi Bald.num.2.& 3. Landenſ.num.8.Aluarott.num.8:Præpoſit.num.1. verſic.in ea Gloſ.Afflict.num.4.ſi de feudo vaſall. per notata per Bart. in leg. non ſolum, §.morte numer.52.ff. de nou.oper nunciat. Couar. var.reſolut.libr.3.cap.17.numer.3. facit l.denunciaſſe,§.quid ergo,ff.de adult. de commun Caballin. de euictio. §.3.num.4.& 45.ſiquidem, vt dixi in quæſt.4.* denunciandum eſt,quoniam denunciatio non ſolum,fit, vt quis certus ſit,debitè mota,ſed etiam,vt defendat.

Fallit,ſi pacto remiſſa ſit denunciatio,*l.Herennius Modeſtinus,ff.de euict.Balzaran.& Capyc.in d.c.feudorum euictiones,§.limita 2.Sonsbeck.part.10.num.quarto,& fuit dictum,d.quæſt.4.*

Vel etiam pacto remiſſa eſt denunciandi neceſſitas, *l. Herennius de euict.Feder.Schench.num.3. in c.ſi vaſallus,ſi de feudo vaſalli.Aluarot.nu.17. vbi diſtinguit. Capyc.in d. cap.feudorum euict §.limita.2.Sonsbecc. par.10.num.4. Caball.de euict.§.3.num. 114.*

In iudicio tamen conuentus, etiamſi nominet auctorem, non ob id tamen, iudicium euitare poteſt.*Soc.ſen.in capit.quoniam frequenter, §.in alijs,* vt lite non conteſtat. *Myſinger.obſeru.58.Cent,2.obſeru. 24. Centur.3. & obſeru. 14.Cent.5.Afflict.in ea.1.num.6. de feudo vaſall. vbi etiam Martin.de Laude.num.14.*

21 Ruſus notandum eſt in materia, quod poſſeſſione euicta contra dominum agi poteſt ad id, quod vaſalli intereſt. *Afflict.in c.1.in princip.ſub num.5.verſic.quinto nota.de inueſtit. de re aliena facta poſt Aluar. in cap.1. numer. 10.ſi vaſal.de feudo ab aliquo interpellat. vbi etiam Præpoſit.num.2.in fine, verſic.* quæro quid ſi vaſallus,per *text.in l.ratio in princ.ff.de action. empti. & in l.ſi duo in fine,ff. vti*
22 *poſſidet.*ſaltem pro portione euicta, ſi pro parte euincatur, ſi in totum pro tota, *argument.l.quæ de tota, C.de rei vendicat.& cap.1.de vaſall.* qui contra conſtitut. *Lothar. Aluarott.in cap.1.nu.10.in verſ.quæro quid ſolum,& Præpoſit.in fin.ſi vaſall.de feud.defuncti, per text.iuncta Gl.in l. 1.ff.de euict, Cyn.in l.2.C.eodem. Modern. Pariſien. in conſuet.§.44.num.24.*

23 Contrarium quoad hoc vltimum tenuit *Aff.ict. in cap. primo,ſub num.6.de inueſtit.de re alien.fact. & in capit.primo.in princ.num.primo,ſi vaſall.de feud. ab aliquo interpellat.* vbi re particulari euictar, dominum non teneri ait, quod ſequitur ibi *Balzaran.ſub numer.18.verſ.reſtringitur tamen.*

24 Præterea quoque dicitur vaſallum ſubinfeudatum de euictione agere poſſe non contra dominum domini ſui, ſed tantum contra ſubinfeudantem dominum immediatum, aut eius hæredem, niſi tamen habeat iura ceſſa, per

leg.ſi

Digitized by Google

leg.ſi res,quàm à Titio,ff.de euictio. Aluarott. in cap. primò, in princip.num.5.& ibidem Præpoſit.num.2. Afflict.numer. 16.& poſteriores de inueſtit.de re aliena facta.Capye. in d.c. feudorum euict.col.3.§.limita nono pag.189.

25 Declaratur procedere,ſi ignorauit ſubinfeudatus tempore conceſſionis ſibi factæ rem à domino ſuo teneri in feudum cum ſuis qualitatibus.*Feudiſtæ in capit.1.§. Rurſus mod.feud.amitt.per illum text.vbi Pich. num.10. per Gloſs. in l.ſi familia,C.famil.hercïſcund.*& latè fuit dictum ſupra. Ad quæ videre quoque poteris *Theſaur.iun.quæſt.forenſ. lib. 2. quæſt. 23.* poſt hæc ſcripta viſum,qui plura in propoſito ſcribit, & præſertim, quid reſoluendum, quando culpa venditoris caducitas fuit declarata, & dominus caducitatem remiſit in gratiam emptoris,& emptorem inueſtiuit.

ARGVMENTVM.

Euictio feudi ſecundum naturam contingens quando præſtetur,vel non, vbi etiam agitur de euictione ſequuta iure retractus.

Euictione in feudi diuiſione; quando debeatur.

Iudex quis ſit competens ad compellendum inueſtientem, vt vaſallo æſtimationem præſtet.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non debetur, ſi res ſecundum naturam euincatur.*

Intellige,ſi emptor ſciuerit rem eſſe feudalem,n.2.

Fallit, ſi venditor ſciuit, & emptor ignorauit, quia tunc de euictione tenetur,num.3.

Sublimitatur,ſi emptor quoque ſciuit, num.4.

Et intellige,vt ibidem.

5 *Hæres venditoris iuri ſuo reuocans emptore ignoranti de euictione tenetur.*

Ampliatur etiam, ſi exceptionem non obijciat emptor, ſed euinci patiatur,num.6.

7 *Euictio non debetur à venditore, vel eius herede feudi iure retractus redempti.*

8 *Creditores ad confectionem inuentarij ſunt citandi.*

Fallit in emptore feudi,qui de euictione feudo reuocato agere poteſt.num.9.

10 *Creditores conditionales ad inuentarij conſcriptionem neceſſariò non ſunt vocandi.*

11 *Feudorum maiorum diuiſio non eſt licita.*

12 *Euictio in feudi diuiſione non præſtatur, quando contingit ex ſui natura.*

Primò ampliatur,vt nec etiam pretium rei feudalis peti poſſit,num.13.

Et ibidem de ratione.

Secundò ampliatur, etiamſi de euictione ſibi caueri curauerit, niſi in ſpecie dictum ſit, cum non ſufficiat ſimplex, & generalis promiſſio de euictione,num.14.

Limitatur, niſi fortè eſſet alienabilis, & adiectæ diuiſioni tales clauſulæ, vt renunciatum videatur, quod ex propria natura feudum deberet redire ad agnatos, numero 15.

Contrarium,vt hoc caſu generalis promiſſio de euictione ſufficiat,etiamſi ſequatur euictio de ſui natura, num.16.

Quę vltima ſententia declaratur, num.17.

At videas,num.18.& 19.

20 *Euictio,quando non venit ex natura rei,ſed quia defunctus nullum habebat titulum feudi, ſeu iniuſtum, diſtinguitur, an quis ſciuerit,vel ignorauerit.*

21 *Dominus,quando vaſallo tenetur ad pretium, intelligitur, vt non teneatur ad duplum: ſed ad tantumdem, vel tantam pecuniam,quantam valebat feudum tempore ſententię conuertendam in emptionem alterius feudi, vel rei immobilis habendę in feudum.*

Et de ratione ibidem,num.22.

23 *Euictę rei valor vt habeatur,inſpicitur tempus ſententię, et non tempus pręteritum, vel futurum.*

24 *Feudum euictum qualiter ęſtimetur, remiſſiuè.*

25 *Iudex cauſę principalis,eſt iudex competens ad compellendum inueſtientem, vt vaſallo ęſtimationem pręſtet.*

Contrarium habetur, num.26.

Fallit in Regno Neapolitano,in quo iudex, coram quo actum eſt,cognoſcere poteſt inter emptorem, & venditorem, numero 27.

28 *Emptor qui feudum emit tanquam liberum, & poſtea conſtat, quod eſt feudum, illud retinere poteſt, quamdiu ſibi reddatur intereſſe.*

Quæſt. CXX.

1 Euictionem non deberi,ſi res ſecũdum naturam euincatur,ſuprà ſæpè diximus,& in terminis feudi tradidit *Schrader.de feud.p.5.cap.6.n.6.verſ.3.* & ratio eſt quia nempè accipiens eam clarè præuidere potuit *l.ſi familię, C.fam.herciſcund. Roma. conſil.503. in vltimo dub. Cuman. conſil.33.Ruyn.conſ.42.num.19.& conſil.146.num.3.lib.1. Crauett.conſil.21 t.Burſat.conſ.137.num.2.libr.2. Menoch. de pręſumpt.lib.3.præſumpt.118.nu.18.* nam neſcienti rem eſſe alienam euictio præſtatur,*l.qui fundum,& ibi Doctor. Cod.de euictio,leg.ſi fratres, Cod.comm. vtriuſque iudic.Bal. in dicta lege ſi familia numer.3.Alexand.conſil.21. numer. 10.libr.5.*

2 Quod verum cenſendum eſt,ſi emptor ſciuerit rem eſſe feudalem,aut emphyteoticam,ad *leg.qui fundum, & ibi Doct.Cod.de euict.& d.leg.ſi fratres,& habetur per Doctor. proximè citatos.Myſing.obſeruat.56.num.7. Centur.prima, Franc.Arct.conſ.3.num.1.Curt ſen. conſ.49.ſub numer. 97. verſ.ad decimum argumentum*, & quidem cum ſuis qualitatibus,iuxta quæ dixi *q.118.num.27.& infra.*

3 Idque adeò verum eſt, vt etiam è conuerſo ſi venditor aperte conuenerit,ne de euictione teneretur,ſi ſciuit rem ab agnatis,& domino euinci poſſe, & emptori ignorauit nihilominus de euictione tenetur, *l.tenetur, §.fin.& l.ex empto,§.denique,& §.fin.de act.empt.& vtrobique Bartol. Bal.& Caſtr.* qui in dolo eſt,niſi emptor quoque ſciuiſſet. *Alex.conſil.68.ſub num.3.verſic. nec etiam.* poteſt dici libro quarto,quia ſcienti,& volenti,inquit,non fit iniuria, neque dolus,*l.cum donatio,Cod.de tranſact & leg.1.§.1.&*

4 *fin.ff. de act.empt.Piſtor.q.10.numer.12.libro 2 par.2. Vult. de feud.lib.1.c.10.num.95.* quod ſecundum aliquos limitatur,niſi delicto, aut culpa ſubinfeudantis res ſit domino, aut agnato aperta quamuis enim id ex natura rei proueniat tamen cum facto, & culpa ipſius concedentis contingat,præſtari oportet.*Gloſ.in cap.1.in ver. ad dominum in cap.1.§.Rurſus, vbi Beluiſ.in fine,verſic.ſed quid ſi culpa, quibus modis feud.amitt.argument.leg.penult. circa princip. ff.locat.l.ſi merces, §.conductor.ff.locati.Iſern. in verb. poſtquam ad libellum,num.29. & ſequent.*

5 In eadem materia obſerua etiam,quod ea, quæ de euictione præſtanda, vel non ſcripſimus, etiam eo caſu procedunt, quo hæres alienantis feudum iure ſuo reuocare poteſt,quia tunc tamquam hæres de euictione conueniri

poteſt

Digitized by Google

poteſt. Hartman. Piſtor. qſtur lib. 2. part. 1. q. 9. numer. 38. & probant. text. in l. vendicantem vbi Doct. ff. de euict. & in leg.
6 venditrici, C. de reb. alien. non alien. quod, & tunc contingit, cum patitur ſponte rem feudalem ab hærede euinci, cum opponere poſſet exceptionem quod hæres teneatur ſtare facto defuncti: nam in electione emptoris eſt, exceptione vti, aut pati rem euinci, & de euictione agere d. l. vendicantem, & l. venditrici, & ibi per ſcribentes. Inſuper etiam noueris, quod ſi feudum iure retractus euincatur à domino, aut agnato de euictione contra venditorem, aut eius hæredem agi non poteſt; ſic generaliter facto retra-
7 ctu rei venditæ, quod propterea euictio non præſtetur Bellamer. in cap. conſtitutus col. 3. verſic. Nec obſtat, quod iſte de reſtit. in integr. Maſuer. tit. de retract. §. item ſecundum opinionem. Afflict. in tract. de iure prothomis in ver. & intra triginta dies ſine nu. 48. quoniam emptor huiuſmodi retractu fieri poſſe ſcire potuit, & præterea, quia ius congrui dirigitur contra emptorem, idque ex ſua perſona, quia nempè emit: & ex ſuo contractu, ſiue poſt contractum; non autem ex cauſa antecedente, vel præterita, per l. hoc iure, leg. ſi per imprudentiam, cum notatis ibidem, ff. de euictio. Tiruquell. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 9. num. 34 quos ſequitur Hartman. Piſtor. dicto libr. 2. part. prima, quæſt. 10. num. 9.

8 Item ſcias, quod licet creditores ad confectionem inuentarij citandi ſint, iuxta quæ habentur per Menoch. de arbitr. iudic. caſu 194. numer. 166. poſt Rip. in tract. de peſte tit. de remed. præſeruat. contra peſtem num. 242. Alciat in l. 2. num. 12. C. de in ius vocan. Vinc. Franc. deciſ. 230. num. 7.
9 & emptor feudi hæreditatis creditori videatur, præcipuè, ſi de euictione feudi reuocato agere valeat: non tamen ad iſtam deſcriptionem neceſſariò vocandus eſt; ſed ſatis eſt inuentarium alias legitimè fuiſſe confectum. Non enim is propriè videtur creditor, qui agere de euictione non poteſt, niſi re iam per ſententiam euicta, vt dixi in quæſtione.

10 Certum eſt autem creditores conditionales ad inuentarij conſcriptionem neceſſariò vocandos non eſſe, vt decidit Oſaſch. deciſ. 181. vbi ſic à Senatu deciſum refert, num. 3.

11 Sed quid ſi feudorum inferiorum fiat diuiſio (nam maiorum feudorum non eſt licita, cap. Imperialem, §. præterea ducatus in princ. & ibi Belviſ. Iſern. Bald. Lauden. Aluarot. Præpoſit. Rauenn. Afflict. nu. 1. & 6. Schenck. Baro. Hothem. & Balzaran. Ruyn. num. 4. & ſeq. Camerar. pag. 797. & 858. & paſſim omnes de prohibit. feud. alien. per Federic. Mozz. de diuiſ. feud. num. 43.) vna cum allodialibus, & vni feuda omnia, vel eorum pars, & alteri allodialia aſſignentur, & contingat ad dominium feuda reuerti, aut quouis alio modo finiri, qualiter, & quando euictio debeatur quæſtio eſt.

Quia in re ſic dicendum puto, conſtituendo duos caſus.

12 Primus eſt caſus, quando euictio accidit ex natura feudi, quia nempè is, cui illud in diuiſione obtigit, deceſſit abſque filijs maſculis, relicta filia, atque ita feudum reuertitur ad alios agnatos, cum quibus diuiſio hæc facta fuerat, vel ad dominum, & hoc caſu præſtari non ſolet. Afflict. in c. omnes filij num. 24. ſi de feudo defunct. fuer. controuer. Iacob. de S. Georg. in §. & vnus ex dictis vaſallis n. 6. Gloſ. in leg. ſi familiæ in ver. pro parte, quam ibid. ſequuntur Cyn. Bart. nu. 2. Ang. Bald. numer. 5. & 7. Paul. de Caſtro num. 4. Sichard. num 13. & 15. & communiter Doct. C. fam. hercisc. Card. Albam ibidem in lucubrat. ad Bart. in ver. ponamus, quod in diuiſione Tiraq. de retract. lign. tit. 1. §. 1. gloſ. 9. numer. 35. Cubelin. de euict. §. 5. numer. 33. verſic. decimus caſus eſt, Aret. conſil. 3. conſultatio præmiſſa. Alex. conſil. 21. viſo compromiſſo num. 2. & 3. & 6. ac ſeq. libr. 5. qui de communi teſtatur. Dec. conſ. 41. numer. 163. & conſ. 411. viſis his num. 4. Curt. ſen. conſil. 49. num. 29. Cuman conſil. 33. Ruyn. conſ. 11. num. 11. conſ. 14. num. 5. conſil. 42. n. 19. & conſ. 146. in facto proponitur n. 3. lib. 1. Alciat. conſil. 133. incipit ſuperioribus annis n. 5. & conſ. 138. incip. prima facie fundatu n. 3. in fi. Aym. conſ. 211. num. 6. Sigiſmund. Loffred. conſ 16. nu. 59. Gozadin. conſ. 53. numer. 16. de communi Menoch. conſil. 87. num. 38. de communi pariter Hartman. Piſtor. quæſt. iur. lib. 2. par. 1. q. 10. num. 7. & ſeq. Craſſ. recept. ſent. §. hæreditas quæſt. 12. num. 9.

13 Primò ampliatur, vt nec etiam pretium rei feudalis peti poſſit, ſic Bar. in l. qui Romæ, §. fi. numer. 15. C. de re reſtitutionis ſubiectu loquens) quem ibidem ſequuntur poſteriores, ff. de verb. oblig. Tiraq. d. gl. 9. num. 35. Dec. dicto conſil. 411. num. 4. Aym. d. conſ. 211. nu. 6. Burſatt. de communi conſ. 178. numer. 20. Menoch. qui pariter de communi teſtatur de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 118. numer. 14. poſt Alex. in dict. l. qui Roma, §. fi. num. 36. & dicto conſil. 87. num. 79. Hartman. Piſtor. dicta q. 10. numer. 23. & ſeq. Ruin. d. conſ. 11. & conſil. 14. num. 5. lib. 5.

Ratio, eſt quoniam ſcienter feuda accipiens in diuiſione, illa nunquam vt bona libera æſtimata fuerunt, & ideo is ſibi imputare debet, cur ſibi non prouiderit, cum certam fore euictionem videre potuerit, ſi abſque filijs maſculis decederet.

14 Secundò ampliatur procedere, etiamſi de euictione ſibi caueri curauerit, niſi in ſpecie dictum ſit, quod feudo illo euicto, ob lineæ maſculinæ defectum, vel ad dominum reuerſo, ea præſtanda ſit: nam aliter ſimplex, & generalis euictionis promiſſio de allodialibus, vel de alijs caſibus intelligitur, vbi non venit euictio ex natura rei; ſed aliter contingit. Gloſ. communiter approbata in dicta leg. ſi familiæ in ver. pro parte, vbi Cyn. Bar. numer. 2. Bald. num. 3. & 8. Ang. Caſtr. Ioan. Sichard. nu. 14. Cod. famil. hercisc. arg. l. ſi nomen, ff. de hered. vel actio. vend. l. ſi quis domum, §. 1. ff. locat. Lauden. & Præpoſit. in dict. cap. 1. ſi de feud. vaſall. ab aliquo interpellat. Iacobin. in dict. verſicul. & vnus num. 6. Bart. in d. lege qui Romæ, §. duo fratres q. 10. Crot. num. 78. & Ripa n. 39. & 43. & 90. de communi teſtatur Hartman. Piſtor. d. li. 2. p. 1. q. 10. nu. 13. 14. 15. 16. ad 19. Corbul. in tract. de iure emphyt. c. 14. ampliat. 31. numer. 12. Aret. conſ. 3. in princ. Alex. dicto conſ. 21. num. 2. 6. & ſeq. libro quintò, Dec. dicto conſ. 411. num. 4. de communi Curt. ſen. dicto conſil. 49. num. 79. Caſtr. conſ. 170. incip. viſo puncto ſupra ſcripto, num. 2. libr. 2. Roman. conſ. 503. nu. 14. Decian. conſil. 41. nu 163. libr. 1. Aym. conſil. 211. num. 6. Burſatt. d. conſ. 173. num. 20. & 21. & 58. lib. 2. Menoch. de communi præſumpt. 118. num. 14. libro 3. & dicto conſil. 87. num. 78. libro primo, Phanuc. de inuentar. parte 7. num. 203. Craſſ. in d. §. hæreditas quæſt. 12. num. 9. qui de magis communi & frequentiſſima opinione teſtatur.

15 Limita, niſi fortè res eſſet alienabilis, & adiectæ diuiſioni tales clauſulæ, vt renunciatum videatur, quod ex propria natura. Feudum deberet redire ad agnatos, per ea, quæ tradit Craſſ. vbi ſupra, facit Gloſ. fi. in d. l. ſi familiæ, & ibidem Bart. num. 2. Bald. num. 8. Ang. in fine, & Caſtren. num. 4 C. famil. hercisc. Piſtor. dicta qu. 10. num. 3. 17. & ſequentibus libro ſecundo, parte prima, Natt. conſil. 181. num. 8. Aym. conſ. 64.

16 Contrarium tenent plures, euictionem ſcilicet etiam generaliter, non ſpecialiter in hunc caſum promiſſam, etiamſi ſequatur ex eius natura, deberi, vt tradidit. Menoch. de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 115. num. 20. & ſequentibus, & ad hoc allegat Alex. in leg. qui Roma, § fin. num. 34. & Ripa num. 99, et ſeqq. verſic. aut enim res, et Alciat. numer. 37. ff. de verb. oblig. idem Alciat. dict. conſ. 133. nu. 5. et conſ. 138. num. 3. in fine, Menoch. conſil. 87. numer. 85. et ſeq.
17 libr. primò, Burſatt. conſil. 173. numer. 19. et 31. libro ſecundo, qui id tamen in pacto generali, ſi euictio in ſpecie non ſit promiſſa, volunt de euictione agi non ſemper, ſed tunc

ſolùm

ſolum, vbi omnia bona reſtitutioni ſubiecta, vel feudalia
vni fratri fuerunt aſſignata, vel obtigerunt; ſed in liberis,
& ijs, qui ſui natura euinci non poſſunt: alteri aſſignan-
tur aliud ſentientes, quoniam vnicuique fratrum pars æ-
qua bonorum grauatorum obtigit: quia quilibet peri-
culum partis ſuæ ſuſcipiat.
18 Verum ſupradicta ſententia de directo eſt contra com-
munem receptam opinionem *Gloſ. in d.l. ſi familiæ*, quam
ibidem omnes ſequuntur, dum expreſsè ponunt caſum,
quando vni fratrum deueniunt bona oneri ſubiecta,
videlicet feudalia, & alteri allodialia, & libera; & ni-
hilominus filiæ, ſeu hæredi euictionem dari negant, ad
quod rectè aduertiſſe competi *Dec. d. conſil. 41. num. 163.*
vbi generaliter cum *Gloſſa concludit*; quidquid dixerit
Menoch. in dicto loco; non enim vera eſt euictio illa, quan-
do feudum ſine facto agnatorum, aut domini ad eos re-
dit; ſed accidit ex natura rei, & pacti a principio firmati,
& potuit is, qui rem illam accepit, vt alias dixi, caſum
hunc præuidere, ita quod ſecundum naturam rei, eam
19 accepiſſe videatur; & ita teneo: fateor tamen, quod iſta
vltima opinio non procederet, quando accipiens res feu-
dales, aut alicui alij oneri obnoxias crediderit eſſe libe-
ras, ſeu allodiales; quia tunc abſque difficultate illi præſta-
retur euictio, iuxta quæ ſuperius dixi; nam ratio, quare
euictio, vbi ex natura rei procedit non præſtatur eſt, quo-
niam accipiens eam manifeſte præuidere potuit facilè ſe-
cuturam, vt per *Doctores in dict. leg. ſi familia. Roman. conſ.*
503. in vltimo dubio. Cuma. conſil. 33. Ruyn. conſil. 42. numer.
19. & conſ. 146. num. 3. lib. 1. Crauett. conſil. 211. Burſatt. d.
conſ. 173. nu. 2. Menoch. de præſumpt. libro 1. præſumpt. 118.
num. 18.
20 Secundus eſt caſus, quando euictio non venit ex na-
tura rei, ſed quia defunctus nullum habebat titulum, ſeu
iuſtum, vt quia verè non fuerit inueſtitus ſeu res non
fuerit concedentis, vel diuidentes illi verè non ſucceſſe-
rint, & hoc caſu nulla erit differentia inter res feudales,
& alias in diuiſione contingentes, ſi fuerint a tertio eui-
ctæ, & obſeruandæ erunt diſtinctiones, ſciuerint, vel igno-
rauerint euictionem promiſerint, vel non, vt omnes ſu-
pracitati tradunt, & latius diſſerui q. 14. dum egi de di-
uiſionibus, quæ fieri ſolent de alijs bonis onerofis.
21 Notandum tamen, quod in caſibus in quibus dominus
tenetur vaſallo de euictione intelligitur, vt non teneatur
ad duplum, ſed tantumdem; vel tantam pecuniam, quan-
tam valebat feudum tempore ſententiæ conuertendam
in emptionem alterius feudi, vel rei immobilis habendæ
in feudum *Surd. deciſ. 290. num. 17.* & ratio adducitur: quia
in pecunia, & mobilibus conſtitui nequit feudum, cum
dentere poſſit ſi detur ad lucrum, quæ ſi teneatur in ſchri-
nio, nullam præſtabit vtilitatem vaſallo, nec minus domi-
no: quoniam ex parte illius deficit directum dominium,
22 & ex parte vaſalli vtile *Afflict. in ca. 1. ſi de feudo fuer. con-*
trouerſ. inter domin. & agnat. num. 7. vbi hoc limitat in ca-
ſu, in quo rex, vel princeps paret Titio ducatos mille,
contrahendo cum eo ſocietatem ad communem vtilita-
tem, & incommodum, vt ibi per eum, quod ait fuiſſe de
mente *Andr. de Iſernia ibi*.
23 Aduerte inſuper tempus latæ ſententiæ inſpici ad di-
gnoſcendum valorem rei, euictæ, & non tempus præteri-
tum, vel futurum, facit *l. 3. §. Diui fratres, ff de iure fiſci, & l.*
fin. Cod. de qui fil. diſ. eſt text. in leg. vxorem, §. teſtamento, ff.
de legat. 3. Afflict. qui alijs id comprobat dicto ca. 1. num. 11.
vbi etiam qualiter illud feudum euictum æſtimetur re-
miſſiuè ad *Gl.* quæ incipit alium articulum *in ca. ſeum can-*
24 *ſam de teſtam. Bart. & Doctores in l. 2. C. de reſcind. vendit.*
Angel. in lege Falcidia, §. corpora, & in lege is, qui qua-
dringenta, §. quædam, ff. ad lege Falcidiam, Bart. in lege præ-
tia rerum, ff. eodem tit. & in lege prima, §. ſi bares, ff. ad
Trebellian.

25 Et iudex cauſæ principalis erit Iudex competens ad
compellendum inueſtientem, vt vaſallo æſtimationem
præſtet, *ad tex. in l. minor vigintiquinque annorum in princ.*
ff. de euictio. tradit Afflict. in cap. 1. de inueſt. de re alienan.
fact. verſic. & ſcias.
26 Verum idem *Afflict. in cap. 1. ſi de feud. fuerit controuer.*
num. 4. contrarium voluit, videlicet, quod iudex, qui co-
gnouit de cauſa feudali inter vaſallum, & tertium, non
cognoſcit de cauſa euictionis inter vaſallum, & domi-
num: ita quod ſuper euictione fit alius proceſſus, & alia
fertur ſententia, per quam declaratur dominum teneri
de euictione per illum *text.* quod dicit valde notandum;
quamuis in Regno Neapolitano aliud ſeruari teſtetur, ob
27 pragmaticam Regis Ferdinandi primi inter priuatas
perſonas, vt eſt etiam de iure communi; quod vbi euinci-
tur res, ille idem iudex coram quo actum fuit, cogno-
ſcere poteſt inter emptorem, & venditorem in cauſa
euictionis ad intereſſe, & ad duplum: ſicuti ſcripſit
Paul. de Caſtro in leg. venditor, ff. de iud. dicta leg. minor in
fin. ff. de euict. Bal. in leg. cum vendente Codic. vbi c anſ. fiſe.
et Iacob. de Beluiſ. in capit. primò, de controuerſ. inter domin.
et empt.
28 Non etiam omittas, quod emptor feudum emit tan-
quam liberum, & poſtea conſtat, quod eſt feudum,
illud retinere poteſt, quamdiu ſibi reddatur intereſſe,
quod verum dicit *Bald. quoad agentem in lege ſi non ſor-*
tem, §. ſi certum, ff. de condit. indebit. et lege ſi pater, §.
ex quadrante, ff. de obligat. et except. Afflict. in capit. ſi
vaſallus numer. 6. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter dom. et
agnatum.

ARGVMENTVM.

Pretium feudi euicti, à quibus, & ob quæ reſtituatur.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ſi ignorauit rem emptam eſſet inalienabilem, et non participauis de fraude recuperat pretium.*
Et poteſt feudum retinere, vſquequo fuerit ſibi de ſuo intereſſe ſatisfactum, nu. 2.
3 *Venditor pretium reſtituere debet, quando feudum fuit euictum emptori ignoranti bona fidei non participanti de fraude.*
4 *Pretium feudi euicti reſtitui debet emptori bona fidei à domino reuocante ſi res fuerit alienabilis, quamuis poſſeſſionis apprehenſio prohibita foret, præſertim ſi pretium ſuit conuerſum in eius vtilitatem.*
5 *Feudum alienatam quando eſt antiquam, et agnatus reuocans nititur diſpoſitione legis, non tenetur de euictione, quæ ſequitur ex facto auctoris, et ex natura rei.*
6 *De euictione, vbi quis non tenetur ex legis diſpoſitione, tunc agi non poteſt, ad pretij reſtitutionem, et n. 13.*
Intellige, vt num. 14.
Ampliatur procedere, etiamſi feudatarius alienans promiſiſſet de euictione, quoniam dicta promiſſio non alterat naturam rei, num. 7.
8 *Agnati debent habere feudum antiquum iure inueſtitura et non ob ſolutionem pretij: quia tunc diceretur habere ex cauſa noua, pretio mediante.*
9 *Emptor rei alienæ ſcienter non agit ad pretium.*
10 *Argumentum de fideicommiſſi ad feuda, valet, quando maximè contrarium apparet deciſum.*
11 *Fideicommiſſa, et feuda eiuſdem ſunt conditionis.*
12 *Fideicommiſſarius reuocat bona fideicommiſſi alienata*
abſque

Digitized by Google

abſque eo quod reſtituat pretium.

15 *Filius patris hæres, quando non fecit inuentarium allodialium, tenetur reſtituere pretium feudi quatenus cupiat illud reuocare.*

Quamuis inuentarium in allodialibus præſeruet illum, vt creditoribus patris non teneatur vltra vires, nu. 16.

Ampliatur procedere quoque in agnatis, ſi feudum eſſet hæreditarium, num. 17.

18 *Feudum etiam ex pacto, & prouidentia agnatis deferri poteſt cum qualitate hæreditaria.*

Et agnatus debet eſſe hæres vltimi decedentis ſaltem in feudo, num. 19.

20 *Feudi alienatio quando fuit facta ſecundum conſuetudinem, vt puta per ſubinfeudationem quæ ſit lege permittente, ſi agnatus vult illud reuocare in vita alienantis debet pretium reſtituere.*

Primò fallit, ſi poſt mortem agnatus ſuccederet iure proprio; quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, num. 21.

Affertur ratio, num. 22.

Secundò fallit in alienatione facta iure non permittente; quo caſu agnati proximiores ſtatim reuocant nullo pretio ſoluto, num. 23.

24 *Feudi pars quando fuit alienata in agnatum remotiorem poſſidentem alteram partem ipſius feudi, ſi alienans filios non habebat, proximior mortuo alienante nullo dato pretio reuocat: ſecus, ſi alienans adhuc viuat.*

Si autem filios habebat, reddito pretio reuocare poteſt etiam in vita alienantis, num. 25.

Et de ratione ibidem.

26 *Thom. de Marin. diſtinctio in tit. de feud. ex pacto, & prouidentia antiqua, num. 69. improbatur.*

27 *Vaſallus, ſi feudum tenet, ſed non apparet de inueſtitura, ſi dominus fateatur ab eo tenere dictum feudum, ex dicta domini confeſſione fundatur intentio vaſalli, vt dominus teneatur de euictione.*

28 *Euictio eſt, quanti mea intereſt, non quantum pretij dedi.*

29 *Emptor bonæ fidei agere poteſt ad totale intereſſe.*

30 *Emptor feudi alieni ſcienter agit de euictione, ſi in ſpecie eam ſit ſtipulatus.*

31 *Dominus ſi facit inueſtituram de re aliena, tenetur de euictione etiamſi inueſtitus ſciuerit: dummodò in ſpecie illi ſit promiſſum.*

Extenditur idem procedere in vaſallo, qui contrahit cum domini aſſenſu. n. 32.

Quæſt. CXXI.

1 IN ſuperioribus quæſtionibus dictum fuit, quod ſi emptor ignorauit rem eſſe inalienabilem, vt puta iuri
feudorum ſubiectam, & ſic non participauit de fraude,
quod pretium debet ſibi reſtitui, ſecundum *Gloſ. in cap. 1.*
de prohibit. feudi alienat. per Federic. quam ibi ſequitur
Bal. licet faciat vnam oppoſitionem, cui tamen reſpondet, & ſtat cum *Gloſ.* ibi, vbi, & fortius ait ibidem *Bald.*
2 quod ille emptor ignarus poterit feudum retinere, vſquequo ſit ſibi de ſuo intereſſe ſatisfactum, de quo latè
dixi in proximè præcedentibus quæſtionibus, ac tradidit
Caſtan. in conſuet. Burgund. in tit. des fielz rubr. 3. §. 8. Gl. 6.
num. 15. & ſeq.

Modò autem videndum reſtat, à quo reſtitui debeat
pretium.

An ab eo, qui vendidit, an verò à domino reuocante.
3 Et dicendum videtur reſtituendum fore ab eo, qui vendidit, ſi emptor non participauit de fraude ſecundum *gl.*
& Scribentes in l. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. pariter
4 ab ipſo domino reuocante, ſi res fuerit alienabilis, quamuis poſſeſſionis apprehenſio prohibita foret præſertim
ſi pretium in eius vtilitatem ſit conuerſum; ad notata per
Bartol. in lege ex his, aliàs ſi debitor. ff. quæ in fraud. cred. &
in leg chirographis, §. ab eo, ff de adminiſtr. tuto. & in lege
emptor, ff. de rei vendic. vbi dicit quod ab ipſo reuocante
pretium rei reſtitui debet emptori bonæ fidei, quando
vendens habuit facultatem vendendi, de quo latius per
Caſſan. d. gloſ. 6. nu. 20.

Sed an agnati proximiores, qui reuocant feudum alienatum reſtituere teneatur pretium ipſi emptori, egregia
eſt dubitatio: quam ego dirimendam duxi, propoſitis
pluribus caſibus.

Primus caſus eſt, quando feudum alienatum eſt anti
5 quum, & agnatus reuocans nititur diſpoſitione legis: quo
caſu non tenetur de euictione, quæ ſequitur ex facto auctoris *Gloſ. in d. leg. familia, Cod. famil. hercíſc. Alex. conſil.*
21. li. 5. iuxta etiam regulam; quòd vbicunque quis ex legis diſpoſitione non tenetur de euictione, tunc agi non
6 poteſt ad pretij reſtitutionem *Bald. & Salycet. in d. l. fami*
lia. Bartol. in lege qui Roma, §. duo fratres quæſt. prima ſe
cunda, & 11. & ibi Iaſ. numer. 34. & ſeq. ff. de verbor. oblig.
Paul. de Caſtro in lege emptorem, §. fin. ff. de act. empt. Natt.
conſ. 181. num. 4.
7 Ampliatur procedere, etiamſi feudatarius alienans promiſiſſet de euictione: quia dicta promiſſio non alterat
naturam rei, *l. fundum meum, ff. de euict. Bar. & Bald. in d. l.*
ſi familia, C. fam. hercíſc.
8 Comprobat dictus caſus quoniam agnati debent habere feudum antiquum iure inueſtituræ; quod non fieret,
ſi ipſi tenerentur ſoluere pretium; diceretur enim tunc
feudum non habere ex cauſa antiqua; ſed potius ex noua,
9 pretio mediante *Rayn. conſ. 156. in fine libr. 5. Thanne. in*
tract. de inuent. p. 7. num. 512. item, quia emptor rei alienæ
ſcienter non agit ad pretium, ex traditis per *Did. c. Co*
10 *uar. var. reſolut. lib. 3. c. 17. Natt. conſ. 181. n. 7.* & dixi ſæpè
in hoc tractatu. *Rurſus*, quoniam valet argumentum de
fideicommiſſis ad feuda, quando maximè contrarium
11 non apparet deciſum *Dec. conſ. 445. num. 18. Marzar. conſ.*
1. col. 9. eiuſdem ſunt conditionis *Specul. in tit. de feud. §.*
quoniam verſic. quadrageſimo in fine. Bald. in cap. quæ in ec
cleſiarum de conſtit. Bero. conſil. 152. numer. 10. libr. 2. Surd.
deciſ. 290. num. 15.
12 At fideicommiſſarius reuocat bona fideicommiſſi alienata abſque eo, quod pretium reſtituat, vt per *Rol. conſil.*
51. libr. 4. Rim. iun. conſ. 49. num 7. lib. 1. ego idem ſtatuen
13 dum in agnatis, reuocantibus feudum antiquum, ad
quod ſunt vocati; & ita fuit deciſum in *Rot. Genuenſ. vt*
eſt digeſtis nouiſs. tom. 5. tit. fideicommiſſarius, c. fideicommiſ
ſarius de euictione. Et præmiſſa concluſio procedit in a
14 gnatis, quibus permittitur hæreditate repudiato quoad
allodialia, alienantis feudum acceptare, vt declarant *Ia*
cob. Beluiſ. & Iſern. in cap. primo, §. Titius filios, & ibi Al
uarott. numer. 4. Præpoſit. num. 3. ſi de feud. fuer. controuer.
inter. domin. & agnat. gloſ. in cap. primo, §. ſed, & ves verb.
reſtituere per quos fiat inueſtit. & ibi Aluarott. num. 7. Af
flict. num. 7. & 60.
15 Secundus eſt caſus quando filius hæres patris fecit inuentarium allodialium: quia tunc tenetur reſtituere
pretium feudi quatenus cupiat illud reuocare, cap. 1. an
agnatus in ver. aut vtrumq; repudiare, aut vtrumq; acceptare, & ibidem *Iſern. num. 4. & in cap. 1. nu. 1. de alienat.*
feud. patern. & in cap. primo, verſic. & olim numer. 7. de in
ueſtit. feud. & in cap. primo, §. ſimiliter ver. filius de Capita.
qui Curi. vendidit. nam filius debet eſſe patris hæres in
vtroq; vt habetur in præcitatis iuribus: quamuis inuen
16 tarium in allodialibus illum præſeruet, vt creditoribus
patris non teneatur vltra vires hæreditatis, iuxta *leg. fin.*
Cod. de iure habetur. latè per Thom. de Marin. in tit. de feu.
ex pacto & prouiden. patern. n. 34. & plurib. ſeq.
17 Ampliatur procedere quoque in agnatis, ſi feudum eſ

ſet

Digitized by Google

ſet hæreditatium: quia,cum eſſe debeat hæres vltimo de-
18 functi, eidem obſtat regula l.cum à matre.Cod.de rei ven-
dic.nam etiam feudum, ex pacto, & prouidentia agnatis
19 deferri poteſt cum qualitate hæreditaria probat Lofred.
conſ.1.num.45.& 192. & agnatus debet eſſe hæres vltimo
decedentis, ſaltem in feudo Iſern.in cap.primo,§.donare.
qualit.olim.feud.alien.pot.in capit.1. §.quid ergo de inueſtit.
de re alien.fact.& in cap.1.§.fin.an agnatus, & in Conſtitut.
Regni ſi quis poſt litem.Aret.in leg.pro hærede, §.ſi quid ta-
men.ff.de acq.hæredit.

20 Tertius eſt caſus, quando alienatio feudi facta eſt ſe-
cundum conſuetudinem, vt puta per ſubinfeudationem,
quæ fit lege promittente: & agnatus proximior vult il-
lam reuocare in vita alienantis;quo caſu debet pretium
reſtituere, ad text.in cap 1.§.ſed & res. Per quos fiat in-
ueſtit.et in c.1.§.porro. qualiter olim feud.alien.poter.qui
text. ſolent à Doctoribus addduci, quod agnati proxi-
miore volentes reuocare in vita alienantis, reſtituere de-
bent pretium: quia dicta alienatio facta erat lege permit-
tente per ſubinfeudationem: & agnatis proximioribus
præiudicabat in vita concedentis tantum Iſer. in d.cap. 1.
21 num.3. per quos fiat inueſt. licet poſt eius mortem ipſi
agnati proximiores ſuccederent iure proprio: quia reſo-
luto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris,leg.ex vectiga-
22 li.ff. de pignorib.Alex.conſ.189.num.8.lib.2. & ratio dictæ
concluſionis eſt,quoniam agnati, durante vita alienantis
habere dicuntur ex noua cauſa: puta prælationis, me-
diante pretij ſolutione. Cæterum poſt mortem habent
ex cauſa antiqua: & ſic iure proprio, quo tempore nullo
dato pretio, recuperant Alex.conſ.26.num.5. libr.5.Dec.
conſ.208.col.3.verſ. mortuo vaſſallo.

23 Fallit, ſi alienatio facta fuerit in caſu à iure non per-
miſſo: videlicet contra expreſſas conſtitutiones, prohi-
bentes alienationem fieri abſque domini conſenſu; ve
vel etiam in fraudem, quia tunc ex quo alienatio eſt ipſo
iure nulla,ad notata per Afflict.in c.1.§.ſed, & res nu.13.
per quos fiat inueſtit.agnati proximiores ſtatim, nullo
pretio reſtituto reuocabant,& ceſſat illius tex.diſpoſitio.

24 Quartus eſt caſus quando alienatio partis feudi facta
eſt in agnatum remotiorem, poſſidentem alteram par-
tem ipſius feudi, & dubitatur, an agnatus proximior
reuocare valeat; quo in caſu diſtinguit text. in dict.capit.
primo,§.Titius filius ſi de feudo fuer.controuerſ. inter domin.
& agnat.

Quod aut álienans filios non habebat, & agnatus pro-
ximior mortuo alienante nullo dato pretio poſſit reuo-
care:non autem alienante adhuc viuo, & ſuperſtite, quia
dicta alienatio facta fuit ei, qui eſt comprehenſus in in-
ueſtitura,& erat de familia: & ideò durante vita alienan-
tis habere debet quia proximior poſſet præmori, & ita
plenariè emptori acquiri.

25 Aut habebat filios: & tunc pretio reddito etiam in
vita reuocare poteſt. Cuius diſtinctionis ratione ibi-
dem Gloſs. ignorauit tradere, dum ait ſapiens inquirat;
& alibi dicit; ſoluat Apollo. Quare Bald.conſil.275.nu.
2.libr.5.inquit. In feudis deſtricta ratione decidendi non
eſſe curandum.

26 Ex quibus datur intelligi in propoſito veram non eſſe
diſtinctionem Thom. de Marin. in tit. de feud.ex pact. &
prouident.antiq.num. 69. quatenus voluit, quod aut feu-
dum alienatur agnato remotiori: & reuocatio fieri non
poſſit, niſi ſequuta morte alienantis: aut in extraneum;
& poſſit ſtatim reuocari nullo ſoluto pretio. Cuius di-
ctum comprobauit nouiſſimè Roſentall.de feud.c.9. mem-
br.ſecundò. concluſ. 88. quoniam, §.ſed, & res, & §.porrò,
loquuntur de alienatione caſu à lege permiſſo, & ſic va-
lebat in vita alienatis in agnatorum præiudicium: ſecus
autem eſt, ſi alienatio extraneo facta fuiſſet nulla ipſo
iure: quia tunc pretium reſtitui opus non eſſet, & in d.§.
Titius filios, nulla habetur ratio de alienatione extraneis
facta.

27 Illud etiam eſt ſciendum in hac materia feudali, quod
ſi vaſallus feudum tenet, & non appareat de inueſtitura,
ſi dominus fatetur ab eo tenere dictum feudum, ex dicta
domini confeſſione fundatur intentio vaſalli, vt dominus
teneatur de euictione,per l.generaliter, Cod.de non numer.
pecun.ita Afflict.in cap.1. num. 17. ſi de feudo vaſall. ab ali-
quo fuer.interpell. ea ratione, quod vbi eſt confeſſio, non
ſunt neceſſarij teſtes,l.illi,C.de donat.Iſern. in d.c.1. & in
cap.1.in fine de mil.vaſal.qui contum.eſt,vbi Afflict.in vlt.
col.& Iſern.in capit.1. qui teſt.ſunt neceſſ.

28 Euictio autem eſt,quanti mea intereſt, non quantum
pretij nomine dedi,ad text.in l.cum ſucceſſores in fine,Cod.
de euict.vbi bona Gl.qua adducit tex.in l.euicta,ff.eo.& ha-
betur in l.empti actio.C.eod.tit.in feudo tradidit Gl. in c.Im-
perialem, §.Imperator Lotharius,vbi Iſern. & communiter
Doct.de prohib.alienat.per Federic. vbi diſputatur articu-
lus,quando emptor rei feudalis, bonæ tamen fidei, pre-
tium recuperat ſolum, vel agit ad totale intereſſe ſecun-
dum naturam euictionis, ſtante nullitate contractus, ex
defectu aſſenſus domini directi,quaſi quod contractus rei
feudalis abſque conſenſu domini ſit à iure reprobatus, &
illicitus: quo caſu limitatur text.in l. ſi fundum ſciens, C.de
euict. nempè quando emptio,& venditio fuit nulla, & il-
licita, & nihilominus communis Doctorum omnium eſt
29 ſententia, bonæ fidei emptorem agere poſſe ad totale
intereſſe: ſic Iſern.dicit communiter teneri diſputando
articulum ad partes in dict.§.Imperator Lotharius, & ibid.
Bald.num.3.Aluarot.num.11.Curt.iun.in tractat.de feudor.
par.4.quæſt.29.numer.120.Gloſs.in Conſtit.Regni.Diuæ me-
moriæ in ver nullam,vbi Afflict.num.49. & 50. refert, ita
iudicatum. Capyc.in ſua inueſtit.in §.feudorum euictiones,
qui adducit Alexand.conſ.109.numer.5.libr.quartò, & in
ſpecie videtur text. in capit. ſi vaſallus ſi de feudo defuncti
content. ſit, vbi diſponitur quòd ignoranti detur intereſ-
ſe aduerſus venditorem: licèt vbi affuit aſſenſus,procedat
text.in d.l. ſi fundum ſciens, qui in tantum limitatur in
quantum contractus eſt nullus, & illicitus ob defectum
conſenſus domini, quod non ſequitur, quando contra-
ctus eſt validus, & licitus. Vnde etiamſi ſcienter emerim
30 alienum feudum, venditor mihi tenetur de euictione
quando ſpecialiter in illum caſum eſt promiſſa,capit.1. in
princ & ibi gl.& Doct.de inueſtit.re alien.fact. lege ſi fun-
dum,C.de euict. vbi gl.in ver.contra iuris, quam ibidem ſe-
quitur Bar.& Bald.idem Bar. in lege ſi familia numer.2.poſt
Gl.ibi,C.fam.hercisc.Belniſ.in c.primò,§.rurſus verſic. Quid
ſi culpa.Iſern.num.29. Bald.num.3. Landen.num.8. Aluar.
num.3.Prapoſit.num.2.Rauenn.in fine Afflict.ibidem,num.
7.verſ.Primo caſu.Schenck.nu.12. & ſeqq. quib.mod. feud.
amittat.Tiraquell.de retr act.lignag.§.12.Gloſ.1.numer.8.&
13.Caballin.de euict.§.3.nu.166.& §.5 nu.34. & 35.Hart-
man.Piſtor.libr.2.quæſt.iur.p.1.qu 10.num.17.& infra Curt.
ſen.conſil.30.num.3.Cornel.conſ.2.num.5. & 13.lib.3.Dec.
conſ.411.num.4.& 6.Gozad.conſ.24.n.7. Natta conſ.181.
num.9.Cran. conſ. 64. idque non minus, ſi ex coniecturis
probabiliter, & ſatis appareat, quam ſi manifeſtis verbis
cautum ſit Piſtor.d.q.10.num.18.Andr.Alciat.conſil.133.
num.5.& conſ.138.prima facie n.1.

31 Hinc in domino faciendo inueſtituram de re aliena
dicunt iura,cum de euictione teneri etiam, quod inueſti-
tus ſciuerit, dum tamen in ſpecie illa promiſſa fuerit. Et
ratio eſt,quia in domino prohibito nō adeſt, ſed contra-
ctus eſt licitus permiſſus, quod idem eſt in vaſallo,vbi cō-
32 trahit cum domini aſſenſu, quoniam habetur ac ſi con-
traheret de re merè allodiali, vt per Frecc.de different. in-
ter feud.hæredit.& non hæredit.in princ. quare attenditur
in his,ſi alienatio fuit,necne permiſſa, vel prohibita, lici-
ta,vel illicita,& ita cum conſenſu domini,vel ſine,vt opti-
mè

Digitized by Google

mè nouiſſimè diſeruit *Roſental. feud. capit. 9. membr. 2. titul. de feud. alienat. concluſ. 98. & 99. poſt citat. per eum.*

ARGVMENTVM.

Euictio, an, & quando debeatur in emphyteuſi.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a feudo ad emphyteuſim valet, quando in emphyteuſis deciſum non reperitur contrarium eius quod legitur in feudo.*
2 *Euictio præſtatur in emphyteuſis, ſicut & in feudo, & numer. 11.*
Primò intellige, quando conceditur ignoranti, vel etiam ſi ſcienti interuenit expreſſa ſtipulatio, n. 3.
Secundò intellige procedere, quando conceditur a domino; ſecus, ſi a tertio abſque conſenſu domini, vel aliter titulo oneroſo fuiſſet alienata, n. 4.
Primò fallit, vbi pro emphiteuſi præſtaretur, modicum ſeruitium, n. 13.
Sed contrarium habetur, n. 16. & 18.
Intellige, vt n. 19.
Secundò fallit, quando vendens, eam non vendidit, tanquam liberam, n. 28.
5 *Feudo euictio non præſtatur duplum, ſed tantum æquiualens; quod etiam procedit in emphyteuſi.*
6 *Emphyteuſis dicitur contractus nominatus.*
Per eum transfertur dominium, n. 7.
Dicitur alienatio rei, n. 8.
Et eſt contractus vltro citroque obligatorius, n. 9.
10 *Euictio præſtatur, pro quocunque contractu, in quo dominium transfertur.*
12 *Emphyteuta, quibus rationibus agat de euictione.*
14 *Emphyteuſis continet gratuitam conceſſionem, vbi quid modicum ſoluitur in re cognitionem domini.*
Extende id multò magis locum habere, quando a principio pro ea obtinenda nihil ſolutum fuit quamuis quid annuum ſolueretur, n. 15.
17 *Emphyteuſis dicitur titulo lucratiuo concedi, quando ſimpliciter datur pro annuo canone: ad differentiam eius, quę conceditur a principio, recepta certa quantitate.*
20 *Vendens tenetur ad liberandum prædium, vel aliàs ad ſoluendum, id quanto minoris emptor fuiſſet empturus, num. 22. & 24. & hoc emptor non agit de euictione, num. 23. & ſeq.*
21 *Venditor in dubio cenſetur rem liberam vendere.*
25 *Emptoris non intereſt, quod dolo, vel ignorantia venditoris ſit læſus.*
Et de ratione n. 26.
Intereſt tamen, quod ſciuerit, vel ignorauerit: quia primo caſu tenetur ad totale intereſſe: ſecundo vero caſu tenetur quanto minoris, n. 27.
29 *Dolus arguitur ex mendacio.*
30 *Euictio debetur ab eo qui noluit teneri ratione.*

Quæſt. CXXII.

Viſo de feudo, conſequens eſt, vt videamus, quid concludendum ſit emphyteuſi, an ſcilicet in ea vendicet ſibi locum euictio; valet enim argumentum a feudo ab
1 emphyteuſim, quando in emphyteuſi deciſum non reperitur contrarium eius, quod legitur in feudo, quia eiuſdē ſunt conditiones, ſecundum *Speculat. in tit. de feud. §. quoniam verſ. quadrageſimo in fine, Bal. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. Ang. Paul. de Caſtr. Roman. Butr. Alex. & plures alij adducti à Iaſ. in l. 1. n. 56. & 60. C. de iure emphyt. Iulius Clar. in §. feudum q. 3. Soc. iun. conſ. 167. n. 24. lib. 2. Euerard. in loco a feudo ad emphyteuſim.*

2 In feudo autem, vt dixi in præcedentibus quæſtionibus expreſsè diſpoſitum eſt, eo euicto, euictionem deberi a domino, *c. 1. de inueſti. de re alien. fact. & ibi Andr. de Iſern. Aluarot. & Præpoſit. col. 1. Iaſ. in vſibus feudor. n. 40. Curt. iun. de feud. par. 2. in quæſt. 2. princ. col. 2. verſ. Quartò limita. Boer. deciſ. 19. n. 13. Paris de Put. in tract. de reintegra. feud. cap. 238. & 280. Capyc. in ſua inueſtit. feud. §. feudorum euictiones in princ. pag. 183.* ergo idem concludendum in em-
3 phyteuſis. Quod intelligas, quando conceditur ignoranti, vel etiam ſi ſcienti interuenit expreſſa ſtipulatio *Caba.*
4 *de euict. §. 4. num. 50.* & quando feudum conceditur a domino: at ſecus, quando tertio abſque domini conſenſu venderetur feudum vel aliter titulo oneroſo alienaretur, quoniam, tunc eo quod alienatio eſt nulla, & contra legem, expreſſa euictionis ſtipulatio non prodeſt, ſecundum *Iſern. ita declarantem in cap. 1. num. 1. de inueſtit. facta de re alien. vbi etiam Aluarott. & in cap. 1. ſi de feud. vaſall. fuer. interpell.* quod regulare eſſe, quando alienatio eſt prohibita, latè *Tiraquell. de retract. conſanguin. in fine num. 46.*

5 Et licet, in caſu euictionis feudi non veniat duplum, ſed ſat ſit, ſi dominus rem tradat æquiualentem, vel tantam pecuniam, quæ ſufficiat ad emptionem rei æquiualentis, vt per *Iſern. & Aluarott. in locis præallegatis*, vbi dicunt, eſſe caſum ſpecialem: idemq; habetur per *Boer. d. deciſ. 19. n. 5.* nihilominus eodem modo præſtabitur euictio in emphyteuſi.

6 Rurſus, quia emphyteuſis dicitur contractus nominatus, ad notata per *Bald. in l. 1. & ibidem Ang. C. de iure emphyt. Iaſ. in prælud. feud. n. 34 Iul. Clar. in §. emphyteuſis q. 2.*
7 & per eum transfertur dominium, *l. 1. in fine, & leg. 2. ff. ſi ager. vectig. vel emphyt. peta. Bero. conſ. 55. num. 20. lib. 1.* di-
8 *citur alienatio rei, c. nulli de rebus Eccleſ. non alienan. l. fin.*
9 *Cod. eod.* & eſt contractus vltrò citroque obligatorius, quia dominus transfert vtile dominium, & emphyteuta ſoluit annuum canonem *Speculat. in tit. de locato, §. nunc aliqua num. 5. Bal. in rubr. C. de iure emphyt. Bern. conſil. 84. num. 17. lib. 1. Alex. in l. ſi mihi, & Titio num. 11. ff. de verb.*
10 *obligatio. Menoch. conſil. 111. num. 21.* cæterum pro quocunque contractu, in quo dominium transfertur, euictio præſtatur *l. ſciendum, ff. de euict.* etſi in contractibus innominatis debetur vt per *Bal. in l. ſi permutationis, C. de euict. Dec. conſ. 281. cum alijs per Caball. d. §. 4. num. 43.* & inferius dicemus, quanto magis id dicendum in contractu nominato?

11 Et in ſpecie, quod euictio, debeatur in cōtractu emphyteotico, tradunt ſcribentes *in c. 1. de inueſt. de re alien. fact.*
12 *Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua n. 20.* dum agit. An emphyteuta teneatur denunciare, & ibidem. *Ioan. Andr. in vltima addit. manifeſtius Azo. in ſumma, C. de euict. n. 7.* qui ait, emphyteutam, ſuperficiarium, & vaſallum agere poſſe de euictione, ratione duplici.

Prima, quia ſunt loco emptoris.

Secunda quoniam ius habent in re; per quam vltimam rationem dicit *Bald. in l. 2. num. 6. & ſeq.* quod emphyteutæ datur redhibitoria *Alber. in l. habebat, §. fin. ff. de hæred. inſt. Bertran. conſ. 312. lib. 3. p. 2. probauit Paris de Puteo de feud. redintegr. cap. 238. num. 1. per l. 1. in fine, & l. 2. ff. ſi ager. vectig. vel emphyt. peta. & in c. 280. num. 6.* vbi addit, quod emphyteutæ datur actio ad intereſſe *Burſatt. conſil. 458. n. 7. lib. 4.*

13 Fallit, vbi pro emphyteuſi præſtaretur modicum ſeruitium, vt & in feudo, *Nard. ad Iſern. in c. 1. in princ. de inueſt. fact.*

Z

fact.de re alie a. qui ait, quod vbi pro feudo præſtatur modicum ſeruitium, tunc non debetur euictio; quia præponderat gratia, eiuſdem opinionis eſt *Bald. in prælud. feudor. numer. 9. qui ideò in l. vnica, §. 1. numer. 15. C. de cadnc. tollen. & in leg. 2. Cod. de iure emphyt appellat. emphyteuſim beneficium. Vide Alexan. in l. ſi mihi, & Titio numer. 13. ff. de*
14 *verborum obligat.* inquit, quod vbi quid modicum ſoluitur in recognitionem dominij, tunc emphyteuſis continet gratioſam conceſſionem; & ibi eum ſequitur *Iaſ. ſub*
15 *num. 11. vel ſic ſecundus caſus:* quod eò magis firmandum videtur ſi nihil à principio pro ea obtinenda ſolutum fuerit; & ſic obtenda extiterit titulo lucratiuo; quo in caſu euictio non præſtatur, ſicut in donatione dicitur ex *leg. Ariſto, §. fin. ff. de donat. leg. 2. C. de euictio* vt & etiam non detur in redhibitoria, *l. ad res, C. de ædil. edict.* quamuis annuum ſolueretur, quia non ob id deſinit cenſeri titulus lucratiuus, cum ſit quid modicum, & fructibus non reſpondeat, ex ijs, quæ ſupra dixi in principio huius fallentię.

16 Sed contrarium, quod licet emphyteuſis, ac feudum ſint beneficium, & quandoque gratia, tamen poſt factam conceſſionem tranſeat in contractum: & dominus, ſeu princeps concedens obligatur: & ea propter ſiue lucratiuo titulo ſiue oneroſo concedatur, poſtquam tranſiuit in contractum, mutat naturam ita in emphyteuſi ex *Claud. Aquen. in tract. feud. §. primo verſic. & hoc tradit, Surd. deciſ. 290. numer. 22.* qui addit, quod emphyteuſis dicitur titulo lucratiuo concedi, quando ſimpliciter,
17 datur pro annuo canone ad differentiam eius, quæ conceditur à principio recepta certa quantitate; & ita non ſimpliciter, ſed comparatiuè; quia continet etiam titulum oneroſum, quando pecunia non ſoluitur, vt declarat *Cardin. Alex. in prælud. feud. col. 5.* cum ait emphyteuſim non prouenit ex beneuolentia concedentis, ſed dict contractum oneroſum, ſequitur Aquen. in d. tractatu verſic. ſecundo ſubijcitur in diffinitione, & concludit ideo *Sudr.*
18 *vbi ſupra. Nardum in loco præallegato* non bene fuiſſe locutum; dum voluit euictionę non deberi pro feudo conceſſo ad modicum ſeruitium. Ex quo Doctores loquentes de feudo, & emphyteuſi, non diſtinguunt, an modicum, magnum præſtetur ſeruitium, ſed indiſtinctè reſoluunt, euictionem deberi, & quod licet penſio modica ſit, alia tamen onera incumbunt emphyteutæ, quæ loco pretij ſuccedunt, & veniunt æſtimanda iuxta *Doctr. in leg. 2. C. de*
19 *reſcind. vendit. & Gratian. diſcept. libr. 3. caput. 511. numero 11. & 13.* quamuis ille in modica penſione, & vnius denarij aliud ſentire videatur. Ex quibus infero ad quæſtionem, an euictio debeatur ementi rem emphyteuticam, quam putabat liberam, vel aliquo alio remedio ſuccurratur ipſi emptori.

20 Et reſolutiuè agendo, dicitur; vendentem teneri ad liberandum prædium; alias vel ad ſoluendum id, quanto minoris emptor fuiſſet empturus: ea ratione, quia venditor tenetur tradere rem liberam, *l. ſi in emptione, §. vacuam, & §. fin. cum l. ſeq. in princ. & ibi Scribentes, ff. de act. empti, l. ſi pater, C. eodem tit. cap. cum Ioannes, vbi Doctores, de fide inſtrum. leg. ex prædijs, Cod. de euict. Alexan conſil. 15. numero 3. libro 5. Dec. conſil. 119. num. primo Bero. conſil. 158 numer. 31. libr. primo Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glo. 9. n.*
21 *56. Surd. conſil. 13. & 15. libr. 1.* & ſæpè dixi ſupra in hoc eodem tract. & in dubio venditor cenſetur illam liberam vendidiſſe, *d. l. ex prædijs, vbi Cyn. Bat. & Salycet. hoc notant. Quare Bart. in l. cum ſtipulatus ſim mihi à Procnlo, §. fin. ff. de verb. obligat* dixit, quod, qui non liberat fundum
22 venditum, tenetur erga emptorem quanti eius intereſt rem non eſſe obligatam, hoc eſt quanto minus valet: ex eo, quod eſt obligata, quod inquit perpetuo menti tenendum *Ang. in leg. 1. §. ſi hęres, ff. ad Trebell.* qui ſubdit,
23 hoc caſu emptorem non agere de euictione, & dicit notandum, ſequitur *Alex. n. 3.* dicens id fuiſſe de mente *Bar. in l. ſi quis ſit ſtipulatus Stichum, §. fin. ff. de verborum obligat.* & probarunt *Caſtren. & Ripa ibidem numero 13.* & ratio aſſignatur; quoniam euictio conceditur, vel abducitur per ſententiam *Rube. in repetit. l. non ſolum, §. morte nu. 467. ff. de non. oper. nunciat.* & abundè dixi ſupra in quæſtione...

24 In propoſito autem caſu non agitur de re ablata, vel amiſſa; ſed exempto, vt liberetur res vendita, vel ſoluatur quanto minoris ea valet, vel fuiſſet empturus, vt in ſpecie declarat *Paul. de Caſtr. in l. creditor, §. prædium, ff. de action. empti;* vbi dicit, ibi eſſe tex. quod licet de euictione agi nō poſſit, tamen agitur, vt res liberetur, quod dicit eſſe perpetuò notandum *Arct. in §. final. in fine, Inſtitut. de inſpect. tut. Rubr. in dicta leg. non ſolum, §. morte numero 467. vbi adducit Iacob. Butrig.* dicentem, hoc caſu non agi de euictione,

25 Nec obſtat ſi ex aduerſo ab alienante allegetur ignorantia, quod ſcilicet res eſſet emphyteotica. Quia repugnat, *l. 1. §. ſi. cauſa, ff. de ædil. edict.* quo loci dicitur, non intereſſe emptoris, quo dolo, vel ignorantia venditoris ſit
26 deceptus; ratioque eſt, quia ignorantia venditoris non minuit damnum emptoris: ergo non etiam facit ceſſare actionem, quę oritur propter damnum *Bald. in leg. 1. in*
27 *prima oppoſitione, C. de ædil. edict.* cæterum intereſt, quod venditor ſciuerit, vel ignorauerit: quoniam primo caſu tenetur ad omne intereſſe, etiam extrinſecum; ſecundò vero, quando ignorauerit, tenetur quanto minoris fuiſſet empturus, vt diſtinguit *Cyn. in dicta leg. primo in princ. Cod. de ædil edicto, vbi Bal numero tertio & Salyc. numero 2.* cum quibus tranſit *Abb. in cap. muſtam numer. ſexto de rer. permut. & Caball. de ædil. edicto cap. 2. numero 17. & infra.*

28 Limitatur dicta principalis concluſio, qua dictum fuit, venditorem alienantem emphyteuſim cenſeri vti liberam vendidiſſe, & propterea teneri quanto minoris, vt non procedat, quando expreſsè eam alienauit tanquam liberam: quoniam arguitur dolus in eo, qui aſſerit rem
29 eſſe liberam; quæ non eſt: quia dolus arguitur ex mendacio, *l. ſi quis affirmauerit, ff. de dolo. Bar. in leg. Procurator, qui pro euictione in fine, ff. de procurator. & in leg. dolum, Codic. de dolo. Ancharan. conſilio 226. numero ſexto. Surd. conſilio 149. numero ſexto libro ſecundo,* vbi probauit, quod mendacium aliquando arguit dolum verum; ſtante autem dolo, etiam is, qui noluit teneri de euictione, conuenitur, *leg. tenetur, §. finali, ff. de actio. empti,* vbi loquitur, quando remiſſa eſt euictio *Bartol. in leg. emptorem, §. finali, ff. eodem titulo. Bald. in leg. prima numer. 9. Cod. de pericul. & commod. rei vendita Surdus qui alios citat conſilio 36. numer. decimoquinto libro primo.*

ARGVMENTVM.

Vendens emphyteuſim pro libera & frāca ab omni & quocunque onere, an cenſeatur vendere eam liberam à iure laudimij, ita quod emptor, ſi conueniatur, regreſſum habeat aduerſus venditorem pro euictione.

Euictio, an præſtetur pro venditione neceſſaria?

Emptor emēs à domino rem emphyteoticam,

Digitized by Google

ticam, tanquam liberam, abſque mentione Canonis debiti Eccleſiæ, qualiter agat de euictione.

Et quid, quando lis non fuit denunciata.

Euictio, quando debeatur ex diuiſione facta bonorum emphyteoticorum.

SVMMARIVM.

1 *Vendens emphyteuſim pro libera ab omni onere, vendidiſſe cenſetur etiam eam liberam ab onere laudimij.*
Contrarium habetur nu. 6.
Et de ratione nu. 7. & ſeqq.
Primò fallit hæc vltimo ſententia facta per venditorem certioratione emptori, nempè rem venditam ſubijci oneri ſoluendi laudimium, nu. 12.
Secundo fallit quando quis emit emphyteuſim liberam, & francam ab omni oneri, & poſtea reperitur eam eſſe hypothecatam ex cauſa præcedentium alienationum einſdem rei emphyteoticæ, n. 16.
Quicquid dicant Bolognett. & Intrigliol. hic allegati, numero 18.
Quorum opinionem intellige, vt n. 19.
Præſertim ſi mora eſt lis, vel imminet euictio in limine contractus, n. 20.
Et hæc exceptio admittitur contra creditorem exequentem inſtrumentum, non obſtante pacto de non opponendo, & iuramento, n. 17.
Tertiò fallit in venditione neceſſaria, vt putà vigore iuris congrui, in qua non debetur laudimium, numer. vigeſimoprimo.
Sublimitatur non procedere in venditione facta per iudicem dantem bona debitoris in ſolutum, ſubhaſta creditori, ſeu tertio, nu. 22.
2 *Laudimii onus eſt onus.*
Et ſequitur poſſeſſorem rei emphyteoticæ, n. 3.
Præſertim, ſi emptor non fuit certioratus à venditore, numero 4.
Et vbi appoſita ſunt illa verba, omni, & quacunque onere, num. 5.
Intellige, vt n. 11.
7 *Laudimium ſoluendum ob rem emphyteoticam non cauſatur facto venditoris, ſed legis miniſterio.*
Et ſoluitur ex natura contractus emphyteotici, n. 8.
13 *Certioratio qualiter fiat emptori in materia venditionis ſibi facta, ſeu facienda.*
14 *Contractus venditionis dicitur nullus non facta certioratione oneris emptori.*
Sed contrarium n. 15.
23 *Priuilegium habens iuris congrui præfertur in ſubhaſtatione & venditione neceſſario facta à iudice pro executione rei iudicatæ.*
24 *Ceſſionarius habet prælationem, quando venditur res cenſui ſubiecta: licet etiam fieret venditio à iudice ex cauſa neceſſaria.*
25 *Factum iudicis dicitur factum patris.*
26 *Emens à domino directo rem emphyteoticam, tanquam liberam abſque mentione canonis debiti Eccleſiæ, qualiter priuetur re empta, & de euictione conueniatur venditor.*
Emphyteuſis ſi ſic euicta per tertium, & emphyteuta non denunciauit domino directo, non ob hoc eximitur à ſolutione Canonis.
Contrarium ſecundum aliquos, n. 28.
At vide n. ſeq.
Quid quando lis non fuit denunciata, n. 27. & 30.
31 *Denunciatio, quibus verbis concipiatur.*
32 *Diuidentes emphyteuſim maſculinam inter ſe, & promittentem defenſionem, non moleſtore, de euictione non tenentur, ſi vnus moriatur ſine maſculis, relicta fœmina, à qua poſſunt euincere.*
Primò ampliatur idem procedere in venditione, ſi ſuperueniat caſus ſucceſſionis, n. 33.
Secundò ampliatur etiamſi fratres ſimpliciter in diuiſione caueant de euictione, quia ſuperſtes non poteſt vendicare bona emphyteotica alteri fratri in portione obuenta, numer. 34.
Declaratur n. 35. & 36.
Fallit, vbi diuidentes ſpecificè & in indiuiduo ex cauſa emphyteuſis promittant de euictione, n. 37.
Etiam quod obijceretur de inæqualitate, ibid.
Sublimitatur, quando vni in diuiſione obtigiſſent omnia bona libera, & allodialia: alteri verò bona emphyteotica: quoniam tunc euictione ſecuta prædictorum bonorum datur actio contra cohæredem pro contingenti portione, numero 38.
Primo fallit hæc ſublimitatio, vbi accipiens bona emphyteotica, ea acceperit, tanquam vtiliora bonis liberis, numer. 39.
Secundò fallit quando diuiſio facta fuit inter cohæredes, qui ignorabant bona ipſis obuenta, oneri emphyteuſis eſſe ſubiecta, n. 40.

Quæſt. CXXIII.

DVbitatio oritur, an vendens emphyteuſim pro libera & franca ab omni, & quocunq; onere, cenſeri debeat vendidiſſe eam liberam à iure laudimij.

1 Et dicendum videtur, quod ſic.

2 Quia onus laudimij eſt onus, vt reſpondit *Burſatt. conſ. 16. num. 35. lib. 2. Menoch. conſ. 297. numer. 1. libr. 3. latè* 3 *Sfort. Odd. conſ. 4. num. 1. ad 34.* nam tale onus ſequitur poſſeſſorem rei emphyteoticæ. *Vinc. Franch. deciſ. 430. in princip. part. ſecunda Amede. à Ponte de laudimio quæſt. 45. Menoch. conſilio 444. numer. 18. 19. 21. & 34. Riminald. iun.* 4 *conſil. primo numer. 57. libro primo* præſertim, ſi emptor non fuit certioratus à venditore, rem venditam ſubijci oneri laudimij, vt latè per *Ant. Solam in comment. ad decreta Sabaudiæ, titul. de iure emphyt. Gloſ. primo numero 31. fol. 33.*

5 Quæ eo præcipuè locum haberent, ſi appoſita eſſent illa verba omni, & quocunque onere, quæ ſunt vniuerſalia & omnia includunt, quæ alias regulariter non includerentur, vt de verbo, omni, ſcripſerunt *Crauet. conſ. 214. & Hieron. à Lauren. in deciſ. Auen. 110. numer. 1. & deciſ. 124. num. 3. Maſtrill. de indul. cap. 3. numer. 1. Paramun. de origin. inquiſit. pag. 636. numer. 26. & 29. & de verbo quocunque reſponderunt Alexan. conſ. 95. numer 6. libr. ſeptimo Socinus ſenior conſil. 15. numer. 37. libro primo Iaſ. conſil. 124. libro 4. Rimінald. iunior conſilio 61. numer. 12. libro primo Alciat. conſilio 80. numero 2. Gigas de penſion. quæſt. 97. numer. 3. & conſil. 66. numero primo Oſaſch. deciſ. Pedemont. 94. numero 9. Gomeſ. in reg. cancellar. de annali poſſeſſ. q. 3. in princ. Ioan. Boet. conſil. 10. num. 23. Aut. Croſſ. conſil. 108. nu. 3. lib. 1.*

6 Contrarium verius videtur, quod nempè talis venditio vt ſupra, non extendatur ad onus laudimij; ſed ſolummodo ad onera ipſi emphyteuſi impoſita.

7 Veritas huius ſententiæ probatur ex eo, quod onus huiuſmodi ſoluendi laudimium à domino, nullo facto venditoris, vel eius auctoris cauſatur, ſed legis miniſterio, iuxta quæ habentur *in fi. C. de iure emphyt.* quæ cogit emptorem rei emphyteoticæ ad ſoluēdū laudimiū propter cōſenſum

Digitized by Google

domini directi, & ratione nouæ inueſtiture, ac immiſſio-
nem in poſſeſſionem ipſius emphyteuſis.
8 Item, quia laudimium ſoluitur ex natura contractus
emphyteuſis, vt ex *Alex.& Amedeo de Pont.reſpondit*
Menoch.dicto conſ.434.n.14.15.& 31.& conſil.297.nu.15.
libr.3. Rimnald.iun.conſil.579.num.20.lib.5. Burſatt.conſ.
137.num 20. & ante hos Alex.conſil.123. num.3.in fine
libr.5. Surd.conſ.31.n.6.Gratian.diſceptat.libr.2.cap.377.
num.22.Dec.conſil.2.numero 44.46 69.& ſeqq.libr.quarto
Menoch.de præſumpt.libr.3. præſumpt.105. numero 9. &
9 conuentio prædicta porrigit ſuos effectus quoad onera
exiſtentia tempore contractus,l.quæro,§.inter locatoré,
ff locat. cęterum laudimium debetur perfecto contractu
alienationis emphyteuſis ex cauſa nouæ inueſtituræ, fa-
ciendæ, vt ſupra; & pobatur ex *d.l.fin.& ibi communiter*
per Doct.
10 Non obſtant quæ in contrarium fuerunt adducta.
Nam, licet laudimium ſit onus, id tamen intelligitur
reſpectu emptoris, non autem venditoris, ob nouam
inueſtituram ex prædictis;ſicuti etiam dixit *Solſon.in træc.*
de laudim.cellul.1.num.26.& cellul.7.ſub numer.23.verſic.
ſed debetur.
11 Et ad ea,quæ dicta ſunt de dictionibus vniuerſalib.om-
ni,& quocunq;reſpondetur,quod recipiant reſtrictionem
in caſibus à iure expreſſis,ſecundum *Aldobran.in §.oſten-*
dimus n.15. Inſt.de ſuſpect.tutor.
12 Primò fallit præmiſſa ſententia facta per venditorem
certioratione, rem ſcilicet venditam ſubiacere oneri ſol-
uendi laudimium emptori:quoniam illud emptor ſoluere
tenetur. *Sfort.Odd.d.conſ.4.n.8.21.& 22.ac* 28.vbi docet,
13 qualiter probetur certioratio,& ait probari ex pacto ex-
preſſo facto in ipſo venditionis contractu cum onere ſol-
uendi ius laudimij,occaſione venditionis emphyteuſis,ac
etiam præſumptiuè: quoniam emptor quilibet ſcire præ-
ſumitur qualitates,rei,quam emit, an ſit feudalis, emphy-
theotica, vel libera,& allodialis,vt per eundem *Sfort. Odd.*
14 *in d.conſ.4.nu.27.* nam deficiente certioratione, venditor
dicitur in dolo, & contractus ſecundum quamplures dici-
tur ipſo iure nullus *Port.inter conſ.Farinac.conſ.176.nu.3.*
& 4.lib.2.
15 Verum contrarium tenet ibidem *Farinacc.* quod
comprobat tribus deciſionibus Rotæ cum quibus ſtan-
dum eſt.
16 Secundò fallit, quando quis emit emphyteuſim libe-
ram,& francam ab omni onere;& poſtea reperitur eã eſſe
hypothecatam ex cauſa aliarum præcedentium alienatio-
num eiuſdem rei emphyteoticæ factarum ad fauorem a-
liarum perſonarum, quia poteſt nouus iſte emphyteuta
agere contra alienantem,vt ipſam liberet ab onere hypo-
thecæ inductæ occaſione aliarum alienationum, & laudi-
miorum,etiamſi non moleſtetur,eſt *tex in l.ex prædiis, &*
ibi Gloſ.& Bald.n 6.C.de euict.Aym.conſ.298.n.14 Intrigl.
conſ.30.num.38.& ſeq Bolognet.conſ.31.num.2. Gutierrez
Pract.quæſt.ciuil.lib.2. quæſt.169. n.3. qui cæteros refert
17 *Giurba deciſ.100.n.2.* addens exceptionem hanc admitti
contradictorem exequentem inſtrumentum,non obſtante
pacto de non opponendo, & iuramento:quam limitatio-
18 nem veram puto;quicquid aſſerant *Bologn.d.conſ.31.nu.*
13.in fin.& Intrigl.d.conſ.30.num.31. quatenus voluerunt
eam non procedere, quando vendens rem emphyteoti-
cam in contractu alienationis obligauit omnia bona im-
mobilia ſufficientia ad ſolutionem laudimiorum debito-
rum,vel etiam cautionem indemnitatis præſtitit ad fauo-
rem emptoris in caſu moleſtiæ,ob dicta laudimia: quo in
caſu ſecundum illos cogi non poteſt ad ipſam rem libe-
randam.
19 Quæ ſententia ſanè procederet, quando laudimij onus
eſſet conditionale at ſecus, ſi eſſet purum,vt loquimur in
præmiſſis; cum tunc ſtatim venditor compelli poſſit ad
rem ipſam emphyteoticam liberandam, vt legitur penès
Bolognett.d conſ.31 num.14. Franch.deciſ.200.n.15. Fab.de
Mont.in tract.de empt.& vendit.q.6.num.50.Burſat.conſil.
194.num.41.lib.2. Menoch.de arbitrar.iudic.caſ.234. num.
2.Oſaſch.deciſ.24.n.4.Fab.Turret.conſil.67.n.8.9.& 14.lib.
20 *3.præſertim,ſi* mota eſt lis,vel imminet euictio in limine
contractus *Giurba d.deciſ.100. num.3. Port.inter conſ. Fa-*
rin.conſ.176.n.9.
21 Tertiò fallit,quando agitur de venditione neceſſaria,
rigore iuris congrui, pro qua nulla quantitas laudimij
ſoluenda eſt,vt reſoluit *Rota coram R.P.D.Orano in Roma-*
na prætenſæ deuolutionis 11.Decemb.1587.
22 Etſi ſecũdũ alios laudimiũ debetur quoq;in venditio-
ne neceſſaria, quę fit per iudicem dantem bona debitoris
in ſolutum ſub haſta creditori,ſeu tertio:tanquam aliena-
tio huiuſmodi ex facto debitoris procedat,vt latè conclu-
dit *Theſ.dec.139.per totam*,cum alijs adductis per *Gratia.*
diſcept.lib.3.c.544.n.19.& 20.
23 Eſt ſimile quod dicimus de alienatione neceſſaria, quę
quamuis fiat à iudice pro executione rei iudicatæ tamen
habetur pro facto partis, quaſi ex præcedenti contractu
debitoris hoc faciat; ideo in ea præfertur habens priuile-
gium iuris congrui; vel quid ſimile,ex latè traditis per *Ti-*
raq.de retract.l.gnag.§.1.gl.14.n.13.ad 17.& quicquid con-
trarium ſequatur Specul. de empt. & vend.§.nunc dicen-
dum ſecundo, verſic. ſed pone ſtatutum cum alijs per *Rol.*
conſ.21.lib.1. illa eſt verior, & magis communis opinio,
quam latè tuetur *Mutienz.ad l.7.gl 7.tit.13.lib.5.nou.col-*
lect.reg.num.2.cum ſeq.Peralt.in l.2.num.6.vſque ad 9.ff.de
legat.2. Albert.in l.ſi prædium num.4. C.de euict.latè etiam
Gutierez Pract.quæſt.lib.1.quæſt.157. per tot. vbi ampliat
procedere, ſiue res immobilis adiudicetur per iudicem
pro debito ipſemet creditori; ſiue alteri tertio *Franc.de-*
ciſ.277.& deciſ.482.num.1.& 2. Proſper Rundell. de iure
Prothomis in verb. non aliter niſi n.65.fol.90. & pluribus
rationis ſupradictam concluſionem comprobat *Rota co-*
ram Sanctiſs. Ludou. in Romana prælationis 19. Nouembris
1604 *quæ eſt deciſ.193.*in impreſs.ſub eius nomine:de qua
24 latè meminit *Cenc de cenſib.p.2.c.2.q.3. art.1. n.25.* in
qua deciſione concorditer per omnes fuit concluſum,
quod priuilegium conceſſum in Bulla Pij V.domino cen-
ſus, vt præferatur emere volentibus rem cenſui ſuppoſi-
tam, procedat etiam in venditione per viam ſubhaſtatio-
nis facta;ex quo, licèt fiat ex cauſa neceſſaria; tamen hoc
25 non alterat naturam venditionis,nec refert, quod vendi-
tio fiat per iudicem, ſeu dominum, cum factum iudicis
habeatur pro facto partis, *l.ſi ob cauſam, C. de euict.l.ſi pi-*
gnora,ff.eod.tit.
26 Præmiſſis additur, quod quatenus dominus directus
vendat rem emphytheoticam tanquam liberam abſq;mẽ
tione canonis debiti eccleſiæ: quamuis is emiſſet ab alio
eodem canone grauatam, id non præiudicat eccleſię, cui
fuit ſtatim acquiſitum ius per cõfeſſionẽ dicti venditoris
cum tali onere,cum potius culpa dicti venditoris venden
tis rem ſubiectam canoni abſq;illius mentione, vti liberã
tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, ſicut tranſiret in hæ-
redem, quia iniuria commiſſa in dominum in tali aliena-
tione libera,trahit ſecũ executionẽ, ita vt pęna inde pro-
ueniens ſit rei perſecutoria, & tranſeat penès quemcunq;
res tranſit,adeo vt ex tali culpa auctoris ſit priuandus ſuc-
ſor,& emptor re alienata, & breui manu fiat executio cõ-
tra venditorem pro euictione promiſſa iuxta formam in-
ſtrumenti ad inſtantiam emptoris, in puncto ita concludit
Aſſlict.dec.255.n.3.& ibid.Vrſill.num.1. abſque alia dila-
tione, & proceſſum culpam reticentis tale onus, vt & ha-
betur per *Aym.conſ.112.n.11. Guid. Pap.deciſ.105. ſi vaſ-*
ſallus n.1.& Gramm. conſ.ciu.151.
27 Non etiam omittendũ eſt,quod,ſi res emphyteotica
fuit euicta per tertiũ, & emphyteuta domino directo nõ
denuncia-

denunciauit, non eximitur per hanc euictionem à ſolutione canonis, ad notata per Bal. in l. 2. num. 14. C. vbi in rem act. & notat. idem Bal. in l. officium numer. 3. C. de rei vendic. ex quo doloſè dicitur ſe geſſiſſe non denunciando litem domino per l. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes, ff. mandati.

28 Cui concluſioni, licet aliqui contrariari conentur arguendo ab emptore, qui habet regreſſum de euictione, etiam quod non denunciauerit litem venditori ſi tamen probet nullum ius competijſſe venditori ſe defendenti, quia ſequeretur euictio Alex. in l. non ſolum §. morte n. 44. in fin. ff. de oper. non. nunc.

29 Dicitur nihilominus prædictum argumentum non procedere in emphyteuta conuento ad rem tantum, ex quo iudex in eius ſententia intendit tantum priuare emphyteutam, & Colonum eius poſſeſſione, non autem dominum directum, vel aliter dominum, qui iudicio non interfuere Iaſ. in §. omnium num 103. Inſtit. de act. Marian. Soc. ſen. conſ. 18. n. 28. libr. 1. Alexan. in l. peregrè, §. quib. n. 8. ff. de acquir. poſſeſſ.

30 At in emptore conuento, intentio fuit priuare in totum. Quæ concluſio in emphyteuta procedit, etiam quod is denunciauerit domino directo primo, non autem ſingulari ſucceſſori ab eo recognito, quia dicta denunciatio eum non excuſat, ſi res empta fuerit euicta, ex Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua in fine n. 20. denunciatio verò

31 hæc quibus verbis concipiatur, videas per Marian. Soc. in cap. quoniam frequenter, §. quod ſi ſuper ſub n. 26. verſic. ſecundo quæro, vt lite non conteſta. vbi in fine, dicit tutius eſſe, vt fiat per iudicem ſecundum aliquos, vel quod ſaltem mandet denuncianti, quod fidem reportet denũciationis per relationem nuncij; vbi pronuncia fiat, vel aliter: quoniam alias non poſſet quomodo præiudicari domino, cui non fuerit denunciatum, vt ſuperius diximus, & declarat Soc. in d. §. quod ſi ſuper ſub n. 27. verſ. ad finem quæro, quod idem prius voluit Bal. in l. 2. num. 17. C. vbi in rem actio.

Supereſt vt videamus, an cohæres, cui obtigerunt in diuiſione facta cum fratre bona emphyteotica, agere poſſit de euictione aduerſus cohæredem, ad quem Peruenerunt bona allodialia ob euentum alicuius caſus, & conditionis; vt puta, quia ad alios comprehenſos in inueſtitura deferantur; de qua re quamuis ſcripſerim in quæſt. 114.

32 Nunc tamen, quod attinet ad emphyteuſim aliqua addenda ſunt. Quare dicitur, quod diuidentes emphyteuſim maſculinam inter ſe, & promittentes defenſionem, & non moleſtare, de euictione non tenentur, ſi vnus moriatur ſine maſculis, relicta fœmina, à qua poſſunt euincere; neque dicuntur venire contra promiſſam defenſionem, quæ non comprehendit hunc caſum ſecundum naturam rei, latè Alex. conſ. 21. viſo compromiſſo libr. 5. Aret. conſ. 3. Dec. conſ. 411. Ruyn. conſ. 42. n. 19. conſ. 81. an. 2. & conſ. 146. n. 3. libr. 1. & conſ. 137. num. 12. lib. 2. Surd conſ. 67. ſub num. 53. lib. 1. poſt Bar. & alios in l. ſi familia, C. famil. herciſc. Burſat. conſ. 173. num. 20. lib. 2.

33 Ampliatur idem procedere in venditione, vt ſcilicet ſi poſtea ſuperueniat caſus ſucceſſionis in ipſummet venditorem, qui vti agnatus excludat hæredem emptoris, puta filiam capacem, ipſe capiat ex iure ſuperueniente ſucceſſionis, abſque eo, quod teneatur de euictione; cum res euincatur ſecundum eius naturam, & non ex facto ipſius venditoris, vt in ſpecie reſpondit D. Præſes Morot. conſilio 83. n. 16. ex ijs, quos commemorat, & ſequitur Ant. Monac. in dec. Flo. 62. nu. 9 & 10.

34 Simile eſt, quod dicimus, quando fratres ſimpliciter in diuiſione cauerunt de euictione quod ſuperſtes non poteſt vendicare bona emphyteotica alteri fratri in portione obuenta, cum in tali caſu euictionis promiſſio in diuiſione appoſita ſequatur naturam diuiſionis, quæ eſt, vt euictio non debeatur, ſi ex natura rei, & præordinatione auctorum ipſorum diuidentium res diuiſa euincatur, cum potius tunc finiri quam euinci dicatur, propter defectum lineæ alterius ſine filijs præmorientis, vt tradunt Bar. Albert. Salyc. Bal. Paul. de Caſtro, & cæteri in d. l. ſi familiæ, C. fam. herciſc. Alex. conſ. 21. n. 8. lib. 5. Ruyn. conſ. 47. princ. lib. 1. Soc. iun. conſ. 119. in princ. lib. 3.

35 Primò declaratur dicta principalis concluſio, vt procedat, quando diuidentes ſciuerunt Aym. conſ. 211 numero 6. & dicuntur ſciuiſſe; ſi ſoluerunt canonẽ pro bonis exemplo hæredis, qui ſoluit legata, quia præſumitur ſciret teſtamentum Alex. conſ. 4. videretur col. pen. libr. 2. Dec. conſilio 267. numero 2. & 287. col. fin. non enim euictio debetur, quando res ſecundum naturam euincitur, & contrahentes ſciuerunt, & cogitare potuerunt Feder. de Sen. conſ. 77. Soc. conſil. 199. lib. 2. Ruyn. conſ. 2. & conſil. 11. libr. 1. poſt Roma. qui latè agit conſil. 503. diligenter in fine verſ. vlt.

36 Secundo declaratur locum non habere, quando euictio ſecuta eſt facto ipſius cohæredis, vel facto ſui auctoris, vt latè per Becc. conſ. 24. n. 31. Menoc. qui id exemplificat de præſum. lib. 3. præſumpt. 118. n. 10.

37 Fallit, ſi ſpecificè, & in indiuiduo de euictione fuerit promiſſum ex cauſa emphyteuſis, per tex. in l. ſi familiæ, ibi, nihil ſuper euictione rerum ſingulis adiudicatarum ſpecialiter inter vos conuenit, famil. herciſ. Alc. in leg. qui Romę, §. duo fratres n. 37. ff. de verb. obl. Menoc. de præſump. 118. n. 13. qui nu. ſeq. extendit id procedere quoq; reſpectu pretij ex communi poſt Alc. in d. §. duo fratres, ſub numero 36. verſ. cenſuit tamen, et ceteros, quos citat Becc. d. conſ. 24. num. 38.

Neq; obijci poterit inæqualitas diuiſionis: quia ſatis eſt ſemel æqualitatem affuiſſe; nec refert, ſi tactu temporis res ad inequalitatem reducatur, quia legitimè factum ob id non tollitur Soc. iun. conſil. 115. & conſ. 119 num. 18. libr. 3. Bero. conſil. 108. in fin. lib. 1. Rol. conſil. 51. lib. 4. Aym. conſ. 102. n. 2.

38 Sublimitatur dicta fallentia, ſeu limitatio, quandò vni in diuiſione obtigiſſent omnia bona libera, & allodialia; alteri verò bona emphyteotica, quia tunc euictione ſecuta prædictorum bonorum emphyteoticorum datur actio contra cohæredem pro contingenti portione, vt reſpondit Menoch. conſ. 87. n. 84. & 85. lib. 1. ſententia Guid. de Suzar. Alex. Alc. & Becc. in d. conſ. 24. n. 34.

39 Primò fallit dicta ſublimitatio, vbi accipiens bona feudalia, ſeu emphyteotica, ea acceperit, tanquam vtiliora bonis liberis, voluerítq; eam vtilitatem cum periculo futuri euentus compẽſare, ita Alc. in d. §. duo fratres ſub numer. 36. verſic. vnde conſequens eſt, arg. l. de fideicomm. C. de tranſact.

40 Secundò fallit quando diuiſio facta fuit inter cohæredes, qui ignorabant bona ipſius obuenta oneri emphyteuſis eſſe ſubiecta, vt per eundem Alc. ibid. d. n. 36. verſic. Rurſus non procedit. Dec. conſ. 24. n. 34 ſequitur Menoch. d. præſumpt. 118. n. 6.

Alias declarationes, limitationes, & caſus videas per te ipſum apud Menoch. in loco proximè citato. Peregr. de fideicomm. quæſt. 14. numer. 40. & plur. ſeqq. & quæ dixi in quæſtione.... quæ commodè huic quæſtioni applicari poſſunt.

ARGVMENTVM.

Emptor, an agat aduerſus venditorem pro euictione ſecuta occaſione laudimij ſoluendi.

Emphyteuſis ſi euincatur, an illius venditor teneatur ad reſtitutionem pretij.

Emphyteuſis dominus ſi emat; ſeu retrahat, an ab eo retrahens teneatur ſoluere laudimium, quod ipſe emphyteoticarius ſibimet non ſoluit, mediante iurium confuſione,

Emphyteuſi diſtracta, pacto, vt illius laudimium emptor ſoluere teneatur, ſi emptor ignorabat rem eſſe emphyteoticam, quis teneatur.

Emphyteuta, an agat contra dominum directum de euictione.

Quid ſi vendat iure emphyteotico, an teneatur de euictione, ſi emptor moleſtetur, reſpectu directi dominij, ſeu ſuper commiſſo cauſato ob canonem non ſolutum.

Hypotheca tacita, an competat pro laudimio, & Canone.

S V M M A R I V M.

1 *Emptor agere non poteſt contra venditorem pro euictione ſecuta, occaſione laudimij ſoluendi.*
Et de ratione ibid.

2 *Actio pro conſecutione laudimij datur poſt perfectam venditionem, & non ante.*

3 *Actio de euictione non datur pro iure competente poſt venditionem.*

4 *Laudimium ab emptore emphyteuſis regulariter eſt præſtandum.*
Limitatur niſi aliter pactum ſit inter contrahentes, num. 5.
Quod valet, & de iure fieri poteſt, num. 6.
Etiamſi ex conſuetudine aliud ſit conſtitutum, num. 7.
Ampliatur præmiſſa procedere, etiamſi pactum eſſet emphyteuſis alienationem fieri liberè ab omni onere, quia hac clauſula non obſtante laudimium ſoluendum eſſet ab emptore, num. 9.

8 *Emptori moleſtia non infertur, ſi aliquid ab eo petatur iure permittente.*

9 *Emphyteuſis ſi euincatur, illius venditor tenetur ad reſtitutionem pretij.*
Ampliatur procedere, etiamſi conuentum eſſet illum non teneri, n. 11. Sed vide n. 13.
Item tenetur ad laudimium domino directo ſolutum ex cauſa venditoris, nu. 12.

14 *Immunitatem habens non ſoluendi laudimij in caſu acquiſitionis rei emphyteoticæ, ſi emat rem titulo retractus ceſſa conſanguineo, vel vicino venditoris, emptor non poteſt exigere à recuperante, cum laudimium non ſoluerit.*

15 *Emphyteuſim dominus ſi emat, aut ab aliquo retrahat, conſanguineus ab eo retrahens, tenetur et ſoluere laudimium, quod ipſe emphyteoticarius ſibimet non ſoluit mediante iurium confuſione.*
Contrarium probatur, n. 16.

17 *Emphyteuta iure emphyteotica vendita præfertur cuique retrahere volenti.*
Etiamſi dominus alienationi conſenſerit, n. 18.
Idemq; ius ſeruandum eſt, ſi ipſe dominus emiſſet rem emphyteuticam, n. 19.
Et de ratione ibidem. 20

21 *Emphyteuſis diſtracta eo pacto, vt illius emptor laudimium ſoluere teneatur, ſi emptor ignorabat eſſe emphytheoticā venditor tenetur ſoluere.*

22 *Vendens rem emphyteoticam, tenetur certiorare emptorem illam ſubiici oneri laudimij.*

23 *Emphyteuſis vendita cum pacto de retrouendendo infra certum tempus, ſi emptor occaſione dictæ venditionis ſoluit ius laudimij, & ea redimatur per venditorem veterem ex pacto prædicto tenetur is vna cum pretio ſoluere laudimium ſolutum per emptorem.*
Et de ratione ibidem.
Ampliatur procedere etiamſi diceretur, quod ſit reuenditio pro eodemmet pretio, n. 24.

25 *Laudimij in reuenditione dicitur pars pretij.*

26 *Cautela traditur in præmiſſis.*

27 *Venditor à ſolutione laudimij tutus redditur, ſi emptor ex aliquo iure ſibi competenti ex perſona ſua eſſet immunis.*

28 *Emphyteuta dubitans eſſe fideicōmiſſum, vel aliud onus extraneū ſuper re ſibi in emphyteuſim tradita, ſi agat contra dominum directum, vt eam liberet ab onere, vel petat reſcindi contractum inter eos initum cum refectione damnorum etiam reſpectu augmenti medij tēporis, illud debetur.*

29 *Augmentum temporis, & omne accedens rei ſpectat ad Emphyteutam, non autem ad dominum directum.*

30 *Augmentum debetur facienti meliorationes, tanquam in re propria.*
Et præſertim, quando augmentum temporis latenter acceſſit ex induſtria, ac diligentia emphyteutæ, n. 31.

32 *Emphyteuta contra dominum directum de euictione agit.*
Ratio aſſertur, n. 33.
Declaratur procedere quādo emphiteuſis fuit cōceſſa pro pēſione magna, iuſta, & æquali, & non ſi pro modica, nu. 34.
Fallit, ſi in venditione fuit adiecta clauſula, ſaluo iure tertij, num. 35.
Quinimò, quando hæc clauſula non fuit appoſita, ſuppletur, et adiecta cenſetur nu. 36.
Declaratur hoc vltimum dictum, quando integra emphyteuſis euincitur: ſecus, quando pars aliqua tantum, quia pro parte illa dominus non obligatur, licet de ea pollicitus, ſit n. 37. & n. 40.
Tenetur tamen hoc caſu dominus penſionem minuere pro rata, n. 41.

38 *Fideiuſſor de euictione non tenetur, niſi tota res ſit euicta.*

39 *Vendens hæreditatem de euictione non tenetur, ſi de aliqua res tantum euincatur, et non tota hæreditas.*

40 *Hæres in vniuerſalibus ſolum vendere videtur ius, quod vniuerſaliter habet, non particulariter.*

42 *Emphyteuta, qui vendidit rem iure emphyteotico non tenetur de euictione, ſi emptor moleſtetur reſpectu directi dominij, ſed ſolum tenetur præſtare ſe emphyteutam.*

43 *Emptor, ſi inquietetur ſuper commiſſo cauſato ob canonem non ſolutum, vel rei deteriorationem, emphyteuta illi tenetur de euictione.*
Fallit, ſi emptor ignorabat commiſſum, ſecus, ſi ſciebat, numero 44.
Sublimitatur, ſi emptor dolo induxit emphyteutam ad vendendum vel permutandum rem emphyteoticam, cum allodiali, vt fraudaret directum dominum iure retinendi, detecta ſimulatione, n. 45.
Extende procedere, etiamſi tacitè actum ſit, vbi ſimulatio tendit ſolum ad fauorem emptoris, n. 46.
Et de ratione ibidem.

47 *Euictio regulariter, ſtante culpa, debetur, vbi interuenit ſpecialis*

ſpecialis & indiuidua promiſſio.
48 *Hypotheca tacita non competit pro laudimio.*
Sed contra n.50.53.54.55.& 56.
Vbi reſpondetur contrarijs, ex veriori, receptiori, & in iudicando ſequenda ſententia.
49 *Actio, quæ competit domino feudali, aut emphyteotico ad laudimia eſt perſonalis, nec ſequitur fundum.*
51 *In laudimij ſolutione conſideretur res ipſa, non autem perſona.*
52 *Obligatio legalis non debet minus operari, quam conuentionalis.*
57 *Onera realia tranſeunt ad quemcunq; vadant,*
Ampliatur etiam ad fiſcum, & Eccleſiam, n.58.
59 *Hypotheca tacita datur etiam pro canone, & pro publica penſitatione, & n.60.*
Quidquid ſenſerint quidam hic relati, n.61.
Idemq; ſeruatur in Rota, n.62.

Quæſt. CXXIV.

EX dictis proximè ſupra inſurgit alia difficultas non minus vtilis, an ſcilicet emptor agere valeat aduerſus venditorem pro euictione ſequuta occaſione laudimij ſoluendi,
1 Et concluditur negatiuè, ratione, de qua dixi in præcedentibus nempè, quod laudimium ſolui debet de natura contractus, & in ijs, quæ proueniunt ex natura contractus, nulla datur euictio *Aym conſ.24 num.1.& conſ.211. num.6.de communi. Curt. ſen.conſ.49.num.79. Petra de fideicomm.quæſt.14. numero 39. Caroc.deciſ.10. numero 16. Surd.conſilio 15, num.4.lib.1 Intrigliol.ſingul.63.numer.86.* etiamſi eſſet generaliter de euictione promiſſum *Maſtril. deciſ.61.num.3.Caſtill.deciſ.52.n.10.* item, quoniam actio
2 pro conſecutione laudimij datur poſt perfectam venditionem, & non antea: nam, vt alias dixi, datur domino occaſione nouæ inueſtituræ, & ob immiſſionem poſſeſſionis:
3 verum pro iure competente poſt venditionem, de euictione actio non datur *Tiraq. de retractio lign.§.1. Gloſa nona num.35.*
4 Ac præterea etiam, quia laudimium ab emptore emphyteuſis regulariter præſtandum eſt, ad *ud Gl. communiter approbatam in l.fin. C. de iure emphyt. vbi Iuſ. num.41. Cagnol.in l.2.num.236.C.de pact.inter empt.& vendit. Cranetta conſ.322.num.14. Burſatt.conſil.137.num.11. Bertrand.conſil.221. numero ſecundo lib.2. Gozad.conſ.65. in princ. Clar.in §.emphyteuſis quæſt.23. verſic.viterius. Follar. in pragmat.de cenſi.ver.huiuſmodi num.53.Tiraq.de retract. lign.§.1.Glo.18.num.19. Gabr.conſ.84.num.10. libro primo Soc.iun.conſil.70. numer.8.lib.3. Pont.in tract. de laudim. quæſt.9.Solſon.in ſimili ſuo tract.præl ud.5.num.1.& in titul. conſuet.antiq.quę olim fuit num.16.* vbi hoc limitat, niſi ali-
5 ter pactum ſit inter contrahentes *Lauren.deciſ.Auen.143 n.3.Burſatt.conſil.56.num.16.lib.1.Rim.iun.conſ.38.num.9.*
6 *lib.1.& conſ.579.ſub n.18.lib.5. Menoch.conſ.444.nu.16. lib.5.* quod valet, & iure fieri poteſt, *Mota.in cap. Regni Regis Feder.110.n.77.Intrigliol.ſing.95,n.8.lib.3.* vbi am-
7 pliam, ſi ex conſuetudine aliud ſit conſtitutum. Non ergo
8 emptori, moleſtia infertur, ſi aliquid ab eo petatur iure permittente, vt per *Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt. 38.num.4.& cum ſeq.Seraphin.de priuil.iur.priuil.74.numer. 43.& 45.Rim.iun.conſ.551.n.28.lib.5. Surd.de alim.tit.9. quæſt.26. n.28.*
9 Ampliatur præmiſſa procedere, ſi pactum eſſet emphyteuſis alienationem fieri debere liberam ab omni onere, quoniam hac clauſula non obſtante, laudimium ſoluendum foret ab emptore, cum illud nō dicatur onus, ex quo debetur per emptorem perfecta dictæ emphyteuſis alienatione, vt prędixi, & latius reſponderunt *Tiber. Decian. conſ.2.n.19.& ſeq.& n.63.lib.4.& in eodem caſu Menoch. conſ.297,n.6. & ſeq.lib.3.*
10 Sed quid ſi res emphyteotica legitimè euincatur, illius venditor ad quid teneatur? Reſpondeo eundem nedum ad reſtitutionem prętij teneri, ſecundum *Amede.de laudim.quæſt.39.n.8. Coſta conſ.72.n.7. Rebuff.de dilat.artic.5.*
11 *Glo.vnic.n.50.* vbi etiam tenet id non ſolum procedere, ſi eſſet conuentum illum non teneri de euictione, verum etiam ad laudimium domino directo ſolutum ex
12 cauſa venditionis factæ, vt per *Amede.vbi ſupra, & Aym. conſ.389.n.6.*
13 Fallit, ſi venditor conuenerit non teneri de euictione, neq; ad prætij reſtitutionem, vt in ſpecie tradit *Vinc. de Franc.dec.179 nu.2. Intrigl.ſing.63.nu.403. Coſta de facti ſcient.& ign.cent.1.diſtin.5. n.18.*
14 Dubium oritur, quid reſoluendum, ſi quis habeat immunitatem non ſoluendi ius laudimij in caſu acquiſitionis rei emphytheoticæ, concurrentib. tamen tribus requiſitis commemoratis ab *Oſaſc.in dec.95. ſub nu.21.* & emat rem titulo retractus ceſſam conſanguineo, vel vicino venditoris, poſſit emptor exigere à recuperante? & reſoluitur negatiuè.
Cum laudimium non ſoluerit, atq; ita ſua non interſit, vt deciſum teſtatur *Hier. Lauren in dec. Auen.26.* vbi ad partes id examinat. *Boer. dec.231. Tiraq.alios adducens de retract.lign.§.29.gl.4.n.2.& 3.Sola ad conſtit.Sabaud.tit.de iure emphyt.gl.1.nu.34.p.33. Pont.in dicto tract.de laudim. qu.37.in fine.*
15 Dubitari quoque ſolet, ſi dominus emphyteuſim emat, aut iure emphyteuſis ab alio emptore retraxit, & prælationis iure ad eum perueniat; an conſanguineus ab eo retrahens teneatur ei ſoluere laudimia, quæ ipſe emphyteoticarius ſibimet non ſoluit mediante iurium confuſione. Et affirmatiuè reſoluit. *Andr. Tiraq.de retract. lignag.§.29.gloſ.2.numero 9. & ſeq.* fundans ſe potius in Galliæ conſuetudine, quam quod de iure communi ita ſtatuendum ſit.
16 Ius tamen commune nos ſequentes, contrarium de iure verius affirmamus; ea ducti ratione, quia ipſe emphy-
17 teoticarius in re emphyteotica vendita præfertur cuicumque recuperare volenti, & ſucceſſiuè ab eius oſſibus, vt ita dicam, rēs iure retractus euelli nequit, ſit ex ſententia *Bar.Guliel.de Cun.Alber.& Iaſ.C.unicio cap.99.Rit.numer. 31.Guid. Pancirol.conſ.144.numero 7. Rim.iun.conſ.511. num.26. Afflict.de iure protbomiſ. ver.pater.numer.8.& in*
18 *ver.conſtitutionis numero 11. Tiraq.de retract.lign.ag.§.21. Gl.vnica,n.3.Capyc.deciſ.99. Theſaur.deciſ.169 numero 2.* vbi ſic iudicatum teſtatur in Senatu Pedemontano. Quod etiam procedit, ſi dominus alienationi conſenſerit, vt per *Capyc.d.deciſ.99. Redell.de iure protbomiſ. ver.emphy-*
19 *teuſim*, & idem ius ſeruandum, ſi ipſe dominus emiſſet rem emphyteoticam. *Bal.conſilio 300.in fine, libr.primo Tiraquell.de retract.lignag.§.1. Gloſ.3. numero primo Gloſ. 14 numero 110. Bolognett.conſil.17. num.23. Peregr.deciſ. 69. per totam.*
20 Ratio eſt ſecundum prædictos, quia dominus directus emens emphyteuſim emere cenſetur ſolum vtile dominium exiſtens apud emphyteutam vendentem; ideò ſtante cōſolidatione, ſeu vnione dominij vtilis cū directo, emphyteuſis non dicitur amplius emphyteuſis, ſed res allodialis, prout erat ante conceſſionem ad emphyteuſim.
21 Verum pone, quod res emphyteotica ſit vendita, ſeu diſtracta, pacto tamen præeunte, vt illius emptor, ſeu acquiſitor compellatur ſoluere laudimium, & emptor ignorabat rem eſſe emphyteoticam; quiſnam laudimium ſoluere teneatur, an emptor, vel venditor. Et cenſeo ad illud venditorē teneri, qui verè ſciebat rem eſſe emphyteoticā, vt proprie reſpondit. *Alex.conſ.14.lib.5. ſequitur Sola ad conſtit.Saband.d.tit.de iure emphyteot. Gl.1.n.31.pag.33.*

22 Item,

Digitized by Google

22 Item quia vendens rem emphyteoticam tenetur cer-
tiorare emptorem illam ſcilicet ſubijci oneri laudimij.
Tepat lib. 2. varar. ſentent. tit. de laudim. colum. 8. verbor.
venditor.

23 Vtrum autem, ſi emphyteuſis vendatur cum pacto de
retrouendendo infra certum tempus, & emptor occaſio-
ne dictæ vẽditionis ſoluit ius laudimij, ſi ea redimatur per
vendentem veterem emphyteutam ex pacto prædicto, is
teneatur vna cum pretio ſoluere laudimium ſolutum, vt
ſupra, per dictum emptorem.

Quæſtionem hanc latè per tractat. Hier. Cagn. in l. 2. nu.
236. C. de pact. inter empt. & vendit. qui poſt multa, in verſ.
retenta hanc opinione, concludit, laudimium ſoluendum
eſſe per venditurem, addens ita fuiſſe in facti contingen-
tia iudicatum. Et quidem iure meritò, cum alias emptor
eſſet in damno, & iactura, qui ex contractus natura, &
neceſſitate ſolum ſequuntur. Tiraquell. de retract. conſan-
guinit. §. 6. Gloſ. 2. numer. 3. Redoan. de reb. eccleſ. non alien.
quæſt. 11. num. 9. Amede. in tract. de Laudim quæſt. 37. Neui-
zan. conſ. 88. num. 17. & ſeq. Solſen. de laudim. colum. 3. verſ.
laudimius reſtitui, quicquid ſenſerint. Laurent. deciſ. Auen.
112. circa fin.

24 Ampliatur procedere quoque, ſi diceretur, quod ſit
reuenditio pro eodemmet pretio, vt regulariter fieri ſo-
let, quia ſub nomine pretij venit intereſſe paſſum quod
eſt ius laudimij in caſu noſtro, ſecundum Cagn. in d. l. 2 ſub
num. 236. verſ. & facit Sar. in tract. de alim. tit. 2. quæſt. 15.
numer. 157. & tit. 9. quæſt. 2. num. 8. Franc. Milanen. deciſ. 4.
numer. 124. libr. 2. Camill. deciſ. Luca. 152. colum. 6. Velaſc.
conſult. 70. ſub numer 14. & in laudimio, vbi ex doctrina
25 Cagnol. in loco praadmonito, inquit, ius laudimij in reuen-
ditione dici eſſe partem pretij.

26 Quare traditur cautela, quod emphyteuta vendens cũ
dicto pacto conueniat cum emptore, vt tempore reuen-
ditionis laudimium per ipſum emptorem ſoluendum, aut
ſolutum, ſoluere non teneatur, quatenus velit ad eius re-
fectionem, ſeu ſolutionem non teneri, ſicuti tradit idem
Cagnol. d. loco. In ver. nec obſtat, & ſequitur, Roder. Hiſpan.
in tract. de annu. reddit. lib. 2. q. 4. n. 18. & 27.

27 Prout & eodem modo venditor a prædicta ſolutione
tutus redderetur, ſi emptor ex aliquo iure ſibi compe-
tenti ex perſona ſua eſſet immunis, vt patet ex Boer. deciſ.
231. numer. 3. Amede. dicto tract. de laudim. dict. quæſt. 37. in
fine.

28 Sed quæro, quid ſi emphyteuta dubitans eſſe fideicom-
miſſum, vel aliud onus extraneum ſuper re ſibi in emphy-
teuſim tradita agat contra dominium directum, vt eam
liberet ab onere, vel petat reſcindi contractum inter eos
initum cum refectione damnorum, & intereſſe, etiam
reſpectu augmenti medij temporis, & dominus acceptet
reſciſſionem, ſed neget augmentum medij temporis, an
inquam illud debeatur?

Et deberi dicimus.

29 Quoniam augmentum temporis & omnes accedens
rei ſpectat ad emphyteutam, non autem ad dominum di-
rectum, l. item ſi fundi, §. huic, ff. de vſufruct. gloſ. in l. 1. ver.
imo puto, quod omne augmententum, C. de iure emphyt. vbi Iaſ.
n. 79. Gl. 1. in c. 1. § ſi quis damnoſo in ver. recuſauerit, verſ.
dicas, ſi de inueſt. fuerit controuerſ. vbi Bald. ſub n. 3. verſ. Itẽ
fortè. Brun. in tract. de dimut. & deteriorat. concluſ. 20. num.
30 133. præclarè Vincent. de Franc. deciſ. 110. per tot. Qui in ſpe-
31 cie emphyteuſis, ait, facienti meliorationes tanquam in
re propria deberi. Quod præſertim procedit quãdo aug-
mentum hoc temporis latenter acceſſit ex induſtria, &
diligentia emphyteutæ, vt per Clar. qui communem eſſe di-
cit in §. feudum q. 88. verſ. item.

32 Illud inſuper etiam quæſierim: num agat emphyteuta
contra dominium directum de euictione, vt puta, quia
dominus rem alienam in emphyteuſim conceſſit: & qui-
dem teneri probatur ex cap. 1. & ibi per notatis Doct. de in-
ueſt. de re alien. fact. Afflict. in cap. 1. de lege Conrad. Velaſc.
33 de iure emphyt. q. 38. n. 32. ea ratione, quia contractus em-
phyteoticus eſt onerosus & ob cauſam factus, vt videlicet
res conceſſa melioretur, ex trad. per Cornel. conſil. 285. ſub
34 nu. 3. lib. 3. qui num. 10. hoc verum intelligit, quando em-
phyteuſis eſt conceſſa pro penſione magna, iuſta, & æqua-
li, ſecus autem, ſi pro modica, quod poſt Alex. notauit
Iaſ. in l. mihi, & Titio ſub num. 5. ff. de verbor. obligat. cui ad-
uerſatur. Velaſcb. d. q. 38. in fine Pro quo videndus eſt Af-
flict. in probem. feud. n. 91.

35 Quod intelligas non procedere, quando in venditione
fuit adiecta clauſula, (ſaluo iure tertij), per quam dominus
nullus euictionis periculum incurrit, ſecundum commu-
nem, de qua in c. 1. vbi Afflict. nu 9. de inueſtit. de re alien.
36 fact. addens huiuſmodi clauſulam non appoſitam ſup-
plendam fore, & adiectam cenſeri, quia conſueta. Felyn. in
c. cum M. Ferrartenſis num. 6. de conſtit. Iaſ. in l. ſi argenta-
rius n. 8. ff. de eden. Neque ideò dominus directus de eui-
ctione obligatur niſi eam promittat.

37 Quod vltimum declara ſibi tribuere, quando integra
emphyteuſis euincitur, ſecus vero quando pars aliqua
tantum, quia pro parte illa dominus non obligatur, licèt
38 de ea pollicitus ſit, vt poſt Iſern tradit Afflict. in cap. 1. nu.
3. de inueſtit. de re alien. facta, per leg. naue, ff. de euict. facit
quod de fideiuſſore euictionis traditur qui de euictione
non tenetur, niſi tota res ſit euicta, vt in l. ſi rem, & ibi Gl.
ff. de rei vendit. & in c. 2. de libelli oblat. facit etiam l. Cod. de
39 euict. vbi quod vendens hereditatem de euictione non te-
netur, ſi aliqua res tantum, & non tota hæreditas euinca-
tur, vt ibi notant Gloſ Bart. Bald. Ang. & Salycet. & cæterì
communiter de communi pariter teſtatur Gomez. de con-
tract. c. 2 n. 44. addens eam rationem, quoniam in his vni-
40 uerſalibus hæres ſolum videtur vendere ius quod vniuer-
ſaliter habet, non particulariter, quodque dominus dire-
ctus non obligetur re tantum pro parte euicta reſpondit.
Alex. conſ. 136. ſub num. 9. verſ. Præterea ille, qui inſtituit
lib. 1. & Afflict. in d. cap. 1. num. 14.

41 Aduertendum tamen, non ob id negari poſſe, hoc caſu
dominum teneri penſionem minuere pro rata, vt com-
muniter tradunt ſcribentes in d. c. 1.

42 Hic autem opportunè videre occurrit, an emphyteu-
ta, qui vendidit iure rem emphyteotico teneatur de eui-
ctione, ſi emptor moleſtetur, reſpectu directi dominij, &
in l. aliquam rem, ff. de acqu. poſſeſſ. concludit, quod non
eum ſolum teneatur præſtare ſe emphyteutam in l. ſi quis
domum, ff. locati, & l. 1. C. credit. euict. pign. non deb. & Bart.
43 vbi ſupra ſequitur Rip. numer. 46. qui addit ex hoc ſequi,
quod ſi emptor inquietetur ſuper commiſſo cauſato ob
canonem non ſolutum, iuxta l. 2. C. de iure emphyt. vel ob
rei deteriorationem, iuxta authent. qui rem, C. de ſacroſanct.
Eccleſ. quod emphyteuta tenebitur de euictione, quod
inquit expreſsè voluiſſe. Imol. Aret. & Alexan. & ibi Bald.
in cap. 1. §. rurſus, quib. mod. feud. amittit. quod dicit Ripa
44 dubitatum, ſi emptor ignorabat commiſſum, ſecus ſi ſcie-
bat, quia dubitari poteſt, vt quia emptor dolo induxit
45 emphyteutam ad ſimulatè permuttandum rem emphy-
teoticam cum allodiali, vt fraudaret dominium directum
iure retinenda detecta ſimulatione, quo caſu licet Alex.
vbi ſupra tacitè ſentiat venditorem de euictione teneri: &
Aret. quamuis in alijs terminis reſpondere videatur, quod
tenetur ſolum ad reſtitutionem pretij, & non ad intereſſe
per text. in l. emptorem, §. fin. ff. de action. empt. & in l. ſi fun-
dum ſciens, Cod. de euict. nihilominus Ripa de hoc dubitat,
ratione doli, & ſimulationis prædictæ, quoniam ſi ex
cauſa dictæ ſimulationis emphyteuta de euictione non
teneretur, non etiam condemnari poſſet ad pretium,
ſecundum Gloſ. in leg. qui liberta. ff. de euict. ex ſententia
46 Pauli de Caſtr. in dict. §. fin. ergo non etiam tenebitur, ſi

tacitè

Digitized by Google

tacitè actum ſit, l. cum quid, ff. ſi cert. petat. verum tacitè a-
ctum videtur, cum permutationis ſimulatio tendat ſolum
ad fauorem emptoris, quod licet Ripa non decidat, quia
pendebat de facto, tamen ita ſeruandum puto quia
emptor fuiſſe videtur in culpa, qua ſtante agere nequa-
quam poteſt de euict. Surd. deciſ. 208. numer. 17. Rimin. iun.
conſ. 1. num. 44. & ſeq. Pedroch. conſ. 13. num. 26. Peregrin.
conſ. 66. num. 7. lib. 3. Ioſeph. de Seſs. deciſ. 14. numer. 15. Ma-
reſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 19. nu. 36. Caroll. Bordellon.
47 conſil. 152. numer. 8. & ſeq. lib. 2. quamquam regulariter
etiam ſtante culpa debeatur euictio interueniente ſpecia-
li, & indiuidua promiſſione, latè Bardellon. dict. conſil. 152.
numer. 23. & Mareſcott. d. cap. 19. numer. 39. qui cæteros
adducunt.

Supereſt adhuc vna difficultas, an pro laudimio com-
petat tacita hypotheca.

48 Pro negatiua concludendum videtur, cum res non ſit
obligata pro laudimio, Roderic. de cenſib. lib. 2. quæſt. 22.
num. 45. Velaſch. de emphyt. quæſt. 22. numer. 19. & quæſt. 4.
numer. 6. & 7. Marin. Frece. de feud. libr. 2. titul. de auctorit.
Baron. auth. 3. numer. 4. Petr. Iacob. in tit. de acti. in re pro re
emphyt. Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. part. 2. de bonis quæſt.
8. num. 12. Surd. deciſ. 31. per totum. Tiraquell. de retract.
49 lignag. §. 29. gloſ. 2. num. 8. vbi quod actio, quæ competit
domino feudali, vel emphyteotico ad laudimia eſt perſo-
nalis, nec ſequitur fundum, aut tertium poſſeſſorem vt
etiam concludit Guid. Pap. conſil. 46. colum. vltim. verſicul.
& videtur, quod nullo, & conſil. 126. in tertio dubio ſequi-
tur Ari. Pinell. in l. 1. part. 2. ſub numer. 72. verſ. limitatur
quinto, Cod. de bon. mater. dicens, quod non datur hypo-
theca niſi in oneribus realibus publici ex lege vel indi-
ctione ſuperioris, ſecus in oneribus ex conuentione,
vt in penſione ſoluenda ab emphyteuta qui rem aliena-
uit. Neguſant. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 127. verſ.
ſed dubitatur.

50 Contrarium, quod detur hypotheca, verius, & receptius
eſt, ac tenent Menoch. conſ. 444. num. 21. lib. 5. & conſ. 297.
num. 1. & 34. lib. 3. Ioan. Pap. Areſt. 4. lib. 11. Caſſane. ad con-
ſuetud. Burgund. rubr. 11. titul. des cenſes, §. 1. in princip. num.
9. verſ. quia iſtud ius concomitatur rem, de communi, &
quod ſolus ita iudicauit, teſtatur Vincent. Franch. deciſ.
430. num. 1. & ita ſeruari dixit Tiraquell. de retract. lignag.
§. 29. Gloſ. 2. num. 8. in fine, verſic. quamquam ſcio hic aliter.
Mar. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. cap. 26. num. 194. Coſta
de Portion. rat. quæſt. 112. numero nono, & de ſubſidiar. rem.
52. numero decimoprimo, & Maſtrill. deciſ. 171. in fine num.
15. parte ſecunda; vbi quod ita fuit iudicatum firmans,
quod ſi priores emptores, qui non ſoluerunt laudimium,
non fuerunt inueſtiti de emphyteuſi, tunc dominus di-
rectus non tenetur ſecundum emptorem inueſtire, niſi
ſoluto laudimio ſuorum prædeceſſorum euictione hypo-
51 thecaria, iuxta dictam deciſ. Franch. 430. num. 1. & quod
refert, ac ſequitur Gratian. diſcep. libr. 2. cap. 272. numer. 1.
ad 7. Quæ ſententia ea præcipuè ratione fulcitur, quia
in ſolutione laudimij debet res ipſa conſiderari, non au-
tem perſona, vnde qui poſſidet, ad illius præſtationem
tenebitur: nam laudimij ſoluendi obligatio eſt legalis;
ideò licebit domino directo rem libellariam pro ſuo cre-
52 dito accipere, cum non minus operari debeat legalis o-
bligatio, quam conuentionalis, ad l. obligamur, ff. de act. &
53 obligat. Menoch. conſ. 66. num. 39. & ita præter citatos vo-
luerunt Mar. [illegible] de laudim. p. 1. diſtinct. 9. per tot. & in ad-
dit. num. 17. & ſeq. iterum Franc. deciſ. 659. ſub num. 1 Rim.
iun. conſ. 1. nu. 54. & 57. Sfort. Od. conſil. 4. num. 15. Amode.
de laudim. quæſt. 45. Salſon. in ſimili ſuo trac. 8. Cel. 1. n. 9. &
12. [illegible] fin. 95 n. 43. lib. 3. Ant. de Oliba. in tract. de act. p.
2. li. 1. c. 29. n. 28. & p. 1. li. 3. ad petit. rei pro ſeq. n. 16. quorũ
54 plures, vt dixi, aſſerunt ita iudicatum, prout & ita ſerua-
55 ri; in ſpecie Franch. in dictis deciſion. 430. & 659. Maſtrill.
d. deciſ. 171. num. 15. & Tiraquell. d. §. 29. Gloſ. 2. num. 8.
in fine.

56 Non obſtant Surd. d. deciſ. 31. & alij ſuperius relati pro
opinione negatiua, dum concludunt, quod pro laudimio
non detur hypotheca.

Quia contra illos eſt verior, ac receptior ſententia, &
illis reſpondet Mar. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. capit.
26. numer. 194. & Burg. de laudim. part. 1. Inſpect. 9. in addit.
57 num. 21. Nam cum omnes concludant, quod laudimium
ſit onus reale, ex iam dictis ſequitur, quod illud tranſeat
ad quemcunque vadant bona, & rem ipſam concomiten-
tur, l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de muner. & honorib. Gloſ. in
Clem. 1. de cenſib. Ruyn. conſ. 111. numer. 2. lib. 5. Pariſ. conſ.
58 53. num. 5. lib. 1. Crauett. conſ. 217. numer. 5. qui ampliat ad
fiſcum poſſeſſorem talium bonorum, & eccleſiam. Inno-
cent. in cap. verum ſuro de competen. Abb. conſil. 14. colum. 2.
lib. 2.

59 Ex his infero, quod cum talis hypotheca detur pro
laudimio ex præmiſſis, eo magis dabitur pro canone,
cuius ſolutio correſpondet proprietati, & ideò afficit
quemcumque poſſeſſorem, tamquam talis canon ſolui
debeat de fructibus ipſius prædij emphyteotici, l. in ven-
ditione, ff. de actio. empt. qui text. quamuis loquatur in pen-
ſitatione publica, quæ onus reale inducit, leg. fin. vbi Saly-
60 cet. Cod. ſin. Cenſ. vel reliq. extenditur quoque ad cano-
nem rei emphyteoticæ, pro quo contra poſſeſſorem
prædij dabitur etiam hypotheca tacita, tamquam debea-
tur ex fructibus illius. Bald. qui dicit mente tenendum, in
authent. ſi quas ruinas num. 5. in fin. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.
quem ſequitur. Alexand. conſ. 79 numer. 9. libr. 1. Abb. conſ.
30. num. 1. lib. 2. Rip. in l. 1. §. ſi hæres numer. 11 ff. ad Trebell.
Iaſ. in l. fin. numer. 73. & ibi addent. in liter. B C. de iure em-
phyt. Socin. iun. conſil. 74. numer. 14. libr. 1. Afflict. deciſ. 95.
num. 5. & ibidem Vrſil. num. 2. & 3. Crauett. conſ. 17. num.
5. Gabr. conſil. 47. num. 6. & 7. libr. 1. Mar. Burgn. de laudim.
part. 1. Inſpect. 9. num. 6. & in addit. num. 25. Amed. in ſimi-
li ſuo tract. quæſt. 45. Franc. Marc. deciſ. 490. numer. 2. part. 1.
Molfeſ. ad conſuetud. Neap. part. 2. de bonis quæſt. 8. num 13.
& 14. Gratian. diſcept. libro primo capit. 36 num. 34. Quic-
61 quid aliud ſenſerint Roderic. de cenſib. libr. 2. quæſtion. 22.
num. 43. & Franch. Caldas de extinct. emphyt. libr. 4. capit.
3. numer. 18. vſque ad 35. Quorum opinio admittenda
non eſt tamquam ſit contra communem & magis rece-
ptam ſententiam; ſicuti etiam teſtatur idem Caldas dicto
62 capit. 3. numero vigeſimoprimo, & ita etiam ſeruatur in
Rota, & vt per Caſſador. deciſ. 3. ſub numer. 2. verſicul. ſeu ex
hoc, quòd res tranſit ad eum de loca, iuxta leg. Impera-
tores, ff. de publie. cap. ſi quis laycus 16. quæſt. 1. Franch. in cap.
vltimo, §. finali de offic. ordinar. in 6.

ARGVMENTVM.

Fundus, quem quis alienauit ſi recogno-
ſcatur in emphyteuſim, & euincatur,
an is, vel eius fideiuſſor de euictione
agat aduerſus eum, à quo recognouit.

Alienatio emphyteuſis, feudi, vel bono-
rum eccleſiaſticorum, reſeruato con-
ſenſu domini, vel beneplacito Apoſto-
lico, an interim reuocari poſſit.

Et quoad bona eccleſiaſtica, quid poſt ob-
tentum beneplacitum non tamen ſe-

cuta

cuta ſententia confirmatoria per executores, quibus fuit commiſſa cauſa, ſi in euidentem.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non agit de euictione, quæ ſuo facto ſucceſſit, & ſufficit, quod aliquo modo poſſit imputari culpa emptori circa rei euictionem, vt excludatur ab actione. nu. 2.*
Vt quando ſua culpa cecidit à poſſeſſione, nu. 3.
Vel fecit pactum de non petendo, num. 4.
Vel quando potuit vſucapere, & neglexit, nu. 5.
Vel quando compromiſit, num. 6.
7 *Res aliena vendi poteſt, quoad venditoris præiudicium.*
8 *Euictio datur in emphyteuſi, & ſicut & in venditione.*
9 *Fideiuſſor allegare non poteſt, quod non valet principalis debitor.*
10 *Contractus conditio variari non poteſt, nec debet ex fideiuſſoris perſona.*
11 *Clauſula acceſſoria non immutat, nec alterat principalem obligationem.*
12 *Venditio emphyteuſis facta ſub conditione, accedente domini conſenſu interim donec accedat conſenſus valet, nec reuocari poteſt.*
Intellige, vt num. 18. & 19.
Quod obtinet etiam in feudo, num. 13. & 16.
Ratio affertur, quia ſubeſt ſpes reconualidationis, nu. 14.
Fallit in venditione bonorum eccleſiaſticorũ, quæ ſi alienantur ſaluo, & reſeruato beneplacito Apoſtolico, interim eſt locus pœnitentiæ, num. 20.
21 *Alienatio rerum eccleſiaſticarum nõ reuocatur poſt obtentum beneplacitum, quamuis non fuerit ſecuta ſententia confirmatoria per executores, quibus fuit commiſſa cauſa, ſi in euidentem, &c.*
Ampliatur procedere, etiam ſi verſaremur in mandato de confirmando, cum clauſula, ſi in euidentem, &c. quia non ideò beneplacitum eſt conditionale quoad eius ſubſtãtiam, num. 22.
Et de ratione, num. 23.
24 *Venditio, vbi facta eſt ſub conditione, ſaluo conſenſu domini, dicto conſenſu ſubſecuto, retrotrahitur ad diem contractus in præiudicium ipſius, quidquid ſit reſpectu tertij, in quem medio tempore facta eſt alienatio cum aſſenſu.*
25 *Confirmatio Apoſtolica fieri debet in vita ſubinfeudatis, quia eo mortuo, quæſitum eſt ius ſucceſſori, in cuius præiudicium non valet.*

Quæſt. CXXV.

SEmpronius fundum recognouit in emphyteuſim, quem prius alienauerat Titio concedenti; & pro eo de euictione promiſera, euictus fuit poſtea fundus ex obligatione facta ab ipſo Sempronio fauore tertij: hæres Sempronij, vel eiuſdem fideiuſſor agit aduerſus Titium, aſſerens rem alienam fuiſſe venditam.

Quæritur quid iuris.

Et concludit male agi.

1 Non enim emptor agit pro euictione, quæ ſuo facto ſucceſſit, eſt *text. in leg. tenetur, §. ſi ſibi vbi notat Bart. ff. de action. empt. leg. hoc iure, & leg. ſeq. ff. de euict. leg. ſi ſeruum, ff. eodem Rimin. ſen. conſil. 205. numer. 22. lib. 2. Caballin. de euict. §. 5. numer. 42.* Ità quod ſufficit aliquo modo imputari poſſit culpa emptori circa rei euictionem, vt excludatur ab euictione. *Gloſ. in leg. quod ſi nolit, §. ſi mancipium in ver. adhibuerit, ff. de edil. edicta. Dec. conſil. 74.*
3 *n. 2. & 3.* vt quando culpa ſua cecidit a poſſeſſione, *leg. ſi rem, quam §. ſi dupl. ff. de euict. Caballin. dict. §. 5. numer. 50.*
4 vel fecit pactum de non petendo. *Gloſ in d. l. hoc iure, ff. de*
5 *euict. Caballin. vbi ſupra numer. 75.* vel quando potuit vſucapere, & neglexit, *leg. ſi dictum, §. ſi eum poſſet, vbi*
6 *Gloſ. ff. eodem Caballin. dict. §. numer. 29.* vel quando compromiſit, *leg. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euict. & dixi in quæſt.*

Neque emptor, vel eius hæredes, ſeu fideiuſſor allegare poſſunt contra Titium ob ſecutam euictionem contractum emphyteoticum eſſe reſolutum, cum quoad
7 eum ſubſiſtat, ac ſi nulla facta eſſet euictio quoniam etiam res aliena vendi poteſt, quoad venditoris præiudicium, *leg. rem alienam, ff de contrahen. empt. Gloſ. in leg. ſi quis alienam rem, ff. de action. empt. Rolan. conſil. 57. numer. 20. lib. 3. Afflict. deciſ. 40. nu. 5. & iterum Rol. conſil. 60. num. 56. libr. 4. dixi in quæſt...* & ſicut venditio rei alienæ valet;
8 ita, & emphyteuſis; nam, vt dixi, euictio datur in emphyteuſi, ſicut & in rebus venditis, *Alex. Aretin. & Ripa in leg. ſi aliquam rem, ff. de acquiren. poſſeſ. Valaſcb. de iure emphyt. quæ. 39. numer. 32.* adeò quod dici non poſſit reſolutus contractus, emphyteoticus, quamuis res ſit euicta; quod procedit etiã in fideiuſſore, vt ſcilicet is allegare non poſſit, quod non poteſt principalis debitor, cuius
9 vtitur iuribus, *l. 2 C. quæ res pignor. oblig. poſſ. leg. conſtitutionibus, vbi Bald. Cod. de vſur. Pariſ. conſil. 99. num. 39. lib.*
10 *3. Naci. conſ. 50. num. 23.* Non enim contractus conditio variari poteſt ſeu debet ex fideiuſſoribus perſona, quoniam fideiuſſoria obligatio eſt acceſſoria, *leg. 1. & l. ſi Stichum. §. fin. ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſor obligari. Inſtit. eod. Surd. conſ. 201. num. 9. libr. 2.* acceſſorium autem ſequitur naturam ipſius principalis, *ca. acceſſorium de reg. iur. in 6. &*
11 *inquit Gloſs. in Clemen. 1. de præbend.* quod clauſula acceſſoria non immutat, nec alterat principalem diſpoſitionem. *Felyn. in cap. licet de offic. ordinar. Alex. in leg. qui Romæ, §. duo fratres. vbi Rip. num. 45. ff. de verbor. obligat. Surd. conſ. 179. num. 5.*
12 Idem quod ſupra quoad validitatem contractus, dicimus etiam in emphyteuſi vendita ſub conditione, vt quando dictum fuit, accedente domini conſenſu, quia tunc ſtat in pendenti, donec accedat aſſenſus, nec interim reuocari poteſt, *l. fin. §. ſin autem auaritiæ, C. de commun. de legat. Alex. conſ. 40. in princ. lib. 5.*
13 Et in feudo quod reuocari non poſſit, dum dominus non conſentit, tead. *Luc. de Pen. in l. nulli ſub num. 4. Cod. de fund. patrimon. libro 11. Afflict. in capit. primo, nu. 31. de va-*
14 *ſallo,* qui contra conſtit. *Lothar.* & ante hos *Iſern. in c. Imperialem de probib. feud. alienat. per Federic.* Et ratio eſt, quia ſubeſt ſpes reconualidationis, vt per eum, & proba-
15 tur per *leg fin. ibi, igitur rurſus, C. commun. prædior.* Idem voluit *Bal. in d. cap. Imperialem. nu. 16.* vbi dicit, quod in feudis non eſt prohibitum commercium, ſed modus. *Io. Faber in §. non ſolum, Inſtit. de legat. Camerar. in dict. c. Imperialem in extenſ. verſ.* ampliat tertio, dum tractat, an le-
16 gato feudo debeatur ſaltem æſtimatio; & concludit, quod non æquiparatur Campo Martio: quodque feudi alienatio ſtet in pendenti, quando facta eſt ſub conditione aſſenſus obtinendi, & reuocari non poſſit, dum aſſenſus haberi poteſt, voluit quoque *Afflict. in d. c. Imper. in 16. notab. n. 37. & in 24. notab. n. 54. Pariſ. conſ. 1. n. 130. lib. 1. Cephal. 118. n. 28. Roland. à Valle conſ. 63. num. 8. lib. 4.* & pro hac
17 ſententia facit, quoniam feuda, ſeu en[illegible]teuſis alienat[illegible] ſine domini conſenſu eſt quidem nul[illegible]d volente domino, qui ſi nolit, ſubſtinebitur. *A[illegible] conſil. 173. numer. 6. libr. 2. citat alios Roland. conſ. 57. nu[illegible] libr. 3. & conſil.*
18 *100. num. 68. libr. 4.* vbi verò emptor permiſit labi tantum tempus intra quod potuiſſet commodè conſenſum domini impetrare, licet venditio facta ſub conditione, ſi dominus conſenſerit conditione pendente reuocari non poſ-

poſſit; tamen vbi lapſum eſt tempus ſufficiens ad impetrandum, & emptor fuit negligens, tunc conditio habetur pro defecta, & ipſemet venditor reuocare poteſt venditionem, tamquam conditione non ſecuta, iuxta quæ ſcri-
19 pſit *Cæph. conſ. 118. nu. 15. & ſeq.* vbi id probat, quia talis conditio conſiſtit in faciendo, & addit, quod ſecuto tali defectu dominus non poteſt amplius conſentire. *Burſat. conſ. 45. nu. 15. lib. 1. Rol. conſ. 63. ſub num. 48. verſ. ad ſecundum lib. 4.* qui *num. 51.* ait, de nouo concedi non poſſe, quia ius petendi aſſenſum non tranſit ad hæredem.

20 Et quæ diximus de pœnitentia; quod ea locum non habeat pendenete aſſenſu, non procedit in alienatione bonorum eccleſiaſticorum; nam ſi illa alienentur, ſaluo, & reſeruato beneplacito Apoſtolico, erit locus pęnitentiæ, antequam obtineatur beneplacitum cum talis reſeruatio operetur, vt actus antea geſtus nudum producat effectum. *Caputaq. deciſ. 205. num. 3. parte 1. Mohed. deciſ. 1. de Simon Rota in Ferrarien. bonorum, 16. Iunij 1614. in fine, coram R. P. Dunozetto*, vbi etiam, quod ex hoc interim eſt locus pęnitentię, iuxta aliam deciſionem *Rota coram Cardinali Plato in Siracuſana preminentiarum, 5. No-*
21 *uembris* 1588. Licèt poſtquam fuerit obtentum beneplacitum non poſſit alienans pœnitere, quamuis non fuerit ſecuta ſententia confirmatoria per executores, quibus fuit commiſſa cauſa, ſi in euidentem, &c. *Rota in Leodicen. domorum, 10. Maij 1576. coram R. P. D. Rubeo, & in Romana locationis, 4. Iunij 1584. coram Cardinali Blanchetto*; in in quibus reſpondetur ad auctoritates *Doctorum, in cap. ſuper eod. de condit. appoſit.* & ita pluribus cauſis ſeruatum teſtatur eadem *Rota in nullius emphyteuſis de Guaſtalla 16. Nouembris 1607. coram Cardinali Lancellotto*; vbi quo-
22 que additur non obſtare, etſi verſaremur in mandato de confirmando cum clauſula, ſi in euidentem, &c quia non ideò beneplacitum eſt conditionale, quoad eius ſubſtantiam.

23 Quamuis enim ſit impedita executio beneplaciti Apoſtolici, quæ eſt dilata in tempus poſtquam de euidenti vtilitate conſtiterit: tamen effectus breuis ſtatim ab initio operatur: nam quod cedat, vel non cedat in euidentem vtilitatem eccleſiæ, eſt omninò certum in rerum natura licet incognitum; & ideò eius liquidatio non ſuſpendit effectum beneplaciti. Apoſtolici vt etiam dictum fuit in dicta cauſa Loedicen. coram Domino Rubeo.

24 Item adde ijs, quæ dicta ſunt ſuperius de venditione ſub conditione facta ſaluo conſenſu domini vt dicto conſenſu poſtea ſubſecuto is retrotrahatur ad diem contractus in præiudicium ipſius quidquid ſit reſpectu tertij in quem medio tempore facta alienatio cum aſſenſu *Afflict. deciſ. 286. num. 3. & deciſ. 335. num 12 & ibi Vrſill. in addit.*
25 & habentur plura per *Frece. de ſub feud. quæſ. 30.* exemplo confirmationis Apoſtolicæ, quæ fieri debet in vita ſubinfeudantis, quoniam eo mortuo quæſitum eſt ius ſucceſſori in cuius præiudicium non valet. *Pariſ. conſil. 18. num. 10. lib. 10. ſib. 1. & conſ. 14. nu. 2. & 3. eodem lib. Afflict. d. deciſ. 335. num. 12. & ibidem Vrſill. num. 9. Ludou. Molin. de primog. Hiſpan lib. 2. cap. 7. num. 20. Roland. conſ. 2. n. 146. lib. 1. Burſati conſ. 89. num. 29. lib. 1. intelligendo ſecundum ea, quæ latè declarat Roland. conſ. 97. num. 46. lib. 1.*

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis alienari prohibita penes tertium exiſtens, an euinci poſſit à creditore, ad cuius fauorem obligata generaliter fuerunt omnia bona.

Inueſtitus de pluribus rebus emphyteoticis ex alienatione vnius, an ab omnibus cadat.

Et quid in hærede grauato alienare prohibitio, qui alienauit domunculam, ſeu paruum fundum.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteotica regulariter veniunt in generali obligatione.*

Intellige, vt n. 14.

Ampliatur procedere, nedum in emphyteuſi priuati ſed etiã Eccleſiæ, n. 2.

Fallit, vbi bona emphyteotica fuerunt conceſſa, cum prohibitione alienandi, n. 3. & ſeq.

Etiam lato ſumpto vocabulo reprobibita, n. 12.

Ampliatur habere locum etiam in tacita prohibitione, lato ſumpto vocabulo, vt hic, n. 13.

Sublimitatur, vt licet prohibita ſit hypotheca, non tamen ob id incurrit caducitas, ſi hypothecetur, cum ſolum talis hypotheca ſit nulla ipſo iure, n. 5.

6 *Tertius quilibet nullitatem allegare poteſt.*

Præſertim, vbi habet intereſſe, n. 8.

Et nullitas eſt detecta, n. 9.

7 *Tertij ius licitè allegatur, tanquã excluſiuum iuris agentis ipſo iure, quamuis ille tertius non contradicat, & num. 10.*

Quaſi hoc propriè non ſit dare de iure tertij, ſed de non iure agentis, quod admittitur, n. 11.

15 *Saluianum non datur, neque vlla actio ceſſante hypotheca.*

16 *Inueſtitus de pluribus bonis emphytheoticis, alienans aliquam partem, ſolum cadit a parte, quam alienauit ex receptiori.*

Quidquid plures contrarium concludant, quorum opinio ſeruatur, n. 17.

Procedere tamen contraria opinio, quando emphyteuta alienaſſet aliquam rem emphyteoticam tamquam propriam liberam, & allodialem, ratione doli, fraudis, ac mendacij, num. 18.

19 *Res in dubio alienata, præſumitur tanquam allodialis animo prę iudicandi domino, ſi in alienatione nulla fiat mentio emphyteuſis, vel exprimatur qualitas, ex qua id apparere poſſit.*

20 *Hæres grauatus, & prohibitus alienare ſub pœna caducitatis, ſi alienet domunculam, ſeu paruum fundum non cadet a tota hęreditate, ſed ſolum a re alienata ex magis communi opinione, quidquid alij ſenſerint.*

Quæſt. CXXVI.

DEbitor ad fauore creditoris pro certa pecuniarum quantitate ſoluenda obligata omnia ſua bona, qui cum non impleuerit promiſſa, creditor ipſe agit aduerſus tertium poſſeſſorem predij emphytheotici prætendens illud auocare ad tertius opponit prædium prædictum tanquam emphyteoticum alienari fuiſſe prohibitum ex inſtrumento inueſtituræ, nec propterea venire ſub generali obligatione, & iuſta fruſtra agi pro illius relaxatione.

Quæritur, quid iuris.

Et prima conſideratione concludendum videtur, creditorem ius fouere, cum etiam bona emphyteotica regulariter comprehendantur in generali obligatione, ad

Gloſ.

Digitized by Google

Gloſ. in l. fin. in verb. ſed certè, vbi Salycet. num. 60. Iaſ. num.
78. C. de iure emphyt. latè *Rota coram R.P.D. Pænia in Ro-*
mana Saluiani interdicti, 12. Nouembris 1592. impreſſ. poſt
22 Vnde, vt res Eccleſiæ dicatur alienari ſolita, requiritur, quod procedat vna locatio ſolemnis, vel duæ cum ſpacio decem annorum, *Præpoſit. in c. 1. num. 23. & ſeq. qui feud. dare poſſ. Alex. conſ. 9. num. 6. lib. 3. vbi addent. Iaſ. conſil. 55 col. pen. verſ.* Non obſtat ſecundum, vbi de communi *lib. 2. Ruyn. conſ. 35. num. 3. lib. 1. Curtius iun. de feud. part. 2. quæſt. 2. num. 9. Balb. de præſcript. par. 1. quinta partis principalis quæſt. 20. Clar. in d. §. feudum q. 15. verſ. Nunc pro intelligentia Dec. in Auth. qui rem num. 20. C. de Sacroſanct. Eccl. Rota in Zamoren. Caſtri 14. Decembris 1597. coram Cardinali Seraphino, vt in deciſ. eiuſdem 934. & in Auerſana Tenimenti 24. Nouembris 1581. coram R.P.D. Cantuccio, & in deciſ. diuerſ. 160. num. 5. par. 2. & in Senen. prędij 8. Octobris 1584. coram Cardinali Pamphilio, & in Piſana bonorum 30. Februarij & 3. Decembris 1584. coram Cantucio, & in Romana domus 13. Ianuarij 1586. coram Cardinali Blanchetto.*

23 Non tamen requiritur neceſſariò, quod ſint conformes, Rota in dictis Piſana bonorum 30. Februarij 1585.
24 coram R.P.D. Cantuccio, ſed ſufficit, quod vna ſit valida, Rota in dicta Piſana bonorum, vltimo relata.

25 Ad hoc tamen vt dicatur valida non præſumitur ſolemnitas ſpatio triginta annorum Rota in dicta Piſana bonorum 30. Februarij 1586. coram R.P.D. Cantuccio, & in Romana domus 15. Ianuarij 1586. coram D. Cardinali Blanch.

26 Tunc autem demum res eccleſiæ locari ſolita ſine ſolemnitatibus locari poteſt, ſi adſit eadem cauſa conceſſionis *Abb. in cap. vt ſuper ſub num. 5. verſ. ego crederem de rebus Eccleſ. non alien. Curt. iun. de feud. par. 2. qu. 2. n. 10. Rebuff. de alien. rer. Eccleſ. n. 33.* Rota in Mediolan. bonorum 23. Ianuarij 1593. coram R.P.D. Orano.

27 At ſolemnia in alienatione rei eccleſiæ præſumuntur ex curſu triginta annorum, & obſeruantia, nec minus ſuf-
28 ficit; quin etiam data obſeruantia, quod ſufficiant decem anni, ea verò non data triginta, tradit *Felyn. in cap. Albericus n. 4. de teſt.* & fuit dictum in cauſa Seruien. 15. Octobris 1568. coram R.P.D. Robuſterio, & *deciſ. quotid. 47. lib. 3. incip.* allegata ab Ancharano, omiſſis, quæ ſunt *Anchar. conſ. 136. Alex. in l. qui in aliena n. 10 ff. de acq. hered. & conſ. 17. num. 4. lib. 4. & conſ. 179. num. 9. lib. 7. Dec. conſ. 152. num. 4. Cran. de antiquit. temporum par. 3. §. vidimus n. 25. Dec. conſ. 364. num. 13. Caſſador. deciſ. 3. num. 7. de procurat. Fab. deciſ. 22. lib. 1. Put. deciſ. 365. numer. 4. & 7. lib. 2. Mohad. deciſ. 52. alias 2. de tranſact. Rota in cauſa Lunen. Sarzanen. 20. Iunij 1575. coram R.P.D. Cotta, & in deciſ. quotid. 86. lib. 2. & in Neapolitana Fundaci prima Iunij 1579. coram R.P.D. Robuſterio, & in deciſ. diuerſ. 179. par. 2. & in Romana domus de tribus montibus 29. Octobris 1582. coram D. Card. Aldobrandino, & in deciſ. quotid. 637. lib. 2. & in Senen. prædij 8. Octobris 1594. coram D. Cardin. Pamphilio, & in Maioricen. bonorum 26. Nouembris 1584. corā R.P.D. Gypſio, & in Piſana bonorum 8. Nouembris 1587. coram R.P.D. Cantuccio, & in Placentina decimarum 31. Ianuarij 1686. coram R.P.D. Bubalo, & in Romana Caſalis 15. Iunij 1593. & 23. Martij. & 27. Maij 1597. coram Card. Seraphino, & in impreſſ. ſub eius nomine deciſ. 798. 1042. & 1228. & in Romana bonorum 4. Maij 1600. & in Romana inualiditatis cenſus 24. Maij 1582. coram eodem & in Romana Caſalis 2. Iunij 1591. coram R.P.D. Gypſio, & in Mediolan. bonorum 28. Martij 1584. coram Card. Arrigonio, & in eadem 5. Maij 1597. coram Card. Seraphino, & in dicta deciſ. 1228. num. 1. & in Mediolanen. reſciſſionis permutationis 10. Ianuarij 1597. coram Cardinali Pamphilio, & in Romana domus 30. Martij 1590. coram Cardinali Mantica, vt in eius deciſ. 101. num. 2. & coram Cardinali Seraphino in Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. vt in eius deciſ. 1125. num. 3.*

29 Quamuis in conſiderando temporis curſu ad præſumendum ſolemnia, non ſit deducendum tempus vitæ relati in alienatione, licet ſecus ſi ad effectum præſcriptionis non fuit reſolutum in cauſa Lunen. Sarzanen. terrarū 10. Iunij 1575 coram R.P.D. Cotta; *& in deciſ. quotid. 86. lib. 2. & in Romana Caſalis 21. Maij, & 27. Iunij 1593. coram Card. Seraph. præallegatis.*

30 Præterea in alienatione rei eccleſiæ intentio Papæ eſt, vt cedat in vtilitatem eccleſiæ, & nihil aliud curat *Soc. conſil. 15. num. 51. lib. 1. Ruyn. conſ. 157. num. 25. & 26. lib. 1. Decian. conſil. 142. Rota in Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. coram Cardinali Seraphino, vt in eius deciſ. 480. num. 2. & deciſ. 508. num. 10. & in deciſ. diuerſ. 651. num. 1. par. 1. & deciſ. 178. num. 8 part. 2. & in Romana domus 2. Decembris 1588. coram R.P.D Bubalo, & in Aximana bonorum 15 Februarij 1580. coram Cardin. Seraph. vt in eius deciſ. 443. num. 2.*

31 Ideo in gratia, ſi in euidentem vtilitatem, non attenditur ſubreptio, quando nō eſt cauſa vtilitatis, ſed quoniam reſpicit vtilitatem, quia tunc gratia vitiatur *Dec. conſ. 442. num. 6.* & fuit dictum coram Cardinali Seraphino *d. deciſ. 508. num. 10. deciſ. 443. num. 1. & in d. deciſ. 178. num. 8. diuerſ. par. 2. & in Papien. tenutæ de Magdalena 27. Iunij 1597. corā eodem Card. Seraph. in impreſſ. deciſ. 1235. n. 2. et* in Romana domus 2. Decembris 1588. coram bon. mem. Bubalo.

32 Sed & hoc notandum eſt, quod clauſula in confirmatione alienationis, dummodo de pretio facta ſit, intelligitur de pretio communi vel in euidentem vtilitatem, vt habetur per Rotam in Vigleuanen. locationis 27. Nouembris 1596. coram Corduba.

33 Item, quod alienatio rerum eccleſiæ, quæ ab initio fuit vtilis, non redditur nulla, ex eo quod non probetur pretium verſum eſſe in vtilitatem eccleſiæ, nec emptor tenetur probare verſionem Doct. communiter in *cap. 1. vbi Butr. col. 4. verſ. ſecundo cum Innocentio, & ibi latè Imola de depoſit. Dec. conſ. 36. ſub num. 8. & conſ. 330. num 3. Crott. conſil. 4. num. 6. lib. 1. Aretin. in l. ciuitas num. 6 ff. ſi cert. petat. Menoch conſil. 375. num. 12. lib. 4. Rota coram Card. Seraphino in Anconitana terrarum deciſ. 366. num. 2. & in Romana deuolutionis domus de Pretoribus 17 Nouembris 1581. coram R.P.D. Rubeo in deciſ. quotid. 162. lib. 2. & in Piſana bonorum 8. Aprilis 1585. coram Card. Vicecomite, & in Auximana bonorum 13. Maij 1585. coram R.P.D. Rubeo; & in eadem 15. Nouembris 1585. coram R.P.D. Robuſterio, & in Valentina bonorum 28. Nouembris 1586. coram D. Card. Blanch. & in Romana Caſalis 7. Iunij 1591. coram*

R.P.

Digitized by Google

R.P.D.Gypſio,& in Florentina bonorum 7. *Maij* 1590. *coram Card.Phamphilio,& in Romana Caſalis* 21.*Iunij* 1593. *coram Card.Seraphino*; præſertim ſi pretium fuit actualiter
34 depoſitatum *Dec.conſ.*36.*ſub n.*8 *Rota Card.Seraphino deciſ.*349.*n.*2.*&* 3.& in Florentina bonorum 7. Iunij 1590. coram Card.Pamphilio, vbi quomodo dicatur factum actuale depoſitum,& in Romana cenſus 27. Iunij 1590. & 26.Ianuarij 1591.coram R.P.D Bubalo, & in Romana Caſalis 7.Iunij 1592.coram R.P.D. Gypſio, & coram Cardin. Seraphino in Romana Caſalis Lunghellæ deciſ. 1027.

35 Primò limitatur hoc procedere in alienatione facta ex cauſa vtilitatis; ſecus in alienatione ex cauſa neceſſitatis, quia tunc emptor teneretur probare pretium verſum in cauſam expreſſa *Innoc.in cap.*1 *num.*5. *verſ* Vel forte poteſt dici quem ibi Doct. ſequuntur de depoſit. *Abb. in cap.ſine exceptione num.*168.12.*quæſt.*2. *Rebuff.de alienat. rer.Eccleſ.Bal.in Auth.hoc ius porrectum num.*7. *& Caſtr. num.*5.*et* 8.*Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.Couarr.var.reſol.lib.*2. *cap.*17. *num.*3. *Rota in dicta Romana cenſus* 26. *Ianuarij* 1591. *coram Bubalo* alioquin alienatio facta pro extinguendo cenſu dicitur facta cauſa vtilitatis, non autem neceſſitatis.

36 Secundò limita in depoſito *Butr.in c.*1.*col.*4. *verſ.* fallit primo, vbi alij de depoſit.*Bal.in dicta Authent. Hac ius porrectum num.*7.*Cod.de Sacroſ.Eccleſ. Rebuff. de alienat. rer. Eccleſ.num.*39.*Aret.in d.l.ciuitas nu.*6.*ff. ſi cert.petat. Rota in Auximana bonorum* 13.*Maij* 1585.*coram R. P.D. Rubeo*.

37 Tertiò limita in mutuo.*Butr.in d.cap.*1.*col.*4.*verſic.*fallit ſecundo, vbi alij de depoſit. *Bart.in dict.Auth.hoc ius porrectum num.*14.*et ibi Bald.n.*7 *Caſtr.num.*5.*et* 8. *Aret. in dicta l.ciuitas n.*6.*vbi Doct.Rebuff de alien.rer.Eccleſ.nu.* 38.*Rota in Anconitana terrarum* 13.*Ianuarij* 1578.*coram Card.Seraph.et in Auximana bonorum* 13. *Maij* 1585. *coram D.Rubeo*.

38 Quartò limita in venditione facta ob ſoluendo debita eccleſiæ *Innoc.in cap.*1.*verſ.*Vel fortè poſſet dici,quem ibi Doct.communiter ſequuntur de depoſ. *Abb.in cap. quod quibuſdam de fideiuſſ.Laurent.de Rodulph.in c.exceptione n.* 168.22.*q.*2.*Bal.in Authent.hoc ius porrectum num.*7. *Caſt. num.*5.*et* 8.*C.de Sacroſanct.Eccleſ.Aret. in d.l.ciuitas num.* 6.*ff.ſi cert.pet.Rebuff.de alienat.rerum Eccleſ.num.*40.*Cou. var.reſolut.lib.*2.*cap.*17.*num.*30.*Rota coram Card.Seraphino in Anconitana terrarum* 13.*Iunij* 1578. *deciſ.*366.*num.* 3.*et in Auximana bonorum* 13.*Maij* 1585. *coram R.P.D. Rubeo,et in Roma.cenſus* 23. *Ianuarij* 1591. *coram R.P.D. Bubalo,et in eadem* 27.*Iunij* 1590.*coram eadem*.

39 Sublimita, ſi aliter ſit conuentum Rota in d. Romana cenſus 3.Ianuarij coram R.P D Bubalo.

40 Quintò limita,quando contractus initur cum particulari de Eccleſia a non habente adminiſtrationem,vel mãdatum *Butr.in d.c.*1.*verſ.*Quartò fallit, vbi notant alij, de depoſit.

41 Cæterum pretij verſio in vtilitatem Eccleſiæ probatur coniecturis,concurrente confeſſione Prælati *Bart. & alij in l.ciuitas,ff.ſi cert.petat.vbi Aret.ſub num* 4. *Bart.in Authent.hoc ius porrectum num* 17.*vbi Bal.num.*8.*C.de Sacroſanct.Eccleſ.Natt.conſ.*543.*num.*20. *Bal. in l.vnica in fine, C.ſi aduerſ credit.Caſtr.conſil.*338.*num.*2.*lib.*1.*Rim.in d.leg. ciuitas col.fin.verſic.ex quo,colligitur,& ibi Dec. n.*10. *Alciat.num.*6.*ff.ſi cert.pet.Ruy.conſ.*142. *num.*12. *lib.*1. *Menoch.conſ.*375.*num.*12.*lib.*4.*& de adipiſcen.caſu* 472 *num.* 33.*vbi ponit coniecturas, Rota in cauſa Romana deuolutionis* 17.*Nouembr.*1571.*&* 12.*Februarij* 1582. *coram R.P. D.Rubeo;& in deciſ quotid.*162.*&* 258. *lib.*2. *& in Romana Caſalis Palazzetti* 29.*Maij* 1587.*coram bon.mem. R.P. D.Robuſterio*.

42 Non tamen ſola confeſſio Prælati probaret verſionem in cauſam expreſſam, non concurrentibus adminiculis. *Bal.in d.Auth.hoc ius porrectum num.*8. *Cod.de Sacroſanct. Eccleſ.Card.in Clem.*1.*de reb.Eccl.non alienan.*30.*quæſt.*1.*ſi quis ſecus,& ibi Bald.Cod.qui Cum. Rota in Romana de Piccionibus* 12.*Februarij* 1582.*coram R.P.D.Rubeo; & in dec.*
43 *quotid.*258.*lib.*2.*Myſinger.conſ.*30.*num.*13. ita quod,licet alienationis contractus alias ſit validus, ſi tamen Eccleſia enormiter læderetur,ſuccurritur ei per reſtitutionem in integrum *cap.ad noſtram de rebus Eccleſ.non alienand. c.*1. *de reſtit.in integrum,& vtrobiq; DD.Rot.in Lucana de Rabittano* 24. *Nouembris* 1570. *coram Cardinali Lancellotto, vt in deciſ. quotid.*421. *lib.*2. & facta pro maiori pretio,
44 quam res valeat; poteſt tamen Prælatus agnoſcere bonã fidem,& ab ea recedere,vt fuit dictum in cauſa Piſana bonorum 2 Decembris 1585.coram Orano.

His ita poſitis, videamus, an emptor rei Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus,ac nulla exiſtente vtilitate, ſeu neceſſitate, quæ vt prædixi, reddunt venditionem nullam, agat de euictione ad pretium, & ad intereſſe, & aduerſus quos.

Et in hoc dubio conſtituo duos caſus.

45 Primus caſus eſt, quando emptor fuit in bona fide, & ignorauit rem eſſe Eccleſiæ,& ſic factum,& ius; vel ignorauit ſolum ius,quia credidit alienantem poſſe alienare, tunc dico, quòd emptor repetit pretium a male alienante, qui tenetur de proprijs de euictione re euicta ab Eccleſia,c.Volateranæ,ibi, emptoribus ad eam recurſus, & ibi *Geminian.col.*1.*verſic. Nota, quod Prælatus male alienans* 12.*quæſt.*2.*Gloſ.in c.ſi quis presbyterorum in ver.alienata,vbi Innocent.in princ.Imol.num.*19.*&* 20.*Hoſtien.col.* 2.*verſic.*Sed nonne emptor. *Abb. in fine de rebus Eccleſ. non alienand.Laurent.de Rodulph.in cap.ſine exceptione numer.*179.*& ſeqq.*12.*quæſt* 2. *Rebuff.de alienat. rer. Eccleſ. num.*116.*Bertrand.conſil.*112.*lib.*3.*par.*2. *Rota in Placentina euictionis* 5 *Maij* 1589.*&* 2.*Aprilis* 1590.*coram Cardin.Plato*.

46 Primò amplia vt procedat etiam contra alienantis hæredem;quia contra eum emptori datur actio, *l.*1. *de act. empt.l.cum controuerſia,l.cum ſucceſſores,C.de euict. l.iubemus,§.œconomus,C.de Sacroſan. Eccl. Rota in dicta Placentina euictionis* 5.*Maij* 1589.*&* 2.*Aprilis* 1590. *coram Car-*
47 *dinali Plato*, vt non ſolum ad pretium ſed etiam ad intereſſe,& damna teneatur alienans vel eius hæres,vel venditor,*l.ſiue venditore in fine l.euicta,la ſeconda, ff.de euict.l. Lucius,§.fin.de act.empti. Innocent. in c. ſi quis Presbyterorum,verſ.peto mihi pretium cum intereſſe.Hoſtien. colum.*2. *verſ.*ſed non ne his,qui emit.*Bero.n.*49.*de reb. Eccleſ. non alienan.in Clem.*1.*q.*25.*eod.titulo. Rota in dicta Placentina euictionis* 5.*Maij* 1589.*et* 2. *Aprilis* 1590. *coram Cardinali Platto*.

48 Secundò amplia,vt emptor, & poſſeſſor bonæ fidei rerum Eccleſiæ petere etiam poſſit ceſſionem actionis, vt per *Doct.in c.ſi quis,de rebus Eccleſ.non aliena. et ibi Abb. in verſ.eadem Gloſ.ibi*,rem,vt diſtinguamus, inquit Abb. inter emptorem bonæ fidei,& malæ fidei,*Gl.in d. c.Volaterana* 12.*q.*2.

49 Eccleſia tamen tenetur in ſubſidium, vt putà ſi Prælatus non eſt ſoluendo, quatenus tamen effecta eſt locupletior ex illo pretio,*arg.cap.*1.*de depoſit.Cyn. et Bal.in Auth. qui res,C.de Sacroſanct.Eccleſ.vbi Bart.*quærit,an ſi Prælatus,qui malè alienauit nihil habeat, & ſit pauper,puta,
50 quia ſit vnus de Monachis,an eo caſu pro pretio, vel alijs datis emptor habeat regreſſum contra Eccleſiam, & dicit,quod Gl.tenet,quod ſic,ſi Eccleſia eſt effecta locupletior.allegat Gl.valdè notabilem,in c.audientiam, quam
51 tenet omnes Canoniſtæ, de rebus Eccleſ. non alienan. quod intellige verum, inquit Bar. quando contrahens erat bonæ fidei in veritate, alias non haberet regreſſum contra Eccleſiam nec contra œconomum; atq; ita tene-

tur

Digitized by Google

tur Eccleſia,quantum ex delicto Prælati, ſeu adminiſtra-
52 toris,ſit facta locupletior,per conditionem ſine cauſa:
vnde,& Bal. ſequitur, & approbat ibidem dicta Bar. qui
propterea dicit,quod Eccleſia,quæ recepit pretium,& in
eius vtilitatem conuertit,reſtituet pretium,ſi vult recupe-
rare rem eo caſu, quando adminiſtrator non eſt ſol-
uendo.
53 Secundus eſt caſus, quando emptor fuit in mala fide,
qui ſciens non ſeruatis ſeruandis emit, quo in caſu non
agit ad pretium,etiam contra prælatum,per *tex.in l.iube-
mus,Cod.de Sacroſ.Eccleſ. Abb. in c.ſi diligenti de præſcript.*
54 etiamſi venditor,ſciens rei qualitatem, de euictione pro-
miſerit, quia nihilominus emptor amittit pretium, &
omnem vtilitatem, & applicatur Eccleſiæ, cum emerit
contra legis dictum,dicta *l.2 la ſeconda,§.ſanè vbi Salycet.
et Doct.C.de Sacroſ.Eccl.Tiraq.de retract. §.12.Gloſ.1.n.12.
Rota Bonon.deciſ.102.n.12.in recent.*
55 Quod præſertim locum habet, quando Eccleſia alie-
nat,licet ſecus ſit,quando tertius,*argum.l.et ſi is, Cod. de
præd minor.Bart.in leg.cum lex in fine,ff.de fideiuſſor. Rota
Bonon.dict.deciſ.102.ſub num.37.verſ.ſecundo loco quæ ſen-
tentia.*
56 Primò limitatur,ſi emens fuerit minor,qui præſumitur
ſemper ignorare,*l.ſi quis patrem ver.proinde,ff. ad Mace-
don.l.2.in fine,ff.de iure fiſci,l.1.in fine,ff.de eden.Bald.conſil.
440.col.fin.lib.3.Aretin.conſ.67.num.9.Dec.conſ.445.num.
35.Ruyn.conſ.60.num.25.lib.3.* qui dicit, quod mulier, &
minor quidquid agunt præſumuntur agere per ſimplici-
tatem,& ignorantiam.*Cephal.conſ.62.n.36.Bec. conſ.111.
num.14.*vbi addit poſt Alex hoc verum eſſe, etiam quan-
do minor agit de perdendo lucro *Curt.iun.conſ.141. num.
16.in fine Aym.conſ.880.num.14.Menoch.in tract.præſum-
pt.lib.3.præſumpt 82.num.6.Surd.conſ.251.num.16.lib.2.&*
57 talis ignorantiam etiam quod minor iurauerit,præſumi-
tur,vt per *Bal in rubr.C de rer.permut.n.4.* quia licet iura-
mentum faciat eum maiorem, non tamen facit ſagacem,
& prudentem,*Socin.conſ.263.n.2.lib.2.Curt.iun. conſ.141.
n.17 latè Surd.deciſ. 216.n.27. et infra.*
58 Secundo limitatur,quia nihilominus emptor agere po-
teſt contra fideiuſſorem de euictione,etiamſi emerit a re-
ctore Eccleſiæ,ita ex *Abb. in c. ſi quis presbyterorum num.
13.de rebus Eccleſ.non alien.Rota Bonon.d.deciſ.102. n.38.*
59 Tertiò limitatur, vbi emptor in contractu ſibi proſpe-
xit de euictione: quia tunc aget contra male alienantem
rem Eccleſiæ,*l.ſi fun dum,C.de euict.not.gl.in d.c.ad audien-
tiam,et leg.quemadmodum, C.de agricol.et cenſibus lib.11.
Imol.in d.cap.ſi quis verſ.in ea,* non enim dolus debet re-
60 manere impunitus quamuis,vt dixi,id non procedat in
Eccleſia alienante,cui licet accipere,& retinere pœnam
legalem: quodque hoc caſu illicitè contrahentes punian-
tur in amiſſione pretij ſoluti notat *Bal. in d. l.iubemus, §.
ſancimus, C.de Sacroſanct.Eccleſ.* vbi ſummat text. quod
emptor punitur amiſſione pretij, & titulus non excuſat,
*Iacob.Butrig.Bald.et Salycet.in l.prædium,C.de præd.minor.
Canoniſt.in dict.cap.ad audientiam,et in cap. ſi quis presbi-
terorum eod.tit. Alexand. conſ.4.lib.3. Rebuff.in compend.
alienat.rer. Eccleſ.in expoſitione c. ſine exceptione 12.qu.2.*
cum recenſet pœnas, quas incurrit Prælatus ob malam
alienationem in pœna duodecim, nempè, quod res malè
alienatæ reuertantur ad Eccleſiam nullo reſtituto pretio,
cap.1. de ſchiſma. & ibi per *Archiep. Florent.in tertia par.
ſumm.tit.4.cap.9.* vbi ait, quod emptor habet recurſum
contra venditorem ad pretium, ſed vti non poteſt reten-
tione rei eccleſiæ,vt notatur in *cap.fin. de rebus Eccl. non
alienan.latè Ioan.de Imol.in dicto c.ſi quis verſic.in ea,* qui
diſtinguit in malæ fidei,emptore,& bonæ fidei, vt primo
caſu emptor non agat, ſecundo caſu ſic.
61 Quærit tamen *Gloſ.in d. c.ad audientiam*, numquid Ec-
cleſia ex benignitate teneatur illud pretium emptori re-
ſtituere;& dicit,quod ſic, ſed non ex neceſſitate.
62 At verò,quod eccleſia teneatur de neceſſitate reſtitue-
re, ſi emptor fuit bonæ fidei, quoniam erat ei permiſſum
ignorare iura,& hoc ſaltem de æquitate Canonica: non
obſtante iuris ciuilis rigore,tenuerunt *Paul.de Elenzur.et
Guitel.de Vicent.in Clem.1.de reb. Eccl. non alienan.citant
cap.Vulterana 12.quæſt.2.& ſequitur ibi Anch.col.3.verſ.
octauo nota.*
63 Sed *Card.ibidem in verſic.Vigeſimoquinto,* ait,quod non
deberet reddi pretium, quia præſumitur malæ fidei poſ-
ſeſſor,qui contra iura mercatur,ſi eſt perſona, cui non li-
cet ignorare iura,*c.poteſt ver.vniuerſitas 16.quæſt.3.* vbi
64 addit, quod ſi ſit caſus, in quo pecunia reddatur, quod
reddi debet cum emolumento,& intereſſe, & ob laborem
impenſum,præſertim,ſi pecunia conuerſa ſit in vtilitatem
Eccleſiæ,per ea,quæ ibi allegat, vbi tenet quod pecunia
reſtitui debet de æquitate,non de rigore, per *Gloſ. in l.iu-
bemus,la ſeconda,§.ſanè il primo,C.de Sacroſanct.Eccleſ. la-
tè Felyn. in c.cum cauſam col.6. verſic. ad illud mirabile de
ſentent.& re iudicata,*vbi plura congerit: circa quæ vide
adducta in dicta Placentina euictionis 5.Maij 1589. & 2.
Aprilis 1590.coram Cardinali Platto.

ARGVMENTVM.

Recuperatio rei Eccleſiæ malè alienatæ, quibus competat, & ad quæ aduerſus emptorem.
Pretium nondum ſolutum,an ab Eccleſia peti poſſit.
Eccleſia, quæ recuperauit rem ſuam malè alienatam, an, & quando teneatur cedere actionem.
Conſentiens alienationi rei Eccleſiæ, vel ſubſcribens, an teneatur, de euictione.

SVMMARIVM.

1 Recuperatio rei Eccleſiæ malè alienatæ ad quem ſpectet, referuntur opiniones.
2 Succeſſor alienata bona Eccleſiæ per præceſſorem reuocat, licet alienatio piam cauſam, & quodammodo ſpiritualem contineat.
Et omnis perſona Eccleſiaſtica admittitur, n.8.
Et qualiter formandus ſit libellus,n.9.
Quin admittitur etiam ipſe alienans,n.3.
Ampliatur etiam ſtante iuramento, n.5.
Nec obijci poteſt exceptio dominij, n.4.
Intellige,vt n.7.
6 Prælatus, ſi promittat etiam cum iuramento rem Eccleſiæ locare ad longum tempus, cogi non poteſt ad locandum.
10 Fructus rei Eccleſiæ alienatæ non ſeruatis ſolemnitatibus debentur à die alienationis in recuperatione eiuſdem rei, & n.24.
Nec hoc caſu error iuris excuſat, n.11.
Limita,ſi facto erretur,n.12.
14 Prælatus modernus poteſt agere contra hæredes prædeceſſoris,pro pretio rei Eccleſiæ alienatæ.
15 Eccleſia,cum obtinuit a poſſeſſore rem ſuam,non tenetur cedere emptori actionem ſuam.
Fallit,ſi res deueniſſet ad tertium bona fide,n.16.
Sed contra n.17.

Pra

Pro limitatione tamen videat. n.18.

19 *Eccleſia, licet actionem ſuam cedere non teneatur: tamen, ſi ceſſerit, valet ceſſio, & poſt, n.15.*

20 *Pretium rei Eccleſia male alienatæ nondum exburſatum peti poteſt ab Eccleſia.*

Et qua actione agatur, n.21.

22 *In alienatione rei monaſterij, conſenſus conuentus requiritur, in fauorem publicum Eccleſiæ.*

23 *Conſentiens alienationi rei Eccleſiæ, ſeu ſubſcribens, de euictione, non tenetur.*

Quæſt. CXXXI.

1 QVærunt Doctores ad quem ſpectet intentare, actiones pro Eccleſia, & ſecundum pleroſque ſpectat ad epiſcopum, & ad rectorem Eccleſiæ agentes, & intentantes actiones, ac defenſiones ipſius Eccleſię, vt infr. dicetur, facit *Laurent. de Rodulph. in ſua repetit. c. in exceptione qu.* 64. vbi quærit qualiter Prælatus reuocabit male alienata cum fructibus, & reſpondet quod *Archid. in c. & ille 12. q. 2.* dicit quod reuocabit in forma iudicis, quod ſatis dicit colligi in c. audientiam, ibi legitimè reuocare, & in cap. fraternitatem in fine, de donat. niſi tamen eſſe notorium, quo in caſu ſola admonitione promiſſa, excommunicabit epiſcopus ſucceſſor, *c. in Canonibus 16 q. 1.*

Alij dicunt, quod vti debet reuocabit, & ſicut debet, & quaſi actor, non quaſi iudex, cui eſt ſimile in *cap. noſtri de elect. vbi Innoc.*

2 Vnde *Bero. in cap. epiſcopi de rebus Eccleſ. non alienan. in princ.* inquit, quod etiam ſucceſſor alienata per præceſſorem, reuocat licet alienatio piam cauſam, & quodammodo ſpiritualem contineret, qualis eſſet datio libertatis, & manumiſſio, per *Gloſ. in c. nullus, & c. libertinus de ſeru. non*

3 *ordin.* quinimò, & ipſe alienans recuperat, ſi ex cauſa illicita, non iuſtè alienauit c. ſi quis præsbyterorum, vbi omnes, *Abb. num. 4. Bero, num. 18. de rebus Eccleſ. non alien. Iaſ. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, §. fin. num. 30. in fine, ff. de iureiur. Bernard. Diaz regula 24. in vltima lim. Redoan. de rebus Eccl. non alienan. q. 22. §. poterit pag. 472. Rota in Papien. bonorum 20. Maij coram Card. Millino 1594.* etſi enim quis regulariter nõ venit contra factum proprium, tamen id poteſt, quando a ſe factum eſt a iure reprobatum, & prohibitum, & præſertim quando ita veniens non facit ad ſuam vtilitatem, ſed alterius perſonę priuilegiatę, qualis, eſt Eccleſia, & fiſcus.

4 Amplia etiam ſtante iuramento, *Gloſ. in dicta cap. ſi quis presbyterorum in ver. alienatio, & ibidem Abb. n. 7. Bero. n. 18. de rebus Eccl. non alienan. c. peruenit, il ſecondo, vbi Felyn. n. 4. de iureiur. Ant. Auguſt. de iureiur. §. 5. Pariſ. conſ. 92. n. 98. lib. 4. Rota in dicta Papien. bonorum 20. Maij 1594. coram D. Card. Millina.*

5 Et addit *Bero. in d. c. epiſcopi*, quod ſucceſſori reuocanti bona Eccleſiæ malè alienata non obſtat exceptio dominij; ſed ſatis eſt, quod probet rem fuiſſe in bonis Eccleſiæ, & ab Eccleſia poſſeſſam, per *tex. in dicto c. epiſcopi, & in c. etſi illi 12 q. 2.* quod ait eſſe valdè vtile, & quotidianum in practica, quia difficillimum eſt probare dominium, *c. ſæpè de reſtit. ſpoliat.*

6 Et ideo etiamſi Prælatus promittat cum iuramento rem Eccleſiæ locare ad longum tempus, non poteſt cogi ad locandum. *Bart. in l. iubemus ſub n. 8. in tertia q. C. de Sacroſanct. Eccl. Abbas in d. c. ſi quis presbyterorum n. 4. & ibi Bero. n. 18. & alij de rebus Eccleſ. non alienan. Rota in cauſa Vlixbon. nullitatis locationis 1. Iulij 1586. coram Card. Pamphilio.*

7 Quod autem ſuperius dixi de exceptione dominij, intellige procedere in caſu, quo reuocatio rerum alienatarum fieret, non remedio rei vendicationis: ſed alio remedio poſſeſſorio, quia tunc ſufficit probare, rem fuiſſe in bonis Eccleſiæ: vel agere interdicto, vnde vi, vel conditione ex *l. ſi quis in tantam, Cod. vnde vi. Bal. & Scribentes in Auth. licentiam, C. de epiſcop. & cleric. vel remedio can. redintegranda 3. q. 1.* quod datur præcipuè Eccleſiæ, quando abſque facto, & culpa ſua cecidit a poſſeſſione rei ſuę contra detinentem, & poſſidentem, vel inquit *Bero. vbi ſupra*, intellige alio modo, quando Eccleſia vellet agere aliqua actione perſonali deſcendente extra id quod agitur, putà actione triticaria, vel ex lege aliqua ad condicendum poſſeſſionem, & ad conſequendam rem ab eo, qui illam habuit abſque iuſta cauſa ſubiungit, intellige, quando ageretur pro reuocatione rerum Eccleſiæ malè alienatarum contra violentum poſſeſſorem, & qui ſpoliaſſet, *leg. ſi quis emptionis, §. idem de his verſ. ſi quis C. de præſcript. triginta ann. idem voluit Bal. in l. ſi alienam, ff. ſoluto matr. Gl. in l. itaut ſi fur. ff. commod.* vt eſt in caſu, quando quis apertè titulo a iure reprobato rem Eccleſiæ occupat; hoc eſt ſine iuſta cauſa, qui dicitur raptor, & inuaſor, *c. 2. & ibi Abb. de reb. Eccl. non alienan.*

8 Quin etiam non ſolum ſucceſſor & alienans, ſed omnis perſona Eccleſiaſtica admittitur ad repetendum, & reuocandum alienata in damnum Eccleſiæ, *cap. ſi quis de rebus Eccl. non alienan. & c. non liceat 12. q. 2. c. ſine literis de rato, vt per Gl. finalem in fine in d. c. ſi quis, & in c. 1. de procur. Gloſa legaliter*, ne Eccleſia indebitè damnum patiatur, ſecundum *Calder. in d. c. ſi quis*, qui addit, quod iſte agens de-

9 bebit formare quidem petitionem in ſua perſona, & ſuo nomine aget; ſed ad commodum Eccleſiæ, quia hæc actio eſt popularis, *ff. de popul. act. per tot. & cap. filij 16. q. 6. c. illud 23. diſtinct.* ſuper quo videa *Innoc. in c. cum olim de teſti. & Bal. in l. 1. C. ne quis in cauſ. ſua iudicet.*

10 In recuperatione rei Eccleſiæ nulliter alienatæ ex defectu ſolemnitatis, fructus debentur a die alienationis, *l. iubemus, §. 1. C. de Sacroſ. Eccl. c. ſi quis presbyterorum*; vbi notant omnes, & præſertim. *Bero. num. 14. de rebus Eccleſ. non alienan. Curt. ſen. conſ. 71. ſub numer. 14. verſ. etſi quiſpiam dicat; & in verſ.* Ita declarat ſolemnis *Doct. Felyn. in c. cum cauſa num. 27. de re iudicat.* vbi de communi. *Gram. dec. 79. num. 8. & ſequenti. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu.*

11 634. & fuit dictum per *Rotam in Placentina bonorum 26. Iunij 1585 coram Card. Blanchetto, & in Vlixbonen. nullitatis locationis prima Iulij 1596. coram Cardinali Pamphilio.* Neque hoc caſu error iuris excuſat, cum ius reſiſtat. *Bart. in l. ſed, & leges, § ſcire, ff. de pet. hæredit. Doct. in dicto c. ſi quis presbyterorum de rebus Eccleſ. non alien. Curt. ſen. in dicto conſ. 71. ſub n. 14. verſ. Ita declarat. Felyn. in d. cap. cum cauſa num. 27. Grammat. deciſ 79. n. 8. & ſeq. Bero. in dicto c. ſi quis Presbyterorum n. 44. verſic. Ioan. de Imol. & videas in dicta Placentina bonorum 26. Iunij 1585. coram Cardin. Blanchetto.*

12 Limita, ſi facto erraretur, quia tunc error excuſaret, vt ſi putaſſet emptor interueniſſe ſolemnitatem, quæ tamen non interuenit *Felyn. in d. c. cum cauſa num. 27. verſ. proce-*

13 *deret de re iudicata. Bero. in dict. c. ſi quis Presbyterorum n. 45.* & iſto caſu fructus non debentur, niſi aliæ motæ litis, vt tradunt *Doctores communiter in dicto cap. ſi quis Presbyterorum. Rota in Vlixbon. locationis 1. Iulij 1596. coram R. P. D. Pamphilio.*

14 Vbi verò Eccleſiæ res fuerit legitimè alienata, Prælatus modernus poteſt agere contra hæredes prędeceſſoris pro pretio rei Eccleſiæ alienatę, vt per *Scribentes in d. c. ſi quis Presbyterorum, & in l. iubemus, § œconomus, vbi Salyc. in princ. Bald. in §. ſanè n. 5. C. de Sacroſ. Eccl. Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. rub. 1. habe. rem pro derelict. num. 9. Rota in Piſana liquidationis fructuum 15. Octobris 1591. coram bon. mem. R. P. D Oradino, vt in deciſ. diuerſor. 14. num. 6. par. 1. et in Romana Caſalis 13. Aprilis 1592. coram D. Card. Blanchetto.*

15 Sed

Digitized by Google

15 Sed an eccleſia , cum obtinuit a poſſeſſore rem ſuam,
teneatur ei cedere ſuam actionem aduerſus alienantem
alia eſt difficultas, nam *Gloſ. d.c. ſi quis de rebus Eccleſ. non
alienan.* dixit, quod non quia (inquit)qua fronte poteſt il-
le ceſſionem petere, quia ex contumacia ſua condemna-
tus? *l.ſi plures, ff.de adminiſtr.tut.l.1.§.nunc transeamus, ff.de
tut.& curator.diſtr.in d.c.ſi quis in gl.final.* vbi dicit, quod
Eccleſia non tenetur cedere ſuas actiones ſoluenti contra
alium; quia cum conueniatur ex delicto, ſeu maleficio, pe-
tere non poteſt ceſſionem actionum, *l.ſi plures tutelam, ff.
de adminiſtr.tut.* & ſicuti refert Imol.ibidem, dicit in hoc
Ioan. Andr. poſt Hoſtien. quod quamuis Eccleſia non te-
neatur facere ceſſionem, tamen ſi fecerit illi, cui fieret, po-
terit agere, dummodò ante ſolutionem facta fuerit ceſſio,
vt habetur ex *tex.in l.Modeſtinus, ff.de ſolutionib.*

16 Dicit inſuper Ioan. And. gl. dictum procedere , niſi res
deueniſſet ad tertium bona fide, quia tunc ceſſio deberet
ſibi fieri: ex quo tunc ceſſat ratio Gl. Addit q; Imol. ſed ad-
17 uerte , quod aut res deuenit ad tertium bona fide titulo
lucratiuo : & ex eo caſu non videtur quod eccleſia tenea-
tur cedere actiones, quia res habetur per illum ex cauſa
tituli lucratiui, & ſic nil videtur ſibi deperire , licet tunc
res auocetur ab eo tanquam res Eccleſiaſtica .

Aut res deuenit ad eum titulo oneroſo, & tunc videtur,
quod non teneatur eccleſia, ſi non vult , quia tunc habet
regreſſum contra ſuum auctorem , per ea quæ habentur
in l.exceptione, C.de euict. & ita dictum Ioan. Andr. quate-
nus vult, quod ſi res Eccleſiæ ad tertium deuenit bona fi-
de , Eccleſia teneatur actionem cedere non procedere :
quamuis *Ioan.Calder.in dict, cap.ſi quis*, ſequatur dictum
illius .

Verum *Abb.in d.c.ſi quis*, dicit, quod Gl. ibi ſentit con-
18 trario ſenſu, quod ſi emptor, vel poſſeſſor rei Eccleſiæ eſ-
ſet in bona fide tunc ceſſionem petere poſſet , vt etiam in
præcedenti quæſtione n.48. dictum fuit.

19 Immo etiam dicunt Doctores , quod licet Eccleſia ce-
dere non teneatur, tamen ſi ceſſerit, valet ceſſio.

20 Sed adhuc quæritur , an ſuperius dicta circa recupera-
tionem rei Eccleſiæ illicitè alienatæ, locum habeat, ſi pre-
tium ab emptorem non fuerit exburſatum : & videtur di-
cendum, quod ſic, ſecundum *Imol.in d.c.ſi quis de reb.Eccl.
non alien.* qui ad id adducit *Iac.Butrig.in l.iubemus, §.ſan-
cimus, C.de Sacroſ.Eccl.* per *tex.in Auth.quæ res vbi Bart C.
21 eod. vbi ait Bal.* quod ad tale pretium non agitur actione
ex contractu, cum ille contractus ſit nullus, ſed agitur con-
ditione ex *d.Auth.facit tex.in c.ſapè de reſtit.ſpol.et in cap.
querelam de electione .*

At quod actione ex contractu peti poſſit, videtur velle
Iacob.Butr.in d.§.ſancimus, ea ratione , quia licet contra-
ctus ſit nullus in præiudicium Eccleſiæ, tamen quoad eius
fauorem cenſetur eſſe validus , & ideò ac pretium agere
poterit .

Opinio tamen Bal. ſecundum Imol. tenenda videtur :
quoniam agendo actione ex contractu ratificare videtur
contractum , atque ita non videtur auocare poſſe ab em-
ptore: quia tunc videretur reprobari contractus, & ſurge-
ret contrarietas, nec ideo audiri debet .

22 Prętereà & aliud notandum eſt, quod licet in alienatio-
ne rerum Monaſterij conſenſus conuentus requiratur in
fauorem publicum Eccleſiæ, ne de pauperetur; & propter
intereſſe Eccleſiæ, & ipſorum Monacorum *Ang. conſ.88.
n.3.Soc.ſen.conſ.23.n.18.verſ. & huic interpretationi lib.4.
Tiraq.de legib.connub.Gl.6.num.37 Rota in Secobien. ſpolij
Sylua 10.Decemb.1568.coram R.P.D.Finetta , vt in deciſ.
quotid.420.lib.2. & in Romana Caſalis longhezza 21. Maij
1592.coram Card.Seraph.*

23 Tamen conſentientes , & ſubſcribentes de euictione
non tenentur, ſed ſubiacent alijs pęnis, de quibus in *c. non
liceat 12.q.11.& in l.iubemus, §.ſancimus, C.de Sacroſ.Eccl.
Imol.in d.cap.ſi quis, de rebus Eccleſ. non alienan.* qui etiam
videndus eſt *in cap.ad audientiam col.vlt. verſic. ſed certè ,
eod.tit.*

24 Dictis ſupra n.10.& infra, adde, quod dicit *Gloſ. in d. c.
non liceat;* & aduertè ſuper iſta fructuū reſtitutione, quod
ſi agitur per interdictum aliquod ad petendum rem cum
fructibus, tunc reſtituentur omnes fructus percepti ab eo
tempore, quo eſt propoſitum interdictum , vt in interdi-
cto vnde vi, in quo veniunt fructus omnes percepti à tem-
pore deiectionis, *leg.1.§ ex die, ff.de vi.& vi arma.* Si verò
agitur rei vendicatione ; & tunc diſtinguit in poſſeſſore
bonæ fidei, & malæ fidei ; vt ſcilicet poſſeſſor bonæ fidei
reſtituat omnes fructus perceptos , à die litis conteſtatæ ,
vel ad eos, qui culpa ſua non ſunt percepti: non autem ad
perceptos ante litem conteſtatam , ſed tantum extantes ,
§.poſt inchoatam. Inſtit.de offic.iud.l.certum, C.de reiuend. ſi
verò fuerit malæ fidei poſſeſſor , reſtituere tenetur tam
fructus perceptos, quam quos percipere potuit , *c.grauis
de reſtit.ſpol.& l.ſi nauis, §.generaliter, ff.de rei vend.* ſi titu-
lum non habuit, ſed ſi titulum habuit , excuſatur à perci-
piendis, *l.ſi fundum, C.de rei vendic.* niſi talis ſit, quod ha-
beatur pro non titulo , ſicuti accidit quando quis emit
contra legis interdictum, & prohibitionem, *l. quemadmo-
dum, C.de agric.& cenſit.lib.11.*

ARGVMENTVM.

Bona ciuitatum, qualiter validè alienantur; & ciuitas , vel venditores de euictione teneantur .

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum ciuitatis vt valeat, quæ requirantur.*
2 *Magiſtratus , & Priores temporales alienando non poſſunt
præiudicare ciuitati , cum non habeant liberam admini-
ſtrationem .*
Præſertim, ſi recognoſcant ſuperiorem, n.3.
*Qui propterea de euictione tenentur etiamſi non promiſerint,
num.4.*
Et multo magis ſi promiſerint de euictione , n.5.
6 *Magiſtratus perpetui legitimè contrahunt, cum liberam ha-
beant adminiſtrationem .*
*Nec tenentur probare verſionem in vtilitatem ipſius ciuita-
tis, ex veriori, n.8.*
*Primò ampliatur, vt hi non ſolum obligare poſſint bona ciui-
tatis , verum etiam bona particularium perſonarum abſq;
illarum conſenſu, & cum clauſula executiua, n.9.*
Contrarium num.10.
Sed prior probatur ſententia, n.11.
*Secundò ampliatur, vt dicta obligatio efficiat ſingulos pro to-
ta ſumma, quando facta fuit cum clauſula inſolidum, ſecus
ſi ſine dicta clauſula, quia tunc cenſeretur obligati pro ra-
ta, n.12.*
*Tertiò ampliatur habere locum , etiam in ſindico à publico
deputato, vt poſſit ſingulorum bona obligare, n.13.*
*Declaratur tamen , vt ciuitas teneatur eos indemnes conſer-
uare, n.14.*
7 *Factum Præpoſitorum habetur pro facto ſingulorum .*
15 *In alienatione rerum ciuitatis, ſi non fuerunt ſeruatæ ſolem-
nitates, ab emptore reſtituuntur bona vna cum fructibus à
die alienationis .*
*Emptoribus tamen datur actio de euictione aduerſus perſo-
nas particulares, quæ vendiderunt, n.16.*
17 *Communitas , ſeu vniuerſitas, vbi vendidit bona confiſcata*

con-

contra aliquem de euictione non tenetur, quatenus illa fuerint condemnato per Principem reſtituta.
Sed emptor aget contra Principem, n. 18.
Qui dicto caſu tenetur ad pretium, n. 19.
Fallit quando fiſcus reſtituerit ex cauſa publicæ vtilitatis, num. 20.

Quæſt. CXXXII.

VEnditiones quoque rerum, ac bonorum ciuitatis, ac vniuerſitatis, ſæpè fiunt pro ære alieno exoluendo; non tamen ſeruatis de iure ſeruandis; ita quod multoties contingat ab emptoribus auferri, a quibus poſtea contenditur ſibi de euictione teneri per venditores: qua in re opere pretium duxi, primò diſſerere qualiter res, & bona ciuitatis, & vniuerſitatis validè alienentur; & deinde quatenus ea non ſeruato ius ordine vendantur, emptori ſuccurratur.

1 Dicimus ergo, quod venditio bonorum ciuitatis, vt valeat fieri debet a maiori parte Conſilij, etiam cum decreto iudicis, ac præcedente cauſæ cognitione, præuio iuramento Conſiliarijs præſtando, cum expreſſione nominum ſingulorum de vniuerſitate, & cum alijs requiſitis, de quibus in *l. fin. C. de vend. re ciui. lib. 11. & ibi per Ioan. de Plat n. 1. Bar. in l. fin. C. de præd. decurion. lib. 10. Ruyn. conſ. 41. lib. 1. Capyc. deciſ. 93. n. 1. vbi etiam n. 3. quod idem eſſet in Caſtro. Bal. conſ. 400. in princ. lib. 2. Rol. conſ. 90. nu. 19. & per tot. lib. 1. Dec. in c. cum omnes, in prima lectura n. 71. de conſtit. Alex. conſ. 1. n. 3. lib. 4. Menoch. conſ. 80. n. 22. lib. 1. Aym. conſ. 142. n. 25.*

2 Quæ tamen alienandi facultas omninò prohibetur Prioribus, ac Magiſtratibus temporalibus, qui ex quo nõ habent liberam adminiſtrationem, præiudicare non poſſunt ciuitati. *Gloſ. in l. item magiſtri de pact. quam ſequitur Paul. de Caſtr. in l. Præſes num. 3. & ibid. Iaſ. num. 8. Cod. de tranſact. Alex. conſ. 135. viſo proceſſu lib. 7. & conſil. 17. in caſu in princip. lib. 6. Sebaſt. Vant. qui de communi in tract. de nullit. ex defect. mand. nu. 127. Steph. Gratian. in deciſ. 93. num. 14.*

3 Quod præſertim procedit in vniuerſitatibus recognoſcentibus ſuperiorem, quæ nihil faciunt, niſi rectores illarum præbeant auctoritatem negotijs, & deliberationibus per eas faciendis. *Paul. de Caſtr. in l. 3. ſub num. 6. verſic. aut recognoſcebat, ff. quod cuiuſque vniuerſi. nom.* quemadmodum ſunt Magiſtratus noſtri temporis, qui aliam non habent auctoritatem, quam eam, quæ illis datur per ſtatuta locorum, *Dec. conſ. 5. in princip.* neq; ſunt, prout olim erant, decuriones, *Roman conſ. 501. ad finem*.

4 Vnde infertur, quod cum hi videantur adminiſtratores voluntarij, indiſtinctè tenentur de euictione etiamſi expreſsè non promiſerint, vt per *Bal. in l. procurator, qui pro euictione in princ. ff. de procur. & in l. poſt mortem, §. tutor, ff. quan. ex fact. tutor.*

5 Extenditur id multo magis procedere, ſi expreſsè ad id ſe obligauerint, & de euictione promiſerint, quo in caſu tenentur, ſiue emptores fuerint in bona fide, ſiue in mala, vt per *Glo. fin. in c. ad audientiam de rebus Eccl. non alienan. per tex. in l. ſi fundum, C. de euict. in ſpecie ita reſpondit Alba conſ. 470. ſub n. 5. lib. 3.*

6 Declaratur ſuperius firmata concluſio, vt procedat in terminis, in quibus loquitur; & ſic in Magiſtratibus temporalibus, at ſecus in caſu in quo Magiſtratus ſunt perpetui, qui repræſentant totam vniuerſitatem, quia ſufficit cum illis contraxiſſe, cum habeant liberam adminiſtrationem *Bar. in l. Præſes, C. de tranſact.* nam cum iure adminiſtrent bona Reipublicæ, poſſunt etiam illam obligare, *l. ſi is, qui bona in princ. ff. de pign. & hypoth. l. 3. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom.* quia factum Præpoſitorum habetur

7 pro facto ſingulorum ciuium. *Gloſ. in rubr. Cod. quæ ſit long. conſuet. verſ. verum eſt in populo, Bar. in l. ſicut num. 1. C. eod. tit. Bal. in l. etiam num. 15. C. de execut. rei iud. Alex. in l. 4. num. 24. de re iud.* quo fit, vt creditor rectè agat, tam contra bona communia, quam contra ipſam ciuitatem. *Dec. in l. ciuitas num. 4. & ibid. Iaſ. num. 3. ff. ſi cert. pet.* abſq; pro-

8 batione verſionis in vtilitatem ipſius ciuitatis, vt per *Dec. & Iaſ. in d. l. ciuitas num. 3. & 12. & eodem loco Bologn. nu. 15.* quicquid dixerit *Gl. in l. ſi is, qui bona in ver. obligare, ff. de pign. & in l. 3. in ver. accipiat, C. ſi alien. res pign.* ex quo verior eſt contraria ſententia, vt dixit *Matth. Coler. de proceſſ. execut. par. 2. c. 3. num. 366. per tex. in l. 1. C. de ſolut. & liberat. debit. ciuit. lib. 11.* ea ratione, quoniam iſti tanquam ab vniuerſitate Præpoſiti totam ciuitatem repræſentant, & loco Dominorum habentur; non ſecus, ac tutores, & curatores, *l. tutor. de fur. & ibi gl. in verſ. non datur, l. interdum in fin. ver. qui tutelam, & ibi Gl. in ver. tranſigere, ff. eod. tit. l. qui fundum, §. ſi tutor, ff. pro empt.* quaſi populus eos eligendo approbare videatur ipſorum geſta *Abb. in c. ſignificauit n. 2. poſt Gl. ibi de appell. poſt Innoc. in c. 1. de fide inſtr.*

9 Ampliatur, vt vſq; adeò iſti perpetui adminiſtratores, & repræſentantes populum poſſint obligare bona ciuitatis, vt etiam eiſdem permittatur obligare bona particularium perſonarum, & ſingulorum, ſine alia conuocatione, & conſenſu illorum, & cum clauſula executiua: cum contractus per eos celebrati tranſeant in vim legis, non ſecus ac ſi a Principe, vel Imperatore geſti fuiſſent. *Bar. in l. ſicut num. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomi. & in l. 4. §. actor nu. 4. de re iud. Iaſ. in d. l. ciuitas n. 4. & ibi Bologn. n. 27. & 29. ff. ſi cert. pet. de verſion. Bal. in l. penult. num. 2. C. de donat. inter vir. & vxor.*

10 Contrarium habetur per *gl. in l. 2. in ver. aut legem ver. item & ad hoc, quod vniuerſitas, C. quæ ſit long. conſuet. Bal. in l. 1. n. 2. C. ne fil. pro patr. Alex. conſ. 44. n. 5. lib. 2.*

11 Sed verior eſt opinio firmata in dicta ampliatione, vt per *Bal. in d. l. pen. n. 2. Hartman. Piſtor. quæſt. iur. p. 1. q. 37. n. 17. latè Matth. Coler. de proceſſ. execut. p. 2. c. 3. n. 376. qui n. 380.*

12 Secundo ampliat, vt etiam dicta obligatio afficiat ſingulos pro tota ſumma, quando facta fuit cum clauſula in ſolidum; ita quod eo caſu vnus ſoluendo partem ſuam, non liberetur, cum totum ſoluere teneatur, tanquam in ſolidum obligatus *Bar. in d. l. 4. §. actor. num. 10. in fin. de re iud.* quicquid ſit alias abſque dicta clauſula quo caſu particulares ſolum obligari cenſerentur pro rata facta computatione per æs, & libram, non autem ſecundum numerum perſonarum exiſtentium in ciuitate *Bal. in l. ſicut, §. quod ſi nemo, ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. Rip. in d. l. 4. n. 43. de re iud.*

13 Tertiò ampliatur, vt locum habeat etiam in ſyndico à publico deputato vt ſcilicet poſſit ſingulorum bona obligare quando negocium eſt principaliter vniuerſorum, & ſecundario ſingulorum *Bal. in l. 2. n. 6. Cod. quæ ſit long. conſuet. Alexand. conſ. 44. viſo themate num. 5. verſ. teſtat. videre lib. 1.*

14 Aduertendum tamen, quod licet premiſſa vera ſint fauore creditorum, debebit nihilominus ciuitas indemnes conſeruare iſtas particulares perſonas, quæ ſoluerunt pro ea; vel ex communi ærario, ſi extet; vel ex collecta, quæ imponetur per æs, & libram ſecundum quantitatem patrimonij, ita quod deficientium vices ſuppleantur per alios de vniuerſitate, *l. 1. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Bar. in l. 1. n. 18. C. de mul. & in quo loco, & in l. 1. §. diſcretiones, C. de oper. publ. lib. 10. Salyc. in l. omnes Prouinciarum in primo notab. C. de oper. publ. Alex. in d. l. 4. num. 15. & 16. de re iudic.*

15 Inſuper nota quod quatenus in alienatione rerum ciuitatis non fuerint ſeruatæ ſolemnitates ad beneficiũ ip-

ſius

Digitized by Google

ſius ciuitatis ſeruandæ ab emptore, nedum relaxanda
ſunt bona empta, ſed reſtituendi ſunt fructus percepti ſeu
redditus à die factæ alienationis, ad *Gl. communiter appro-
batam in d.l.fin.in fin.C.de venden.reb.ciuit.lib.10. per text.
in auth.qui res, C.de Sacroſ.Eccleſ.* & emptori datur actio
16 de euictione aduerſus perſonas particulares, quæ eis ven-
diderunt, ſiue fuerint adminiſtratores voluntarij, ſiue etiã
neceſſarij, ſi de euictione vti priuati, & proprio nomine
promiſerint. *Bart.in l.Procurator pro euictione in princ. ff.
de procur.& in l.poſt mortem,§.tutor,ff.quan.ex fact.tuto.*&
indiſtinctè tenentur de euictione, ſi fuerint adminiſtrato-
res voluntarij, etiamſi expreſsè non promiſerint, vt per
*Bar.in d.l.Procurator,& in d.leg.poſt mor. §. tut.in terminis
Alba in præallegato conſ.470.n.5.* vbi in fine ait, quod vo-
luntarij cenſetur, ſi tales exceſſerint fines mandati, vt in
caſu ſuo, *l.diligenter in ſecundo reſp.ff. mandati.*

17 Deniq; ſciendum, quod vbi Communitas vendidit, bo-
na confiſcata contra aliquem, de euictione non tenetur,
quatenus illa fuerint per Principem condemnato reſtitu-
ta *Æmil.deciſ.318.p.1.* & ratio aſſignatur quia caſus for-
tuitus euictionis poſt contractam emptionem ad empto-
rem, non autem ad venditorem pertinet, *leg.Lucius, ff.de*
18 *euict.* vti ſæpè dixi. Quare emptor agat contra Principẽ;
vt & fuiſſe deciſum à Rota teſtatur *Caputaquen. in deciſ.*
19 *318.par.1.* emptor enim eo caſu contra illum habebit re-
greſſum ad pretium, *l.1.& 2.& ibid. Ang.de quadrien.præ-
ſcript. Bar.in l.quicunque, C.de fide inſtrum.lib.10. Ang. in l.
Senatus, ff.ad Syllan. Dec.in cap.fin.colum.3.verſ.& amplia-
tur, extra de conſtitut. Menoch.conſil.103.numero 3.lib.1.
Ruyn.conſil.21.num.9.lib.5. Rol.à Valle conſil.45.num.23.
lib.4.*

20 Fallit quando reſtituerit ex cauſa publicæ vtilitatis
prout declarat *Sfort.Odd.in tract. de reſtit. in integrum qu.
99.art.9.num.71.Farin.in tit.de inquiſit.q.6.ſub n.33.propè
finem.*

ARGVMENTVM.

Vendens rem cum alio communem, quando de euictione teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem cum alio communem, tenetur eam liberè tra-
dere: & ad omne intereſſe, n.2.*
Et ad reſtitutionem pretij, n.3.
4 *Vendens vnico pretio plures res vna euicta tenetur reſti-
tuere pretium, ſi emptor partem ſolum non fuiſſet emptu-
rus.*
*Licèt alias reſciſſio contractus daretur pro parte, & pro alia
parte contractus cenſeretur, validus n.5.*
6 *Alienatio quando facta eſt titulo lucratiuo legati, vel do-
nationis, tunc intelligitur legatum ius tantum, quod quis
habet.*
*Extende idem procedere, ſi fiat titulo oneroſo, & is in quem
facta fuit alienatio, ſciuit venditorem non eſſe dominum,
num.7.*
*Ampliatur fortius locum habere, ſi pretium non eſſet confor-
me ad emptionem totius rei, ſed ſolum ad partem, n.8.*
*Primò declaratur ſibi non tribuere, quando promiſſa fuit eui-
ctio, n.9.*
*Secundò declaratur, quando venditor alienauit fundum tan-
quam liberum, cum non eſſet, n.10.*
*Tertiò declaratur non procedere, ſi emptor ignorauit rem ſibi
venditam, cum alio eſſe communem: quo in caſu, venditor
cenſetur vendere iure libero, n.11.*
Et tenetur ad reſtitutionem pretij num. 12.
13 *Venditor ſciens rei vitium, tenetur illud notificare emptori.*
Nec excuſatur, ſi dicat vendere ſolum ius quod habet, n.14.
*Fallit, quando ſincerè abſque verborum inuolucra, vel nega-
tione, ſeu ſimulatione dixerit nolle teneri de certo vitio,
num.15.*
16 *Emptoris ſupina ignorantia habetur pro ſcientia.*
*Fallit, quando venditor ſciebat, quoniam dolus venditoris
præponderat culpæ emptoris, n.17.*
18 *Venditor quando ignorat partem totius quod vendit eſſe
alienam, & ſic credit eſſe ſuum totum quod vendit ſcienti
in eo habere partem per alium, ſi ſequatur partis euictio,
repeti non poteſt pars ſoluti reſpectu partis euictæ, neque
agitur de euictione.*
19 *Venditor ſciens totum ſuum non eſſe quod alienat emptori
etiam id ſcienti, & pretium totum nondum eſt ſolutum,
emptor cogi non poteſt ſoluere partem alienam.*
20 *Venditor quando eius fuit intentionis partem ſolum vende-
re, & emptor intellexit totum emere, venditio ſubſiſtit ſo-
lum pro parte quam ipſe venditor exiſtimauit vendere,
licet emptor aliud ſenſerit.*

Quæſt. CXXXIII.

1 VEndita fuit res cum alio communis abſque, eo quod
aliquid dictum fuerit de communione; qua comper-
ta, & facta declaratione per ſocium nolle valere venditio-
nem de re communi, emptor agit ad reſciſſionem ipſius
contractus, cum tamen agere poſſet, vt res libera ſibi tra-
deretur, *Gl.in l.euicta, vbi Bal.ff.de euict. eſt tex. in l. ſeruus
quem,§.fin.de act.empt.Oſaſc.deciſ.24.n.4.Surd.conſ.13. nu.*
2 *16.& 17.lib.1.* vel ad omne intereſſe, *l.vina ver. planè vbi
Glo.Bal.Alberic.Fulgoſ.& Salyc.ff.de peric. & commod.rei
vendit.l.quaro, ff.de actio.empti.Surd.dicto conſ.13.n.33.&
ſeqq.*
3 Vel ad pretij reſtitutionem pro illa parte. *Paul.de Ca-
ſtro conſ.417.ſub n.2.verſ.quid dicendum per leg.ſi quis ſer-
uum, ff.de act.empti, & alia iura, de quibus ibi per eum, lib.1.
plenè dixi infra ſuis locis.*
Quæritur quid iuris.
4 Et ſanè ſi vnica fuit venditio etiam plurium rerum fa-
cta vnico pretio, quo caſu dicitur actus indiuiduus, cum
neque emptor partem emiſſet, neque venditor partem
vendidiſſet, *l.quod autem in fin. & l.quod ſi vno, ff.de in diẽ
adiect.Bar.conſ.195.n.1.lib.1. Tiraq. alios adducens de re-
tract.lignag.§.23.Glo.1.n.5.cum ſeq.* venditio in totum di-
5 ceretur nulla, tanquam ſimus in re indiuidua: quo in caſu
vtile per inutile vitiatur, licet alias alienatio pactis valere
potuiſſet. *Bar.in l.grege,§.illud, de fideiuſſor. Ruyn.conſ.65.
n.7.lib.5.eſt text.in l.tutor,§.curator, ff.de minor.* vbi ſi cu-
rator minoris alienauerit prædia communia ſibi, & ei cu-
ius curam gerit, reſcinditur in totum alienatio quando
partem emptor non emiſſet: quamuis alias reſciſſio con-
tractus daretur pro parte, & pro alia parte validus cenſe-
retur facit *tex.in l.ſi id quod,§.ſi ex decem, ff. de donat.inter
vir.& vx.et in l.ſi liber.§.ſi quis plures, ff.de iurepatr.Tiraq.
in d.§.23.Gl.1.n.7.in terminis eſt tex.in l.tutor,§.curator, ff.
de minor.* vbi poſtquam ſocius declarauit nolle valere ven-
ditionem factam de re communi reſcinditur venditio in
totum quando partẽ emptor non emiſſet: quidquid alias
daretur ſolum reſciſſio pro parte, & pro alia rata, ſeu por-
tione contractus eſſet validus; ea ratione, quoniam alie-
nans rem, in qua aliquod ius habet alienare cenſetur ſolũ
reſpectu iuris quod habet, non autem totum, nec pleno
iure. Quod vltimum non ita ſimpliciter intelligendum
eſt, ſed cum diſtinctione, quam affert *Bal.in rubr. C de con-
trah.empt.* & ego redigo ad infraſcriptos caſus.
6 Primus eſt quando alienatio facta eſſet titulo lucra-

Digitized by Google

ſuo, puta ex legato, vel donatione; & tunc dicitur legatum ſeu donatum ius tamen, quod quis habet, *l. ſi domum, §. fin. & l. quod in rerum, § ſi vſumfructum, ff. de vſufruct. leg. l. Sticho, cum ibi notatis, Cod. de leg. l. vxor patrui, cum ibi notatis, leg. ad res donatas, ff. de ædil. edict. cap. paſtoralis de donat.*

7 Secundus eſt caſus, quando alienatio fit titulo oneroſo, puta venditionis, ſeu diuiſionis, & is, in quem facta fuit alienatio, ſciuit venditorem non eſſe dominum totius, ſed ſolum partis; & tunc alienatio facta cenſetur ſolum reſpectu iuris, quod venditor in re illa habebat, *l. qui tabernas, & l. cum venditores, ff. de contrah. empt. Bal. vbi ſupra, de magis communi teſtatur Alex. in l. ſi domus, §. fin. num. 4. ff. de leg. 1 ſequitur Iaſ. in l. 1. num. 31. C. quod teſtam. fac. poſſ. Neguſ. de pign. par. 2. membr. 3. num. 14. latè Surd. d. conſ. 13. n. 29. & ſeq. lib. 1. eſt tex. ſing. in l. 1. in fin. ff. de act. empti*, vbi deciditur, quod ſi rem, in qua alius ius habet, vendam ſimpliciter ſcienti alium ius habere, videor vendere ſecundum ius, quod habeo; & ideo ab emptore conueniri non poſſum ad ſoluendum, quanti ſua intereſt per alium ius haberi.

8 Ampliatur fortius procedere, ſi pretium non eſſet conforme ad emptionem totius rei; ſed ſolum ad partem; quia ex qualitate pretij æquiualentis parti tantum præſumitur ſolum eſſe venditam partem, ad *Gl. in l. 1 § 1. ff. de ſuperfic.* dicentem, quod ſi dubitatur, an ex rei traditione inſurgat locatio, vel venditio, id declaratur ex quantitate eius, quod ſoluitur quia ſi quantitas eſt conformis penſioni erit locatio; ſi vero eſt conformis pretio, erit venditio, quam ſingularem vocat *Bal. in c. penult. col 2. verſ modo ergo quæro de dilat. Anchar. conſ. 402. n. 5. idem Bal. in l. ex conuentione poſt princ. verſ. tertio in fin. C. de pact. Alex. conſ. 104. n. 5. lib. 6. Corn. conſ. 326. n. 13. lib. 1. & conſ. 264 n. 5. lib. 3. Iaſ. in l. 1. ſub n. 23. verſ. dict. tamen Gloſ. Cod. de iure emphyt. Dec conſ. 500 n. 5. vbi citat ſimilem. Gl in l. ſemper in ſtipulationibus n. 7. ff de reg. iur. quam ſequitur Alex. conſ. 26. n. 5. lib. 4.*

9 Primo limitatur, vt quamuis emptor ſciuerit rem eſſe alienam nihilominus venditor tenetur, quatenus promiſerit, de euictione in hunc caſum, vt probatur in l. ſi fundum ſciens, & ibi notant *Bar. & cæteri Doctores, C. de euict. Burſat. conſil. 354. numer. 5. lib. 4.* & ſæpè fuit dictum in hoc tractatu.

10 Secundo limitatur, vt non procedat, quando venditor alienauit fundum tanquam liberum, cum non eſſet. *Burſ. conſ. 358. ſub n. 5. Becc. conſ. 16. n. 7. & 12. Surd. conſ. 13. & conſ. 15. & conſ. 150. n. 125. & 127. lib. 1.*

11 Tertius eſt caſus, ſi emptor ignorauerit rem ſibi venditam cum alio eſſe communem: quia tunc cenſetur venditorem alienare iure libero, & proprio, eſt *text. in l. ex prædys, C. de euict. Paul. de Caſtro in d. conſ. 417. ſub num. 2. verſ. quid dicendum, vſque in fin. lib. 1. & Clarius Rom conſ. 503.*
12 *num. 10.* & ideò re detecta non libera, & propria, ſed communi tenetur ad reſtitutionem pretij, & ad intereſſe; cum emptoris interſit magis totius dominum eſſe quam partis, ex *tex. in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* dicente, quod ſi res, quæ tota in ſolutum data eſt, euincatur pro parte, durat obligatio priſtina ad debitum totum, ea ratione, quia emptor eam non emiſſet, niſi pro ſolido eius fieret, concordat, *tex. in l. 1. ff. de euict.* vbi quia ratione domo tradita pro parte euicta, agitur de euictione pro parte, eadem domo tota empta, quæ non niſi pro parte tradi poteſt, agitur quanti emptoris intereſt partem tradi non poſſe, eſt conſimilis *tex. in l. domum verſ. an autem venditor verſ. ſi ver. quantumcunque, §. de contrah. empt. & alius tex.* ſecundum verum intellectum in *l. cum venderes, ff. eod.* quem perpendit & declarat *Bal. in rubr. de contrah. empt. ſecundum Paul. de Caſtr. vbi ſupra, & Rom. in verſ. vnde ſequi-*
13 *tur:* nam venditor ſciens rei vitium tenetur illud notificare emptori, *l. quæritur, §. ſi venditor in fine, ibi, niſi ſciens, ff. de ædil. edict. l. 1. in princ. & § hoc amplius, ff. eod. l. 1. & 2. vbi Cyn. Bal. Salyc. & alij, C. eod. tit. Corn. conſ. 81. col. 2. libr. 3 alias imputare ſibi debet venditor. Paul. de Caſtr. in l. ſerui electione, §. fin. num. 3. ff. de leg. 1. Alex. conſ. 95. lib. 5. quod eſt duplicatum conſ. 63. num. 1. lib. 6. Surd. d. conſ. 13. num. 29. lib. 1. Burſat. conſil. 458. num. 26. lib. 4.* etſi enim res aliena ab eo, qui non eſt dominus, diſtrahi poſſit, & in ſpecie res communis, *l. falſo, C. commun. rer. alien. & hypoth. leg. ſed & quo, §. 1. ff. de pign. l. vnic. Cod ſi comm. res pign. dat. fuer. Rebuff. in leg. rectè dicimus, §. Quintus Mutius, verſ. octauo, ff. de verb. ſignific.* nam eſt emptio, & vendit. tamen res emptori auferri poteſt, *l. rem alienam, ff. de contrah. empt.* & ſufficit venditori rem ipſam præſtare, hoc eſt tradere; quæ res facit, vt ſi dominus ſit emptorem quoque dominum efficiat: ſi verò dominus non ſit, vt in propoſito, euictionis nomine obligetur, *l. ex empto, ff. de act. empti, & l. 1. paulò poſt princip. ff. de rer. permut.* atque ita ex quo communis ea res cum alio eſt, ſciſſo pretio pro portione, emptio pro parte valebit, & pro parte non, *l. ſed etſi communis, ff. de contrab. empt. Card. Mantic. de tacij. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 5. ſub num. 18. verſ. ſed aduertendum, vnde dicunt Bar. Raph. Fulgoſ. in l. quæro, ff. de act. empt.* quod venditor ſciens vitium, & tacens, præſumitur circumueniendi animo tacuiſſe; ſequitur *Alex. conſil. 14. numer. 4. libr. 5.*
14 quod adeo verum eſt, vt ſi venditor aſſerat, ſe vendere ſolum ius quod habet, non excuſatur, ſi eum ſciret rem eſſe pura feudalem, emphyteoticam, vel fideicommiſſi oneri ſubiectam, non expreſſit, ſecundum *Alex. d. conſ. 14. num. 4. & ſeq. Surd. conſ. 13. num. 29* & infra, quinimò operatur dicta ſcientia, quod etſi ignorans venditor non teneatur, quando expreſſit nolle teneri pro aliquo vitio, tamen ſciens non liberatur, *l. 1. §. 1 ff. de ædil. edicto, l. quæritur, ff. eod.* intelligendo tamen quando expreſſit per verba generalia, ſecundum *Cyn. in d. l. 1. n. 2. C. de ædil edicto, & ibi Bal. num. 4. & Salyc. n. 2 Capoll. in d. l. 1. n. 24. & in d. l. quæritur, n. 2. & ſeq. vbi tamen num. 8. 10. & ſeq.* addit aliud eſſe
15 quandò ſine verborum inuolucro, vel negatione, ſeu ſimulatione, dixit nolle teneri de certo aliquo vitio, quia tunc non tenetur, ſequuntur *Alex. d. conſ. 14. n. 5. & Corn. d. conſ. 81. n. 4. lib. 3.*

16 Ad prædicta notabis, quod quamuis dici ſoleat, emptoris ſupinam ignorantiam haberi pro ſcientia, *d. l. quæritur, §. fin. & eſt caſus in l. non eſt ferendus, vbi notatur, ff. de tranſact. Caſtr. in l. Iulian. n 5. ff. de verb oblig.* tamen fallit, quan-
17 do venditor ſciebat: quia etiam tunc tenetur emptori ſupine ignoranti, quia dolus venditoris præponderat culpæ emptoris, *l. ſi obſtetrix, §. iuſſit, ff. ad l. Aquil. Surd. cæteros adducens conſ. 146. n. 10. poſt Alex. d. conſ. 14. n. 3. lib. 5. Peregr. conſ. 101. n. 6. lib. 3. & iterum Surd. deciſ. 265. nu. 17. & infra.*

18 Quartus eſt caſus, quando venditor ignorat partem totius quod vendit, eſſe alienam, & ſic credens totum eſſe ſuum vendit emptori tamen ſcienti in eo haberi partem per alium, & dicto in caſu ſi ſequatur partis euictio, repeti non poteſt pars ſoluti reſpectu partis euictæ. neq; etiam de euictione agi, ad *tex. in l. domum, §. ſimili quoque modo, ff. de contrab. empt.* quem extollit *Rom. conſ. 396. n. 3.* dicens, quod in materia iſta nulla eſt alia lex ea melior.

19 Quintus eſt caſus, quando venditor ſciens totum ſuum non eſſe totum vendit emptori etiam id ſcienti, pretium autem totum nondum eſt ſolutum; & iſto caſu videretur dicendum, quod quemadmodum, ſi iam ſoluiſſet, prædium amiſiſſet ex iam dictis, ita pariter cogendus eſt totum ſoluere.

Sed contrarium verius eſt, emptorem nempè non teneri; ſed quod immò ratione partis, cuius cauſa emptio fuit inefficax, non poterit ad pretium conueniri, ſed ſolum pro parte, cuius ipſa emptio habet efficaciam, per

tex-

Digitized by Google

textum ſingularem in dicta *l. domum verſic. fin. iuncta Gloſ. ſuper ver. Nihil actum, ff. de contrahen. empt. & l. ſeruus quem. §. ſciens, ff. de action. empti, Gloſ. in verſ. præſtat in §. nouiſſimè, Inſtit. de ſuſpect. tut. & ibidem Aret. n. 4. in ſpecie Rom. vbi ſupra, & Bertaz. conſilio 277. num. 1. 2. libro 1. in crim.*

20 Sextus eſt caſus, quando venditor eius fuit intentionis partem ſolum vendere, & quod venditio in illa tantum parte conſiſtat; quamuis emptor fuerit intentionis totum emere; nam tunc venditio ſubſiſtet ſolum pro ea parte, quam ipſe venditor exiſtimauit vendere, licet emptor aliter ſentiret, arg. eius, quod decidit *Gloſa ordinaria in l. in venditionibus in ver. ſine pretio, ff. de contrab. empt. & habetur per Rom. d. conſ. 396. ſub n. 4.*

A R G V M E N T V M.

Euictio, an, & quando locum habeat in retractu.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor de euictione non tenetur, quando vicinus, vel conſanguineus retrahit, & de rationibus.*

Ampliatur procedere, etiam ſi ex perſooa vtriuſque accedat, num. 2.

Et totum damnum cedit emptori, qui ſciuit, vel ſcire debuit, rem ſubiectam retractui euinci poſſe, n. 3.

Extenditur habere locum etiam in venditione domus vigore Bullæ Pontificiæ, quæ vicino volenti ædificare ius prælationis tribuit, quo in caſu de euictione non tenetur, numero 5.

Primò ampliatur procedere, quando promiſſum fuit facere conſentire omnem perſonam habentem intereſſe, nunc, vel in futurum, quoniam dicta clauſula intelligitur de vicino, vel conſanguineo, n. 6.

Quaſi tunc euictio ſequitur ex natura ipſius rei, n. 7.

Secundò ampliatur, vt etiamſi venditor de euictione promittat, non prohibeatur recuperare rem venditam, ratione iuris ſuperuenientis poſt venditionem, n. 8.

Tertiò ampliatur, vt nec etiam ſufficiant clauſulæ generales, num. 10.

Primò limitatur, quando euictio promiſſa eſſet verbis vniuerſalibus, putà, ſi dictum ſit, quomodocunque, vel qualitercunque euinceretur, n. 11.

Secundò limitatur, quando fuit dictum rem non eſſe ſubiectam retractui, etiam quòd nominatim promiſſum non fuerit de euictione, n. 12.

Tertiò limitatur; ſi ex probabilibus coniecturis appareat, venditorem noluiſſe teneri de euictione, ſecuta etiam ex cauſa retractus, n. 13.

Quartò ampliatur, vt nec etiam dicta clauſula operetur, quod venditor teneatur ad refectionem melioramentorum, ſi qua fecit emptor, antequam declarauerit velle emere, quidquid ſit inter emptorem, & vicinum, n. 14.

Neque excuſandus eſt amptor, ſub prætextu, quod venditor teneatur denunciare vicino, n. 15.

Quintò ampliatur, vt locum etiam habeat in fideiuſſore in inſtrumento venditionis conſtituto, qui non impeditur quominus vti poſſit beneficio ſtatuti, vt tanquam vicinus recuperare poſſit rem ipſam venditam per eum, pro quo conſtituit ſe fideiuſſorem, n. 18.

Primò extenditur, idem procedere in hærede fideiuſſoris, qui de euictione promiſit, qui & agere poteſt, & rem vendicare nomine proprio, numer. 20.

Cum id non conſequatur vt hæres, ſed ex legis diſpoſitione, & alio iure, quàm hæreditario, nec ideò contrauenire dicitur facto defuncti, n. 22. & 25.

Secundò extenditur dicta ampliatio, vt locum habeat etiam in filio hærede venditoris, qui de euictione non tenetur, vel ad intereſſe emptoris, quando res eſt euicta, non ob culpam, ſeu defectum dominij, ſeu non iuris ipſius venditoris, ſed alia de cauſa proximitatis, & retractus, & ad id teneatur, n. 23. 25. & 28.

Fallit, ſi filius eſt in poteſtate patris, n. 31.

Sed contra, quod filius in poteſtate retrahens acquirat ſibi, ſiue ſit maior, ſiue minor, ac etiam infans, n. 32. etiam patre viuente ibidem, & n. 34.

Neque hoc caſu pater habebit vſumfructum, n. 33.

Primò limitatur, quando vendens rem ſubiectam redemptioni promiſiſſet rem eſſe tutam, & ſecuram, etiam aduerſus retractum conſanguineorum, quia ſtante hæres patris vendentis non admittitur ad retrahendum, n. 35.

Quidquid aliud ſit, quando euictionis promiſſio eſſet generalis, quæ non impediret, quin filius retrahere poſſet, numero 36.

Secundò limitatur, quando res per venditorem promiſſa fuiſſet euictio obligando etiam bona hæredum, quia tunc filio hæredi non daretur ius retractus, n. 37.

Sublimitatur non procedere, quando hæres accepiſſet hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, n. 39.

Sed quod imò indiſtinctè competat, n. 41.

Tertiò limitatur, ſi filius non eſſet natus, nec conceptus tempore contractus, n. 40.

4 *Euictio ex cauſa retractus procedit ex ipſo contractu emptionis, non ex cauſa antecedenti, quæ ideò venditorem non ligat.*

9 *Renuncians omni iuri, quod quis habet, vel habere ſperat, non intelligitur renunciare iuri, quod ex noua cauſa ſuperuenit.*

16 *Emptor non debet meliorare, niſi prius certus ſit, quod ei res empta per vicinum non auferatur.*

17 *Emens fundum alienum, de euictione non agit, niſi expreſſè ſibi cauerit.*

19 *Fideiuſſor de euictione non tenetur, quando res vendita euincitur ex beneficio ſtatuti admittentis vicinum ad retrahendum.*

21 *Contractus quilibet, & conuentio, ſemper à ſtatuto ciuitatis informatur.*

23 *Ius quando competit ex perſona propria, licita eſt contrauentio facta defuncti.*

26 *Ius retractus acquiritur, etiam ignorantibus, & numero ſeq.*

27 *Statuta, quæ offerunt commodum, ſtatim operantur ſuum effectum: & ex illis etiam ignoranti acquiritur.*

29 *Congrui ratio fortius militat in filio, quam in remotiori gradu.*

Idem in filio ſoluto poſt obitum patris, n. 30.

34 *Filijs ius redimandi datur etiam viuente patre.*

38 *Teſtator obligare poteſt eius hæredes, & bona eorundem.*

42 *Emptor a quo res per agnatum iure agnationis retrahitur, non tenetur agnato retrahente de euictione.*

43 *Euictio, quando ſequitur ex natura rei, non ſolum contra venditorem de euictione agi non poteſt, ſed neque ad damna, & intereſſe, nec ad expenſas litis, nec ad fructus perceptos, ante, vel poſt litem cœptam vti acceſſorios ad rem principalem, licet promiſſum ſit de euictione.*

45 *Venditor in caſu, quo ex cauſa retractus pretium reſtituere tenetur, ad illud tãtum tenetur quod venditionis tempore accepit: adeo quod augmentum, & diminutio non conſideratur, ſed ſolum bonitas, et ſtatus, in quo reperiebatur tempore contractus.*

Digitized by Google

Idemque procedit in locatione, feudo, & ſimilibus, numero 46.

47 *Euicta re per ſtatutum de re paterna luenda venditor non tenetur de euictione, cum ſit legis euictio.*

Fallit vt ibidem num. 48.

Quæſt. CXXXIV.

IN pluribus locis Italiæ, & extra, ſunt ſtatuta, ſeu conſuetudines, & conſtitutiones, quæ concedunt agnatis, vicinis, & cohærentibus ius retrahendi, & præſentandi ſuper venditionibus rerum immobilium, ac iurium conſiſtentium in rebus immobilibus, quandocunque per pretij reſtitutionem; ſuper quibus variæ, ac multiplices oriuntur lites, & contentiones.

1 Ideò nunc quæro, an venditor de euictione teneatur, cum vicinus, & conſanguineus retrahit; & non teneri dicimus; quia id nec ipſius culpa accidit, nec ex proprio facto, vel auctorum ſuorum prouenit, *l. hoc iure cum l. ſeq. ff. de euict. Afflict. de iure prothomis, §. 2. n. 37. Roman. conſil. 503. n. 14.*

Item, quia res non ideò euincitur, quod non ſit venditoris, ſed iure ſpeciali, per notata in *leg. minor, in princ. ff. de euict.* ac prætcrea, quoniam id ius retrahendi contra emptorem competit ex iuris municipalis, ſeu conſuetudinis permiſſione, & ex emptoris extranei perſona, *argum. l. ſi per imprudentiam, & ibi notatur, & l. hoc iure, cum l. ſeq. l. ſi ſeruum, l. ſi fundum, & l. ſi mancipium, ff. de euict. Bart. in*
2 *l. exceptionem de fideiuſſ.* ita vt ſufficiat etiam ex perſona vtriuſq; rem euinci: quia tunc etiam nec euictio debetur, *l. ſed etſi de euict. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gl. 9. num. 34. ver.* quia etſi ex perſona, ſed totum damnum cedit emptori, qui vel ſciuit, vel ſcire debuit rem ſubiectam retractui euinci poſſe, *Bal. & Salyc. in l. ſi familiæ, C. famil. herciſc. Surd. conſil. 15 num. 29. lib. 1. Honded. conſil. 3. numer. 4. lib. 1. Grammat. deciſ. 101. num. 106.* ideò ſibi imputandum, ſi ijs non obſtantibus emat, *leg. quod te, in fine, ff. ſi cert. pet.* exemplo illius, qui fundum alienum emit, quoniam nec de
3 euictione agit, niſi expreſsè de ea ſibi prouiderit, *l. ſi fundum, C. de euict.* & ſæpè dictæ nam euictio hæc procedit ex
4 ipſo contractu venditionis, non autem ex cauſa antecedenti, quæ idcircò venditorem non ligat, *leg. 3. & leg. Lucius, ff. de euict. in terminis Bellamer. poſt adductos per eum in c. conſtitutus col. 3. verſic.* Nec obſtat quod illic hæres de in integr. reſtitut. *Afflict. in d. tractat. de iure Prothomis in verſic. vt infra 30. dies, in fine. Hartm. Piſtor. q. iur. lib. 2. p. 1. qu. 10. num. 9.* quicquid alias ei ſuccurratur iudicis officio quod ad pretij reſtitutionem, ne venditor locupletetur cum aliena iactura, vt declarat *Salyc. in d. leg. minor in princip. n. 2. de euict.*

5 Quod extenditur procedere in venditore domus vigore Bullæ Papalis, quæ vicino volenti ædificare ius prælationis tribuit, quo in caſu de euictione non tenetur *Tiraq. de retract. lign. §. 1. Gl. 9. n. 34 Rota inter nouiſſ. nouiſſ. deciſ. 229. n. 4. p. 4.*

6 Primò ampliatur etiam procedere, quando promiſſum fuit facere conſentire omnem perſonam habentem intereſſe nunc, vel in futurum; quoniam nec dicta clauſula intelligitur de vicino, vel conſanguineo retrahente, vel retrahere volente, ſed iſta promiſſio declaranda eſt de habentibus cauſam de præterito, non autem de iure prouenìente poſt contractum, *leg. 3. de euict. dict. leg. Lucius, cod. tit. l. 1. Cod. de peric. & commod. rei vend. cum ius vicini, vel conſanguinei oriatur poſt contractum Tiraq. dict. §. 1. Gl. 9. num. 36.* & in ſpecie, quod iſta clauſula non comprehendat vicinum, volentem retrahere, reſoluit Rota coram Cardin. Millino, in Romana retractus 28. Aprilis 1600. poſt *Afflict. de iure Prothomis, §. 2. verſ. vt infra 30. dies in*
7 *fine num. 37. Maſuer. de retract. verſic.* item ſecundum opinionem: quaſi euictio ſequatur ex natura ipſius rei, latè *Menoch. conſil. 418. per tot. libr. 5. Becc. conſil. 24. numer. 36. Aretin. conſil. 3. in princip. Surd. conſil. 70. num. 17. libr. primo.*

8 Secundò ampliatur ſupradicta adeò vera eſſe, vt etiamſi venditor de euictione promittat, non prohibeatur recuperare rem venditam ratione iuris ſuperuenientis poſt venditionem, quia futurus caſus contingens poſt perfectam emptionem non pertinet ad venditorem. *Rom. qui dicit notandum in d. conſ. 503. num. 13. verſ. vnde eſt conſequens; & ibi Addent. in ver. nouiter. Rip. in leg. qui Romæ, §. duo fratres ſub num. 77. ff. de verb. oblig. & in l. 1. col. antep. verſ. Item vult, Cod. de pact. Surd. d. conſil. 70. in fin. numer.*
9 *18.* exemplo eius, qui renunciat omni iuri quod habet, vel habere ſperat, quoniam non intelligitur renunciare iuri, quod ex noua cauſa ſuperuenit *Alexand. conſil. 41. numer. 4. libro 1. Rip. in d. §. duo fratres num. 11. Anchar. in a. quæſt. 17. num. 7. part. 2. videndus eſt Tiraquell. in dict. Gloſ. 9. num. 123. & ſeq. Rom. conſil. 22. & ibi Addent. in ver. renunciari.*

10 Tertiò ampliatur, quod nec etiam ſufficiant clauſulæ generales, cum expreſſim requiratur, quod venditor promittat rem tutam, & ſecuram ſe præſtiturum, etiam aduerſum retractum vicinorum: quo caſu tenebitur nedum promittens, ſed & illius hæres, ea ratione; quia cum ſumus in re, quæ ſui natura euincitur, non ſufficit generalis promiſſio, ſeu ſtipulatio de euictione, ſed requiritur ſpecialis expreſſio, *Bar. in d. l. ſi familiæ num. 14. verſic. vide etiam C. fam. herciſc. poſt Gl. ibi, in ver. pro parte in fine, quam ibidem ſequitur Paul. de Caſtr. num. 4. poſt Ang. in fin. & Salyc. n. 7. in 4. notab. tradit Tiraq. in d. §. 1. Gloſ. 9. ſub num. 56. verſic. ſed id tamen Salyc. Alex. Ruyn. Cranet. & cæteri adducti per Menoc. conſ. 418. n. 10. ad 14. lib. 5. Horat. Carp. ad conſt. Mediol. cap. 417. n. 759. Rol. conſil 51. ſub n. 10. & ſeq. lib. 4. Rota diuerſ. deciſ. 152. num. 4. part. 2.*

11 Fallit, quando euictio promiſſa eſſet verbis vniuerſalibus, vt puta, ſi dictum ſit quomodocunque vel qualitercunque euinceretur. *Tiraq. de retract. lign. ad fin. titul. n. 98.* quem refert, ac ſequitur *Hond. conſ. 3. n. 75. lib. 1.* quoniam eo etiam in caſu cenſetur promiſſa euictio, quæ fit ex natura rei, ſic *Tiraq. de retract. lignag. d. §. 1. Gl. 9. n. 34. 55. 56. 96. & 98. Rota d. deciſ. 152. in fine.*

12 Secundò fallit, vt venditor de euictione teneatur, etiam quod nominatim venditor de euictione non promiſerit, vbi dixerit emptori, quod res non erat ſubiecta retractui, ſic *Tiraq. poſt Cyn. Bar. Bald. Paul. Caſtr. Aret. Curt. ſen. & Rip. quos citat de retract. lignag. ad fin. tit. n. 99.*

13 Tertiò fallit, ſi ex probabilibus coniecturis ſatis appareat, venditorem voluiſſe teneri de euictione etiam ex cauſa retractus quia non minus tunc tenetur, quam ſi manifeſtis verbis id cautum ſit. *Caball. de euict. §. 5. n. 35. Hartman. Piſtor. q. iur. lib. 2. d. q. 10. n. 10. Alciat. conſ. 133. n. 5. et conſ. 138.*

14 Quartò ampliatur, vt nec etiam dicta clauſula operetur, quod venditor teneatur ad refectionem melioramentorum, ſi quæ fecit emptor, antequam declarauerit velle emere, quia cum promiſſio non extendatur ad futura poſt contractum, vt ſupra fuit dictum, non etiam refici debent melioramenta, damna, ſeu intereſſe, quidquid ſit inter emptorem & vicinum, præſertim cum emptor cogitare potuerit quod vicinus retrahere poterat, *l. quod te in fine, ff. ſi cert. pet.* & in terminis, quod melioramenta reficienda non ſint, cenſuit Rota coram Card. Mant. in Romana retractus 25 Maij 1599. & coram Cardin. Millino in Romana retractus 28. Aprilis 1600. vbi, quod nec
15 etiam excuſandus eſt, emptor, eo ſub prætextu, quod venditor

ditor teneatur denunciare vicino ; non ergo interim em-
16 ptor debet meliorare niſi prius certus ſit, quod ei res em-
pta per vicinum non auferatur, *l. Bart. in conſuet. Burgund.*
tit. de retract. §.481. quem adducit *Card. Millinus vbi ſupra,*
17 exemplo illius, qui fundum alienum emit, a quo de euí-
ctione non agitur, niſi expreſsè de ea ſibi cauerit, *d. leg. ſi*
fundum, C. de euict. et in ſpecie notat. Tiraq. de retract. ligu.
§.1. *Gloſ.* 9. *n.* 34. *verſic. præterea emptor, et eod. titul.* §.12.
Gl. 1. *n.* 7. *et* 8.

18 Quintò ampliatur, vt locum ſibi quoque vendicet in
fideiuſſore in inſtrumento venditionis conſtituto, qui nõ
impeditur, quominus vti poſſit beneficio ſtatuti, vt tam-
quam vicinus recuperare poſſit rem ipſam venditam per
eum pro quo conſtituit ſe fideiuſſorem, nam fideiuſſor de
19 euictione non tenetur, quando res vendita euincitur ex
beneficio ſtatuti admittentis vicinum ad retrahendum, in
ſpecie ita voluit *Dec. conſ.* 68. *n.* 15. *lib.* 2. & *conſ.* 105. *libr.* 1.
Balthaſſar Benedellus de iure Prothomiſ. in rub. n. 63. quem
refert ac ſequitur nouiſſimè *Ant. Ering. in tract. de fideiuſſ.*
c. 27. *n.* 48. *p.* 5. & *Peregr. deciſ.* 19. *n.* 10.

20 Extenditur idem procedere in hærede fideiuſſoris qui
de euictione promiſit, qui agere poteſt, & rem vendicare
nomine proprio, non enim hoc caſu militat regula *l. ven-*
dicantem de euict. quem de euictione tenet actio &c. Alex.
conſ. 3. *n.* 1. *lib.* 3. *Aret. conſ.* 3. *in princ. Hier. Grat. conſ.* 29. *n.*
37. & 38. *lib.* 2. & *declarat in ſpecie Ruyn. conſ.* 220. *n.* 3. *lib.*
1. *Menoch. conſ.* 89. *n.* 14. *lib.* 1.

21 Comprobatur, quia ſemper quilibet contractus, & con-
uentio a ſtatuto ciuitatis informatur. *Alex. conſ.* 9. *n.* 2. *in*
fine lib. 5. *Hipp. Rim. conſ.* 388. *ſub num.* 5. *verſ. ſed tamen re-*
ſponderi poteſt lib. 3. Nec ideo dubitandum, quod agnatus
retrahere poſſit bona alienata virtute ſtatuti ita diſpo-
nentis, cum intelligatur quis ea lege vendidiſſe, vt liceat
agnato proximiori redimere, quaſi ſtatuti diſpoſitio in-
eſſe videatur contractui. Quare venditoris hæres, qui re-
dimit, improbare non dicitur factum defuncti, ex quo
contrahentes animum ſuum conformare cenſetur cum
diſpoſitione ipſius ſtatuti. *Soc. iun. conſ.* 4. *n.* 10. *lib.* 1. *Tiraq.*
d. §.1. *Gl.* 9. *n.* 50. *Card. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib.* 3.
22 *tit.* 8. *n.* 14. qui hoc latè proſequitur, cum & id non conſe-
quatur vt hæres, ſed ex legis diſpoſitione, & alio iure, quã
hæreditario, vnde in hoc non dicitur contrauenire facto
defuncti. *Cephal. conſ.* 412. *n.* 27. *cum ſeq. lib.* 3. *Honded. conſ.*
23 14. *n.* 34. *lib.* 1. quando enim ius competit ex perſona pro-
pria licita eſt contrauentio facto defuncti. *Alex. Corn. Iaſ.*
& *alij per Crauett. conſ.* 200. *ſub n.* 7. *in fine, verſ. Poſtremò*
conſidero. Burſat. conſ. 91. *n.* 22. *lib.* 1. cum cęteris, de quibus
per *Natt. conſ.* 470. *n.* 10. *ad* 18. *Menoch. d. conſil.* 89. *n.* 12. *ad*
16. *lib.* 1.

24 Secundò extenditur ampliatio prædicta, vt ſibi vendi-
cet etiam in filio, & hærede venditoris, qui de euictione
tenetur, & ad intereſſe emptoris, quando res euicta non
ob culpam, ſeu defectum dominij, ſeu non iuris ipſius vẽ-
ditoris, ſed alia de cauſa proximitatis, & retractus, cum
ſolum teneatur ad pretij reſtitutionem quod equidem
pretium iam habet per ipſum retractum ; vt in terminis
concludit *Henrich. Boich. in c. conſtitutus in princ. ſub num.*
1. *verſ.* & ad argumenta, & iura in contrarium de reſtit. in
integr. vbi *Ægid. Bellam. colum.* 3. *in princip. verſ. Petrus de*
25 *Quercu.* vbi addit, quod talis ſuccedens non impugnat fa-
ctum patris, & eius cui ſuccedit, cum contractus adhuc va-
leat, licet retrahat, nam id facit, non tamquam hæres ; ſed
vti alius, ſcilicet proximior, ſeu vicinus, *arg. l. fin. ff. de euict.*
l. rem alienam, §.1. *de pign. act. Gl. fin. in l. ſi Titio, de pign. l. ſi*
quis alienum de actio. empt. Io. Nicol. Arelat. in repetit. l. ge-
neraliter p. 2. *n.* 34. *C. de ſecund. nupt. Feron. in conſuet. Bur-*
degallen. in tit. de retract. §.3. *ad fin.* & *deciſ.* 12. *in princip.*
Ari. Pinell. in l. 1. *p.* 3. *ſub n.* 99. *verſ. fallit quinto. C. de bon.*
matern.

26 Quodque filius, vel proximior conſanguineus etiam
venditoris hæres, qui fortè deceſſerit infra tempus retra-
ctus, poſſit retrahere rem patrimonij, vel auitam a ſuo te-
ſtatore venditam, vel ſi ei in vita alienantis ſucceſſit, & hę-
res extitit, iuſtę litem proſequi valeat ſuper ipſo retractus
poſt *Montal. Anton. Gomez. Ari. Pinell. & Matient. de ve-*
riori, & communi ſententia teſtatur Io. Guttier. Pract. q. lib.
2. *cap.* 149. *n.* 2. quidquid in contrarium voluerunt *Florian.*
Petr. de Anchar. & Bertrand. ibidem ab eo citati, num. 1. *ſe-*
quuntur Maſuer. in prax. tit. de retract. §. *Idem ſecundum*
opinionem. Tiraq. de retract. lignag. §.1. *Gl.* 1. *n.* 51. *ad* 54. *Caſ-*
ſan. ſuper conſuetud. Burgund. rubr. 10. *de retract.* §.1. *in tex-*
tu ibi, l. homme em ſemme, n. 8. *nouiſſimè Roſent. de feud. cap.*
9. *membr.* 2. *concl.* 76. *num.* 7. *p.* 1. *Thauuę. de inuentar. par.* 7.
num. 219.

27 Illudq; ius acquiritur etiam ignorantibus. *Bald. in rub.*
C. reș inter alios acta n. 5. *Dec. conſ.* 88. *n.* 1. *Boer. deciſ.* 13. *n.*
32. & *probatur ex notatis per Bart. in repetit. l. omnes popu-*
li, in quinta qq. princ. ff. de iuſt. & iure. Vbi inquit, quod ſta-
tuta, quæ afferunt commodum, ſtatim operantur ſuum
effectum ; & ex illis etiam ignoranti acquiritur, allegat
text. in l. cum pater, §. *Surdo ff. de leg.* 2. arguendo ad vltima
28 voluntate ad ſtatuta. Non mirum ergo non filius id age-
re valeat, cum ſit agnatus patri, & è contra in primo gra-
du, *l. filius, ff. de ſuis, & legit.* §. *ſed & ſi quis nepotis. Inſtitut.*
de adopt. Cuiac. obſeruat. lib. 14. *cap.* 11. *verſ. quid enim eſt*
certius.

29 Rurſus, quia ratio cõgrui fortius militat in filio, quam
in remotiori in gradu, ſeu agnato, & in filio emancipato,
reſponderunt *Soc. iun. conſ.* 4. *lib.* 2. & *in eodem caſu M.*
Mant. conſ. 29. *lib.* 1. & *generaliter Bal. in l. qui ſe patris col.*
pen. C. de legib. Tiraq. de retract. lignag. §.1. *Gl.* 9. *nu.* 47. *cũ*
ſeq. & idem in filio ſoluto per obitum patris, tradunt
Doct. præcitati, in ſpecie retract. ſequitur *Euerard. in ſua*
centuria legali in loco a correſpectiuis, ſeu de tanquam, ſub
30 *num.* 29. *verſ. trigeſimotertio, facit Gabr. concluſ.* 11. *num.*
29. *limitat.* 12. *verſ. infertur igitur de reg. iur. vbi etiam alle-*
gat Io. Nicol. in d. l. generaliter par. 2. *num.* 34. *C. de ſec. nupt.*
Hartman. Piſtor. qq. iur. lib. 2. *quæſt.* 9. *num.* 38. *par.* 1. & *no-*
uiſſimè Roſental. de feud. dicto cap. 9. *membr.* 2. *concluſ.* 99.
num. 8.

31 An autem præmiſſa locum habeant in filio in poteſta-
te, maior eſt difficultas.

Nam *Marc. Mant. in d. conſ.* 29. *col.* 3. *verſ.* nec contenti,
ſenſit, quod filius ſit inhabilis ratione patriæ poteſtatis,
dum expreſſit ſimile ſtatutum Paduæ, in ea parte videli-
cet, ſed quilibet agnatus venditoris, qui ſit habilis, & ca-
pax ad acquirendum, exponit, reſpectu patriæ poteſtatis,
& quod de ſuis pecunijs acquirat, clarè ſentiens, quod fi-
lius in patria poteſtate ob id inhabilis cenſeatur. Cuius
ſententiæ accedit, quod filius in poteſtate regulariter non
habet pecunias de quibus poſſet retrahere, & emptor de
facili fraudaretur : quoniam pater venditor ſibi ſubmini-
ſtrando pecunias filius retraheret, & patri acquireret,
ad regulam *leg. placet, ff de acquir. hæred.* vnde cum pater
ex ſua perſona non poſſet, non etiam poſſe debet me-
diante perſona filij, ad *text. in l. qui in ſeruitutem, & in leg.*
quæritur, ff. de bon. lib. conferunt ſcripta per Caſſan. in con-
ſuetud. Burgund. titul. de retractat. §.1. *Gloſ.* 2. *in vltim. quę-*
ſtione.

32 Sed, quod immò filius in poteſtate acquirat ſibi, ſiue ſit
maior, ſiue minor, ac etiam infans, ſeu in vtero exiſtens,
decidit *Boer. deciſ.* 12. *n.* 2. *cum ſeq.* & *deciſ.* 138. & *latè Pe-*
regr. d. deciſ. 19. *a n.* 14. *vſque ad* 21. cum etiam minoribus,
& pupillis, patre viuente, concedatur ſimile beneficium
retractus; & hodie in aduentitijs proprietas ſit filij, & vſu-
fructus ſit patris, *l. cum oportet in princ. C. de bon. quæ liber.*
ſicut eſt retractus, qui dicitur aduẽtitius, vt per *Tiraq.* poſt
33 adductos per eũ *d.* §.1. *gl.* 9. *n.* 59. & *n.* 70. *ad* 76. Vbi quod

Digitized by Google

neque hoc caſu pater habebit vſumfructum in dictis bonis retractus. *Bellamer. in d. cap. conſtitutus col. 10. verſ. plus dicebam de reſtit. in integr.* & à contrario quod filius nihil
34 habet, reſpondet latè *Tiraq. vbi ſupra d. §. 1. gl. 9. nu. 59. & 76.* Filijs enim ius redimendi alienata per patrem datur ipſo viuente, ex quo patris poteſtas intelligitur, quoad commoda filiorum. *Ar. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 74. in fine, C. de bon. matern.* & ſtante poteſtate redimendi data proximioribus, filius dicitur agnatus proximus, vt prædixi *in leg. ſi ſuus. ff. de ſuis, & legit.* & eſt magis communis opinio, vt per *Andr. de Iſern. Prapoſit. Aluarot. Afflict. & cæteros in c. 1. §. Titius, ſi de feud. fuer. content. Bal. conſ. 276. lib. 1. Myſinger. ſing. obſeruat. cent. 4. obſeruat. 85. nu. 2. Cure. de feudis par. 4. num. 151. Iaſ. conſil. 56. lib. 3. de veriſſima, & magis communi teſtatur Scrader. de feud. part. 8. cap. 7. num. 9. & 10. Ari. Pinell. in d. l. 1. par. 3. num. 74. C. de bon. matern. Roſental. de feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 82. num. 12. & quaſt. 67. & 88. ſub dicto cap. 9. Peregrin. dict. 2. decıſ. 19. num. 17. & 18.*

35 Primò limitatur hæc vltima recepta ſententia, quoties vendens rem ſubiectam redemptioni promiſiſſet rem eſſet tutam, & ſecuram, etiam aduerſus retractum conſanguineorum, quia tunc ſtante iſta ſpeciali, & expreſſa promiſſione, hæres patris vendentis non admittitur ad retrahendum, ex *text. in l. Sera, ff. de euict. ſic Tiraq. de retractu. lignag. §. 1. Gloſ. 9. n. 36. & n. 53. & 55.* quem ſequitur *Gutierez. d. q. ſen c. 149. num. 3.* Quicquid aliud ſit quando eui-
36 ctionis promiſſio eſſet generalis, quæ non impediret quin filius retrahere poſſet *Ph. mac. de inuentar. p. 7. n. 209. poſt Bar. & Doct. in l. ſi familia, vbi Gl. in ver. quod ſi vel c. fam. hercıſ. Martin. Laud. & Card. Alex. in cap. 1. col. 1. ſi de feudo ob aliquo interpell. fuer. Alex. conſ. 21. n. 6. lib. 5. Aret. conſ. 3. n. 1. Ruyn. conſ. 72. n. 5. lib. 1.*

37 Secundo limitatur, quando per venditorem promiſſa fuiſſet euictio obligando etiam bona hæredum, quia tunc filio non daretur ius retractus. *Honded. d. conſ. 5. n. 63. lib. 1.* Nam augetur obligatio, vbi obligantur bona hæredum, *Bal. in l. qui ſe patris n. 32. Cod. vnde liber. Rol. conſ. 97. n. 47.*
38 *lib. 1. Parıſ. conſ. 16. n. 42. lib. 1.* Nemineq; dubium eſt, quod teſtator obligare poteſt eius hæredes, & bona eorundem, *Bal. in l. ſi officialis, C. qui potior. in pign. habeant Cephal. conſ. 392. n. 35. lib. 3.*

39 Sublimitatur non procedere, quando hæres accepiſſet hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij. *Afflict. deciſ. 311. n. 56. & Rol. qui de communi dicto conſ. 97. n. 46. ad 53. lib. 1. ſed videas infra n. 40.*

40 Tertius limitatur, ſi filius non eſſet natus, nec conceptus tempore contractus; quia ex quo omninò erat inhabilis, licet poſtea naſcatur, non efficitur habilis ad retrahendum: nam huiuſmodi ſtatuta, & ordinationes regulariter loquuntur de eo, qui ſit habilis, & capax ad acquirendum tempore venditionis, vt in ſtatuto Paduæ conſuluerunt *Marc. Mantua. d. conſ. 29. nu. 33. & Soc. iun. d. conſil. 4. lib. 2. & in ſtatuto Lucenſi Dec. conſil. 221.* viſo, & in cæteris in conſuetudinibus. *Tiraquell. de retract. lignag. d. §. 1. Gl. 9. n. 82. & ſeq. vſque ad n. 101. ſequitur Peregr. d. deciſ. 19. n. 16.*

41 Et præmiſſa locum habent, ſiue filius ſit hæres patris cum beneficio legis, & inuentarij, ſiue etiam abſolutè, prout ita ſæpiſſimè obtinuiſſe, & obtentum vidiſſe teſtatur *Peregr. deciſ. 21. ſub n. 5.*

42 Præterea notandum eſt, quod emptor à quo res per agnatum iure agnationis retrahitur, non tenetur agnato retrahenti de euictione, ea ratione, quia emptor non vendit ſponte, ſed iure municipali, ſeu conſuetudine cogente rem emptam reſtituit agnato ſeu vicino vt per *Peregr. d. deciſ. 21. ſub n. 7. in fine.*

43 Atque inſuper quod quando euictio ſequitur ex natura ipſius rei non ſolum contra venditorem de euictione agi non poterit, vt ſæpè dixi, ſed neque a damna, neq; ad intereſſe nec ad expenſas litis nec ad fructus perceptos, ante vel poſt litem captam, vti acceſſorios ad rem prin-
44 cipalem licet promiſſum quoque fuerit de euictione, niſi ſpecialiter, & expreſſe de illis etiam dictum fuerit: quicquid aliud ſit in pretio, quod reſtituendum erat niſi ſcienter voluerit emere illam rem, quam aliquando ſciebat fore reſtituendam, & in caſu in quo pretium reſtituere tene-
45 tur, ad illud tantum tenebitur quod venditionis tempore accepit, adeo quod augmentum, & diminutio non conſideretur, ſed ſolum bonitas & ſtatus, in quo reperiebatur tempore contractus, vt in omnibus prædictis caſibus latè
46 reſpondit *Iacob. Menoc. conſ. 418. per tot. lib. 5.* vbi idem firmat in locatione, feudo, ac ſimilibus, de quibus per *Dec. conſ. 421. n. 4. Nat. conſ. 181. n. 8. lib. 1. & Gozadin. conſ. 15.*
47 *verſ. quarto reſpondeo.* Prædictis adde, quod euicta re paterna luenda venditor non tenetur de euictione, cum ſit legis euictio, vt notat *Afflict. in tract. de iur. Prothom. §. 3. n. 21. Alciat. conſ. 138. n. 1. Ruyn. conſ. 42. n. 14. & conſ. 81. n. 2. lib. 1. conſ. 156. circa fin. lib. 5. Tiraq. de retract. lign. §. 1. Gl. 9. n. 34. cum ſeq.*

48 Fallit ſi ſpecialiter promittatur de euictione in hoc caſu nec promiſſio generalis ſufficit *Tiraq. d. Gl. 9. n. 57.*

ARGVMENTVM.

Venditor in alienatione rei retractui obnoxiæ, an teneatur denunciare. Et denunciatione non facta de euictione teneatur.

Retractus iure vti volens, quid obſeruare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio requiritur in alienatione rei iuri retractus obnoxia.*
Et quidem ſecundum aliquos in ſcriptis, & non extraiudicialiter, n. 1.
Declaratur, vt n. 8.
Sed quod extraiudicialiter valide fieri poſſit, numero 3. 6. & infra.
4 *Denunciatio in iure retractus fit, vt denunciatus ſciat venditionem faciendam ad hoc, vt ſi velit, emat.*
Et ſufficit, quod fiat coram amicis, & vicinis ad domum denunciati, n. 5.
Et quocunque loco, nec Pretoris auctoritas requiritur, num. 7. & 9.
10 *Venditio ſi facta ſit ad ſubhaſtationem tempore elapſo, excluditur vicinus.*
11 *Venditor in denunciatione facienda occaſione retractus declarare debet verum pretium, alias nulliter agit.*
Et nullitate denunciationis ſtante conſanguinei, ſeu vicini nedum quandocunque ad retractum admittuntur, ſed venditor tenetur de euictione, ſecus ſi culpa ceſſaret, n. 12.
Ampliatur eo magis procedere, ſi emptor, qui ſtatuti ordinatione ſciebat, de euictione expreſsè conuenit, n. 13.
Vel etiamſi venditor promiſerit emptorem conſeruare indemnem ab omni lite, & moleſtia, n. 14.
Vbi & a quo allegari poſſit nullitas.
15. *Ius retractus acquiritur etiam ignorantibus.*
16 *Denunciatio facta patri occaſione retractus, an noceat filijs, diſtinguitur.*
17 *Retractus iure vti volens ante omnia pretium offerre debet, & hoc*

& hoc emptori, ſi res eſt tradita, denunciet: ſi non eſt tradita, venditori denunciaſſe ſufficit.

Dominus tamen, ſi emptor illi debeat; poteſt compenſare, ibidem.

Dummodò liquidum, vel infra tempus liquidetur ſoluendi, ibidem.

Item dummodò pretium ſit certum, vel ſi ſit incertum, deponat cum oblatione, & proteſtatione, ſe integrum ſolutum, cum de pretio certior fuerit factus, ibidem.

Nam ad conſequendum hoc ius ad in primis impleri debet, num. 18.

Nec ſatis eſt pignora, aut fideiuſſores offerre, num. 19

Etiamſi pretium, quod emptor, aut dare paratus eſt, aut promiſit, aut iam numerauit, iuſtum rei valorem excederet, num. 20.

Adeo vt etiam tempus ſit pars pretij, n. 21.

Et eiſdem conditionibus, & terminis ſoluendum eſt a retrahente, nu. 21.

Et ſumptus tempore contractus refunduntur, n. 23.

Quamuis plures contrarium teneat, n. 24.

Excepto ſi conuenerit, ne alij, quam conſorti vendatur numero 25.

In quo diſtingit. Afflict. numer. 26. Licet author non teneat ibidem.

Et prædicta conceduntur, dummodò fiant abſque fraude, numero 27.

Quin agnatus non audiretur offerens pretium ſolum ſecundum rei valorem, n. 28.

Et quid dicto in caſu agendum, n. 29.

30 *Emptor interim quod res ab eo euinci poteſt, tenetur de damno ex ſua culpa, & negligentia in re contingente, quando emit cum pacto de retrouendendo, vel aliqua ex cauſa ſuſpicari poteſt rem emptam ab ipſo euinci poſſe.*

31 *Denunciatio an fieri debeat agnato, qui lucre non poteſt, & ſi fiat, an fiat præiudicet.*

32 *Denunciatio quando facienda eſt pupillo agnato, debet ſimul fieri etiam tutori, & vbi copia tutoris haberi non poteſt, ſic valide pupillo.*

Quæſt. CXXXV.

IN iure retractus an requiratur denunciatio facienda ab alienante conſanguineo, vel vicino, vt illum afficiat alienatio, alia eſt quæſtio.

1 Et requiri expreſſim habetur in *l. denunciaſſe, vbi Bart. ff. de adult.* & habetur poſt alios per *Guliel. Onciacum. A-*
2 *cademicarum quæſt. lib. 1. c. 40 num. 2.* & quidem ſecundum pleroſque in ſcriptis, & non extraiudicialiter facienda eſt, argum. eorum, quæ dixit *Bart. Caſſane. in conſuet. Burgund. rubr. 11. §. 4. in ver. Sendemonce. num. 1. & 2.* Vbi ait denunciationem in ſcriptis eſſe debere, & oportere notificari parti.

3 Sed in contrarium in caſu, de quo quæritur, & ſic in iure prothomiſeos, & retractus, quod ſtrictenus fieri poſſit denunciatio, & per teſtes probare voluit *Afflict. in tract. de iure protomiſ. §. 2. nu. 14. & ſeq. Ioan. de Amic. conſ. 145. per totum,* loquens de conſtitutione ſanctimus, ex quo denunciatio iſta fit ad finem, vt denunciatus ſciat venditio-
4 nem faciendam ad hoc, vt ſi velit, emat, vt per *Bero. conſ. 174. numer. 8. 13. & ſeq. plur. lib. 1.* ex *mente Bartol. in l. non ſolum, §. morte, ff. de nou. oper. nunciat. Ant. de Butr. &*
5 *Abb. in c. cum M. Ferrarien. de conſtit.* Vbi dicitur ſufficere, quod denunciatio fiat coram amicis, & vicinis ad domum denunciat: quod voluit etiam *Tiraq. in tract. de retract. conſanguin. §. 9. Gl. 2. numer. primo. Io. de Amic. dict. conſ. 145. & Afflict. in d. tract. §. 2. numer. 15. arg. l. cum eum, qui alter, §. 1. ff. quod vi, aut clam, & d. l. denunciaſſe, ff. de a-*
6 *dult.* Quodque ſine ſcriptis fieri poſſit, notat *Bart. in lege fin. C. de negot. geſt.* vbi dicit denunciationem in ſcriptis, &
7 ſine ſcriptis, prout quiſque voluerit, fieri poſſe. Idem *Bar. in d. l. non ſolum, §. morte poſt n. 15.* qui dicit, quocunque etiam loco fieri poſſe, cum ſit actus extraiudicialis in quo Prætoris authoritas non requiritur, ſequitur *Felyn. in d. c. cum M. Ferrarien. nu. 59. & in indiuiduo reſpondit Pancir. conſ. 16 num. 9. libro primo.* Sed vide quę ſcribit *Carp. ad ſtatu. Mediol. c. 417 n. 800. & ſupra.*

Non obſtant in contrarium adducta.

8 Nam Caſtane. & alij, qui eum ſequuntur, loquuntur in denunciatione, quę ab emptore fit venditori, cui ſuper re empta fuit lis mora, & denunciatio fit ex parte emptoris ad hoc vt de euictione teneatur tam pro re principali, quam etiam pro intereſſe, ac expenſis; quo in caſu requiritur quidem litis denunciatio in ſcriptis ſaltem, vt a die denunciationis teneatur denunciatus ad expenſas; & ita loquuntur omnes Doctores ſentientes denunciationem in ſcriptis fieri debere, vt, & dicit *Oncian. d. c. 40. num. 2.* de quo verba non facit *Caballin. de euict. §. 3. nu. 4.* & infra; & nos diximus *ſupra, q. 3. & ſeq.* quoniam in illo caſu neceſſaria eſt denunciatio in ſcriptis, vt illius occaſione venditor parte defenſiones ad iura petentis elidenda ad differentiam denunciationis requiſitæ in caſu retractus, quæ,
9 vt dictum, ſufficit vt fiat quoquomodo ad vicinum ipſum certificandum, & ad effectum tollendæ ignorantiæ, dum tamen probetur eam fuiſſe factam, *leg. amplius, ff. de rem rat. haberi Afflict. d. §. 2. num 11.* & ante cum *Iacob. de Beluiſ. in l. emptor. C. de euict. Alex. conſ. 24 n. 6. lib. 4. & conſil. 136. per totum, lib. 7. Pariſ. conſil. 81. ad finem libro 3. Soc. iun. conſil. 1. num. 18. lib. 1.*

10 Quare *Dec. conſil. 222. ſub nu. 7. verſ. tertio principaliter,* reſpondit, quod ſi venditio facta ſit ad ſubhaſtationem, tempore elapſo excluditur vicinus, quia non poteſt allegari ignorantia eorum, quæ publice fiunt, licet ego verè ſentiam ſolam ſcientiam non ſufficere, niſi etiam fiat denunciatio, quæ ſimpliciter non requiritur ad effectum habendi ſcientiam: quoniam vbi ſcientia deſideratur ad effectum, ne quis poſſit prætendere; & allegare ignorantiam, verum eſt quod certus certificari non debet: at vbi denunciatio requiritur non ad effectum habendi ſcientiam, ſeu ad excludendum ignorantiam, ſed ad limitandum, & coarctandum ius perpetuo competens ad breuiorem terminum, tunc eſt neceſſaria denunciatio, & proteſtatio in citatoria, *ad text. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. non. nunciat.* præſertim, vbi denunciatio a lege pro forma requiritur, vt concludit *Affl. in tract. Prothomiſ. in §. vt intra 30. dies, nu. 2. 3. & 4. & Tiraq. de retract. municip. §. 36. Gl. 2. & 11. queſt. Paul. de Caſtro conſil. 351. & conſil. 430. lib. 2. Mant. conſil. 117. colum. 2. lib. 2.*

11 In qua denunciatione venditor declarare debet verum pretium alienationis & non maius, ob quod fortè conſanguineus, vel vicinus territus retrahere, nolit quia quatenus fraus in his ex parte venditoris adhiberetur, illis non curreret tempus, ſiue iuris communis, ſiue etiam iure municipalis ad retrahendum, *Bal. in tract. Prothomiſ. col. antepen. verſ. contrarium d. propter duo, vbi ad hoc allegat l. fin. C. de iure emph. ſequitur Afflict. in d. tract. §. vt infra 30. dies col. 2. verſ. ſed vlterius quæritur. Tiraqu. de retr. lignag. §. 36. gl. 2. n. 2. & 3.*

12 Ex quibus infero, quod ſi culpa, & dolo venditoris non exprimitur verum pretium, & bannimenta, ſeu denunciationem ex forma forte ſtatuti requiſitam fieri non curauit per illorum omiſſionem venditio redderetur nulla; qua nullitate ſtante conſanguineus, vel vicinus nedum admittendi ſunt quandocunque ad retractum, ſed venditor teneretur de euictione, poſtquam ob eius defectum cauſatur nullitas, & euictio, quamuis ſi culpa ceſſaret non daretur euictio, argum. *l. ſi ſeruus, §. fin. & l. hoc iure, ſimil. a,*

& ſeq.

Digitized by Google

l.ſeq.ff.de euict. quæ iura conſiderant culpam venditoris,
de euictione teneatur, faciunt ſcripta per Afflictum in d.
tract.Prothomiſ.§.4.n.21.Hond.conſ.3.numer.74.libr.1. qui
num.ſeq. id ampliat eo magis procedere,ſi emptor ſtatu-
13 ti ordinationem ſciebat, de euictione expreſsè conuenit,
vt per Alciat.conſ.33.nu.5. & Caballin.de euict. §.5.n.35.
14 vel etiamſi venditor promiſiſſet emptorem conſeruare
indemnem ab omni lite, & moleſtia. Burſat. conſil. 173.
numero 42.libro ſecundò, Dec.conſ.233. numer.3. quæ ſin-
gula notanda ſunt pro limitatione eorum quæ dicta ſunt
in præcedenti quæſtione.

Addo ego,quod ſupradicta nullitas allegari non pote-
rit per conſanguineum hæredem, qui petit, ſe admitti ad
retractum, cùm hæres non poſſit impugnare alienatio-
nem vti nulliter factam ob non ſeruatam formam ſtatuti,
cum iſta nullitas ſit fauore conſanguineorum vicini, &
aliorum,quibus datur facultas retrahendi, quæ ſicut alle-
gari nequit per ipſummet venditorem, qui contraxit, ſi
viueret, ita neque per eius hæredem, quidquid aliud ſit
quando principaliter nullitas eſſet propter fauorem pu-
blicum: quo caſu, tam ille qui contraxit, quam eius hæ-
res poterit actum impugnare, leg. quemadmodum, Cod.
de agric.& cenſib.lib.vndecimo,Bart.in leg.ſi quis pro eo, n.
7.de fideiuſſ.Iaſ.in leg.iuriſgentium, §.ſi paciſcar. nu.4.ff.de
pact.Bald.in leg.cum à matre col.1.Cod.de rei vendicat.cum
cæteris de quibus latè per Menoch.conſ.89. à num.82.vſque
ad 89.lib.1.

Verum dubitatur, an denunciatio facta patri præiudi-
cet filijs:nam ſcimus,quod facta venditione,ſtatim ius re-
trahendi quæritur tam patri,quam etiam filijs familias,vt
15 dixi in precedenti quæſtione, dummodo ſint habiles, &
capaces ad acquirendum bona in loco; quod ius, vt dixi,
acquiritur etiam ignorantibus, iuxta quæ habentur per
Bar.in leg.omnes populi in 5.q. princ.ff. de iuſt. & iure Boer.
deciſ.13.n.32. Qua in re diſtinguit Peregr. in deciſ.19. ſub
16 num.12. quod aut denunciatio facta fuit patri vti patriti-
cam, & ita etiam nomine filiorum, & tunc etiam præiu-
dicet filijs ſuis.

Aut facta extitit denunciatio patri, non vti patri, ſed
proprio eius nomine expreſſo,& tunc non præiudicat fi-
lijs in iure ſuo,quia ex ea denunciatione bene inferri po-
teſt,quod facta videatur ad reſtringendum ius patris, ſed
non ius filiorum, de quibus explicitè aut implicitè di-
ctum fuit, & ita de facto obtinuiſſe teſtatur.

17 Sed & illud obſeruandum in materia, de qua agimus,
quod hoc ius retractus requirit, vt eo vti volens, ante
omnia pretium offerat,ca.1.§.ſed etiam res,ibi,pro æqua-
li pretio per quos fiat inueſt.& ibidem Iſern.num.3. Bald.
num.1.Aluarott.num.3.4.& 9.Præpoſit.ſub num.1. verſic.
ſi vaſallus vult vendere.Afflict.num.4.Schenck. num.3.&
4.Ballarant.num.14.Tiraq.de retract.lignag.§.primò,Gloſs.
17.nu.6.Cannett.in extrauag.volentes, §.& quia ſtat.Sect.
90.numer.17.Ferron.in conſue.Burdegalen.tit.2. de retract.
§.1.& §.14.arg. c.conſtitutus de in integ.reſtit. dominus ta-
men,ſi emptor illi debeat,compenſare poterit, vt per Ti-
raq.de retract.lignag.§.3.gloſs.3.numer.2.Modern. Pariſ.in
conſuet.Pariſ.§.13.Gloſ.7.num.10.& 11.modò liquidum
ſit vel intra tempus ſoluendi liquidetur, & integrum
pretium reſtituat, vel offerat neceſſe eſt, ad text.in leg.Iu-
lianus,§.offerri,ff.de actio,empt.leg.quidam. æſtimarunt.ff.ſi
cert.petat. Item modò pretium ſit certum, quod ſi igno-
ret retrahens deponat cum proteſtatione; & oblatione
quod reliquum ſoluere ſit paratus, vbi de pretio certior
ſit factus per leg.ſtatu liber rationem, ff.de ſtat. lib. Boer.
deciſ.112.num.ſecundo.in fin.Gayll.obſeruat.lib.2. capit.10.
num.6.in fine,& ſeq. & prædicta emptori, ſi eſt res tradi-
ta,denunciet,ſi autem non eſt tradita venditori,denuncia-
bitur, vt reſpondit Vueſembecc. conſil.73. conceſſum eſt à
Duce num.75.libr.ſecundo, dicens offerri debere emptori
à domino redimente pretium,quod dedit,non enim pre-
tium ab emptore nondum ſolutum retrahens offerre de-
bet,non habita rite fide. Modern.Pariſ.d.§.13. Gl.8.nu.6.
18 & 8.vbi,an debeatur purè, quem videas: nam cum hoc
caſu facto opus ſit ad conſequendum hoc ius, id in primis
impleri debet,arg.l.accepiam,& ibi notatur, C.de vſur.leg.
ſi reſiduum,C.de diſtract.pignor.& eorum, quæ notantur in
l.1.ff.de liber.& poſthum.Bald.in c.licet num.1. ſi de feud.de-
functi.fuer.controuerſ. facit etiam l.ſi rem alienam, §.fin.ff.
de pign.action.& leg.in teſtamento,ff.de condit.& demonſtr.
Alex.conſil.119.viſo proceſſu numer.primo,& ſecundo libr.
primò, Dec.conſil.421. plenè, & ſubtiliter,num.6.& ſeq.&
cæteri,quos adducit Tiraquell.de retract. lignag. tit.1. Gloſs.
57.num.6.

19 Nec ſufficit pignora,aut fideiuſſores offerre. Tiraq. d.
tract.de retract.§.3.Gl.3.num.14.& ſeqq. ſi eſt certum, &
liquidum, iuxta quæ ſuperius dixi, ſub num.17.Hartman.
Piſtor.q.iur.lib.2 quæſt.12.num.6.arg.leg. quod ſi non ſolue-
re,ff.de pignor.actio.& lege item liberatur,§.qui paratus eſt,
ff.quibus mod.pign.vel hypoth.ſolut.leg.4.§.ait Prætor,ff.de
re iudicat.& hoc adeò verum eſt,vt etiamſi pretium,quod
venditor, aut dare paratus eſt,aut promiſit, aut iam nu-
20 merauit, iuſtum rei valorem, & æſtimationem excede-
ret, capit.primo,§.porrò.Qualiter olim, & §.ſed etiam res
per quos in inueſtit. ibi pro æquali, nempè illi, quod
emptor vult dare, &c. & ibi, ſi quod dederit. Moder.
Pariſ.in conſuetud.Pariſienſ.§.13.Gl.5.num.9. 56. & alibi
ibidem,& Gloſ.8.per totam. Tiraq.de retract.lignag §. pri-
mo,Gl.3.per 101.& gl.18.num.78.& ſeqq. ita quod etiam
21 tempus pretij ſit pars.Tiraq.dicto §.primò, gloſ.16.num.32.
Piſtor. dict.lib.2.iur.quæſt.part.1.quæſt.12.numero ſeptimo,
& ſeqq.vſque ad num.14.Vueſembecc. dicto conſil.73.num.
22 76.& ſeqq. qui addit eiſdem etiam conditionibus,& ter-
minis ſoluendũ eſſe à retrahẽte,quin etſi ob onus aliquod
reale ſit alienatum, agnatus retrahens illud agnoſcere
teneatur, Afflict.capit.1.§.quid ergo de inueſt. de re aliena
fact.Piſtor.quæſt.iur.lib.2.part.1.quæſt.6.num.69. & infra,
vſque ad num 71.Afflict. in tract. de iure Prothomiſc. num.
30.confert Gayll.obſeruat.libr.2.obſeruat.19.numer.8.& 9.
23 vbi etiam ait, ſumptus tempore contractus refundendos
eſſe Caſſan.in conſuetud. Burgund.§.10.in ver.les frais num.
3. ſuper quo tamen videas cautelam, quam ſubijcit vbi
ſupra Gayll.num.10. Idem in caſu non diſsimili Iaſ.in l. fin.
num.22.& 23.C.de iure emphyt.& ibidem Salycet. Alexan.
& Soc.in l.qui Romæ,§.cohæredes,ff.de verbor.obligat. licet
idem Iaſ.& malè poſt Ang. in ijſdem ferè terminis contra-
24 riam ſententiam tamquam æquiorem tenendam ſentiat
vt videlicet conſorti, vel agnato pro iuſto pretio potius
relinquendam rem, quam extraneo pro maiori in dicta
leg.qui Romæ, §. cohæredes num.fin. & numer.24. vbi latè
arguit pro vtraque parte, & ibid. ſequitur Zaſ. numer. 4.
& 5. Excepto eo caſu, ſi conuenerit, ne alij quam con-
25 ſorti vendatur, ff.de verb.oblig.& idem probat Bal.in l.ad
officium num.4.C.commun.diuid.& Mantu.in l.dudum num.
25.& 26.§.de contrahend.empt.

26 Sed Afflict.in capit.1.§.etiam res numer.6.per quos fiat
inueſtit. diſtinguit inter conſortes eiuſdem rei, vt ſi res ſit
indiuidua, conſors iuſtum pretium offerens præferatur
extraneo maius offerenti, ſecus ſi diuidua, quod non
probo.

27 Et quæ diximus ſupra numer.20. intelligas, dummodò
tamen id ſine dolo & colluſione contingerit, vt firmant
præallegati Doctores omnes.

28 Sciendum eſt rurſus, quod agnatus, ſeu vicinus retra-
hens non audiretur, ſi ſolum iuſtum pretium offerat iuxta
communem rei valorem, vt declarant Doctores ſupraci-
tati; quibus addo Piſtor.dicta quæſt.12.numer.13.& Iaſ.in
dicta leg. qui Romæ, §. cohæredes, numero 27. ff. de verbor.
obligat.vnde addit Schenck in dicto capit.1.§.porrò.numer.8.
qualiter

Digitized by Google

qualiter olim feud. poter. Poſſe officium iudicis implora-
29 ri, quo immoderatum pretium per colluſionem exactum
ad iuſtam æſtimationem reducat, *arg. l. ad officium, C. commun. diuidun. ſequuntur Caſſan. & Gayll. vbi ſupra, quare Afflict. de iure prothomiſ. §. vt intra 30. dies num. 26.* inquit
quod ſi fraus detegatur æſtimari non debeat quanti vendi poſſit, ſed quantum valet, quod & voluit *Mant. in dicta l. dudum, num. 26.* Ratioque eſt ſupradictæ concluſionis, quia alioquin accideret, vt vel venditor, vel emptor damnum ſentiret, non enim remedium hoc cum alterius iniuriam extendendum eſt.

30 Hinc infero, quod emptor interim quod res ab eo euinci poteſt, tenetur de damno ex ſua culpa, vel negligentia in re contingere, per *text. in l. quod ſi nolit, § mancipium ver. culpam, & text. cum Gloſ. in l. cum autem redhibetur, ff. de ædil. edicto, Tiraq. de retract. lignag. ad finem, ſub n. 68. & 70.* vbi quod hanc ſententiam veriſſimam reputat, quando emptor emiſſet cum pacto de retrouendendo; vel ſi aliqua ex cauſa ſuſpicari poſſit, rem emptam ab ipſo euinci poſſe, quia tunc maliguandi animo rem non fluxiſſe; vel agrum, ſeu vineam non coluiſſe præſumen-
31 dum erit, ex *text. leg. & hac. diſtinctio, §. cum fundum, ff. locati, ſequitur Munnoz. de ratiocin. adminiſtrator. capit. 19. numer. 6.*

An autem agnato, qui luere non poteſt fieri debeat denunciatio, & ſi denunciet rem non ſubiectam retractui, ſibi præiudicet, vt poſſit agnatus luere, videas per *Carpan. ad d. c. 417. nu. 776.*

32 Item nota, quod vbi denunciatio hęc fieri debet pupillo agnato, debet ſimul etiam fieri tutori, & vbi copia tutoris haberi non poteſt, validè fieri poteſt pupillo, ad *tex. in l. ſi dictum, §. fin. ff. de euict. Affl. in tract. de iur. Prothomiſ. §. 2. ſub numero 15. verſic. ſed quid, ſi fert, ac ſequitur Carpan. vbi ſupra num. 778.*

ARGVMENTVM.

Emptor primus, an ſecundus conueniri poſſit de retractu à conſanguineo, ſeu vicino, & pro quo pretio, vt deinde illi detur regreſſus de euictione in caſibus à iure permiſſis.

Retractus an locum habeat in donatione, permutatione, tranſactione, locatione, ac ſimilibus.

Et ad interrumpendum curſum illius, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ſi durante tempore retractus rem alij vendidit, is, qui retrahere prætendit, agit contra ſecundum emptorem poſſeſſorem, & num 3.*

2 *Libellus in retractu qualiter formatur, remiſſiuè, & numero 5.*

4 *In retractibus attenduntur conſuetudines, vbi res ſita eſt.*

Quidquid ſenſerint quidam, nu. 6.

7 *Recuperatio rei, quæ retrahitur à ſecundo emptore, ſequitur pro pretio, quo prior, non autem quo alter emit contra Neapod.*

Contrarium probatur, num. 10.

Intellige primam opinionem, vt num. 11.

Sed quid, ſi emptor primus rem non vendidit, ſed donauit, an locum habeat retractus, nu. 8.

Et donatio facta extuus lite pendente, vel alias dolo, ac fraude, num 9.

12 *Re partim vendita, partim donata, retractus in parte vendita ſolum procedit.*

Quid ſi paruo vendatur, & quod reliquum eſt, donatur remiſſiuè, num. 13.

14 *Retractus locum non habet in permutatione.*

Nec in datione in ſolutum, ſi pro aliqua quantitate debita, aut æſtimando detur; & hoc, ſiue iuſſu iudicis, ſiue ſponte fiat, num. 15.

Neque in tranſactione, num. 16.

Niſi præceſſerit contractus, in quo iuri congrui locus ſit, numero 17.

Vel niſi frandolenter nomen tranſactionis additum ſit, numero 18.

Non etiam procedit in locatione, niſi ad longum tempus fiat, num. 19.

20 *Retractus actio vbi proponi poteſt coram ordinario, in arbitrio actoris eſt rem coram iudice rei ſita, vel domicilij proponere.*

21 *Retractus in cauſa agi poteſt confeſſaria.*

22 *Tempus retrahendi non currit, ſi lis ſit inter emptorem, & conſanguineum prætendentes rem ad ſe pertinere, quamdiu lis pendet.*

23 *Tempus non currit ad faciendum ſe promoueri ad ordines beneficij obtenti, donec patitur litem ſuper titulo beneficij.*

Sicuti non etiam currit tempus decreti de dimittendo primum incompatibile, donec quis patitur litem ſuper ſecundo, num. 24.

25 *Tempus ſi labatur agnato ad retrahendum, ſola oblatio non ſufficit ad interpretationem eiuſdem.*

Et de ratione, num 26.

Nec denunciatio extraiudicialis præſcriptionem ſecundum quoſdam, præſertim temporalem interrumpit, num. 27.

Licèt ſecus ſit, ſi præſcriptione nondum capta denunciatur, ibidem.

Sed ſecundum aliquos opus eſt citatione ante annum, num. 28.

Et exigitur litis conteſtatio, num. 29.

Ratioque eſt, quia litis conteſtatione actiones temporales perpetuantur, num. 30.

Quæſt. CXXXVI.

1 DVrante tempore retractus, primus emptor rem vendidit ſecundo, & ideo quæritur: num poſſit is, cui redimendi ius competit, eam à ſecundo emptore illius vigore auocare, & dicitur, quod ſic.

Nam actio, quæ datur ex retractu eſt in rem ſcripta, vt docet *Afflict. in tract. Prothomiſ. §. vt intra triginta dies,* vbi format libellum, & ait contra emptorem poſſeſſorem proponi debere. *Marant. diſput. decima, numero 3. Iacob.*
2 *Nouell. de iure prothomiſe §. quarto, numero 469. Cæpoll. conſil. 43. col. 3. verſ. ſecundo principaliter, & conſ. 65. incip.*
3 *quod D. Hier. verſic. primum, quia numero 3. & Io. Fab in lege prima, verſ. tertio caſu, Codice de ſumm. Trinit. & fide Cathol.* vbi dicit, has conſuetudines concernere rem, &
4 attendi debere conſuetudines loci, vbi res ſita eſt. *Caſſan. in conſuet. Burgund. rubr. decima, de retractu, §. vndecimò, in ver. ea detentetur, numero primo, ſecundo, & tertio, vbi dict.*
5 *numero primo,* etiam concluſionem libelli contra emptorem tradit. *Tiraq. de retractu lignag. §. 8. Gl. 5. numero 3. 4.*
6 *& 5. & infra, & num. 8.* poſt relatos per eum: quidquid in contrarium & male ſenſerint *Ferron. in conſuet. Burdegall. §. primo,*

Digitized by Google

§.primo,tit,2.de retra. dum inquit,receptum eſſe, quod in
loco domicilij non celebrati contractus rei venditæ in-
7 tentanda ſit,quia ex diſtractu agatur,& manifeſtius Rayn.
conſil.79.circa caſum nu. 9. libr.primò, & recuperatio hæc
ſequetur pro pretio,quo prior, non autem alter emerat,
arg.l.poſtliminium,§.ſi is,qui emerat,ff.de captiu. & poſtlim.
reuer.nam plerunque ex priore non ex ſecunda venditio-
ne ius hoc illi competit; quamuis Sebaſt. Neapod. in Con-
ſtit.ſi quis emit.ſuper ver.vniuerſali, perperam dicat ex ſe-
cunda emptione eum agere oportere.
8 Maior autem eſt difficultas,ſi emptor primus rem non
vendidit,ſed tertio alicui donauit;in quo articulo variant
Doctores.

Nam Afflict.in conſtit.Feder. Sancimus, ſiue de iure pro-
thomiſ.§.licet enim ſub notab. nu.19 negat, actionem dari
aduerſus donatarium, cum actio hæc competat contra
poſſeſſorem,non alium:at donatarius hoc iure non tene-
tur, quia in donatione non obtinet. Cuiac.de feud. libr.4.
tit.14.Modern.Pariſ.in conſuet.Pariſ.§.13.Gloſs.5. numero
53.Caſſane.in conſuetud. Burgund.rubr. des retraictis, 10.§.
9.numero 12.& 13..Afflict.de iure prothomiſ.§.3.licet enim
numero 18.20.& 21. & Bald. in tractat. de iure prothomiſ.
numer.13. Piſtor.quaſt.iur.libr.ſecundo,quæſt.12.numer.14.
& ſeq. qui hac poſt alios vtitur ratione, quod ex ſua na-
tura ius retractus obtineat in contractu oneroſo, non
lucratiuo; ſicut & ex conſtitut. Frider. de iure prothomiſ.
apparet, & quæ tradit Tiraq.de retract.lignag. §.1. Gloſ.
14.num.90.& §.25.Gloſs.2. numer.primò,Arnold.Ferron.
in conſuetud.Burdegallen.tit.2.de retract. §.25. Marant.di-
9 ſput.10.numer. 20. Et ius retractus ſemel quæſitum con-
tra primum emptorem, non durauit diutius, quam eius
poſſeſſio: niſi tamen lite pendente propter ius retractus
facta eſſet donatio, vel alias dolo, ac fraude facta extitiſ-
ſet,citans ſic eundem Neapod. in tit.de iure congrui in ver.
poſſidet.& dec.Neapol.338.ſequitur Sclrad. de feud. parte
8.capit.3.num.4.
10 Contrarium,& melius determinat Rober. Marant. in d.
diſput.10. per totam, vbi contrarijs reſpondet, dicens.
Neapod. & Afflict. fore intelligendos ſecundum ſpecia-
11 lem conſuetudinem Neapolitanæ ciuitatis, qua in indu-
ctum ſit:quod & ſimpliciter reprehendendo, tenuit Caſ-
ſane.in conſuet.Burgund.rubr.10.de retract.§.11. in ver.ou.
detenteur,numer.ſecundò, dicens, videndum Boer. in con-
ſuetud.Bituricen.tit.de retract.§.2.
12 Ex præmiſſis determinari poteſt ea quæſtio, quid ſi ſi-
ne dolo res partim ſit vendita, partim donata, an re-
tractus ſaltem in parte vendita obtineat, & in reliqua
13 ceſſet: vel ſi parui vendatur, & quod reliquum eſt do-
natur ſine fraude, de quo videat Arnold. Ferron. in con-
ſuetud.Burdegallen.tit.2. de retractu §.25. in fin. Mantu. in
lege dudum, Cod. de contrahend. empt. & alios, quos ſupe-
rius adduxi.
14 Sed & in permutatione locum non habet retractus.
Bald.in tract.de iure prothomiſ.num.9. & 10. Guid.Pap. de-
ciſ.92.de conſuetud.& deciſ.508.pone aliquis,num.primo,in
fine Afflict.in tractat.de iure Prothomiſ.§.3. licet enim, nu.
23.& ſeqq.
15 Non tamen ſic dicimus in datione in ſolutum,in qua
locum habet retractus. ſi pro aliqua quantitate debita,
aut æſtimanda detur, & hoc ſiue iuſſo iudicis, ſiue ſpontè
fiat Arnold.Ferron.in conſuetud. Burdegallen. tit.primo, de
retract.§.25. vbi de alijs pertinentibus his quæſtionibus:
& quomodo,aut quando fraus circa has præſumatur, aut
non; vt & proſequitur Caſſane. in conſuetud. Burgund.rub.
10.de retract.§.9.num.5.6. 7.& 8. ac ſeqq. Modern. Pari-
ſienſ. in conſuetudin. Pariſ.§.13.numer. ſeſſanteſimo quarto,
& ſequ.& ſupra, & numer. 56. tradit, an, & quando pre-
tio tamen iniuſto conſtituto retrahens agere poſſit re-
medio,leg.2.Cod.de reſcindend.vendit. & venditorem con-
tra retrahentem poſſe ſicut contrà emptorem, ibidem aſ-
ſerit, num.54.
16 In tranſactione autem retractum non obtinere, ſcribit
Caſſane.dict.rubr.10.de retract.§.9.n.11.& 15. ſicut, & in
17 compenſatione num.16.& 17. niſi præceſſerit contractus
in quo iuri congrui locus ſit, & in partem pretij velit de-
bitum compenſare poſt Afflict. d.§.3. num.39. ſuper quo
late diſſerit Igne.in repetit.leg.dudum num.82. & ſeq. Cod.
de contrah.empt.& Caſſan.vbi ſupra num. 18. diſtinguit,
18 vt ſi in fraudem fiat retractui ſit locus, alias ſecus, &
Cuiac.de feud.libro 4.tit.14. & Ferron.d.tit.2. de retract.§.
19 25. loquens in tranſactione,quod ſcilicet retractui non
ſit locus, niſi fraudolenter nomen tranſactionis additum
ſit, & in locatione, & venditione fructum ad modicum
tempus facta, ſecus ſi ad longiſſimum tempus, quæ vlti-
ma hic relata non firmo, cum dicta conſtitutio Friderici
etiam in locatione, & emphyteuſi retractum admittat
infra triginta dies, vt in alijs rebus, & ſuper ea Bald. Aſ-
flict.& Iacob.Nouell.Ferron.d.tit.2.de retract.§.29.& 30.
qui ad id citat Igne.in lege dudum, Cod.de contrahend. em-
ptione.
20 Item nota in propoſito quod vbi actio hæc coram or-
dinario proponi poteſt, in arbitrio actoris eſt eam co-
ram iudice rei ſitæ,vel domicilij proponere,quod regula-
riter conceditur in actionibus mixtis, & in rem ſcriptis,
cap.ex parte de foro competent. vbi ſcribentes Bart. in lege
fin.ſub numer.ſecundo, in fine, Codic. vbi in rem act. Bald.in
lege prima,de petit.hæredit.in ſpecie Tiraquell. de retract.li-
gnag.§.8.Gloſs.8.num.9. Ita quod ſi res ſub diuerſis iuriſ-
dictionibus inferioribus ſit ſita, ex illo capite liberum ſit
actori coram ſuperiori litem agere, iuxta quæ tradunt
Gayll.Pract. obſeru.libro primo, obſeruat.32.& Myſinger.
obſeru.4.Centur.prima,& Rebuff.ad conſtit.Reg.Gall.tit.de
renoc.num.71.
21 Obſeruabis quoque quod in retractu confeſſoria
agi poteſt. Paul.de Caſtro conſil.33. numer. quinto, libro
primo, Faber. in §.ex non ſcripto, verſic. circa quartum in-
ſtit. de iure nat.gent.& ciuil.Tiraquell.dicto §.8.Gloſ.quin-
ta,num.3.
22 Quodque vbi agitur, an quis volens retrahere ſit in-
tra tempus ſibi conceſſum retrahendi, illud proximiori
non currit, ſi lis ſit inter emptorem, & conſanguineum
prætendentem rem ad ſe pertinere, quamdiu lis illa per-
maneat,vt per Tiraq.de retract.lign.ag §.primo,Gloſ.10. nu.
23 40. Facit quod in ſimili dixit Rota non currere tempus
ad faciendum ſe promoueri ad ordines ratione beneficij
obtenti, donec patitur litem ſuper titulo dicti beneficij,
vt latè reſoluit eadem Rota in Toletana Canonicatus 5.
Nouembris 1610.coram Card.Lancellotto,& in Aſten.fru-
ctuum, 1.Iunij 1620.coram R.P.D.Coccino Decano, ſicut
nec etiam currit tempus decreti de dimittendo primum
24 incompatibile, donèc quis patitur litem ſuper ſecundo,
cap.commiſſa,vbi Canoniſtæ, de elect.in 6. & fuit dictum in
Corduben. Capellania 27. Iunij 1606. coram Reuer. P.D.
Pamphilio.
25 Sed quid, ſi tempus ad retrahendum labatur, qualiter
retrahere volenti conſulatur, an ſola oblatione pretij,
ac denunciatione, quod quis vellet retrahere facta.

Et oblationem ſolam non ſufficere dixerunt Io. Faber.
in leg.acceptam, column.2. verſ.ſed an ſola oblatio.Codic.de
vſur. Caſſane. in conſuetud. Burgund.rubric.10.de retract. §.
primò,in ver.de dans l'an.& iour.ſub numer.primo, verſ.ſed
quæro quidam, Tiraq.de retract.lignag.§.8. Gloſs. 2. num.1.
26 Hartman.Piſtor.lib.ſecundò,quæſt.iur.part.prima, quæſt.12.
num.44 per leg. 2.in fine, de iur.emphyt. quoniam oblatio
non eſt modus interrumpendæ præſcriptionis.Faber.Ti-
raquell. & Piſtor. in locis proximè citatis. Caſſane. vbi
ſup.ver.ex quib. ſemel dixi,qui ait, ita ſe reſpondiſſe, cum
quidam emptori obtuliſſet; & illo recuſante conſignaſ-
ſet,

Digitized by Google

27 ſet, & poſtea per tres vel quatuor annos expectaſſet,
quod audiri non deberet. Nec denunciatio extraiudicia-
lis præſcriptiones præſertim temporales interrumpit. *Ti-
raquell. & Piſtor. dictis in locis: Tiraq. de retract. conuent. §.
4. Gloſs. 6. nu. 56. l. alienam aream, vbi Dyn. Bart. Bal. Alber.
& alij, ff. pro empt. l. fin. vbi Bar. Bald. Iaſ. Alex. num. 15. &
alij, ff. de eo, per quem fact. erit. Balb. in tract. de præſcript. p.
6. princ. par. 3. q. 4. num. 19. & ſeqq. Felyn. in cap. illud ad fin.
col. pen. de præſcript.* quamuis ſecus ſit, ſi præſcriptione
nondum cæpta denuncietur, *vt l. ſi fundum, & ibi Doct. C.
28 de rei vendi. Balb. d. loco num. 18. & in leg. Celſus p. 3. num.*
13. & ſecundum alios neceſſe eſt, vt volens vti hoc retra-
ctu, intra annum faciat emptorem citari, ſi hoc tempus
annum interrumpere velit. *Caſſane. dicto loco. Tiraq. d. §.
8. Gl. ſecunda, num. primo, Hartman. Piſtor. d. q. 12. num. 44.
& ſeq. lib. 2. parte prima*, vbi amplius exigit litis conteſta-
29 tione opus eſſe, ad hoc, vt illud tempus anni interrumpa-
tur: nam in omnibus illis iuribus, & actionibus, quæ ex
legis diſpoſitione ſui natura temporales ſunt, non niſi li-
tis conteſtatione præſcriptio interrumpitur. *Bart. in lege
fin. in princ. num. 4. & ibid. Bal. num* 4. vbi etiam dicit, eam
ſui natura temporale, quem lex eadem vna cum actione
produxit, & eam à principio coarctauit, *ff. de eo per quem
fact. erit, & ibid. Alex. num. 9. & 11. in princip. Roman. num.
6. & Iaſ. numer. quinto, Bart. in leg. 2. §. ſi rem alienam, num.
2 ff. pro empt. Iaſ. in lege 2. pœnales, nu. 127. inſtitut. de actio.
Abb. in capit. illud numer. 11. de præſcript. Balb. d. loco parte
3. 6. par. princ. q. 4. num. 6. &* 39. vbi addit etiam quaſi litis
conteſtatione huiuſmodi præſcriptionem interrumpi, vt
per libellum Principi oblatum, *lege 2. cum ibi not. Codic.
quand. libell. Princ. oblat. Piſtor. d. q. 12. nu. 45. parte 2. lib. 2.*
30 etenim litis conteſtatione actiones temporales perpe-
tuantur *Balb. de præſcript. p. 6. p. 3. qu. 4. numer. 21. per lege ſi
mandato Titij, §. pen. ff. mandat. & Caſtr. in leg. qui ita, ff. de
verb. oblig.*

ARGVMENTVM.

Renunciatio retractus an valeat, ita ut renunciatione non obſtante, ac promiſſione de euictione alienans ex iure ſuperuenienti ad rem venditam admittatur.

Et an alteri cedi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare quis poteſt retractui, ſiue expreſſè, ſiue tacite id fiat.*

Nec renunciatione facta, locus eſt pœnitentia, num. 2.

Ampliatur procedere etiam, quando facta fuit promiſſio de non mouendo controuerſiam, quia intelligitur de iure futuro, ac ſuperuenienti, num. 6. & ſeq.

Vel fuit dictum non auferre moleſtiam, præſertim quando eſt facta promiſſio de euictione, num. 9. & 10.

Ita vt ſtipulatio ſtatim committatur, etiam non exceptata ſententia, quando per promiſſorem moueatur controuerſia, quidquid aliud ſit, quando per alium, num. 7.

3 *Renunciatio inducitur per alienationem rei communis, quia vnus cenſetur alij conſentire.*

4 *Conſentiens alienationi alterius rei, ſibi præiudicat in iure luendi.*

Ampliatur procedere, etiamſi ſimpliciter non ſit præſtitus conſenſus, ſed cum clauſula, ſaluo iure domini, quia illa intelligitur de alijs iuribus, num. 5.

9 *Stipulatio habere licere, vel vllo vnquam tempore moleſtiam non inferre, continet factum ſucceſſiuum: quicquid aliud ſit, quando verba non eſſent ita pinguia, & ampla.*

11 *Renuncians omni legum, & ſtatutorum auxilio, vel etiam vendens rem iure proprio & in perpetuum, excluditur à iure retractus.*

Et per dicta verba cenſetur quis ſibi præiudicaſſe omnibus iuribus, quæ tam in re, quam in ſpe competere poſſent, num. 12.

13 *Ius retractus agnatitij poteſt renunciari & remitti à ſe abdicando, non tamen vt ceſſionarius poſſit iure illo vti prærogatiue aduerſus alios.*

Quæſt. CXXXVII.

VTilis in foro, & frequens eſt dubitatio, an renunciatio retractus fieri poſſit, ita vt ea non obſtante, ac promiſſione de euictione alienans ex iure ſuperuenienti ad rem venditam admitti valeat.

1 In qua dubitatione conſidero, quod renunciatio duo-
bus modis contingere poteſt. Vno modo expreſsè, &
tunc nulla cadit controuerſia, quod poſſit.

Altero vero modo tacitè, & ſimiliter poteſt ex illa generali regula, quod cuilibet permittitur renunciare fauori ſuo. *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cum vulg. & in ſpecie voluit Afflict. in tract. de iure Prothomiſ. in princip. legis, num. 30. in fin. & §. 6. incip. ſcriptum eſt, num. 18. in 11. notab. Majuer. in tit. de retract. §. 1. ſi ille cui. Tiraquell. de retract. lignag. §. primo, gl. 9. num. 111. & 121. Cardin. Alex. in cap. porrò col. 1 qualit. olim feud poterit alien.* Adeò, quod facta tali renunciatione non eſt amplius locus pœnitentiæ, neque poteſt renuncians retrahere, cum ſtatim conſenſus præiudicet, *Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius. in ver. vxorem nomine Adelaſiam num. 156. de teſtam. Boer. deciſ. 76. num. 9. Schrader. de feud. parte decima, Sect. octaua, numer. 129. & part. 8. cap. 4. num. 29. & 30 Rota coram Card. Mantica in Romana retractus 39. Ianuarij 1598. & in Romana Caſtri Patreſortæ 19. Martij 1584. coram Cardinali Platta.*

2 De renunciatione autem conſtare dicitur, quando fra-
tres alienant rem communem quo in caſu vnus non po-
teſt retrahere partem alterius: quoniam vnus cenſetur
3 alijs conſentire. *Bar. in lege cum pater, §. libertis, ff. de legat.
2. Bald. in leg. vltima, C. ad Macedon. Cornell. conſil. 52. licet
in hac col. 2. & in lege quoties, C. de fideicommiſſ.* & ſucceſ-
ſiuè excluditur à retractu *Tiraquell. de retract. lignag. §.
primo. Gloſs. 9. num. 256.* & in ſpecie, quod quis ſibi præ-
4 iudicet in iure luendi per conſenſum tacitè præſtitum
alienationi alicuius rei ſubiectæ retractui *Andr. de Yſern.
Aluarott. Afflict.* & poſteriores, quos refert *Schrader. de
5 feud. par. 8. cap. 4. num. 29. vſque ad* 33. Qui ampliat, licet
non ſimpliciter præſtitus fuerit conſenſus, ſed cum clau-
ſula, ſaluo iure domini, quia illa intelligitur de alijs iuri-
bus domino competentibus, non autem de iure protho-
6 miſeos, ſeu retractus, iuxta doctrinam *Alex. in l. quæ dotis
num. 23. & 25. ff. ſolut. matr. Carpan. poſt Neapol. ab eo relatum ad conſtit. Mediol. c. 417 num. 107. & 108 plura Menoch conſ. 58. num. 24. ad 31. lib. 1. Schrader. qui alios citat. de feud. p. 8. c. 4. nu. 29. & 30.*

Idem, quando facta fuit promiſſio de non mouendo
controuerſiam: quia illa intelligenda eſt etiam de iure fu-
turo, vt in terminis *eſt text. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis for-
7 tè, vbi Ang. & Iaſ. in princ. Bart. in ſummario Caſtr. in prin-
cip. Alexand. num. primò, & 2. ff. de verb. obligat.* qua ſtante
huiuſmodi ſtipulatio ſtatim committitur etiam non ex-
pectata ſententia, quando per promiſſorem mouetur cō-
trouerſia, quicquid aliud ſit, quando per alium mouetur.

Paul.

Paul. de Caſtr. in d. leg. ſtipulatio iſta, §. ſi quis fortè nu. 2. & 3. & ibid. Alex. num. 7. Tiraq. de retractu lignag. §. primo, gl. 9. n. 122. latè Soc. conſ. 288. in princ. incip. circa primam quæſtionem ſub numer. 34. verſic. circa ſextam, & vltimam quæ-
8 *ſtionem libro 2. vbi poſt Fulgoſ.* concludit, quod in illa ſti-
pulatione habere licere, de qua in *dict. §. ſi quis fortè*, ſunt
9 inſpicienda ſingula momenta temporum, quia contine-
bat factum ſucceſſiuum, ita vt inferri non poſſit aliqua
moleſtia ex iure ſupeueniente; cum illa verba, vllo vn-
quam tempore moleſtare, & habere licere, vel aliquam
moleſtiam non inferre, ſint æquipollentia, & omnia con-
tineant factum ſucceſſiuum quicquid aliud ſit, quando
verba non eſſent ita pinguia, & ampla, vt concludit *Soc.
dicto conſil. 288. num 35. & latè Ang. Aret. conſil. 127. nu, 3. & per totum.*

10 Vbi, quod ex dicta promiſſione, & verbis excluditur
quis à petitione retractus, præſertim, quia in illo caſu ade-
rat promiſſio de euictione per venditorem facta, de qua
etiam tenebatur, ſi non promiſiſſet, ſed ſimpliciter vendi-
diſſet, *leg. 1. & 2. ff. de euict. leg. emptorem, §. fin. ff. de actio, empt.* vnde agendo ad retractum poteſt repelli exceptio-
ne, quem de euictione tenet actio, eundem agentem re-
pellit exceptio, *leg. vendicantem, ff. de euictio. Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres, verſ. oppono contra tertium, ff. de verb. obligat.*

11 Et præterea excluditur à retractu, qui renunciauit
omni legum, & ſtatutorum auxilio, vel etiam vendidit, &
conceſſit rem iure proprio, & in perpetuum, itaut con-
ceſſio non diceretur perpetua, ſi prætendi poſſet retro-
ceſſio, ſeu retrouenditio, vt latè per *Aret. conſil. 127. nu. 7. & 8. cum alijs per Bero. conſil. 172. num 4. vſque ad 8. libro 1.* vbi loquitur in retractu, cui per dicta verba fuit præiu-
12 dicatum omnibus iuribus, quę tam in re, quam in ſpe po-
tuiſſent competere, *leg. ſi fundum per fideicommiſſum, ff. de leg. 1. & l. nihil, §. 1. vbi Caſtr. Cod. de leg.* & pro his faciunt,
quæ in ſequenti dicentur.

13 Sed an ſingulariter alteri cedi poſſit, alia eſt conſidera-
tio, ac dicimus agnatum quidem proximiorem non im-
pediri iure aliquo ius ſuum remittere, vel emptori, vel a-
gnato remotiori, & à ſe ius illud abdicare per regulam *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & in leg. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædil. edict.* non tamen concedo, vt ius ſuæ prælationis transferatur, quia eſt ius perſonale non abdicabi-
le a perſona cum translatione in aliam *leg. ius agnationis, ff. de pact. l. iura ſanguinis, ff. de regul. iur. Petr. Cyn. Bal. Alber. Ang. Salycet. & Paul. de Caſtro in leg. ad officium, Cod. commun. diuid. latè Tiraq. de retract. lignag. §. 36. per totum, vbi videas.*

ARGVMENTVM.

Venditor vendens rem retractui ſubiectam, qualiter volens retrahere audiatur, & de euictione teneatur, vel non. Filius hæres an poſſit iure agnati retrahere rem à patre alienatam.

SVMMARIVM.

1 *Venditor vendens rem retractui ſubiectam, volens retrahere auditur, & nu. 2. 5. 8. & 9.*
Sed contrarium dicitur verius, nu. 14. & ſeqq.
Primò hæc vltima relata ſententia limitatur, vt non procedat, quando ſtatutum ſimpliciter prohibet fieri alienationem in alios, quàm in conſanguineos, quia ſi quis extraneo venderet, venditor reſtituto pretio, poſſet alienationem à ſe factam contra ſtatuti prohibitionem retractare, numero 15.
Secundò limitatur, quando quis vendidit conſanguineo, qui poſtea rem ipſam vendidit extraneo, quia tunc poterit prior ille venditor tamquam conſanguineus ſecundi venditoris retrahere, num. 16.
3 *Debitor poteſt redimere pignus alienatum inuito creditore.*
4 *Teſtator ſi prohibeat rem alienari, ex eo, quod fuit maiorum qui alienauit, poteſt eius alienationem retractare.*
5 *Conſanguineus vbi retrahit ex conſuetudine, vel ſtatuto, venditor de euictione non tenetur.*
Ampliatur procedere, etiamſi ex perſona vtriuſque res euincatur, num. 7.
10 *Actum quis plerunque retractare poteſt, etiamſi de euictione teneatur.*
Præſertim, quando in ſpecie & expreſsè in illum caſum non eſſet facta ſtipulatio, nu. 11.
Vel niſi promiſſum ſit de euictione quomodocunque res euincatur, num. 12.
Aut vbi venditor vendens extraneo veriſimiliter ignoranti conſuetudinem retrahendi, dixit eam rem, quam vendit, non eſſe obnoxiam retractui, nu. 13.
17 *Filius hæres patris, non poteſt rem à patre alienatam iure retractus vendicare.*
Contrarium probatur, num. 18.
Quod limitatur, num. 19.
Et ſublimitatur, num. 20.
21 *Retractus agnatitij effectus, qualis declaratur.*
22 *Emptor, à quo res per agnatorum iure agnationis retrahitur, redditur immunis à gabellis, & alijs, vt hic.*
Et non tenetur agnato retrahenti de euictione, ibid.
23 *Res retracta ex diſpoſitione ſtatuti ſibi euincitur per tertium agnatus eo caſu agere non poteſt de euictione contra emptorem, ſed contra primum venditorem.*
24 *Fallit ſi res euicta ſit ex facto, & culpa illius.*
25 *Emptor de euictione non tenetur, ſi res fuerit euicta ab ipſo primo venditore, qui alienationis tempore minor erat ob nullitates ex inobſeruantia ſolemnitatum.*
26 *Primo fallit, vbi & agnatus is minor eſſet, & vellet reſtitui aduerſus hunc retractum.*
27 *Secundò fallit, niſi emptor fortè videns ſe captum allexerit agnatum ignorantem ad retrahendum.*

Quæſt. CXXXVIII.

1 SEd quæſtionis eſt, an conſuetudine ſuper retractu rei
venditę ad fauorem conſanguineorum proximiorum,
venditor ipſe ceſſante renunciatione audiendus ſit, volēs
retrahere? Et reſpondendum videtur quod ſic, per *text. in*
2 *l. ex hoc edicto, §. fi. ff. de alien. iud. mutan. cauſ. fact.* per quem
text. Alber. ibi decidit, venditorem audiendum, ac præfe-
rendum: nam ratio à conſuetudine, ſeu ſtatuto conſidera-
ta ceſſare videtur, ne ſcilicet res alienata exeat de fami-
lia, & agnatione, ex qua redeundo ad venditorem reuer-
titur ad familiam; ergo & idem ius ſeruandum eſt, *lege illud, ff. ad leg. Aquil. & cap.* inter corporalia extra de tranſlat. Prælat. cum ſimilib.

3 Item facit *tex. in l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* vbi debitor poteſt redimere pignus alienatum inuito
creditore, cum non habeat creditor, de quo conquera-
tur ſtante quod res reincidat in cauſam pignoris.

4 Quare *Paul. de Caſt. in l. filiusfam. §. Diui, nu. 7.* quem ibi
ſequuntur ſcribentes, ff. de legar. 1. dixit, quod ſi teſtator
prohibuerit rem aliquam alienari extra familiam ex eo,
quod fuerit maiorum, nedum alij de illius familia, ſed
etiam is, qui alienauit, poterit alienationem retractare,
arg. quemadmodum, C. de agric. & cenſit. lib. 11.

5 Con-

5 Confirmatur, quia ſi principio cautum eſſet, quod ven-
ditor poſſet redimere, proculdubio præferri deberet pro-
ximiori agnato, vt per *Henric. Boich. in cap. conſtitutus de*
in integr. reſtit. ergo etiam præferri debet accedente ven-
ditoris voluntate ex poſt, cum non interſit, an id a prin-
cipio, ſeu ex poſt facto conuentum fuerit *leg. 1. & 2. Cod.*
quan. liceat ab empt. diſceder. cum ſit proprior, & proxi-
mior, quam alius nemo, vt tradunt *Ioan. Andr. in addit. ad*
Specul. in tit. de commu. & a perſona; & Bald. conſil. 339. Quę-
ritur. vtrum de linea. *in 1. dubio lib. 3.* quam ſententiam in
propoſito in terminis tenuit *Ripa in l. 1. ſub num. 20. ff. de*
6 *privileg. credit.* Certumque eſt, quod vbi retrahit conſan-
guineus ex conſuetudine, vel ſtatuto; venditor de euictio-
ne non tenetur, ex quo enim res non ideo euincatur, quod
non ſit venditoris, ſed iure ſpeciali venditor non tenetur
emptorem defendere, per notata in *l. minor. in princ. ff. de*
euict. & quia ius retrahendi conceditur contra emptorem
ex legis diſpoſitione, venditor non tenetur de euictione
arg. l. ſi per imprudentiam; & ibi notatur, & leg. hoc iure, &
7 *leg. ſi fundum, ff. de euict.* quin etſi ex perſona vtriuſque res
euincitur, non debetur euictio, *leg. ſed etſi vbi notatur eod.*
8 *tit.* præſertim cum procedat in caſu noſtro ex ipſo con-
tractu venditionis, & poſt ipſum contractum, & non ex
cauſa ipſum antecedente, venditor teneri non debet de
9 *euict. leg. 3. ff. eod l. Lucius, eod. tit.* & in ſpecie, quod hoc in
caſu venditor de euictione non teneatur, probauit *Bella-*
mer. poſt adductos per eum in *d. c. conſtit. col. 3. verſ. nec ob-*
ſtat quod iſte hæres. Maſaer. in tit. de retractu, §. Item ſecun-
dum opinionem, & Afflict. in tract. Prothomiſ. in ver. Vt in-
fra triginta dies in fin.

10 Et vbi concederemus venditorem de euictione teneri,
non tamen inde ſequeretur, quod à retractu repelli debe-
ret. Etenim plerunque poteſt quis actũ retrahere, etiamſi
de ipſius euictione teneatur, vt habetur in *l. Sem, ff. de euic.*
vbi heres iure proprio rem à ſuo predeceſſore diſtractam
poteſt recuperare, quamuis de euictione teneatur, ſicuti
tradit *Alex. in l. ſi mihi, & tibi, in princ. ff. de legat. 1. & conſ.*
109. viſo proceſſu col. 2. in verſ. nec ad hoc obſtat, li. 4. Dec. cõſ.
185. ſub n. 5. verſ. nec obſtat, quod iſte, & conſ 445. ſub n. 55.
11 *verſ. ſed reſponderi poteſt.* quę eo maximè procedunt, quã-
do in ſpecie, & expreſsè in illum caſum facta nõ extitiſſet
ſtipulatio, vt voluerunt *Guid. de Suz. r. Ricard. Malumbr.*
Cyn. Bart. Bal. & Ang. ita intelligens *Gloſ. in l. ſi familiæ, C.*
fam. hercijcund. & Martin. Landen. & Card. Alexand. in c.
1. col. 1. ſi de feud. vaſall. ab alio interpellat. fuer.

12 Ratio eſt, quia euincitur res ex natura negocij, vel niſi
promiſſum eſſet de euictione quomodocunq; res euince-
retur, vt eſt *Gloſ. notab. in l. cum pꝛaa, ff. de arbit.* quæ dicit,
quod vbi ita promiſſum eſt, venit quæcunque euictio, etiã
que alias ex natura actus nõ comprehenderetur, quã pro-
bant *Bald. Flor & Bolog. ibi, & idem Bal. in l. ſi domus, §. de*
quæſt. vbi quoq; Imol. & Alex. in prin. ff. de legat. 1. Idẽ Alex.
conſ. 4. lib. 3. & conſ. 102. lib. 2. quamuis & Gl. huic trahen-
da non videatur, cum euictio ex cauſa retractus eueniat ex
13 ipſo contractu ab eodem facto a quo euincitur Simile eſt
quod dicimus, quòd ſi vẽditor dicat emptori fortè extra-
neo, aut alias veriſimiliter ignoranti conſuetudinem re-
trahendi eam rem, quam vendit, non eſſe obnoxiam re-
tractui, ſi deinde retrahatur, venditor de euictione tene-
bitur, licet res de natura negocij euictam ſit, ex notat. per
Cyn. Bart. Bald. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi familię, Cod. famil.
hercijc. Aret. conſ. 3. & eſt text. in l. & hæc diſtinctio in prin.
ff. locati, faciunt quæ dixi in quæſt. 100. num. 14.

14 Sed in propoſita quæſtione contraria ſententia verior
eſt, quia cum venditor de euictione teneatur, niſi contra-
rium ſit pactum, *l. non dubitatur, C. de euict.* & ſæpè dixi, re-
petens id, quod ipſe vendidit, exceptione remoueri poſſe
debet, licet alio iure quæſierit; nam improbè rem à ſe di-
ſtractam euincere conatur, ad *l. vendicantem, ff. de euict.* &
cum ipſe teneatur emptorem contra alios defendere, in-
decens eſt, quod ipſe poſſit impugnare, *l. frater, a fratre,* ibi
porrò eum, quem aduerſus extraneum defendi oportet, *ff.*
de cond. indeb. & altius, ff de ſerui. vendi. eſt text. a contrario
ſenſu in l. bona fides, ibi, alicuius legis beneficio pecuniam
rei venditæ debere deſijſſet, *ff. de act. empt.* in terminis ita
reſpondit *Rom conſ. 251. n. 6.* qui in ſpecie adducit dictam
l. bona fides, à contrario ſenſu, num. 1. & per totum Flor. de S.
Petro inter conſ. Petri Anchar. conſ. 321. quod d. domina. col.
1. verſ. 4. quod iſta domina, & in fine ibid. *Ign. in repet. l.*
dudum, col. 24. verſ. plus dicit Paul. de Caſt. C. de cõtrah. empt.
Ferro in cõſuet. Burdeg. ti. de retractu, §. 1. in fi. & §. 16. verſ.
ſed quod nuper in ſtatuto præferente vicinũ, idem tenuit
Afflict. in tract. Prothomiſ. ver. item quæro, pone, quod ego
habeo, latè *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gl. 9. n. 30 & ſeqq.*
& num. 4· vbi hoc veriſſimum ait, licet vt ipſe dicit, quiſ-
piã in *Margarit. Bal. in ver. alienatio. verſ. alienatio interim,*
dicat venditorem eſſe admittendum ante conſanguineos
de ęquitate, non etiam de ſtricto iure, & allegat *Alber. in*
1. part. ſtatut. q. 79. qui tamen non loquitur de hoc caſu, vt
ibi per eum; nec opus eſt reſpondere contrarijs, cũ ex ijs,
quę habẽtur per *Tira vbi ſup. d. n. 30. & plur. in ſeq. ſatisfiat.*

15 Primò limitatur hæc vltima ſententia, vt non procedat,
quando ſtatutum ſimpliciter prohiberet fieri alienationẽ
in alios, quam in conſanguineos, quia ſi quis extraneo vẽ-
deret, venditor reſtituto pretio poſſe alienationem a ſe
factam contra ſtatuti prohibitionem retractare, *arg. l. 1.*
& ibi Bal. de liber. cauſ & l. 2. & ibi gl & Do. l. C. ſi aduerſ.
rem iudicat. Tiraq. d. gloſ. 9. nu 42. vbi dicit, in his terminis
loqui *Paul de Caſtro* & qui eum ſequuntur in *d. l. filiusfami-*
lias, §. Diui, ff. de legat. 1. cum videlicet prohibitum eſt alie-
nari in extraneum, quia tunc alienans poteſt alienatio ne
retractare. Cuius tamen contrarium, quod ſcilicet alie-
nans non poſſit alienationem a ſe factam reuocare tenuit
idem *Caſtren. in conſil. 463.* de eo, quod priori loco quæri-
tur, in fine *lib. 1.* quod verius putat *Tiraq. vbi ſupra nu. 43.*
& alibi, vt ibi per eum.

16 Secundò limitatur non habere locum, ſi quis vendi-
derit conſanguineo, qui poſteà rem ipſam vendidit al-
teri extraneo, quia tunc poterit prior ille venditor tam-
quam conſanguineus ſecundi venditoris retrahere a ſe-
cundo emptore, quia eo caſu non retrahit priorem, il-
lam venditionem à ſe factam, ſed poſteriorem, ita
poſt *Florian. de S. Petro Sebaſtian. Neapod. & Afflict.*
tradidit Tiraquell. in dict. Gloſ. numer. 44. & 45. ſuper quo
videas tamen quæ idem Tiraquell. ſcripſit d. gloſ. 9. num. 126.
127. & 128.

17 Inter Doctores eſt etiam antiqua, & notabilis quæſtio,
an filius hæres poſſit iure agnati retrahere rem à patre
alienatam: nam qui tenent negatiuam opinionem, eam
fundant in illis regulis, quod filius, idemque patris hęres
cenſetur eadem perſona cum patre, *§. 1. in auth. de iureiur.*
à morient. præſtit.

Item hæres non poteſt impugnare, aut venire contra
factum defuncti, *vulg. l. cum a matre, C. de rei vendicat. cum*
pluribus alijs adductis argumentis relatis per Tiraq. d. §. 1.
Gl. 9. n. 47. & ſeqq.

18 Verum pro affirmatiua ſententia, videtur clarius *text.*
in c. conſtitutus de in integr. reſt. & in l. debitor §. vis ibi, quia
non quaſi hęres, ff. ad Treb. & ſequuti ſunt Maſuer. in tit. de
retract. §. item ſecundum opinionem. Euerard. in loco de tam-
quam, & cęteri, quos refert Tiraq. d. Glo. 9 num. 51. & infra
19 qui ex intentione *Maſuer.* limitat hoc non procedere,
ſi venditor expreſſim conſenſiſſet non venire aduerſus
venditionem & ſe pro euictione obligaſſet, *num. 54.* ſecus,
ſi ſimpliciter conſenſiſſet, quia talis conſentiens de eui-
ctione non tenetur niſi expreſſim eam promittat, vel ſe
obliget, *l. exceptione; C. de euict. et leg. inter ſtipulantem in*
prin. ff. de verb. oblig. Tiraq. vbi ſupra, nu. 55. et 56. vbi ſubli-

mitat, quod tradidit ex Maſuer. vt ita demum procedat, ſi venditor expreſſim promiſiſſet rem tutam & ſecuram, ſe præſliturum etiam aduerſus retractum conſanguineorum, ex adductis ibi per eum.

21 Firmatur ſuperius relata ſententia *n.18.* concludenti ratione; quia filius eſt agnatus patris, *l. filius, ff. de ſuis et legit.* Ita filius dum præſentat ſuper patris venditione ipſius patris venditionem approbat, ſed prælatione ſuper contractu venditionis ex iure ſtatuario vel conſuetudinario vti agnatus proponit: Prælatio verò ac retractus agnatius eius eſt effectus, vt venditionis inſtrumentum factum ad fauorem extranei emptoris reſtituto ſibi pretio, in nullo alteratur: & ſic factum intelligatur nomine filij ita quod filij nomen ſit ſubrogatum loco emptoris.

Ratio autem diuerſitatis inter venditorem, & inter filiũ illius hæredem, eſt; quoniam venditor eſt vna ſola perſona ideò non poteſt fingi perſona retrahentis & perſona vendentis, *cap. fin. de inſt.*

Item ceſſat ratio impugnationis, & contrauentionis quia retrahens, vt dixi, non impugnat, ſed approbat contractum, & agit vt nomen ſuum ſupponatur loco emptoris.

22 Quare ſequitur fauore empturis notabilis effectus quia ex quo, iuxta prædicta nomen illius ſubducitur a contractu ideò etiam immunis recedere debet reſtitutis ſibi omnibus expenſis in gabellis, in rogitu ex collectione inſtrumenti, ac meliorationibus in re empta factis, de quibus per *Pereg. dec. 21. n. 7. qui n. 5. & 6.* dixi ita vt ſupra pro dicta affirmatiua obtinuiſſe, & obtentum vidiſſe, additq; fieri, vt ſi res vendita per agnatum recuperata euinceretur ab eo per aliquem extraneum, emptor à quo res fuit retracta, non tenetur illi agnato de euictione etiam pro pretio habito, ex Tiraq. ibidem relato, quia emptor non vendit voluntario, ſed iure municipali pecunia rem emptam reſtituit agnato, illum ſubrogando in ius ſuum.

23 Rurſus in materia obſerua, quod vbi res retracta ex diſpoſitione ſtatuti euincitur per tertium, agnatus eo caſu agere non poteſt de euictione aduerſus emptorem, ſed contra primum venditorem, ſicuti notat *Terron. in ſuis*
24 *commentar. tit. de retract. §. 3. verſ. quod ſi res.* Niſi res euicta ſit ex facto & culpa illius, quia tunc ageretur contra eum, vt habetur per *Tiraquell. in retract. de retract. lignog. ad fi. tit. quæſt. 30. numer. 118.* Similiter hic emptor de euictione non tenetur, ſi res fuerit euicta ab ipſomet primo venditore, qui alienationis tempore minor erat, ob nullitates inſurgentes in contractu alienationis, vt quia non fuerit interpoſitum decretum, nec ſeruatæ ſint ſolemnita-
25 tes ſeruandæ in contractionibus minorum, *Tiraq. in tract. de retract. lignag. ad fi. tit. num 42. & infra.*

26 Primò fallit, vbi & agnatus is minor eſſet, & vellet reſtitui aduerſus hunc retractum, vt per *Tiraquell. vbi ſupra num. 51.*

Secundò fallit hæc concluſio, niſi emptor fortè videns ſe captum allexerit agnatum ignorantem ad retrahendum, ita *Tiraquell. in dict. tract. ad fin. titul. numero 50. & in eod. tract. §. primo Glo. 9. in verbo, in lignager. numer. 157.*

ARGVMENTVM.

Emptor ex pacto ex interuallo, an vbi admiſerit venditorem ad redimendum, conſanguineus eo non obſtante poſſit retrahere, & ille de euictione agere. Et quid in hærede fideicommiſſo grauato, emphyteuta, & venditione conditionali.

SVMMARIVM.

1 *Retractus competit conſanguineo, etiamſi emptor ex interuallo admiſerit venditorem ad redimendum.*
Ampliatur, etiamſi ipſe venditor rem iam redemerit n. 11.
Intellige, ſi ſit tranſlatum dominium per traditionem, num. 5.
Sed videas num. ſeq.

2 *Nemo priuatur iure quæſito ſine ipſius facto, vel culpa.*
Etiam ſi in ſpe ſit quæſitum, num. 3.
Ampliatur, vt procedat etiamſi ſimul vtrunque concurrat, nempè, quod iut ſit mihi quæſitum, & quod ſpe tantum competat, num. 4.

6 *Venditum cenſetur, quod manet in dominio venditoris, licet non alienatum.*

7 *Dominium rei venditæ non transfertur, ſi prius non numeretur pretium.*

8 *Vendere iuſſus à teſtatore, ſatisfeciſſe dicitur ex ſolo titulo venditoris, etiamſi non tradidit.*

9 *Retractus conſanguineo non competit re nondum tradita, præſertim ſi retrahentes ab ea diſceſſerint.*
Sed quod ex ſola venditione ſit locus retractui, num. 10.

12 *Beneficium iuris congrui competit hæredi grauato fideicommiſſo qui interim eſt dominus pleno iure, ac ſi nulla reſtitutio facienda eſſet, & num. 24.*

13 *Hæres grauatus an ſit potius vſufructuarius, quam dominus.*

14 *Rem habens cum pacto retrouendendi, ſeu addictionis in diem & legis commiſſoriæ poteſt vti priuilegio retractus.*

15 *Emphyteuta admittitur ad retractum.*

16 *Ius congrui ac retractus non admittitur in venditione conditionali, tamquam imperfecta, & num. 19. & 20.*
Contrarium num. 21. & 22.

17 *Venditio conditionalis non tribuit actionem, quamuis ſit negatiua, & ferè improbabilis, & num. ſeq.*

23 *Venditio facta ſub modo an admittat retractum.*

24 *Retrahens rem vicinalem, dum erat dominus, illam tradere non tenetur cui ſit reſtitutio, licet retrahenti ſoluatur pretium expenſum à fideicommiſſario, & num. 25.*

26 *Eccleſiæ fauore poteſt quis cogi rem vendere pro illius conſtructione.*

27 *Priuilegium Eccleſiæ cogendi rem propriam vendere non dat actionem, ſed implorationem officij iudicis.*
Et ſtrictè debet imperiri, & non extenditur ad quemcunque locum pium, num 28.

Quæſt. CXXXIX.

ALia prætetea eſt quæſtio in materia retractus, an vbi emptor admiſerit venditorem ad redimendum ex pacto facto ex interuallo, eo non obſtante conſanguinei poterint nihilominus retrahere.

Vtilitas quæſtionis eſt, quia quando res non cenſetur tradita emptori de euictione non ageretur, *leg. euicta, §. ſi ſeruus de euictio, & leg. ſi ſeruus de dol. mal. exceptio vbi Bartol. notat*, licet quando res vendita eſſet, & aufertur è manibus emptoris, ſufficeret, ad hoc vt daretur actio de euictione, vt ſæpè dixi.

1 Et in propoſita quæſtione concludẽdum videtur affirmatiuè nõ enim a contractu recedere licet, ex quo ſemel eſt ius alteri quæſitum in præiudicium illius, *arg. l. quidam in teſtamento in princip. & in leg. rogo ff. de fideicomm. libert.* quo loci ſcribitur, quod ſi ex teſtatoris diſpoſitione ob ven-

Digitized by Google

ob venditionem ab hærede factam ſeruo competit liber-
tas, eiſibi debetur, etiamſi hæres poſtea redemerit, &
2 conformis *text. in leg. 1. §. ſi rem depoſitam, ff. depoſit.* Et ra-
tio eſt, quia nemo priuatur iure ſibi quæſito ſine ſuo ip-
ſius facto, vel culpa, *l. vlt. C. ſi contra ius, vel vtilitat. public.*
& l. quod noſtrum, ff. de reg. iur. & cap. quæ in Eccleſiarum
de conſtit. cum ſimilib. etiam ſi ius in ſpe tantum ſit quæſi-
tum, *eg in diem verſ. non autem, ff. de aq. plu. arcen. leg. 2. in*
3 *fin ff. de nat. reſtit.* irreuocabiliter videlicet, & ſit nulla, vt
per *Card. Alex. in c. 1. §. Titius, col. 4. in fin. ſi de feudo fuer.*
contr. inter. de domin. & agnat. & facit Dec. in c. ſicut Roma
4 *n. 27 de reſcrip.* Quod & procedit, ſi ſimul vtrúq; cõcurrat,
videlicet, quod ius ſit mihi per te quæſitum, & quod ſpe
tantum competat, quo caſu nec potes mihi inuito auferre
ad *leg. ſi conſtante in fi. Cod. de donat. ante nupt. vbi Bald. ex-*
preſſè notat. Ruyn. conſ. 186. num. 2. lib. 1. in terminis ita
tenuit *Afflict. in tractat. de iure Prothomiſ. in verb. ſcriptum*
5 *eſt colum. 4. verſ. ſeptimò,* vbi intelligit, ſi tranſlatum ſit
6 dominium per traditionem, quod tamen vltimum vide-
tur contra *text. in leg. alienatum in princip. ff. de verbor.*
ſignific. vbi dicitur, alienatum non propriè dicitur quod
adhuc in dominio vẽditoris manet, venditum tamen cer-
tè dicetur ex quibus verbis intelligimus id propriè ven-
ditum eſſe; quod etiam manet in dominio venditoris,
quia res non fuerit tradita, comprobat *Ioan. de Imol. in*
cap. potuit col. 22. verſ. aduerte tamen, & ibi quoq; *Andr.*
Barbat. colum. 3. verſ. ſed quid ſi non tradidit, extra de loca.
Cyn. poſt Petr. in leg. fin. §. ſed quia noſtra maieſtas, Cod. com-
mun. de legat. vnde ſatis ſi fuerit res vendita, *§. 1. inſtit. de*
empt. & vendit. vbi emptio, & venditio contrahitur ſta-
tim atque de pretio fuit conuentum, licet pretium non-
dum fuerit numeratum, & ſic antequam dominium tran-
7 ſlatum ſit. Non enim transfertur, niſi prius numerato
pretio, *leg. quod vendendi, ff. eod. tit. & §. venditæ, Inſtit. de*
8 *rer. diuiſ.* & ideò dixit *Bart. in leg. ſi fideiuſſ. §. meminiſſe, ff. de*
legat. 1. quod iuſſus vendere a teſtatore ſatisfeciſſe cenſe-
tur ex ſolo titulo venditionis, etiam ſi non tradidit, *ar-*
gum. leg. in numerationibus, ff. de ſolut. ſequuntur. Bald. Ang.
Paul. de Caſtr. & Alex. in d. §. meminiſſe. Soc. ſen. conſil. 133.
num. 5. lib. 1. & conſ. 174. num. 4. lib. 2. & hinc dixit Ioan. Fa-
ber. in §. 1. Inſtit. de empt. & vendit. nondum re tradita non
competere conſanguineo ius retrahendi, præſertim ſi re-
trahẽtes ab ea diſceſſerint, quod in ſpecie probauit *Afflic.*
9 *in tract. Prothomiſ. in dict. verb. ſcriptum eſt colum. 4. verſ.*
ſeptimò nota in fine.

10 Quamuis re vera vt plurimum obſeruetur, quod ex ſo-
la venditione ſit locus retractui, per ea quæ fusè tradit
Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. Gloſ. 2. num. 50. & infra &
in eodem, §. Gloſ. 10. num. 112. & ſeqq. dum agit an tempus
retrahendi currat a tempore venditionis; an verò tra-
ditionis.

11 Vt igitur reuertamur ad propoſitam quæſtionem, ve-
rior videtur ſententia, vt ſcilicet dicto caſu cum ex inter-
uallo conuentum eſt de vendendo, conſanguineus præfe-
ratur venditori, etiamſi ipſe venditor iam ipſam rem re-
demerit, vt videlicet ab eo quoque valeat conſanguineus
retrahere, vt poſt *Afflict. in dicto tract. Prothomiſ. verſ.*
ſcriptum eſt tradit Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. Gloſ. 7.
num. 23. vbi etiam refert diſtinctionem *Guid. de Suzar. re-*
latam ab Alber. in tractat. de ſtatut. part. 1. q. 87. & Moder.
Pariſien. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 13. Gloſ. 5. num. 21. de qua
plenè agit Tiraquell. de retractu conuent. §. 6. Gloſ. 2. a nu. 3.
vſque ad 20. vbi per te videre poteris.

12 In eadem materia iuris congrui notandum eſt, quod
ſi agatur an hæres grauatus fideicommiſſo habeat ius re-
tractus, reſpondendum ex veriori, beneficium hoc iuris
congrui competere tali hæredi ex quo interim, donec
veniat caſus reſtitutionis, dicitur non ſolum dominus, ſed
pleno iure dominus, cum ſufficiat quod incertum ſit, an
dominium futurum ſit temporale, an perpetuum, vt in-
terim habeatur pro perpetuo: nam, licet eueniente aliquo
caſu res a nobis auocari, repeti, ſeu concedi poſſit nihi-
lominus interim omnino perfectè ſumus domini illarum
rerum, cum pleno iure, ac ſi reſtitutio aliqua facienda
non eſſet, ad *l. 1. vbi Baldus in prima lectura ſub numer. 1.*
verſ. ibi pleno iure poſſideri, C. de reuo. dona & in l. ſi ancillam
in princip. Cod. de rei vendicat. latè Tiraquell. de retractu
conuentio. §. 2. Gloſ. 1. num. 38. vſque ad 42. Silueſt. Aldobr.
conſ. 25. num. 7. vſque ad 14. lib. 1.

13 Et quamuis ſecundum aliquos grauatus ſit potius vſu-
fructuarius, quam dominus, vt in ſpecie per *Suarez alleg.*
9. ſub num. 15. in fine; magis tamen recepta eſt opinio, ac
verior, quod heredes iſti licet grauati, ſint domini non
autem vſufructuarij, vt per *Ant. Pinell. in l. 1. part. 2. ſub nu.*
5. C. de bon. mater. Couar. variar. reſolut. lib. 5. cap. 15. nu. 14.
in fine verſ. & proculdubio Ludou. Molin. de primog. Hiſpan.
cap. 19. num. 4. ad 16. lib. 1. Barboſ. in diuortio in princ. part. 2.
num. 6. ff. ſol. matr. Caſtill. de vſufruct. cap. 4. num. 3. vſque ad
8. Guttierez pract. qq. lib. 2. q. 17. num. 2. & lib. 5. q. 89. num. 7.
Ant. Padul. in l. 3. num. 14. C. de ſeruit. & aq. & magis com-
14 muniter admittitur, quod vicinus licèt ſit dominus rei
reſtitutioni ſubiectæ, & dominium habeat reſolubile, poſ-
ſit vti beneficio retractus, ſicuti dicimus in habente rem
cum pacto retrouendendi, vel adiectionis in diem, & legis
commiſſoriæ, cum ſimilibus, de quibus per *Tiraquell. de*
retract. conuent. §. 2. Gloſ. 1. numer. 1. poſt Afflict. de iure pro-
thomiſ. §. 3. num. 21. & deciſ. 339. num. 9. Gratian. diſcep. lib.
3. cap. 526. num. 53. Muta ſuper conſuet. Panormit. c. 26. num.
91. Proſper Rondell. de iure Prothomiſ. in animaduerſioni-
bus à prin. conſtit. num. 11. qui ea ratione mouentur, quia
tales habentes rem reſtitutioni ſubiectam interim ſunt
domini pleno iure, & perfectè *Aret. in l. cum incertus in fi.*
ff. de leg. 1. & in leg. Iuliani, la prima per illum text. ff. de rei
vendic. de retract. conu. §. 2. gloſ. vnica n. 38. 39.

15 Idem pariter dicimus de emphyteuta quia licet habeat
dominium reſolubile ad retractum, tamen admittitur
Alex. conſ. 27. num. 4. lib. 6. poſt. Guliel. de Cune. Bal. & Ang.
in l. antepenul. ff. de pact. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 3.
num. 2. & 3. & gloſ. 13. §. 1. num. 8. & 9. Valaſch. de iure em-
phyt. q. 17. n. 14. Adden. ad Neapod. ſuper conſuetud. Neap.
de iur. congr. in ver. ultimus, num. 34. fol. 332. licet in vendi-
tione conditionali non procedat ius congrui, quia inte-
rim non dicitur perfecta venditio pendente conditione,
l. hæc venditio in princ. ff. de contrah. empt. leg. bouem, §. ſi
ſub conditione, ff. de ædil. edict. l. ſi qui ita, ff. de condit. Inſtit.
16 *Ang. conſ. 266.* dictum legatum, in fine. nec ideò etiam ex
ea interim agi poteſt, *l. pupill. §. videamus ff. de neg. geſt. leg.*
nam, & poſten in princ. ff de iureiu. l. promittendo, § ſi a debi-
tore, ff. de iure dot. Tiraq. de retract. lign. vbi ampliat, quod
quamuis conditio ſit negatiua, tamen niſi appareat eam
17 extitiſſe, non competit actio, *l. hoc iure, ff. de verbor. oblig.*
c. cum Ioannes, ver. cum igitur & ibi Innocen. in primo not.
de fide inſtru & in terminis, quod in venditione conditio-
18 nali retractus non competat; concludit *Neap. in conſuet.*
Neap. tit. 17. de iure congr. in verb. emit numero 10. & hæc
19 eſt verior opinio, vt teſtatur *Carpan. ad Conſtit. Mediolan.*
c. 417. num. 139. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 11. num. 1. iuxta
20 *quæ tamen traduntur à Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gl. 2. un.*
22. ad 35.

21 Etſi aliqui tenent contrarium, vt *Alberic. de ſtatut lib.*
1. q. 97. num. 5. & Bald. de iure prothomiſ. tit. num. 14. tan-
quam dici poſſit huiuſmodi venditionem, licèt, con-
ditionalem eſſe perfectam, antequam conditio exti-
terit, *leg. neceſſario, §. ita res, ff. de periculo, &*
22 *commod. rei vendition.* nam quamuis pendeat quodammo-
do ex futuro euentu, nihilominus completa poſtea
conditione, cenſetur contracta venditio in præteritum,
& perinde eſt ſi contractus ab initio fuiſſet purus,

Digitized by Google

leg. vltima, §.1. & ibi Aug. & Alexand. ff. de vulg. & pup. Dec. in l. pecuniam in ſecundo notabili, ff. ſi cert. pet. vt hęc, & alia proſequitur Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloſ. 2. num. 27. & infra. Quæ an procedant in venditione facta
23 ſub modo, vide per *Tiraquell. d. gloſ. 2. num. 34. & ſeqq. & Carpan. in d. c. 417. num. 130.*

24 Scias tamen præmiſſa adeò vera eſſe, vt etiam euueniente caſu reſtitutionis, qui retraxit, non teneatur rem vicinalem, dum erat dominus, ei tradere, cui fit reſtitutio, licet ſibi ſoluatur pretium expenſum pro habenda re retracta, tanquam ſit eidem rectè quęſita vigore poſſeſſionis, & dominij penes eum exiſtentis. In ſpecie grauati fideicommiſſo aduerſus fideicommiſſarium, ita iudicatū fuiſſe teſtatur *Peregr. in tract. de fideicom. art. 30. numer. 4.*
25 quem ſequitur *Proſper. Rendell. de iure Protbomis. in verb. habeat numer. 15 & 16* prout & ſic in bonis quæſitis per hæredem iure prælatio nis, & ex prouidentia ipſius, quod illa reſtituenda non ſint fideicommiſſario, reſpondit *Bertran. conſ. 379. num. 10. & 11. lib. 1. part. 1. & Decian. conſil. 52. num. 64. lib. 1.*

26 Sed & illud obiter quæro, quid reſoluendum quando agitur de Eccleſia conſtruenda; an illius fauore cogi poſſit vicinus rem vendere (quæ diſceptatio licet ſit extra terminos iuris congrui, & procedat ſolum de iure communi, placet tamen de ea aliquid dicere,) aſſero fauore Eccleſiæ cogi poſſe rem propria vendere pro illius conſtructione *Franch. deciſ. 233. numer. 5. & 6. Rota coram Cardin. Lancellotto in Neapolitana Monaſterij. 29. Aprilis 1602. & coram R. P. D. Manzanedo deciſ. 213. num. 1. & ſeqq. part. 2. in recent. & coram eodem deciſ 676. numer. 1. & infra par. 1. in recentior.*

27 Cæterum in hoc aduertendum maximè eſt, quod priuilegium illud competens Eccleſijs cogendi rem propriā vendere eſt valdè extraordinarium; & non dat actionem, ſed iudicis officium imploratur, quod ſtrictè, præuia neceſſitate, ac magna conſideratione impertitur, vt fuit deciſum per *Rotam in Romana Palatij de comitibus 16. Ia-*
28 *nuarij 1612. coram Cardinali Sacrato.* Nec trahi debet ad quemcunque locum pium ſed ad neceſſarium morali quadam neceſſitate, ad Sacramentorum adminiſtrationē, & ad cultum diuinum, iuxta quæ docet *Conar. var. reſolut. c. 15. num. 8. lib. 3. Vincen. Caroc. deciſ. 26. num. 17. & habetur per Rotam vbi proximè ſupra.*

ARGVMENTVM.

Euictio in permutatione, an & quando locum habeat, & preſertim quid in Eccleſiaſticis beneficijs.

SVMMARIVM.

1 *Euictio in permutatione locum habet.*
Primò ampliatur, vt etiam permutanti detur regreſſus ad rem ſuam, ſi aduerſarius rei datę dominium non tranſtulit, num. 5.
Secundo ampliatur, vt ex ea etiam detur regreſſus ad rem exiſtentem penes tertium, ſi rès ſibi data fuerit euicta, num. 6.
Et de ratione ibidem.
Primo limitatur in rei venalis permutatione, cum ſcilicet ſpecies permutatur pro alia venali: quia tunc euictione ſecuta non datur conditio ob cauſam ad repetendam rem datam pro euicta, num. 7.
Secundo limitatur, quando facta bonorum permutatione inter duos, ſi datum vni euincatur per tertium, non poteſtis, a quo euictum fuit agere ad recuperationem dati perpſum alteri contra tertium poſſeſſorem cauſam habentem ab ipſo altero, cui dedecat, num. 8.
Et de ratione, num. 9.
Nec minus conueniri poteſt actione perſonali, cum nihil cum ipſo permutante geſſerit, n. 10.
Ampliatur vt procedat dicta limitatio, etiamſi vnus tantum permutantium tradidiſſet, & alius non: & qui recepit, vendiderit; quo caſu ſingularis poſſeſſor & emptor non poterit a permutante moleſtari, cui traditio facta non eſt, num. 11.
Sublimitatur non habere locū, quando contrahens pro obſeruantia obligauit omnia bona ſua cum clauſula conſtituti: quia datur actio etiam contra tertium poſſeſſorem, & ſingularem ſucceſſorem, n. 12.
13 *Pactum executiuum exerceri poteſt contra tertium, negotio nondum liquidato, & non conſtito etiam quod cauſam habeat a contrahente.*
14 *Permutanti, qui rem ſuam recuperare non poteſt victe rei ſibi traditæ iudicialiter euictæ ſuccurritur pro indemnitate contra ſecundum permutantem.*
15 *Permutatione beneficiorum non ſortita effectum, vt quia is, qui reſignauit, obijt, non licet auctoritate propriam ad ſuū redire beneficium, ſed exigitur nouus titulus, quia primus per reſignationem fuit penitus extinctus: vel ſaltem collatio.*
Quod ibidem declaratur.
Contrarium habetur n. 16. & ſeq.
17 *Conditio mixta impedita per cauſam contingentem in perſona eius, cum quo adimpleri debet, facit deficere contractū & relictum.*
18 *Permutans ſi declarat in inſtrumento nolle de euictione teneri, pactum illud non liberat ab obligatione exhibendi acquirenti publicum acquiſitionis ſuæ inſtrumentum, & num. 23.*
19 *Venditor cedere cogitur emptori quod eſt abſque ſuo damno, & manifeſtare id, quod illi prodeſſe poteſt.*
20 *Venditor, vbi de euictione tenetur, non cogitur tradere inſtrumenta, ſed ſolum exhibere.*
Sed videas, n. 23.
Qui ſi non exhibeat, & emptor, ſeu permutans damnum patiatur, perinde eſt ac ſi facto venditoris, ſeu permutantis res euinceretur, quia promittens pro facto ſuo teneretur, & pro facto, n. 21.
22 *Conductor in ſe ſuſcipiens, caſus fortuitos, & cogitatos, & non cogitatos, non dicitur ſuſcipere caſum prouenientem a perſona ipſiuſmet locatoris.*
23 *Permutatio, venditio, ſeu ceſſio nō dicitur ſufficienter facta ſi non dantur inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ.*

Quæſt. CXL.

IN permutatione an locum habeat euictio, quæri ſolet, & ex veriori reſpondetur affirmatiuè, *l. 1. ff. de euictio, leg. ſi permutationis, Cod. eodem,* eſt enim venditioni ſimilis permutatio, a qua venditio originem habuit vt explicat *Paulus in leg. 1. C. de contrahen. empt. & in leg. fin. ff. de quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Afflict. deciſ. 339. numer. 1. Decian. conſil. 555. numer. 8. Sordus deciſ. 257. numer. 4. & expreſſè notat Gabriel. Madant in l. quod vendendi ſol. 134. in fine de contrah. empt. Menoch conſil. 888. numer. 22. & de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 118. num. 18. Franch. deciſ. 34 numer. 2.* ex qua, nedum ad bona, ſed etiam ad pretiū, & intereſſe pro euictione agi poteſt, *Alex. in leg. qui Romę. §. duo fratres num 61. in fine ff. de verbor. obligat. Magon. deciſ. Florent. 62. num. 5. Bertaz. conſ. 445. num. 2. lib. 2. crimin.*

Et fortius augendo ab vtilitate & dignitate contractus, quippè cum permutatio dignior ſit, & contrahentibus

Digitized by Google

vtilior, quam venditio *Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloſ. 1 numero 16. ſeq. & numer. 38. Magon. in deciſion. Florent. 33. num. 12.*

5 Primò ampliatur, vt etiam permutanti detur regreſſus ad rem ſuam, ſi aduerſarius rei datæ dominium non tranſtulit *Cyn. in leg. in fine, C. de rer. permut. Paul. de Caſtr. in l. 1. num. 11. ff. eod. Caball. in tract. de euict. §. 4. n. 45. Becc. conſ. 83. num. 8.*

6 Secundò ampliatur, vt detur regreſſus ad rem exiſtente penès tertium, ſi res ſibi data fuerit euicta, latè *Surd. deciſ. 173. per totam*: nam idem eſt, quod res non tradatur, vel quod tradita ſit euicta, *l. non quocunq; ff. de legat. 1. Becc. dict. conſ. 83. num. 7. poſt Bal. conſil. 296. quæſtio in princ. lib. 2.*

7 Primò limitatur in rei venalis permutatione, cum ſcilicet ſpecies permutatur pro alia venali, quia tunc euictione ſecuta non datur conditio ob cauſam ad repetendum rem datam pro euicta, eſt *text. in l. 1. C. de rei permut. & ibidem Bar. quem dixit ſingularem Paul. de Caſtro in l. 1. num. 10. ff. eod. Ang. in l. ſciendum, §. 1. ff. de ædil. edict. & in l. 2. ad fin. de condit. ob cauſ. Iaſon. in l. fin. numer. 8. ff. eodem Alciat. in l. 2. num. 23. & ibidem Ripa num. 26. ff. ſi cert. pet. Igne. in l. 3. §. ſi conditioni num. 40 ff. ad Sillan. Ant. Pinell. in l. 2. p. 2. c. 1. num. 14. C. de reſcind. vendit.*

8 Secundò limitatur, quando facta bonorum permutatione inter duos, ſi datum vni euincatur per tertium, non poteſt is, a quo euictum fuit agere ad recuperationem dati per ipſum alteri contra tertium poſſeſſorem, cauſam habentem ab ipſo altero, cui dederat, vt eſt *text. in l. cum*

9 *precibus, C. de rer. permut. ratio eſt*, quia cum facta traditione rerum permutatarum dominium in accipientis fuerit translatum, tertius emens ab vno permutantium, dominus illius rei effectus ab eo qui illius dominium ab altero permutante ſuſceperat: rea ſlactione ſuper ea re permutata, conueniri non poteſt.

10 Sed hic vtrum perſonali conueniri poſſit. Quæritur

Et reſpondetur, nec minus ea actione conueniri poſſe, cum nihil cum ipſo permuttante geſſerit, ſeu contraxerit, vt probat ille *text.* qui ideò ait permutantem nullam habere actionem aduerſus emptorem ab altero permuttante, ſicuti declarat *Gloſ. in verb. nullum, & ibidem Bart. Bald. Alberic. Angel. & Salycet.*

11 Ampliatur, vt procedat dicta limitatio, etiamſi vnus tantùm permutantium tradidiſſet, & alius non, & qui recipit, vendiderit, quoniam & hoc caſu ſingularis iſte poſſor & emptor non poterit à permutante moleſtari, cui traditio facta non eſt, ſecundum *Bal. in l. cum precibus*, vbi dicit, quod ſi dedi tibi codicem, vt mihi fundum dares, & tu alij vendidiſti codicem, tranſtuliſti dominium, & rem recuperare non poſſum a ſingulari poſſeſſore.

12 Sublimitatur non procedere, quando contrahens pro obſeruantia obligauit omnia bona ſua, & conſtituit ea tenere &c quia datur actio etiam contra tertium poſſeſſorem, & ſingularem ſucceſſorem, ſecundum *Ang. Imol. Alex. & Iaſ. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ab Treb.* qui dicunt, contra tertium poſſeſſorem agi poteſt pro executione inſtrumenti guarentigiati, quando bona ſunt obligata: præſertim accedente conſtituto, quod operatur vt poſſit con-

13 ueniri tertius poſſeſſor ſecundum *Aret. conſil. 21. colum. penult.* qui firmat pactum executiuum exerceri poſſe contra tertio negotio nondum liquidato, & non conſtito etiam, quod cauſam habeat a contrahente. *Soc. ſeu conſil. 82. num. 8. lib. 3. Marant. in Speculo p. 6. in vltima act. num. 33.* qui ait, quod prima facie quilibet reſponderet contrarium, ſequitur *Alex. conſ. 185. num. 3. lib. 6. Capyc. deciſ. 54. num. 2.* & ita iudicauit *Senatus Mantuan. d. deciſ. 173. apud Surd. in fine.*

14 Permutanti tamen, qui rem ſuam tradidit, & ſibi traditam iudicialiter amiſit contra ſecundum permutantem pro indemnitate ſuccuritur, ſi rem, quæ ſua erat, recuperare non poſſit, vt probatur in *dict. leg. cum precibus in verſic. ſed ſi ſecundum, & in verſ. ſequenti*, & ibidem tradunt *gloſ. & Doct. communiter, in ſpecie ita reſpondit Petr. Caball. conſ. 5. lib. 1.*

An autem præmiſſa locum habeant in permutatione beneficiorum, non inutilis eſt quæſtio, quam tractat *Doctores in c. 1. de rer. permut. in ſexto, & Soc. conſ. 168. lib. 2.*

15 & præcipuè, an permutatione non ſortita effectum, vt quia is, qui aſſignauit, obijt, liceat auctoritate propria ad ſuum redire beneficio tradunt *Felyn. in c. cum venerabilis num. 11. de exceptio, & ibidem Dec. numer. 18. Capell. Tholoſan. quæſt. 260. Gloſ. Pragm. Sanct. Rebuff. de Pacific. num. 165. Ioan. Nicol. de iurepatronat. pag. 132. & 135. Rota in nou. deciſ. 23.* qua exigit nouum titulum, quia primus per reſignationem fuit penitus extinctus, de communi eadem *Rota in antiq. deciſ. 463. col. 4. & ſeq. Gomez ſuper regul. Cancell. pag. 784. Staphile de Literis, pag. 155 Probus in rubr. de renunciat. num. 26. & in dicto capit. 1. num. 14. de rerum permut. Boer. quæſt. 97. cum ſeq. Gloſ. Reg. Cancell. 38.* vbi cum communi reſoluit neceſſariam, eſſe collationem ſequitur *Rebuff. in dict. tract. de pacif. poſſeſſ. numer. 165. qui num. 168.* declarat, hoc non procedere, quando beneficio reſſignatur ex cauſa permutationis, & non alias quia ſi ſi non admittatur illa permutatio, poterit Epiſcopus dare licentiam cuilibet reuertendi ad ſua beneficia, etiam reſignata, ex *Rota deciſ 7.* nota, quod vbi aliquam quis per *cap. ſi beneficia de reſti. ſpoliat. & deciſ. 5.* nota quod excommunicatio *de ſentent. excomm.* in antiquis, & de communi teſtatur poſt *Soc. d. conſ. 168.*

Et pariter, quando quis renunciat vt conferatur tali N. & non alias, nec alio modo: quoniam hæc verba vim habent conditionis ex adductis ibi per eum.

16 Contrarium ſenſerint *Ioan. Nicol. in Enchirid. tit. de permut. benefi. cap. 11. numer. 3. & ſeqq.* quia ſatis eſt, quod illi non fuerit ius quæſitum ſimpliciter, ſed ſub conditione illa reſolutiua, qua deficiente, quocunq; modo deficiat, corruit reſignatio, & omnia inde ſequuta; quod admitti debet in beneficialibus, vt pluralitas tenetur.

17 Item, quoniam conditio mixta qualis, eſt iſta impedita per caſum contingentem in perſona eius, cum quo adimpleri debet, facit deficere contractum, & relictum, iuxta notata *in l. 1. C. de inſtit. & ſubſt. & in l. ſi pater. Cod. eodem*, & hanc ſententiam tenet, ac tuetur nouiſſimè *Caldas in tract. de empt. & vendit. capit. 31. numer. ſexto, & ſeptimò.*

18 Sed quid, ſi permuttans declaret in inſtrumento nolle de euictione teneri:

Reſpondetur, quod iſtud pactum non liberat ab obligatione exibendi acquirenti publicum acquiſitionis ſuæ inſtrumentum, iuxta reſponſum *Sæuolæ I. C. in leg. Titius hæres, & in leg. creditor fundum de act. empt.* vbi ad literam ſcribit *Mudæus pag. 208. nu. 2.* dubitandi rationem fuiſſe, quia non tenebatur ille venditor de euictione: quo quidem motiuo non refragante, Sæuola determinauit, quod venditor, etſi pactum fuiſſet ſe nolle de euictione teneri, nihilominus emptori oſtendere tenebatur in inſtrumenta, ex quibus probatur quid iuris haberet in re vendita, & inquit *Vlpian. in l. venditorem in fine, vbi gl. pariter in fine, ff. de euictio.* quia quis cedere cogitur quod eſt abſque
19 ſuo damno, & manifeſtare id quod emptori prodeſſe poteſt, alias ex emptor tenetur tanquã ex dolo præſumpto, vt innuit *Pompon. I. C. in l. vendendo, §. ſi cum ſeruus, vbi gl. in verb. ob dolum. ff. de contrah. empt. & habetur in l. non quæro vet. quæ venditor nouit*, quæ quis ſpecialiter excipere potuit, & debuit, *ff. de actio. empti*, licet vbi venditor te-
20 netur de euictione non teneatur tradere inſtrumenta, ſed ſolum exhibere, vt declarat *Rota apud Put. deciſ. 447. libr.*
21 2. quæ adhibitio ſi non fiat, & emptor, ſeu his, cum quo

facta fuit permutatio damnificetur perinde eſt, ac ſi facto venditoris, ſeu permutantis res euinceretur, ac propterea de eo teneri debet, quia promittens pro ſuo facto tenetur & pro non facto. *Hier. Cagn. in leg. quod noſtrum eſt,*
22 *ff. de reg. iur.* ſicuti dicitur in conductore, qui in ſe ſuſcipiat caſus fortuitos cogitatos, & non cogitatos non dicitur ſuſcepiſſe caſum prouenientem a perſona ipſiuſmet locatoris, vt reſponderunt *Ioan. de Monteſperella conſil. 3. Bruaor. à Sole queſt. 31. num. 38. & 39. vſque ad 47. Ferret. de gabell. numer. 909. Ioſeph. Ludouic. tom. 3. ſyntagm. comman. diuerſ. pag. 465. titul. de iure emphyt. colum. 1. verſ. Intellige. Sebaſt. Medic. de caſi. fortuit. parte ſecunda quæſt. 10. num. 21. & num. 44. in prima parte quæſt. 15. ante n. 19. & in fine, & num. 59.*
23 Et in terminis, quod permutatio venditio ſeu ceſſio non dicatur ſufficienter facta, ſi non exhibeantur, ac dentur in inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ per *text. in l. cum ſeruus, §. fin. de condit. & demonſtr. decidit Rota per Capataq. in deciſ. 104. part. 1.*

ARGVMENTVM.

Pactum in permutatione factum, quod ſecuta euictione liceat redire ad rem ipſam permutatam, an, & quando valeat. In permutatione quæ actio competat. Et quando res permutata dari non poteſt, vt quia ab alio occupata; ad quid agi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in permutatione puta emphiteuſis factum, quod ſecuta euictione prædij, liceat redire ad rem ipſam permutatam, non valet abſque domini noua licentia.*
Sed contra num. 3. 9. & infra.
2 *Venditor donec emphyteuſis non poteſt vigore ſimplicis aſſenſus cum emptore conuenire, quod donec ſoluatur ſibi pretium res obligata ſi remaneat.*
4 *Permutanti ad rem permutatam datur regreſſus, etiam ante ſecutam euictionem, vbi aduerſarius rei datæ dominium non tranſtulit.*
Ampliatur procedere, etiamſi res fuerit penès tertium, num. 8.
5 *Permutatio eſt contractus innominatus.*
6 *In contractibus innominatis eſt locus pœnitentiæ, quando ab vna parte non impletur.*
7 *Paria ſunt quid non fuiſſe impletum per rei traditionem, vel quod res tradita ſit euicta.*
10 *Fruſtra imploramus ab homine, quod conceditur a lege.*
11 *Conceſſo vno etiam conceſſa cenſentur, quæ veniunt in eius conſequentiam.*
12 *Regreſſus venit in conſequentiam permutationis, quoniam a iure conceditur, vbi res permutata euincitur, & num. ſeqq.*
14 *De natura quæ ſunt contractus, ſemper inſunt, etiamſi non exprimantur.*
15 *Permutatio, vbi facta eſt cum Eccleſia, & quæritur an melior ſit conditio Eccleſiæ, inſpicitur tempus permutationis.*
Ita quod, ſi res data Eccleſiæ fiat deterior, vel ſi res ab Eccleſia tradita poſt permutationem ſit effecta melior, permutatio reſcindi non poteſt. num. 16.
Quicquid aliud ſit, quando permutatio eſſet nulla, & poſteà ſequeretur ratihabitio, num. 17.
Vel non eſſet vtilis, vt quando cenſus, vel canon datur in recompenſam non eſt cum decreto, dummodò, & cum denuntiatione, num. 18.
Præſumitur autem vtilis quando fuit cum debitis ſolemnitatibus, vel eſt confirmata, n. 19.
Et dicenti eſſe damnoſam Eccleſiæ incumbit onus probandi læſionem, vel non euidentem vtilitatem, n. 20.
21 *Res permutata vbi tradi non poteſt, quia fuerit medio tempore ab alio occupata, pro ea agitur ad pœnam, & intereſſe.*
Et loco pignoris datur retentio, ſi ille pro parte ſua non impleuit, num. 25.
Neque excuſatur permutans, num. 22.
Et de ratione num. 23. & ſeqq.
24 *Fidem qui ſibi ſeruari poſtulat, facere debet quod ex parte ſua tenetur.*
26 *Fratres permutantes bona communia, de euictione tenentur pro virili.*
Idem, ſi alter emptori vendiderit, & alij ratum habuerint, num. 27.
28 *Res permutata quando fuit euicta, datur conditio ſine cauſa.*
Et actio præſcriptis verbis, n. 29.
30 *Permutatio non cenſetur prohibita, quando fuit prohibita alienatio.*
Intellige, ſi meliorando permutetur, num. 31.
Etiam ſi meliorando permutetur, num. 31.
Etiam quod fiat ignorante, & diſſentiente fideicommiſſario, num. 32.
Niſi tamen eſſet res, ad quam teſtator principaliter habuerit particularem affectionem, vt quia fuerit res maiorum ſuorum, num. 33.
Vel illa res particulariter fuiſſet prohibita, n. 34.
Quamuis inter fideicommiſſarios prohibitos alienare permutatio prohibita non cenſeretur. n. 35.
36 *Mulier licet marito miſſio fundum dotalem non poſſit alienare, poteſt tamen permutare.*
Intellige vt num. 38
37 *Permutatio longè minus affert damnum, quam venditio, ſi ſine damno fiat.*

Quæſt. CXLI.

1 SEd pone, quod permutata ſit res, puta libellaria, ſeu emphiteuſi Eccleſiaſticæ ſuppoſita cum alia, cum domini directi conſenſu, & in permutatione factum ſit pactum, quod ſecuta euictione prædij permutati liceat redire ad rem ipſam permutatam: an valeat tale pactum abſque domini noua licentia, & dicendum videtur quod non, per ea quæ concludit *Afflict. in cap. Imperialem in princ. numer. 39. de prohibita feud. alienat. per Feder.* quia ſecundum cum conſenſit dominus, quod emptor feudum habeat; non vt reſtituat venditori, idemque tenuit *Paris de Puteo de reintegr. feud. cap. 236. num. 19. & ſeqq. Frece. de feud. libro ſecundo titul. de auctoritat. Baron. erga ſubfeud. quæſt. 16. per totum, Camerar. in d. capit. Imperialem fol. 462. Foller. in praxi cenſual. in ver. inſtr. grat. proconſ.*
2 *prat. num. 12.* & quod magis eſt venditor non poteſt vigore ſimplicis aſſenſus cum emptore conuenire, quod donec ſoluatur ſibi pretium, res obligata ſibi remaneat, vt per eundem *Afflict. in d. cap. Imperialem quæſt. 24. num. 107. per tex. in l. 1. in fine, ff. de reb. eorum.*
3 Sed verius eſt in hoc non eſſe opus alia licentia: quoniam, vbi res recepta in permutatione euincitur, licet poſſeſſori redire ad rem ſuam; eamq; reuocare *l. 1. vbi Gl. & cõmuniter ſcribentes, C. de rer. permut. Becc. conſ. 83. num.*
4 *9.* quinimmò etiam ante ſecutam euictionem datur permutan-

mutanti regreſſus ad rem ſuam, ſi aduerſarius rei datę do-
minium non tranſtulit, vt dixi in præcedenti quæſtione;
& voluit *Bec. vbi ſupra num.8.* nam permutatio eſt con-
5 tractus innominatus. *Gl. & Doct. in rubr. C. de rerum per-
mut. leg. 1. vbi Paul. de Caſtro num.6. ff. eodem titul.* & in
6 contractibus innominatis eſt locus pœnitentiæ, quando
ab vna parte non impletur, *l. ſi pecuniam in princ. ff. de con-
dit. ob cauſ. leg. fin. vbi Bart. Alex. Iaſ. & alij, ff. eod* & paria
ſunt, quod non fuerit impletum per rei traditionem,
7 vel quod res tradita fuerit euicta, *l. non quocunque in princ.
ff. de lega. 1.* vbi quod euincitur, habetur pro non tradito
*Becc. in loco præadmonito n.70. poſt Bal. in conſ. 296. quæri-
tur in princ. lib. 2.*

8 Quod permutanti detur regreſſus ad rem exiſtentem
etiam penes tertium, ſi res ſibi data fuit euicta, latè *Surd.
deciſ. 173. per totum, quem ſequitur Gratian. diſcept. libr. 1. c.
3. n. 19. & 20.*

9 Et ad id quod dicitur de noua licentia requiſita domi-
ni directi: Reſpondetur, quod ex quo regreſſus à iure cō-
ceditur, vbi res permutata euincitur, non ideo minorum,
ſi opus non ſit licentiam impetrare, quia fruſtra implora-
10 mus ab homine, quod à lege conceditur *l. 1. C. de Theſa.
lib. 10. l. 1. ff. ad municip. Dec. conſ. 51. in fine, Crot. conſ. 136.
num. 21. & 25. Neuizan conſ. 38. num. 16. & conſ. 41. num.
19.* & cum permutatio fuerit approbata ab Eccleſia,
cenſetur quoque approbatus regreſſus ad rem traditam,
vbi ſequatur euictio; quoniam vno conceſſo, ea quoque
11 dicuntur conceſſa, quæ veniunt in eius conſequentiam
*cap. cum quid de reg. iur. in ſexto, l. 2. ff. de iuriſd. omnium iu-
dicium, l. 1. §. fin. & l. vltima, ff. de offic. eius Surd. d. deciſ. 173.
num. 19.* & ſucceſſiuè in caſu de quo agitur, permutatione
conceſſa ab Eccleſia, cenſeatur etiam conceſſa regreſſus
ad rem traditam, vt ſequatur euictio; egregie, *Surd. d. deciſ.
173. ſub num. 18.* & ratio eſt, quia regreſſus venit in conſe-
12 quentiam permutationis; à iure namque conceditur
quando res permutata euincitur, *l. 1. vbi Gl. & Doct. com-
muniter, C. de rei permut. Bec. conſ. 83. num. 9. lib. 1. Surd. d.
deciſ 173. n. 13.*

13 Nec obuerſatur, quod licentia de alienando con-
ceſſa non extenditur ad pactum de retrouendendo.

Quoniam id nō procedit in re data in permutationem
quia ad eam datur regreſſus, cum veniat ex natura contra-
ctus permutationis ita quod Eccleſia præſtando aſſen-
ſum ſuper permutatione, cenſetur etiam conſentire ſuper
14 regreſſu, qui conſequitur ex ipſa permutatione, ea enim
quæ ſunt de natura contractus, ſemper inſunt etiamſi non
exprimantur, *l. cum dubitatur, C. de euict.* & dicuntur natu-
ralia intrinſeca, vel extrinſeco, vt declarat *Berengar.
in leg. pacta conuenta cap. 1. numer. 49. & 50. ff. de contrah.
empt. facit Follet. in praxi cenſu. in ver. inſtr. grat. pro cenſ.
per numero duodecimo in fine. Surd. dict. deciſ. 173. numer. 21.
in fine.*

15 Quando autem agitur de permutatione, facta cum Ec-
cleſia, & quæritur an melior ſit conditio ipſius Eccleſiæ,
alia eſt difficultas, in qua inſpicitur tempus contractus,
puta permutationis, *c. vt ſuper de reb. Eccl. non alienand.
l. ex mille, §. 1. de euict. Pariſ. conſ. 24. n. 7. lib. 4. Rota coram
Card. Seraphino in Anconitana terrarum 13. Iunij 1570. de
16 qua per Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent lib. 6. tit. 25.
num. 61.* vbi ex hoc concludit quod ſi res data Eccleſia
poſt permutationē ſit facta deterior: vel, ſi res ab Eccleſia
tradita ſit melior effecta permutatio reſcindi non poteſt,
*Calder. conſil. 5. de rer. permut. Bald. conſ. 334. in fine libro
primo Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. glo. 1. num. 10. Rota
in Anconitana terrarum 13. Iunij 1578. coram Card. Sera-
phino in impreſſ. deciſ. 366. numer. 1. & in Florentina bono-
rum 7. Maij 1591. coram Cardin. Pamphilio, & in Romana
Caſalis 7. Iunij 1591. coram R. P. D. Gypſio.*
17 Quicquid aliud ſit, quando permutatio eſſet nulla; &
poſteà ſequeretur ratihabitio, tunc enim eſſet nouus
contractus; & ideo deberet inſpici tempus ratihabitionis
quo ſolemnitas eſt adhibenda. *Cardin. Mantic. dict. tit. 25.
lib. 6. num. 63.*

18 Vel non eſſet vtilis, vt quando cenſus, vel canō datus
in recompenſam non eſt cum decreto, dummodò, & cum
deuolutione: cum hæc qualitas nedum inducat commo-
diorem & faciliorem exactionem, ſed etiam reddat con-
ditionem fuit reſolutum per *Rota in cauſa Romana apothe-
cæ 6. Februarij 1584. coram Vicecomite,* & vide, quæ haben-
tur in *placentina aquarum 10. Februarij 1597. coram R. P.
D. Orano.*

19 Præſumitur tamen vtilis, quando fuit cum debitis ſo-
lemnitatibus, vel eſt confirmata. *Bal. in cap. 1. in princ. num.
7. de his, qui feud. dare poſſ. Iaſ. conſ. 57. num. 3. libr. 1. Dec.
conſ. 142. num. 1. conſ. 341. num. 12. Abb. conſ 41. num. 2. libr.
1. Alex. conſ. 79. nu. 2. lib. 1. & conſ. 79. num. 6. lib. 2. ad fin.
Pariſ. conſ. 24. num. 5. lib. 4. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 17.
num. 2. Gabr. de ſen. concluſ. 1. num. 2. Capyc. deciſ. 16. Rota in
cauſa Raguſina emphyteuſis 20. Iunij 1578. coram Card.
Lancellotto, vt in deciſ. diuerſ. 479. num. 1. p. 1. & in Auxi-
mana bonorum 23. Maij 1584. coram R. P. D. Rubeo, & in
eadem 15. Nouembris 1585. coram R. P. D. Robuſterio, &
in Valentina bonorum 28. Nouembris 1586. coram Card.
Blanchetto, & in Romana deuolutionis domorum 23. Martij
1590. coram Card. Pamphilio, & in Florentina bonorum
7. Maij 1590. coram eodem in Romana Caſalis Turricellæ
29. Aprilis 1594. coram Card. Seraphino, inter impreſſ. deciſ.
1073. in Bononien. bonorum de Maiano 16. Iunij 1595. coram
D. Card. Millino, & 20. Nouembris eiuſdem anni co-
ram eod. & in eadem 26. Maij 1596. coram Card. Arrigo-
nio & in Mediol. bonorum 15. Ianuarij 1597. coram Card.
Pamphilio.*

20 Vnde dicenti eſſe damnoſam Eccleſiæ, incumbit onus
probandi læſionem, vel non euidentem vtilitatem, *Bald. in
d. c. 1. in prin. n. 7. de is qui feud. dare poſ. Corne. conſ. 181. num.
1. in prin. lib. 1. Dec. in c. quoniam contra num. 42. de probat.
Couar. var. reſol. lib. 2. c. 17. n. 2. ad finem, Abb. conſ. 91. ſub n.
2. lib. 1. Alex. conſ. 79. num. 6. ad finem lib. 1. Iaſ. conſil. 54. nu.
3. lib. 1. Dec. conſ. 142. num. 1. Pariſ. conſ. 24 n. 5. lib. 4. Rota in
cauſa Mediolanen. bonorum 10. Ianuarij 1597. coram Card.
Pamphilio, & coram eodem in Romana deuolutionis domo-
rum 26. Martij 1596. & in Romana Caſalis Turricellæ 28.
Iunij 1578. coram R. P. D. Cantuccio vt in deciſ. diuer. 87.
num. 3. p. 2.*

21 At, quid ſi contingat rem permutatum tradi non poſ-
ſe, quia fuerit in medio tempore ab alio occupata: Reſpō-
detur, quod agitur ad pœnam & intereſſe, *l. 1. in princ. & l.
prædia, ff. de act. empt.*

22 Nec excuſabitur permutans, quia debuit proſpicere;
ne id eueniret, *l. ſtipulatio iſta, ff. de verb. oblig. l. in lege, ff.
23 locat. & l. non impoſſibile puto, ff. de pact.* & difficultas præ-
ſtationis ad incommodum pertinet promiſſoris, *l. conti-
nuus, §. cum quis, ff. de verbor. oblig.* nam qui vult ſibi fidem
ſeruari, facere debet, quod ex parte tenetur, *l. Iulianus, §.
offerri, ff. de act. empt.* etſi eſt quid mobile, vel pecunia, de-
bet eam offerre: & ſi eſt immobile puta fundus, vel domus
24 debet offerre ſeparatum, & requirere eum quod vadat ad
accipiendum poſſeſſionem vna ſecum faciendo ex parte
ſua, quod debet, *l. acceptam, C. de vſur. l. ſoluturus, ff. de ſolut.
l. ſi reſiduum, C. de diſtract. pignor. l. fundus qui Lucii Titii
erat, ff. de reſcind. vend. & loco pignoris retinere poteſt*, ſi
ille ex parte ſua non impleuit quod debuit implere, *dicto
25 § offerri, in Glo. ordin.* in ſpecie ſic; reſpondit *Bald. conſ. 368.
num. 5. & 6.* ſecundum nouam numerationem à me fa-
ctam *lib. 5.*

26 Meminiſſe denique oportet, quod & fratres permu-
27 tantes bona communia, de euictione tenentur pro virili,
idem, ſi aliter ipſorum vendiderit, & alij tatum habuerunt

Dec.

*Dec.conſil.*281. & quando res permutata fuit euicta, com-
28 petit conditio ſine cauſa, *l.1.C.de rer.permut.& leg.fin.de*
condit.cauſ.dat.non ſecu.Surd.d.deciſ.175.num.7.13.& ſeq.
29 *Ant.Monac.dec.Luc.60.ſub num.15.* & actio præſcriptis
verbis, *l.naturalis,§.1.de præſcript.verb.Alciat.in l.ſi fundo,*
30 *in figuratione caſus Cod. de tranſact.* & quatenus facta re-
periato prohibitio alienationis cum alio, tamen talis
prohibitus poteſt permutare. *Decian.conſilio 52.numer.*
36 lib.primo & conſil.55.numero 53.lib.3. Petra de fideic.
quaeſt.8.numero 525. Card.Mantic.de tacit. & ambig.con-
uent.lib.25.titul.2.numero 15. ſi meliorando permut. *Bar-*
31 *boſ.in l.1.p.5.numero 6.ff.ſol.matr. Caſtren.conſil.270.libr.*
2.Alba conſil.97.num.15.Dec.d.conſil.55.num.58.& dict.
conſ.52.numer.28.& ſeq.Cranet.conſil.953.verſic. Tertiò.
Card. Mantica de coniectur. vlt.volum.lib.ſeptimo titul.8.
numero 23.Peregr.de fideicomm.ort.40. num.32. etiam
32 quod fiat ignorante, ac diſſentiente fideicommiſſario
Alba dict.conſil.97. num.ſeptimo Peregr.d.art.40. num.35.
niſi tamen eſſet res, ad quam teſtator principaliter ha-
33 buerit particularem affectionem, vt quia res fuerit ma-
iorum *Paul.de Caſtro conſil.269.ſub numer.2.lib.4. Felyn.*
conſil.42.numer.quarto Grat.conſil.17.nu.41.& ſeqq.lib.1.
Alba d.conſ.97.num.12. Crot conſil.65.num.18.lib.1.& in
l.filiusfam.§.Diui numer.114.ff.de legat.1. Card.Mantica de
34 *coniect.vltim.volunt.lib.7.tit.8.ſub numer.43.et de tacit.et*
ambig.conuent.libr.25.tit.4.in fine Petra d.quaeſt.8.numero
528.Pereg.dict.articul.40.ſub numer.33. in fine; vel illa
res particulariter fuiſſet prohibita *Peregr. dict. loco num.*
34. quamuis regulariter inter fideicommiſſarios prohi-
35 tos alienare permutatio prohibita non cenſeatur. *De-*
cian.conſil.55.num.73.& ſeq.& conſil.57.lib.3. Pereg.dict.
art.40.ſub num.34.verſic.concedendum, Card.Mantica de
tacit.& ambig conuent.lib.25.tit.4.num.decimo, & ratio
eſt, quia læditur voluntas teſtatoris, *arg.leg.vtilitatem, &*
leg.in confirmonda, ff.de confirm.tutor.& leg.primo, ff.vbi
36 *pupil.educa.debe.addit Cyn.in Authent.ſiue à mè, Codic.ad*
Velleian. quod ſi mulier fundum dotalem marito inſcio
alienare non poſſit, poteſt tamen permutare. *Alber.in l.*
1.§.et cum lex, C.de rei vxor. actio. Cuman in leg. quam-
uis, ff.ſoluto matrim.Surd.de aliment.tit.8.priuil.56.num.
99. permutatio enim longe minus affert detrimentum
37 quam venditio, ſi ſine damno fiat *Tiraq.de retract.lignag.*
§.30.Glo.ſecundo numero 28. Surd.d.num.99. intelligendo
38 tamen, vt per *Barboſ.in dict.leg.quamuis num.6. Gomez.in*
l.Thaur.40.num.82. Ludou.Molin.de primog. Hiſpan.libro
tertio cap.3.

ARGVMENTVM.

Euictio in tranſactione, quando locum habeat.

Tranſactio cum Eccleſia & minore, vt ſubſiſtat, qualiter fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Euictio debetur in tranſactione, quando res traditur: ſecus ſi dimittitur, ſeu retinetur, & numero 45. & infra; & numer. 27.*

Ratio, quia, qui rem ex cauſa tranſactionis dimittit, non transfert dominium in aduerſarium, n.2.

Primò limitatur, non procedere, quando traditur illamet res, ſuper qua lis agebatur: quamuis ſecus ſit, quando alia datur, ſuper qua nulla lis erat, n.9.

Et ratio aſſertur num. 10.

Secundò limitatur, quando tranſactum eſt ſuper ipſa lite, vel inſtantia: licet ſecus, quando tranſigitur ſuper re ipſa num. 11.

Intellige procedere in caſibus, in quibus tranſigi poteſt, num.22.

3 *Renuncians liti, & cauſa ſuper fundo, dominium non transfert.*

4 *Res quando traditur ex cauſa tranſactionis, transfertur dominium, quando tradens eſt dominus.*

6 *Tranſactio non tribuit titulum, quando res dimittitur: licet ſecus quando traditur.*

Prout nec quando ſunt conceſſa iura, n.7.

Quo caſu nemo de euictione tenetur, quia intelligitur ſolum conceſſiſſe dubium euentum, n.8.

12 *Fundus occaſione tranſactionis traditus ſi euincatur, non rumpitur tranſactio, ſi adeſt ſtipulatio, vt ſeruentur promiſſa.*

13 *Dimiſſio facta per verum hæredem cum eo, qui non erat verus hæres, non præiudicat verò hæredi, niſi ſit tranſactum.*

14 *Tranſactio ſi non obſeruatur, altera pars poteſt redire ad primæuam actionem.*

Contrarium habetur, n.8.& ſeq. & 21.

Et actori ſubuenitur actione ob cauſam, n.15.

16 *Tranſactioni dicitur contrauenire qui non ſoluit id, quod ſoluere tenebatur.*

Etiamſi in minima contrauenerit, n.17.

19 *Fundus in tranſactione traditus vbi euincitur, non eſt locus pœnitentiæ: ſed agitur de euictione.*

Ne lites finitæ inſtaurentur, n.20.

23 *Emptor poſt factam traditionem tranſigere non poteſt cum euincente, & ſi tranſigit agere non poteſt de euictione contra datores ſuos.*

24 *Tranſactio, & compromiſſum procedunt à pari.*

25 *Remedium l.2.C.de reſcin.vendit.quæ loquitur in venditione procedit etiam in tranſactione.*

26 *Tranſigendo, qui aliquid recepit, omne ius ſuum vendere videtur, pro eo quod recipit: ſicut ille qui vendit hæreditatem.*

Et ſicut talis venditor non tenetur, ſi res aliqua euincatur, ita quoq; tranſigens, n.27.

28 *Tranſactio facta cum Eccleſia, & minore, valet, ſi fiat re apud eos dimiſſa.*

Ampliatur habere locum, non ſolum quando ipſi poſſidebant, ſed etiam quando poſſidebant aduerſarius qui cum illis litigabat, et aſſignata pecunia in recompenſationem rei, num.29.

Ratio eſt, quia minor & Eccleſia: ſicut dicuntur alienare quando tradunt fundum ex cauſa tranſactionis, ita quando illum dimittunt apud poſſeſſorem, à quo petierunt, numer. 30.

Sed quod minor, quando non poſſidet, poſſit tranſigendo dimittere bona immobilia penès poſſidentem, cauſa cognita, et cum iudicis decreto, n.32.

Quidquid alii non requirant decretum, n.33.

Extenditur ad tranſactionem factam per patrem ſuper bonis aduentitiis, et per alios adminiſtratores, ac tutores, qui tranſigere poterunt, retinendo, non dimittendo, ſeu transferendo, n.31.

At videas n. 34.

85 *In tranſactione ſuper bonis Eccleſiæ requiruntur eædem ſolemnitates, quæ in alienatione.*

Declaratur procedere, quando res Eccleſiæ per Prælatum aliis dantur, cum alienantur, ſecus, ſi Eccleſia retineat, licèt aliquid det, vel faciat, n.36.

Quæſt.

Quæſt. CXLII.

FRequens, & vtilis eſt diſceptatio, an, & quando in
tranſactione locum habet euictio.
1 In qua dicimus, euictionem tunc deberi, quando res
traditur, ſecus ſi dimittitur, vel retineatur, *leg. qui cum tu-
toribus, ff. de tranſact. & ibi notat Gl. ad idem eſt tex in leg.
ſi pro fundo, vbi Bart. Bald. Caſtr. Alex. & Iaſ. ac alij, Cod. de
tranſact. l. ſi de certa & ibi Salycet. & Alex. Cod. eodem,
Gozad. conſil. 94. numero 39. Rube. conſil. 152. numero primo
Crement. ſingul. 130. Bertrand. conſil. primo numero 55. part.
1. notatur per Gloſ. & Doct. in l. ex cauſa, C. de vſucap. pro
emptor & in l. 1. ff. eodem titulo. Hier. Gabriel conſil. 90. num.
45. lib. 1.*
2 Et ratio eſt, quia qui rem ex cauſa tranſactionis dimit-
tit, non transfert dominium in aduerſarium, *l. ſi domus, §.
de euictione, ff. de leg. 1. Alex. in dicta l. ſi pro fundo num. 5.
Rube. Alex. dicto conſilio 152. num. primo* & quod non
transfeat dominium voluerunt *Bar. Bal. Caſtr. Alex. & Iaſ.*
3 *in dicta leg. ſi pro fundo*, dicentes quod etſi renunciet quis
liti, & cauſæ ſuper fundo, non tamen dominium transfert;
dominium autem transfertur, quando res traditur ex cau
4 ſa tranſactionis, & tradens erat dominus: alias transfertur
vſucapiendi conditio, vbi tradens non erat dominus, *l.
clauibus, ff. de contrahen. empt.* ſecus, vbi res dimittitur ex
cauſa tranſactionis, vt per *gl. in l. 1. ff. pro empto.* quam
communiter ibi ſequuntur *Doctores, & in ſpecie Bart. facit
l. ex diuerſo, §. potior. ff. de rei vendi. & l. ſi ſeruus, §. cauerr,
ff. de condit furt.* & inquit *Bald. in cap. primo in fine de con-
trouer. inter vaſſall.* & alium *de benefic. inueſt. & in d. l. ſi pro
fundo*, & non eſſe alibi, pluribus ibidem comprobat Iaſ. ſub
5 num. 9. & ſequentibus, vbi Bart. alij, dicunt, quod nec e-
tiam tribuit titulum tranſactio, quando per eam dimitti-
6 tur res, licet ſecus ſit quando traditur; prout nec quando
ſunt conceſſa iura, quia licet conceſſio iurium, quæ quis
habet, & habere ſperat, titulũ præbeat. *C. pro empt. & Bar.*
7 *in l. 1. l. emptor. eodem tit.* tamen ex conceſſione nemo de
euictione tenetur, quia intelligitur ſolum concedere du-
bium & incertum euentum, l. quod in venditione de hære.
di, vel act. vendi. & notant *Angel. Alex. & alij in leg. locus*
8 *de acquirea. poſſeſſ. Dyn. Bartol. Angel. & Paul. de Caſtro in
l. ſi ſic, §. 1. ff de legat. primo, Gabr. dicto conſil. 90. numer. 47.
libro primo.*
9 Quinimò fortius voluit *Baphael Fulgoſ. in dicta leg. ſi
pro fundo*, quod etiam re tradita non preſtetur euictio,
quando illamet rea traditur ſuper qua lis agebatur; quam-
uis ſecus ſit, quando alia traditur, ſuper qua nulla erat
lis, & hunc intellectum tenet etiam *Alex. in fine, Iaſ. ſub
num. primo verſ.* alium, & ſecundum *Gozadin. dicto conſilio*
10 *94. numero* 40. cuius rei illa eſt ratio, quoniam is, qui
dimiſit ſolum ius quod in eo habet vult remittere, non
etiam ſe obligare, neque enim vt proprium tradidit, ſed
ius ſuum remittendo à lite diſcedit. At è contrario, qui
fundum retinet, & alium quaſi proprium tradit, vt aduer-
ſarius à lite diſcedat, ſe ipſum obſtringit, & ita etiam il-
lum *text. in dicta l. ſi pro fundo, intellige Socinus iun. conſilio
84. num. 26. libro ſecundo, & ſequitur Card. Mantica de tac.
& ambiguit. conuention. libro ſecundo, titulo tertio, ſub
num. 88.*
11 Præterea, quando tranſactum eſt ſuper ipſa lite, vel in-
ſtãtia, euictio non debetur, licet ſecus ſit, quando tranſigi-
tur ſuper re ipſa, ita declarat *Bal. in l. ſi inter nos, C. com-
mun. vtriuſq; iudic. Iaſ. in d. l. ſi pro fundo n. 9. in fine, Rube. d.
conſ. 152. n. 3. in fine.*
12 Bene verum eſt, quod ſi fundus traditus occaſione
tranſactionis euincatur, non rumpitur tranſactio, ſi adeſt
ſtipulatio, vt ſeruentur promiſſa, dicta l. ſi pro fundo, ff. de
tranſact. & l. cum ſolus, ff. de vſucap. vbi diuiſio facta per
13 verum hæredem cum eo, qui non erat verus hæres, non
præiudicat vero hæredi, niſi ſit tranſactum: ergo, ſi eſt
tranſactum præiudicat. *Boccac. in tract. vti poſſide. capit. 18.
numero 94.*
14 Vtrum autem aduerſus non obſeruantes tranſactionem
is, cui non obſeruatur tranſactio, poſſit redire ad prime-
uam actionem alia eſt conſideratio: nam pro affirmatiua
16 videtur *tex. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis,
vbi Gloſ. Bart. & Bal. numero ſexto*, & in reo non obſeruan
te eſt tex. in l. ſiue apud acta, Cod. de tranſaction. item a-
15 ctori ſubuenitur actione ob cauſam, *leg. ſi quis accepto, &
l. finali, ff. de conditio ob cauſam. Curtius iunior in dicta leg.
ſiue* apud acta, num. 48. ſed tranſactioni contrauenire dici-
tur, qui non ſoluit illud, quod ſoluere tenebatur. Curtius
iunior poſt *Caſtren. & Alex. in l. ſi quis maior num. 31. C.*
17 *de tranſact.* etiamſi in minimo contrauenerit *Alex. in l.
in executione, §. item ſi ita, ff. de verb. obl. Dec. in l. cum pro-
ponas, C. de pact.*
18 Contrarium deciditur in dicta l. ſi pro fundo, & ibi
Bar. num. primo, & Iaſ. num. ſeptimo, C. de tranſact. vbi
dicit *Bart.* quod eſt ſpeciale odio litis, quando reus dat
fundum, & euincitur, non eſt locus pænitentiæ, l. quamuis,
*C. de tranſact. Grattan. diſceptat. forenſ. libro 3. capitul. 557.
numero 23. Iaſ. in leg. cum tranſegiſſe numero ſecundo, Cod. de
tranſact. Decian. conſil. 64. numero 9. libro tertio. Cardin.
Mantica de tacit. et ambig. conuent. libro 26. tit. primo num.*
19 *ſexto*, ſi quantum in ſe fuit, impleuit, ſed agere poteſt de
euictione; ratioque eſt ſecundum Iaſon. vbi ſupra, numer.
ſeptimo, ne lites finitæ inſtaurentur, dicta l. ſiue apud acta
20 ver. nec huius *C. de tranſact. Bal. in leg. terminato, in ſecundo
not. C. de fruct. et lit. expenſ. Ripa in l. naturaliter, §. nihil
commune numero 111. et in fine, ff. de acquiren. poſſeſs. Bur-
gos in cap. finali numer. 26. de empt. et vendi. Natta conſilio*
21 *33. numer. 3. Rota coram Sanctiſs. Ludouiſ. deciſ. 354. num.*
2. nam ſi ob euictiones, quæ quotidie fiunt de rebus datis
occaſione tranſactionum, tranſactiones ipſæ reſcinderen-
tur, & tranſigens poſſet redire ad primæuam actionem,
præter id, quod lites fierent immortales, de facili etiam
tranſigentibus daretur materia recedendi à tranſactioni-
bus, & ad primæuas actiones redire, & ita doloſè cum
aliquo colludere, qui ipſum in fundo in tranſactione aſſi-
gnato vexaret, ad hoc vt à tranſactione diſcedere alteri
parti liceret, quibus fraudibus omninò obuiandum eſt *l.
1. §. ille autem, C. de latin. libert. tollen. Socinus iun. conſ. 125.
numero 22. libr. 2. ita Ludouic. in deciſ. Peruſ. 101. num. 11. et
12. parte 2.*
22 Et præmiſſa intellige in caſibus in quibus tranſigi po-
23 teſt nam regulariter poteſt factam traditionem, emptor
traſigere non poteſt cum euincente, & ſi tranſigit, agere
non poteſt de euictione contra datores ſuos *Alba conſil.*
24 *268. num. 4. per l. ſi dictum, § ſi compromiſero ff. de euict. qui
tex.* licèt loquitur in compromiſſo, procedit quoque in
tranſactione; ex quo tranſactio & compromiſſum proce-
dunt à pari, vt notatur in *Auth. ſi verò contigerit, C. de iud.*
25 *Peregr. deciſ. 89. ſub num. 13. in fine*, Prout & dicimus re-
medium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* quæ loquitur in venditio-
ne, procedere quoque in tranſactione, quæ videtur quæ-
dam emptio & venditio. *Bart. in l. ſi quis cum alter, verſic.*
Quæro quid in contractu tranſactionis, *ff. de verb. oblig. in
l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum colum. penult. ff. de arbitr. et in
dicta leg. 2. verſic.* Quæro vtrum hæc lex habeat locum.
26 *Card. Mantica de tacit. et ambig. conuent. libr. 26. tit. 19. nu-
23. ad 32. Crauet. conſil. 151. num. 26. in fine, & conſil. 192.
num. 3. Gabr. conſil. 158. num. 48. cum ſequent. libr. 1. Surd.
conſil. 451. num. 9. libr. 3. Cæphal. conſil. 137. num. 57. libro 2.*
Nam, qui tranſigendo aliquid recipit, omne ius ſuum
vendere dicitur pro eo quod recipit, ſicut ille qui vendit
hæreditatem, *l. 2. in princ. ff. de hæred. vel act. vendi.* Et ſic vt
talis

Digitized by Google

27 talis venditor non tenetur, ſi res aliqua euincatur, vt ibi,
ita quoque tranſigens, ſi id quod tranſigendo dimiſit ali-
quo recepto euincatur, dicta *l. ſi pro fundo, & ibi Iaſ. ad fin.*
Soc. iun. conſ. 98. num. 16. lib. 2. in feudo. Afflict. in cap. ſi va-
ſallus num. 13. & 16. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter do-
min. & agnat. ſuper quo videndi ſunt *Caldas recept. ſentẽt.*
libr. 1. cap. 23. num. 116. per text. in d. l. ſi pro fundo, vbi Bart.
Bal. Caſtr. Alciat. Padilla, & alij communiter de tranſact.
Gloſ. in l. nulli in ver. tranſigere, ff. eod. tit. Tiraq. de retractu
lignag. §. 1. Gloſ. 14. num. 62. & 66. Ludouic. Molin. de pri-
mog. Hiſpan. lib. 4. cap. 9. num. 22. Pariſ. conſil. 1. num. 134.
lib. 1. Iaſ. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, §. pupillus
num. 4. de iureiur. Soc. conſil. 87. num. 10. lib. 3. Schrader. de
feud. part. 8. cap. 1. num. 44. Roſentol. eod. tit. cap. 9. concluſ.
21. memb. 1. n. 2. Alc. conſ. 3. n. 8. to. 1. lib. 3. de quo latius di-
cam in ſeq. quæſtione.

28 Sciendum eſt inſuper, quod vbi agitur de tranſactione
facienda per Eccleſiam, vel minorem, illa vtique valebit,
ſi fiat re apud eos dimiſſa, & non alias; quod locum habet
29 non ſolum, quando iſti poſſidebant, ſed etiam quando
poſſidebat aduerſarius, qui cum illis litigabat; nam in
vtroque caſu non poterunt minor, & Eccleſia tranſigere
niſi vel retento fundo, ſi habeat vel illo tradito à poſſidē-
te, & ei aſſignata pecunia in recompenſationem prædij;
etenim quemadmodum minores, & Eccleſia dicuntur
30 alienare, quando tradunt fundum ex cauſa tranſactionis,
ita etiam quando illum dimittunt apud poſſeſſorem, à
quo petitum Bart. qui dicit perpetuo menti tenendum,
in l. nulli, vbi *Iaſ. num. 2. in fin. ff. de tranſact. Tiraq. de re-*
tractu conuent. §. 1. Gloſ. 14. num. 66. in fine, Curtius iun. de
feud. par. 4. quæſt. 7. num. 96. Ludou. Molin. de primog. Hiſpan.
lib. 4. cap. 9. num. 27. Pinell. in l. 1. par. 3. numer. 46. de bon.
31 *matern.* vbi extẽdit ad tranſactionem factam per patrem
ſuper bonis aduentitijs, & per alios adminiſtratores, ac
tutores, qui tranſigere poterunt retinendo rem, non il-
lam dimittendo, aut transferendo, *Bar. & Iaſ. in dict. leg.*
nulli num. 2. per Glo. enim, §. ſi vnus in ver. tranſactione, ff. de
tranſact. Abb. in cap. cum tempore colum. 3. verſic. & intelli-
ge, & col. 4. verſic. ſed dubitatum de arbitr. Capyc. deciſ. 93.
num. 4. Io. Nicol. Arelat. in leg. generaliter nu. 142. C. de ſec.
nupt. Dec. conſ. 474. viſo inſtrumento ſyndicatus, & ibi Ad-
dent. in ver. relaxari, & *conſil. 564. numero 16. in fine. Rolan.*
conſil. 15. numero 44. in fine libro primo, Rota in Viterbien.
bonorum 27. Ianuarij 1597. coram R. P. D. Pamphilio;
licèt etiam plures teneant, quod quando minor non
poſſidet, tunc poſſit tranſigendo dimittere bona immo-
bilia penès poſſidentem cauſa cognita, & adhibito iudicis
decreto, quod tutius videtur, vt per *Simoncell. de decret.*
32 *lib. 2. tit. 6. inſpect. 10. num. 102.* per rationem, de qua per
Salyc. in l. 1. in fin. C. de tranſact. quamuis multi non requi-
33 rant hoc caſu decretum, vt per *Ruyn. conſ. 11. numero 4.*
libro 4. Alciat. conſil. 94. num. 5. & Menoch. de arbitr. iudic.
caſu 171. num. 94. quod tamen tutum non eſſet ex prædi-
34 ctis, & latè per *Surd. conſil. 451. per totum libro 3. qui præ-*
ſertim numero 15. voluit patrem tranſigendo poſſeſſorem
filij dimittere, & quod tunc non dicatur alienare, per ea
quæ ibi adducit.

35 Sed & certum eſt, quod in tranſactione ſuper bonis Ec-
cleſiæ requiruntur eadem ſolemnitates, quæ in alienatio-
ne. *Federic. de Senis conſilio 94. Aym. conſilio 323. ſub nu. 1.*
verſic. dico, quod Prælatus, Rebuff. de alienat. rer. Eccleſ. nu-
mer. 66. & Redoan. de rebus Eccleſ. non alienan. cap. 1. num.
12. & 15. Bart. in d. l. nulli. de tranſact. Abb. in cap. contingit.
num. 3. extra eodem. Caputaquen. deciſ. 106. par. 1. Rota in
cauſa Anerſana tenimenti 27. Iunij 1583. coram R. P. D. Ru-
beo, & 22. Iunij 1594. coram R. P. D. Gypſio, & in Noua-
rien. decimarum. 28. Maij 1593. coram Card. Arrigonio, &
in cauſa Mediolan. reſciſſionis contractus Ruyn. conſ. 129. n.
3. lib. 5.

36 Declaratur procedere, quando res Eccleſiæ per Præ-
latum alij dantur, cum alienantur, ſecus ſi Eccleſia reti-
neat, licet aliquid det, vel faciat. *Bart. in dict. l. nulli, & ibi-*
dem Iaſ. numero ſecundo, Rol. dict. conſil 15. numero 43. li-
bro primo. Ruyn. dicto conſilio 129. numero tertio libro
quinto.

A R G V M E N T V M.

In tranſactione ſuper feudo, emphyteu-ſi, maioratu, vel fideicommiſſo, an, & quando locum habeat euictionis actio.

Pecuniam, recipientis ex cauſa tranſa-ctionis, quando de euictione tenea-tur.

Et quid in renunciante dicendum ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Tranſactio vbi facta fuit ſuper feudo, qui aliquid dedit de euictione non tenetur, eſt enim innolida ſuper his tranſactio, n. 2.*

3 *Tranſactio ſuper re reſtitutioni obnoxia valet, quando ſoluta aliqua quantitate pecuniarũ remanet penès poſſeſſorem maioratus, feudi, ſeu fideicommiſſi.*

Declaratur procedere quoad validitatem tranſactionis, ne tranſigens incidat in pœnam, non autem in preiudicium ſucceſſorum, n. 4. Niſi hæredes eſſent tranſigentis, ſeu alienantis, ibid.

Etiamſi dominus conſenſit ibidem.

Et eo magis valet, ſi talis tranſactio ſit vtilis conſeruationi feudi, fideicommiſſi, ſiue maioratus, n. 5.

Quo caſu hæredes tranſigentis recuperant pecuniam ſolutam præcipuè, ſi ſit mutuo accepta vel ſuo vſuris, numero ſexto.

7 *Tranſactio de bonis feudalibus valet, vbi facta eſt bona fides.*

Primò limitatur non procedere, ſi adſit læſio, quo caſu non præſumitur bona fides, n. 8.

Ampliatur etiamſi facta fuerit iuſſu Principis, numero nono.

Secundò limitatur, ſi res dubia non fuerit, cum & tunc bona fides non præſumatur, n. 10.

Tertiò limitatur, ſi fiat tranſactio ſuper lite mota, vel qua moueri dubitabatur: ſecus quando nulla extabat lis, num. 11.

Quartò limitatur non habere locum, quando tranſactio facta eſt dolo aduerſarij, quo caſu datur reſtitutio, numero 12.

Quintò limitatur, ſi fiat tranſactio per poſſeſſorem bonorum maioratus in præiudicium ſucceſſorum, n. 13.

14 *Tranſactio, ſi fiat à prohibitio alienare qui rem poſſideat, & eam aduerſario dimittat, aliquo recepto, dicitur facta contra prohibitionem.*

Primò limitatur, ſi ex actis conſtet rem pertinere ad eum, cui fuit dimiſſa, n. 15.

Secundo limitatur, quando prohibitus prouocatus tranſegit ob defectum probationum, nu. 16.

17 *Tranſactio fieri poteſt à prohibitio alienare, ſi aduerſarius poſſidet, & rem illi dimittit, aliqua quantitate recepta, vel rei parte.*

Contra-

Contrarium habetur , numer. 18.
Et de ratione n. ſeq.
Primam tamen ſententiam tenet actor , numero vigeſimoprimo .

20 *Tranſactio eſt ſpecies alienationis, etiam quando res eſt penès aduerſarium, ſi in tranſactione agitur, quod apud illum remaneat ; & ideò ſunt neceſſariæ ſolemnitates requiſita alienationibus.*

22 *Aeſtimatio fundi petiti quando datur actori , & ignoratur , an ſit tranſactio, vel litis æſtimatio , qualiter cognoſcatur.*

23 *Pecuniam recipiens ex cauſa tranſactionis, ſi concedat omne ius, quod ſibi competit in tali re, tunc locum habet titulus pro emptore , & præſtatur euictio , ſecus ſi ſimpliciter concederet quidquid iuris haberet .*

24 *Remittens litem , & controuerſiam de euictione ſatiſdare non tenetur.*

25 *Tranſactio vbi reſpicit litem, & res dimittitur, non debetur euictio: ſecus tamen quando reſpicit rem.*
Et de ratione n. 26.

27 *Renuncians liti, & cauſæ ſuper fundo , dominium non tranſfert.*

28 *Tranſactio non tribuit titulum , quando per eam dimittitur res, licet ſecus ſit, quando traditur.*

29 *Euictio non præſtatur in tranſactione , quando illamet res traditur, ſuper qua lis agebatur, quamuis ſecus ſit, quando alia traditur, ſuper qua nulla erat lis .*

30 *Euictio non debetur quando tranſactum eſt ſuper ipſa lite , vel inſtantia, licet ſecus ſit , quando tranſigitur ſuper re ipſa .*

31 *Promittens dare fundum, de euictione tenetur , quia dominium transferre debet.*
Non ſic , ſi promittit dimittere , niſi cederet iura ſua, numero 32.
Et ſaltem debet reſtituere pretium, n. 33.

34 *Promittens in tranſactione tueri , ac defendere , cenſetur promittere de facto proprio , & ſuorum hæredum , & ſucceſſorum , ita vt non committatur ſtipulatio ex facto extranei.*
Fallit, ſi præcedat contractus ex cuius natura veniat euictio, num. 35.

36 *Ex promiſſione rem alienam habere licere, non committitur ſtipulatio ex facto alterius, niſi de natura contractus de euictione teneretur .*

37 *Dominii translatio venit in ſtipulatione rem dari , & ſi non in ſtipulatione, rem tradi.*
Idemq; procedit in verbo præſtare, n. 38.
Primò declaratur procedere, niſi cauſa habilis ad translationem dominii præcederet, & facultatem tradendi haberet , numero 39.
Secundò declaratur, ſtipulationem rem tradi , in ſpecie non importare dominii translationem , ſecus , ſi in genere , numero 40.

Quæſt. CXLIII.

1 DIximus aliqua in præcedenti quæſtione ſub num. 27. de tranſactione facta ſuper feudo, cuius occaſione , qui aliquid dedit de euictione non teneri ſcripſit *Afflict. in cap. primo numero ſeptimo de controuerſ. inter vaſſall. & alium de beneficijs* , & in capit. ſi vaſſallus numero decimotertio & decimoſexto ſi de feudo fuer. controuerſ. inter dominum & agnat. cum quo ſenſiſſe videntur *Ludouicus Molin. de primog. Hiſpanor. libro quarto capit. 9. Caldas quæſt. ſeu recept. ſent. lib. 1. quæſt. 123. numero 112. ad 115.*
2 *Canal. quæſt. 781. per totum, qui alios citant* , cum dixerant, omnino inualidam eſſe tranſactionem ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis , & emphyteoticis, ac feudalibus, & maioratus, & de communi opinione teſtantur .

Ideò nunc materiam ipſam plenius attingendo, diſtinguo plures caſus .

3 Primus eſt , quando res reſtitutioni obnoxia , penès poſſeſſorem maioratus, feudi, emphyteuſi, ſeu fideicommiſſi in familia, & colitiganti, ſeu aduerſario datur aliqua pecuniæ quantitas, non autem ipſa res, tunc tranſactio valeat etiam abſq; conſenſu Principis , & præiudicat ſucceſſoribus, ita *Bal. in d. cap. 1. numero 6. Aluarott. numero 3. Afflict. numero 7. Balzaran. numero 10. & 13. Aluarott. in dicto cap. ſi vaſallus numero quarto Afflict. numero 13. Balzaran. numero 11. ſi de feud. defuncti fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. Bald. in capitul. Imperialem numer. 17. de prohibita feudi alienat. per Federic. Iacobin. in ver. & cum pactu de non alienand. numer. 8. Curt. iun. part. 4. de feud. nu. 69. Borcholt. capit. 8. numero 44. Caſſane. in conſuetud. Burgund. rubric. 3. des fieſ. §. 8. ver. en alienation. & tranſport. numero. 21. Schrader. par. 8. capitul. primo numero 44. de magis communi Pariſ. conſilio primo numer. 134. lib. primo Clar. in §. feudum , quæſt. 38. Soc. conſilio 87. numero 10. libr. 3. idem in emphyteuſi Corbul. in tract. de iure amphyteotico capit. 14. ampliat. 34. & limitat 28. numero primo* , nam , qui ita tranſigit non id agit , vt a tranſigante dominium acquirat ; ſed vt pecunia ſoluta mediante vexatione redimat, & quiete, viuat , cum ex huiuſmodi tranſactione res acquiri non dicatur nouo titulo, neque poſſeſſio mutata cenſeatur ex noua cauſa , ſed ſemper remanet idem titulus, & idcirco dici non poteſt de inualiditate tranſactionis, tanquam non habeat dominium aliquod à tranſigente, vt in bonis feudalibus tenuerunt *Caldas recept. ſentent. lib. 1. cap. 23. num. 116 per text. in d. l. ſi pro fundo*, vbi communiter ſcribentes *Ludou. Molin. dicto cap. 9. numer. 22.* & cæteri adducti in præcedenti quæſtione , *ſub dicto numer.*
4 27. hocque maximè procedit , quoad validitatem tranſactionis , & ne per eam tranſigens incidat in pœnam alienantis , non autem quoad præiudicium aliorum vocatorum. *Andr. de Iſern. in d. cap. ſi vaſſallus num. 9. & ſeq. ſi de feud. defuncti, ſequuntur Aluarott. num. 6. & Præpoſit. num. 2. in fine. Afflict. ibidem num. 14.* qui nihilominus ait , procedaſſe, communem inquit ibidem *Rauenn. in fin. Pariſ. conſ. 16. numer. 37. & ſeqq. lib. 1. Roland. conſ. 100. numer. 110. & ſeqq. libr. 4.* niſi hæredes eſſent tranſigentis & alienantis. *Iſern. in cap. 1. numer. 18. qui ſucceſſ. teneant. & in cap. 1. hoc quoque num. 7. de ſucceſſ. feud. vbi Beluiſ. in fine. Bald. numer. 20. Aluarot. numer. 1. & 5. Lauden. numer. 30. Picus numer. 31. Afflict. in cap. Titius filios numer. 4 ſi feud. defunct. Alex. conſil. 26. numer. 11. & conſil. 28. ſub numero 11. libr. 5. Rayn. conſil. 42. numero 12. libro primo. Burſatt. conſil. 291. numer. 98. libro tertiò. Menoch. conſil. 89. numer. 66. & 67. lib. 1.* & in re, de qua agimus itecum *Roland. conſil. 97. numer. 45. lib. 1. Caph. conſ. 133. n. 82. Rota coram Sanctiſſimo deciſ. 418. num. 12. vbi citat Melch. Palaez. de maior. part. 4. quæſt. 22. ſub numer. 2. & Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 9. ſub numer. 18.* & verum eſt etiam, ſi dominus conſenſerit, per *text. in cap. 1. in princip. & ibidem Iſern. numero 3. in fine , & numero 7. Afflict. numero quarto & Balzaran. numero 8. de alienat. feud. patern Ardizon. rubric. verum prohibit. feud. compenſ. capit. 135. §. item ſciendum eſt , verſic. ſi verò iure & conſuetudine concedente. Iacobin. de S. Georg. in verb. & cum pactu de non alienan. numer. 35. & 44. Capyc. in inueſt. cap. feudu amittuntur col. 38. §. deuolutio feud pag. 61. Paris de Puteo de feudu redintegr. cap. 19. numero 2. Mozz. tit. fin. num. 159. & ſub titulo de diuiſ. feud. num. 66. verſic. primo , quando, Menoch. conſil. 89. num. 104. Rol. conſilio 57. numero 19. & 61. lib 3. Burſatt. conſil. 291. num. 119. lib. 3. licet aduerſetur Pinell. in l. 1. parte 3. ſub numero 50. verſicul.* ſed hoc de tranſactione ſubintelligendum puto, niſi tranſactio , à Rege, aut ſupremo alio Prouinciæ domino confirmaretur , &c.

5 Et

Digitized by Google

5 Et eo magis, ſi ea tranſactio ſit vtilis conſeruationi feudi, fideicommiſſi, ſiue maioratus, *cap. 1. de controuerſ. inter vaſall. & alium, de beneſ. ibi, in verb. vtiliter*, & *Gloſ. Belniſ. Iſern. Aluarott. Affiict. Lauden. & Rauenn. ibid.* Cum tunc poſſint hæredes tranſigentis ſolutum pretium recuperare à ſucceſſoribus in dictis bonis præſertim, ſi pecunia ſoluta mutuo, vel ſub vſuris fuerit accepta, vel fuerit propte-
6 ſtatum de illam recuperando; nam ſtante quod negotium fuerit vtiliter geſtū, & iuxta iudicis arbitriū inſpecta qualitate tranſactionis, & quantitate pecuniæ ſolutæ, & alijs circumſtantijs dabitur repetitio, ſecundum *Molinam dicto capitul. 9. ſub numer. trigeſimoquinto verſic.* Quod ſi ea tranſactio.

7 Secundus caſus eſt, quando tranſactio facta extitit bona fide, & de re debita, ac lite incerta, *leg. cum hæreditas, & ibi per Doctores, ff. ad Trebell. Bald. Præpoſit. Aluarott. Affiict. & alij feudiſtę in cap. 1. de controuerſ. inter vaſal. & alium, de beneſic. idem Bal. in cap. Imperialem in princip. numero 17. de prohibit. feudi alienat. per Federic. Zaſ. de feud. parte 9. numero 19. Socinus dicto conſilio 87. numero 10. libro tertio. Imol. in leg. ante reſtitutam, ff. de ſolut. Bero. conſilio 176. numero 28. libro primo. Cæphal. conſil. 3. numero 116. & conſilio 113. numero 81. & conſil. 346. numero 16. & conſilio 375. numer. 36. & ſequenti*, vbi loquitur etſi res ſit expreſsè probibita alienari. *Alciat. conſil. tertio numero 8. & 9. tom. primo libr. 3. Pariſ. conſil. decimo numero 22. libro primo & conſil. 16. numero 36. eod. libro Schrader. de feud. par. 8. capit. primo numer. 44. & 45.* cum alijs nouiſſimè per *Roſental. cumulatis, in tract. de feud. capitul. 9. concluſ. 21. membr. primo. numero quarto*, quo caſu per ſequentes vocatos ſeruanda eſt *leg. Præſes, C. de tranſact. & notat Imol. in d. l. ante reſtitutam, poſt medium verſic. & conclude, ff. de ſolut. Cæphal. conſ. 261. numer. 35. libr. 2. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. libro 26. tit. 4. numero 20. Boer. deciſ. 147. numer. 5. & 6. per text. l. cum hæreditas, vbi Bar. & Caſtren. ff. ad Trebell. Angel. conſ. 31. in fine. Bertran. conſil. 158. num. 19. lib. 2. capitul. 2. Petra de fideic. quæſt. 8. num. 74. cum ſeq. Peregr. in tract. de fideicomm. art. 52. numer. 89.* qui tamen caſus plures recipit limitationes, ſeu declarationes.

8 Primò vt non procedat, quando læſio interuenit: nam tunc non pręſumitur bona fides nec tranſactio prodeſt *Cęphal. dicto conſ. 346. num. 19. Petra de fideicom. quæſt. 8. num. 67. & infra, Pereg. d. art. 52. num. 88. & conſ. 60. num. 3. libr. 4.*

9 Ampliatur procedere, etiam quod ipſa tranſactio facta fuerit iuſſu Principis: quia vbi detegeretur mala fides non confirmaretur, licet Principis auctoritas interueniſſet: non enim Principis reſcriptum validat malè acta, *leg. auctoritate, C. vnde vi. Bellamer. dec. 502. Gramm dec. 66. n. 50. Aret. conſ. 14. col. 4. Iac. Berret. conſ. 144. n. 11. & 12. Peregr. d. art. 52. n. 88. & 89.*

10 Secundò declaratur vt locum non habet, quando res non fuerit dubia, cum dubitate non extante non præſumatur bona fides, eſt text. in cap. 1. ibi, dummodò fraudolenter actum non ſit, de controuerſ. inter vaſall. & alium de beneſic. & ibidem *Iſer. Bal. Aluar. Præpoſit. Affiict. Rauenn. Schenck. & Bal. in dicto c. Imperialem n. 17. de prohib. feudi alienat. per Federic. Schrader de feud. par. 8. cap. 1. nu. 44. arg. l. contra iuris, ff. de pact. facit l. Præſes, C. de tranſact. nam de re liquida*, aut quæ facilè liquidari poſſit, trāſactio facta donationis inſtar eſt, l. 1. §. quod ſi noluerit obtinere & §. at ſi tranſegit, ff. quæ in fraudem patron. *Zaſ. de feud. par. 9. n. 19. Cæph. conſ. 133. n. 81. et conſ. 375. nu. 30. et ſeqq. lib. 37. Socinus ſenior dicto conſ. 87. numer. 10. libr. 3. Roſental. dicta concl. 21. num. 4. Bero. conſ. 68. num. 55. et conſ. 176. numero 32. libr. 1. Natt. conſil. 304. numero 8. Petra dicta quæſt. 8. num. 71. et 74. Peregr. dicto art. 51. numer. 81. et ſeqq.*

11 Tertiò declaratur vt procedat, ſi lis nulla extiterit, & tamen dictum fuit tranſigi ſuper lite mota, ita *Dec. conſil. 480. num. 13. Rol. conſ. 28. numer. 2. libr. 4. Petra dicta quæſt. 8. n. 76.*

12 Quarto declaratur, quando trāſactio facta fuit dolo, & fraude aduerſarij, ad notata per *Socinus ſenior dicto conſil. 87. n. 10. Cæphal. d. conſ. 133. num. 81. Roſental. d. concluſ. 21. num. 4.* nam tunc datur reſtitutio *Cæphal. dicto conſil. 375. in fine.*

13 Quinto non procedere declaratur, ſi tranſactio fiat per poſſeſſorem in præiudicium ſucceſſorum. *Pariſ. conſil. 16. numer. 37. et ſequentibus libro primo Rol. conſil. 100. numero 110. et ſeq. lib. quarto et conſil. 9. num. 45. libr. primo Cæphal. conſ. 133. num. 82. Curt. de feudis par. 4. numer. 97. Zaſ. dicta parte num. 21. Doct. in l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui, ff de legat. 1. Iacob. in ſua inueſti. in ver. et cum pacto de non alien. numer. 13. ita iudicatum teſtatur Gramm. deciſ. Luſit. 84. et ſequitur Roſental. dicta concluſion. 21. ſub num. quarto.* quicquid contrarietur *Pinell. de bon. matern. par. 3. numer. 50. verſic.* ſed hoc de tranſactione ſublimitandum putarem, niſi tranſactio à Rege, aut ſupremo alio prouinciæ domino confirmaretur.

14 Tertius eſt caſus, quando tranſactio fit à prohibito alienare de re per eum poſſeſſa, eamq; aduerſario dimitti, recepta pecunia, & non valet, quia dicitur contrauenire voluntati teſtatoris, qui bonorum alienationem prohibuit. *Bar. in l. infirmandum, §. ſi pupillus, ff. de tutor. & in l. nulli n. 1. de tranſact. Bald. in l. quoties la prima, n. 2. C. de fideicom. Rebuff. de alien rerum Eccleſ. num. 2. Molin. de Hiſpan primog. cap. 9. num. 6. & ſequenti. Curt. iun. conſil. 192. num. 27. Natta conſ. 297. num. 8. Crauett. conſ 197. numer. 7. Alba conſ. 205. num. 52. & conſ. 596. num. 8. Tiber. Decian. conſil. 28. num. 7. libro tertio. Surd. conſil. 451. numer. primo libr. 3.* ratio ea adducitur, quia tranſactio continetur ſub nomine alienationis, l. 1. ff. ſi quid in fraud. credit. & per tranſactionem ſecuta traditione rei transfertur dominium in aduerſarium, & eſt propria alienatio, *l. prima Codic. de fund. dotal.*

15 Primò limitatur, quando ex actis conſtat rem ad eum pertinere, cui tradita fuit, & fuiſſe tranſactum, vt euitarentur lites, contentiones, & expenſæ. *Natta conſilio 297. numer. octauo, & ita intelligendus eſt Surd. conſ. 536. numero 11. libro quarto*, cum dixit, quod tranſigens ſuper re prohibita alienari incapax efficitur, & ad ſuccedendum inhabilis: vt ſcilicet ſit verum, quando non ſit tranſactio bona fide, & in caſibus, vt ſupra, à iure premiſſis, & iuxta quæ habentur in ſpecie per *Menoch. conſil. 777. numerò quarto, & prius conſil. 322. numer. 66. Pereg. dicto articuli 52. numer. 88. Marzar. de fideicomm. quæſt. vlt. verſic. de tranſact. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 26. tit. 4. num. 20.*

16 Secundò limitatur quando prohibitus prouocatus, tranſigeret ob defectum probationum, ſecundum *Bald. in leg. quoties numero ſecundo Cod. de fideicommiſs. Caſtrenſ. in leg. ſiue manifeſtum, §. tamdiu numero decimo, ff. de conditio. furt. Rubeus Alexand. in repetit. leg. non ſolum, §. morte numer. 134. ff. de operis nou. nunciat.* de quo ego valdè dubitò, niſi fieret cauſa cognita, & vocatis vocandis, præſertim, vbi res dimitteretur, ad notata per *Bartol. in leg. nulli numero ſecundo, ff. de tranſact. & per Tiraquell. de retractu lignag. §. primo Gloſa 14. numero 67. & infra. Curtius iunior de feud. par. 4. numero 96. Cęphall. dicto conſilio 133. numero 78. & ſeqq. & Pinell. in leg. prima parte tertia numero 45. verſic. ſed dum Bald. hic, Cod. de bon. matern.*

17 Quartus eſt caſus, quando aduerſarius rem poſſidebat, & prohibitus eam admitti recepta aliqua pecuniarum ſumma & quantitate, vel parte rei contentioſæ: quo caſu licita videtur tranſactio, ita vt de contrauentione obijci

non

Digitized by Google

non poſſit. Bald. in cap. 1. numero 6. de controuerſ. inter
vaſall. & all. & ibidem ſequuntur Aluorott. numero ſecun-
do. Prapoſit. numero primo. Rauenn. Landen. numero ter-
tio, & Baizaran. numero 10. & 13. Caſſane. in conſue-
tud. Burgun. rubric. 3. des fiefs, §. 8. verb. En alienation &
transfoort. numero vigeſimoprimo Capyc. deciſ. 156. numer 16.
vbi tamen cum Curt. dubitare videtur per doctrinam Bartol.
communiter approbatam in dict. l. nulli, ff. de tranſact. Rota
in deciſ. 36. in nou. latè Marin. Frecc. de ſubfeud. libro ſecun-
do autho. 1. ſect. incip. pluribus autem modis poſſet limi-
tari, limitat. 18. numero 46. & ſequentibus, & per totum
qui tamen ſubdubius rem indeciſam, & cogitandam re-
linquit Alex. conſilio 41. numero tertio lib. 6. Roland. à Valle
conſilio primo numero 43. libr. primo, Aret. conſilio 14. num.
3. & ſeqq. Soc. dict. conſilio 87. numer. 10. libr. 3. Bero. conſilio
68. num. 54. 55. & 78. & conſil. 176. numero 82. lib. primo
Natt. conſil. 145. num. 20. & conſil. 441. numero 5. 6. 22. &
23. Cephal. d. conſil. 375. num. 39. & ſeq. lib. 3. latè Surd. dict.
conſil. 451. num. 25. lib. 3. Petra de fideicomm. quæſt. 8. num.
72. & ſeqq. vbi quæ requirantur, vt valeat tranſactio, &
Pereg. de fideicomm. art. 52. numero 88. & ratio ea videtur,
quia non dicitur alienare, quando res prohibita, feudum,
vel emphyteuſis erat apud aduerſum, ex quo dimiſſio rei
exiſtentis penès aduerſarium nullam inducit translatio-
nem dominij, vel alienationem, per tex. in l. ſi pro fundo,
vbi Bar. C. de tranſact. & per Glo. in leg. pen. C. de vſucap. pro
empt. Corbol. de iure emphyt. tit. de cauſa priuat. ob alienat.
limit. 48. n. 2.

18 Contrarium, quod talis dimittens dicatur alienare, vi-
detur tex. in l. fi. C. de reb. alien. non alien. & l. non ſolutum, C.
de præd. minor. Iaſ. in l. iniurandum ex conuentione, §. pupil-
lus ſub num. 4. ff. de iureiuran. & in l. fin. n. 121. et ſequentib.
C. de iure emphyt. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 14.
num. 46. et infra, et num. 64. et 67. Petra de fideicomm. dicta
quæſt. 8. ſub num. 252. verſic. ſed certè. Capyc. d. deciſ. 156. nu.
16. Afflict. in dicto cap. 1. §. ſi vaſallus il ſecondo nu. 44. ſi de
feudo fuer. controuerſ. inter donat. et agnat. Corbol. dict. tit. de
cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 34. Clarus in §. feudum
quæſt. 38.

19 Et pro ratione adducitur, quia dominium transferre
dicitur, qui rem alteri dimittit ex titulo ad transferen-
dum dominium, quamuis non tradat, §. per traditionem
verſi. planè. Inſtit. de rer. diuiſ. Gloſ. ſi ſingularis in l. cum ij,
§. ſi vnus in ver. tranſactione ff. de tranſact. quæ not. eum, qui
20 ob tranſactionem rem poſſidenti relinquit, alienare: adeo
que & hoc caſu requiri decretum iudicis, quod alias re-
quiritur in alienatione rei, quam ſequitur Iaſ. ibi, et Bar. et
Iaſ. in d. l. nulli, et per text. in dict. l. ſi pro fundo, et quæ ibi
Bart. in fin. Cod. de tranſact. et aliæ ſolemnitates requiſitæ in
alienationibus. Rota in Romana Caſalis, coram R. P. D.
Coccino Decano, impreſſ. penès Marcheſan. de commiſſio-
nibus, & impreſſ. ſub nomine dicti D. Coccini deciſ. 301. nu-
mer. primo.

21 Prior tamen ſuperius relata ſententia tenenda eſt quã
in ſpecie probari cenſet ex d. §. ſi vaſſallus de beneficio, ſi
de feudo defunct. dum ait, nec quod accepit tranſactio-
nis, nomine feudum erit, alio modo iudicans id apud a-
lium fuiſſe, & vaſſallum tranſactionis nomine aliquid ac-
cepiſſe, præſertim vbi facta conſtet bona fide, & iuris feudi
emphyteuſis, maioratus, vel fideicommiſſi ſit maximè du
bium, & liquidari non poſſit; ſecus ſi ſit clarum, & liquidũ
vel facilè liquidari poſſit, & vaſſallus, vel prohibitus ad e-
uadendum expenſas, vel alia cauſa minus legitima tranſe-
git, quia tunc dolo & fraude tranſactio inita præſumitur,
ad text. in d. cap. 1. ibi, dummodò fraudolenter actum non ſit,
de contron. inter vaſal. & alij de benef. & ibi Iſer. Bal. Alu.
Prapoſit. Afflict. Rauen. Schenck. & probat Roſental. d. con-
cl. 21. n. 4. Natt. conſ. 304. n. 8. & Petr. de fideic. d. q. 8. n. 73.
et ſub n. 252. verſ. 2. declaratur.

Sed hic quæritur, quid terminandum, quando datur æ-
ſtimatio fundi petiti; & neſcitur, an ſit tranſactio vel litis
æſtimatio, qualiter id cognoſcatur.

22 Et reſpondetur, quod quando ius partis erat certũ, vt
quia petitur executio ſententiæ, quãuis lis pẽdeat; & tunc
quantitas quæ datur, eſt magis litis æſtimatio, quam tran-
ſactio; etiamſi in inſtrumento dicatur, quod ex cauſa tran-
ſactionis data fuit quantitas, quo caſu locum habet titulus
pro emptore: At ſecus, ſi res dubia eſſet, quia tũc pecunia,
quæ datur ex cauſa tranſactionis, dari videtur, & pro retẽ-
ta titulus pro emptore, non cõpeteret, d. l. ſi pro fundo ſe-
cundum Bar. in l. 1. ff. pro empto. per Gloſ. in l. eius addit tamẽ
23 Bar. in d. leg. 1. quod ſi is, qui pecuniam recipit ex cauſa
tranſactionis, concederet omne ius, quod ſibi competit
in tali re; quod tunc locum haberet titulus pro emptore;
vel quando cederet, quicquid iuris habet in tali re certa,
& traderet, ad hoc per Bart. in l. emptor. ff. pro empt. ſecus
autem, ſi ſimpliciter concederet, quicquid iuris haberet;
quia tunc de euictione non ageretur, l. quod ſi in venditio
ne, ff. de hæred. vel act. vendi. iuxta Bart. ſententiam in leg.
litis, ff. pro emptore, & pro his facit Doctrina Bal in d. l. 1. C.
24 de bon. matern. cum dixi, quod qui remitti litem & con-
trouerſiam, de euictione ſatiſdare non tenetur. Quare
idem Bald. in d. l. ſi pro fundo, facit differentiam, quan-
do tranſactio reſpicit litem, vt non debeatur euictio,
25 vbi res dimittitur: non tamen ſic quando reſpicit rem:
quod etiam tenet in leg. ſi inter vos, Cod. commun. vtriuſq.
iudi. eſt tex. in leg. qui cum tutoribus, ff. de tranſact. & ibi
not. it Gloſ. id item eſt tex. in d. l. ſi pro fundo, vbi Bar. Bald.
Caſtr. Alex. Iaſ. & alij Gozad. conſil. 94. num. 39. Rube. con-
26 ſil. 152. nu. primo. & ratio eſt, quia, qui rem ex cauſa tran-
ſactionis dimittit, verè non transfert dominium in ad-
uerſarium, l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1. Alex. in
d. l. ſi pro fundo num. 5. Rube. dict. conſ. 152. num. 1. quod-
27 que non transferatur dominium Bar. Bald. Caſtr. Alex. &
Iaſ. in d. l. ſi pro fundo, dicentes, quod etſi renunciet quis liti,
& iuri ſuper fundo, non tamen dominium transfertur; &
inquit Bal. in cap. 1. in fin. de controuerſ. inter vaſſall. & aliũ
de benefic. inueſt. eſſe text. in d. l. ſi pro fundo, & non eſſe alibi,
comprobat. Iaſ. in eadem l. ſi pro fundo nu. 9. & ſeq. vbi etiam
28 Bar. & alij dicunt, quod hoc etiam tribuit titulum tranſa-
ctio, quando per eam dimittitur res, licet ſecus ſit, quando
29 traditur. Imò fortius voluit Fulgoſ. in d. l. ſi pro fundo,
quod etiam re tradita non præſtetur euictio, quando il-
lamet res traditur ſuper qualis agebatur: licet ſecus ſit,
quando alia traditur, ſuper qua nulla erat lis; & hunc intel
lectum tenet etiam Alex. in fin. Iaſ. n. 1. verſ. alium, & Go-
zad. conſ. 94. n. 40.

30 Vnde iuxta prædicta, conſtituenda eſt differentia, quan
do tranſactio contrahitur ſuper re vel ſuper inſtantia li-
31 tis, vt per Iaſ. in d. l. ſi pro fundo; vt ſcilicet, quando tranſa-
ctum eſt ſuper ipſa lite, vel inſtantia, non debeatur eui-
ctio, licet ſecus ſit, quando tranſigitur ſuper re ipſa, vel
quando quis promittit dare fundum, quia de euictione
tenetur, ex quo tenetur dominium trasferre, §. ſic itaque,
32 Inſtit. de act. vbi Aret. l. vbi autem. §. fin. ff. de verb. obligat.
non enim qui promittit fundum dimittere, transfert do-
minium, neque ideo de euictione tenetur, niſi etiam cede-
33 ret iura ſua: debet nihilominus ſaltem reſtituere pretium,
ſecundum Ant. de Burg. in c. fin. col. penult. ad fin. de empt. &
vendit.

34 Si autem in contractu tranſactionis, vna pars alteri pro-
mittat manutenere, tueri, ac defendere, tunc ea promiſſio
facta intelligitur de facto proprio, & ſuorum hæredum, ac
ſucceſſorum: adeò quod committeretur ſtipulatio ex fa-
35 cto extranei, l. ſtipulatio iſta, habere licere in princ. & leg. ſi
quis fortè, ff. de verb. oblig. niſi præcederet contractus, ex cu-
ius natura veniret euictio, l. emptorem, §. qui autem, ff. de
36 act. empt. & vendi. vnde, ſi quis promitteret rem alienam

habere licere, non committeretur ſtipulatio ex facto alterius, niſi de natura contractus de euictione teneretur, ſecundum *Bar. Alex. & Iaſ. in l. quis fortè de verb. oblig.* &
37 quamuis, vt dictum, in ſtipulatione rem dari, dominij translatio veniat, *l. vbi autem, §. fi. ff. de verb. obligat.* non tamen idem procedit in ſtipulatione rem tradi, quia proprietatem non continet, ſed factum merum traditionis
38 tenuta, *l. ſi rem tradi, ff. de verbor. oblig. quod locum etiam habet, in ver. præſtare, l. ſi fundum certo die, & ibi per Bart. ff. eodem.*
39 Primò declaratur hoc vltimum procedere, niſi cauſa habilis ad translationem dominij præcederet, & facultatem tradendi habere, *l. exempto, ff. de act. empt.*
40 Secundò declaratur, ſtipulationem quidem rem tradi in ſpecie non importare dominij translationem, ſecus ſi genere, *l. ſecundum Bar. in l. iſta ſubſtitutio, §. final. ff. de legat. 1. & Iaſ. in d. l. ſi rem tradi, faciunt notata per Gl. in l. 2. C. de rerum permutat.*

ARGVMENTVM.

Euictio, an & quando debetur in datione in ſolutum.

Creditor, cui prædium aſſignatum fuit euictum, an & quando vti poſſit primæuis iuribus contra tertios poſſeſſores.

SVMMARIVM.

1 *Euictio debetur, quando res fuit data in ſolutum.*
2 *Dans rem in ſolutum dare videtur vt liberam, ac nemini obligatam cum plena dominij translatione, ſicut venditione.*
Adeò quod ſi res tradita, vel vendita poſtea in totum, vel in partem aliena detegitur, tradens, vel vendens tenetur emptori, etiam re non euicta, nec lite mota, ab omne damnum & intereſſe inde prouenient, n. 3.
4 *Venditor præſumitur habere notitiam oneris, ac vitij rei venditæ.*
Et tenetur ſpecialiter emptorem certiorare, etiamſi in genere dixerit nolle ad huiuſmodi onus teneri, n. 6.
Et ob id dolum agi poteſt, re non euicta, n. 7.
6 *Emptor præſumitur ius venditoris ignorare.*
8 *Seruum dans pro noxa de euictione obligatur, & numero decimo.*
Sed videas n. 11. & 12.
Ratio eſt, quia agitur de cauſa onerosa, licet ſecus, ſi ageretur de cauſa lucratiua, n. 9.
13 *Euictio non debetur pro re obligata data in ſolutum creditori, ſi ſpecies pro ſpecie ſoluatur.*
Fallit ſi ſoluatur ſpecies pro quantitate, quo caſu actio ex empto vt bona liberentur, proponi poteſt, n. 14.
15 *Denunciatio litis requiritur in datione ſolutum, ſicut in venditione.*
Fallit, quando non agitur de euictione, ſed ex empto, vt libera res tradatur, n. 16.
17 *Denunciatio non requiritur, quando obſtat exceptio, quod ſi facta eſſet nil profeciſſet denunciatio, ad liberandum rem alteri notoriè obligatam.*
18 *Dationis in ſolutum fundamentum pendet ex irreuocabilitate rei traditæ.*
Qua irreuocabilitas vel reuocabilitas ex ipſo euentu detegitur, dum interim vel non traditur, vel traditum euincitur, & è contra, qui euentus, quemadmodum ſuccedere poteſt, ita ſecundum quid datio in ſolutum abſolutè dicitur liberare ſecundum verò aliud ſuſpenſiuè ſolum, numer. 19.
20 *Credito accipienti in ſolutum non conſulitur, ſi res in effectu non traditur.*
21 *Remedia poſſeſſoria, vel rei vendicatio, vel publiciana non competunt accipienti in ſolutum non ſequuta traditione contra tertios poſſeſſores.*
22 *Creditor cui per debitorem fuit aſſignatum prædium, iuxta ſententiam graduatoriam cum cautione de reſtituendo dictum prædium prioribus, & potioribus creditoribus, vti non poteſt contra tertios poſſeſſores primæuis iuribus.*
Et de ratione ibidem.
Nec id expreſsè pacificatur, n. 23.
Ampliatur procedere quoque in curſu cum cæteris creditoribus, n. 24.
Et eligens hanc viam, præſeruatis ſibi iuribus primæuis debet verificare damna, et intereſſe iuxta requiſitum Pauli de Caſtro, n. 25.
Contrarium ex veriori habetur, n. 26. & pluribus ſequentib.
Præſertim, nu. 34.
Primò ampliatur, etiam ſi ſola poſſeſſio dicti prædij fuiſſet euicta, n. 27.
Declaratur fortius procedere, ſi immiſſio fuit ſequuta poſt ſententiam pro qua magis conſtare dicitur de euictione, numer. 28.
Secundò ampliatur, etiam non fuiſſet ſecuta euictio, quia ſemper agi poteſt prima ſua actione hypothecaria, ratione damnorum, & intereſſe, n. 26.
Tertiò ampliatur, vt reuiuiſcunt etiam vtiles actiones, contra fideiuſſores, ſi debitor fiat non ſoluendo, & fundus in ſolutum datus fuit euictus, n. 33.
Quamuis maximè vtile ſit, ſi fiat proteſtatio, ſeu præſeruatio priorum iurium ſibi competentium ad euitandas omnes difficultates, n. 30. 35. & 36.
Vbi quid operetur clauſula, excepta cauſa dotis, in qua etiam non facta dicta reſeruatione, ſeu proteſtatione, expendenda res foret, n. 31.
Declarantur præmiſſa de primæua actione, & illius reſeruatione, vt procedant in caſu rei traditæ, vel quod tradi non poſſet, vel in caſu euictionis ſequutæ, numero 32. & ſeqq.
34 *Bona, vel res data in ſolutum, quando euincitur perindè eſt, ac ſi ſolutum non extitiſſet: & ideò datur regreſſus ad primæua iura?*

Quæſt. CXLIV.

AGgredior materiam dationis in ſolutum: & quæro, an euictionis actio locum habeat in datione in ſolu-
1 tum; & reſpondeo affirmatiue, *ad tex. in l. libera, C. de ſent. & interloc. omn. iud.* vbi communiter notant ſcribentes. Ratio eſt, quoniam contractus dationis in ſolutum non differt à contractus venditionis, immo pro venditione habetur, *l. ſi prædium, C. de euict. Natta conſ. 207. num. 3. Ruyn. conſil. 134. num. 1. & 6. lib. 4. Ceph. conſil. 159. numero 21. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. quarto numero 2. cum ſeqq. Afflict. deciſ. 369. numer. primo,* qui ait, quod ge-
2 neraliter quidquid de venditione dicitur, etiam in datione in ſolutum ſibi tribuit, & qui dat rem in ſolutum, videtur illam vendere, ac liberam, neminique obligatam, cum plena dominij translatione. *Bald. poſt Gloſ. in l. ex prædijs in princ. C. de euict. Dec. conſil. 483. ſub numero quarto,* vbi, quod ſi res tradita poſtea in totum, vel in partem alienam reperiatur, quamuis contra venditorem agi non poſſit de euictione, antequam res euincatur, vt ſæpe fuit dictum, tamen propter dolum tenetur emptori, e-
tiam

Digitized by Google

tiam re non euicta, & lite mota ad omne damnum, & in-
tereſſe indè proueniens, per tex. in leg. ſeruus, §. ſciens, vbi
Bald. Salyc. & Alex. ff. de act. empt. l. venditione, ff & eod.
tit. Alex. conſ. 14. lib. 5. & conſ. 63. num. 5. lib. 6. Corne. conſ.
81. *num. 3. lib. 3. Dec. conſ. 283. num. 19. Bero. conſ. 158. num.*
4 52. *lib. 1. Præſumitur enim venditorem habere notitiam o-*
neris, & vitij rei venditæ. Bal. in l. 1. §. hoc amplius in princ.
ff. de ædil. edicto. per tex. ibi Corne. d. conſ. 81. num. 3. lib. tertio
5 pront è contra emptor præſumitur ius venditoris igno-
rare, *Alex. dict. conſil. 63. num. 10. & Bero. d. conſil. 158. num.*
6 52. *lib. 1.* adeò ipſe venditor dicitur eſſe in dolo, etiam
quod dixerit in genere nolle ad huiuſmodi onus teneri,
quia ſi de eo ſpecialiter non certiorauerit emptorem, te-
netur ad omne damnum, & intereſſe, vt dictum, authori-
7 tate *Alex. & cæterorum, & ob dolum agi poteſt, re non eui-*
8 *cta, dict. l. ſeruus, §. fin. vbi Dec. cum cæteris adductis ſupra.*
Vnde dicimus quoque, eum, qui vendidit ſeruum pro no-
9 xa, de euictione obligari, ſecundum *Azon in Summ. de e-*
uict. Quia agitur de cauſa onerosa, quidquid aliud eſſet,
ſi ageretur de cauſa lucratiua Nec ideo mirum, ſi lo-
cum habet euictionis actio, ex ijs, quæ dixi quæſt. 1. ſuper
definitione euictionis. facit *tex. in l. ſi noxale, §. fin. ff. de no-*
10 *xal.* Nam quid datum ſeruum pro noxa, nil aliud agit,
quam illum in ſolutum dare, cum per hoc euitet litis æſti-
mationem, quam alias præſtare oportebat, vt *in leg. 1. ff.*
de noxal.

11 Non tamen, quod vltimo proximè dixi abſolutè verum
eſt, quia ſicut verus dominus ſeruum præſtans, liberatur
à noxa, ne per eum domini conditio fiat deterior; eodem
pacto bonæ fidei poſſeſſor illum præſtans liberari debet,
ne per ſeruum illius conditio deterior euadat, ſic *Anton.*
Gomez. de empt. & vendit. cap. 2. ſub num. 33. verſic. quinto
inſertur.

12 Non obſtat ex hoc noxam damnum paſſo non ſarciri,
quia poteſt dominum ſerui agente exceptione doli ma-
li repellere, niſi noxam paſſam ſatisfacere velit, per dictam
leg. noxa. §. final. ff. de noxal. per quam ita dicit reſoluere
Doct. ibi, & Petr. in leg. ſecunda Cod. de euict. quare, ſi
paſſus noxam domino ſeruum tradidit, exceptione non
oppſita, ſibi debet imputare, non autem contra poſſeſ-
ſorem agere.

13 Prætereà & hoc in materia dationis in ſolutum notan-
dum eſt, quod quando res in ſolutum datur creditori, qui
eam acceptat, ac deinde ſuper illa onus adeſſe compera-
tur, & non eſſe liberam, ſi tamen ſpecies pro ſpecie ſolua-
tur, in caſu non dicitur emptio; & venditio, ſed permuta-
rio, de euictione agi non poteſt, per tex. & *ibi Paul. de*
Caſtr. in leg. in venditione, ff. de act. empt. & in leg. his prædijs,
C. de euict. Bart. in l. ſi quis aliam numer. 1. ff. de ſolut. & ibi
14 *Caſtr. nu. 3. in fine.* Secus vero, quando ſoluitur ſpecies pro
quantitate, quoniam tali caſu actio ex empto, vt bona
liberentur, proponi debet, ac poteſt, eſt *text. ad literam*
in dicta leg. ex prędijs, C. de euict. tradit Corn. conſ. 166. num.
9. lib. 3.

15 Et inſuper, quod denunciatio litis motę requiritur, ſi-
cut in venditione, eſt *tex. in d. l. libera, vbi Bar. & alij, C. de*
ſent. Alex. conſ. 117. lib. 7. Dec. conſ. 74.

16 Fallit, quando non agitur de euictione, ſed ex empto,
vt res libera tradatur, & ſoluatur intereſſe, quia denuncia-
tio non requiritur. *Alex. d. conſ. 63. in fine lib. 6.* ex quo ha-
betur, quod etiam in caſu, in quo neceſſaria eſt denuncia-
tio, ea non requiritur, quando obſtat exceptio: quod ſi
17 facta eſſet, nihil denunciatio profuiſſet ad liberandum
rem alteri notoriè obligatam. *Dec. d. conſ. 74. ſub n. 3. verſ.*
non obſtat, & conſ. 102. n. 1. & 3.

18 Ex quibus inferimus, dationis in ſolutum fundamentũ
pendere ex irreuocabilitate rei traditæ in ſolutum per
tex. in l. ex ſextante, §. Latinus Largus, & ibi Bart. de excep.
19 *rei iud. Coſta de ration. ratæ q. 237. n. 2. Fab. de Ann. conſ. 90.*
quę irreuocabilitas vel reuocabilitas ex ipſo euentu dete-
gitur, dum interim, vel non traditur, vel traditum euinci-
tur, & è contra qui euentus quemadmodum ſemper ſuc-
cedere poteſt, ita ſecundum quid datio inſolutum abſolu-
tè dicitur liberare, ſecundum verò aliud ſuſpendere ſolum
ex ijs quæ latè ſcribit *Theſaur. iun. Foren. q. 88. nu. 1. 2. 5. 6.*
20 *&* 8. Nec mirum, ſi indemnitati creditoris accipientis in
ſolutum non ſit conſultum, ſi res in effectu non tradatur
Crot. conſ. 92. n. 17. & ſeq. lib. 1. Alba conſ. 472. n. penult. in fi.
vbi, quod nihil cẽſetur extinctum per dationem in ſolu-
tum, quæ non habuit effectum.

21 Et hinc eſt, quod remedia poſſeſſoria, vel rei vendica-
tio, vel publiciana non competunt accipienti in ſolutum
non ſecuta traditione contra tertium poſſeſſorem. *Surd.*
conſ. 225. ſub nu. 10. 11. 12. & 13. lib. 2. Ludou. Morot. conſilio
44 per totum Magon. deciſ. Lucenſ. 20. per totum, qui nu. 31.
communem dicit, & dec. 21. nu. 10. & ſeq. Cephal. conſ. 159.
lib. 2. Alba d. conſ. 472. n. 5.

22 Vtrum vero aſſignatio prædij facta per debitorem cre-
ditori, iuxta ſententiam graduatoriam cum cautione de
reſtituendo dictum prædium prioribus & potioribus cre-
ditoribus, de qua cautione *Franch. deciſ. 75. numer. 9.* is
poſſit contra tertios poſſeſſores vti primæuis iuribus, non
mediocri eſt difficultas.

Et reſpondendum videtur, quod non.

Quia prior hypotheca fuit per actum dationis in ſolu-
tum extincta: & ideo non reuiuiſcit, nec amplius compe-
tit, l. nihil intereſt, vbi *Salyc. C. de ſolut. Bart. ſing. 39. Franc.*
deciſ. 50. Caball. in Milleloqu. 653. Rebuff. de lit. oblig. art. 12.
Gl. 1. num. 20. Rim. ſen. conſil. 242. num. 4. libr. 2. hanc ſenten-
tiam tuetur *Surd. deciſ. 266. n. 4. & ſeq. & conſ. 145. nu. 14.*
23 *& ſeq. lib. 1. Petr. Caball. conſ. 81. num. 4. lib. 2.* vbi quando
creditor accipiendo datione in ſolutum à debitore, vult
poſſe redire ad primæuum ius ſibi competens, euictione
ſecuta, expreſsè debet hoc paciſci, vtendo cautela Bartol.
24 Capoll. vt ibi per eum. Quod procederet quo in concur-
ſu cum cæteris creditoribus, vt per *Theſaur. iun. dicta*
quæſtion. 88. libr. 2. Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 1114.
25 *numero 2. & 3.* vbi quod eligens hanc viam præſeruatis
ſibi prius iuribus primæuis, debet verificare damna,
& intereſſe, iuxta requiſita *Paul. de Caſtro in leg. 3. §.*
nunc de officio ff. de eo, quod certo loco non poſſe
pro verificatione deducere intereſſe, puta cenſus an-
nullati, cum ſe non compatiantur iſtæ duæ viæ ad in-
uicem, cum reditus ad primæuam actionem præſuppo-
nat receſſum a datione in ſolutum, & quidem volunta-
rium.

26 Contrarium verius videtur, & receptius, nẽpè, quod ob
euictionem talis rei in ſolutum datæ, & reſtitutionem ip-
ſius iuxta cautionem interpoſitam, anterioribus licitum
ſit redire ad primæua iura, cum non ſit extincta prima
hypotheca, quæ poterit exerceri contra tertium titulo
poſſidentem, decidit *Afflict. deciſ. 16. n. 5. Schernard. conſil.*
44. nu. 10. p. 1. Morot. de iur. offer. num. 33. & 35. Rota deciſ.
103. ſub numer. primo poſt tractat. Pacific. de Salnian. inter-
dict. præclarè Theſaur. iun. dict. quæſt. 88. numer. 11. parte ſe-
cunda, vbi reprobat dictam deciſ. Surd 266. num. 4. & ſeqq.
& numer. 13. Rota coram R. P. D. Iuſto in Romana de Gallis
11. May 1609. Franch. deciſ. 200. num. 4. & 5. Moſcatell. in
praxi fideiuſſ. part. prima, mod. 16. numer. 3. & 4. Camill. La-
27 *thar. conſil. 38. num. 51.* Quamuis etiam ſola poſſeſſio di-
cti prædij fuiſſet euicta; cum etiam tunc dicatur euinci,
quando poſſeſſori fuit ablata, ſicut quando dominium, &
proprietas euinceretur, *leg. ſi ſeruus venditus, §. 1. & §. ha-*
bere, ff. de euict. lege emptorem, §. Idem Neratius, vbi Caſtr.
ff. de action. empti l. datio. in princ. ff. eodem tit. Bald. & Sa-
lycet. in leg. prima, Cod. de peric. & commod. rei vendit. Bero.
d. conſil. 158. numer. 34. lib. 1. Rimin. ſen. conſil. 490. numer. 3.
lib. 3. Rota coram Card. Seraphino deciſ. 671. num. 7. & in re-

Digitized by Google

28 *centior.deciſ.77.n.4. part.2.* Quod fortius procedit ſi im-
miſſio fuit ſequuta poſt ſententiam, per quam magis co-
ſtare dicitur de euictione. *Gl.in l.ſi ſeruum, in princ in ver.
ab ſit, ff.de act.empt. Alex.conſil.4.n.1.lib.3.Iaſ.in l.quoties,
n.48 C.de rei vendic.Rota deciſ.40.n.1.part.2. in recentior,*
& ergo dixi latius *in q.65.& alibi.*
29 Verum, vbi etiam non fuerit ſequuta euictio, ſemper
agi poteſt primæua actione hypothecaria ratione dam-
norum, & intereſſe, quaſi re non tradita *Bart.in l.ratio.nu.
3.ff.de actia.empt. Soc.conſ.199.num.8.lib.2. Iaſ.in l.vendi-
taret.in fine, ff.de verbor.obligat. Dec.conſil.102.Præſtantiſ-
ſimè Doctor.in fine, verſic.ſed in queſtione noſtra agitur. Cra-
uett.conſil.83.num.4. poſt Alexand.conſil.63.nu.11. verſic.
Iſtud etiam expreſſè libr. 6. Rota coram Card. Seraphino
deciſ.671.à num.5.ad 8.& coram Card. Blanchetto in Nea-
politana pecuniaria 4. Nouembris 1597 de qua poſt tra-
ctat. Pacifici de Salmano interdict. deciſ. 53.in prima im-
preſſione.*
30 Vtile tamen erit, vt alias dixi in hoc tractatu, ſi fiat pro-
teſtatio, ſeu preſeruatio priorum iurium ſibi competen-
tium ad euitandas omnes difficultates & contentiones,
ſicut tradit *Theſaur.in d.dicta quæſtione 86.num.2.& 9.&
Rota deciſ.58.num.7.poſt dictum tract.Pacifici*, vbi, quod
proteſtatio reſeruatiua multum operatur, ex *Capoll. cau-
tell.123.* ſecundum quam etiam iudicauit Senatus Pede-
mont.vt dicit ſupra *Theſaur.ſub numer.9.Franch.dicta de-
ciſ.50.n.6.*
31. Licet in caſu dotis primæuis iuribus expedienda res
foret, etiam non facta dicta reſeruatione, ſeu proteſtatio-
ne, l.qui res in princip.& ibi *Bart.ff.de ſolut. & idem Bart.
in l.ſi quis aliam ſub num.2.verſic.prædicta, ff.eod.Bal.in leg.
libera, C.de ſent.& conſil. 89.lib.2 Alba conſil.367.num.5.
lib.2 Iacob.Berett.conſ.125.numer.6.Aſin.de execut.§.7.c.
290.ſub numer.4.& §.4.cap.2. in fine Theſaur.d.quæſt.88.
ſub num. 13.*
32 Quæ ſingula vera erunt, procederent in caſibus, in qui-
bus loquuntur Doct.nempè, vel in caſu rei non traditæ,
& quæ tradi non poſſit, vel in caſu euictionis ſecutæ, in
quibus caſibus verificatur rem non fuiſſe factam irreuo-
cabiliter creditoris, in quo verſatur fudamentum reinte-
grationis ad primæua iura, vt ſupra diximus, ex *Bart.Co-
ſta, & Fab.de Anna.Surd.conſ.145.ſub num.12.& ſub num.
20.verſic.quinta hoc videtur*, vbi exponit *Gl.in caſu, ſi
contingat rem euinci, & numero 23.*vbi refert, ac intel-
ligit proteſtationem *Capoll. in caſu euictionis, Aſin. de
execut.§.quarto cap.2.* vbi dat formulam in caſu euictionis.
33 *Pacif. de Salmia.interdict. inſpect.3. capit ſecundo numera
208.* vbi ait, reuiuiſcere vtiles actiones, etiam contra
fideiuſſores, ſi debitor fiat non ſoluendo, & fundus in ſo-
lutum datus ab alijs creditoribus, fuerit euictus, pro quo
etiam *Surd.dict.conſil.145.numer.39.& 40.* Vbi etiam
ſi caſus reſeruatus veniat, & apertius *Burſatt.conſil.428.
ſub num.31.libr.4.* dicens, quod non poteſt amplius age-
re creditor, niſi in caſu euictionis ſibi reſeruato, *& ſub nu-
mer.33.verſ.ſecundum. Theſaur.d.q.68.num.4. & ſeqq.&
34 præſertim num.6.* vbi quod datio in ſolutum non ſubſiſtit
quoties bona, vel res in ſolutum datæ euincuntur, & perin-
de eſſe, ac ſi ſolutum non extitiſſet; & ideo datur regreſſus
ad primæua iura, & maximè ſub num.3. vbi quod agitur
35 ex primæuis iuribus in ſubſidium, *& num.final.* vbi quod
hoc remedium eſt ſubſidiarium. *Vnde Merlin.in deciſ.Lu-
cen.33.ſub numer.13.*aſſerit, quod dicta clauſula locum
habet in caſu euictionis & moleſtiæ, & per illam non
dicitur mutata natura, & ſubſtantia contractus datio-
nis in ſolutum, ſed tantummodo prouiſum in caſu eui-
ctionis, ſeu moleſtiæ; *& numero 14.*addit, quod eſt no-
36 tabilis pratica, quod quando datur aliquid in ſolutum,
apponatur pactum, quod ſi contingat rem euinci à pri-
ma obligatione non diſcedatur, quod eſt vtile propter ſi-
deiuſſores, & ob hypothecam antiquiorem, & alia multa
vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

Venditor idoneus, & ſoluendo, an tenea-
tur cauere de euictione.

Res data in ſolutum, ſi euincatur, qua a-
ctione ſuccurratur emptori.

Et debitor quando per dationem in ſolu-
tum liberatus cenſeatur.

SVMMARIVM.

1. *Fideiuſſor euictionis non præſtatur, ſi à principio non fuit conuentum.*
   Ratio eſt, quia neceſſitas fideiubendi eſt onus, n.2.
3. *Venditor, vbi eſt idoneus, & ſoluendo, & habet authores diuites, non tenetur cauere de euictione.*
   Sed videat n.6.
   Et qualiter ſuccurratur emptori, n.4.
5. *Fideiuſſio euictionis vbi præſtari debet, illa præſtanda eſt pro parte rei, in qua viget moleſtia, & non victa.*
6. *Lis vbi imminet in limine contractus, etiam notoriè diues fideiubet.*
7. *Obligatio fideiuſſoria tollitur per dationem in ſolutum.*
   Et de ratione, ibid.
   Præſertim in materia fauorabili, non autem ſtricta, & odioſa num 8.
   Limitatur dicta concluſio vt non procedat, ſi quis dixerit, quod per illam dationem in ſolutum ab obligatione fideiuſſoria recedere non intendat, n.9.
   Declaratur n.10. & ſeqq.
   Diſtinguit auctor, n.14.& 16.
11. *Creditori vtiis actio commodatur, ſi pro ſoluto ei res data fuit, ad hoc vt vel in quantitatem debiti ei ſatiſfiat, vel quantum eius interſit.*
12. *Creditor, ſi fundum pignoratum vendiderit, non aliter debitor liberatur, quam ſi creditor tantum, quantum ſibi debebatur, acceperit.*
13. *Res pignorata quando in dotem datur, non aliter eius ſolutio liberat, quam ſi ex euentu certum ſit, eam apud maritum remanere.*
15. *Proteſtatio negat diſſenſum.*
16. *Debitor quando per dolum pluris æſtimauit fundum datum in ſolutum, non liberatur, niſi id, quod deeſt, repleatur.*
17. *Creditor errore lapſus nihil vlterius ſibi deberi credens, quã res æſtimabatur, ſi rem in ſolutum accipiat: errore detecto, reſiduum ſibi debetur, non obſtante pacto generali de non petendo ad debitoris fauorem facto.*
18. *Sciens ſibi plus deberi, ſi minus accipiat ſibi non præiudicat.*
19. *Res data in ſolutum ſi euincatur, qui eam accipit, vel ſui hæredes agere poſſunt contra debitorem dantem primæua actione.*
   Vel actione vtili ex empto, n.20.
   Vel actione in factum, n.21.
22. *Debitor non dicitur liberatus per receptionem in ſolutum de re, ſeu credita, quod poterat à recipientibus vel à tertio auocari.*
   Et perinde eſt, ac ſi non fuiſſet ſolutum, n.23.
   Primò ampliatur procedere, etiamſi non ſit conuentum de euictione, n.14.
   Secundò ampliatur multò magis ſibi tribuere, ſi emptio, vel

datio

datio in ſolutum fuit inualida , numer. 25.
Primò fallit , quando lis non fuit denunciata , & res non fuit euicta per ſententiam, ſed per compoſitionem , vel tranſactionem , n. 26.
Secundò fallit, ſi ſit promiſſum de euictione, n. 27.
Tertio fallit , vt ſcilicet non poſſit creditor agere primaua actione perſonali, nec hypothecaria, nu. 28.
At videas infra , n. ſeq.
Quartò fallit, quando alienatio fuit facta per debitorem, cum conſenſu creditoris, quia non renuiſcit , etiamſi res redeat ad debitorem, n. 30.
Sublimitatur , quando emptor dedit creditum , quia non agit ad creditorum, re non tradita, vel etiam tacitè euicta , vt quia tradi non poſſit, ſed agit ad intereſſe, nu. 31.
Primò declaratur , niſi res tradita vel in ſolutum data euicta eſſet per ſententiam, quia tunc agitur ad creditum, & reuiuiſcunt iura ceſſa, vt ad ea emptor agat, ſi extant, maximè quando eſt conuentum , n. 32.
Secundò declaratur, vt non ob implementũ venditoris, emptor non poſſit ab emptione recedere , ſed ſtante contractu agit ad intereſſe, n. 36.
Reſtringe pluribus caſib. vt n. 33.
Quintò fallit fauore dotis , quia ſi mulier ceſſit creditum per dationem in ſolutum , poteſt re non tradita , vel quæ tradi non poteſt , aut euicta , agere ad ſuum creditum , num. 37.
Sextò fallit , euicta re pro alio debito in ſolutum data , quo caſu prima actione ageretur , niſi dolus creditori imputari valeat, n. 38.
Septimò fallit , ſi quis duos fundus dederit pro eodem debito vnico pretio, quoniam vno euicto, integra remanet obligatio, num. 39.
Octauò fallit , quando in ſolutum datur alia ſpecies pro ſpecie , vel vna quantitas pro quantitate , vel quantitas pro ſpecie , quia nunquam receſſum cenſetur à primæua obligatione , ſecus tamen ſi detur ſpecies pro pecunia , numero 40.
Sublimitatur in dote , in qua licet ſpecies detur pro pecunia , tamen primaua obligatio ſpeciei euicta remanet priuilegiata in tempore , & hypotheca dotis fauore, numero 41.
Ex quo paſſim in datione in ſolutum ex cauſa dotis datur regreſſus ad primaua iura , ſi contingat res datas in ſolutum euinci, n. 42.
Hocque conceditur non ſolum marito , ſed & mulieri , numero 43.
Nonò fallit , quando inter contrahentes actum fuit , quod prima obligatio non tolleretur , ſed remaneret in ſuo robore & efficacia, quatenus contingeret ab alio euinci , quia tunc agitur actione primaua , quamuis in ſolutum tradita ſit ſpecies pro pecunia, n. 44.
34 *Venditor, quando tradidiſſe dicatur .*
35 *Conſtitutum licet transferat dominium , & poſſeſſionem, non tamen liberatur venditor ab actuali traditione rei venditæ .*
44 *Obligatio correſpectiua facit, vt ſi ceſſat cauſa delegationis, ceſſet quoq; ipſa obligatio .*
45 *Promiſſiones correſpectiuæ intelliguntur, quatenus hinc inde obſeruetur, & non ceſſet obligatio reſpectu cauſa.*

Quæſt. CXLV.

Titius cum eſſet debitor Mæuij in ſumma puro ſcutorum quingentorum , dedit in ſolutum fundum ſuper cuius fundi parte ſtatim mota eſt lis ab habente anteriora , & potiora iura ; Mæuius petit a Titio ſibi dari fideiuſſorem de euictione , ad quod Titius negat cogi poſſe , nedum à principio id ſpecia-
1 liter , & nominatim actum non fuit , *ad leg. illud quæritur in princ. & leg. emptori , ff. de euict. leg. 1. §. ſtipulatio dupla, ff. de Prætor. ſtipul. l. pacta conuenta. ff. de contrab. empt.*
2 Cuius ea adducitur ratio , quia neceſſitas fideiubendi
dicitur onus , *leg. ſi is , à quo , §. final ff. vt in poſſeſſ legat. & Bal. in leg. 2. numer. ſexto C. de hered. vel actio. vendi.* quem ibidem ſequitur *Salycet. num. quarto,* Verum etiam,
3 quia ſi ipſe eſt ſoluendo, & habet auctores diuites ſufficit , quod bona ſua obliget, leg. quicunque, & ibi notat *Bartol. Cod. de fund. patrim. lib. 11. leg. primo §. ſi Magiſtratus , ff de magiſtrat. conuenien. Paul. de Caſtro in l. primo ff. qui ſatiſd. cogant. & leg. diuortio , §. interdum, ff. ſoluto matr.* inquiens quod vbicunque quis ex legis vel ſtatuti diſpoſitione ſatiſdare tenetur, releuatur, quando eſt idoneus, & ſoluendo; & idem voluit *Bart. in leg. priuatæ , Cod. de munerleg. lib. decimo Io. de Plat. in leg. quicunque la 2. Cod. de fund. patrim. libro 11. Roman. conſil. 87. numero quarto verſic. hoc ipſum. Alex. conſilio 37. numero 12. libro 2. Iaſ. in leg. primo, numero 18. ff. qui ſatiſdar. cogant. & in terminis Alex. conſ. 65. libro quinto ,* cum ait, quod vbi euictio imminet in limine contractus neceſſaria non eſt fideiuſſio , ſi venditor
4 ſit idoneus , & ſoluendo ; & addit quod duplici remedio ſuccurri poteſt .
Primò , quod venditor cedat emptori iura ſua quæ habet contra authorem, ſi ſit idoneus .
Secundò , quod habens bona , eadem obliget pro euictioni, ex quo emptoris nihil intereſt, quod fideiuſſione, vel hypotheca bonorum ſibi caueatur , *leg. primo §. an de pignoribus, ff. de coll. bõ. leg. habere, §. 1. ff. de ver. ſign. leg. plus cautionis, ff. de reg. iur. Neguſant. de pign. in primo membro 5. part. numer. 127. in fine, & n. 128. Natta conſ. 267. n. 4.*
5 Et quatenus præſtari deberet fideiuſſio , ea præſtanda eſſet ſolum pro ea parte, in qua viget moleſtia, & pro qua fuit inſtitutum iudicium , & non pro tota , ex traditis per *Io. And. ad Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1. num. 8. in addit. incip. quia iſte §. in fin.* cum, ait, illata moleſtia in parte rei, retineri ſolum poſſe partem pretij idemque dicit, quando res eſt obligata ſolum pro parte; quę ratio infert, idem eſſe in fideiuſſione , cumque moleſtia ſit cauſa fideiuſſionis præſtandæ, eatenus ea præſtari debet, quatenus infertur moleſtia, non vltra, prout ita iudicaſſe Senatum Mantuanum teſtatur *Surd. deciſ. 295. n. 18.*
6 Ad id autē quod dicitur, fideiuſſorem non fore præſtandum, vbi venditor eſt diues , alias dixi in q. 145. id non recipi, vbi lis imminet in limine contractus, tunc etiam notoriè diues fideiubet. *Alberic. in l. ex prædijs , Cod. de euict.* quem refert , ac ſequitur *Io. Ant. Rube. in repetit. leg. non ſolum , §. morte , numero 463 ff. de noui oper. nunc. Alex. conſilio 65. libro 5. Natta dec. conſilio 267.* Regulariter au-
7 tem obligatio fideiuſſoria tolli dicitur per dationem in ſolutum ad ea, quæ tradit *Bart. Capoll. in cautel. 13. incip. ſi aliquis eſt debitor, vbi citat Bart. & Doct. in l. ſi quis aliam , ff. de ſolut.* ratione qua dixi in præcedenti quæſtione, quia datio in ſolutum vicem venditionis obtinet, *leg. vltima, ff. quib. ex cauſ. poſſeſſ. ea l. 4. §. auctoris , ff. de doli mali except. leg. ſi prædium, Cod. de euict. l. libera, & ibi Gloſ. Cod. de ſent. & interlocut. omn. iudic. leg. ſi ſecundum , C. de manda. leg. eleganter in princ. ff. de pign. act. Natta conſil. 207. num. 3. Cephal. conſ. 96. libr. 1. Tiraquell. de retract. lign. 1g. §. primo, Gl. 14. num. 1. 3. & 4. Aſin. de execut. in prolegom. cap. 1. numer. 12. Hond. conſ. 34. nu 42. lib. 2. Ant. Gamm. in deciſ. Luſitan. 295.* Qui ait hoc ſaltem verum eſſe largo modo, & improprio, & id quidem in materia fauorabili, non autem ſtricta, & odioſa , de quo habentur plura per *Horat. Carp. ad ſtatut. Mediolan. p. 1. cap. 417. num. 514. & ſeq. ſubijcit tamen vbi ſupra . Capoll.* limitationem ad ſuam concluſionem, vt non procedat , ſi quis dixerit, quod per illam dationem in ſolutum ab obligatione fideiuſſoria recedere non intendat.

Digitized by Google

10 Verum *Capoll. contradicit Specul. in tit. de fideiuſſ. numer. 24. verſ.* Pone cum deberet; aſſerens, quod licèt principalis obligatio per datione in ſolutum ſit extincta, quod tamen actio vtilis contra fideiuſſores reſtituatur, ad id ſcilicet, quod creditori deeſt, per tex. ibi ab eo adductos, & in ſpecie per eleganter, *ff. de pignor. act. & leg. prædium, Cod. de*
11 *euict. in quib.* habetur, quod creditori vtilis actio accommodatur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, ad hoc, vt vel in quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quantum eius intereſt. ex quo ſequitur per in ſolutum datione ad eo non extingui obligatione, vt creditori pro eo quod ſibi deeſt aduerſus debitorem, vel etiam fideiuſſorem pateat regreſſus *l. aduerſus, C. de act. oblig. l. fin. §. ſed quidem, C. de iur. dom. impetran.*

12 His adſtipulatur tex. in l. ſi creditor, & in l. qui res, in princ. ff. de ſolut. in quarum prima dicitur, quod ſi creditor fundum pignoratum, vendiderit, non aliter debitorem liberari, quam ſi creditor tantum quantum ſibi debebatur, acceperit. In ſecunda vero habetur, quod
13 ſi res pignorata in dotem detur, non aliter eius ſolutionẽ liberare, quam ex euentu certum ſit eam apud maritum remanere.

Cenſeo ego iuxta factorum qualitatem, rationem ha-
14 bendam, modo creditoris, modo debitoris, ſi ſuper dationem ſolutum controuertatur, nam ſi creditor a principio proteſtatus fuit, ſe nolle rem datam in ſolutum accipere niſi quatenus ſe extendat ad ſui debiti quantitatem, alias, quod reſiduum ex alijs bonis ipſius debitoris conſequi
15 intendit; vel etiam declaret per talem inſolutum datione nolle recedere ab obligatione fideiuſſoria, vtique crederẽ illum admittendum, & obligationem primam non propterea fuiſſe extinctam etenim proteſtatio arguit diſſenſum, & eſt iuris competentis conſeruatiua, *l. ſi debitor, §. 1, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. 1. quia autem in fine, ff. quor. legat.*

16 Idemq; dicimus, quando debitor per dolum plures æſtimauerit fundum datum in ſolutum, quoniam non liberatur, niſi id, quod deeſt, repleatur vt inquit *Marcianus I.C. in l. ſi quis aliam, § vlt. ff. ſolut.*

17 Ac præterea, etiamſi creditor errore lapſus nihil vlterius ſibi debere credens, quam res æſtimabatur, rem in ſolutum accipiat, quia errore detecto, reſiduum ſibi debetur, etiam non obſtante pacto generali, de non petendo ad debitoris fauorem facto, *l. ſi ex minore, de except. l. inter,*
18 *Cod. de ſolut. §. ſi minus. Inſtit. de act.* neque ſciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat, ſibi præiudicat. *Bar. Bal. & Doctores communiter in leg. ii, qui vſumfructum, ff. de vſufruct.*

19 Ex quibus infertur, quod ſi res data in ſolutum euincatur, qui eam accepit, ac illius hæredes agere poſſunt contra debitorem dantem primæua actione, *dicta leg. ſi*
20 *quis aliam, ff. de ſolut. vel actione vtı ex empto, l. eleganter,*
21 *ff. de condit. indeb. vel actione in factum leg. ſed reuocata,*
22 *ff. de iure fiſc.* Nam debitor non dicitur liberatus per receptionem in ſolutum de re pro credito, quod poterat a recipientibus, vel a tertio aduocari. *Paul. de Caſt. conſ. 305.*
23 *n. 2. lib. 1. & perinde eſt, ac ſi non fuiſſet ſolutum Alba conſil. 2. num. 12.*

24 Primo ampliatur procedere, etſi non ſit conuentum de euictione, *l. ſi duo, §. ſi quis iurauerit, & ibi gl. ff. de iureiur. l. ex empto in princ. & ibi Bar ff. de actio. empt. Bal. conſ. 377. factum ita ſe habet, lib. 4.*

25 Secundò ampliatur multo magis procedere, ſi emptio, vel datio in ſolutum fuit inualida, quia non extingiit præcedentem obligationem *Gabr. conſil. 36. n. 66. lib. 1. Surd. decıſ. 51. n. 10.* qui ait ideò crediturem agere primæua actione, licet aliud ſit quando datio eſt valida, ſed res data euincitur, ex *Croſſ. conſ. 44. num. 2.* vbi, quod ita deciſiuẽ conſuluit.

26 Primò fallit, quando lis denunciata non fuit, & res non fuit euicta per ſententiam, ſed per compoſitionem, ſeu tranſactionem, ita *Paul. de Caſtr. d. conſ. 305. ſub num. 2. poſt medium verſ. igitur dictus Mattheus.*

27 Secundò fallit, ſi ſit promiſſum de euictione, qua ſtante nunquam competit actio prima. *Gabr. conſil. 50. n. 8. & 9. libr. 2.*

28 Tertiò fallit, vt videlicet non poſſit creditor agere primeua actione perſonali, nec hypothecaria, eſt *tex. in d. leg. eleganter in princ. ff. de pignor. act. Surd. deciſ. 266. ſub nu. 6. qui ia fine dicit,* Senatum pluries iudicaſſe, non ſe, non dari amplius hypothecariam creditori, cui res in ſubhaſtationibus aſſignata fuit euicta, quæ tamen deciſio fuit alias
29 in dubium reuocata per dictum Senatum, circa quam videnda ſunt, quæ dixit idem *Surd. conſil. 145. num. 39.* ubi diſtinguit, & quæ ſcripſi in *q præceden. ſub nu. 21. & infra, & in queſt....*

30 Quarto fallit, quando alienatio fuit facta per debitorem cum conſenſu creditoris, quia non reuiuiſcit, etiamſi res redeat ad debitorem, *l. ſi probaueris, & l. ſi cum te. ff. de remiſſ. pignor. et ſi vtrobique Bald. & Salyc. in l. ſi debitor. C. de diſtract. pign. l. ſi fideiuſſor impetrauit, §. pater, ff. de pign. l. debitor, §. 1. l. ſi conſenſit in prin. quib. mod. pign. vel hypot. ſolui. Tiraq. de retract. conſanguin. §. 1. Glo. 9. nu. 137. Surd. deciſ. 163. n. 2. & 4.*

31 Nec quando emptor dedit creditum, agit ad creditum, re non tradita, vel etiam tacite euicta, vt quia tradi non poſſit ſed agit ad intereſſe, *Bal. conſ. 289. in prin. libr. 2.*

32 Primò declaratur niſi res tradita; vel in ſolutum data euicta eſſet per ſententiam, quia tunc agitur ad creditum, & reuiuiſcunt iura ceſſa, vt ad ea emptor agat, ſi extant, maximè quando eſt conuentum *Bal. in d. conſ. 289. per totum lib. 2.*

33 Reſtringe multis caſibus, vt dixi in *q. 8. & in q. præced. num. 26. & ſeq.*

34 Quando autem creditor tradidiſſe dicatur, ſcripſit *Rol. conſ. 41. n. 3. lib. 2. & conſ. 53. n. 7. lib. 1.* vbi quod licet conſti
35 tutum transferat dominium, ac poſſeſſionem, non tamen liberatur venditor ab actuali traditione rei venditæ, de quo etiam dicam ſuo loco.

36 Secundò declaratur, vt ob non implementum venditoris emptor non poſſit ab emptione recedere; ſed ſtante contractu agit ad intereſſe. *Affl. dec. 280. per totam.*

37 Quinto fallit ſupradicta concluſio fauore dotis, quia ſi mulier ceſſit creditum per dationem in ſolutum, vel aliter habeat actionem ex empto poteſt, re non tradita vel quæ tradi non poteſt, aut euicta agere ad ſuum creditum, & eſt ſpeciale fauore dotis, ſecundum *Bar. in l. qui res in princ. ff. de ſolut. Bal. d. conſ. 289. in fin. verſ. niſi lib. 2. & conſ. 260. libr. 1. Petr. de Rauenn. ſing. 633.*

38 Sexto fallit, euicta re pro alio debito in ſolutum dato, quo caſu prima actione agitur, niſi dolus creditori imputari valet *Bart. ſing. 39.*

39 Septimò fallit, ſi quis duos fundos dederit pro eodem debito vnico pretio, quoniam vno euicto, integra remanet obligatio, ea ratione, quia primitiua cauſa ſpectatur, vt ex *tex. l. ſi quis aliam ver. ſed & ſi duos, ff. de ſolut. tenſuit Lambert. de contract. ſub num. 257. fol mihi 495. Surd. deciſ. 295. num. 16.*

40 Octauò fallit, quando in ſolutum datur aliqua ſpecies pro ſpecie; vel vna quantitas pro quantitate, vel quantitas pro ſpecie, quia nunquam receſſum cenſetur a primæua obligatione: nec actio prima eſt perempta, ſi quantitas vel ſpecies tradita euincatur, ſecundum *Bar. Bal. Angel. & Salyc. in d. l. libera, Cod. de ſenten. & interloc. omn. iud. de quo per Bartol. & Paul. de Caſtro in d. leg. ſi quis* aliam, ſecus ſi detur pecunia, quia tradens impleuit totum, & non agit actione primæua, cũ ſit innouata, & perempta, ſed vtili ex

empto

empto, vel præſcriptis verbis, vt impleatur quod in contractu conuenit, *l.ſi prædium, C. de euict. & d.l. eleganter, in princ. ff. de pign. act.* & agi poteſt contra illum, vt ſe reponat in priſtinam obligatione *l.ſi quis accepto, ff. de condit. ob cauſam*.

41 Sublimitatur in dote, quod licet ſpecies detur pro pecunia, tamen primæua obligatio ſpeciei euictæ remanet priuilegiata in tempore, & in hypotehca dotis fauore, vt *l. quæ res ſuas in princ. & ibi Bart. Paul. de Caſtr. Ang. ff. ſolut. Bal. Nouell. in tract. de dote p.8. q.18. cum ſeq. priuil. Boer. deciſ. 337. n.2.*

42 Cum etiam, vt ſuperius fuit dictum, paſſim in datione in ſolutum facta ex cauſa dotis detur regreſſus ad primæua iura, ſi contingat res in ſolutum datas euinci. Vbi enim acquiſitio non eſt perfecta, & irreuocabilis, & non eſt extincta prima obligatio. *l. qui rem ff. de ſolut. Bal. Nouell. de de dote priuil. 19. par. 8. Surd. conſ. 145. num. 34. poſt Bart. in d.l. ſi quis aliam n.2. in fine verſ. prædicta quæ dixi. ff. de ſol. Boer. deciſ. 337. num. 2. Barboſ. in l. ſi æſtimatis, n.20. ff. ſolut. matr. Aloyſ. de Leo. in l.1. num. 6. C. ſi aduerſ tranſact. Theſaur. d.q. 88. num. 13. p.2.* vbi etiam *num. 4. & per tot.* idem tenet extra cauſam dotis, cum perindè ſit, ac ſi ſolutum non eſſet l. qui concubinam, *§. ſi hæres, ff. de legat. 1.* prout *etiam tenet Ant. Faber. in Cod. Fabr. lib. 8. tit. 29. definit. 49. & tit. 30. de finit. 23.*

43 Et præmiſſa non ſolum conceduntur marito, cui fuit data res in ſolutum reuocabiliter, ſed etiam concedenda erunt mulieri renuncianti cui competit regreſſus ad bona renunciata, vbi renunciatio per eam fuerit ex cauſa dotis ſibi promiſſæ, & ſubrogatæ loco bonorum, quibus fuit renunciatum, adeo vt iſtæ obligationes ſint correſpectiuæ, & vna dicatur inita contemplatione alterius, & altera videatur ineſſe alteri; adeò quod in iſtis actibus non ſit dare prius, aut poſterius, ſed vnicus dicatur cõtractus. *Felyn. in c. Paſtoralis, n.7. de reſcrip. Dec. in c. petens, in 2. notab. de pact. Soc. conſilio 173. numero quarto libr. 2. Corn. conſ. 36. n.14. & conſil. 119. numero 14. lib. 2. Rota coram Card. Seraph. in. dec. 359. n.14. et dec. 541. numero 4. Tiraq. in l. ſi vnquã in verb. donatione largitus, n. 117. C. de reu. don. Gabr. de præſumpt. concl. 13. n.17. in ſpecie Rota deciſ. 428. p.1. in recent.* Vbi ſtante correſpectiuitate obligationis, ſi ceſſat cauſa

44 delegationis, ſeu dationis in ſolutum ceſſat quoque ipſa delegatio; cum omnes promiſſione correſpectiuæ intelligantur, vt quatenus hinc indè obſeruetur, & non ceſſet

45 obligatio reſpectu cauſæ. *Rota in d. deciſ. 428. n.2. et infra, et coram Sanctiſſ. in Romana cenſuum ſcutorum 18. millium 2. Iunij 1609.*

46 Nonò fallit, quando inter contrahentes actum fuit, quod prima obligatio non tolleretur, ſed remaneret in ſuo robore, & efficacia, quatenus contingeret ab alio euinci, quia tunc agitur actione primæua, quamuis in ſolutum tradita ſit ſpecies pro pecunia, l. ſi quis aream, & *d.l. ſi quis aliam rem in princ et ibi hoc tenet Gloſ. et Bartol. et ad eam Alex. in addit. et Paul. de Caſtro de ſolut. et Gloſ. Bartol. Bald. Angel Paul. de Caſtro et Salycet. in dicta leg. libra. Cepoll. in cautel. 195. incip. eſt magna quæſtio, alias cautel. 148. in nouiſſ. Boer. dicta deciſ. 337. ſub num. ſecundo verſic.* idem eſt.

ARGVMENTVM.

Euictio an præſtetur in datione in ſolutum facta à iudice, quemadmodum & facta per patrem.

Diſpoſitioni Auth. hoc niſi vt ſit locus, quæ requirantur, & an præſertim euictionis cautio.

Exceſſus in ſententia an etiam reddit nullam in totum.

SVMMARIVM.

1 *Datio inſolutum facta à iudice eadem ratione metitur, qua facta à parte.*

Dicitur enim voluntaria partis alienatio, n.2.

3 *Datio in ſolutum ſuſtinetur pro rata debiti reuocato exceſſu.*

Intellige, vt n.10. & 11.

4 *Sententia, decretum, & executio inualida pro parte poteſt ſuſtineri.*

Contra, n.5.6.7.8. & 9.

12 *Creditor in pecunia cogi non poteſt ad recipiendum bona in ſolutum.*

Nec debitor quantitatis poteſt ſoluere in ſpecie, numero decimotertio.

Intellige vt n.14.

15 *Diſpoſitioni authentic. hoc niſi, vt locus ſit, quæ requirantur.*

Et an ei locus ſit, non obſtante iuramento, n.6.

Vel renunciari poſſit, n.17.

Quod ſufficiat generalis renunciatio omni legum & iuris auxilio, n.18.

19 *Bonorum aſſignationes ex diſpoſitione authentica hoc niſi, quia fiunt ſine cautione euictionis diminuuntur de valore.*

Licet ex pluribus requiratur euictionis cautio, ibid.

20 *Teſtes de valore deponentes, venditoris qualitatem exprimere debent.*

Nam alias tacita hac qualitate non probatur iuſtitia valoris num 21.

22 *Bona in ſolutum data pro credito, pro quo dati erant fideiuſſores, ſi euincantur per tertium, liberantur fideiuſſores, & de ratione, ibid.*

Eſtque verior ſententia, quando data eſt ſpecies pro pecunia, num. 23.

Quidquid ſit in alijs caſibus hic enumeratis, n 24.

25 *Permutans tenetur ad damnum.*

26 *Paria ſunt, quod res non tradatur, vel quod tradita ſit euicta.*

27 *Permutãti datur regreſſus ad rem exiſtentem penes tertium ſi res ſibi data fuit euicta.*

Fallit, quando ſpecies dantur pro pecunia, quia tunc celebratus eſt contractus venditionis, n.28.

29 *Venditor non tenetur ad dandum, ſed ad tradendum; & ſequuta traditione ſufficit teneatur de euictione.*

Quæſt. CXLVI.

IN ſuperioribus quæſtionibus egimus de datione in ſolutum facta à parte, an ſcilicet, & quando in ea detur euictionis actio.

Nunc autem quærendum eſt, quid in datione facta à iudice.

1 Qua in difficultate reſpondetur, quod eadem ratio militat in vtroque caſu, cum factum iudicis dicatur factum partis. *Bart. in l. ob cauſam, C. de euict. Tiraq. de retract. lignag. §.1. Gl. 14 nu. 13.* dicitur enim voluntaria partis alie-

2 natio, prout etiam in ſpecie dationis in ſolutum cõcludit, *Surd. dec. 266. per totam*, iuxta diſpoſitionem tex. *in l. eleganter in princ. de pignor. actio.*

3 Sed

Digitized by Google

3 Sed quid, ſi datio in ſolutum excedat debitum, quo caſu
dici poſſe videtur, quod ſuſtineri valeat pro rata debiti,
quamuis reuocetur, quatenus illud excedit. *Bart. in leg. poſt
contractum in fine verſ. hoc eſt verum*, niſi rem *num. 17. de*
4 *donat.* & in terminis de ſententia, quod non dicatur in
totum inualida, ſi pro parte poteſt ſuſtineri, concludit
Ioan. Andr. in capit. quæ fiunt. de regul. iur. in ſexto, quem
refert *Roman. conſil. 66. ad medium. verſical. ſecundo eiuſ-
dem Alberic. & alij in l. 1. Cod. ſi à non compet. iudic. fuer.
iudic.*

5 Contrarium tamen verius dicitur, nempè quod imò
ratione exceſſus ſententia ſit in totum nulla, voluit *Gloſ.
vltima in l. fin. de iuriſd. omn. iudic.* quam ibi ſequitur. *Alex.
num. 11. in gloſ. fin.* addens rationem quia iudicium eſt in-
diuiduum, *leg. ſi idem, §. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. leg. in hoc
iudicio. famil. herciſcund.* Cum ſecus ſit in illis contra-
ctibus, qui diuiſionem recipiunt, *leg. 1. §. ſtipulanti, ff. de
verbor. oblig. Caual. quæſt. 60. num. 2. & quæſt. 32. num. 1. poſt
Salycet. in leg. 2. Cod. de re iudicat. Bald. in l. vnica in princip.
n. 2. C. de error. calcul.* cum ſimilibus, de quibus per *Lap. al-*
6 *legat. 80.* Quæris cum locatio Exemplo decreti interpo-
ſiti ex falſa cauſa, partim ex vera, quod vitiat contractum
7 in totum, nec valet etiam reſpectu partis veræ, *l. ſi pupillo-
rum, §. ſi Prætor. ff. de reb. eor. Natt. conſ. 631. n. 37.* quaſi de-
cretum ſit indiuiduum. *Alex. in l. iuſtè poſſidet, col. 6. ff. de*
8 *acquir. poſſeſſ.* Quòdque ſententia reſpectu ſummæ ſit indi-
uidua, vnde nec in parte vere debita ſuſtinocatur, decidit
Rota in Arimin. ſeu Romana pecuniaria 25. Iunij 1593.
9 *coram R. P. D. Gypſia poſt Put. deciſ. 323. lib. 1 & coram R. P.
D Orano in Romana pecuniaria de Pinellis 8. Aprilis 1598.*
Vbi de executione pro maiori ſumma, quam ſit creditum
quod neque ſuſtineatur pro vera parte crediti.

10 Prout etiam illud quod diximus ſupra *num. 3.* de datio-
ne in ſolutum, quæ verius reuocatur in totum, ſi fuerit
erratum in quantitate debiti, quando videlicet debitum
erat puta in quinquaginta, & debitor credit eſſe in cen-
tum, ſiue ſit iudicialis, ſiue conuentionalis, *leg. ſi non ſor-
tem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. latè Tiraq. de retract. ligna.
§. 23. gloſ. 1. num. 25. Dec. conſil. 505. coram Magnificis num.
5.* Cum ſecus ſit, quando non eſſet erratum, ſed fuit data
res pro quinquaginta, cum plus valeret; nam tunc reuo-
catur datio ſolum pro ſumma traſcendente debitum.
11 *Ruyn. conſil. 136. num. 5. libr. 1.* Quod intelligas, quando
tertio præiudicium inferri poſſit, vt adeſſet fraus, quia
tunc reuocatur in exceſſu, quamuis ſecus vbi ageretur ſo-
lum de præiudicio ipſiuſmet debitoris, quia tunc in nullo
reuocaretur, niſi læſio eſſet vltra dimidiam. *Scribentes in l.
fin. §. 1. C. de iur. domin. impetr. Bald. Caſtren. & alij per Sard.
de aliment. tit. 9. q. 32. in fine.*

12 Occaſione diſceptationis dationis in ſolutum quæro,
quid quando debitor promiſit ſoluere in pecunia, quo
caſu, ſcimus, quod cogere non poteſt creditorem ad reci-
piendum bona in ſolutum, ſed ſolutio facienda eſt in pe-
cunia numerata, ex vulgata regula, quod aliud pro alio
inuito creditore ſolui non poteſt, *l. 2. §. mutui datio, ff. ſi*
13 *cert. petat.* neq; debitor quantitatis poteſt ſoluere in ſpe-
cie *l. eum, à quo. Cod. de ſolut. Soc. conſil. 214. ſub num. 1. lib. 2.*
14 *Ruyn. conſil. 65. num. 11. lib. 2.* An ob difficultatem ſoluen-
di, & ipſius debitoris impotentiam locus ſit diſpoſitioni
Authent. hoc niſi, C. de ſolut. & dicitur, quod non, requiſi-
15 tis non concurrentibus. Quod nempè debitor probet, ſe
feciſſe exactam diligentiam vendendi bona, & inueniendi
pecunias, & quod non inuenerit. Item, quod offerat bona
meliora ad electionem creditoris, quod caueat de eui-
ctione, & transferat dominium cum inſtrumentorum tra-
ditione, & hæc omnia fiant oblationis tempore, vt per *Ro-
man. conſ. 153. Iaſ. conſ. 9. num. 3. lib. 1. Ripa in d. l. 2. §. mutui
datio. num. 25. & 75. ff. ſi cert. petat. Natta conſ. 344 ſub nu.
3. verſ. Item requiritur. Rota deciſ. 42. part. 2. in recent. &
in Bononien. pecuniaria 29. Ianuarij 1610. coram R. P. D.
Manzanedo.* Nouem requiſita ad hoc vt ſit locus dictæ
*Authen. Hoc niſi ponit Bertazzol. de clauſul. clauſ. 41. gloſ. 5.
ſub numer. 3. & ſeptem enumerat Guttierez de iuram. part.
1. cap. 29. num. 2. de materia d. Authent. Hoc niſi, latè The-
ſaur. deciſ. 153. Barz. deciſ. 40 num. 5. & 6. Guttierez d. cap.*
16 *29. per totam. Honded. conſ. 34. num. 25. & ſeq. lib. 2. qui ſub
numer. 26. vult, hanc Authent.* locum habere etiam non
obſtante iuramento de ſoluendo, ſuper quo videndus eſt
*Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 74. num. 207. & ſeq.
& Bertazzol. dicta clauſ. 41. gloſ. 7. numer. 4. & Guttierez.
dicto capit. 29. Rota coram Sanctiſſimo deciſ. 352. numer. 5.*
17 *quæ numer. 6.* addit huic beneficio renunciari poſſe, ex
ſcriptis per *Theſaur. dicta deciſ. 153. numer. 13.* & ſufficere
18 generalem renunciationem omni legum & iuris auxilio,
vt voluit *Rota in deciſione per eam allegata. Guttierez. dicto
cap. 29. num. 3. Bertazz. dict. clauſul. 41. ſub numero quinto
Rota dicta deciſ. 42. ſub numero ſecundo parte prima in re-
centioribus.*

19 Circa quæ notandum eſt, quod cum aſſignationes præ-
dictæ regulariter petantur, & fiant ab egenis, & plurimo
ære grauatis ſine cautione euictionis, multum diminuitur
de valore rei: Nam qualitas venditoris, qui ſit pauper, &
qui de euictione cauere non poſſit, in his valdè conſide-
20 randa eſt ad effectum prædictum, & ideò etiam teſtes de
valore deponentes venditoris qualitates exprimere de-
bent, tamquam diminuant valorem pretij, *Burſat. conſ. 9.
num. 30. lib. 1. Menoch. conſ. 358. numer. 27. lib. 4. Rota deciſ.
675. ſub num. 7. part. 2. in recentior. & deciſ. 648. ſub num. 2.
part. 1. in recentior. & coram Sanctiſſimo deciſ. 553. num. 11.
& ſeq. & eadem Rota coram R. P. D. Pamphilio in Spoleta-
na prædij 27. Ianij 1614 iuxta diſpoſitionem, leg. eum, qui §.
melior. de in diem adiect. Bart. in leg. 1. §. ſi hæres, num. 3. vbi*
21 *etiam Rip. num. 28. ff. ad Trebell.* Cum alias tacitis his qua-
litatibus non poſſit dici concludenter probari iuſtitiam
valoris. *Alex. conſil. 54. libr. 6. Crauett. conſil. 430. numer. 5.
Rota coram Cardin. Seraphino deciſ. 1317. numer. 1. parte
ſecunda.*

22 At quid ſi contingat bona in ſolutum data pro credi-
to, pro quo iam dati erant fideiuſſores, poſteà euinci per
tertium. Reſpondetur, non amplius dari actionem con-
tra fideiuſſores, qui ſunt liberati per dationem in ſolutum
neque ideo creditor vlterius agere poteſt hypothecaria,
quæ eſt ſublata, & imputet ſibi, qui non fuit proteſtatus
nolle recedere ab obligatione fideiuſſorum, & hypothe-
cæ, quæ proteſtatio conſeruaret primæuam actionem,
alias ſine ea hypothecæ eſſet extincta, nec amplius agere-
tur pignoratitia, ſed vtili ex empto; ea ratione, quia cum
ſit ſublata perſonalis, idem etiam erit de hypothecaria,
tamquam acceſſoria, *l. ſi tibi §. de pignore de pact.* maximè,
quando eſt factus dominus rei ſibi in ſolutum datæ, vnde
non poteſt amplius habere rem propriam hypothecatã,
l. neque pignus, ff. de regul. iur. & quia receſſum eſt a priori
contractu per dationem in ſolutum, quæ ſimilis eſt em-
ptioni, *leg. 3. ff. pro empt. l. ſi prædium, C. de euict. in ſpecie ſic
concludit Bart. in l. ſi quis aliam rem in princ. de ſolut. Bald.
conſ. 123. Quidam Alexan. num. 1. lib. 1. Cæpoll. cautel. 12. ſi
aliquis eſt debitor. Bart. in l. eleganter num. 2. de pign. act. &
in l. libera, ſub num. 3. verſ. contra hoc oppono, C. de ſentent. et
interlocut. omn. iudic. vbi Paul. de Caſtro, ſub numer. 3. verſ.
Item allegatur*, & eſt verior ſententia & magis recepta,
23 quando ſumus in ſpecie data pro pecunia. *Cyn. in d. l. libe-
ra in fine verſ. fallit, & ibi Bald. ſub num. 2. verſ. ex hoc ſequi-
tur. Surd. conſ. 145. num. 37. lib. 2. & deciſ. 266. num. 6.* quid
24 quid ſit in alijs caſibus. Vt quãdo datur ſpecies pro ſpecie,
genus pro ſpecie, ſpecies pro genere, vel dotis fauore, vt
dixi in præcedentibus proximè quæſtionibus, vel quando
debitor non eſt ſoluendo, vel ſi ipſe creditor vendit iure
creditoris, vel in ſimilibus, in quibus terminis procedunt
contra-

Digitized by Google

contrarium tenentes, ſecundum *Bal. & alios, in d.l.libera, Surd.d.conſ.145.* Ratioq; differentiæ eſt, quia in illis caſibus contractus ſunt ſimiles permutationi, non emptioni, & quando res permutatur, non dicitur fieri nouus con-
25 tractus, neque à prima actione receditur, niſi res tradita fiat accipientis irreuocabiliter & perfectè, quia permutans tenetur ad dandum, *l.1.de rer.permut* cum ſit contractus innominatus, in quo locus eſt pœnitentiæ ob non implementum vnius partis, *leg.ſi pecuniam in princ.de condit.*
26 *ob cauſam, l.fin.cod.tit.* & paria ſunt, quod res non tradatur, vel quod tradita ſit euicta, *l.non quocunque, ff.de legat. 1.Becc.conſ.83.num.7.Bald. conſ. 296.* Quæritur *in princ.*
27 *lib.2.* Ita quod permutanti detur regreſſus etiam ad rem exiſtentem penès tertium, ſi res ſibi data fuerit euicta,
28 latè *Surd.deciſ. 173. per totam.* Sed non ſic eſt, quando ſpecies datur pro pecunia, quia tunc celebratus eſt contractus venditionis, *leg.fin.de bon.auctorit.iudic.poſſiden.* &
29 venditor non tenetur ad dandum, ſed ad tradendum, & ſequuta traditione, ſufficit quod teneatur de euictione, quæ actio competit in locũ primæ iam ſublatę per iuſtum nouum contractum. *Cyn.in d.l.libera in fine.*

ARGVMENTVM.

Conductor, an & quando ab emptore expelli poſſit à locatione, ſoluto ſibi præſertim intereſſe loco euictionis.

Et quid, quando creditor immittendus eſſet in poſſeſſionem ex ſaluiano interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Conductor habens bona obligata pro obſeruatione cõtractus ab emptore expelli non poteſt.*
Sufficitque generalis hypotheca, num.7.
Et præſertim ſtante iuramento quod præcisè obligat ad obſeruantiam, num. 3.
Et de ratione, num.4.
Primò ampliatur procedere, etiam quod ſucceſſor indigeret re locata pro vſu ſuo, num.2.
Secundò ampliatur, vt virtute iuramenti locum habeat etiã quod nulla bonorum obligatio adeſſet, num.5.
Tertiò ampliatur, etiam quod creditor eſſet immittendus in poſſeſſionem ex Saluiano interdicto, quia non propterea conductor venit expellendus, num.10.
Et de ratione ibidem, & num. 12.
6 *Iuramentum habet vim ſpecialis hypothecæ.*
Et ſpecificè conſenſus, num.8.
11 *L.in venditione, §.1.ff.de bon.authorita.iudic.poſſiden.qualiter intelligenda.*
13 *Succeſſor ſtante hypotheca conductorem expellere ſi velit, eidem intereſſe ſoluere tenetur, & num.16.*
Vbi de ratione.
Primò declaratur procedere, ſtante hypotheca generali, ſecus ſi ſpeciali, num.22.
Secundò declaratur non habere locum, ſtante iuramento, num.23
Et de ratione ibidem.
14 *Hypotheca bonorum acceſſoria eſt ad obligationem principalem locatoris, quæ ſolum datur ad intereſſe, ſi Colono vel Inquilino non liceat, ſeu non permittatur vti & frui re conducta.*
Nec ideò appoſita in contractu locationis ampliat ius actionis perſonalis, ne excedat eius terminos, num.15.& 18.
Licet tamen conductori, donec ei ſoluatur totum intereſſe, retinere rem locatam, num.17.
18 *Actio perſonalis oritur in contractu locationis, quæ non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*
Ampliatur etiamſi fuerit contracta habito reſpectu ad rem, quæ peruenit ad tertium poſſeſſorem, num.19.
20 *Emptor vbi ſtare vellet colono, colonus non cogitur perſeuerare in conductione,*
Etiam non obſtante iuramento de non contraueniendo, & non obſtante hypotheca, num.21.

Quæſt. CXLVII.

1 Conductor habens bona obligata pro obſeruatione contractus expelli non poteſt ab emptore, *l.ſi creditor, §.vltimo, ff.diſtract.pignor. Bart.in l.emptorem, numer.2. C.locati, vbi Salycet.ſub num.6.verſ.aut conductor ius vtilis domini. Paul.de Caſtro in l. filiusfamilias, § ſi vir in quinquennium, ſub num.4.verſ.ideò cum hodie, & ibidem Roman. ſub num.13 verſ.fallit quinto, ff. ſoluto matrim. Angel. conſ. 2.numer.12. Alexand.conſ.118.numer.26 lib.5. Abb.in cap. querelam, ſub numer.8. verſ. & pro hoc datur bona cautela. Ne Prælat.vices ſuas. Iaſ. in l.quoties numer.29.Cod.de rei vendic. Marſil.ſing.321. Gratian. conſ.95. numer.10. libr.1. Gozad.conſ.100. in fin. & ita ſeruat Rota coram Sanctiſs.in Romana Caſalis prima Iulij 1602.in impreſſ.ſub eius nomine deciſ.68.& coram R.P.D. Ortembergo in Romana apothecę 15. Ianuarij 1610. Socin.ſen. conſil. 90. numero ſeptimo libro quarto; Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. quarto num.38.*

2 Ampliatur procedere, etiam quod ſucceſſor indigeret re locata pro vſu ſuo, quia ius locationis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, *l.emptorem, C.locati, in ſpecie Rapha. Cuman.in l.ſi ſiliuſfam §. ſi vir in quinquennium, column. fin ff.ſoluto matrim.* quem ibi ſequitur *Alexan. num.3.* qui dicit, quod eſt notabile verbum, & ſe alibi non legiſſe. *Molin. Pariſien.in conſuetud. Pariſien.tit.1.§.30.quæſt.23. numer 94.Didac.Couar.variar.reſol.lib.2.cap.15.numer. 4.* qui ad idem adducit *Ferron. in conſuetud. Burdegallen.* & addit id procedere in emptore, & in quocunque ſingulari ſucceſſore, & ſequitur *Surd. conſil.103. numero decimo lib 1.*

3 Quinimò ſufficeret iuramentum, quod præcisè obligat ad obſeruantiam, *Socin.ſen.d.conſil.90.lib.4. Gratian. dict. conſ.95. numer.19.* Ita cenſuit *Rota in Romana retractus 8. Iunij 1588. coram Cardin. Mantica in impreſſ. ſub eius nomine deciſ 30. numer.6.& in Romana domus 7. Nouembris 1597.coram R.P.D.Pamphilio. Surd.deciſ.225 numer. 10.*

4 Ratio, quia propter iuſiurandum conductor habet ſpecialem hypothecam. Vnde dicitur habere ius in re, cui poterit inſiſtere cum eodem effectu ac ſi bona locantis illi eſſent expreſſe obligata. *Bart.in l.1.§.quod autem de ſuperficieb. Cornel.conſ.6.num.3.libr.4.Gozadin.conſ.78. num. 6.in ſpecie ſi conſuluit Ioan.de Amic.conſ.113.num.12. Socin.conſ.129.num.12.Seraphin.de priuileg iuram.priuil 158.*
5 *num.2.Surd.dict.deciſ.225.ſub num. 10.* vbi ampliat quando nulla obligatio bonorum adeſſet, cum ſufficiat ſimplex
6 iuramentum ſuper re locata. Etenim iuſiurandum facit valere actum omni meliori modo quo poteſt; vnde ſi non poteſt valere ſine ſpeciali hypotheca, idem erit, ac ſi fuiſſet expreſſa, cum iuramentum habeat vim expreſſionis. *Bert.in leg.1.C.commodat. Gabriel.de iureiur. concluſ.4. Curt.iun.conſil.46 numer.15. Socin.ſen. conſil.147. in fine libro primo Tiraquell. de legib. connubial. Gloſ.7. §. vltimo, num.152.*

7 Sed an requiratur ſpecialis, vel ſufficiat generalis hypotheca, videtur valdè controuerſum: quod tamen ſuffi-

Digitized by Google

ciat generalis de communi teſtatur Ioan. de Amic. dicto
conſil.113.num.7.Grat.conſ.95.num.12 Neguſant.de pign.2.
part.princ.in primo membr.ſub numer.6. Ferdin.Loaz in re-
8 petit.leg.filiusfam.§.Diui, num.441.ff. de legat.1. Præſertim
ſtante iuramento quod vim habet ſpecifici conſenſus, vt
per Ioan.de Amic.dicto conſil.113.numer.12.Ioan.Crot.in d.
§.Diui ſub numer. 97. verſ. & iſta concluſio tanto magis
Goz.ad.d.conſ.106.ſub num.24.in fin Soc.iun.conſ.129. num.
9 11.lib.2. Et quando agitur vt conductor pro ſuo intereſſe
inſiſtere poſſit ſufficit generalis hypotheca, vt per Goz.d.
conſ.100.ſub num.24.Roder.in l.poſt rem iudicatam in prima
10 limit.num.18.ff.de re iudic. etiam quod creditor eſſet im-
mittendus in poſſeſſionem ex Saluiano, quia non propte-
reà conductor venit expellendus, nam cum ex remedio
dicti interdicti non acquiratur plenum ius rei omninò
ſtare tenetur locationi, l.in venditione,§.1.ff.de bon.autho-
rit.iudic.poſſid.Bar.in d.l.filiosfam.§.ſi vir.in quinquennium
ſub num.1.verſ.aut ei non eſt conſtitutu. Salyc.in d.l. empto-
rem, ſub numer.6. verſ.aut conductor nullum ius. Abb. in d.
cap. quarelam ſub numer.8.verſic.aut eſt ſucceſſor ſingularis
Iaſon.qui dicit communem in leg. diuortio.numer.34 ff.ſolut.
matrim. Guid.Pap.deciſ.480.ſub num.5. verſic. tertio fallit.
11 Non obſtat, quod d.l.in venditione loquatur in eo, qui
mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto, quia reſpon-
detur ex Atet.conſ.159.ſub numer.16.verſ.ſi tamen rem lo-
catam, quod licet verum ſit text.illum loqui in dicto caſu,
tamen Doctores ex eo firmant regulam, quod ſucceſſor
ſingularis tenetur ſtare colono, quando non ſuccedit in
plenum ius authoris ſui.
12 Et quod creditor immiſſus ex Salniano teneatur ſtare
locationi, voluit Rota in Romana fideiuſſionis 13. Martij
1617.coram R.P.D.Andr. ſequendo Iaſ.de communi teſtan-
tem in d.l.diuortio.num.34.ff.ſol.matr.
13 Verum difficultas eſt, an ſtante hypothecam poſſit
ſucceſſor expellere conductorem, ſi velit ei ſoluere
intereſſe.

Et pro affirmatiua tenent Ioan.de Imol.Paul.de Caſtr.et
Roman.in d.l.ſi filiofam.§.ſi vir.ff.ſol.matr. & ſententia Iac.
Butrig.in l.ſi merces,ff ſi fundum, ff. locati, quem ibidem
ſequitur Salyc.in l.mancipia, Cod. de reb.alien.non alienan.
vbi idem ſentit Bar.in l.Vectigalia,in fin.ff.de public.Vectig.
14 & ibid.Imol.idem firmat Alexan. in d.§.ſi vir.num.4. Vbi
comprobat ex eo, quia hypotheca bonorum acceſſoria
eſt ab obligationem principalem ipſius locationis, quæ
ſolum datur ad intereſſe, ſi colono, vel Inquilino non
15 liceat, ſeu non permittatur vti & frui re conducta d.leg. ſi
fundum,ff.locati, Atq; ita videtur, quod hypotheca appoſi-
ta in contractu locationis non amplet ius actionis perſo-
nalis, ne excedat eius terminos, vt in l. item liberatur in
princ.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſolui, & l.intelligere,cum
16 gl.C.de init.pign. & ſucceſſiuè, vbi ſingularis ſucceſſor of-
fert intereſſe Colono hypothecam habenti ſuper fundo de
quo agitur, illum ſtatim expellere poſſe debet, leg.Paul.
aliàs Sempronius,§.pigno.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſolut.
leg.cum ſeruus,ff.de pign. diſtrahen. cum habeat dominium
rei locatæ ſaltem vtile quod, iuri pignoris, & hypothecæ
præponderat. Quare Gomez Leon.in informa.63. num.4.
17 ſubiungit, quod antequam tali conductori ſoluatur verè
& cum effectu totum intereſſe, poterit rem locatam reti-
nere, per doctrinam Alexand.in d.§.cum vir.verſ.ex quo-
rum verbis colligitur, & Neguſ. de pignor. part.2. memb.1.
18 num.6 in ſpecie Valeſch.conſult.79. num.5. Et ratio addu-
citur, quoniam in contractu locationis oritur actio per-
ſonalis locati, & conducti: actio autem perſonalis
non tranſit, nec datur contra ſingularem ſucceſſo-
rem, l.cum cui C.de act.& oblig.l.cogi.§.vnde quæritur,ff.ad
Trebell.l.fin.Cod.de hæredit.act. cum fundo, & ibi Bald.ff.de
ſeruit.ruſticor.prædior.Afflict.deciſ 95.num.6.& deciſ.162.
19 num.5. etiamſi fuerit contracta habito reſpectu ad rem,
quæ peruenit ad tertium poſſeſſorem, leg.quædam, §.nihil
intereſt vbi Iaſ.ff.de eden Tiraquell.poſt adductos per eum de
20 retract.lignag.§.8.Gloſ.5.num.7. & hac ratione, ſi emptor
vellet ſtare Colono, Colonus cogi non poteſt perſeuerare
21 in conductione. Abb.in quæſt.3.ſub num.16. verſ. in ſolu-
tione huius quinti dubij. Couar. variar.reſol.libr.2. capit.15.
num.6.eſt tex.in d.l.qui fundum,ff.locati latè Surd.conſ.331.
ſub num.18.& infra plurib.ſeqq.qui n.31. inquit id proce-
dere quoque non obſtante iuramento de non contraue-
niendo, & non obſtante hypotheca.
22 Cœterum Rota in Romana locationis domus 15. Iannarij
1610.coram R.P.D.Ortembergo, diſtinxit inter hypothe-
cam ſpecialem, & generalem, & ſtante hypotheca gene-
rali ſupradictam opinionem admittit, ſecus vero ſtante
hypotheca ſpeciali.
23 Item ſtante iuramento d. deciſ. ſentit ſucceſſorem ſtare
debere locationi, non obſtante intereſſe oblato quia vt
dictum, iuramentum præcisè obligat ad obſeruantiam
contractus, quando præcitè contractus impleri poteſt, &
ſine diſpendio ſalutis æternæ, cap.cum contingat de iureiur.
cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Dominium rei venditæ quando fuit re-
ſeruatum, periculum interim contin-
gens an ſpectet ad venditorem, vel ad
emptorem.

Vſuræ prætij non ſoluti, an & quando de-
beantur ab emptore, & etiam à vendi-
tore, quando res non fuit tradita, & ad
quam rationem, ſeu æſtimationem, &
à principio validè taxari poſſint.

Et quid ſi obijciatur de periculo eui-
ctionis.

S V M M A R I V M.

1 *Conductio rei emptæ pro certa penſione donec pretium ſol-
uatur, eſt permiſſa.*
Si tamen pereat damnum eſt emptoris, num.5.
2 *Emptor qui fructus percepit ex re empta, tenetur ad vſuras
pretij non ſoluti ex communi, etiam de iure canonico, nu-
mero 5. & 16.*
*Iuxta tamen æſtimationem fructuum perceptorum, numero
4 & 17.*
6 *Periculum interitus venditione perfecta, eſt emptoris, &
num.ſeqq.*
Etiam ſi reſeruetur dominium, num.12. & 13.
*Extenditur procedere in locatione accidentali, vt ſcilicet pe-
riculum pertineat ad conductorem, nec vlla ſit mercedis
remiſſio, num.7.8.11. & 12.*
*Quia eo caſu penſio ſolui videtur non pro re locata, ſed pro
intereſſe pretij non ſoluti, num.9.*
*Ampliatur procedere, non ſolum quando venditio eſt perfe-
cta, ſed etiam quando eſſet imperfecta, vt quid ſubſit ſo-
lum pactum de vendendo quando tamen tota res non eſt
perempta, num.10.*
14 *Dominium vbi fuit reſeruatum in venditione, donec pretium
ſoluatur, emptore non ſoluente iuxta conuenta, venditor
licitè alij vendere poteſt.*

Nec

Digitized by Google

Nec datur remedium ſpolij primo emptori aduerſus ſecundum, num.15.

18 *Emptor tenetur venditori præſtare vſuras pretij non ſoluti ſecundum æſtimationem fructuum quos ipſe percepit.*

Ampliatur procedere, etiamſi per traditionem emptor factus ſit dominus, vt quando fuit habita fides de pretio, num.23.

Declaratur vt locum habeat, quando certum tempus ad ſoluendum pretium emptori non fuit præſtitutum, quoniam interim nulla committitur mora, nec ideò emptor teneri debet ad vſuras pretij non ſoluti, etiamſi fructus percepiſſet.

Et de ratione, num.24.

Fallit, ſi venditor etiam pendente dilatione vſuras fuerit ſtipulatus, num.25.

19 *Vſuræ pretij non ſoluti à die traditionis venditori debentur, etiam quod nullos fructus emptor ex re empta ſibi parauerit, ſeu perceperit, ſeu percipere non potuerit.*

Contrarium quod emptor nō teneatur, ſi res tradita ſui natura ſit ſterilis, num.20.

Declaratur prior ſententia, quando venditur res ſterilis, non ratione fructuum percipiendorum, ſed ratione alterius commoditatis, num.21.

Item intellige, nempe eum ſatis lucrari, qui voluntati ſuæ ſatisfacit, num.22.

26 *Fructus vel intereſſe, ſi fuerint in venditione taxati conuentio an valeant referuntur conſilia Decij, ac Ruyni adinuicem aduerſantia.*

Auctor verò conſtituit plures caſus, num.27. & ſeqq.

28 *Venditor, quādo rem emptori tradidit data dilatione ad ſoluendum, & interim reſeruauit ſibi dominium donec ſolueret cum pacto, quod ſoluatur ſingulo anno certa conuenta quantitate, durante termino vſuræ non debentur, ſed ſi debito tempore promiſſa quantitas non ſoluatur, vſuræ debentur durante mora ſoluendi.*

29 *Emptor quando poſt dominium ſibi acquiſitum facit in mora ſoluendi pretium tunc tenetur ad vſuras loco intereſſe etiam de iure Canonico.*

30 *Emptor quando à principio promittit venditori ſoluere certam ſummam ſingulis annis, donec pretium ſoluerit, tenetur & conuentio valet ex communi.*

Declaratur locum habere: dummodo non excedat intereſſe pretij non ſoluti num. 31.

32 *Emptor quando pro tempore ad ſoluendum pretium ſtatuto conduxit fundum, quem emit, tenetur tamquam conductor ad penſionem, & vſuras, & venditor non tenetur ad remiſſionem penſionis ob aluuionem, ſeu quid ſimile.*

33 *Emptori dilatio ad ſoluendum pretium quando conceditur, & emptor promiſit dilatione pendente ſoluere certam quantitatem, quæ ſit veriſimilis & conueniat quantitati, & æſtimationi fructuum, valet huiuſmodi conuentio.*

34 *Pactum inter emptorem, & venditorem, vt ſoluatur certa quantitas quæ fructuum æſtimationem excedit, vbi pactum eſt in vim annui redditus cum pacto redimendi, valet.*

35 *Vſuram taxatio valet quando in emptorem fuit translatum dominium, & data fuit dilatio ad ſoluendum pretium cum pacto quod durante dilatione certam & moderatam quantitatem in recompenſationem fructuum ſolueretur, valet, & tenet.*

Sed contra num. 37.

36 *In venditione, quando fuit habita fides de pretio, quo caſu dominium fructuum tranſit in conductorem, locator non præfertur, ſed debet concurrere cum creditoribus ipſius conductoris.*

38 *Emptor, cui res eſt tradita, & differt pretium ſoluere, tenetur fructus compenſatiuos perſoluere.*

Fallit, quando fuit habita fides de pretio, & fuit tranſlatum dominium, num.39.

Vel etiam fuit data dilatio ad ſoluendum, ibidem.

40 *Cautela traditur, vt in contractibus emptionis, & venditionis fructuum taxatio ſit licita.*

Qua obſeruata fructus debentur, etiam quod obijciatur de periculo euictionis imminentis in limine contractus, numero 41.

42 *Emptor tenetur præſtare fructus recompenſatiuos, quando non fuit habita fides de pretio, & tranſlatum dominium.*

Primò ampliatur, etiam quod emptor non ſit in aliqua mora, vt qui non fuerit eidem adimpletum, num.43.

Declaratur, quando ob talem defectum non eſt diminutus vſus rei, num.44.

Secundò ampliatur, etiamſi facta fuerit dicto caſu promiſſio certa, & taxatio eſt licita, quando concurrit cum veriſimilitudine, & proportione fructuum, itaut ij veriſimiliter aſcendat ad intereſſe taxatum, numero 45. & 50.

Et reſpondetur contrarijs, num.46.

Extenditur quod dicitur de emptore, vt procedat etiam in venditore non conſignante rem venditam, cuius pretium fuit ſibi ſolutum ab emptore, quia & ipſe venditor tenebitur emptori ad intereſſe recompenſatiuum, ad rationem fructuum rei venditæ, ſi ſit in mora irregulari, & ad intereſſe ipſius emptoris ſi ſit irregulari, num.49.

Ampliatur vt ſibi tribuat etiam in caſu, in quo emptor pretium quod ſoluit, accepiſſet ſub vſuris, quia venditor, qui rem venditam non conſignauit, tenetur ad illas vſuras, etiam ſi res quam vendidit, eſſe ſterilis, numero 51.

Extenditur dicta ampliatio, vt procedat in ſimilibus contractibus, vt in locatione, & conductione, numero 52.

47 *Taxatio intereſſe ad certam quantitatem, habita ratione fructuum, iuxta communem contingentiam, & curſum, non eſt reſcinda, dato quod probaretur de minori quantitate.*

Limitatur non habere locum in contractu cenſus, quia licet ſtabilia reddant tantum quinque pro ſingulo centenario, & ad hanc rationem taxari ſoleant fructus rerum ſtabilium, tamen annui cenſus conſtituuntur ad rationem octo, & quandoque vſque ad decem pro centenario, num.48.

Quæſt. CXLVIII.

1 VEndita fuit domus Titio, qui donec pretium non ſoluerit, illam conduxit pro certa ſumma & penſione, quod à iure fieri permittitur, tamquam intereſſe

2 damni emergentis, *c.ſalubriter de vſur.* Nam emptor, qui fructus ex re empta, ſibique tradita percipit, ad vſuras pretij non ſoluti tenetur, *leg.Iulianus, §. ex venditia, ff. de action.empt. & l.curabit, C.eodem titulo vbi gloſ.* dicit, hoc etiam à iure canonico receptum eſſe; Idemque probatur ex *l.fructus, §. vend.ff.eod. & in l.2.C. de vſur. gloſ. communiter recepta in cap.conqueſtus eodem tit. Paul. de Caſtro conſ.102.num.2.lib.1.Cornel.* dicens hanc eſſe communem ſententiam *conſ.145 num.7. libr.2.* addit q; eſſe indubitatum *conſ. 113. num.4. lib.3.* de communi pariter teſtatur *Sot.ſen.conſ.176.num.10. libr.2. Afflict. deciſ.20. numer.4. & 5.Crauett.conſ.105.num.11.Cæph.conſ.200.numer.8. &*

4 *ſeq.* & hoc intereſſe quod ab emptore ſolui debet, præſtatur iuxta æſtimationē fructuum, qui ab emptore ſunt percepti, *d.leg. curabit.* in illis verbis, quas vſuras, & perceptorum fructuum ratio generauit, *Cod.de action.empti.*

5 ſi poſtea res pereat calamitate vel incendio, quæritur, an

peta-

periculum ſit venditoris, vel emptoris, reſeruato dominio penès venditorem, donec pretium ſoluatur.

6 Et quidem reor periculum eſſe emptoris, quoniam emptio iam perfecta erat, & res emptori tradita ad *text. in leg. ſicut emptio, §. interdum, ff. locati, Curt. iun. conſil. 82, num. 3. Decian. conſ. 311. num. 4. verſ. tertio idem comprobatur*, vbi, quod illa locatio accidentaliter facta dicitur, cum penſio ſoluatur tam pro re locata, quam pro intereſſe
7 pretij non ſoluti, & in huiuſmodi locatione accidentali totum periculum pertinet ad conductorem, & nulla ſit mercedis remiſſio.

8 Comprobatur ex ijs, quæ habentur per *Alexan. conſil. 121. num. 1. lib. 5.* vbi quod emens fundum pro certo pretio, & donec pretium ſoluat, ſi fundum conducit pro certa penſione, ſeu mercede, valet contractus conductionis quoad obligandum emptorem, & conductorem, & quoad ſoluendum penſionem, ſeu mercedem, non tamen valet, quoad obligandum locatorem, & venditorem, qui eo caſu compelli non poterit ad rem tradendam, ſi nollet neque ad remiſſionem mercedis, ſi res perierit, quia poſt perfectam venditionem commodum omne pertinet ad emptorem, vt probat *text. in d. l. ſicut, §. interdum, vbi gloſ. & Doct. ff. locati Alex. in d. conſil. 121 in princ. lib 5 Decian.*
9 *312. num. 4.* quia eo caſu penſio ſolui videtur, non pro re locata, ſed pro intereſſe pretij non ſoluti, vt dicunt *Bart. Fulgoſ. & Caſtr.* ibi, & quamuis donec emptor ſoluat pretium teneatur quid ſoluere ſingulo anno, hæc eſt tamen locatio acceſſoria contractus præcedentis, & tamquam accedens non obligat locatorem, quod latius explicat
10 *Curt. iun. in dicto conſil. 82. num. 12. & infra, qui num. 6.* dicit hoc verum eſſe non ſolum, quando venditio eſt perfecta, ſed etiam quando eſt imperfecta, vt quia ſubſit ſolum pa-
11 ctum de vendendo quando tamen tota res non eſt perempta, probauit, *Surd. deciſ. 198. num. 28. vbi citat Boſs. in tit. de remiſ. merced. conduct. num. 102.* dicentem, quod obſtupuit videndo *tex. in d. §. interdum*, cũ contrariũ ſemper dixiſſet, ſi illum non vidiſſet, & quod ſtudioſus hodie
12 ſatis diceret, hoc notando, nam ſi vendo fundum habita fide de pretio, & paciſcar, vt penès me dominium remaneat, donec omnis pecunia ſoluatur, & interim penſionem certam, ſeu mercedem perſoluat, quia contractus eſt locationis appoſitus in contractu venditioni; iſto caſu contingens damnum, ſeu lucrum in fructibus eſt emptoris, & conductoris, ita quod ad eum quoque ſpectet periculum interitus, quoniam, vt dixi emptio dicitur perfecta, licet reſeruatum ſit dominium. Non enim regulariter conuenit venditioni, ſi dicatur, quod in emptorem dominium non transferatur *Cornell. conſil. 26. num. 1.*
13 *libr. 1. leg. fin. §. nemo de contrahen. emptio.* Ex quo non etiam videretur adeſſe aliquam perfectionem, & tamen periculum eſt emptoris per dictam *leg. ſicut empt. §. interdum, ff locati, Boſs. dict. tit. de remiſs. merced. conduct. num. 102. Curt. iun. dict. conſil. 82. numer. 3. Surd.* & alij ſuperius allegati.

14 Ex huiuſmodi reſeruatione dominij emptor aliud patitur incommodum nempè, ſi iuxta conuenta pretium non ſoluat, venditor, licitè poterit alij vendere ſecundum *Paul. de Caſtro in l. Iulianus, §. offerri, nu. 5. ff. de actio. empt. Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. quæſt. 3. numer. 5. Plot. de in litem iurando, §. 4. num. 60. Hier. Magon. deciſ.*
15 *Lucen. 31. nu. 10. & 12.* Vbi propterea, quod venditio hęc ſit conditionalis, dicit non dari ſpolium & remedium recuperandæ primo emptori, ſi venditio facta fuerit ſecundo.

16 Et ex his appareat, vſuras quas percipit venditor ab emptore non eſſe verè vſuras, ſed potius damni reparationem: ex quo, ſi emptor fructus rei emptæ percipit pretio nondum ſoluto æquitatis ratio ſuadet, vt vſuras pretij vſque ad fructuum perceptorum quantitatem venditori ſoluat, qui rem ipſam tradere pretio non ſoluto, non tenebatur, *d. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empti*, quam æquitatis rationem perpendit. Vulpianus in eadem *l. ex vendito*, ibi, cum enim emptor re empta fruatur, æquiſſimum eſt, eum vſuras pretij pendere, & *text. in l. 2. C. de vſur.*

17 Similiter hac æquitatis ratione ſtatuit, vt emptor cogatur vſuras pretij non ſoluti venditori præſtare, quæ vſuræ, vt prædixi, ob dictæ æquitatis rationem ad fructuum æſtimationem rediguntur per dictam *leg. curabit*.

18 Sed dubitatio oritur, an emptor teneatur venditori præſtari vſuras pretij non ſoluti ſecundum æſtimationem fructuum, quos venditor ipſe percepiſſet, ſi rem non tradidiſſet, an verò ſecundum quantitatem fructuum, quos emptor perceperit.

Quæſtio hæc omiſſis ijs, quæ quidam dicunt circa eam, dirimitur ex diſpoſitione dictæ *leg. curabit*; dum ibi dicitur in hæc verba. Curabit præſes Prouinciæ compellere emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit partem pretij, quam penès ſe habet cum vſuris reſtituere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor, licet nulla interceſſerit mora, generauit. Nam pondero hæc verba fructus percepit, quæ abſque dubio ad emptorem referuntur. Item & pondero illa verba quas & perceptorum fructuum ratio generauit, ex quibus manifeſtè habemus rationem fructuum perceptorum habendam, non autem eorum quos ipſe venditor percipere potuiſſet, ſi rem non tradidiſſet. Neque venditor petit fructus, ſed vſuras pretij non ſoluti pro eo, quod ſua intereſt, quod quidem à lege pro ratione fructuum perceptorum æſtimatur ex premiſſis.

19 Adhuc remanet ſcrupulus: nam *Bald. in leg. 2. num. 3. C. de vſur.* voluit, vſuras pretij non ſoluti à die traditionis venditori deberi, etiam quod emptor nullus fructus ex empta ſibi parauerit, ſeu perceperit, & quod magis eſt percipere nõ potuerit, cũ nec etiam venditor percepiſſet ſi rem venditam non tradidiſſet, & *Bald. ſequitur Paul. de Caſtro ibid. ſub num. 1. verſ. In text. ibi, æquitatis, & in d. leg. curabit num. 2. Ioan. de Anan. in cap. conqueſtus ſub num. 2. verſ. in eadem gloſ. de vſur. Petr. de Anchar. in cap. peccati venia. col. 8. de reg. iur. lib. 6. Soc. ſen. conſ. 88. num. 8. lib. 4. & conſ. 103. num. 2. eodem libro*, quod eſt repetitum *conſil. 176. lib. 2. Gozadin. conſil. 55. n. 11. & Pariſ conſil. 60. nu. 28. lib. 1.*

20 Contrarium, quod immo emptor non teneatur ad vſuras pretij non ſoluti, ſi res tradita ſui natura ſit ſterilis, tenet *Bart. in leg. atqui natura, §. non tantum numer. 2. ff. de negot. geſt.* inquiens, quod in contractu emptionis & venditionis vſuræ debentur venditori, ſi emptor fructus percepit, & pretium non ſoluit, atque ita ſenſit quod ſi emptor fructus non percepit, vſuræ non debeantur, & ſic affirmat *Salycet. in d. l. 2. num. 3. verſic. vel poſſet dici Salycet. num. 3. & Paul. de Caſtro ſibi pariter num. 3. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſs. Salycet. in dicta l. 2. num. 3. & Paul. de Caſtro ſibi parum conſtans in dicta leg. Iulianus, §. ex vendito numer. 3. ff. de action. emption.* hanc ſententiam probauit quoque *Alexand. in l. de diuiſione num. 13. ff. ſoluto matrim.* quam ibidem veriorem inquit *Claud. Aquen. numer. 12. ſequitur Cornel. conſ. 59. num. 5. lib. 3. & conſ. 145. numer. 8. & 18. libra 2. Soc. ſen. conſ. 109. numer. 3. lib. 1.* de communi teſtatur *Caynol. in d. l. curabit num. 26. & infra*, & ait, ab hac ſententia non recedendum, *Couar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. ſub num. 3. verſic. quarto Rolan. poſt adductos per eum conſ. 14. libr. 2.* vbi ad finem. dicit huic ſententiæ inhærendum fore, & *Aret. conſil. 49. viſis diligenter numer. 11.* dicit vſuras deberi ratione fructuum perceptorum ex diſpoſitione *d. l. curabit*, & addit, verba illius legis eſſe clara, & manifeſta, & ſe mirari, quomodo *Bald. in d.*

l. 2. num.

Digitized by Google

leg.2.num.3.Cod.de vſur. aſſeruerit, vſuras non deberi ratione fructuum perceptorum, ſed ratione moræ emptoris, quæ verba ſecundum *Aretin. ſunt apertè contra dicta l.curabit*.

21 Cæterum *Corn.d.conſil.59.ſub numer.6.in fin.libro 3.ſaluando Bald.* dicit illum loqui, quando venditur res ſterilis non ratione fructuum percipiendorum, ſed ratione alterius commoditatis, quam emptor conſequi ſperat ex ipſa re vendita, & idcirco tunc intelligitur frui vendita, licet fructus non percipiat *dicta lege Iulianus*, §.*ex venditio*, ibi, nam cum re emptor fruatur, æquiſſimum eſt, quod vſuras ſoluat.

22 Et præter *Corn.* dici poteſt ſatis eum lucrari, qui voluntati ſuæ ſatisfacit, *leg.penult.ff. de condit. ob cauſ.* ſed aliter dicendum eſt quando venditur res fructifera, quia veriſimiliter emitur propter fructus, nec ideo mirum, ſi fructus conſiderari debeat. Aliter diſtinguit *Socin.ſen.in dicta leg.*
23 *de diuiſione in princ.numer.14.verſ. ſed ſuſtinendo, ff.ſoluto matr.* quem videas.

Et præmiſſa quod videlicet emptor teneatur ad vſuras pretij non ſoluti iuxta æſtimationem fructuum quos percepit, locum quoque habent, etiamſi per traditionem factus ſit dominus, vt quando habita fuit fides de pretio, & eſt *text.in leg. quod vendidi, ff.de contrab.empt.* & §.*vendita.Inſtit.de rer.diuiſ. nam in d.l.Iulianus, §.ex vendito, ff.de act.empt.* dicitur in hoc iudicio venire pretium quanti res venit. Item vſuras pretij poſt diem traditionis, & reddit rationem Vulpianus: nam, cum re (inquit) emptor fruatur, æquiſſimum eſt, eum vſuras pretij perdere. Quæ ratio etiam procedit, licet venditor fidem habuerit de pretio, & per conſequens translatum fuerit dominium in emptorem, & ideò eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, *leg.illud, ff.ad l.Aquil.* & *leg à Titio, ff.de verbor. obligat.de veriori teſtatur Couarr. variar. reſolut. libr.3. dict.capit. 4. num.4.*

24 Declaratur dicta ſententia vt procedat, quando certum tempus ad ſoluendum pretium emptori non fuit præſtitutum ſecus verò ſi fuit terminatum quoniam interim nulla committitur mora, neque regularis, neque irregularis, nec ideò emptor teneri debet ad vſuras pretij non ſoluti, etiamſi fructus perceperit, quia intelligitur percepiſſe ex re ſua, & voluntate ipſius venditoris, qui ſua ſponte renunciaſſe videtur beneficio *d.leg.curabit, C.*
25 *de act.empti*: niſi tamen venditor etiam pendente dilatione vſuras fuerit ſtipulatus, quod facere poteſt, ad tradita per *Paul.de Caſtro in d.l.Iulianus, §.ex vendito, ſub num.3.verſic.Intellige tamen, ff.de actio.empt.* & *ſequitur Alex. dicto conſ.121.num.4.lib.5. Corn.conſ.113.numer.4.libro 3.* vbi ait haberi pro indubitato. *Dec.in cap.cum venerabilis numer.14.ad finem, alias 63. de except. Aymn.conſil.105. num.11.Couar.latè variar.reſolut.libr.3.capit.4. num.5.* & *ſequentib.*

26 Huc ſpectat ea quæſtio, quid dicendum, ſi intereſſe ſeu fructus ſint taxati, vſque ad certam quantitatem, an conuentio valeat, ſuper quo ſunt duo conſilia adinuicem contraria.

Primum eſt *Decij conſil.119.* vbi latè reſpondet pro negatiua.

Secundum eſt *Ruyni in eodem caſu conſ. 73. libr. 1.* qui conſuluit pro affirmatiua.

27 At pro vera euiſdem reſolutione, conſtituo plures caſus.

28 Primus eſt, quando venditor rem emptori tradidit, & dominium ſibi reſeruauit, ac dilationem ad ſoluendum pretium ei conceſſit cum pacto, quod donec ei ſolueretur dictum pretium, ſoluatur ſingulis annis certa conuenta ſumma, & pecuniarum quantitas: nam dicto termine durante, vſuræ non debentur, niſi aliter ſit conuentum, ſed dicto termino tranſacto non facta dicta ſolutione, vſuræ debentur, durante mora ſoluendi, ſic *Alex.d.conſ.121.li.5.Abb.conſil.66.lib.1.Soc.ſen.conſ.88.nu.8. lib.4.* & *conſil.103. num.2. eodem libr.Ruyn.d.conſ.73.nu.3. verſic.ſecundus caſus eſt lib.1.Aym.conſ.105.num.11.Couar. var.reſol. lib.3.cap.4.num.6.*

29 Secundus caſus eſt, quando emptor poſt dominium ſibi acquiſitum fuit in mora ſoluendi pretium, & tunc abſque dubio tenetur ad vſuras loco intereſſe etiam de iure canonico, *dict.leg.curabit dicta gl.alia Gloſ. communiter recepta in d c.conqueſtus de vſur. Ruyn.dict.conſil.73.ſub nu.3. verſic.tertius caſus*, & dictum fuit ſupra, & infra ſuo loco dicetur.

30 Tertius eſt caſus, quando emptor à principio promittit venditori ſoluere certam pecuniam quantitatem annis, ſingulis, donec pretium ſoluerit, & hæc conuentio ex communi ſententia valet, ſecundum *Alexand.conſil.31.ſub num.4.verſic.* & *pro prædicta numer.11.in fin.* & *num.12.libro 6.* & *Ruyn.* qui pariter communem dicit, *d.conſ.73.ſub numer.3 verſic.quartus caſus libr.primò*, dummodò
31 tamen non excedat intereſſe pretij non ſoluti. *Couar.dict.cap.6.num.6.*

32 Quartus caſus eſt, quando emptor pro tempore ad ſoluendum pretium ſtatuto pro certa penſione fundum conduxit quem emit; quo in caſu, tanquam conductor ad penſionem & vſuras obligatur, & venditor, idemque locator non tenetur ad remiſſionem penſionis, ſi fundus alluuione, vel alio ſimile accidente perierit, vel ſterilis euaſerit, & valet contractus *l.ſicut emptio, §.1. cum ſeq.* & *ibi Gl.Bar.* & *Paul.de Caſtr.reddunt rationem, ff.locati. Abb.d.conſil.66.num.2.lib.1.Alex.d.conſ.121.num.2.* & *ſeq.lib.5.Dec.d.conſ.119.ſub nu.2.verſ.* Tertiò hoc probatur. *Ruyn.d.conſ.73.num.3. lib.1.Socin.ſen.conſil.176.num.6.lib.2.* & *conſ.103.libro 4 Bartolom.Capoll.cautel.125.Curt.iun.dict.conſ.82.num.2.* & *ſeqq.* & *num.6.* & *infra. Couar.dicto cap.4.ſub num.6. verſic.nono.Pariſ. conſil.60. num.21.* & *ſeqq. libro primo.*

33 Quintus eſt caſus, quando dilatio emptori conceditur ad pretium ſoluendum; & in eum transfertur dominium, ſecundum l.quod vendidi, vbi *gl.ff.de contrab.empt.* & emptor promiſit dilatione pendente ſoluere certam quantitatem: nam, ſi quantitas expreſſa eſt veriſimilis, & conuenit quantitati, & fructuum æſtimationi, quæ iuxta temporum varietatem frequentius percipi conſueuit, valet huiuſmodi conuentio, quia ſuccedit loco probationis deductæ ex veriſimilibus coniecturis. *Bal.in leg.rogaſti, §.ſi tibi,* & *ibid.Purpur.num.19 ff.ſi cert.pet.Imol. in leg.in inſulam, §.vſuras numer.7.ff.ſolut.matrim.Alex.in d.conſ.121. lib.5 Socin.ſen.d.conſ.176.nu.1.* & *ſeqq.li.2.latè Rimin.ſen.conſ.318.Socin.iun.conſ.66.nu.4.* & *infra libr.2.Dec.In d.c.cum venerabilis n.14.verſ.putarem tamen, de except. Pariſ.d.conſ.60.n.11.lib.1.Couar.d.c.4.ſub nu.5.Cagnol.in d l.curabit num.57.* & *in l.vnica nu.52. de ſent.* pro eo, quod intereſt, vbi etiam *Rebuff.nu.618.* & *ſeqq.Surd.deciſ.259. num.16.* & *ſeqq.*

34 Sextus caſus, eſt quando pactum vt ſoluatur certa quantitas, quæ fructuum æſtimationem excedit modo fiat in viam annui redditus cum pacto redimendi, vt videlicet emptor conſtituat ſe ſoluturum venditori certam annuam quantitatem donec pretium fuerit ſolutum iure & titulo annui redditus venditi ſuper re empta, ad rationem vnius pro quatuordecim, vel pro duodecim vſque ad quantitatem pretij conuenti, & hæc conuentio ſimiliter tenet, vt per *Couar.var.reſol.lib.3.dicto cap.4 ſub numer.6. verſic.Imò poſſet.*

35 Septimus caſus eſt, quando emptori in quem fuit translatum dominium, data fuit dilatio ad ſoluendum pretiũ, cum pacto, quod ſingulis annis durante dilatione, certam, & moderatam quantitatem in recompenſationem fructuum ſolueret: quo in caſu conuentio dicitur iuſta, nõ

Digitized by Google

obſtante taxatione facta, *Ruyn. d.conſ.73.ſub num.3. verſ. vltimus caſus, cum ſeq. lib.1.* nam venditor dilatione pendente fructus ſibi reſeruaſſe cenſetur, eoſdemque vendidiſſe, vel lucaſſe, vt dictum fuit ſupra in quarto caſu, & latè tenuit *Ruyn dicto conſil.73.ſub n.8. verſ. & per prædicta. Socin. iun. conſ.66. ſub nu.5. verſ. quoniam reſpondetur libro 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libro 4. titul. 24. num.27.*

36 Ex prædictis infertur, quod quando in emptione, & venditione fuit habita fides de pretio, quo caſu dominium fructuum tranſit ad conductorem, locator non præfertur, ſed debet concurrere cum creditoribus ipſius conductoris. *Morla in emporr. tit.10. quæſt.3. ſub numer.8* vbi dicit, non obliuiſcendum, quia aliud vulgo æſtimatur, ait *Valaſch. de empt. quæſt.20. num.14.* de quo tamen dubitat, *num. ſeq.*

37 Verum notandum eſt circa præmiſſa, ea non ſic de facili fore admittenda: nam quod data certa dilatione ad ſoluendum pretium, & interim pendente termino, ſi fuerit conuentum, vt ſoluatur quid certum pro quolibet centenario, quod talis conuentio ſit inualida, & reijciatur, ſenſerunt. *Alex. conſ.221, num.9. libro 2. & conſ.31. ſub numer. 13 verſic. ſecundo reſpondeo libr.6. Paul. de Caſtro conſil.11.* viſo dicto libello *nu.4. in tertio dub. libro primo, Socin. ſen. conſil.179. num.1. libro ſecundò, Crau. conſ.189. ſub numer.7. verſic. quintus caſus. Rube. Alexand. conſ.108. nu.2. Hond. conſ.30. nu.5. & 28. lib.1. & conſil.44. num.4. & 31. eod. libro ſequitur Rota coram Card. Sacrato in Romana Caſaletti 20. Iunij, & 15. Decembris 1611. poſt Nauar. conſ.21. num.8. de vſur.* quia dilatio data cenſetur ad fauorem debitoris, & veriſimiliter creditur habitam eſſe rationem à principio de fructibus medij temporis, & eos fuiſſe incluſos in pretio, & effectu ipſo vna cum pretio die ſtatuto ſoluendo, *Hond. dicto conſ.30.*

38 Et licet *Bald. in l.2. C. de vſur.* concludat, quod emptor, cui res eſt tradita, & differt ſoluere pretium, tenetur ſoluere fructus compenſatiuos ex diſpoſitione *dict. leg. cura-*
39 *bit, C. de act. empt.* illius tamen opinio non procedit, quando habita fuit fides de pretio, & translatum dominium,
quia tunc non attenditur diſpoſitio *d.l. curabit*; quæ non
etiam locum habet, quando fuit data dilatio ad ſoluendum, quaſi tunc differatur ſolutio de voluntate venditoris *Socin. ſen. conſ.109.* non potuiſſent *ſub numer.3. verſic.* & quod emptor ab illis vſuris *libr.1. & conſ.103. in fine libr. 4. & conſ.88. nu.19. eod. lib.* vbi de communi teſtatur: quidquid ſenſerint *Couar. var. reſol. lib.3. d. cap.4. num.5. Lup. de vſur. comment.1. §.7. numer.143. & Dec. conſ.111. pro tenui num.13. poſt Paul. de Caſtro in l. Iulianus, § ex vendito, Cod. de act. empt.* quia non videtur diſcendendum à prædicta opinione, quam etiam vti magis veram probabilem latè comprobat *Catechesis Neapol. Card. de Arez. lib.5. cap.21. ad 27.* vbi leguntur etiam plura conſilia, tam Martini Nauar. quam etiam aliorum Theologorum, qui in huiuſmodi caſu ita reſponderunt, cum alijs per *Ludou. de Beia in tract. de vendit. rer. fruct. vſurarum ad terminum col.1. cum plurib. ſeqq. qui eſt in fin. reſponſorum caſuum conſcientiæ, p.1. Rube. Alex. conſ.88. num. ſecundò, Crauet. conſ.189. in tertio caſu verſic. ſed iſta opinio videtur dubia num.7. Dec. dict. conſ.119. numer.7. & 8. poſt Gl.* quam inquit communiter approbatam in *capit. conqueſtus de vſur. Lup. poſt adductos per eum in d. lege curabit. comment.1. numer.144. & ibidem Cagnol. numer.52. Codic. de act. empt. Rota coram Cardin. Sacrato in dicta Romana Caſaletti 20. Iunij, & 15. Decembris 1611.*

40 Quare vt in huiuſmodi contractibus licita ſit fructuum taxatio, ſcribentes dant cautelam, quod reſeruetur dominium ad fauorem venditoris, & in ipſa rei traditione conueniatur ante habitam fidem de pretio, quod venditor ſubiaceat periculis, quæ poſſent contingere circa dictos fructus: vel quod locetur res tradita, vt dixi in ſeptimo caſu pro certa penſione, donec pretium conuentum fuerit ſolutum cum ſimilibus cautelis per *Ludou. de Beia reſp. caſ. conſcient. quæſt.19. & in d. tract. de vendit. rer. fructuſar. ad termin. in fin. Capell. cautel.125. numer.1. & ſeq. latè Cathecheſ. Neapolit. libro quinto, capit.26.27. & 28. Lup. de vſur. commentar.1. §.7. numer.148. vſque ad 151.* quæ vbi fuerint obſeruata, procul dubio debebuntur fructus, etiam quod obijciatur de periculo euictionis imminen-
41 tis in limine contractus, cum ſimilibus, quæ bene excuſant a mora ſoluendi pretium, ſed non a fructibus recompenſatiuis, vt per *Rot. in dicta Romana Caſaletti. Gabr. conſ.57. num.5 lib. primo, Hond. d. conſ.30. num.34. lib. primo, & conſ.40. eodem lib.*

42 Regulariter autem, quando non fuit habita fides de pretio, & translatum dominium, emptor tenetur præſtare fructus recompenſatiuos venditori ne habeat rem, ac
43 pretium iuxta *d. l. curabit, C. de act. empt.* cuius diſpoſitio
procedit, etiam quod emptor non ſit in aliqua mora, vt
44 quia non fuit ei aliquod adimpletum per venditorem,
quando ob defectum ſimilis adimplementus non eſt diminutus vſus rei. Vnde neque venditori debet dunmodo interuſurium pretij non ſoluti, tanquam illi fructus ſint reparationes damni, non vſuræ, vt concludunt omnes in *dicta leg. curabit, vbi Cagnol. num.33. Bald. in d. leg.2. num.4. vbi etiam Caſtren. num.2. de vſur. Surd. conſ.10. num.23. & 28. libr.1. & deciſ.117. num.7 Hond. d. conſ.30. nu.16. ad 25. lib.1.* cum alijs latè per Rotam coram Cardinali Sacrato in Beneuentana pecuniaria 18. Iunij 1607. & coram eodem in dicta Romana Caſaletti 21. Iunij 1611. & coram R.P. D. Coccino Decano in Aſculana pecuniaria vndecima Decembris 1606. quæ inter impreſſ. ſub eius nomine eſt deciſ.320.

45 Ampliatur procedere, etiamſi facta fuerit dicto caſu promiſſio certa, & taxata, quia eſt illicita, quando concurrit cum veriſimilitudine, & proportione fructuum; ita vt fructus veriſimiliter aſcendat ad intereſſe taxatum. *Rota diuerſ. deciſ.340. ſub nu.2. p.2.* quo caſu concurrente iſta veriſimilitudine, & proportione, illa taxatio certi intereſſe vniformis habetur pro probata, & attenditur, vt ex pluribus refert, ac ſequitur *Cæſar de Graſſ. deciſ.1. alias 187. n. 3.4. & 5. de vſur.* quem ſequitur *Rota diuerſ.331. ſub nu.5. verſ. Ideò etiam ſub nu 12. verſ. ex quibus non obſtant, & in Ianuen. pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Cardin. Lancellotta, inter impreſſ. Romæ 1615.*

46 Non obſtat, quod fructus modo ſunt maiores, & modo minores; qua ratione videtur, quod taxatio non poſſit eſſe vniformis: quia reſpondetur, quod probatio veriſimilis, & coniecturalis ſufficit in intereſſe, vt per *gl.3. §. vltimo in ver. ſolebat, ff. eo, quod certo loco, Bal. in l. rogaſti, § ſi tibi, ff. ſi certe. pet. Iaſ. in l.3. §. vltimo ſub numer.7. verſ. ſecundo nos Couarr. variar. reſolut. libro 3. cap.4. ſub numer.5. verſic. ſeptimo eodem Cagnol. in dict. lege curabit nu.58. 59. & 60.*
47 *C. de act. empt.* dum ſcribit, taxationem intereſſe ad certam quantitatem habita ratione fructuum, iuxta communem contingentiam, & curſum non eſſe reſcindendam, dato quod probaretur de minori quantitate, quia, vt inquit, non inſpicitur futurus euentus, & ideo non eſt facienda liquidatio ſecundum fructus perceptos, ſed ſecundum fructus, qui à communiter accidentibus percipi ſolent *Menoch. in tract. ſuo de arbitr. iud. caſu 119. n.14. verſ. Cæterum vero, & nu.16. in addit.* & in taxatione fructuum ſocietatis officij, tenuit *Caſtracan de ſociet. offic. c.10. num. 8. & ſeq. & nu.11. & 12.* & in taxatione cambiorum *Rota diuerſ. deciſ.331. ſub n.11. verſ. Nec obſtat taxatio.*

48 Limitatur tamen, vt locum non habeat dicta concluſio in contractu cenſus, quia licet ſtabilia reddant tantum quinque pro centenario, & ad hanc rationem taxari ſoleant fructus rerum immobilium *Rota diuerſor. deciſ. 651.*

pro-

propoſui,num.2. parte 1. tamen annuus cenſus conſtituitur ad rationem ſex octo, & quandoque vſque ad decem pro centenario, vt per *Lup. in lege 2.§.2 ſub numer.6.C.de pact. inter empt.& vendit.comment.2. Boccac. de cenſib.parte 3. numer.50.& Ioan.Azor.Inſtit.moral.part.3. libr.10. tit. de cenſib.capit.21 verſic.Quarto quia,& verſic. Ad vltimum,* & de cenſu ad rationem *octo. Rota diuerſor. deciſ.19.* fuit concluſum in Romana nullitatis cenſus 4. Februar.1583. in impreſſ.Romæ 1615.

49 Extende quæ ſuperius dixi de emptore, vt procedat etiam in venditore non conſignante rem venditam, cuius pretium ſibi fuit ſolutum ab emptore: quia & ipſe venditor tenebitur emptori ad intereſſe recompenſatiuum ad ratione fructuum rei venditæ, ſi ſit in mora regulari, & ad intereſſe ipſius emptoris, ſi ſit in mora irregulari *Io.Bapt. Lup. in d.l.curabit,§.7.nu.25.verſ.Vnde venditor, C.de act. empt.* & quod ſicut reſpectu emptoris, qui tradit pretium, & rem non habet, non eſt contractus vſurarius, ſi ſibi
50 promittatur iuſtum, & veriſimile intereſſe recompenſatiuum; ita etiam non debeat dici contractus vſurarius reſpectu venditoris, qui tradit rem, & non habet pretium, ſi ei ſoluatur iuſtum, & veriſimile intereſſe recompenſatiuum, voluit *Rota d.deciſ.340.ſub nu.5.6.p.1,*

51 Ampliatur dicta extenſio, vt procedat etiam in caſu, in quo emptor pretium quod ſoluit, accepiſſet ſub vſuris; quia venditor, qui rem venditam non conſignauit, tenetur ad illius vſuras, etiamſi rem quam vendidit eſſet ſterilis, & infructifera. *Bald.in dict leg.2.nu.6.verſ.Vltimò pone,C.de vſur.Laurent.de Rodulph.in ca. conſuluit p.2. quæſt. 119.nu.39.de vſuris.*

52 Quæ ampliatio habet quoque locum in ſimilibus contractibus, vt puta in locatione, & conductione, *Bald.& Laurent.de Rodulph.in locis præcitatis Ioan. de Anan.in ca. conqueſtus ſub num.3. verſic.quæri, de vſur.* & cæteris quos adducit. *Ant.Gabr.commun.concl.lib.3.tit.de empt.& vendit.concl.4.num.19 ampliat.14.*

Quamuis *Su yc.* quem citant *Io.de Anan.& Gabr.* contrarium ſenſerint.

ARGVMENTVM.

Frater fratri, an de euictione teneatur pro re in diuiſione obuenta, quę poſtea detegitur conducta.

Locator quid pręſtari debeat conductori, vt de euictione non teneatur.

Et quibus caſibus conductor de euictione agat aduerſus locatorem.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni, & in ea locum habet euictio,n.2.*

3 *Frater non tenetur de euictione, vel ad ſupplementum alteri fratri, cui contingit prædium conductum.*

Primò ampliatur, etiamſi appoſita ſit clauſula pleno iure, num.4.

Secundò ampliatur, etiamſi fuerit dictum diuidi bona quomodocunque ad eos ſpectantia, vel pertinentia,nu.5.

6 *Locator vt de euictione non teneatur, debet tradere conductori rem locatam, ita quod ea vti, & frui liceat.*

Et tenetur ad intereſſe, vbi in ea debet fieri aliqua refectio, num.7.

Item tenetur traditam poſſeſſionem probare, n.8.

9 *Clauſula conſtituti traditionem, & poſſeſſionis apprehenſionem non probat.*

10 *Locator præſtando rem ſemel conductori non liberatur, niſi etiam præſtat patientiam ſucceſſiuam.*

Et ei incumbit onus probandi, quod à principio patientiam præſtiterit, & contractum impleuerit,num.11.

Fallit, ſi conductor dicat ſe poſtea impeditum, quia probare debet impedimentum,n.12.

13 *Impedimentum non præſumitur.*

14 *Locator, qui patientiam conductori non præſtitit, tenetur ad intereſſe.*

Declaratur,num.27.

Etiam, quod agatur de iuribus incorporalibus,num.15.

16 *Patientia in locatione inducitur & iuſtificatur per vſum rei locatæ, etiam violenta.*

Et patientiæ ſatisfit, ſi per locatorem à principio præſtatur cautio,nu.17.

18 *Locator agens aduerſus conductorem exprimere debet præſtitiſſe patientiam ſucceſſiuam, & quod conductor vſus eſt re locata.*

Et quod habuit rem liberam, vacuam, & expeditam numero 19.

Etiam quod in inſtrumento adſit iuramentum,n.20.

21 *Res plures vbi vnica mercede fuerunt locatæ, conductor poteſt à conductione reſilire, etiamſi vna tantum re vti ſit prohibitus.*

22 *Locator licet non tradit rem locari promiſſam, tradendo rem æquè commodam liberatur.*

Declaratur procedere re integra ante traditionem: ſecus, ſi poſt,num.27.

23 *Locator non præſtans patientiam ſucceſſiuam, vel rem ęquè idoneam, quatenus locauerit rem alienam ſcienter, tenetur ad intereſſe: ſi vero ignoranter, tenetur tantum ad remiſſionem mercedis.*

Sed verius quod teneatur ad intereſſe, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter locauerit,num.24.

25 *Intereſſe in locatione, & conductione qualiter debeatur, remiſſiuè.*

26 *Conductori ſemper ſaluum eſt ius probandi patientiam non fuiſſe præſtitam, etiam ſtante ſtatuto, quod conductor proteſtari debeat, ſi patientia non præſtetur.*

28 *Conductor agit de euictione, etiam nulla facta denunciatione: & agit veteri actione ex conducto,n.29.*

30 *Locatio ſi fiat ad certum tempus, & euictio cadat in vltimis diebus, ſeu annis, euictio in totum debetur, ſi ratione defectus iuris euincatur quia res ſit aliena; ſecus ſi ex iure tantum poſt conductionem, quia tunc euictio pro rata tantum debetur.*

31 *In conditione, & locatione actio non datur niſi ſequuto implemento ex parte agentis.*

Etiamſi non fuerit impletum in modico,nu.32.

33 *Creditor re conducta euicta contra locatorem agere poteſt ad intereſſe, non quod euicta ſit res, ſed quia vti frui non licet.*

Fallit, ſi locatio facta fuerit à procuratore putà Equitis Hieroſolimitani fructuum Commendæ, & pecunia anticipatè ab eo recepta fuerit; quia Commendatore defuncto ante fructus collectos conductori non obligatur,n.34.

35 *Locator, quando declarauit ſe nolle teneri de manutentione rei locatæ, non tenetur de euictione, nec debet aliquid pręſtare, niſi dolum.*

Quæſt. CXLIX.

1 DIximus in quæſtione præcedenti ab hac ſecunda locationem, & conductionem proximam eſſe venditioni, & emptioni, adeo quod eiſdem etiam regulis conſiſtat, *l.2.in prin.ff.locati.& de conduct.& inſt.eod.in prin.* &

euictionem locum habere, vt tradit *Caroc. de loca. in §. euictio, numero primo*, licet in aliquibus differant, vt infrà ſuo loco dicetur.

3 Nunc quæro, an frater de euictione teneatur alteri fratri, cui in diuiſione obuenit prædium conductum; vel etiam ad ſupplementum. Qua in quæſtione *Gozad. conſil. 58.* negatiuè reſpondit; ea ratione, quia fratrum intentio fuit diuidendi bona communia, ſed res conducta non eſt communis ratione diuiſionis, quæ includit ius in re, quod non accedit in re conducta ſequitur *Caroc. in d. §. euictio, nu. 81.* vbi ampliat duobus modis.

4 Primò, vt procedit etiamſi appoſita ſit clauſula pleno iure; quia intelligitur ratione ſubiectæ materiæ, plenius, vel minus. *Ang. in l. Iulian. ſi hominem, §. fi. ff. de rei ven.* qua ratione dicitur non operari in patiēte nō apto recipere.

Addo ego, quod pleno iure dicitur quis rem habere, quamuis ſubiacet reſtitutioni euictionis, vel ſimilibus caſibus. *Alex. conſ. 162. viſis his, quæ copioſè num 5. lib. 6. latè Tiraq. in l. ſi vnquam in fine n. 21. C. de renoc. donat. per tex. in l. 1. C. eod. tit.* vbi licet libertus pleno iure poſſideret, id quod ei patronus donauit; tamen ob ſuperuenientem ingratitudinem retractatur: cum non ex hoc dici poſſit, quod nō poſſideatur pleno iure; licet ius contingat reuocari. *Bald. in l. 1. in prima lectura nu. 2. & in ſecunda lectura in princ. C. de renoc. donat. & eſt tex. in leg. generaliter, §. ſub conditione, ff. qui, & à quib. manumiſſ.*

5 Secundò ampliatur, etiam ſi fuerit dictum diuidi bona quomodocunque ad eos ſpectantia, vel pertinentia, quia id intelligitur ratione dominij, vel poſſeſſionis, vt notatur in *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.*

6 Locator autem vt non teneatur de euictione, debet rem conductori cum effectu tradere, alias conductor penſionem ſoluere non tenetur, ſi eam non poſſederit ita, & taliter, quod illa vti, & frui poſſit, quia etiam vbi in ea fieri
7 debet aliqua refectio, conductor agere poteſt ad intereſſe aduerſus locatorem. *Angel. conſil. 311. num. 3. Hippoll. Rimin. conſil. 94. n. 25. lib. 1. conſil. 366. num. 30. & conſil. 411. num. 49. ad finem, & nu. 97. lib. 4. Borgnin. deciſ. 43. num. 64. & deciſ. 44. num. 49. ad finem & ſeq. Caballin. in Milleloq. qu. 3. p. r.* in quibus locis habetur, quod locator tenetur
8 traditam poſſeſſionem probare. Cæterum inſtrumentum locationis etiam cum clauſula conſtituti traditio-
9 nem, & poſſeſſionis apprehenſionem non probat. *Natt. conſil. 306. nu. 4. lib. 2. Ruynus conſil. 44. nu. 11. lib. 4. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Luceaſ. 2. num. 2. & ſeqq. Borgnin. d. deciſ. 44.*
10 *num. 44. in fine*, locator tamen præſtando rem ſemel conductam non liberatur, niſi etiam præſtet patientiam ſucceſſiuam, ita vt conductor poſſit ea vti, & frui, *l. ſi quis domum, & ibi Bart. & Lex conducto in princ. ff. locati, & conducti*, vnde ſi locator petat conductorem condemnari ad
11 ſolutionem mercedis, & ille excipiat eum ſibi non præſtitiſſe patientiam vtendi, ac fruendi rebus locatis, eidem locatori incumbit onus probandi, quod à principio patientiam præſtiterit, & per conſequens contractum impleuerit *leg. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. lege ex conducto in princ. & ibi Bald. ff. eod. Oſaſch. deciſ. 51. numero 8. & eum ſeq. Ludou. comm. concl. concl. 14. verſic. infertur 39.*
12 quæ probatur ex poſſeſſione præambula. *Magon. deciſ. Lucenſ. 69. num. 4. & ſeq.* ſi tamen conductor dicat ſe poſtea fuiſſe impeditum, tunc is tale impedimentum proba-
13 re debet, quia eſt fundamentum ſuæ exceptionis, *lege in adoptionibus, ff. de probat.* non enim præſumitur impedimentum, *lege in commeatus de re milit. Felyn. in cap. ſi pro debilitate numer. 7. de offic. deleg. Oſaſch. dict. deciſ. 51. num. 8.*

14 Cæterum vbi patientia non præſtatur, locator tenetur ad intereſſe, notatur *in l. corruptionem, C. de vſufr. & in leg. 2. ff. de verb. obligat. Capb. conſ. 557. & 577. libro 4. & conſil.*
15 *718. num. 9. libro 5.* etiam quod agatur de iuribus corporalibus, quæ tamen inducitur, & iuſtificatur per vſum rei
16 locatæ etiam violente, vt per *Magon. vbi ſupra num. 5. &*
17 *ſeq.* patientiæ autem ſatisfit ſi per locatorem à principio præſtatur cautio per ſe, neque per eius heredem fieri, quominus conductori vti, frui liceat, ſecundum *Oſaſch. d. deciſ. 51. nu. 6. per l. datum, §. ſi iter, ff. de act. empt. Bece latè conſ. 45. nu. 19. Caroc. vbi ſupra nu. 21.*

18 Ideò in contingentia facti, locator agens exprimere debebit præſtitiſſe patientiam per tractum ſucceſſiuum: & quod conductor habuit, & vſus eſt re locata *Bal. in leg. conductor per illum text. ff. locat. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe, verſ. ſecundo quærit, ff. de legat. 1. Iaſ. in §. aliſ̄ionum, nu. 147. Inſtit. de act. Bece conſ. 45. numer. 19. poſt Socin. conſ. 125. poſt*
19 *princ. lib. 1.* vbi quod habuit rem libera, vacuam, & expeditam, *Iaſ. in l. diuortio, num. 11. ff. ſol. matr.* etiam quod in inſtrumento ad ſit iuramentum, quia per illud non excludi-
20 tur exceptio prouenient ex natura contractus, vt per *Caroc. in d. §. euictio num. 9.* & incorporalibus ceſſit non ſufficit pro patientia *Oſaſch. d. deciſ. 51. nu. 22. Put. deciſ. 281. num. 4. lib. 2.*

21 Et ex his infero, quod ſi plures res vna mercede omnibus fuerunt locatæ, conductor poteſt à conductione reſilire, etiamſi vna tantum ei ſit prohibitus, *argum. leg. ſi duos ff. de contrahen. empt. ita reſpondit. Ioan. de Imol. conſil. 39. numer. primo, quem ſequitur Tiraquell. de retract. lignag. §. 23. gloſ. 1. num. 3. & Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 1. num. 18.*

22 In materia tamen notanda ſunt inſcripta.

Primò quod locator, licet non tradat rem locari promiſſam, tradendo rem æque commodam, liberatur. *Paul. de Caſtro, in leg. ſi quis domum*, limitando dictum *text. ff. locati*, quod intelligas, vt infrà *nu. 27.*

23 Secundò, quod ſi locator non præſtat patientiam ſucceſſiuam, vel rem æquè idoneam, quatenus locauerit rem alienam ſcienter tenetur, ad intereſſe, ſi autem ignoranter tenetur tantum ad remiſſionem mercedis, ſecundum *Gl. quam ſequitur Paul. de Caſtro in dict. leg. ſi quis domum.*

24 Sed quod immo verius, quod intereſſe debeatur ſiue ſcienter, ſiue etiam ignoranter quis locauerit, ſicut is, qui vendidit rem alienam, probatur ex *tex. l. Titius, §. finali, ff. de act. empt. & in l. hac diſtractio in fine*, ibi, intelligendum eſt autem, *ff. locati.*

25 Qualiter autem intereſſe in hac locati, & conducti materia debeatur, adeas *Aret. conſ. 111. col. 2. Roma conſ. 178. Soc. conſ. 188. nu. 3. & conſ. 125. nu. 7. lib. 1. Iaſ. conſ. 119. nu. 1. lib. 1. Pariſ. conſ. 38. num. 17. lib. 4.*

26 Tertiò, quod ſaluum eſt ſemper conductori probandi patientiam non fuiſſe præſtitam, etiam ſtante ſtatuto quod conductor proteſtari debeat, ſi patientia non præſtetur. *Grat. conſ. 83. lib. 1.*

27 Quarto, quod ea concluſio, qua dicitur, locatorem excuſari præſtando intereſſe, vel rem aliam æque commodam procedit re integra ante traditionem ſecus, ſi poſt *Faſch. lit. P. num. 111.*

28 Quintò, conductorem agere de euictione etiam nulla facta denunciatione *Ruyn. conſ. 77. verſic. non obſtat libr. 3.* quod non procedit in venditione in qua requiritur de-
29 nunciatio, vt latè diximus ſuo loco, & agitur de euictione ex noua cauſa; ſed in locato, & conducto agitur ex veteri actione ex conducto, vt per *Ruyn. vbi ſupra, & per Caroc. in d. §. euictio, num. 27.*

30 Sextò, quod ſi fiat locatio ad certum tempus, ſi cadat euictio in vltimis diebus, ſeu annis, euictio in totum debetur, ſi ratione defectus iuris euincatur, quia res ſit aliena; ſecus ſi ex iure tantum poſt conductionem, quia tunc pro rata tantum debetur *Caballin. de eo, quod intereſt ſub num. 130.*

31 Septimò, quod in hac locati, & conductori materia

actio

actio non datur, niſi ſequuto implemento ex parte agentes, *leg. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, & l. filia licet, Cod. de colla. Corn. 106. num. 5. libra primò, & conſ. 208. nu. 33. lib. 2. & conſ. 12. nu. 3. libro 1. Crauett. conſ. 151. Socin. iun. conſ. 77. num. 142 lib. 1. Gozadin. conſ. 9. num. 16. Menoch. conſil. 364. & conſ. 55. in princ. lib. 1. Decian. conſ. 102. numer. 9. & 17. libr. 3. Crot. conſ. 65. nu. 12 conſ. 96. num. 9. Beccan. conſil. 144. nu. 11. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 50. per tot. Boer. deciſ. 299. nu. 9. Rol. conſ. 57. num. 17. lib. 1. Grat. conſ. 51. lib. 2. Natt. conſ. 360 ſub num. 1. de magis recepta ſententia Rol. conſ. 69. num. 41. libr. 4. Burſatt. conſ. 53. num. 6 lib. prima, & conſ. 101. num. 15. eodem lib.* etiam non fuerit impletum in
32 modico. *Natta conſ. 679. nu. 19. Cagnol in lege ſi quis maior, quæſt. 20. C. de tranſact.* inquiens hoc eſſe dictum ſingulare, & quotidie ſolutum in Palatijs allegari. *Caroc. in d. §. euictio, num. 81. & ſeqq. plur.* vbi alia ſubiungit ad rem facientia.

33 Octauò, quod conductor re conducta euicta contra locatorem agere poteſt ad intereſſe, non quod euicta ſi res, quam ipſe non poſſidebat; ſed quia vti, frui ad tempus conductori non licet, *l. fundus, ff. locati, & l. officium, ff. de rei vendic.*

34 Fallit, ſi locatio facta fuit à procuratore Equitis, puta Hieroſolymitani fructuum Commendæ, & pecunia anticipatè ab eo recepta fuerit; quia Commendatore defuncto ante fructus collectos, conductori non obligatur, ad *text. in leg. Procuratar, ff. de procurat.*

35 Illud quoque omittendum non eſt, quod locator vbi declarauit in contractu locationis, ſe nolle teneri de manutentione rei locatæ, cenſetur conſenſiſſe qualecunq; ius quod erat apud ſe: nec ideò tenetur de euictione, nec debet aliquid præſtare, niſi dolum, *l. penult. in fine, ff. de euict. Alba conſ. 352. num. 11. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

Locator ſi promittat non inferre moleſtiā condutori durante locatione, quādo nihilominus ea ſibi permittatur.

Euictio, quādo cenſetur impedimentum, & moleſtia quando, fuit promiſſum de euictione.

Conductori quando liceat à conductione recedere, non obſtante obligatione Camerali.

SVMMARIVM.

1 *Promittens non inferre moleſtiam, intelligitur promiſiſſe, niſi quis agat ſecundum naturam contractus.*

Et niſi controuerſia de natura contractus arcatur, nu. 4.

2 *Alienans rem, quæ poſtea detegitur libellaria, fideicommiſſaria, emphyteotica, ſeu feudalis, eandem petere poteſt ex iure ſuperuenienti.*

Et de ratione ibidem.

3 *Locator, ſi promittat conductori durante locatione moleſtiam non inferre, ſi pro ſuo vſu eget, poteſt illum expellere, ſi talis neceſſitas ei tempore locationis non immineret.*

Fallit, ſi locator in ſpecie promiſerit conductorem non expellere, etiamſi pro ſuo vſu indigeret.

Et de ratione, num. ſeq.

6 *Pacto poteſt ſubmoueri, quod eſt de natura contractus.*

Prout, & quod venit ex natura contractus excipi poteſt, numer. 7.

8 *Regula, quod contractus ex conuentionem legem accipiunt, qualiter intelligatur.*

9 *Contractui licet aliqui adijciatur quod eius proprios terminos egreditur, non ideo tamen ſubſtantia immutatur.*

10 *Euictio in venditione ac emptione præſtatur de natura contractus.*

Et hoc tacitè actum dicitur, niſi aliud pactum fuerit, numero 11.

Adeò quod paciſci poſſit, quod venditor de euictione non teneatur, & tamen contractus in aliam ſpeciem non tranſit, num. 12.

Et quatenus id conueniatur, venditor tamen ad pretij reſtitutione re euicta tenentur, num. 13.

14 *Euictio cenſetur impedimentum, & moleſtia data, quando fuit promiſſum de euictione quomodocunque, & quacunq; de cauſa, tam de iure, quam de facto, quæ verba operantur, vt etiamſi ſequatur impedimentum ſeu moleſtia de facto etiam iniuſto, & inualido, euictio debeatur, & committatur ſtipulatio.*

15 *Euictio ſolet eſſe quandoque ſola moleſtia, & ſi non ſolutū emptor pretium conueniri non poteſt, niſi venditor det ſibi fideiuſſores in caſu euictionis, ita vt inſtrumentum non debeat aliter exequi.*

16 *Locatori quemadmodum aliqua cauſa ſubſiſtente licet recedere a locatione, idem quoque licet conductori, & numer. ſeqq.*

Quia in eis militat eadem æquitatis ratio, nu 17.

Declaratur procedere quoad conductorem ſoluta penſione pro rata, vſque ad tempus neceſſitatis receſſus, nu. 19.

19 *Conductor poteſt recedere a locatione ſuperueniente dignitate legationis, ſeu Præſidatus, non obſtante iuramento, obligatione Camerali, & alijs clauſulis, quæ in huiuſmodi locationibus ſolent apponi.*

Quidquid alıqui voluerint, & quibus, & adductis per eos reſpondetur, nu. 21. 23. & 24. & ſeq.

24 *Obligatio Cameralis admittit ſolum exceptiones ſolutionis, falſitatis nouæ conuentionis.*

Sed quod immo ex veriori vltra illas tres exceptiones, exceptiones alias continetas, quæ tacitè, & intrinſecè veniunt ex natura contractus, cui talis obligatio adijcitur, nu. 26. & ſeq.

Vt puta exceptio implementi tacita, & intrinſeca contractus, licet non ſit de tribus, nu. 27.

26 *Obligationis Cameralis executio non impeditur, nec retardatur, quando exceptio eſt turbida.*

28 *Locationis contractu reſoluto, reſoluitur etiam effectus obligationis Cameralis adiectæ in ipſa locatione.*

29 *Promiſſio ſoluendi appaltum gabellæ intelligitur, quatenus appaltus duret.*

30 *Exceptio non dicitur turbida, vbi de illius veritate conſtat per claras allegationes iuris abſque aliqua facti probatione.*

Fallit, quando neceſſariæ forent probationes facti, numero 31.

32 *Conducens ſcienter rem alienam, cogitur ſoluere penſiones; ſecus, ſi ignoranter.*

Quæſt. CL.

Titius vendidit, ſeu locauerit fundum cum promiſſione de non moleſtando 1 quæritur, an ſi emptor; vel conductor moleſtetur, euictio debeatur.

1 Et in hac quæſtione dicitur, quod promittens alicui non inferre moleſtiam, intelligitur niſi agat ſecundum naturam contractus, quia, qui agit ſecundum naturam contractus, non dicitur agere contra con-

tractum, *Bald. in lege prima, num. 13 C. de vſur.* & ideò licet
2 vendens alienauerit rem, quæ poſtea detegitur libellaria,
fideicommiſſaria feudalis, ſeu emphyteotica, poteſt tamen agere, & eadem petere ex iure ſibi ſuperuenienti, vt
dicam ſuo loco, & de natura emptionis, & venditionis eſt
vt poſt perfectam venditionem periculum ſit emptoris,
3 *l. 1. C. de peric. & commod. rei vendit.* Quod etiam applicatur locationi, & conductioni, quæ ſi fiat de domo vſque
ad certum tempus, & locator promiſerit durante tempore conductionis moleſtiam non inferre, nihilominus poterit locator conductorem expellere, ſi pro vſu ſuo indigeas, & talis neceſſitas ei tempore locationis non imminent, quia hoc intelligitur eſſe natura locationis, & con-
4 ductionis, *c. propter ſterilitatem, §. 1. de locat. & conduct. & l. æde. Codic. eodem,* quam quando aliquis promittit alicui
moleſtiam non inferre, ſanè intelligitur, niſi controuerſia
ex natura eiuſdem contractus oriatur, *leg. quæſtio, §. inter locatorem, ff. locati.* & in terminis ita reſpondit *Natta
conſ. 25. num. 1. & infra.*
5 Quæ concluſio fallit, ſi locator in ſpecie promiſerit
conductorem non expellere, etiamſi pro ſuo vſu indigeret *Ang. in leg. æde. C. loca. Nat. d. conſ. 25.* & ratio eſt, quia
6 quod eſt de natura contractus, poteſt pacto ſubmoueri,
*leg. pacifici, ff. de pact. gl. in leg. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. Bart. in l. 2. num. 7. de iure emphyt. & tradunt omnes
in l. 2. ff. ſi cert. pet. & in ſpecie Fulgoſ. ſub numer. 9. verſ. du-*
7 *bium eſt, & Alciat. n. 5.* & ideo quod venit ex natura contractus, excipi poteſt, *l. ſuadus, & ibi not. Bal & Imol. ff. ſol.*
8 *matr.* & de his naturalibus intelligitur etiam regula vulgaris, quod contractus ex conuentione legem accipiunt,
9 *l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſit. l. contract. ff. de reg. iur.* & quamuis contractui adijciatur aliquid, quod eius proprios terminos egreditur; non idcirco tamen ſubſtantia immutatur, *l. Lucius la 1. l. die ſponſaliorum, §. 1. ff. depoſiti, Crot. in repet. lege ſtipulatio hoc modo concepta ſub nu. 51. verſ. iſta opinio, ff. de verb. oblig.*
10 Quare videmus in propoſito, quod de natura emptionis, & venditionis eſt, vt venditor euictionem præſtare
11 debeat, *leg. ex empto in princ. ff. de act. empt.* & hoc tacitè
actum intelligitur, niſi aliud pactum fuerit, vt in *d. l. Lucius*
12 *quo ſit*, vt pacisci poſſit quod venditor de euictione non
teneatur; & nihilominus contractus in aliam ſpeciem
non tranſit *Gl. in leg. pacta conuenta ff. de contr. empt.* etſi
13 id conuenerit; tamen re euicta, venditor tenetur pretium
reſtituere, niſi aliter in ſpecie conuentum fuerit, *l. emptorem, §. fin. verſ. ibid. ait, & ibi Bart. notat. ff. de act. empt., & Bald. in l. non dubitatur paulò poſt prin. C. de euict. Caſtr. in d. §. vlt. & in l. iuriſgentium, §. quinimò nu. 7. verſ. in text. ff. de pact.* & dixi ſæpè in hoc tractatu.
14 Euictio autem cenſetur impedimentum, & moleſtia
data, quando fuit promiſſum de euictione quoquo modo
& quacunque de cauſa, tam de iure, quam de facto; quæ
verba operantur, vt etiamſi ſequatur impedimentum, ſeu
moleſtia de facto etiam iniuſto, & inualido, euictio debeatur, & committatur ſtipulatio, ita vt promiſſores teneantur, *l. etſi transferantur, ff. de adim. lega l. 3. in fin ff. de fi-*
15 *de iuſtr. Bal. conſ. 121.* Nicolaus vendidit, qui ait, quod
euictio ſolet eſſe quandoque ſola moleſtia, & ſi non ſoluit
emptor pretium conueniri non poteſt, niſi venditor det
ſibi fideiuſſores in caſu euictionis, ita vt inſtrumentum
non debeat aliter exequi.
Sed quæro, an quemadmodum licet locatori recedere
à locatione, idem quoque liceat conductori; & dicendum
16 eſt quod ſic: nam ad hunc effectum receſſus à contractu
locationis, tam conductor, quam etiam dominus, ſeu locator æquiparantur, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio, vt in ſpecie concludit *Abb. in c. propter ſterilitatem numero 7. & 8. & ibid. Ioan. And. col. ſecunda, poſt med. verſic. & ſicut locator domus, & ibi Imol. column. 16. in
princ. verſ. an autem conductor aliqua cauſa ſubſiſtente nu. 11. Henric. Boich. col. 3. in princ. verſ. & hæc vera. Card. in c. verum num. 3. & 4. Ant. de Butr. nu. 6. locat. Fulgoſ. in l. cum plures, & in l. ſi in leg. §. ſi domus ff. eod. tit. Marſil. ſing. 615. in fin. Boer. deciſ. 249. num. 9.* vbi expreſſe reprobat *Nic.*
17 *de Mattarel.* ob eandem rationem æquitatis, quæ militat
in conductore, prout in locatore, & idem in ſpecie concludit *Rol. conſ. 69. num. 23. ad 28. lib. 4. Soem. iun. conſ. 120.*
18 *num. 3. vſque ad 6. lib. 3.* vbi in terminis loquitur de ſimili
receſſu conductoris, & ante hos voluiſſe legitur *Alber. in leg. 1. §. ſi penſio, ante finem, ff. de migrando.* vbi quod neceſſitas perſonæ Inquilini, & locatoris æquiparantur ad effectum recedendi à locatione, ſoluta penſione pro rata
vſque ad tempus neceſſitatis receſſus, vt ſeruetur æqualitas, *§. illud quoque ad finem in Auth. de non eligen. ſecun. nuben.* & concludunt omnes ſuperius relati Doctores *in d. c. propter ſterilitatem,* & hæc eſt receptior ſententia. *Roman. conſil. 432.* quidquid dixerint *Couar. pract. queſt. cap. 30. numero 3. & Ripa de peſte parte ſecunda, tit. de priu con-*
19 *tract. cauſ. peſt. nu. 19. ad 22.* & ſupradictis ſequentibus noſtram ſententiam adduntur *Molin. plura adducens de contract. diſput. 499. num. 5. & 6. & Felynus conſil. 43. numero 5. ad 9.*
20 Et propterea ſi ſuperueniat dignitas legationis, ſeu
Præſidatus non obſtante iuramento, obligatione Camerali, & alijs clauſulis, quæ in huiuſmodi locationibus
ſolent apponi licitum eſt recedere à conductione *Gomeſ. variar. reſol. tom. 2. c. 3. ſub nu. 6. verſ.* Item quando locator
de locat. & conduct. latè *Grat. diſceptat. lib. 3. c. 534. nu. 48. ad 57.* qui alios adducit.
21 Non mouet quod diſpoſitio *l. æde. C. locat. & c. propter ſterilitatem eodem tit.* fundentur in ſterilitate ſuperuenienté poſt contractum, & ſolum militet ad fauorem locatoris ratione dominij penès eum exiſtentis, non autem
extendatur ad conductorem, qui non habet ius ita pingue, vt locator ad tradita in ſpecie per *Rip. ind. tract. de peſt. parte 2. ſub numer. 20. verſic. Non obſtant contraria, & num. 21. Conarr. pract. quæſt. dicto cap. 30.* & ante illos *Barbat. in dicto c. propter ſterilitatem;* quoniam verior eſt ſu-
22 pradicta per nos firmata opinio ex adductis *Doctor.* quibus adduntur *Gl. in l. ſi in leg. §. ſi domus in verſ. ſtatim agere verſ. nam, & dominus, & ibi Bal. num. 1. verſic. & dicit Alber. num. 4. Caſtr. num. primo, ff. locati, alia Gloſ. in lege prima, § ſi penſio in ver.* Ita tamen, *& ibi Bar. numer. primo, verſic. contra, ff. de migrand. Boer. conſ. 45. nu. 21. libr. 1. Gabr. conſil. 75. nu. 2. verſic. & quod Inquilinus lib. 1. Bec. conſil. 45. num. 21. Valaſch. de empb. q. 22. ampliat. 6. num. 6. Caroc. de loca. part. 4. tit. de recuſ. q. 4. num. 3. Carpan. ſuper Conſtit. Mediol. cap. 379. numer. 347. & 348. part. 2. Ferron. ſuper conſuetud. Burdegallen. libro primo, tit. 3. §. 3. verſic ium, & extenso, vbi in ſpecie reprobat Rip. in tractat. de peſt. parte prima, numer. 18. & Nicola. de Mattarel. & Boer. dicta deciſ. 249. num 9.*
23 Non obſtat ratio in contrarium adducta ratione dominij, & plenioris iuris ex parte locatoris; quoniam illa
ratio non conſideratur in materia receſſus à conductione, cum in ea ſolum attendi debeat defectus conſenſus,
qui militat tam in locatore, quam etiam in conductore:
quia quemadmodum locator non locaſſet, ſi huiuſmodi
neceſſitatem præuidiſſet, ita neque conductor conduxiſſet, ſi de tali mutatione ſtatus cogitaſſet, ob quam non
permitteretur ei frui re locata: ſemper enim lex prouidet
ei, qui non potuit præcauere talem neceſſitatem *Bald. in l. æde in num. 1. & ibid. Angel. Cod. locati. Imol. in d. c. propter ſterilitatem nu. 29. eodem titul. Magon. deciſ. Lucenſ. 75. nu. 6. ad 9. Ferron. in conſuetud. Burdegallen. lib. primo, tit. 3. §. 3. verſ. ium extendo fol. 99.*
24 Non obſtat, quod contra obligationem Cameralem
non admittuntur niſi illæ tres exceptiones, ſolutionis,
falſi-

Digitized by Google

falſitatis,& nouæ conuentionis. *Caſſadorus in deciſ. vnica num. 2. de mutat. poſit. cum alijs per Rotam coram Rener. P. D. Litta in Romana prætenſa executionis contractus 27.*
25 *Maij* 1594. ita quod turbida reddatur exceptio iſta conductoris: quo caſu non impeditur nec retardatur executio. Rota coram Cardin Millino in Cremon. aquarum 5. Maij 1599. maximè, quomodo eadem exceptio reſpicit iudicium ordinarium diſceſſus à locatione, quod expectat tres conformes,& requirit altiorem indaginem, quæ in hoc iudicio admittenda non eſt. *Canar. de exec. inſtr. q. 51. Rota coram Sanct. deciſ. 120. n. 17.*

26 Nam ex veriori cenſemus aduerſus obligationem Cameralem iuratam, vltra illas tres exceptiones, etiam omnes alias, quæ tacitè, & intrinſecè veniunt ex natura contractus, cui talis obligatio adijcitur objici poſſe *Ant. Galleſ. de oblig. Camer. par. 4. q. 1. n. 10 Rota coram Card. Seraph.*
27 *deciſ. 321. n.* 20. & ſic exceptio, putà implementi tacita, & intrinſeca contractus, licet non ſit de tribus, paſſim tamē admittitur aduerſus obligationem Cameralem iuratam, *l. Iulianus §. offerri, ff de act. empti. Galleſ. de oblig. Camer. p. 4. q. 1. num. 7. quem ſequitur Rota in Romana de Gabriellis 19. Iunij 1595. coram R. P. D Orano, impreſſ. poſt tract. de Camer. oblig. deciſ. 116. num. 1. & coram R. P. D. Coccino Decano in Aſculana pecuniaria 15. Martij 1606. vbi ſupra deciſ. 14. n. 1. & 2. & coram bo. mem. R. P. D. Manzanedo in Rom. pretij fundaci 1. Iunij 1607. impreſſ. poſt tract. Pacific. de Salman. interd. deciſ. 193. in ſecunda editione, & latè Carol. de Craſſ. in tract. de except. c. 13.*

28 Quare dicuntur, quod reſoluto contractu locationis reſoluitur etiam effectus ipſius obligationis Cameralis adiectæ in ipſa locatione, *l. ex conducto, ff. locat. Galleſ. de oblig. Camer. p. 4. num. 12. Rota coram D. Card. Millino in Camerinen. pecuniaria 3. April. 1598.* Ibi quod promiſſio ſol-
29 uendi appaltum gabellæ intelligitur quatenus appaltus duret. *Rota coram R. P. D. Coccino in Parmen. datij 27. Iunij 1612. impreſſ. poſt dictum tract. de oblig. Cameral. deciſ. 113. num. 1. & coram Card. Pamph. in Romana nullitatis obligationis 23. Ianuarij 1602. vt deciſ. 50. n. 7. in fine p. 1. in recentior.*

30 Neq; exceptio conductoris dici poteſt turbida, vbi de illius veritate conſtat per claras allegationes iuris abſque aliqua facti probatione: quo caſu dicitur exceptio liquida & ſufficiens ad effectum retardationis. *Philip. Franc. in c. ad decimas num. 11. de reſtit. ſpoliat. in ſexto quem ſequitur Rota coram Card Seraph. deciſ. 183. num. 6.* quidquid aliud
31 ſit, quando neceſſariæ forent probationes facti. *Io. Andr. in dict. cap. ad decimas, & in cap. dudum in ver. nos igitur de elect.*

Et in prædictis cum caſus contigerit, videas quoq; *Gratian. diſcept. c. 740. per tot. lib. 4.*

32 Supradictis addas, quod ſcienter conducens rem alienam, cogitur ſoluere penſiones, *Caroc. de locat. p. 3. titul. ſi conductor ſciens:* ſecus ſi ſit ignorans, *Coſt. de facti ſcient. et ignor. centur. 1. diſt. 64. n. 6.*

ARGVMENTVM.

Venditor an & quando tenetur liberare rem alij locatam, ſeu obligatam.
Emptor quando tenetur perquirere qualitates & pacta rei venditæ, & locatæ, & venditor eas exprimere, ad hoc vt teneatur vel non de euictione.
Et quid de hypotheca, & alijs clauſulis.

SVMMARIVM.

1 Venditor non tenetur liberare rem venditam alij locatam, ſeu obligatam emptore ſciente, niſi in hunc caſum fuerit promiſſa euictio.

2 Succeſſor ſingularis tenetur ſtare colono, quando ſciuit colonum extare, & rem eſſe locatam.

3 Emptor quando eſt certificatus de iure quod tertius habet in re, tunc venditor alienando cenſetur ſolum vendere ius, quod habet, & n. 17.

Secus, ſi ignorauit, quia venditum cenſetur quicquid intra confines continetur, n. 4. 22. & ſeq.

5 Venditor vbi ſolum ius quod quis habet, emptor tenetur ſtare colono, & ſuccedit in ius venditoris qualecunque ſit.

Neque emptor opponere poteſt, quod res non ſit libera, ſed à colono occupata, n. 6.

7 Emptor ſciens rem eſſe locatam, debet perquirere locationis pacta conditiones, & qualitates, alias ei imputatur.

Quod procedit etiam reſpectu rei, n. 8.

Et ſat eſt quod emptor factus ſit dubius, qualis eſſet facta locatio, n. 10.

Non tamen requiritur ſcientia hypothecæ, vbi adeſt ſcientia locationis, n. 18.

Sed ſufficit ſcientia in genere, rem eſſe locatam, n. 20.

9 Mulier non excuſatur, quæ ignorauit ſtatuta loci, vnde maritus erat ortus.

11 Dubius habetur pro ſciente, cum debuerit perquirere.

Et ita limitatur regula, quod dubitans, & ignorans æquiparantur, n. 12.

Præſertim, quando de facili certificari potuiſſet, n. 13.

Et quando tenebatur inueſtigare, & perquirere, n. 14.

15 Emens ſcienter rem emphyteoticam fideicommiſſo ſubiectam, ſeu aliam ſimilem in qua cadit euictio ex ſui natura, agere non poteſt de euictione.

Quamuis euictio ſit de natura emptionis. n. 16.

19 Hypotheca, & alia clauſula appoſita in inſtrumento ad eius obſeruantiam, venditorem non obligant in plus, nec augent obligationem.

21 Scientia in emptore, rem ſcilicet venditam alteri eſſe obligatam, ex quibus arguitur.

23 Emptor ignorare præſumitur onera, et conditiones rei venditæ.

24 Venditor dicitur in dolo, qui non exprimit omnes rei venditæ qualitates.

Nec ſufficit expreſſio generica, vel confuſa enunciatio, ſed requiritur expreſſa, & ſpecifica, n. 25.

26 Venditor vendendo rem, non ſufficit, ſi dicat vendo ius quod habeo, niſi etiam dicat, quod res eſt feudalis, vel talem habere ius in ea re, & quale ſit illud ius.

27 Contrahens tenetur perquirere, & indagare qualitatem eius cum quo contrahit, quando agitur de ipſis perſonis contrahentibus.

Fallit, ſi agatur de qualitate rei, nempè an ſit affecta aliquo vitio, n. 28.

29 Venditor malè agit, qui ſciens ſuam deteriorationem, & vires patrimonij ad nihilum redactas, vendit abſque certioratione.

Neque is etiam tali caſu emere poteſt, habita fide de pretio abſque certioratione, cum alias præſumatur fraus, ac dolus, n. 30.

Quæſt. CLI.

1 Nuper quæritur, an quando emptor certior fuit factus rem ab eo emptam, ſeu emendam alteri eſſe obligatam, ſeu locatam, agere poſſit aduerſus venditorem, vt liberetur, vel etiam valeat expellere colonum.

1 Nam

Digitized by Google

ciat generalis de communi teſtatur *Ioan. de Amic. dicto*
conſil.113.num.7.Grat.conſ.95.num.12.Neguſant.de pign.2.
part.princ.in primo membr.ſub numer.6. Ferdin.Loz in re-
8 *petit.leg.filiusfam.§.Diui, num.441.ff. de legat.1.* Præſertim
ſtante iuramento quod vim habet ſpecifici conſenſus, vt
per *Ioan.de Amic.dicto conſil.113.numer.12.Ioan.Crot.in d.*
§.Diui ſub numer. 97. verſ. & iſta concluſio tanto magis
Goz.ad.d.conſ.106.ſub num.24.in fin.Soc.iun.conſ.129. num.
9 *11.lib.2.* Et quando agitur vt conductor pro ſuo intereſſe
inſiſtere poſſit,ſufficit generalis hypotheca, vt per *Goz.d.*
conſ.100.ſub num.24.Roder.in l.poſt rem iudicatam in prima
10 *limit.num.18.ff.de re iudic.* etiam quod creditor eſſet im-
mittendus in poſſeſſionem ex Saluiano,quia non propte-
reà conductor venit expellendus, nam cum ex remedio
dicti interdicti non acquiratur plenum ius rei omninò
ſtare tenetur locationi, *l.in venditione,§.1.ff.de bon.autho-*
rith.iudic.poſſid.Bar.in d.l.filiosfam.§.ſi vir.in quinquennium
ſub num.1.verſ.aut ei non eſt conſtitutu. Salyc.in d.l. empto-
rem, ſub numer.6. verſ.aut conductor nullum ius. Abb. in d.
cap. quarelam ſub numer.8.verſic.aut eſt ſucceſſor ſingularis
Iaſon.qui dicit communem in leg diuortio.numer.34 ff.ſolut.
matrim. Guid.Pap.deciſ.480.ſub num.5. verſic. tertio fallit.
11 Non obſtat, quod *d.l.in venditione loquatur in eo*, qui
mittitur in poſſeſſionem ex primo decreto, quia reſpon-
detur ex *Aret.conſ.159.ſub numer.16.verſ ſi tamen rem lo-*
catam, quod licet verum ſit *text.* illum loqui in dicto caſu,
tamen Doctores ex eo firmant regulam, quod ſucceſſor
ſingularis tenetur ſtare colono, quando non ſuccedit in
plenum ius authoris ſui.
12 Et quod creditor immiſſus ex *Saluiano* teneatur ſtare
locationi, voluit *Rota in Romana fideiuſſionis 13. Martij*
1617.coram R.P.D.Andr. ſequendo Iaſ.de communi teſtan-
tem in d.l.diuortio.num.34.ff.ſol.matr.
13 Verum difficultas eſt, an ſtante hypothecam poſſit
ſucceſſor expellere conductorem, ſi velit ei ſoluere
intereſſe.

Et pro affirmatiua tenent *Ioan.de Imol.Paul.de Caſtr.et*
Roman.in d.l.ſi filiosfam.§.ſi vir.ff.ſol.matr. & ſententia *Iac.*
Butrig.in l.ſi merces,ff ſi fundum, ff. locati, quem ibidem
ſequitur *Salyc.in l.mancipia, Cod. de reb.alien.non alienan.*
vbi idem ſentit *Bar.in l.Vectigalia,in fin.ff.de public.Vectig.*
14 *& ibid.Imol.idem firmat Alexan. in d.§.ſi vir.num.4.* Vbi
comprobat ex eo, quia hypotheca bonorum acceſſoria
eſt ab obligationem principalem ipſius locationis, quæ
ſolum datur ad intereſſe, ſi colono, vel Inquilino non
15 liceat, ſeu non permittatur vti & frui re conducta *d.leg. ſi*
fundum,ff.locati, Atq; ita videtur, quod hypotheca apoſi-
ta in contractu locationis non amplet ius actionis perſo-
nalis, ne excedat eius terminos, vt in *l.itera liberatur in*
princ.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſolui, & l.intelligere,cum
16 *gl.C.de luit.pign.* & ſucceſſiuè, vbi ſingularis ſucceſſor of-
fert intereſſe Colono hypothecam haberi ſuper fundo de
quo agitur, illum ſtatim expellere poſſe debet, *leg.Paul.*
aliàs Sempronius,§.pigno.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſolut.
leg.cum ſeruus,ff.de pign. diſtrahen. cum habeat dominium
rei locatæ ſaltem vtile quod, iuri pignoris, & hypothecæ
præponderat. Quare *Gomez Leon.in informa.63.num.4.*
17 ſubiungit, quod antequam tali conductori ſoluatur verè
& cum effectu totum intereſſe, poterit rem locatam reti-
nere, per doctrinam *Alexand.in d.§.cum vir.verſ.ex quo-*
rum verbis colligitur, & Neguſ. de pignor. part.2. memb.1.
18 *num.6.in ſpecie Valeſch.conſult.79. num.5.* Et vario addu-
citur, quoniam in contractu locationis oritur actio per-
ſonalis locati, & conducti: actio autem perſonalis
non tranſit, nec datur contra ſingularem ſucceſſo-
rem, *l.cum cui C.de act.& oblig.l.cogi.§.vnde quæritur,ff.ad*
Trebell.l.fin.Cod.de hæredit.act. cum fundo, & ibi Bald.ff.de
ſeruit.ruſticor.prædior.Afflict.deciſ.95.num.6.& deciſ.162.
19 *num.5.* etiamſi fuerit contracta habito reſpectu ad rem,
quæ peruenit ad tertium poſſeſſorem, *leg.quædam,§.nihil*
intereſt vbi Iaſ.ff.de eden Tiraquell.poſt adductos per eum de
20 *retract.lignag.§.8.Gloſ.5.num.7.* & hac ratione, ſi emptor
vellet ſtare Colono, Colonus cogi non poteſt perſeuerare
21 in conductione. *Abb.in quæſt.3.ſub num.16. verſ. in ſolu-*
tione huius quinti dubij. Couar. variar.reſol.libr.2. capit.15.
num.6.eſt tex.in d.l.qui fundum,ff.locati latè Surd.conſ.331.
ſub num.18.& infra plurib.ſeqq.qui n.31. inquit id proce-
dere quoque non obſtante iuramento de non contraue-
niendo, & non obſtante hypotheca.
22 Cœterum *Rota in Romana locationis domus 15. Ianuarij*
1610.coram R.P.D.Ortembergo, diſtinxit inter hypothe-
cam ſpecialem, & generalem, & ſtante hypotheca gene-
rali ſupradictam opinionem admittit, ſecus vero ſtante
hypotheca ſpeciali.
23 Item ſtante iuramento *d. deciſ.* ſentit ſucceſſorem ſtare
debere locationi, non obſtante intereſſe oblato quia vt
dictum, iuramentum præciſè obligat ad obſeruantiam
contractus, quando præcisè contractus impleri poteſt, &
ſine diſpendio ſalutis æternæ,*cap.cum contingat de iureiur.*
cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Dominium rei venditæ quando fuit reſeruatum, periculum interim contingens an ſpectet ad venditorem, vel ad emptorem.

Vſuræ prætij non ſoluti,an & quando debeantur ab emptore, & etiam à venditore,quando res non fuit tradita, & ad quam rationem,ſeu æſtimationem, & à principio validè taxari poſſint.

Et quid ſi objiciatur de periculo euictionis.

SVMMARIVM.

1 *Conductio rei emptæ pro certa penſione donec pretium ſol-*
uatur, eſt permiſſa.
Si tamen pereat damnum eſt emptoris, num.5.
2 *Emptor qui fructus percepit ex re empta,tenetur ad vſuras*
pretij non ſoluti ex communi,etiam de iure canonico, nu-
mero 5. & 16.
Iuxta tamen æſtimationem fructuum perceptorum, numero
4 & 17.
6 *Periculum interitus venditione perfecta, eſt emptoris, &*
num.ſeqq.
Etiam ſi reſeruetur dominium,num.12. & 13.
Extenditur procedere in locatione accidentali, vt ſcilicet pe-
riculum pertineat ad conductorem, nec vlla ſit mercedis
remiſſio,num.7.8.11. & 12.
Quia eo caſu penſio ſolui videtur non pro re locata, ſed pro
intereſſe pretij non ſoluti,num.9.
Ampliatur procedere, non ſolum quando venditio eſt perfe-
cta, ſed etiam quando eſſet imperfecta, vt quid ſubſit ſo-
lum pactum de vendendo quando tamen tota res non eſt
perempta,num.10.
14 *Dominium vbi fuit reſeruatum in venditione,donec pretium*
ſoluatur, emptore non ſoluente iuxta conuenta, venditor
licitè alij vendere poteſt.

Nec

Nec datur remedium ſpolij primo emptori aduerſus ſecundum, num. 15.

18 *Emptor tenetur venditori præſtare vſuras pretij non ſoluti ſecundum æſtimationem fructuum quos ipſe percepit.*

Ampliatur procedere, etiamſi per traditionem emptor factus ſit dominus, vt quando fuit habita fides de pretio, num. 23.

Declaratur vt locum habeat, quando certum tempus ad ſoluendum pretium emptori non fuit præſtitutum, quoniam interim nulla committitur mora, nec ideò emptor teneri debet ad vſuras pretij non ſoluti, etiamſi fructus perceperit.

Et de ratione, num. 24.

Fallit, ſi venditor etiam pendente dilatione vſuras fuerit ſtipulatus, num. 25.

19 *Vſura pretij non ſoluti à die traditionis venditori debentur, etiam quod nullos fructus emptor ex re empta ſibi parauerit, ſeu perceperit, ſeu percipere non potuerit.*

Contrarium quod emptor nõ teneatur, ſi res tradita ſui natura ſit ſterilis, num. 20.

Declaratur prior ſententia, quando venditur res ſterilis, non ratione fructuum percipiendorum, ſed ratione alterius commoditatis, num. 21.

Item intellige, nempe eum ſatis lucrari, qui voluntati ſuæ ſatisfacit, num. 22.

26 *Fructus vel intereſſe, ſi fuerint in venditione taxati conuentio an valeant referuntur conſilia Decij, ac Ruyni admiicem aduerſantia.*

Auctor verò conſtituit plures caſus, num. 27. & ſeqq.

28 *Venditor, quãdo rem emptori tradidit data dilatione ad ſoluendum, & interim reſeruauit ſibi dominium donec ſolueres eum pacta, quod ſoluatur ſingulo anno certa conuenta quantitate, durante termino vſura non debentur, ſed ſi debito tempore promiſſa quantitas non ſoluatur, vſura debentur durante mora ſoluendi.*

29 *Emptor quando poſt dominium ſibi acquiſitum facit in mora ſoluendi pretium tunc tenetur ad vſuras loco intereſſe etiam de iure Canonica.*

30 *Emptor quando à principio promittit venditori ſoluere certam ſummam ſingulis annis, donec pretium ſoluerit, tenetur & conuentio valet ex communi.*

Declaratur locum habere: dummodo non excedat intereſſe pretij non ſoluti num. 31.

32 *Emptor quando pro tempore ad ſoluendum pretium ſtatuto conduxit fundum, quem emit, tenetur tamquam conductor ad penſionem, & vſuras, & venditor non tenetur ad remiſſionem penſionis ob aluuionem, ſeu quid ſimile.*

33 *Emptori dilatio ad ſoluendum pretium quando conceditur, & emptor promiſit dilatione pendente ſoluere certam quantitatem, quæ ſit veriſimilis & conueniat quantitati, & æſtimationi fructuum, valet huiuſmodi conuentio.*

34 *Pactum inter emptorem, & venditorem, vt ſoluatur certa quantitas quæ fructuum æſtimationem exſedit, vbi pactum eſt in vim annui redditus cum pacto redimendi, valet.*

35 *Vſuram taxatio valet quando in emptorem fuit tranſlatum dominium, & data fuit dilatio ad ſoluendum pretium ſum pacto quod durante dilatione certam & moderatam quantitatem in recompenſationem fructuum ſolueretur, valet, & tenet.*

Sed contra num. 37.

36 *In venditione, quando fuit habita fides de pretio, quo caſu dominium fructuum tranſit in conductorem, locator non præfertur, ſed debet concurrere cum creditoribus ipſius conductoris.*

38 *Emptor, cui res eſt tradita, & differt pretium ſoluere, tenetur fructus compenſatiuos perſoluere.*

Fallit, quando fuit habita fides de pretio, & fuit tranſlatum dominium, num. 39.

Vel etiam fuit data dilatio ad ſoluendum, ibidem.

40 *Cautela traditur, vt in contractibus emptionis, & venditionis fructuum taxatio ſit licita.*

Qua obſeruata fructus debentur, etiam quod obijciatur de periculo euictionis imminentis in limine contractus, numero 41.

42 *Emptor tenetur præſtare fructus recompenſatiuos, quando non fuit habita fides de pretio, & tranſlatum dominium.*

Primò ampliatur, etiam quod emptor non ſit in aliqua mora, vt qui non fuerit eidem adimpletum, num. 43.

Declaratur, quando ob talem defectum non eſt diminutus vſus rei, num. 44.

Secundò ampliatur, etiamſi facta fuerit dicto caſu promiſſio certa, & taxatio eſt licita, quando concurrit cum veriſimilitudine, & proportione fructuum, ita vt iſ veriſimiliter aſcendat ad intereſſe taxatum, numero 45. & 50.

Et reſpondetur contrarijs, num. 46.

Extenditur quod dicitur de emptore, vt procedat etiam in venditore non conſignante rem venditam, cuius pretium fuit ſibi ſolutum ab emptore, quia & ipſe venditor tenebitur emptori ad intereſſe recompenſatiuum, ad rationem fructuum rei venditæ, ſi ſit in mora irregulari, & ad intereſſe ipſius emptoris ſi ſit irregulari, num. 49.

Ampliatur vt ſibi tribuas etiam in caſu, in qua emptor pretium quod ſoluit, accepiſſet ſub vſuris, quia venditor, qui rem venditam non conſignauit, tenetur ad illas vſuras, etiam ſi res quam vendidit, eſſet ſterilis, numero 51.

Extenditur dicta ampliatio, vt procedat in ſimilibus contractibus, vt in locatione, & conductione, numero 52.

47 *Taxatio intereſſe ad certam quantitatem, habita ratione fructuum, iuxta communem contingentiam, & curſum, non eſt reſcinda, dato quod probaretur de minori quantitate.*

Limitatur non habere locum in contractu cenſus, quia licet ſtabilia reddant tantum quinque pro ſingulo centenario, & ad hanc rationem taxari ſoleant fructus rerum ſtabilium, tamen annus cenſus conſtituitur ad rationem octo, & quandoque vſque ad decem pro centenaria, num. 48.

Quæſt. CXLVIII.

1 VEndita fuit domus Titio, qui donec pretium non ſolueret, illam conduxit pro certa ſumma & penſione, quod a iure fieri permittitur, tamquam intereſſe
2 damni emergentis, *c. ſalubriter de vſur.* Nam emptor, qui fructus ex re empta, ſibique tradita percipit, ad vſuras pretij non ſoluti tenetur, *leg. Iulianus, §. ex vendita, ff. de action. empt. & l. curabit, C. eodem titulo vbi gloſ.* dicit, hoc etiam a iure canonico receptum eſſe; Idemque probatus ex *l. fructus, §. vend. ff. eod. & in l. 2. C. de vſur. gloſ. communiter recepta in cap. conqueſtus eodem tit. Paul. de Caſtro conſ. 102. num. 2. lib. 1. Cornel.* dicens hanc eſſe communem ſententiam *conſ. 145. num. 7. libr. 2.* additq; eſſe indubitatum *conſ. 113. num. 4. lib. 3.* de communi pariter teſtatur *Soc. ſen. conſ. 176. num. 10. libr. 2. Afflict. deciſ. 20. numer. 4. & 5. Crauett. conſ. 105. num 11. Ceph. conſ. 209. numer. 8. &*
4 *ſeq.* & hoc intereſſe quod ab emptore ſolui debet, præſtatur iuxta æſtimationẽ fructuum, qui ab emptore ſunt percepti, *d. leg. curabit.* in illis verbis, quas vſuras, & perceptorum fructuum ratio generauit, *Cod. de action. emption.*
5 ſi poſteà res pereat calamitate vel incendio, quæritur, an

pe-

Digitized by Google

periculum ſit venditoris, vel emptoris, reſeruato
dominio penès venditorem, donec pretium ſolua-
tur.
6 Et quidem reor periculum eſſe emptoris, quoniam
emptio iam perfecta erat, & res emptori tradita ad text.
in leg. ſicut emptio, §. interdum, ff. locati, Curt. iun. conſil. 82,
num. 3. Decian. conſ. 311. num. 4. verſ. tertio idem comproba-
tur, vbi, quod iſta locatio accidentaliter facta dicitur, cum
penſio ſoluatur tam pro re locata, quam pro intereſſe
7 pretij non ſoluti, & in huiuſmodi locatione accidentali
totum periculum pertinet ad conductorem, & nulla fit
mercedis remiſſio.
8 Comprobatur ex ijs, quæ habentur per *Alexan. conſil.*
121. *num. 1. lib. 5.* vbi quod emens fundum pro certo pre-
tio, & donec pretium ſoluat, ſi fundum conducit pro cer-
ta penſione, ſeu mercede, valet contractus conductionis
quoad obligandum emptorem, & conductorem, & quo-
ad ſoluendum penſionem, ſeu mercedem, non tamen
valet, quoad obligandum locatorem, & venditorem, qui
eo caſu compelli non poterit ad rem tradendam, ſi nollet
neque ad remiſſionem mercedis, ſi res perierit, quia poſt
perfectam venditionem commodum omne pertinet ad
emptorem, vt probat *text. in d. l. ſicut, §. interdum, vbi gloſ.*
& Doct. ff. locati Alex. in d. conſil. 121. in princ. lib 5 Decian.
9 312. *num. 4.* quia eo caſu penſio ſolui videtur, non pro re
locata, ſed pro intereſſe pretij non ſoluti, vt dicunt *Bart.*
Fulgoſ. & Caſtr. ibi, & quamuis donec emptor ſoluat pre-
tium teneatur quid ſoluere ſingulo anno, hæc eſt tamen
locatio acceſſoria contractus præcedentis, & tamquam
accedens non obligat locatorem, quod latius explicat
10 *Curt. iun. in dicto conſil. 82. num. 12. & infra, qui num. 6.* dicit
hoc verum eſſe non ſolum, quando venditio eſt perfecta,
ſed etiam quando eſt imperfecta, vt quia ſubſit ſolum pa-
11 ctum de vendendo quando tamen tota res non eſt per-
empta, probauit, *Surd. deciſ. 198. num. 18. vbi citat Boſs. in*
tit. de remiſ. merced. conduct. num. 102. dicentem, quod ob-
ſtupuit videndo *tex. in d. §. interdum*, cũ contrarũ ſemper
dixiſſet, ſi illum non vidiſſet, & quod ſtudioſus hodie
12 ſatis diceret, hoc notando, nam ſi vendo fundum habita
fide de pretio, & paciſcar, vt penès me dominium rema-
neat, donec omnis pecunia ſoluatur, & interim penſio-
nem certam, ſeu mercedem perſoluat, quia contractus eſt
locationis appoſitus in contractu venditioni, iſto caſu
contingens damnum, ſeu lucrum in fructibus eſt empto-
ris, & conductoris, ita quod ad eum quoque ſpectet pe-
riculum interitus, quoniam, vt dixi emptio dicitur per-
fecta, licet reſeruatum ſit dominium. Non enim regu-
lariter conuenit venditioni, ſi dicatur, quod in empto-
rem dominium non transferatur *Cornell. conſil. 26. num. 1.*
13 *libr. 1. leg. fin. §. nemo de contraheu. emptio.* Ex quo non
etiam videretur adeſſe aliquam perfectionem, & tamen
periculum eſt emptoris per dictam *leg. ſicut empt. §. inter-*
dum, ff locati, Boſs. dict. tit. de remiſſ. merced. conduct. num.
102. *Curt. iun. dict. conſil. 82. numer. 3. Surd.* & alij ſuperius
allegati.
14 Ex huiuſmodi reſeruatione dominij emptor aliud pa-
titur incommodum nempè, ſi iuxta conuenta pretium
non ſoluat, venditor, licitè poterit alij vendere ſecundum
Paul. de Caſtro in l. Iulianus, §. offerri, nu. 5. ff. de actio. empt.
Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. quaſt. 3. numer.
5. Plot. de in litem iurando, §. 4. num. 60. Hier. Magon. deciſ.
15 *Lucen. 31. nu. 10. & 12.* Vbi propterea, quod venditio hęc
ſit conditionalis, dicit non dari ſpolium & remedium re-
cuperandæ primo emptori, ſi venditio facta fuerit ſe-
cundo.
16 Et ex his appareat, vſuras quas percipit venditor ab
emptore non eſſe verè vſuras, ſed potius damni repara-
tionem; ex quo, ſi emptor fructus rei emptæ percipit pre-
tio nondum ſoluto æquitatis ratio ſuadet, vt vſuras pre-

tij vſque ad fructuum perceptorum quantitatem venditori
ſoluat, qui rem ipſam tradere pretio non ſoluto, non te-
nebatur, *d. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empti*, quam æqui-
tatis rationem perpendit. Vulpianus in eadem *l. ex ven-*
dito, ibi, cum enim emptor re empta fruatur, æquiſ-
ſimum eſt, eum vſuras pretij perdere, & *text. in l. 2. C.*
de vſur.
17 Similiter hac æquitatis ratione ſtatuit, vt emptor
cogatur vſuras pretij non ſoluti venditori præſtare,
quæ vſuræ, vt prædixi, ob dictæ æquitatis rationem
ad fructuum æſtimationem rediguntur per dictam *leg.*
curabit,
18 Sed dubitatio oritur, an emptor teneatur venditori
præſtari vſuras pretij non ſoluti ſecundum æſtimationem
fructuum, quos venditor ipſe percepiſſet, ſi rem non tra-
didiſſet, an verò ſecundum quantitatem fructuum, quos
emptor perceperit.
Quæſtio hæc omiſſis ijs, quæ quidam dicunt circa eam,
dirimitur ex diſpoſitione dictæ *leg. curabit*; dum ibi dici-
tur in hæc verba. Curabit præſes Prouinciæ compellere
emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit par-
tem pretij, quam penès ſe habet cum vſuris reſtituere,
quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis
tutor, licet nulla intercesſerit mora, generauit. Nam
pondero hæc verba fructus percepit, quæ abſque dubio
ad emptorem referuntur. Item & pondero illa verba
quas & perceptorum fructuum ratio generauit, ex quibus
manifeſtè habemus rationem fructuum perceptorum ha-
bendam, non autem eorum quos ipſe venditor percipe-
re potuiſſet, ſi rem non tradidiſſet. Neque venditor petit
fructus, ſed vſuras pretij non ſoluti pro eo, quod ſua in-
tereſt, quod quidem à lege pro ratione fructuum perce-
ptorum æſtimatur ex premiſſis.
19 Adhuc remanet ſcrupulus: nam *Bald. in leg. 2. num. 3. C.*
de vſur. voluit, vſuras pretij non ſoluti à die traditionis
venditori deberi, etiam quod emptor nullus fructus ex
empta ſibi parauerit, ſeu perceperit, & quod magis eſt
percipere nõ potuerit, cũ nec etiam venditor percepiſſet
ſi rem venditam non tradidiſſet, & *Bald. ſequitur Paul. de*
Caſtro ibid. ſub num. 1. verſ. In text. ibi, æquitatis, & in d. leg.
curabit num. 2. Ioan. de Anan. in cap. conquaſtus ſub num. 2.
verſ. in eadem gloſ. de vſur. Petr. de Anchar. in cap. peccati
venia. col. 8. de reg. iur. lib. 6. Soc. ſen. conſ. 88. num. 8. lib. 4. &
conſ. 103. num. 2. eodem libro, quod eſt repetitum *conſil. 176.*
lib. 2. Gozadin. conſil. 55. n. 11. & Pariſ conſil. 60. nu. 28. lib. 1.
20 Contrarium, quod immo emptor non teneatur ad vſu-
ras pretij non ſoluti, ſi res tradita ſui natura ſit ſterilis,
tenet *Bart. in leg. atqui natura, §. non tantum numer. 2. ff. de*
negot. geſt. inquiens, quod in contractu emptionis & ven-
ditionis vſuræ debentur venditori, ſi emptor fructus per-
cepit, & pretium non ſoluit, atque ita ſenſit quod ſi em-
ptor fructus non percepit, vſuræ non debeantur, & ſic af-
firmat *Salycet. in d. l. 2. num. 3. verſic. vel poſſet dici Salycet.*
num. 3. & Paul. de Caſtro ſibi pariter num. 3. in quibus cauſ.
in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Salycet. in dicta l. 2. num. 3. &
Paul. de Caſtro ſibi parum conſtans in dicta leg. Iulianus, §. ex
vendito numer. 3. ff. de action. emption. hanc ſententiam
probauit quoque *Alexand. in l. de diuiſione num. 13. ff. ſolu-*
to matrim. quam ibidem veriorem inquit *Claud. Aquen.*
numer. 12. ſequitur Cornel. conſ. 59. num. 5. lib. 3. & conſ. 145.
numer. 8. & 18. libro 2. Soc. ſen. conſ. 109. numer. 3. lib. 1. de
communi teſtatur *Cagnol. in d. l. curabit num. 26. & infra*,
& ait, ab hac ſententia non recedendum, *Couar. variar.*
reſolut. lib. 3. cap. 4. ſub num. 3. verſic. quarto Rolan. poſt ad-
ductos per eum conſ. 14. libr. 2. vbi ad finem. dicit huic ſen-
tentiæ inhærendum fore, & *Aret. conſil. 49. viſis diligenter*
numer. 11. dicit vſuras deberi ratione fructuum percepto-
rum ex diſpoſitione *d. l. curabit*, & addit, verba illius legis
eſſe clara, & manifeſta, & ſe mirari, quomodo *Bald. in d.*
l. 2. num.

Digitized by Google

leg.2.num.3.Cod.de vſur. aſſeruerit, vſuras non deberi ratione fructuum perceptorum, ſed ratione moræ emptoris, quæ verba ſecundum *Aretin. ſunt apertè contra dicta l.curabit.*

21 Cæterum *Corn.d.conſil.59.ſub numer.6.in fin.libro 3.ſaluando Bald.* dicit illum loqui, quando venditur res ſterilis non ratione fructuum percipiendorum, ſed ratione alterius commoditatis, quam emptor conſequi ſperat ex ipſa re vendita, & idcirco tunc intelligitur frui vendita, licet fructus non percipiat *dicta lege Iulianus, §.ex vendito*, ibi, nam cum re emptor fruatur, æquiſſimum eſt, quod vſuras ſoluat.

22 Et præter *Corn.* dici poteſt ſatis eum lucrari, qui voluntati ſuæ ſatisfacit, *leg.penult.ff. de condit. ob cauſ.* ſed aliter
dicendum eſt quando venditur res fructifera, quia veriſi-
militer emitur propter fructus, nec ideo mirum, ſi fructus
conſiderari debeat. Aliter diſtinguit *Socin.ſen.in dicta leg.*
23 *de diuiſione in princ.numer.14.verſ. ſed ſuſtinendo, ff.ſoluto*
matr. quem videas.

Et præmiſſa quod videlicet emptor teneatur ad vſuras pretij non ſoluti iuxta æſtimationem fructuum quos percepit, locum quoque habent, etiamſi per traditionem factus ſit dominus, vt quando habita fuit fides de pretio, & eſt *text.in leg. quod vendidi, ff.de contrab.empt.& §.vendita.Inſtit.de rer.diuiſ. nam in d.l.Iulianus, §.ex vendito, ff.de act.empt.* dicitur in hoc iudicio venire pretium quanti res venit. Item vſuras pretij poſt diem traditionis, & reddit rationem Vulpianus: nam, cum re (inquit) emptor fruatur, æquiſſimum eſt, eum vſuras pretij perdere. Quæ ratio etiam procedit, licet venditor fidem habuerit de pretio, & per conſequens translatum fuerit dominium in emptorem, & ideò eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, *leg.illud, ff.ad l.Aquil.& leg à Titio, ff.de verbor. obligat.de veriori teſtatur Couarr. variar.reſolut.libr.3. dict.capit. 4. num.4.*

24 Declaratur dicta ſententia vt procedat, quando cer-
tum tempus ad ſoluendum pretium emptori non fuit
præſtitutum ſecus verò ſi fuit terminatum quoniam inte-
rim nulla committitur mora, neque regularis, neque irre-
gularis, nec ideò emptor teneri debet ad vſuras pretij
non ſoluti, etiamſi fructus perceperit, quia intelligitur
percepiſſe ex re ſua, & voluntate ipſius venditoris, qui
ſua ſponte renunciaſſe videtur beneficio *d.leg.curabit, C.*
25 *de act.empti*: niſi tamen venditor etiam pendente dila-
tione vſuras fuerit ſtipulatus, quod facere poteſt, ad tradi-
ta per *Paul.de Caſtro in d.l.Iulianus. §.ex vendito, ſub num.*
3.verſic.Intellige tamen, ff.de actio.empt. & ſequitur Alex.
dicto conſ.121.num.4.lib.5. Corn.conſ.113.numer.4.libro 3.
vbi ait haberi pro indubitato. *Dec.in cap.cum venerabilis*
numer.14.ad finem, alias 63. de except. Aymn.conſil.105.
num.11.Couar.latè variar.reſolut.libr.3.capit.4. num.5. &
ſequentib.

26 Huc ſpectat ea quæſtio, quid dicendum, ſi intereſſe ſeu fructus ſint taxati, vſque ad certam quantitatem, an conuentio valeat, ſuper quo ſunt duo conſilia adinuicem contraria.

Primum eſt *Decij conſil.119.* vbi latè reſpondet pro negatiua.

Secundum eſt *Ruyni in eodem caſu conſ. 73. libr. 1.* qui conſuluit pro affirmatiua.

27 At pro vera eiuſdem reſolutione, conſtituo plures caſus.

28 Primus eſt, quando venditor rem emptori tradidit, & dominium ſibi reſeruauit, ac dilationem ad ſoluendum pretium ei conceſſit cum pacto, quod donec ei ſolueretur dictum pretium, ſoluatur ſingulis annis certa conuenta ſumma, & pecuniarum quantitas: nam dicto termine durante, vſuræ non debentur, niſi aliter ſit conuentum, ſed dicto termino tranſacto non facta dicta ſolutione, vſuræ debentur, durante mora ſoluendi, ſic *Alex.d.conſ.121.li.5.Abb.conſil.66.lib.1.Soc.ſen.conſ.88.nu.8. lib.4. & conſil.103. num.2. eodem libr.Ruyn.d.conſ.73.nu.3. verſic.ſecundus caſus eſt lib.1.Aym.conſ.105.num.11.Couar. var.reſol.lib.3.cap.4.num.6.*

29 Secundus caſus eſt, quando emptor poſt dominium ſibi acquiſitum fuit in mora ſoluendi pretium, & tunc abſque dubio tenetur ad vſuras loco intereſſe etiam de iure canonico, *dict.leg.curabit dicta gl.alia Gloſ. communiter recepta in d c.conquaeſtus de vſur. Ruyn.dict.conſil.73.ſub nu.3. verſic.tertius caſus*, & dictum fuit ſupra, & infra ſuo loco dicetur.

30 Tertius eſt caſus, quando emptor à principio promit-
tit venditori ſoluere certam pecuniam quantitatem an-
nis, ſingulis, donec pretium ſoluerit, & hæc conuentio ex
communi ſententia valet, ſecundum *Alexand.conſil.31.*
ſub num.4.verſic. & pro prædicta numer.11. in fin. & num.
12.libro 6. & Ruyn. qui pariter communem dicit, *d.conſ.*
73.ſub numer.3 verſic.quartus caſus libr.primò, dummodò
31 tamen non excedat intereſſe pretij non ſoluti. *Couar.dict.*
cap.6.num.6.

32 Quartus caſus eſt, quando emptor pro tempore ad ſoluendum pretium ſtatuto pro certa penſione fundum conduxit quem emit; quo in caſu, tanquam conductor ad penſionem & vſuras obligatur, & venditor, idemque locator non tenetur ad remiſſionem penſionis, ſi fundus alluuione, vel alio ſimile accidente perierit, vel ſterilis euaſerit, & valet contractus *l.ſicut emptio, §.1. cum ſeq. & ibi Gl.Bar.& Paul.de Caſtr.reddunt rationem, ff.locati. Abb.d.conſil.66.num.2.lib.1.Alex.d.conſ.121.num.2.& ſeq.lib.5. Dec.d.conſ.119.ſub nu.2.verſ.* Tertiò hoc probatur. *Ruyn.d.conſ.73.num.3. lib.1.Socin.ſen.conſil.176.num.6.lib.2. & conſ.103.libro 4 Bartolom.Capoll.cautel.125.Curt.iun.dict.conſ.82.num.2.& ſeqq.& num.6.& infra. Couar.dicto cap.4.ſub num.6. verſic.nono.Pariſ.conſil.60. num.21. & ſeqq. libro primo.*

33 Quintus eſt caſus, quando dilatio emptori conceditur ad pretium ſoluendum; & in eum transfertur dominium, ſecundum l.quod vendidi, vbi *gl.ff.de contrab.empt.* & emptor promiſit dilatione pendente ſoluere certam quantitatem: nam, ſi quantitas expreſſa eſt veriſimilis, & conuenit quantitati, & fructuum æſtimationi, quæ iuxta temporum varietatem frequentius percipi conſueuit, valet huiuſmodi conuentio, quia ſuccedit loco probationis deductæ ex veriſimilibus coniecturis. *Bal.in leg.rogaſti, §.ſi tibi, & ibid.Purpur.num.19 ff.ſi cert.pet. Imol. in leg.in inſulam, §.vſuras numer.7.ff.ſolut.matrim.Alex.in d.conſ.121. lib.5 Socin.ſen.d.conſ.176.nu.1.& ſeqq.li.2.latè Rimin.ſen.conſ.318.Socin.iun.conſ.66.nu. 4.& infra libr.2.Dec.In d.c. cum venerabilis n.14. verſ.putarem tamen, de except. Pariſ.d.conſ.60.n.11.lib.1.Couar.d.c.4.ſub nu.5.Cagnol.in d l.curabit num.57.& in l.vnica nu.52. de ſenr.* pro eo, quod intereſt, vbi etiam *Rebuff.nu.618.& ſeqq.Surd.deciſ.259. num.16.& ſeqq.*

34 Sextus caſus, eſt quando pactum vt ſoluatur certa quantitas, quæ fructuum æſtimationem excedit modo fiat in vim annui redditus cum pacto redimendi, vt videlicet emptor conſtituat ſe ſoluturum venditori certam annuam quantitatem donec pretium fuerit ſolutum iure & titulo annui redditus venditi ſuper re empta, ad rationem vnius pro quatuordecim, vel pro duodecim vſque ad quantitatem pretij conuenti, & hæc conuentio ſimiliter tenet, vt per *Couar.var.reſol.lib.3.dicto cap.4 ſub numer.6. verſic.Imò poſſet.*

35 Septimus caſus eſt, quando emptori in quem fuit translatum dominium, data fuit dilatio ad ſoluendum pretiũ, cum pacto, quod ſingulis annis durante dilatione, certam, & moderatam quantitatem in recompenſationem fructuum ſolueret: quo in caſu conuentio dicitur iuſta, nõ

Digitized by Google

obſtante taxatione facta, *Ruyn. d.conſ.73.ſub num.3. verſ. vltimus caſus, cum ſeq. lib.1.* nam venditor dilatione pen
dente fructus ſibi reſeruaſſe cenſetur, eoſdemque vendi-
diſſe, vel lucaſſe, vt dictum fuit ſupra in quarto caſu, & la-
tè tenuit *Ruyn dicto conſil.73.ſub n.8 verſ. & per prædicta. Socin. iun. conſ.66. ſub nu.5. verſ quoniam reſpondetur libro 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. libro 4. titul 24. num.27.*

36 Ex prædictis infertur, quod quando in emptione, &
venditione fuit habita fides de pretio, quo caſu domi-
nium fructuum tranſit ad conductorem, locator non præ-
fertur, ſed debet concurrere cum creditoribus ipſius con-
ductoris. *Morla in emptor. tit.10. quæſt.3. ſub numer.8* vbi
dicit, non obliuiſcendum, quia aliud vulgo æſtimatur, ait
Valaſch. de empt. quæſt.20. num.14. de quo tamen dubitat,
num. ſeq.

37 Verum notandum eſt circa præmiſſa, ea non ſic de faci-
li fore admittenda: nam quod data certa dilatione ad ſol-
uendum pretium, & interim pendente termino, ſi fuerit
conuentum, vt ſoluatur quid certum pro quolibet cente-
nario, quod talis conuentio ſit inualida, & reijciatur, ſen-
ſerunt. *Alex. conſ.221. num.9. libro 2. & conſ.31. ſub numer. 13 verſic. ſecundo reſpondeo libr.6. Paul. de Caſtro conſil.11.* viſo dicto libello *nu.4. in tertio dub. libro primo, Socin. ſen. conſil.179. num.1. libro ſecundò, Crau. conſ.189. ſub numer.7. verſic. quintus caſus. Rube. Alexand conſ.108. nu.2. Hond. conſ.30. nu.5. & 28. lib.1. & conſil.44. num.4. & 31. eod. libro ſequitur Rota coram Card. Sacrato in Romana Caſaletti 20. Iunij, & 15. Decembris 1611. poſt Nauar. conſ 21. num.8. de vſur.* quia dilatio data cenſetur ad fauorem debitoris, &
verisimiliter creditur habitam eſſe rationem a principio
de fructibus medij temporis, & eos fuiſſe incluſos in pre-
tio, & effectu ipſo vna cum pretio die ſtatuto ſoluendo.
Hond. dicto conſ.30.

38 Et licet *Bald. in l.2. C. de vſur.* concludat, quod emptor,
cui res eſt tradita, & differt ſoluere pretium, tenetur ſol-
uere fructus compenſatiuos ex diſpoſitione *dict. leg. cura-
bit, C. de act. empt.* illius tamen opinio non procedit, quã-
39 do habita fuit fides de pretio, & translatum dominium,
quia tunc non attenditur diſpoſitio, *d. l. curabit*; quę non
etiam locum habet, quando fuit data dilatio ad ſoluen-
dum, quaſi tunc differatur ſolutio de voluntate venditoris
Socin. ſen. conſ.109. non potuiſſent *ſub numer. 3. verſic.* &
quod emptor ab illis vſuris *libr.1. & conſ.103. in fine libr. 4. & conſ.88. nu.19. eod. lib.* vbi de communi teſtatur: quid-
quid ſenſerint *Couar. var. reſol. lib.3. d. cap.4. num.5. Lup. de vſur. comment.1. §.7. numer.143. & Dec. conſ.111. pro tenui num.13. poſt Paul. de Caſtro in l Iulianus, § ex vendito, Cod. de act. empt.* quia non videtur diſcendendum à prædicta
opinione, quam etiam vti magis veram probabilem latè
comprobat *Catechesis Neapol. Card. de Aret. lib.5. cap.21. ad 27.* vbi leguntur etiam plura conſilia, tam Martini
Nauar. quam etiam aliorum Theologorum, qui in huiuſ-
modi caſu ita reſponderunt, cum alijs per *Ludou. de Beia in tract. de vendit. rer. fructuoſarum ad terminum col.1. cum plurib. ſeqq. qui eſt in fin. reſponſorum caſuum conſcientiæ, p. 1. Rube. Alex. conſ 88. num. ſecundò, Crauet. conſ.189. in ter-
tio caſu verſic. ſed iſta opinio videtur dubia num.7. Dec. dict. conſ.119. numer.7. & 8. poſt Gl* quam inquit communiter
approbatam in *capit. conqueſtus de vſur. Lup. poſt adductos per eum in d lege curabit. comment.1. numer.144. & ibidem Cagnol. numer.52. Codic. de act. empt. Rota coram Cardin. Sa-
crato in dicta Romana Caſaletti 20. Iunij, & 15. Decembris 1611.*

40 Quare vt in huiuſmodi contractibus licita ſit fructuum
taxatio, ſcribentes dant cautelam, quod reſeruetur dòmi-
nium ad fauorem venditoris, & in ipſa rei traditione cõ-
ueniatur ante habitam fidem de pretio, quod venditor
ſubiaceat periculis, quæ poſſent contingere circa dictos
fructus: vel quod locetur res tradita, vt dixi in ſeptimo ca-
ſu pro certa penſione, donec pretium conuentum fuerit
ſolutum cum ſimilibus cautelis per *Ludou. de Beia reſp. caſ conſcient. quæſt.19. & in d. tract. de vendit. rer. fructuo-
ſar. ad termin. in fin. Capoll. cautel.125. numer.1. & ſeq. latè Catecheſ. Neapolit libro quinto, capit.26. 27. & 28. Lup. de vſur. commentar.1. §.7. numer.148. vſque ad 151.* quæ vbi
fuerint obſeruata, procul dubio debebuntur fructus,
etiam quod obijciatur de periculo euictionis imminen-
41 tis in limine contractus, cum ſimilibus, quæ bene exeu-
ſant a mora ſoluendi pretium, ſed non a fructibus recom-
penſatiuis, vt per *Rot. in dicta Romana Caſaletti. Gabr. conſ. 57. num.5 lib. primo, Hond. d. conſ.30. num.34. lib. primò, & conſ.40. eodem lib.*

42 Regulariter autem, quando non fuit habita fides de
pretio, & translatum dominium, emptor tenetur præſta-
re fructus recompenſatiuos venditori ne habeat rem, ac
43 pretium iuxta *d l. curabit, C. de act. empt.* cuius diſpoſitio
procedit, etiam quod emptor non ſit in aliqua mora, vt
44 quia non fuit ei aliquod adimpletum per venditorem,
quando ob defectum ſimilis adimplementi non eſt di-
minutus vſus rei. Vnde neque venditori debet diminui
interuſurium pretij non ſoluti, tanquam iſti fructus ſint
reparationes damni, non vſuræ, vt concludunt omnes in
dicta leg. curabit, vbi Cagnol. num.33. Bald. in d. leg.2. num.4. vbi etiam Caſtren. num.2. de vſur. Surd. conſ.10. num.23. & 28. libr.1. & deciſ.117. num.7. Hond. d. conſ.30. nu.16. ad 25. lib.1. cum alijs latè per Rota coram Cardinali Sacrato in
Beneuentana pecuniaria 18. Iunij 1607. & coram eodem
in dicta Romana Caſaletti 21. Iunij 1611. & coram R.P.
D. Coccino Decano in Aſculana pecuniaria vndecima
Decembris 1606. quæ inter impreſſ. ſub eius nomine eſt
deciſ.320.

45 Ampliatur procedere, etiamſi facta fuerit dicto caſu
promiſſio certa, & taxata, quia eſt illicita, quando con-
currit cum veriſimilitudine, & proportione fructuum; ita
vt fructus veriſimiliter aſcendat ad intereſſe taxatum. *Ro-
ta diuerſ deciſ 340 ſub nu.2. p.2.* quo caſu concurrente iſta
veriſimilitudine, & proportione, illa taxatio certi intereſ-
ſe vniformis habetur pro probata, & attenditur, vt ex plu-
ribus refert, ac ſequitur *Cæſar de Graſſ. deciſ.1. alias 187. n. 3.4. & 5 de vſur.* quem ſequitur *Rota diuerſ.331. ſub nu.5. verſ. Ideò etiam ſub nu 12. verſ. ex quibus non obſtant, & in Ianuen. pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Cardin. Lancellotto, inter impreſſ. Romæ 1615.*

46 Non obſtat, quod fructus modo ſunt maiores, & modo
minores; qua ratione videtur, quod taxatio non poſſit eſ-
ſe vniformis: quia reſpondetur, quod probatio veriſimi-
lis, & coniecturalis ſufficit in intereſſe, vt per *gl.3. §. vltimò in ver. ſolebat, ff. eo,* quod certo loco, *Bal. in l. rogaſti, § ſi ti-
bi, ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l.3. §. vltimo ſub numer.7. verſ ſecundo not Conarr. variar. reſolut. libro 3. cap.4. ſub numer.5. verſic. ſeptimo eodem Cagnol. in dict. lege curabit nu.58. 59. & 60.*
47 *C. de act. empt.* dum ſcribit, taxationem intereſſe ad cer-
tam quantitatem habita ratione fructuum, iuxta com-
munem contingentiam, & curſum non eſſe reſcinden-
dam, dato quod probaretur de minori quantitate, quia,
vt inquit, non inſpicitur futurus euentus, & ideo non eſt
facienda liquidatio ſecundum fructus perceptos, ſed ſe-
cundum fructus, qui communiter accidentibus percipi
ſolent *Menoch. in tract. de arbitr. iud. caſu 119. n.14. verſ. Cæterum vero. & nu.16. in addit.* & in taxatione fructuum
ſocietatis officij, tenuit *Caſtracan de ſociet. off. c. 210. num. 8. & ſeq. & nu.11. & 12.* & in taxatione cambiorum *Rota diuerſ. deciſ.331. ſub n.11. verſ. Nec obſtat taxatio.*

48 Limitatur tamen, vt locum non habeat dicta concluſio
in contractu cenſus, quia licet ſtabilia reddant tantum
quinque pro centenario, & ad hanc rationem taxari ſo-
leant fructus rerum immobilium *Rota diuerſor. deciſ. 691.*

pro-

propoſui,num.2, parte 1. tamen annuus cenſus conſtituitur ad rationem ſex octo, & quandoque vſque ad decem pro centenario, vt per *Lup. in lege 2.§.2 ſub numer.6.C. de pact. inter empt.& vendit.comment.2. Boccat. de cenſib. parte 3. numer.50.& Ioan. Azor. Inſtit. moral. part.3. libr.10. tit. de cenſib. capit.21 verſic. Quarto quia,& verſic. Ad vltimum*, & de cenſu ad rationem *octo. Rota diuerſor. deciſ.19.* fuit concluſum in Romana nullitatis cenſus 4. Februar.1583. in impreſſ. Romæ 1615.

49 Extende quæ ſuperius dixi de emptore, vt procedat etiam in venditore non conſignante rem venditam, cuius pretium ſibi fuit ſolutum ab emptore: quia & ipſe venditor tenebitur emptori ad intereſſe recompenſatiuum ad rationem fructuum rei venditæ, ſi ſit in mora regulari, & ad intereſſe ipſius emptoris, ſi ſit in mora irregulari *Io. Bapt. Lup. in d.l. Curabit,§.7.nu.25.verſ. Vnde venditor, C. de act. empt.* & quod ſicut reſpectu emptoris, qui tradit pretium, & rem non habet, non eſt contractus vſurarius, ſi ſibi
50 promittatur iuſtum, & veriſimile intereſſe recompenſatiuum; ita etiam non debeat dici contractus vſurarius reſpectu venditoris, qui tradit rem, & non habet pretium, ſi ei ſoluatur iuſtum, & veriſimile intereſſe recompenſatiuum, voluit *Rota d. deciſ.340. ſub nu.5.6.p.1.*

51 Ampliatur dicta extenſio, vt procedat etiam in caſu, in quo emptor pretium quod ſoluit, accepiſſet ſub vſuris; quia venditor, qui rem venditam non conſignauit, tenetur ad illius vſuras, etiamſi rem quam vendidit eſſet ſterilis, & infructifera. *Bald. in dict. leg.2. nu.6. verſ. Vltimò pone, C. de vſur. Laurent. de Rodulph. in ca. conſuluit p.2. quæſt. 119. nu.39. de vſuris.*

52 Quæ ampliatio habet quoque locum in ſimilibus contractibus, vt puta in locatione, & conductione, *Bald. & Laurent. de Rodulph. in locis prælicitatis Ioan. de Anan. in ca. conqueſtus ſub num.3. verſic. quarto, de vſur.* & cæteris quos adducit. *Ant. Gabr. commun. concl. lib.3. tit. de empt. & vendit. concl.4. num.19 ampliat.14.*

Quamuis *Sa yc.* quem citant *Io. de Anan. & Gabr.* contrarium ſenſerint.

ARGVMENTVM.

Frater fratri, an de euictione teneatur pro re in diuiſione obuenta, quę poſtea detegitur conducta.

Locator quid pręſtari debeat conductori, vt de euictione non teneatur.

Et quibus caſibus conductor de euictione agat aduerſus locatorem.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni, & in ea locum habet euictio, n.2.*

3 *Frater non tenetur de euictione, vel ad ſupplementum alteri fratri, cui contingit prædium conductum.*

Primò ampliatur, etiamſi appoſita ſit clauſula pleno iure, num.4.

Secundò ampliatur, etiamſi fuerit dictum diuidi bona quomodocunque ad eos ſpectantia, vel pertinentia, nu.5.

6 *Locator vt de euictione non teneatur, debet tradere conductori rem locatam, ita quod ea vti, & frui liceat.*

Et tenetur ad intereſſe, vbi in ea debet fieri aliqua refectio, num.7.

Item tenetur traditam poſſeſſionem probare, n.8.

9 *Clauſula conſtituti traditionem, & poſſeſſionis apprehenſionem non probat.*

10 *Locator præſtando rem ſemel conductori non liberatur, niſi etiam præſtat patientiam ſucceſſiuam.*

Et ei incumbit onus probandi, quod à principio patientiam præſtiterit, & contractum impleuerit, num.11.

Fallit, ſi conductor dicat ſe poſtea impeditum, quia probare debet impedimentum, n.12.

13 *Impedimentum non præſumitur.*

14 *Locator, qui patientiam conductori non præſtitit, tenetur ad intereſſe.*

Declaratur, num.27.

Etiam, quod agatur de iuribus incorporalibus, num.15.

16 *Patientia in locatione inducitur & iuſtificatur per vſum rei locatæ, etiam violentæ.*

Et patientia ſatisfit, ſi per locatorem à principio præſtatur cautio, nu.17.

18 *Locator agens aduerſus conductorem exprimere debet præſtitiſſe patientiam ſucceſſiuam, & quod conductor vſus eſt re locata.*

Et quod habuit rem liberam, vacuam, & expeditam numero 19.

Etiam quod in inſtrumento adſit iuramentum, n.20.

21 *Res plures vbi vnica mercede fuerant locatæ, conductor poteſt à conductione reſilire, etiamſi vna tantum re vti ſit prohibitus.*

22 *Locator licet non tradit rem locari promiſſam, tradendo rem æquè commodam liberatur.*

Declaratur procedere re integra ante traditionem: ſecus, ſi poſt, num.27.

23 *Locator non præſtans patientiam ſucceſſiuam, vel rem æquè idoneam, quatenus locauerit rem alienam ſcienter, tenetur ad intereſſe: ſi vero ignoranter, tenetur tantum ad remiſſionem mercedis.*

Sed verius quod teneatur ad intereſſe, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter locauerit, num.24.

25 *Intereſſe in locatione, & conductione qualiter debeatur, remiſſiuè.*

26 *Conductori ſemper ſaluum eſt ius probandi patientiam non fuiſſe præſtitam, etiam ſtante ſtatuto, quod conductor proteſtari debeat, ſi patientia non præſtetur.*

28 *Conductor agit de euictione, etiam nulla facta denunciatione: & agit veteri actione ex conducto, n.29.*

30 *Locatio ſi fiat ad certum tempus, & euictio cadat in vltimis diebus, ſeu annis, euictio in totum debetur, ſi ratione defectus iuris euincatur quia res ſit aliena; ſecus ſi ex iure tantum poſt conductionem, quia tunc euictio pro rata tantum debetur.*

31 *In conditione, & locatione actio non datur niſi ſequuto implemento ex parte agentis.*

Etiamſi non fuerit impletum in modico, nu.32.

33 *Creditor re conducta euicta contra locatorem agere poteſt ad intereſſe, non quod euicta ſit res, ſed quia vti frui non licet.*

Fallit, ſi locatio facta fuerit à procuratore putà Equitis Hieroſolimitani fructuum Commendæ, & pecunia anticipatè ab eo recepta fuerit; quia Commendatore defuncto ante fructus collectos conductori non obligatur, n.34.

35 *Locator, quando declarauit ſe nolle teneri de manutentione rei locatæ, non tenetur de cautione, nec debet aliquid pręſtare, niſi dolum.*

Quæſt. CXLIX.

1 DIximus in quæſtione præcedenti ab hac ſecunda locationem, & conductionem proximam eſſe venditioni, & emptioni, adeo quod eiſdem etiam regulis conſiſtat, *l.2. in prin. ff. locati. & de conduct. & inſt. eod. in prin.* &

euictionem locum habere, vt tradit *Caroc. de loca. in §. euictio, numero primo*, licet in aliquibus differant, vt infra ſuo loco dicetur.

3 Nunc quæro, an frater de euictione teneatur alteri fratri, cui in diuiſione obuenit prædium conductum; vel etiam ad ſupplementum. Qua in quæſtione *Gozad. conſil. 58.* negatiuè reſpondit; ea ratione, quia fratrum intentio fuit diuidendi bona communia, ſed res conducta non eſt communis ratione diuiſionis, quæ includit ius in re, quod non accedit in ea conducta ſequitur *Caroc. in d. §. euictio, nu 81.* vbi ampliat duobus modis.

4 Primò, vt procedit etiamſi appoſita ſit clauſula pleno iure; quia intelligitur ratione ſubiectæ materiæ, plenius, vel minus. *Ang. in l. Iulian. ſi hominem, §. ſi. ff. de rei ven.* qua ratione dicitur non operari in patiēte nō apto recipere.

Addo ego, quod pleno iure dicitur quis rem habere, quamuis ſubiacet reſtitutioni euictionis, vel ſimilibus caſibus. *Alex. conſ. 162. viſis his. quæ copioſè num 5. lib. 6. latè Tiraq. in l. ſi vnquam in fine n. 21. C. de renoc. donat. per tex. in l. 1. C. eod. tit.* vbi licet libertus pleno iure poſſederit, id quod ei patronus donauit; tamen ob ſuperuenientem ingratitudinem retractatur: cum non ex hoc dici poſſit, quod nō poſſideatur pleno iure; licet ius contingat reuocari. *Bald. in l. 2. in prima lectura nu. 2. & in ſecunda lectura in princ. C. de renoc. donat. & eſt tex. in leg. generaliter, §. ſub conditione, ff. qui, & à quib. manumiſſ.*

5 Secundo ampliatur, etiam ſi fuerit dictum diuidi bona quomodocunque ad eos ſpectantia, vel pertinentia, quia id intelligitur ratione dominij, vel poſſeſſionis, vt notatur in *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.*

6 Locator autem vt non teneatur de euictione, debet rem conductori cum effectu tradere, alias conductor penſionem ſoluere non tenetur, ſi eam non poſſederit ita, & taliter, quod illa vti, & frui poſſit, quia etiam vbi in ea fieri
7 debet aliqua refectio, conductor agere poteſt ad intereſſe aduerſus locatorem. *Angel. conſil. 311. num. 3. Hippoll. Rimin. conſil. 94. n. 23. lib. 1. conſil. 366. num. 30. & conſil. 411. num. 49. ad finem, & nu. 97. lib. 4. Borgnin. deciſ. 43. num. 64. & deciſ. 44. num. 49. ad finem & ſeq. Caballin. in Milleloq. qu. 3. p. 1.* in quibus locis habetur, quod locator tenetur
8 traditam poſſeſſionem probare. Cæterum inſtrumentum locationis etiam cum clauſula conſtituti traditio-
9 nem, & poſſeſſionis apprehenſionem non probat. *Natt. conſil. 306. nu. 4. lib. 2. Ruynus conſil. 44. nu. 11. lib. 4. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 2. num. 2. & ſeqq. Borgnin. d. deciſ. 44.*
10 *num. 44. in fine*, locator tamen præſtando rem ſemel conductam non liberatur, niſi etiam præſtet patientiam ſucceſſiuam, ita vt conductor poſſit ea vti, & frui, *l. ſi quis domum, & ibi Bart. & l. ex conducto in princ. ff. locati, & conducti*, vnde ſi locator petat conductorem condemnari ad
11 ſolutionem mercedis, & ille excipiat cum ſibi non præſtitiſſe patientiam vtendi, ac fruendi rebus locatis, eidem locatori incumbit onus probandi, quod à principio patientiam præſtiterit, & per conſequens contractum impleuerit *leg. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. leg. a ex conducto in princ. & ibi Bald. ff. eod. Oſaſch. deciſ. 51. numero 8. & eum ſeq. Ludou. comm. concl. concl. 14. verſic. infertur 39.*
12 quæ probatur ex poſſeſſione præambula. *Magon. deciſ. Lucenſ. 69. num. 4. & ſeq.* ſi tamen conductor dicat ſe poſtea fuiſſe impeditum, tunc is tale impedimentum proba-
13 re debet, quia eſt fundamentum ſuæ exceptionis, *lege in adoptionibus, ff. de probat.* non enim præſumitur impedimentum, *lege in commeatus de re milit. Felyn. in cap. ſi pro debilitate numer. 7. de offic. deleg. Oſaſch. dict. deciſ. 51. num. 8.*

14 Cæterum vbi patientia non præſtatur, locator tenetur ad intereſſe, notatur *in l. corruptionem, C. de vſufr. & in leg. 2. ff. de verb. oblig. Capb. conſ. 557. & 577. libro 4. & conſil.*
15 *718. num. 9. libro 5.* etiam quod agatur de iuribus corporalibus, quæ tamen inducitur, & iuſtificatur per vſum rei
16 locatæ etiam violente, vt per *Magon. vbi ſupra num. 5. &*
17 *ſeq.* patientiæ autem ſatisfit ſi per locatorem à principio præſtatur cautio per ſe, neque per eius hæredem fieri, quominus conductori vti, frui liceat, ſecundum *Oſaſch. d. deciſ. 51. nu. 6. per l. datum, §. ſi iter, ff. de act. empt. Becc. latè conſ. 45. nu. 19. Caroc. vbi ſupra nu. 21.*

18 Ideò in contingentia facti, locator agens exprimere debebit præſtitiſſe patientiam per tractum ſucceſſiuum: & quod conductor habuit, & vſus eſt re locata *Bal. in leg. conductor per illum text. ff. locat. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe, verſ. ſecundo quærit, ff. de legat. 1. Iaſ. in §. actionum, nu. 147. Inſtit. de act. Becc. conſ. 45. numer. 29. poſt Socin. conſ. 125. poſt*
19 *princ. lib. 1.* vbi quod habuit rem libera, vacuam, & expeditam, *Iaſ. in l. diuortio, num. 11. ff. ſol. matr.* etiam quod in instrumento ad ſit iuramentum, quia per illud non excludi-
20 tur exceptio proueniens ex natura contractus, vt per *Caroc. in d. §. euictio num. 9.* & incorporalibus ceſſit non ſufficit pro patientia *Oſaſch. d. deciſ. 51. nu. 21. Put. deciſ. 281. num. 4. lib. 2.*

21 Et ex his infero, quod ſi plures res vna mercede omnibus fuerunt locatæ, conductor poteſt à conductione reſilire, etiamſi vna tantum re ſit prohibitus, *argum. leg. ſi duos ff. de contrahen. empt. ita reſpondit. Ioan. de Imol. conſil. 39. numer. primo, quem ſequitur Tiraquell. de retract. lignag. §. 23. gloſ. 1. num. 3. & Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 1. num. 18.*

22 In materia tamen notanda ſunt inſcripta.

Primò quod locator, licet non tradat rem locari promiſſam, tradendo rem æque commodam, liberatur. *Paul. de Caſtro, in leg. ſi quis domum, limitando dictum text. ff. locati*, quod intelligas, vt infrà *nu. 27.*

23 Secundò, quod ſi locator non præſtat patientiam ſucceſſiuam, vel rem æquè idoneam, quatenus locauerit rem alienam ſcienter tenetur, ad intereſſe, ſi autem ignoranter tenetur tantum ad remiſſionem mercedis, ſecundum *Gl. quam ſequitur Paul. de Caſtro in dict. leg. ſi quis domum.*

24 Sed quod immo verius, quod intereſſe debeatur ſiue ſcienter, ſiue etiam ignoranter quis locauerit, ſicut is, qui vendidit rem alienam, probatur ex *tex. l. Titius, §. finali, ff. de act. empt. & in l. hac diſtinctio in fine*, ibi, intelligendum eſt autem, *ff. locati.*

25 Qualiter autem intereſſe in hac locati, & conducti materia debeatur, adeas *Aret. conſ. 111. col. 2. Roma. conſ. 178. Soc. conſ. 188. nu. 3. & conſ. 125. nu. 7. lib. 1. Iaſ. conſ. 119. nu. 1. lib. 1. Pariſ. conſ. 38. num. 17. lib. 1.*

26 Tertiò, quod ſaluum eſt ſemper conductori probandi patientiam non fuiſſe præſtitam, etiam ſtante ſtatuto quod conductor proteſtari debeat, ſi patientia non præſtetur. *Grat. conſ. 83. lib. 1.*

27 Quarto, quod ea concluſio, qua dicitur, locato rem excuſari præſtando intereſſe, vel rem aliam æquè commodam procedit re integra ante traditionem ſecus, ſi poſt *Fuſch. lit. P. num. 111.*

28 Quintò, conductorem agere de euictione etiam nulla facta denunciatione *Ruyn. conſ. 77. verſic. non obſtat libr. 3.* quod non procedit in venditione in qua requiritur de-
29 nunciatio, vt latè diximus ſuo loco & agitur de euictione ex noua cauſa; ſed in locato, & conducto agitur ex veteri actione ex conducto, vt per *Ruyn. vbi ſupra, & per Caroc. in d. §. euictio, num. 27.*

30 Sextò, quod ſi fiat locatio ad certum tempus, ſi cadat euictio in vltimis diebus, ſeu annis, euictio in totum debetur, ſi ratione defectus iuris euincatur, quia res ſit aliena; ſecus ſi ex iure tantum poſt conductionem, quia tunc pro rata tantum debetur *Caballin. de eo, quod intereſt ſub num. 130.*

31 Septimò, quod in hac locati, & conductori materia

actio

actio non datur, niſi ſequuto implemento ex parte agentes, *leg. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, & l. filiæ licet, Cod. de colla. Corn. 106. num. 5. libro primò, & conſ. 208. nu. 33. lib. 2. & conſ. 12. nu. 3. libro 1. Crauett. conſ. 151. Socin. iun. conſ. 77. num. 142 lib. 1. Gozadin. conſ. 9. num. 16. Menoch. conſil. 364. & conſ. 55. in princ. lib. 2. Decian. conſ. 102. numer. 9. & 17. libr. 3. Crot. conſ. 65. nu. 12 conſ. 96. num. 9. Beccan. conſil. 144. nu. 11. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 50. per tot. Boer. deciſ. 299. nu. 9. Rol. conſ. 57. num. 17. lib. 1. Grat. conſ. 52. lib. 2. Natt. conſ. 360 ſub num. 1. de magis recepta ſententia Rol. conſ. 69. num. 41. libr. 4. Burſatt. conſ. 53. num. 6 lib. primo, & conſ. 101. num. 15. eodem lib.* etiam non fuerit impletum in
32 modico. *Natta conſ. 679. nu. 19. Cagnol in lege ſi quis maior, quæſt. 20. C. de tranſact.* inquiens hoc eſſe dictum ſingulare, & quotidie ſolutum in Palatijs allegari. *Caroc. in d. §. euictio, num. 81. & ſeqq. plur.* vbi alia ſubiungit ad rem facientia.

33 Octauò, quod conductor re conducta euicta contra locatorem agere poteſt ad intereſſe, non quod euicta ſit res, quam ipſe non poſſidebat; ſed quia vti, frui ad tempus conductori non licet, *l. fundus, ff. locati, & l. officium, ff. de rei vendic.*

34 Fallit, ſi locatio facta fuit à procuratore Equitis, puta Hieroſolymitani fructuum Commendæ, & pecunia anticiparè ab eo recepta fuerit; quia Commendatore defuncto ante fructus collectos, conductori non obligatur, ad *text. in leg. Procurator, ff. de procurat.*

35 Illud quoque omittendum non eſt, quod locator vbi declarauit in contractu locationis, ſe nolle teneri de manutentione rei locatæ, cenſetur conſenſiſſe qualecunq; ius quod erat apud ſe: nec ideò tenetur de euictione, nec debet aliquid præſtare, niſi dolum, *l. penult. in fine, ff. de euict. Alba conſ. 352. num. 11. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

Locator ſi promittat non inferre moleſtiã condutori durante locatione, quãdo nihilominus ea ſibi permittatur.

Euictio, quãdo cenſetur impedimentum, & moleſtia quando, fuit promiſſum de euictione.

Conductori quando liceat à conductione recedere, non obſtante obligatione Camerali.

SVMMARIVM.

1 *Promittens non inferre moleſtiam, intelligitur promiſiſſe, niſi quis agat ſecundum naturam contractus.*

Et niſi controuerſia de natura contractus oriatur, nu. 4.

2 *Alienans rem, quæ poſtea detegitur libellaria, fideicommiſſaria, emphyteotica, ſeu feudalis, eandem petere poteſt ex iure ſuperuenienti.*

Et de ratione ibidem.

3 *Locator, ſi promittat conductori durante locatione moleſtiam non inferre, ſi pro ſuo vſu eget, poteſt illum expellere, ſi talis neceſſitas ei tempore locationis non immineret.*

Fallit, ſi locator in ſpecie promiſerit conductorem non expellere, etiamſi pro ſuo vſu indigeret.

Et de ratione, num. ſeq.

6 *Pacto poteſt ſubmoueri, quod eſt de natura contractus.*

Prout, & quod venit ex natura contractus excipi poteſt, numer. 7.

8 *Regula, quod contractus ex conuentionem legem accipiunt, qualiter intelligatur.*

9 *Contractui licet aliqui adijciatur quod eius proprios, terminos egreditur, non ideo tamen ſubſtantia immutatur.*

10 *Euictio in venditione ac emptione præſtatur de natura contractus.*

Et hoc tacitè actum dicitur, niſi aliud pactum fuerit, numero 11.

Adeò quod paciſci poſſit, quod venditor de euictione non teneatur, & tamen contractus in aliam ſpeciem non tranſit, num. 12.

Et quatenus id conueniatur, venditor tamen ad pretij reſtitutione re euicta tenentur, num. 13.

14 *Euictio cenſetur impedimentum, & moleſtia data, quando fuit promiſſum de euictione quomodocunque, & quacunq; de cauſa, tam de iure, quam de facto, quæ verba operantur, vt etiamſi ſequatur impedimentum ſeu moleſtia de facto etiam iniuſto, & inualido, euictio debeatur, & committatur ſtipulatio.*

15 *Euictio ſolet eſſe quandoque ſola moleſtia, & ſi non ſoluit emptor pretium conueniri non poteſt, niſi venditor det ſibi fideiuſſores in caſu euictionis, ita vt inſtrumentum non debeat aliter exequi.*

16 *Locatori quemadmodum aliqua cauſa ſubſiſtente licet recedere a locatione, idem quoque licet conductori, & numer. ſeqq.*

Quia in eis militat eadem æquitatis ratio, nu 17.

Declaratur procedere quoad conductorem ſoluta penſione pro rata, vſque ad tempus neceſſitatis receſſus, nu. 19.

29 *Conductor poteſt recedere a locatione ſuperueniente dignitate legationis, ſeu Præſidatus, non obſtante iuramento, obligatione Camerali, & alijs clauſulis, quæ in huiuſmodi locationibus ſolent apponi.*

Quidquid aliqui voluerint, & quibus, & adductis per eos reſpondetur, nu. 21. 23. & 24. & ſeq.

24 *Obligatio Cameralis admittit ſolum exceptione ſolutionis, falſitatis nouæ conuentionis.*

Sed quod immo ex veriori vltra illas tres exceptiones, exceptiones alias contineat, quæ tacitè, & intrinſecè veniunt ex natura contractus, cui talis obligatio adijcitur, nu. 26. & ſeq.

Vt puta exceptio implementi tacita, & intrinſeca contractus, licet non ſit de tribus, nu. 27.

26 *Obligationis Cameralis executio non impeditur, nec retardatur, quando exceptio eſt turbida.*

28 *Locationis contractu reſolutio, reſoluitur etiam effectus obligationis Cameralis adiecta in ipſa locatione.*

29 *Promiſſio ſoluendi appaltum gabellæ intelligitur, quatenus appaltus duret.*

30 *Exceptio non dicitur turbida, vbi de illius veritate conſtat perclaras allegationes iuris abſque aliqua facti probatione.*

Fallit, quando neceſſariæ forent probationes facti, numero 31.

32 *Conducens ſcienter rem alienam, cogitur ſoluere penſione; ſecus, ſi ignoranter.*

Quæſt. CL.

Titius vendidit, ſeu locauerit fundum cum promiſſione de non moleſtando; quæritur, an ſi emptor; vel conductor moleſtetur, euictio debeatur.

1 Et in hac quæſtione dicitur, quod promittens alicui non inferre moleſtiam, intelligitur niſi agat ſecundum naturam contractus, quia, qui agit ſecundum naturam contractus, non dicitur agere contra con-

tractum.*Bald.in lege prima,num.13 C.de vſur.* & ideò licet
2 vendens alienauerit rem,quæ poſtea detegitur libellaria,
fideicommiſſaria feudalis, ſeu emphyteotica, poteſt tamen agere, & eadem petere ex iure ſibi ſuperuenienti, vt
dicam ſuo loco,& de natura emptionis, & venditionis eſt
vt poſt perfectam venditionem periculum ſit emptoris,
3 *l.1.C.de peric.& commod.rei vendit.* Quod etiam applicatur locationi,& conductioni, quæ ſi fiat de domo vſque
ad certum tempus, & locator promiſerit durante tempore conductionis moleſtiam non inferre, nihilominus poterit locator conductorem expellere, ſi pro vſu ſuo indigeat, & talis neceſſitas ei tempore locationis non imminerat, quia hoc intelligitur eſſe natura locationis, & con-
4 ductionis,*c.propter ſterilitatem,§.1. de locat.& conduct. & l.æde.Codic.eodem,* quam quando aliquis promittit alicui
moleſtiam non inferre,ſanè intelligitur, niſi controuerſia
ex natura eiuſdem contractus oriatur,*leg.quæſtio,§.inter locatorem, ff.locati.* & in terminis ita reſpondit *Natta conſ.25.num.1.& infra.*
5 Quæ concluſio fallit, ſi locator in ſpecie promiſerit
conductorem non expellere, etiamſi pro ſuo vſu indigeret *Ang.in leg.æde.C.loca.Nat.d.conſ.25.*& ratio eſt, quia
6 quod eſt de natura contractus, poteſt pacto ſubmoueri,
leg.pacifici,ff.de pact.gl.in leg pacta conuenta, ff.de contrah. empt.Bart.in l.2.num.7. de iure emphyt.& tradunt omnes in l.2.ff.ſi cert.pet.& in ſpecie Fulgoſ.ſub numer.9. verſ. du-
7 *bium eſt,& Alciat.n.5.* & ideo quod venit ex natura contractus,excipi poteſt,*l.fundus,& ibi not.Bal & Imol.ff.ſol.*
8 *matr.* & de his naturalibus intelligitur etiam regula vulgaris,quod contractus ex conuentione legem accipiunt,
9 *l.1.§.ſi conuenit,ff.depoſit.l.contract.ff.de reg.iur.* & quamuis contractui adijciatur aliquid, quod eius proprios terminos egreditur; non ideirco tamen ſubſtantia immutatur,*l.Lucius Ti.l.die ſponſaliorum, §.1.ff.depoſiti, Crot.in repet.lege ſtipulatio hoc modo concepta ſub nu.51. verſ. iſta opinio,ff de verb.oblig.*
10 Quare videmus in propoſito, quod de natura emptionis, & venditionis eſt, vt venditor euictionem præſtare
11 debeat, *leg.ex empto in princ.ff. de act.empt.* & hoc tacitè
actum intelligitur,niſi aliud pactum fuerit,vt in *d.l.Lucius*
12 *quo fit*, vt paciſci poſſit quod venditor de euictione non
teneatur; & nihilominus contractus in aliam ſpeciem
non tranſit *Gl.in leg. pacta conuenta ff. de contr.empt.* etſi
13 id conuenerit;tamen re euicta,venditor tenetur pretium
reſtituere, niſi aliter in ſpecie conuentum fuerit, *l.emptorem,§.fin.verſ.ibid.ait,& ibi Bart.notat.ff.de act.empti, & Bald.in l.non dubitatur paulò poſt prin.C.de euict.Caſtr.in d. §.vlt.& in l.Lucius Titius,§.quinimò nu.7.verſ.in text.ff.de pact.* & dixi ſæpè in hoc tractatu.
14 Euictio autem cenſetur impedimentum, & moleſtia
data,quando fuit promiſſum de euictione quoquo modo
& quacunque de cauſa, tam de iure, quam de facto; quæ
verba operantur,vt etiamſi ſequatur impedimentum, ſeu
moleſtia de facto etiam iniuſto, & inualido, euictio debeatur, & committatur ſtipulatio, ita vt promiſſores teneantur,*l.etſi transferatur,ff.de adim.lega l.3.in fin ff. de fi-*
15 *de inſtr.Bal.conſ.121.* Nicolaus vendidit, qui ait, quod
euictio ſolet eſſe quandoque ſola moleſtia,& ſi non ſoluit
emptor pretium conueniri non poteſt, niſi venditor det
ſibi fideiuſſores in caſu euictionis, ita vt inſtrumentum
non debeat aliter exequi.
Sed quæro, an quemadmodum licet locatori recedere
à locatione,idem quoque liceat conductori;& dicendum
16 eſt quod ſic:nam ad hunc effectum receſſus à contractu
locationis,tam conductor, quam etiam dominus, ſeu locator æquiparantur, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio, vt in ſpecie concludit *Abb.in c.propter ſterilitatem numero 7.& 8.& ibid.Ioan.And.col.ſecunda,poſt med.verſic.& ſicut locator domus,& ibi Imol.columu.16.in princ. verſ. an autem conductor aliqua cauſa ſubſiſtente nu. 11.Henric.Boich.col.3.in princ.verſ.& hæc vera. Card.in c. verum num.3.& 4.Ant.de Butr.nu.6.locat.Fulgoſ.in l.cum plures,& in l.ſi in leg.§.ſi domus,ff.eod.tit. Marſil.ſing 615. in fin.Boer.deciſ.249.num.9.* vbi expreſſe reprobat *Nic.*
17 *de Mattarel.*ob eandem rationem æquitatis, quæ militat
in conductore, prout in locatore, & idem in ſpecie concludit *Rol.conſ.69. num.23.ad 28.lib.4.Soem.iun.conſ.120.*
18 *num.3.vſque ad 6.lib.3.* vbi in terminis loquitur de ſimili
receſſu conductoris, & ante hos voluiſſe legitur *Alber.in leg.1.§.ſi penſio,ante finem,ff.de migrando.* vbi quod neceſſitas perſonæ Inquilini, & locatoris æquiparantur ad effectum recedendi à locatione, ſoluta penſione pro rata,
vſque ad tempus neceſſitatis receſſus, vt ſeruetur æqualitas, *§.illud quoque ad finem in Auth. de non eligen. ſecun. nuben.* & concludunt omnes ſuperius relati Doctores *in d.c.propter ſterilitatem,*& hæc eſt receptior ſententia. *Roman.conſil.432.* quidquid dixerint *Couar.pract. quæſt.cap. 30.numero 3.& Ripa de peſte parte ſecunda, tit.de priu con-*
19 *tract cauſ.peſt nu.19.ad 22.*& ſupradictis ſequentibus noſtram ſententiam adducuntur *Molin. plura adducens de contract.diſput.499.num.5.& 6.& Felynus conſil.43. numero 5.ad 9.*
20 Et propterea ſi ſuperueniat dignitas legationis, ſeu
Præſidatus non obſtante iuramento, obligatione Camerali, & alijs clauſulis, quæ in huiuſmodi locationibus
ſolent apponi licitum eſt recedere à conductione *Gomez. variar.reſol.tom.2.c 3.ſub nu.6.verſ.*Item quando locator
de locat.& conduct.latè *Grat.diſceptat.lib.3.c.534. nu. 48. ad 57.*qui alios adducit.
21 Non mouet quod diſpoſitio *l.æde. C.locat. & c.propter ſterilitatem eodem tit.* fundentur in ſterilitate ſuperueniente poſt contractum, & ſolum militet ad fauorem locatoris ratione dominij penès eum exiſtentis,non autem
extendatur ad conductorem, qui non habet ius ita pingue, vt locator ad tradita in ſpecie per *Rip.in d. tract. de peſt.parte 2.ſub numer.20.verſic.Non obſtant contraria,& num.21.Couarr.pract.quæſt.dicto cap.30.* & ante illos *Barbat.in dicto c.propter ſterilitatem*; quoniam verior eſt ſu-
22 prædicta per nos firmata opinio ex adductis *Doctor.* quibus adducitur *Gl.in l.ſi in leg. §.ſi domus in verſ.ſtatim agere verſ.nam,& dominus,& ibi Bal.num.1. verſic. & dicit Alber.num.4.Caſtr.num.primo,ff.locati,alia Gloſ.in lege prima, § ſi penſio in ver.*Ita tamen,*& ibi Bar.numer.primo, verſic. contra,ff.de migrand.Boer.conſ.45. nu.21.libr.1.Gabr. conſil. 75.nu.2.verſic.& quod Inquilinus lib.1.Ber conſil.45.num. 21.Valaſch.de empb.q.22.ampliat.6. num.6. Caror. de loca. part.4. tit.de recuſ.q.4.num.3.Carpan.ſuper Conſtit.Mediol. cap.379.numer.347 & 348.part.2.Ferron.ſuper conſuetud. Burdegallen.libro primo, tit.3.§.3.verſic tum, & extendo, vbi in ſpecie reprobat Rip. in tractat. de peſt. parte prima, numer.18.& Nicola.de Mattarel. & Boer.dicta deciſ. 249. num 9.*
23 Non obſtat ratio in contrarium adducta ratione dominij, & plenioris iuris ex parte locatoris;quoniam iſta
ratio non conſideratur in materia receſſus à conductione, cum in ea ſolum attendi debeat defectus conſenſus,
qui militat tam in locatore,quam etiam in conductore:
quia quemadmodum locator non locaſſet, ſi huiuſmodi
neceſſitatem præuidiſſet, ita neque conductor conduxiſſet, ſi de tali mutatione ſtatus cogitaſſet, ob quam non
permitteretur ei frui re locata:ſemper enim lex prouidet
ei, qui non potuit præcauere talem neceſſitatem *Bald. in l.æde num.1.& ibid.Angel.Cod.locati.Imol.in d.c.propter ſterilitatem nu.29.eodem titul.Magon.deciſ. Lucenſ.75. nu. 6.ad 9.Ferron.in conſuetud. Burdegallen.lib primò,tit.3.§.3. verſ.tum extendo fol. 99.*
24 Non obſtat,quod contra obligationem Cameralem
non admittuntur niſi illæ tres exceptiones, ſolutionis,
falſi.

falſitatis,& nouæ conuentionis. *Caſſadorus in deciſ. vnica num.2. de mutat. poſit. cum alijs per Rotam coram Reuer. P. D. Litta in Romana præténſa executionis contractus 27.*
25 *Maij* 1594. ita quod turbida reddatur exceptio iſta conductoris: quo caſu non impeditur nec retardatur executio. Rota coram Cardin Millino in Cremon. aquarum 5. Maij 1599. maximè, quomodo eadem exceptio reſpicit iudicium ordinarium diſceſſus à locatione, quod expectat tres conformes,& requirit altiorem indaginem, quæ in hoc iudicio admittenda non eſt. *Canar. de exec. inſtr. q. 51. Rota coram Sanct. deciſ. 120. n. 17.*

26 Nam ex veriori cenſemus aduerſus obligationem Cameralem iuratam, vltra illas tres exceptiones, etiam omnes alias, quæ tacitè, & intrinſecè veniunt ex natura contractus, cui talis obligatio adijcitur obijci poſſe *Ant. Galleſ. de oblig. Camer. par. 4. q. 1. n. 10 Rota coram Card. Seraph.*
27 *deciſ. 321. n. 20.* & ſic exceptio, putà implementi tacita, & intrinſeca contractus, licet non ſit de tribus, paſſim tamē admittitur aduerſus obligationem Cameralem iuratam, *l. Iulianus §. offerri, ff de act. empti. Galleſ. de oblig. Camer. p. 4. q. 1. num. 7. quem ſequitur Rota in Romana de Gabriellis 19. Iunij 1595. coram R. P. D Orano, impreſſ. poſt tract. de Camer. oblig. deciſ. 116. num. 1. & coram R. P. D. Cocema Decano in Aſculana pecuniaria 15. Martij 1606. vbi ſupra deciſ. 14. n. 1. & 2. & coram bo. mem. R. P. D. Manzanedo in Rom. pretij ſundaci 1. Iunij 1607. impreſſ. poſt tract. Pacific. de Salman. interd. deciſ. 193. in ſecunda editione, & latè Carol. de Craſſ. in tract. de excepc. c. 13.*

28 Quare dicuntur, quod reſoluto contractu locationis reſoluitur etiam effectus ipſius obligationis Cameralis adiectæ in ipſa locatione, *l. ex conducto, ff. locat. Galleſ. de oblig. Camer. p. 4. num. 12. Rota coram D. Card. Millino in Camerinen. pecuniaria 3. April. 1598.* bi quod promiſſio ſol-
29 uendi appaltum gabellæ intelligitur quatenus appaltus duret. *Rota coram R. P. D. Coccino in Parmen. datij 27. Iunij 1612. impreſſ. poſt dictum tract. de oblig. Cameral. deciſ. 113. num. 1. & coram Card. Pamph. in Romana nullitatis obligationis 23. Ianuarij 1602. vt deciſ. 50. n. 7. in fine p. 1. in recentior.*

30 Neq; exceptio conductoris dici poteſt turbida, vbi de illius veritate conſtat per claras allegationes iuris abſque aliqua facti probatione: quo caſu dicitur exceptio liquida & ſufficiens ad effectum retardationis. *Philip. Franc. in c. ad decimas num. 11. de reſtit. ſpoliat. in ſexta quem ſequitur Rota coram Card. Seraph. deciſ. 183. num. 6.* quidquid aliud
31 ſit, quando neceſſariæ forent probationes facti. *Io. Andr. in dict. cap. ad decimas, & in cap. dudum in ver. nos igitur de elect.*

Et in prædictis cum caſus contigerit, videas quoq; *Gratian. diſcept. c. 740. per tot. lib. 4.*

32 Supradictis addas, quod ſcienter conducens rem alienam, cogitur ſoluere penſiones, *Caroc. de locat. p. 3. titul.* ſi conductor ſciens: ſecus ſi ſit ignorans, *Coſt. de facti ſcient. et ignor. centur. 1. diſt. 64. n. 6.*

ARGVMENTVM.

Venditor an & quando tenetur liberare rem alij locatam, ſeu obligatam.
Emptor quando tenetur perquirere qualitates & pacta rei venditæ, & locatæ, & venditor eas exprimere, ad hoc vt teneatur vel non de euictione.
Et quid de hypotheca, & alijs clauſulis.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor non tenetur liberare rem venditam alij locatam, ſeu obligatam emptore ſciente, niſi in hunc caſum fuerit promiſſa euictio.*
2 *Succeſſor ſingularis tenetur ſtare colono, quando ſciuit colonum extare, & rem eſſe locatam.*
3 *Emptor quando eſt certificatus de iure quod tertius habet in re, tunc venditor alienando cenſetur ſolum vendere ius, quod habet, & n. 17.*
Secus, ſi ignorauit, quia venditum cenſetur quicquid intra confines continetur, n. 4. 22. & ſeq.
5 *Venditor vbi ſolum ius quod quis habet, emptor tenetur ſtare colono, & ſuccedit in ius venditoris qualecunque ſit.*
Neque emptor opponere poteſt, quod res non ſit libera, ſed à colono occupata, n. 6.
7 *Emptor ſciens rem eſſe locatam, debet perquirere locationis pacta conditiones, & qualitates, alias ei imputatur.*
Quod procedit etiam reſpectu rei, n. 8.
Et ſat eſt quod emptor factus ſit dubius, qualis eſſet facta locatio, n. 10.
Non tamen requiritur ſcientia hypothecæ, vbi adeſt ſcientia locationis, n. 18.
Sed ſufficit ſcientia in genere, rem eſſe locatam, n. 20.
9 *Mulier non excuſatur, quæ ignorauit ſtatuta loci, vnde maritus erat ortus.*
11 *Dubius habetur pro ſciente, cum debuerit perquirere.*
Et ita limitatur regula, quod dubitans, & ignorans æquiparantur, n. 12.
Præſertim, quando de facili certificari potuiſſet, n. 13.
Et quando tenebatur inueſtigare, & perquirere, n. 14.
15 *Emens ſcienter rem emphyteoticam fideicommiſſo ſubiectam, ſeu aliam ſimilem in qua cadit euictio ex ſui natura, agere non poteſt de euictione.*
Quamuis euictio ſit de natura emptionis. n. 16.
19 *Hypotheca, & alia clauſula appoſitæ in inſtrumento ad eius obſeruantiam, venditorem non obligant in plus, nec augent obligationem.*
21 *Scientia in emptore, rem ſcilicet venditam alteri eſſe obligatam, ex quibus arguitur.*
23 *Emptor ignorare præſumitur onera, et conditionem rei venditæ.*
24 *Venditor dicitur in dolo, qui non exprimit omnes rei venditæ qualitates.*
Nec ſufficit expreſſio generica, vel confuſa enunciatio, ſed requiritur expreſſa, & ſpecifica, n. 25.
26 *Venditor vendendo rem, non ſufficit, ſi dicat vendo ius quod habeo, niſi etiam dicat, quod res eſt feudalis, vel talem habere ius in ea re, & quale ſit illud ius.*
27 *Contrahens tenetur perquirere, & indagare qualitatem eius cum quo contrahit, quando agitur de ipſis perſonis contrahentibus.*
Fallit, ſi agatur de qualitate rei, nempè an ſit affecta aliquo vitio, n. 28.
29 *Venditor malè agit, qui ſciens ſuam deteriorationem, & vires patrimonij ad nihilum redactas, vendit abſque certioratione.*
Neque is etiam tali caſu emere poteſt, habita fide de pretio abſque certioratione, cum alias præſumatur fraus, ac dolus, n. 30.

Quæſt. CLI.

INſuper quæritur, an quando emptor certior fuit factus rem ab eo emptam, ſeu emendam alteri eſſe obligatam, ſeu locatam, agere poſſit aduerſus venditorem, vt liberetur, vel etiam valeat expellere colonum.

1 Nam

Digitized by Google

1 Nam quoad liberationem ſæpè dixi in hoc tractatu,
data ſcientia emptoris, venditorem non teneri, vt plenè
poſt alios reſpondit *Surd.conſ.13.& 15.lib.1.* niſi tamen
in hunc caſum fuerit promiſſa euictio.

2 Et quoad expulſionem coloni, dicitur, quod licet ſin-
gularis ſucceſſor regulariter non teneatur ſtare colono;
regula tamen hæc limitatur, quando ſucceſſor ſciuit colo-
num extare, & rem fuiſſe locatam: quia tunc eum expelle-
re non poteſt: nam emptor quoniam eſt certificatus de
3 iure, quod tertius habebat in re, tunc venditor alienando
cenſetur ſolum vendere ius quod habet, vt tradunt om-
nes *in leg.ſi domus,§.vltimo,ff.de leg.1.l.qui tabernas, ff.de
contrah.empt.l.cum venderes, ff.eod.vnde Bal.in rub.C.de
contrah.empt.num.6.* dicit notandum; quod aut emptor
4 ſciebat, & venditum cenſetur ſolum ius quod venditor
habebat, aut ignorabat; & tunc venit, quicquid intra con-
fines continetur, ita declarando *tex in d.l.qui tabernas,
Bald.in d.rubr.in l.cum alienam,C.de legat.et in l.ex prædijs,
C.de euict. Alex.conſ.63.num.10.lib.6. Ludou.Bologn.conſil.
2.col.5.verſ. nec dicatur.Surd.d.conſ.13.n.29.& deciſ.265.
n.8.at deciſ.173.n.5.Menoch.conſ.1134.num.3.& 8.lib.12.
Rota in Romana locationis Caſalis 5. Ianuarij 1610. coram
R.P.D.Ottembergo.*

5 Cæterum, vbi quis vendit ſolum ius quod habet, em-
ptor tenetur ſtare colono, cum in ius venditoris ſuccedat
qualecunq; illud ſit, nec plus iuris in eum tranſlatum præ-
tendere poteſt, quam haberet venditor in ſpecie *Bero.
conſ.2.ſub num.12.& 15.lib.1.Gozad.conſ.24.num.7.Caph.
conſ.718.num.12.& 15.Burſ.conſ.101.num.5. Caroc.in tra-
ctat.de locat.p.2.cap.71.num.37.* & ante hos idem ſcripſit
6 *Iaſ.in l.filiofam.in fine,ff.de leg.1.* nec per conſequens em-
ptor opponere poteſt, quod res non ſit libera, ſed à colo-
no occupata, cum eodem modo occupata extiterit penès
venditorem, cui ſufficit tradidiſſe rem eo pacto, quo fieri
poteſt, vt per *Surd.d.deciſ.265.ſub num.29.& 36. qui num.*
7 43. addit, quod vbi emptor ſciuit, rem eſſe locatam, debe-
bat inquirere dictæ locationis pacta, & conditiones, ac
8 qualitates: alias eſt eis imputandum, *leg.qui cum alio, ff.de
reg.iur.* quod procedit etiam reſpectu rei, ad ſcripta per
Cuman.conſ.26.ſub num.1.verſ.nec obſtat, quod illa mulier,
9 vbi dicit, non excuſari mulierem, quia ignorauit ſtatuta
loci, vnde maritus erat ortus. *Rol.de lucro dot.q.16.Menoc.
de recup.poſſ.remed.14.numer.21.& de præſumpt.lib.3.præ-
ſumpt.88.num.52.Dec.conſ.124.n.19.lib.3. Nat.poſt Imol.
quem allegat conſ.426.num.16.Surd.d.deciſ.265. ſub n.46.*
10 qui fortius addit, ſat eſſe quod emptor factus fuerit du-
bius qualiter facta eſſet locatio: quoniam dubius habetur
11 pro ſciente, ex quo debuit inquirere, iuxta *Baldi Doctr. in
cap.1.§.perſonam vero per quos fiat inueſtit.* quem ſequitur
*Aluarot.n.3.Præpoſit.ſub num.1.verſ.quæro hic dicuntur,&
12 Afflict.num.15.Iaſ.in l.quandiu num.7.Cod.qui admitt* vbi
ſic limitat regulam, quæ vult quod dubitans, & ignorans
æquiparantur. *Sfort.Odd.in tract.de reſtit.q.8.num.48.&*
13 49. præſertim, quando de facili certificari potuiſſet, vt
per *Bald.in d.l.manifeſtiſſimi num.8 C.de furt.* & quando
14 tenebatur inueſtigare, ſecundum eundem *Bal.in d.§.per-
ſonam verò per quos fiat inueſtit. Houd.conſ.30.num.31.lib.
1.facit l.ſi in venditione,in princ.ff.commun.prædior.* & quod
dicitur de emente ſcienter rem alienam, qui non agit de
euictione, *l.ſi fundum ſciens,C.de euict.l.ſi o matre,C.de iu-
re dot.l.ſi fratres,& ibi notatur, C.commun.vtriuſq.iud.* &
15 ideò emens ſcienter rem emphyteoticam fideicommiſſo
ſubiectam, & aliam ſimilem, in qua cadit euictio ex natu-
ra rei, agere non poteſt de euictione. *Rota deciſ.152.n.4. et
deciſ.211.num.1.p.2.diuerſ.& deciſ.682.num.1.p.1. diuerſ.
Honded.conſ.31.num.42.lib.1.Surd.deciſ.208.num.1.* & la-
tè fuit dictum per *Rotam in Bonon. de Blanchettis 20. No-*
16 *uembris 1601. coram Card.Millino:* quamuis euictio ſit de
natura emptoris l. non dubitatur vbi *Bal.C.de euict,Bar.in
l.qui concubinam,§.ſi hæres, ff.de legat.3. Aret.in §.actio-*
17 *num nu.32.inſtitut.de act.* nam emens rem aliquo onere
affectam ſcienter ius tantum venditoris emiſſe cenſetur,
vt ſuperius dixi *dict.leg.qui tabernas*, & fuit reſolutum à
Rota in Tiburtina Caſtri Sancti Poli, coram Card. Platto.

18 Et quatenus obijceretur, non ſufficere ſcientia locatio-
nis, cum requiratur etiam ſcientia hypothecæ.

Reſponderi poteſt, quod immo ſcientia hypothecæ
non requiritur, cum ex ſola ſcientia locationis obligetur
19 emptor ad eius obſeruantiam, & hypotheca & aliæ clau-
ſulæ appoſitę ad eundem finem venditorem non obligent
in plus, nec augeant obligationē quæ oritur ex ſola ſcien-
tia, vt in terminis decidit *Surd.d.deciſ.265. nu.37.& ſeqq.*
20 quodque ſufficiat ſcientia in genere rem eſſe locatam,
21 *Bero.d.conſ.2.n.17.lib.1.* quæ in ſpecie colligitur ex inti-
matione inſtrumenti, & inhibitione facta, ex quibus co-
gitare potuit emptor de hypotheca, quæ apponi conſue-
uit in his, & ſimilibus inſtrumentis. *Natt.conſ.426.n.16.in
fine.Rota coram Sanctiſs.in deciſ.90.per totam.*

22 Et hæc, vt dictum, locum habent, quando emptor ſci-
uit: non tamen ſic eſt, quando ignorauit, quoniam em-
23 ptor præſumitur ignorare onera, & conditionem rei ſibi
venditæ, *arg.l.verius,ff.de probat.poſt Alex.Ruyn. Bertran.
& Gomeſ.dixit Surd.d.conſ.13.n.32.lib.1.*

24 Quinimò venditor dicitur in dolo, non exprimēs om-
nes rei venditæ qualitates & conditiones, *l.vna ver.planè
vbi Gl.Bal Alberic.Fulg.& Salyc.ff.de peric.& commod.rei*
25 *vend.* nec ſufficit generica, & confuſa enunciatio, ſed re-
quiritur expreſſa, & ſpecifica, *l.tenetur,§.fin.ff.de act.empt.*
26 *vnde Alex.conſ.14.num.4.lib.5.* ait, quod non ſufficit, ven-
ditorem dicere vendo ius quod habeo; niſi etiam dicat,
quod res eſt feudalis ſi tamen ſcit eſſe feudalem: quemad-
modum non liberatur, ſi dicat talem habere ius in ea re,
niſi dicat etiam quale ſit illud ius. *Alex.conſil.109.num.10.
lib.4.& habetur per Surd. dict.conſ.13.num.33.& 34.38.&
40.Alex.conſ.60.ſub num.2.lib.5.& Cagnol.in d.l. qui cum
alio.*

In his tamen, vt alias dixi conſiderari poſſunt duo ca-
ſus.

27 Primus quorum eſt, quando agitur de ipſis perſonis
contrahentium; & hoc caſu contrahens tenetur perquire-
re & indagare qualitatem eius cum quo vult contrahere,
ſicuti dictam l.qui cum alio, declarant & intelligunt ſcri-
bentes omnes, vt oſtendit *Menoch.de præſumpt.lib.3.præ-
ſump.66.Caphalus conſ.363.n.99.lib.3. & Surd.dicto conſ.
13.n.66.lib.1.*

28 Secundus eſt caſus quando agitur de qualitate rei, nem-
pè an ſit affecta aliquo vitio; & dicto caſu emptor contra-
hens perquirere, & indagare non tenetur qualitatem, &
conditionem ipſius rei; cum onus illud ſit venditoris, de-
tegere, vt ſæpè dixi; & latè declarat *Surd.in d.conſ.13.n.38.
& 40.Menoch.plures referens d.conſ.1134.n.12.& 13. lib.
12.& Surd.deciſ.288.n.55.*

29 Quin etiam malè agit venditor, qui ſciens ſuam dete-
riorationem, & vires ſui patrimonij ad nihilum redactas,
vendit abſq; certioratione; neque tali caſu emere poteſt,
30 habita fide de pretio abſque tali certioratione, qua non
facta, dolus, & fraus in eo eſt præſumenda, ad ſcripta per
*Bar.Caſſan.conſ.52.viſo proceſſu nu.6.& 7. & Maſcard.de
prob.concl.531.n.112.*

ARGVMENTVM.

De euictione promittens, an, & quando
prohibeatur vel non recuperare rem
venditam, vel locatam ratione iuris
ſuper-

Digitized by Google

ſuperuenientis poſt venditionem, vel locationem.

Et clauſulæ in his apponi ſolitæ, qualiter interpretantur.

SVMMARIVM.

1 *Venditor promittens de euictione, non prohibeatur recuperare rem venditam ratione iuris ſuperuenientis poſt venditionem, & n. ſeqq.*

Primò fallit, ſi venditor promiſerit non mouere controuerſiam: quoniam illa intelligitur etiam de futuro, & ſtatim abſque ſententia committitur ſtipulatio, n. 13.

Declaratur procedere, quando per promiſſorem moueretur lis, ſecus ſi per alium, n. 14.

Secundò fallit, quando promiſſum eſt non moleſtare, omni iuris & facti exceptione remota: quia promiſſio hac continet factum ſucceſſiuum, ita quod inferri non valeat aliqua moleſtia ex ſuperuenienti iure, n. 16.

Tertiò fallit, ſi fuerit renunciatum omni legum, & ſtatutorum auxilio, n. 20.

Sed videas n. 23. & ſeqq.

Quartò fallit, ſi res vendita ſit iure proprio, & in perpetuum n. 21. At vide n. 28.

Primò declaratur procedere, quando verba vniuerſalia relata ſunt ad caſus, & modos euictionum, quia dictum ſit ex quacunque cauſa, vel quocunque modo, n. 23.

Secundò intellige, vt n. 24. et infra.

Quintò fallit, ſi promiſſum fuerit nullo vnquam tempore moleſtare, et habere licere, n. 17. Sed vide n. ſeqq.

Sublimitatur quando verbo non ſunt ita ampla, lata, et pinguia, n. 18.

2 *Caſus futurus contingens poſt venditionem, non pertinet ad venditorem, ſed videas n. 13. et ſeqq. vſque ad fin.*

3 *Renuncians non tenetur renunciare iuri, quod ex noua cauſa ſuperuenit.*

4 *Res quando euincitur ex ſui natura, et negocij, euictio non debetur, et n. ſeq.*

Niſi ſpecifica hoc in caſu euictio promittatur, n. 5.

Et præſertim, ſi emptor ſciuerit qualitatem, et naturam rei quia debuit ſibi proſpicere, n. 6.

7 *Regula, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, non procedit, quando res euincitur ex natura rei, vel qualitate inherente rei, vel ex præordinatione auctoris.*

8 *Euictio quando ſequitur ex natura rei, non ſolum agi non poteſt contra venditorem ad penam euictionis, ſed nec ad damna, nec ad intereſſe, vel expenſas litis, neq; ad fructus perceptos ante, vel poſt litem captam, tanquam acceſſorios ad rem principalem: licet etiam de euictione promiſſum ſit.*

Niſi id promittatur in ſpecie, ibid.

Fallit in pretio quod reſtitui debet, niſi ſcienter voluerit emere illam rem, quam ſciebat aliquando debere reſtitui, numero 9.

Declaratur quod in caſu, quo pretium eſt reſtituendum, ſolum tenebitur ad illud, quod venditionis tempore quis accepit, cum augmentum, & diminutio non conſideretur, ſed ſolum bonitas, & ſtatus tempore contractus, n. 10.

Idemque procedit in locatione, feudo ac ſimilibus, n. 11.

12 *Venditor in caſibus, in quibus de euictione non tenetur, debet cauſam iuribus, ac inſtrumentis muniri, tueri, ac inſtruere.*

15 *Stipulatio habere licere, de qua in §. ſi quis forte, reſpicit ſingula momenta temporum, & continet factum ſucceſſiuum.*

19 *Retractus ratione agi non poteſt quando in venditione fuit promiſſum de euictione, & non moleſtare per verba lata, & pinguia, & agendo exceptione repellitur.*

Prout ſi fuit renunciatum, omni legum, & ſtatutorum auxilio, n. 22. Sed vide num. ſeqq.

25 *Generalis ſermo non includit perſonam loquentis.*

26 *Promittens de euictione, non creditur promiſiſſe aduerſus ſeipſum, in cauſis, & caſibus, pro quibus de euictione non tenetur.*

27 *Remiſſio iuris proprij non præſumitur, vbi alia cadere poteſt coniectura.*

29 *Euictionis periculum pertinet ad venditorem, quando euictio habet originem tempore venditionis, vt quia res vendita erat aliena, vel alteri obligata.*

30 *Ius ſuperueniens ex noua cauſa poſt contractum renunciatum, non cenſetur per generalia verba tendentia in futurum.*

Ampliatur etiam procedere, ſi dictum ſit, quod quis renunciat omni iuri quod habet, vel in futurum habere ſperat, num. 31.

Quæſt. CLII.

1 FRequens eſt etiam quæſtio, quam ſupra tetigimus, an promittens euictionem, prohibeatur recuperare rem venditam ratione iuris ſuperuenientis poſt venditionem; & non prohiberi dicimus.

2 Quia futurum caſus contingens poſt perfectam venditionem non pertinet ad venditorem. *Roman. qui dicit notandum conſ. 503. in fine num. 13. verſ. vnde eſt conſequens, & ibid. Mandoſ. in addit. in ver. nouiter. Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres ſub num. 77. verſ. tertio corollarie nota, ff. de verb. oblig. per tex. in l. Lucius, ff. de euict. l. ſi patronus non aluerit, ff. de bon. libert. cap. 2. de renunt. Surd. conſ. 70. num. 18. lib. 1.*

3 exemplo eius, qui renunciat omni iuri, quod habet, vel habere ſperat: non enim intelligitur renunciaſſe iuri, quod ex noua cauſa ſuperuenit *Alex. conſ. 46. n. 4. lib. 1. Anchar. in q. 17. num. 7. par. 2. Rom. conſ. 22. & ibidem Addent. in ver. renunciare. Rip. in d. §. duo fratres n. 11.* de quo tamen habentur plura per *Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 9. nu. 223. cum ſeqq.*

4 Et fortius, quando res euincitur ex natura rei, & negotij, quo in caſu indubiè non debetur euictio, quaſi imputandum ſit ei, qui ita contraxit, quia ſimplex etiam ſtipulatio de euictione intelligi debet ſecundum quod eſt de natura actus ſuper quo interponitur, *l. ſi ſtipulatur in princip. de vſur. l. ſi legati ſerui nomine, ff. de leg. 1.* vnde ſpecificè

5 hoc in caſu euictio promitti debet, quia alias præordinatio auctoris, aut natura rei impedit hanc euictionem. *Bar. & alij in l. ſi familiæ, Cod. fam. hercif. poſt Gloſ. fin. ibid. verſ. Item quid ſi vni. Alex. conſ. 21. viſo compromiſſo, ſub num. 6. verſ. Tertio principaliter lib. 5. Ruyn. conſ. 72. num 5. Aret.*

6 *conſ. 3. conſultatio n. 1.* & eò magis, ſi emptor ſciuerit qualitatem, & naturam rei: quia debuit ſibi proſpicere, *l. ſi quis, §. domum, §. pen. ff. loc. Salyc. in d. l. ſi familiæ in fin. n. 9. verſ. ſecundò,* quod vbi res euincitur, *Cod. fam. hercif.* vt quando ſcilicet res eſt feudalis, emphyteotica, vel aliter reſtitutioni ſubiecta, *Bec. conſ. 24. n. 30. Surd. conſ 76. num. 17. lib. 1.*

7 & ita limitatur regula illa, quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l. vendicantem, Cod. de euict. Alex. conſ. 3. viſo proceſſu in princ. n. 1. lib. 3.* quia non procedit, quando res euincitur ex natura rei, vel qualitate inhærente rei, vel ex præordinatione auctoris, *Aret. conſ. 3. in princ. Grat. conſ. 29. n. 37. & 38. lib. 2.*

8 Quare etiam dicimus, quod quando euictio ſequitur ex natura ipſius rei, non ſolum agi non poterit contra venditorem ad penam euictionis, vt ſuperius fuit dictum; ſed neq; ad damna, neq; ad intereſſe, nec ad expenſas litis, nec ad fructus perceptos ante vel poſt litem captam tan-

quam

quam acceſſorios ad rem principalem,licet etiam de eui-
9 ctione promiſſum fuerit, niſi ſpecialiter de illis conuentū
extiterit:quidquid aliud ſit in pretio, quod reſtituendum
10 erit, niſi ſcienter voluerit emere illam rem, quam ſciebat
aliquando debere reſtitui,& in caſu,in quo teneretur pre-
tium reſtituere, ſolum tenebitur ad illud , quod venditio-
nis tempore accepit, cum augmentum, & diminutio non
conſideretur,ſed ſolum bonitas,& ſtatus tempore contra-
ctus,vt in præmiſſis latè reſpondit *Menoch.conſil.*418. *per*
11 *tot.lib.*5.qui idem concludit in locatione,feudo,ac ſimili-
bus,de quibus per *Gozadin.conſil.*25. *verſic.quarto reſpon-
deo.Dec.conſil.*411.*num.*4.*&* *Natt.conſil.*181.*num.*8. *libr.
primo*.

12 In caſibus tamen in quibus venditor de euictione non
tenetur,debet litem iuribus, & ſuis inſtrumentis munire ,
tueri,& reſtituere , *Rebuff.de dilat.art.*5.*num.*49.*tom.*3.&
ea,quæ ſuperius dixi in principio , quod nempè futurus
13 caſus contingens poſt perfectam venditionem non per-
tinet ad venditorem,limitantur non procedere,ſi promi-
ſerit venditor non mouere litem,ſeu controuerſiam:quo-
modo illa intelligi debet etiam de iure futuro , ad *tex.in
terminis in l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis fortè,vbi Ang.& Iaſ.in
princ.Bar.in ſummar.Caſtr.in princ.Alex.num.*1. *&* 2. *ff.de
14 verb.obligat.* adeò quod ſtatim committatur huiuſmodi
ſtipulatio etiam non expectata ſolemnia , quando per
promiſſorem mouetur lis,& controuerſia,quicquid aliud
ſit,quando mouetur per tertium *Paul.de Caſtr.in dict.§.ſi
quis fortè num.*2.*&* 3.*& Alex.num.*9.*Tiraq. de retract. li-
gnag §.*1.*Glo.*9.*n.*122.*latè Soc.ſen.conſ.*288. *ſub nu.*34.*verſ.
15 circa ſextam,et vltimam quæſtionem lib.*2.vbi poſt Fulgoſ.
concludit,quod in illa ſtipulatione habere licere,de qua
16 in *d.§.ſi quis fortè* ; inſpicienda ſunt ſingula momenta
temporum quia continebat factum ſucceſſiuum ; ſicuti
idem eſt , quando promiſſum fuiſſet non moleſtare omni
iuris & facti exceptione remota,quæ promiſſio ſic ampla
continet factum ſucceſſiuum , ita quod inferri non valeat
17 aliqua moleſtia ex iure ſuperuenienti:quod idem dicitur,
quando fuit promiſſum nullo vnquam tempore moleſta-
re,& habere licere, vel aliquam moleſtiam non inferre ;
ſunt enim hæc verba æquipollentia , & omnia continent
factum ſucceſſiuum:quicquid aliud ſit,quando verba non
ſunt ita lata,& pinguia, vt diſtinguit *Soc.d.conſ.*288.*num.*
18 35.*& cenſuit Ang.Aret.conſ.*127.*n.*3.*& per tot.* vbi quod
ex dictis verbis excluditur quis a petitione retractus,præ-
ſertim,quia in caſu ſuo aderat promiſſio per venditorem
facta de euictione , de quà etiam tenebatur ſi non promi-
ſiſſet,ſed ſimpliciter vendidiſſet,*l.*1 *et* 2. *ff. de euict.l.em-
19 ptorem,§.vltimo,ff.de act.empt.* vnde agendo ad retractū,
exceptione repelli poteſt,*l.venditorem,ff.de euict. Bar.in
d.l.qui Romæ,§.duo fratres verſic. oppono contra textum, ff.
de verb.oblig.*

20 Quæ præſertim procederent, ſi fuerint renunciatum
omni legum & ſtatutorum auxilio , per quam renuncia-
21 tionem quis excluditur à beneficio vendicationis , & res
vendita fuerit iure proprio , & in perpetuum : ita quod
venditio non diceretur perpetua , ſi poſſet prætendi re-
troceſſio,prout latè omnia prædicta comprobat *Aret.d.
conſ.*127.*n.*7.*et* 8.*et per totum,cum alijs per Bero.conſ.*172.*à
num.*4.*vſque ad* 8.*lib.*1. vbi loquitur in retractum cui per
22 dicta verba fuit præiudicatum cum omnibus iuribus,quæ
tam in re,quam in ſpe competere potuiſſent, *l.ſi fundum
per fideicommiſſ.ff.de leg.*1.*l.nihil,§.*1.*vbi Paul. de Caſtro eo-
dem tit.*

23 Sed quod attinet ad hoc vltimum replicari poſſet,quod
illud procedere valeat, quando verba vniuerſalia relata
ſunt ad cauſas,& ad modos euictionum, quia dictum fuiſ-
ſet,ex quacunq; cauſa,vel quocunq; modo,quia tunc in-
cluderentur modi, & caſus, pro quibus alias non debere-
tur euictio,*Gl.in l.cum pæna ff.de arbitr.quam ibi aduertunt
Bald. & Florian. cum pluribus concordantibus adductis à
Tiraq.de retract.lignag.ad fin.tit.num* 98.& verba ſuperius
24 relata,non ad cauſas euictionum,ſed ad tempus referun-
tur,ſcilicet de manutentione in perpetuum aduerſus alios.
Vel etiam rebus ſic ſtantibus,dummodo non ſuperueniat
caſus,ad regulam,*l.quod Seruius,ff.de cond.cauſ.dat.*& ideò
cum dictæ clauſulæ cum promiſſione de euictione,referri
poſſint ad euictionem extraneorum , non debent referri
25 ad perſonas contrahentium , quia in generali ſermone
non includitur perſona loquentis,*l.*1.*ff.de Senat.& leg.In-
26 quiſitio,C. de ſolut.* neque credi poteſt, vt de euictione pro-
mittens promiſerit aduerſus ſe ipſum in cauſis,& caſibus,
27 pro quibus de euictione non tenetur,quoniam nunquam
iuris proprij præſumitur remiſſio , vbi alia cadere poteſt
coniectura,*l.cum de indebito,§.fin.ff.de probat.l.Campanus,
ff.de oper.libert.& c.* ſuper hæc extra de renunc.

28 Prout nec illa verba, iure proprio , negotium faciunt :
quia etſi venditionis contractus pro ſui natura ſemper
ita ſtipulatur,attamen ex eo non infertur,quod intelliga-
tur de iure ſuperueniente , de quo venditor non cogita-
uit,ſed illa verba intelligo,vt res ita vendita ſit,quod ea
ab alijs non euinceretur, vt quia eſſent aliena, vel etiam
nunc eſſent ſua,& id ſciret,ſecus, ſi ignoraret iſtud ius , &
probabiliter credere potuit,caſum non euenturum .

29 Quare *Paul.de Caſtro in l.*1.*num.*1.*C.de periculo,& com-
mod.rei vendit.* dicit, quod periculum euictionis pertinet
ad venditorem, quando euictio habet originem tempore
venditionis,vt quia res vendita erat aliena,vel alteri obli-
gata Vnde *Bartol.in l.*1.*C.de poſſ.*quem alij ſequuntur,tra-
30 dit , quod ius ſuperueniens ex noua cauſa poſt contractū
renunciatum non cenſetur per generalia verba tendentia
in futurum,licet dictum ſit quod renunciat quis omni iu-
31 ri quod habet, vel in futurum habere ſperat, quia hoc ius
futurum ſi non dicatur expreſsè ex noua cauſa , intelligi-
tur de cauſa de præſenti,vel de præterito, vt per *Bar. ibi ,
& Iaſ.num.*17.*verſ.in tertiò membr.Zucchard.num.*159.*Rip.
num.*26.*refert,ac ſequitur Surd.conſ.*15.*num.*18. *& conſil.*
70.*n.*18. *lib.*1.

ARGVMENTVM.

Euincens, ſeu vendicans rem venditam , an & quando tenetur meliorationes , & impenſas emptori ſoluere.

Meliorationum æſtimatio qualiter fieri debeat , & à quibus , & quod tempus attendatur.

Item quando debeantur bonæ vel malæ fidei poſſeſſori , & quid in his ſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta non debentur, probata ſolum poſſeſſione , ſed requiruntur probatio,quod facta ſint à poſſidente .*

2 *Venditor vendicans , ſeu euincens rem venditam , tenetur emptori ſoluere melioramenta .*

3 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur compenſare impenſas cum melioramentis,& n.*6.

*Fallit in eo qui eſt dominus,licet reuocabilis, n.*4.

*Ampliatur , etiamſi grauatus ſit ſub conditione rem ipſam reſtituere,n.*5.*&* 7.

Ex-

Extenditur in marito num. 8.

Et in eo qui bona fide fundum dotalem emit à marito, n.9.

10 *Vſufructuarius quamuis teneatur facere de ſuo modicas impenſas etſi concernant perpetuam vtilitatem, tamẽ quando ex pacto vſumfructum reſtituit, repetere poteſt, ſeu etiam retinere omnes expenſas.*

Declaratur, quod dicitur de modicis impenſis, quando vſufructuarius non tenetur vſumfructum reſtituere, ſed vbi debet reſtituere vel reuendere, tunc detrahit impenſam etiam modicam: dum tamen concernat perpetuam rei vtilitatem, n.11.

Neque hoc in caſu fructus cum ex ædificijs, ſeu melioramentis erunt compenſandi, ſed æſtimatio ſoluenda, non habita fructuum ratione, quia fideicommiſſarius, emphyteuta, feudatarius, & ſimiles vſque quo ſeſſerit dies reſtitutionis, ſunt veri, & perfecti domini, n.12.

Contrarium habetur in pacto de retrouendendo, n.13.

Cui contrario reſpondetur, num. ſeq.

14 *Boer. deciſ 37. declaratur.*

Et limitatur ex mente Rotæ n.15. & ſeq.

16 *Melioramenta facta poſt denunciationem ne fierent, non recuperantur.*

17 *Melioramentorum valor ſi creuerit, vel decreuit, habetur ratio eius quod fuit à principio impenſum.*

Sed quod tempus, quo minus expenſum fuit, aut minus res valet, ſpectandum ſit, habetur, n.18.

Altera, & tertia fuit opinio, quod hoc ſit iudicis arbitrarium, num.19.

20 *Melioramenta vbi ſiunt à domino reuocabili, directo, vel vtili, fit æſtimatio inſpecto tempore reſtitutionis rei, non vt ruderum; Idemque obſeruatur contra eccleſiam, n.21.*

Declaratur procedere in ædificijs ſuburbanis, licet in æſtimandis vitibus, et arboribus aliter obſeruet praxis, de qua hic, n.22.

Quidquid aſſeruerit Coſta in remed ſubſid. 99. n.23.

24 *Fructus reſtituendi vbi ſunt, intelligitur deductis fructibus melioramentorum, qui ſunt proprij eius, qui meliorauit.*

25 *Meliorans vbi eſt bonæ fidei poſſeſſor, qui non habet dominium conſequitur quod minus eſt impenſum facta computatione, vt hic dicitur.*

26 *Eccleſia, ſeu minor, quando in integrum reſtituitur aduerſus contractum inſpicitur tempus factæ meliorationis, earumque impenſarum fit ſolutio, quas verè meliorationem feciſſe apparet, quamuis reſtitutionis tempore res pretioſior effecta fuerit, quam ſit quantitas impenſa.*

At ſecus, ſi ex aliquo accidenti, vt puta ex tempore ſunt attritæ meliorationes, quo factum ſit, vt minus valeat, quam eſſet impenſum, quia eo in caſu æſtimatio facienda eſſet ſecundum tempus præſens, n.27.

28 *Meliorationes faciens, ſi non pro ſe impendit, nec ad ſui vtilitatem, ſed pro domino qui fructus percipit, æſtimatio fit eius, quod meliorationis tempore fuit impenſum, abſq; eo quod attendatur incrementum, vel deterioratio.*

Et in his æſtimationibus faciendis adhiberi debent artis periti n.29.

Nec ſat eſt eligere quemlibet fabrum murarium, ſed bonum erit adhibere architectum artis inſtructum, n.30.

Cuius declarationi iudex aliquid addere, vel minuere non poteſt, n.32.

31 *Peritus quis in arte non præſumitur, niſi à partibus fuerit electus.*

33 *Peritis in eligendis, ſi partes non conueniunt, iudex eis citatis eligit, & ſi duo haberi non poſſunt, ſufficit vnius electio, num.34.*

Et quatenus duo eligantur, non ſufficit alterum ſolum referre, n.35.

36 *Melioramentorum æſtimatio fieri debet habita ratione malorum cum bonis, hoc eſt habito reſpectu ad totum corpus, non autem ad partem tantum melioratam.*

Et compenſantur deteriorationes cum melioramentis, n.37.

38 *Emptor malæ fidei ſciens grauamen rei reſtitutioni ſubiectæ, expenſas & melioramenta non recuperat.*

Et ibidem de ratione.

Contrarium habetur, n.39. & ſeq.

Fallit quando quis multum impenderet in platando arbores, vel quid ſimile, quod iuxta intentionem non acciderit, num.42.

40 *Fur, & quilibet alius malæ fidei poſſeſſor vtiles recuperat expenſas.*

Idem dicitur quoad expenſas neceſſarias, ſine quibus res periſſet, n.41.

43 *Melioramentis in æſtimandis, valor quoque laboris, & induſtriæ melioramentis æſtimandis eſt, ſiue per ſe, ſiue per alios meliorauerit.*

44 *Dictio tunc, extremitatem ſignificat, & eſt limitatiua.*

45 *De impenſis factis tempore bonæ fidei, iudicandum eſt vt de factis a poſſeſſore bonæ fidei, & è contra de factis tempore malæ fidei.*

Quæſt. CLIII.

VEnditor vendicans, vel euincens rem venditam, an teneatur ſoluere melioramenta emptori in ſe vendita facta, nunc quærendum eſt.

1 Qua in quæſtionis illud in primis notandum eſt, quod ſcilicet meliosamenta non debentur probata ſola poſſeſſione, ſed requiritur probatio, quod facta ſint à poſſidente, *Bart. in l.3. ff. quod met. cauſ. Paul. de Caſtro conſ.270. ſub n.4. verſ. ad vnum lib.2. Burſat. conſ.330. n.96. lib.3. Honded. conſ.85. n.41. lib.1. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.15. n.567.*

2 His ſtantibus, dicimus venditorem teneri ſoluere emptori dicta melioramenta, *arg. tex. l. in fundo, ff. de rei vendicat. & ibi Pantaleon. de Crem. num.95.* quem refert, ac ſequitur *Ant. Padill. in l. rem maioris, numer.52. Cod. de rei vendicat.*

3 Nam licet poſſeſſor bonæ fidei teneatur compenſare impenſas & melioramenta cum fructibus ſumptus de rei

4 vendicat. Id tamen intelligendum eſt in eo, qui non eſt dominus, non quando mimus in eo, in quem fuit translatum dominium, licet aliquo modo reuocabile, quoniam tunc habere debet fructus præcipuos, & melioramentis compenſare non tenetur. *Glo. in l. emptor in ver. ſuperfluum in fine de rei vendicat.* quam dicit ſingularem *Nicol. Boer.*

5 *deciſ.44. ſub num.20. & 21.* vbi ampliat, quamuis grauatus quis eſſet ſub conditione rem ipſam reſtituere. *Ruyn. conſ. 84. num.16. lib.1. ſcriben in l. deducta, ad Trebell. Felyn. in c.*

6 *Cum cauſ. col. vlt. de rei iudicat.* vbi inquit, quod quando poſſeſſor percipit fructus ratione ſolius poſſeſſionis, quia ſit poſſeſſor bonæ fidei fructus computabuntur in expen-

7 ſis melioramentorum, ſecus vero, ſi percepti ſint ratione proprij dominij pleni, vel vtilis, vt in emphyteuta, feudatario, & hærede per fideicommiſſum grauato. *Tiraquell. de retract. conuent. §.7. Gloſ.1. nu.4. plenè Menoch. d. remed. 15. num.573 & ſeq. Conar. variar. reſolut. lib.1. cap.8. num. 4. Boer deciſ.44. num.15. in marito reſpondit Alex. conſ.162.*

8 *lib.4.* Nam maritus iure ſuo lucratur fructus dotales, & compenſat cum oneribus matrimonij, & idcirco eos non

9 compenſat cum melioramentis ab eo factis. Idemq; procedit in eo, qui bona fide fundum dotalem a marito emiſſet, vt videlicet melioramenta per eum facta in dicta fundo detrahere poſſit ea ratione, quia emptor rei a marito cauſam habens non poterat ab vxore conueniri ad fructuum reſtitutionem, vt per *Alex. conſ.145. lib.6. ſequitur Corn. conſ.147. lib.2. & in marito idem Corn. conſil.86. num. 8. lib.4. optime Peregr. in tract. de fideic. art.50. p.3. num.64.* & no-

Digitized by Google

& notandum dixit *Surd.conſ.151.num.16.lib.2.* vbi ex hoc
10 concludit, quod licet vſufructuarius teneatur facere de ſuo modicas impenſas, etſi concernant perpetuam vtilitatem; tamen quando ex pacto vſumfructum reſtituit, repetere poteſt, ſeu etiam retinere omnes expenſas quoniã Doct. qui dicunt deducenda melioramenta vtilia, & neceſſaria, non diſtinguunt inter magna, ſeu parua, & licet parua ad vſufructuarium pertineant; id tamen fallit, quando non tenetur vſumfructum reſtituere, ſed vbi illum de-
11 bet reſtituere, vel reuendere, tunc detrahit impenſam etiam modicam, dum tamen concernat perpetuam rei vtilitatem, *leg.diuortio, §.impendia.ff.ſoluto matr.Tiraquell. de retract.conuent.Gloſ.1.§.7.num.4.in fine, Ceph.conſ.188. num.37.Bal.in l.eo,* qui emit cum pacto de retrouendendo *conſ.303. Ad euidentiam, in ſecundò dubio lib.1. Cagnol. in l.2.num.17.Cod.de pact.inter empt.& vendit.latè Pereg. d.art.50.par.3.num.64.& infra.Surd.d.conſil.155.num 14. lib.2.Menoch.conſ.454.numer.4.lib.5. Neguſ.de pign.in 4. membr.5.par.ſub num.19.verſ.qui autem, Modern.Pariſien. in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.1.Gloſ.5.num.79. quem ſequitur Didac.Couar.variar.reſol.cap.17.num.1. Ant.Pinell.in l.2. par.2.cap.3.num.1.in fine, Cod.de reſcind.vendit.Burgun.de Paz.tun.quæſt.7.num.74.et Palaez.de Morot.par.4.quæſt. 32.num.2. alios plures refert Ludouic. Molin.de Primogen. Hiſpan.lib.1.cap.26.num.14.* vbi, quod nec hoc in caſu fru-
12 ctus cum edificijs, ſeu melioramentis erunt compenſandi; ſed æſtimatio ſoluenda, non habita fructuum ratione, quia fideicommiſſarius, feudatarius, emphyteuta, & ſimiles, vſque quo ceſſerit dies reſtitutionis, ſunt veri, & perfecti domini, probarunt, *Gloſ.in l.emptor in ver.ſuperfluum in fine, ff.de rei vendic.* quam ibidem ſequuntur Doctores, pro ſingulari firmat, *Cremen.ſing.106. ſequuntur plures relati per Tiraq. in l. ſi vnquam verbo reuertatur num.135. C. de reuoc.donat. Pinell.in d.l.2.p.2.nu.62.& 63. Natt.conſ. 265.num.3.& 4.lib.2.Crauet.conſ.408 nu.13.lib.3.& conſ. 792.num.12.lib.5.Rim.iun.conſ 411.n.8 9.& 10.lib.4.Rol. conſ.30.num.4.lib.1. ita iudicauit Conſil. Neap. apud Vinc. Franc.deciſ.108.n.4 & idem quod ſupra tenuit Mattient.in l.Thaur.46.& hodie l.6.tit.7.lib.5. Nou.conſtit.Reg.in Gl. 3.num.4.*

13 Contrarium in pacto de retrouendendo tenere videtur *Boer.deciſ.47.n.2.*

14 Verum aduertendum eſt, Boer. vbi ſupra loqui in caſu, in quo licebat ſtatim retrahere, & non aderat pactum expreſſum, quod emptor poſſet meliorare.

Item, quia ibi nedum præceſſerat denunciatio de non reparando domum, ſed etiam facta fuerat conſignatio pretij in manibus iuſtitiæ, ex quibus acquiſitum fuerat ius retrahere volenti etiam, quod fructus a tempore conſignationis ſactæ, vt per eundem *Boer.d.deciſ.47.num.1.per text.in l.2.C.de pact.inter empt.& vendit.*

15 Quæ ſententia nihilominus fallit, & limitatur, ſi nondũ competebat ius redimendi, quia tunc denunciatio ante biennium nihil operatur tamquam præmatura, quæ in mala fide nequaquam conſtituit, & conſequenter facit,
16 quod melioramenta facta poſt huiuſmodi denunciatione recuperari nequeant; ſic in ſpecie declarat Rota in Terraceten. domus 7. Aprilis 1606. coram R.P.D. Manzanedo.

17 Num autem ſi creuerit, vel decreuerit melioramentorum valet, facienda æſtimatio ſit inſpecto tempore quo meliorata res fuerit, vel quo ipſa reſtituitur, non mediocris eſt difficultas.

Nam, quod quantitatis illius habenda ſit ratio, quæ verè fuit a principio impenſa, videtur *text. in l. domus, & ibi Doct.ff.de legat.1.Cagnol.in l.2.num.175. Cod.de pact.inter empt.& vend.Paul.de Caſtro conſil.28.num.14.lib.1.Gayll. ſing.obſeruat.lib.2.obſeru.121.Gabr.conſ.168. num.111.lib. 1.Tiraq.de retract.lignag.§.7.Gloſ.1.num.8.Rimin.iun.dict. conſ.411.num.51.& conſil.435.num.77.Ludouic. deciſ. Peruſ. 24.num.25.& deciſ.38.num.15.Grammat.deciſ.137.de crebriori Franc.Viu.opin.495.num.5.Fachin.controuerſ.iur.lib. 2.controu.23.Gabr.tit.de acquir.rer.domin. concluſ.1.num. 13.Petra de fideicomm.quæſt.15.num.171.Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.15.num.556.Garzias de expenſ. & meliorat.cap.24.num.3.Cæphal.conſil.311.num.39. Marzar. de fideicomm.qu.65.de magis communi Bero.conſil.96. num.4. lib.1.Ricc.collect.2060.Cardin.Tuſc.littera M. concluſ.181. num.9.*

18 Sed quod tempus, quo minus impenſus fuit, aut minus res valeat, ſpectandum ſit, voluerunt *Bartol. & Bal.in d.l. domos, ff.de legat.1.& ibi Ang.num.2. Caſtrenſ.num.7. Cumon.num.1. Alex.num.1 Iaſ.num.4.Bero.conſil.106. in fine lib.1.Ruyn.conſ.14.num.3 conſ.65.num.6.lib.4. Marzar.de fideic.qu.65.Capyc.deciſ.92.num.9.Burſatt.conſil.71. num. 22.Rol.conſ.28.num 14.& 15.lib.1.Odd.conſ.41.num.91.et in tract.de reſtit.in integr.quæſt.47.art.7. Menoch. d.remed. 15.num.565.Petra de fideicomm.d.q.15.num.273.Molin.de primog.Hiſp.lib.1.cap.26.num.13.Valaſch. de iure emphyt. quæſt.25.num.28.Rimin.iun.d.conſil.411.numer.38. & 71. lib.4.Simon.de Prætis de interp.vltim.volunt.lib.3.dubit.1. Solut.5.n.13.Natt.conſ.256.num.2.Barz.deciſ.23.num.14. Rim.conſ.123.n.18.19.& 20.Carol.Bardellon.conſ.23.num. 36.Borgnin.deciſ.44.n.62 par.2.Gabr.d.conſ.168. n.111.lib. 1.Theſaur.deciſ.252.num.1.Peregr.de fideicomm. d.art.50. num.70.de magis communi Card.Tuſc.littera M, concl.176. num.17.Put.de reintegr.feud.cap.12.num.8. Roſent.de feud. par.2.cap.10.concl.43.num.88.90.168.Rota coram Cardin. Seraphin.deciſ.898.num.2.deciſ.547. num.6.& deciſ.1051. num.1.*

19 Altera fuit ſententia, vt hoc iudicis ſit arbitrarium, qui rerum circunſtantijs, & temporum qualitate inſpectis in alterutrum inclinare poſſit, vt minus damnoſum ipſi videbitur. *Theſaur.deciſ.251.n.4. Pancirol.conſ.1.nu 92.Ioſeph.Ludouic.deciſ.Peruſ.58.n.9.Menoch.de arbitr. iudic.d. caſu 258.& latè ibidem in addit. & d.remed.15.n.565.Iul. Clar.in §.feudum qu.88 Burſatt.conſ.85.n.35.lib.1.Sim.de Præt.d.ſolut.5.n.16.Claud Bertaz.ad conſ.crim.515.ſui genitoris.Paeiſ. de Salutan.interdict.inſpect.2.n.214. Caroll. Bardellon.conſ.33.n.34.de veriori Macerat.variar.reſol.lib. 1.reſol.23.n.15.*

Ex quibus quam dubia ſit hæc quæſtio videmus.

Ideo pro illius reſolutione conſtituo plures caſus.

20 Primus eſt caſus, quando his, qui impendit, & ex ſua impenſa rem meliorem reddit, eſt dominus reuocabilis, vel directus, vel vtilis, in quo in caſu ſit æſtimatio, inſpecto tempore reſtitutionis rei, non ruderum, iuxta diſpoſitionem *d.l.domos, vbi Paul.de Caſtro Alex.& cæterum, ff. de legat.1.Natt.conſ.256.n.4.Pancirol.conſ.89 num.14. Menoch.de recup poſſ.remed.15.n.557.conſ.1254.& prius conſil.562.n.17.& conſ.454.n.4.& 6.lib.4.de arbitr. in addit. ad dictum caſ.258.num.61.& de præſumpt.lib.3.præſumpt. 32.num.6.Ioſeph.Ludouic.deciſ.24.numer.25.Cæph. conſil. 311.num.92.& 93. Magon.deciſ. Lucenſ.33. num.4.Ruyn. conſ.14.lib.4.Rol.conſ.28.num.18.conſ.30.num.6.lib.1.Carpan.ad Statut.Mediol.cap.400.num.10.Ludou.Morrot.conſ. 31.num.13.Valaſch.de iure emphyt.quæſt.25.num.28.Rimin.iun conſ.411.num.44.& conſ.800.num.12.Maſcard.de probat.concl.1037.num.19.Gayll.Tract.obſeruat.libr.2.obſeru. 121.num.12.Surd.de aliment.tit.5.q.11.num.41.tit.6. qu.8. num.18.Burgos de Paz.ciuil.quæſt.7.num.71. Caroc. de locat.par.4.tit de expenſ.q.2.n.22.Burſat.conſ.81.num.31.lib. 1.Molin.de primog.Hiſp.lib.1.cap.26.num.13. Fachin.lib.7. controuerſ.iur.controuerſ.65.Barz.deciſ.23.num.15. Molin. diſputat.493.ſub num.6.Mareſcott.variar.reſolut. lib.2. reſolut.114.num.10.Crauett.conſil.702.num.18. Sacch. conſil. 42.num.4.Fab.Turret.conſil.1.n.204. lib.2. Rota Auen.deciſ.158.n.5.& 7.Peregr.de fideicom.art.50.num.72.& dec.*

Digitized by Google

64.num.4. Schrader.de feud. par.2.par.9.princ.Sect.2.nu.
102.Theſaur.dec.52.num.2.Gamma deciſ.307.deciſ.308.n.
7.dec.310.ad finem,Alex.Rauden.var.reſolut.c.20 num.4.
Franch.dec.109.num.2.Boer.dec.44.num.13. Borgnin.deciſ.
44.num.63.& 64.par.2.dec.40.num.10 p.3.Card.Tuſch.in
liter.a M,concl.176.num.12.13.14.15.21.& 22. Roſental.de
feud.par.2.cap.10.concl.43.num.169. Sim.de Præt.de in-
terpret.vlt.volunt.lib.3. d.ſolut.5.num.15.& 17.de Franc.
de Pont.conſ.53.num.33.lib.1.Gratian.in addit.ad.dec.225.
Rota coram Card.Seraph.dec.898.num.2.Ricc.collect.2072.
Carol.Bardell.d.conſ.23.num.33. Guttier.Pract. q.lib.5.q.
68.num.18.ego ipſe in tract.de imputa.q.136. num.40.Coſta
21 in ſubſid.remed.99.num.6. vbi ait , in quoque obſeruari
contra eccleſiam.
22 Non tamen caſus ſupradictus ita ſimpliciter intelligē-
dus eſt,ſed declaratur procedere in ædificijs vrbanis. Ve-
rum in æſtimandis vitibus,& arboribus aliter ſeruat pra-
xis: videlicet, quod cum ille incrementum receperint a
ſolo, vt eorum, æſtimatio facienda ſit detracto meliora-
mento ſucceſſiuo ab ipſo ſolo,quod cedit domino fundi,
atq;ita æſtimatio fiet,quantum fuit impenſum tempore
quo factæ ſunt meliorationes,& plantationes, non autem
quantum de præſenti valeat : His enim attenditur quod
minus eſt expenſum,inſpecto tempore,quo impenſe factę
fuerunt,Carpan.ad ſtatut.Mediolan.c 417. num.749.part.1.
Marzar.conſil.11.num.1.Gamma deciſ.137.num.7 Bartol.
Caſtr.& Doct.relati per Vrſill.ad deciſ. Afflict.87.numer.3.
Borgn.deciſ.28.in addit.num.2.& 4.par.1.Barz.dec.23.num.
16.Gabr.de acquir.rer.domin.concl.1.num.13.Quidquid aſ-
23 ſeruit Coſta in d.remed.99. num.6.ſecutus Ruyn.in d.conſil.
14.n.3.lib.1.
24 Ita quoque ſi rei fructus reſtituendi ſunt , intelligitur
deductis fructibus melioramentorum , qui proprij ſunt
eius,qui meliorauit. Neguſ.de pign.memb.4. par.5.numero
2.Afflict.dec.87.Valaſch.deciſ.38.numero 26. Ant.Monac.
dec.Bonon.58.n.6.Borgn.dec.27.numero 24.28.67.par.1.de-
ciſ.28.n.8.dec.30.num.138. par.2.deciſ.37. num.85. dec.39.
num.26.& 27.part.3. Surd.dec.282.numero 20.dec.294 n.
11.Gamma dec.364. numero primo Garz.de expenſ.c.23.n.
54.Eſcobar.de ratiocin.comput.13.& 45. Rota coram R.P.
D.Accorombono deciſ.68.num.1.& 2.impreſſ.poſt tract.Pa-
cific.de Saluin. interd. in quibus fructibus diuidendis rata
fructuum ſoli,& rei computanda eſt.Borgu.dec.39.n.27.et
dec.40.n.10.par.3.
25 Secundus eſt caſus, quando is, qui meliorauit eſt bonæ
fidei poſſeſſor,ſed in ea re nullum habet dominium,& me
lioranti præſtatur,quod minus eſt impēſum,vt puta,ſi ex-
penſa fuerit centum, & fundus ob id factus ſit pretioſior
in cētum quinquaginta , reſtituēda erunt tantummodo
cētum,& ſui tantum,quantum à principio fuit impenſum
non quanti res fuit meliorata reſtitutionis tempore. Ita,
& è conuerſo,ſi cētum ſunt impenſa, melioratio autem
ſolum appareat in quinquaginta,dicta tamē quinquagin-
ta erunt obligatione,& ſic quanti de præſenti res valet;nō
quod fuit impenſum , l.in fundo in princ.iuncta Gl.in ver.
plus petitio,vbi Bart.& alij,& l.ſumptus,ff.de rei vend. Fe-
lyn.in c.cum cauſa,numero 28. de ſent.& re iud. Valaſch.de
iure emhyteot.q.25.numero 28.Sim.de Præt.de interpre.vlt.
volunt.lib.tertio d.ſolut.5.numero 15. Menoch.conſilio 454.
num.5.& 6.conſilio 562 num.17.& de arbitrar. deciſ.iudic.
in addit.ad caſ.258.num.61. Franch.deciſ.109. num.quinto.
Natt.conſil.256.num.4.conſilio 321.num.11. Rolan.conſilio
28.num.18.lib.1.Molin.de primog.Hiſp.libr.1.cap.26.num.
4.Neguſant.de pignor.memb.4.par.5. numero 11. Bertazzol.
conſilio ciuil.79.numero 15.Mareſcott.variar.reſol.lib.2. re-
ſol.114.numero 8. Borgn.dec.40.numero 10.par.3. Theſaur.
deciſ.251.Caballin.conſilio 144.numero 180.libro primo Con.
variar.reſolut.libro primo c.3.numero primo Burſat.conſ.71.
numero 33.Molin.diſput.473.numero 11. Rota dec.186.n.5.
par.2.in nouiſ.Pereg.de fideic.d.art.50.n.72.& 73.Ego ip-
ſe in d.tract.de imput.d.q.136 n 37.& 38.
26 Tertius eſt caſus, quando Eccleſia, ſeu minor in inte-
grum reſtituitur aduerſus contractum, quoniam tunc in-
ſpicitur tempus factæ meliorationis,ea umque impenſa-
rum ſit ſolutio, quas verè meliorantem feciſſe apparet,
quamuis reſtitutionis tempore res precioſior effecta fue-
rit,quam ſit quantitas impenſa. Ita Abb.in cap.1.num.4.
de reſt.in integr. & ibi Bero.num.38. Natta conſil.16.n.10.
Rota diuerſ.186.num.3 par.3. Alciat.conſil.23.in fin.par.3.
Sfort.Odd.de reſtit.in integ.q.47.num.33. Mareſcot.d.reſol.
114.n.6.Molin.d.diſput.463.ſub num.16. verſi.in poſteriori
autem.
27 Secus verò,ſi ex aliquo accidenti,vt puta ex tempore
attritæ ſunt meliorationes, quo factum ſit, vt minus va-
leant quam eſſet impenſum; quia dicto in caſu æſtimatio
facienda eſſet ſecundum tempus præſens, ne eccleſia, vel
minor,quibus per in integrum reſtitutionem fuit ſuccur-
ſum,ad ipſorum fauorem, & vtilitatem damnum patian-
tur, ſoluendo maiorem quantitatem, quam ad eos perue-
nerit,cum in cōcurſu potius permittatur damnum aduer-
ſarij,quam ipſius eccleſiæ, ac minoris, vt ſcripſit Bero in d.
c.1.n.4. de reſtit.in integr. per l.quod ſi minor.§.reſtitutio, ff.
de minor. Mareſcott.d.reſol 114.n.7.
28 Quartus eſt caſus,quando qui meliorationes fecit,non
pro ſe impendit, nec ad ſui vtilitatem , ſed pro domino
qui fructus percepit,quo caſu æſtimatio fit eius quod me-
liorationis tempore fuit impenſum, abſque eo quod at-
tendi debeat incrementum, vel deterioratio contingens
in pretio rerum,l.3.§.ſuffi.it, ff.de contrar.& vtil.act.tutel.
l.ſed an vitro §.1. ff.de neg.geſt. leg.ſi neceſſarias in princ.ff.
de pignor.act.Socin.ſen.conſil.26.num.9.lib.1.Mareſcot.var.
29 reſolut.lib.2.reſol.114.num.9.& ad illam æſtimationem
faciendam,tam in dicto caſu, quam in alijs præcedentibus
adhibendi erunt artis periti,iuxta tex.& Gloſ.in §.qui au-
tem de non alienan.reb.eccleſ. Sola ad conſtit. Saband.tit.de
excuſs.Gl.9.num.19.Menoch.de arbit.iud.caſ.503.num.14.
Bertazzol.conſ.ciuil.79.num.16. Sanz.de diuiſ.bon.libr.1.c.
4. num.14.
30 Nec ſat erit eligere quemlibet fabrum murarium , vt
prædixi, ſed bonum erit adhibere architectum peritia ar-
tis inſtructum , ſecundum Aret.conſil.83. Curt.iun.conſ.
165.n.20.Maſcard.de probat.conſ.1937.nu.14.Garz.de ex-
penſ.& meliorament.cap.vltimo,nu.19. Pereg.de fideic.art.
31 50.num.78. qui tamen tales non præſumuntur. Maſcar.d.
concluſ.1037.num.15. niſi partibus electi fuerint. Barz.de-
ciſ.23.num.22. Rota coram Card. Seraph. deciſ.986. quo-
rum declarationi iudex aliquid addere , vel minuere
32 non valet.Gabr.conſil.168.num.118.lib.1.Barz.dict.deciſ.
23.num.16.in fine. In quo, ſi partes non conueniant , iu-
dex ijs citatis eliget Bart.in l.Theopompus,num.9.ff.de dot.
prælеg. Arius Pinell.in leg.2.part.3.cap.vltimo,num.4.C.de
33 reſcind.vendit.Menoc.de adipiſc.poſſeſſ. remed.5. num.161.
& 163.& conſ.562. num.18.lib.6. Couar.var.reſolut.lib.2.
cap.13.num.5.Barz.d.deciſ.24.num.23.Tuſch.litera M con-
cluſ.183.numer.10. Petra de fideicom.quæſt.15.numer.306.
34 Gabr.dict.conſil.158. numer.99.Maſcard.vbi ſupra numero
17. Et ſi duo haberi non poſſunt , ſufficit vnius electio.
Menoch.dict.caſu 562.num.18.Lup.de vſur.commentar.2.§.
5.num.146. Garz.dict.cap. vlt.num.20. Tuſch.d.concluſ.
183.num.12.
35 Et quatenus duo eligantur, aduertendum eſt non ſuffi-
cere alterum tantum referre, Rota coram Card. Seraphino
d.dec.986.in fine,niſi denuò partes in eum ſolum conſentiant
Sarz.d.c.4.n.7.Tuſch.d.concl.283. n.13.Sarz.d.cap.4. num.
7.Tuſch.d.concluſ.283. num.13. Garz.dict.cap.vltimo num.
18.Lup.dict.§.5.num.147.Ruſtic.de fideicommiſſ.libr.4.cap.
8.n.63.
36 Dicta vero æſtimatio fieri debet habita ratione malo-

Digitized by Google

rum cum bonis,hoc eſt habito reſpectu ad totum corpus; non autem ad partem tantum melioratam. *Garz. d. cap.*
37 *vltimo,num.5. & 6.* & compenſari adinuicem debebunt deteriorationes cum melioramentis. *Pereg. de fideicom. art.50.n.79 Gab.d.conſ.168 n.111.libr.1.Petra de fideicom. quaſt.15.n.289.*

38 Quintus caſus eſt, quando tertius poſſeſſor à quo res empta euincitur, impendit in rebus fideicommiſſo, vel emphyteuſi ſubiectis mala fide, ex eo, quod ſciens rem eſſe tali oneri ſubiectam,nihilominus emit,quo in caſu concludendum videtur expenſas prædictas minimè recuperari poſſe, ex *tex.in leg.vltima in princ. C.commun.de legat.* vbi probatur, quod emptor ſciens grauamen rei reſtitutioni ſubiectæ non habet actionem ad recuperandum melioramenta.*Vinc.de Franch.deciſ.109.num.8.*& ratio ea videtur aſſignanda, quia poteſt ei culpa imputari cur eas fecerit in fundo, quem alienum eſſe ſciebat, nec ideo mirum ſi ſolo cedant, *leg.adeo,§.ex diuerſo,ff.de acquir. rer.domin.& in §.ex diuerſo inſtit.de rer.diuiſ.leg.1.C.de infant.expoſit.* & latè diximus ſupra ſuis locis, dum egimus de re aliena ſcienter empta.

39 Sed contrarium in propoſito tenendum eſt, nempè quod etiam is, qui ſcienter emit rem reſtitutioni ſubiectam, officio iudicis ab euincente recuperare poſſit impenſas melioramentorum neceſſarias & vtiles per deductionem ædificij,& materię,illæſo ſeruato priſtino rei ſtatu,licet eas impenſas actionis iure petere non poſſit, *d. l. domum, & leg.in fundo poſt princ.ff. de rei vendicat.leg.ſi quis ſciens, & leg.in area. C.eod.tit.§.certè, Inſtitut.de rer. diuiſ. & leg.qui ratione in princ.ff. de acquir.rer.domin.in ſpecie Didac.Couar.lib.3. var.reſolut.cap.17. & in regula peccatum part.2. §.6.num.3. qui poſt Ioan.Medin.in ſuo Cod.*
40 *de reſtit.quaſt.6.par.2.* inquit, quod fur, & quilibet malæ fidei poſſeſſor in conſcientia recuperare poteſt vtiles im-
41 penſas; Et quod vbi melioramenta ita ſunt neceſſaria, vt ſine eis res periiſſet, refici debeãt etiam malæ fidei poſſeſſori,voluerunt *Paul.de Caſtro,& Iaſ.in leg.ſi duobus,§.emptor,C.commun.de legat.Boer.deciſ.44.num.7.& 14 Valaſc. de emphyt.parte 1.quęſt.25. num.4.verſ. Intellige ſecundo. Menoch.de recuper poſſeſſ.remed.15. num.514. Pinell.in leg.2 C.de reſcind.vendit.part.2.cap 3.ſub numer.11. in fin. Neguſant.de pignor.membr.4. part.5.ſub numer.19. verſic. quo autem.*

42 Hic tamen caſus ſibi non tribueret, quando quis multum impenderet in plantando arbores, vel tenuẽ terram colere faceret, vt eam reduceret ad amænitatem, vel quid ſimile ageret,quod ſecundum intentionem non acciderit, quia id totum eius culpæ imputandum erit,cur pecuniam ita conſumpſerit,vt habetur penès *Menoch.de arbit.iudic. d.caſu 258.num.1.& ſeq.& fuit ſententia Pauli de Caſtro, ſicuti tradit Neguſ.de pign.memb.4. 2.par.n.11.& Rol.conſ. 28.n.21. & infra libr.1.*

43 Præterea ſciendum eſt, quod in æſtimandis melioramentis valor quoque laboris, & induſtriæ meliorantis æſtimandus eſt, ſiue per ſe, ſiue etiam per alios meliorauerit. *Arius Pinell.in d.l.2.cap.3 num 4. C.de reſcind.vendit. Valaſch.de iure emphyt.quęſt.25.num.10.ad finem. Menoc. de recuperand.poſſeſſ.remed.15. num.509. Pereg.deciſ.64. num.ſexto.Barz.dict.deciſ.23.num.23. Molin.dict.diſputat.*
44 *463.numer.17. in fine, habito reſpectu ad tempus reſtitutionis,quia dictio tunc,qua text. in d.l.domos vtitur, illius extremitatem ſignificat. Alba conſil 51. num. 19. Peregrin. de fideicommiſſ. artic.29.num.28. Verall.deciſ 23. numero 4.part.2. & eſt limitatiua. Menoch.conſilio 106. numero 324.334.& conſil.746.numero 16.lib.8. Peregr.con.ſ45.n. 2.libr.1.*

45 Illud quoq;obſeruandum eſt,quod ea, quæ retulimus de impenſis neceſſarijs & vtilibus factis à bonæ fidei vel malæ fidei poſſeſſoribus,interpretanda ſunt habere locum etiam in illis poſſeſſoribus,qui ab initio erãt bonæ fidei, deinde malæ fidei effecti ſunt: nam de impenſis ab his factis ſemper a poſſeſſore bonę fidei; prout & è contra de tempore malæ fidei cenſendum erit,doctrina eſt *Bart.in l. in fundo num.12. ff.de rei vendicat. Menoch.de recuperanda poſſeſſ.d.remed.15.n.546.& Garzias in d.tract.de expenſ.& meliorat.c.6.n.1 & 6.*

ARGVMENTVM.

Melioramentorum retentio an detur contra euincentem.

Et quid facta rei euictæ reſtitutione.

Emens ſcienter rem reſtitutioni ſubiectam,an repetet expenſas vtiles & neceſſarias.

Melioramenta vt probentur quid articulandum,& probandum ſit?

SVMMARIVM.

1 *Melioramentorum retentio datur contra euincentem.*

Ampliatur etiam procedere,quando emptor qui fecit melioramenta ab aliquo creditore cõuenitur hypothecaria,quia pro liberando rem emptam ad hypotheca, non cogitur ſoluere debitum ipſi creditori,vt compelleretur alius poſſeſſor qui non feciſſet melioramẽta in re,de qua agitur: ſed poteſt ſi vult retinere rem, donec ei ſoluatur impenſa,vel pretiũ, ſeu valor melioramentorum, quatenus ex eis res empta pretioſior ſit facta, n. 3.

Vel ſaltem abſolui poterit ab actione iſta ſoluendo actori primam aſtimationem,hoc eſt valorem rei detractis melioramentis, n.4.

Contrarium,nempè quod reus non valeat inuito actore meliorationes retinere,niſi debitum integrum ſoluat, nec ſufficiat agenti hypothecariam eiuſdem rei aſtimationem ſoluere attento ſtatu, antequam melioraretur, n.5.

Prima tamen ſententia vti verior,ac receptior probatur,quæ multipliciter declaratur, &

Primò, vt procedat non ſolum in meliorante: ſed etiam in eius ſucceſſore ſingulari, qui rem ipſam non meliorauit, numer.6.

Secundo declaratur, vt hoc in caſu rei aſtimatio fiat deductis melioramentis iuxta conditionem præſentis temporis,perinde ac ſi facta non eſſent, n. 7.

Et de ratione, ibid.

Tertiò declaratur vt locum non habeat,quando eſſet conuentum,quod ad certam ſummam melioramenta fierent, quia ſi fuerit exceſſum in eo,quod extenderent,nec repeti, neq; etiam retineri poſſent, n.8.

Siue ſimpliciter id actum ſit,ſiue adiecta conuentioni ſit dictio taxatiua,tantum, n.9.

Subdeclaratur non procedere, ſi de certa pecuniæ ſumma expendenda circa quædam rei venditæ negocia partes conuenerint,quia circa alia emptor maiorem ſummam impendere non prohibetur, n.10.

Quartò declaratur ſibi tribuere, quando emptor expendens in lite quam habet cum euincente de melioramentis,ac expenſis oppoſuit,ac petijt: alias ſecus, n.11.

12 *Res fideicommiſſo ſubiecta conditur, vt poſſit pro expenſis retineri.*

13 *Melioramentorum repetitio fieri non poteſt poſt factam rei euictæ reſtitutionem, quaſi culpa ſua amiſerit.*

Fallit

Fallit ſi adſit pactum quod venditor teneatur etiam quod non opponat de culpa,n.14.

Sed contra ex veriori, n.15.

Vbi quod ſuccurritur actione in factum, vel iudicis officio.

Vel ſaltem datur actio in quantum quis ex re aliena factus eſt locupletior,n.16.

Quæ ſententia præſertim procedit in melioramentis vtilibus, vel etiam voluptuarijs, quæ rem pretioſiorem reddunt, & iudicis officio repeti poſſunt,n.17.

Et in prædictis pro melioramentis facta reſtitutione datur incerti condictio, per quam recuperantur nedum expenſæ,ac meliorationes,ſed etiam res ipſæ traditæ,quaſi quod earum traditio pinguius facta ſit,quam oporteret,n.18.

19 *Incerti condictio,quæ datur facta rei reſtitutione, quare ſic appellatur.*

20 *Incerti condictio ſemper datur, vbi nulla alia actio ordinaria prodita eſt, cum verum factum contineat, ideſt nullam aliam rem, quam retraditionem ad effectum retinendi.*

21 *Poſſeſſor,qui abſque culpa cecidit a poſſeſſione,non excluditur a melioramentorum petitione.*

22 *Actio pro melioramentis poſſeſſori datur re ipſa reſtituta, quando fecit opus aliquod, quod dominus facere compelli poterat ex iuſſione publica,vel priuata.*

Vel quando verum dominium liberaſſet ab aliqua obligatione,vt hic, n.23.

24 *Meliorans rem quam non tenet vt ſuam, neque illam poſſidet, & in eam impendens neceſſariò, vel vtiliter domino profuturus in totum,vel in partem,illum ſibi obligat actione ex illo contractu, vel quaſi, ſeu ex negocio vtiliter geſto.*

Extenditur idem procedere in commodatario, ſocio,colono, inquillino,vſufructuario,emphyteota,marito,ac ſimilibus, num.25.

26 *Emens ſcienter rem reſtitutioni ſubiectam,vtiles impenſas non repetit,nec deducit,quicquid, ſit in neceſſarijs.*

Declaratur, vt agere non poſſit contra venditorem, ſed ſeruus aduerſus eum,qui rem illam euincit, n.27.

28 *Melioramenta vt probentur, quid articulandum, & probandum eſt.*

29 *Melioramenta & expenſæ non debentur a venditore,quando emptor ab euincente illas debuit per viam exceptionis habere, intellige, niſi venditor fuerit in dolo, numero 30.*

Quæſt. CLIV.

1 EST etiam practicabilis quæſtio,num pro melioramentis, & impenſis deducibilibus emptori detur retentio contra euincentem.

Qua in quæſtione, omiſſa diſputatione, quænam impenſæ, ac meliorationes deduci valeant, de quibus latè *Menoch. de arbitr. iud. caſu 258. & in additione ad eundem caſum Peregrin. in tractat. de fideicomm. artic. 51. & 52.* & plura ego ipſe dixi in *tractat. de imputat. & detract. quæſt. 136.* Abſolutè dicitur, retentionem huiuſmodi emptori concedi,& in illum tranſire, ad *text. in leg. in hoc iudicio, §. impendia, verſ. ſed is, qui a me, ff. commun. diuidend.* quem *citat Roman. ſing. 177. incip. tu ſcis, & leg. ſi in area, ff. de condit. indebit. Rip. in leg. vbi purè, ff. qui in diſtrahendis, ff. ad Trebellian. Buer. deciſ. 44. num. 4. & 19. Neguſ. de pign. 4. membr. 5. par. princip. n. 8. poſt Capr. conſ. 55. Punctus col. 2. verſic. circa quartum.*

2 Probatur *in l. qui exceptionem, §. 1. ff. de condit. indeb.* vbi res fideicommiſſo ſubiecta condicitur, vt poſſit expenſis retineri,quem *text. ad hoc dicit notabilem Valaſch. de iure emphyt. part. 1. quæſt. 25. numer. 25. in fine Tiraquell. de retractat. conuent. §. 7. Gloſ. 1. num. 15. Crauett. conſil. 248. in princip. Ant. Gallcſ. de form. obligat. Camer. part. 4. quæſt. 2. num. 15. Put. deciſ. 471. num. 4. lib. 1. Gozad. conſil. 100. numer. 20. Capyc. deciſ. 17. num. 7. Beninteud. deciſ. 77 num. 10. Rota coram R. P. Dom. Manzanedo in Terracien. domus 28. Nouembris 1605. inter impreſ. poſt tractat. Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 129 num. 3. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 400. num. 228. part. ſecunda Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 11 num. 8. vſque ad 21. Rol. conſil. 30. num. quinto libro primo, Schrader. de feud. par. ſecunda quæſt. prima Sect. 2 num. 30.*

3 Quod ampliatur quoque procedere, quando emptor qui fecit melioramenta ab aliquo creditore conueniatur hypothecaria, quia pro liberando rem emptam a dicta hypotheca, non cogitur ſoluere debitum ipſi creditori, vt compelleretur alius poſſeſſor, qui non feciſſet melioramenta in re,de qua agitur, *l. quamdiu, ff. de diſtract. pign. ſed poteſt*,ſi vult, retinere rem donec ei ſoluatur impenſa; vel pretium,ſeu valorem melioramentorum, quatenus ex eis res empta pretioſior ſit facta,ad *tex. in l. Paulus, §. pen. ff. de pignor.* vel ſaltem abſolui poterit ab euictione ita ſoluendo actori primam rei æſtimationem, hoc eſt valorem rei detractis melioramentis,iuxta *tex. in l. 2. C. de præd.*
4 *& omn. reb. nau. lib. 11. vbi notarunt Bart. & Alex. in addit. & Ioan. de Plat. Ang. & Caſtr. in l. ſi conuenerit, §. ſi fundus, ff. de pign. actio. Socin. ſen. conſil. 224. lib. 2. in fine. Alberic. Brun. in tract. de augum. monet. conſ. 5. princ. verſ. 5. Neguſant. de pignor. 4. memb. 5. par. ſub num. 21. verſ. vndecima concluſio.*

5 Sed contra, quod reus non valeat inuito actore meliorationes retinere,niſi debitum integrum ſoluat, nec ſufficiat agenti hypothecaria eiuſdem rei æſtimationem ſoluere attento ſtatu,antequam melioraretur, latè tuetur *Didac. Conar. var. reſolut. lib. primo, cap. 8. num. ſecundo, & infra.*

Tu autem teneas primam opinionem, quæ verior, & receptior eſt;quam tamen multipliciter declara,&

6 Primò,vt procedat non ſolum in meliorante,ſed etiam eius in ſucceſſore ſingulari, qui rem ipſam non meliorauit,ex dictis per *Roman. ſing. 177. incipiente.* Tu ſcis, quod faciens. *Boer. deciſ. 44. n. 14. & 19. Cran. conſ. 248. in princ.* & alios ſuperius adductos.

7 Secundò declara,vt hoc in caſu rei æſtimatio fiat deductis melioramentis iuxta conditionem præſentis temporis,perindè ac ſi facta non eſſent. *Neguſant. de pignor. d. 4. membr. 5. par. num. 21. per notata in leg. domos, ff. de legat. 1. Conar. d. cap. 8. ſub num. 3 verſ. cæterum*, qui rationem reddit,quoniam intrinſecum incrementum valoris ipſius rei omninò cedit in vtilitatem ipſius creditoris, cui res obligata fuit.

8 Tertiò declaratur,vt locum non habeat, quando eſſet conuentum,quod ad certam ſummam melioramenta fierent,quia ſi fuerit exceſſum in eo, quod excederent, nec repeti,neque etiam retineri poſſent. *Cagnol. in l. 2. n. 96. C. de pact. inter empt. & vend. Ruyn. conſ. 152. n. 6. lib. 1. Scrud. de feud. p. 2 p. 9. Sect. 2. n. 62.*

9 Siue ſimpliciter id autem ſit, ſiue adiecta conuentioni ſit dictio taxatiua tantum, *Ruyn. dict. conſ. 157. n. 19. Schrader. dicta Sect. 2. n. 62. & 65.*

10 Cæterum, ſi de certa pecuniæ ſumma expendenda circa quædam rei venditæ negocia partes conuenerint, circa alia maiorem ſummam impendere non prohibetur emptor, *Schrader. d. Sect. 2. n. 67.*

11 Et præmiſſa videntur procedere, quando emptor expendens in lite quam habet cum euincente de prædictis melioramentis,& expenſis,oppoſuit ac petijt;alias ſecus, per *tex. notabilem in l. id quod Iulianus, §. 1. incip.* illud expeditum videbatur,ibi,nam cum poſſim petentem doli mali exceptione ſubmouere, *ff. de actio. empt. Mieres de maior. 4. part. quæſt. 32.* vbi dicit per dictum tex. idem tenere

Greg. Lopez in l. 36. tit. 5. p. 5. in Gloſ. Eno la puſo, & addit. Mieres ita obtinuiſſe.

12 Exceptio autem hæc retentionis melioramentorum ſi opponatur in executione ſententiæ, ſufficit, quamuis non fuerit oppoſitum in ipſa lite, vt latè per Neguſ. de pign. memb. 4 ſecunda par. num. 10. Ant. Padill. in l. 1. num. 37. C. de iur. & facti ignor. adden. ad Bart. in l. ex diuerſo, §. in iudicio, ſub num. 8. lit. A, ff. ſolut. matr. citat plures Tiraqu. de retract. conuent. §. 7. Gl. 1. n. 14. Rol. conſ. 28. n. 3. lib. 1. Menoch. poſt adductor per eum, de recuper. poſſeſſ. remed. 11. nu. 8. cum ſeq.

13 Sed maior eſt difficultas, an melioramenta poſt factam rei euictæ reſtitutionem repeti poſſint, & videtur negatiuè reſpondēdum. Cum is actione careat, & ſolam habeat exceptionem, eamque non perpetuam, quia tunc condicere poteſt, l. qui perpetuam, ff. de condit. indeb. ſed temporalem, donec rem euictam poſſidet; nam qui rem melioratam tradidit, nec quid quam dixit de melioramentis, amplius agere non poteſt ad illorum recuperationem, l. ſi in area, ff. de cond. indeb. vbi dicitur, quod nullo alio modo, quam per retentionem poſſunt ſeruari expenſæ. Quæ verba, taniquam præciſa, & iuris rigorem inducentia, actionem excludunt, vt declarat Gomeſ. in l. Thaur. 46. n. 20. & ita concludunt Bal. Caſtr. Iaſ. & Corn. quos adducit Neguſ. in d. tract. de pignor. 4. memb. 5. p. n. 9. vbi admonet poſſeſſorem, ne rem reſtituat, niſi prius ſolutis melioramentis, quoniam alias illa perderet, quaſi culpa ſua amiſerit. Federic. Scott. conſ. 8. num. 4. lib. 1. quem refert. Peregr. de fideicom. art. 50. ſub n. 56. verſ. verum illum Alex. conſ. 47. viſo themate in fine, lib. 2. per text. in l. id quod, §. 1. ff. de act. emp. Corn. conſ. 222. & 243. lib. 2. eſt melior tex. in l. Paulus, ff. de dol. mal. & met. except. Io. Andr. ad Specul. de execut. ſentent. §. Poſtremo in fine. Quod non procedere declaratur,
14 niſi adſit pactum, quod venditor teneatur etiam quod non opponat de culpa, quia valet: nam licet dolus futurus non poſſit remitti, l. ſumus, §. illud, ff. de pact. quemadmodum de iureiurando, culpa tamen remitti poteſt, l. ſine certo, §. interdum, ff. commod. l. contractus, ff. de reg. iur. Alex. conſ. 67. n. 6. lib. 2.

15 Contrarium in præmiſſa quæſtione de iure verius concludendum videtur.

Quoniam quicquid ſit de rigore iuris nihilominus ſuccurrendum eſt ei, qui reſtituit rem non facta deductione melioramentorum actione in factum ex æquitate, l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. petat. ſecundum quam impenſas repetere poteris, ne ſequatur iniquitas maxima, vt ex illis dominus fiet locupletior cum iactura eius qui rem meliorauit, vt voluit Caſtr. in d. l. ſi in area, ff. de condit. indeb. & ibidem Gl. idem ſenſit ſuper ver. ſeruare poſſe, huic ſic reſtituenti ſuccurri officio iudicis ex bono, & æquo ſubiungens idem Azon. ſentire, per tex. in l. pupilli, §. ſed ſi quis offic. de
16 neg. geſt. vbi ſaltem datur actio in quantum quis ex re aliena factus eſt locupletior; & ab hac ſententia non eſſe recedendum dixit Ruyn. conſil. 24. Super his de quibus quæritur, ſub nu. 12. verſ. & dixit, libr. 1. Baldui. in §. certè inſtit. de rer. diuiſ. cum alijs per Valaſch. de emphyt. q. 25. num. 25. vbi, quod ita eſt iudicandum apud Tribunalia, quæ veritatem ſequuntur, reiecta illa iuris ſubtilitate.

17 Quæ ſententia eo præſertim procedit, quando melioramenta ſunt vtilia, vel etiam ſunt voluptuaria, quæ ſi ita facta conſtant, quæ rem pretioſiorem reddant, & illa iudicis officio repeti valenť, per dictam l. ſi me, & Titius, Theſaur. iun. in q. forenſ. lib. 1. q. 78. per totam; qui ſub num. 3. has diffidentium opiniones conciliat, vt ſcilicet leg. ſi in area, loquatur de expēſis voluptuarijs, quarum non datur repetitio poſt factam reſtitutionem; Ex iura ex aduerſo allegata loquuntur de meliorationibus neceſſarijs, quas etiam feciſſet ipſe rei dominus, & quæ pretioſiorem rem reddunt.

18 Præmiſſis addo, quod etiam in rebus traditis, nulla facta retentione, & melioramentorum, nedum competit actio & petitio ex ſuperius allegatis, ſed etiam incerti cōditio, per quam recuperantur non ſolum expenſæ, & meliorationes, ſed res ipſe traditæ, quaſi quod earum traditio pinguius facta ſit, quam oporteret, & ita reperuntur ea, quę retineri poterant, vt facta recuperatione illa deinde retineantur pro impenſis, donec ſuper eis iudicetur.

19 Actio verò hæc appellatur incerti condictio, quoniam continet factum nedum retrahendi, quod omninò eſt incertum, per quam actionem ſola nuda detentio rei pinguius traditæ acquiritur ob melioramenta quæ ſoluenda non erant, vt denuò re mihi de facto retradicta decernatur, an retinenda ſit pro dictis melioramentis, quorum recuperatio directa non datur, quia tunc eſſet certi condictio, ex quo enim per ſententiam certificari poſſent, non dicerentur incerta, vt intereſſe, ac ſimilia; ſed incerti condictio competit, ad differentiam condictionis indebiti, quæ licet non concedatur in caſu, in quo nullum negocium geſtum ſit, ex quo illa oriri poſſet, non excludere debet iſtam incertitudinem, quæ ſemper datur, vbi nulla
20 alia actio ordinaria prodita eſt, cum merum factum contineat, ideſt nullam aliam rem, quam retraditionem ad effectum retinendi, ſic in ſpecie eleganter tradit Paul. de Caſtr. in l. ſed ſi me putem, §. cum iter n. 2. & 3. de condict. indeb. poſt Gl. ibi in ver. condicam, vbi dicit mirabile, & vti rē nouam ponit Valaſch. de emphyt. d. q. 25. n. 25. & ibi Rutg. Rolan. in Theſaur. iur. emphyt. fuit etiam ſententiam Ang. in d. §. cum iter, n. 2. & in l. qui exceptionem, §. ſi pars, vbi Gl. in verb. incerti in fine, ff. de condit. indeb. & Gloſ. in l. quod ſi nulla, in ver. incerti, ff. de legat. 1. Garz. de expen. & melior. c. 6. n. 7.

21 Prout & a melioramentorum petitione, non excluderetur poſſeſſor, qui abſq; ſua culpa cecidiſſe a poſſeſſione. Federic. Scot. d. conſ. 8. n. 4. lib. 1. per tex. in l. Idemque §. 1. ff. de act. empti. & tradit Cagnol. in l. 1. n. 30. C. de ſentent. quæ pro eo, quod int. ſuper quo adeundus eſt Decian. conſ. 18. propè fin. lib. 2.

In duobus tamen caſibus datur actio pro melioramentis, re ipſa euicta reſtituta.

22 Primus eſt, quando poſſeſſor fecit opus aliquod, quod dominus facere compelli poterat ex iuſſione publica, vel priuata, l. hæreditas, §. 1. ff. de petit. hæred. l. at ſi quis, § ſi quis, & l. ſi poſſeſſor, ff. de relig. & ſumpt. fun.

23 Secundus eſt, quando verum dominum liberaſſet ab aliqua obligatione, vt puta ſoluendo creditori hæreditario, quoniam reſtituta hæreditate adhuc actio competeret l. fin. C. de petit. hæred. notat Angel. in l. planè, ff. eodem, Peregr. de fideicomm. art. 50. n. 57.

24 Idem dicimus in eo, qui tenet rem vt ſuam, neque illam poſſidet vt talem, ſed eam recognoſcit eſſe alienam, & in eam impendit neceſſariò, vel vtiliter domino profuturus, vel in totum, vel in partem negotium illius gerit; ideo eum ſibi obligat actione ex eo contractu, vel quaſi ex negocio vtiliter geſto; Ideoque actio ei datur, vt habetur expreſsè in l. in hoc iudicium & in l. ſi quis cum aſtimaret, ff. commun. diuidun. vbi inter duos ſocios, quorum aliter in rem communem impendit, & in l. cum duobus, §. idem reſpondit, ff. pro Soc. & in l. ſine proponis, C. de ædific. priuat. Pe-
25 regr. d. art. 50. ſub n. 58. vbi dicit idem procedere in commodatario, l. rebus, §. poſſunt, vbi notatur, ff. commod. in mandatario, l. ſi vero §. ſi mihi, & in l. idemque, ff. mandat. In creditore, colono, & inquilino, in vſufructuario, & in negociorum geſtore, vt ibidem per eundem Peregrin. num. ſeqq. quo loci idem dicitur in emphyteota, feudatario, marito, in grauato per fideicommiſſum retrahentes rem ex pacto, vel lege, & in alijs ſimilibus caſibus, de quibus ibi latè per eum poſt Tiraq. de retract. conuent. Gloſ. 1. §. 7. num. 7. Valaſch. de emphyt. d. quæſt. 25. num. 25. Gomeſ. ad l. Taur. 46.

Digitized by Google

Taur.46.num.2.Ruyn.d.conſ.24.num.16.lib.1. Ioan.Garz. de expenſ.& meliorat.cap.7.ſub num.3. verſic. vnde merito Iulianus.

26 Simile videmus in eo, qui ſcienter emit rem reſtitutioni ſubiectam, veluti fideicommiſſo etiam conditionali, qui vtiles impenſas non repetit, neque deducit, quidquid ſit in neceſſarijs, *leg.fin.§.emptor, & ibi Gloſ. in ver. meliorationc, vbi etiam Ang.& alij de communi teſtantur, Cod. commun.de legat. Neguſant.de pign.4.membr.5.part.num. 19.Cagnol.in d.leg.1.num.70.C.de ſent. quæ pro eo, quod intereſt.*

27 Quod tamen declaratur, vt non poſſit quidem agere contra venditorem, cum ſecus ſit aduerſus eum, qui rem illam euincit, in quo non militat eadem ratio, quæ in vendente; Ideoque vti non prohibetur remedijs ſibi de iure competentibus, vel per retentionem melioramentorum, vel illis non retentis per actionem ad re tradendum, & condictionem incerti. *Menoch.de recuper poſſeſſ.remed.15. q.39.verſ.extenditur ſecundò in fine n.507.& 508.Garz. in d.tract.de expenſ.& meliorat.d.cap.7.n.10.& Peregr.dicto art.56.n.63.*

28 Inſuper notandum eſt in materia, quod pro probatione melioramentorum articulandum, & probandum eſt, nempè, quod in re, quæ reſtitui debet, aut petitur fuerunt impenſa centum, vel alia ſimilis quantitas, & quod ratione illarum expenſarum res communi æſtimatione valet illa centum, ita *Neguſ. vbi proximè ſupra.*

29 Item aduertendum, quod ad melioramenta, & expenſas vendens non obligatur, quando ab euincente illas debuit per viam exceptionis, ſeu actionis, vt ſupra dictum eſt, habere, *l.idemque,ff.de act.empt.notant Gloſ.& Doct. in l.Ariſto.§.fin.de donat.vbi Roger.n.30.*

30 Intellige niſi venditor fuerit in dolo, quia tunc de dolo conueniri poteſt ad eiuſmodi expenſas, licet illas ab euincente non habuerit, præponderat enim, venditoris dolus, vt in *l.ſi putatur in fin.ff.ad l.Aquil.& in l. Item, §.fin. eodem tit.Io.Ant.Rube.in repetit.l.non ſolum, §. morte, num. 436.ff.de nou.oper.nunciat.vbi citat leg. Titius, ff. de act. empti.*

ARGVMENTVM.

Vſufructus an ſic alienari poſſit, vt ab emptore euinci, ſeu vendicari non valeat.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructuarius alienare non poteſt, neque cedere vſumfructum, & illum alienando amittit.*
Contrarium, quod immò vſufructuarios poſſit impunè alienare vſumfructum, n.4.& 9.
Diſtinctio ex ſententia plurium affertur, n.5.
Quæ tamen improbatur, n.8.
2 *Pater non poteſt bona filij aduentitia, in quibus habet vſumfructum, alienare.*
3 *Alienationis appellatione veniunt non ſolum ea ex quibus dominium transfertur, ſed etiam hypotheca, & ſeruitus.*
6 *Vſufructu vendito, vt pœna euitetur cenſetur tantum vendita commoditas.*
Fallit, quando clarè legitur quem totum ius vſusfructus, vel quicquid iuris habet, vendidiſſe, n.7.
Sed vide num.ſeq.

Quæſt. CLV.

Vsusfructuarius, an vſumfructum ſic alienare poſſit, vt ab emptore euinci, ſeu vendicari non valeat, modo quæritur: nam, ſi ab emptore auferatur, nemini dubium eſt, quod eidem actio de euictione concederetur aduerſus venditorem, quæ regulariter datur ex natura ipſius contractus, vt ſæpè dixi, quæſtio hæc à ſcribentibus variè fuit pertractata.

1 Nam aliqui voluerunt, quod vſufructuarius alienare non poſſit, neque cedere vſumfructum quem habet, alias amittat eum; & ſtatim cum proprietate conſolidetur, ex *tex.in l.vſufructu, Cod.de vſufruct.* in illis verbis, vſufructu matri tuæ prædiorum, & mancipiorum relicto, tam alienatio, quam manumiſſio interdicta eſt per quem ita cenſuit *Gloſ.in leg ſi vſusfructus in ver.vſumfructum, ff.de iure dot.& in §. finitur. Inſtitut.de vſufructu. Azor. in ſumma, Cod.de vſufruct.Alberic.Paul.de Caſtr. Alexand.Socin. ſen.Iaſ.Rip.Cornell.Alciat.Loaz. Neguſant. Pariſ. Couarr. ac cæteri, quos refert Pinell.in leg.1.part.3. ſub num.38. verſ.Gloſ.in dicto §.finitur, Codic.de bonis maternis. Gul. Redoan.in tractat. de rebus Eccleſ. non alienan. quæſt.15. num.2.ad 12. & quæſt.79.cap.10. Sarmient. Selectar. interpret.lib.3.cap 9.num.1. Ioan.Garz.de expenſ. & meliorat cap.10.num.28. Felician.de Solis in tractat.de cenſibus lib.2.cap.4.num.1.Barboſa in leg. vſufructu num.1.verſ Præterea ex eadem ratione, ff.ſolut.matrim.Cuiac.in d.§.finitur, de communiori, & receptiori teſtatur Gomez. variar.reſolut. tom.2.cap.15. de ſeruitut. num.15.* Hanc etiam partem ſequuntur *Caualcan. de vſufructu numer.65.in fine. Cephal.conſilio 436. num.109. lib.3. Rimin. iun. conſilio 436. numero 12.libro quarto, & Hieronym.Gabr.conſil.192.num. 11.& 14.lib.2.*

2 Quod extenditur etiam ad patrem, vt ſcilicet nec is alienare poſſit bona filij aduentitia, in quibus habet vſumfructum, per *tex.in l.fin.C.de reb.alien.non alienan.* quæ ait,
3 quod appellatione alienationis non ſolum intelliguntur ea, ex quibus dominium transfertur, ſed etiam hypotheca, vel ſeruitus, quem *tex.magnifacit Iaſ.in §.Item ſi quis in fraudem, Inſtit.de act.et in ſpecie eſt tex.in l.fin. §.Ipſum autem, verſ.ſed pater, ibi pignus, & hypotheca tit.1. C.poſt tit.de bon.matern.*

4 Contrarium, quod immò vſufructuarius impunè, ac liberè alienare poſſit ius vſufructus, vel ipſum vſumfructum ſunt plures tex.& in ſpecie *l.arboribus, §.vſufructuarius, ff. de vſufructu;* dum ibidem dicitur vſufructuarius vel ipſe frui ea re, vel locare, vel vendere, vel alijs fruendam concedere poteſt: nam, & qui locat, vtitur, & qui vendit; ſed & ſi alij præcario concedat, vel donet, puto eum vti, atque ideo retinere vſumfructum. Eſt alius *tex.in l.non vtitur, ff.eodem;* vbi habetur in hæc verba. Non vtitur vſufructuarius, ſi nec ipſe vtatur, nec nomine eius alius, puta qui emit, & in §. Plenè, eiuſdem legis, ita dicitur. Plenè illud intereſt, quod ſi vendidero vſumfructum etiamſi emptor non vtatur, videtur vſumfructum retinere. Eſt inſuper *tex in l.cui vſusfructus, eodem tit.* qui ait. Cui vſusfructus legatus eſt etiam inuito hærede cum extraneo vendere poteſt. Eſt conſimilis *tex.in §.1.Inſtitut. de vſu, et habita. in l.in venditione, ff.de bon.authorit.iudic. poſſiden. l.vſufructu, ff.ſoluto matrim.l.vlt.ff.de vſur.l.ſi is, qui bona, §.vſusfructus, ff.de pignor.et l.neceſſario, §.fin. ff.de peric.et commod.rei vendit.* In quibus iuribus habetur liberè alienari, vendi, pignori dari, vel quouis alio modo diſtrahi poſſe. *Myſinger.in dicto §. finitur, et ibidem Rictard. numer.30. 31.et 32. Alberic. ſibi contrarius in leg.1. Cod. de bon. matern. et ibidem Pinell.par.3.num.39. et 40. Aretin. in leg. qui Romæ, §.duo fratres, numer.28. ff. de verbor. obligat.*

Digitized by Google

Eman. Suarez lib. obſeruat. c. 6. Fel. de Sol. in d. tract. de cenſibus lib. 2. d. cap. 4. num. 4. Capb. conſil. 20. nu. 21. lib. 1. Surd. conſ. 150. n. 5. & conſ. 184. n. 5. lib. 2.

5 Alia eſt plurium ſententia, diſtinguens inter vſumfructum ipſum, aut ius ipſius vſusfructus, vt nempè vſusfructus, vel ius vſusfructus cedi nequeat, vt alienari, ſed ipſa commoditas aut facultas percipiendi fructus alienari, aut cedi poſſit, cum illa diuerſa iudicetur ab ipſo vſufructu, & extinguatur morte vſufructuarij alienantis, non illius, in quem alienatio facta eſt ita prædicta iura conciliando tradunt *Gio. Bat. & Bal. Alex. Gomeſ. Couar. Fabian.* & cæteri quamplures, de quibus per *Ant. Pinell. in d. l. 1. part. 3. ſub num. 38. verſ. alij diſtinguunt. Hier. Gabr. conſil. 162. num. 10. & 17. lib. 2. Queſada diuerſ. quæſt. iur. cap. fin. num. 16. latè Io. Garz. de expen. & meliorat. cap. 10. numer. 28. ad 45. Franc. Sarmien. Select. concluſ. lib. 3. cap. 9. num. 2. Vbi interpretatur tex. in §. primo de vſu, & habitat.* Intelligẽdo, quod leges, quæ permittunt vſufructuario alienare, hoc ei tribuunt, vt oſtendant eum plus iuris habere, quam habet vſuarius, qui nec vendere, nec locare, nec donare poteſt commoditatem quam ipſe habet, nedum ius ſuum in alium transferre; & ita ſecundum eum verum eſt vſufructuarium alienare poſſe vſumfructum ſi cum vſuario conferatur, vel cum alijs qui commoditatem alienare non poſſunt, quam ipſe poteſt: ſi autem conferatur vſufructuarius cum proprietario, tunc etiam verum eſt ei licitum non eſſe alienare, hoc eſt, ius vſufructus in alium transferre quod eſt in eius perſona eo modo quo dominus proprietatem poteſt alienare, licet poſſit eo modo, quo vſuarius non poteſt. Hanc diſtinctionem ſequuntur *Surd. in tract. de alim. tit. 9. quæſt. 22. num. 9. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 117. Barboſa in l. vſufructu à num. 1. ad 10 ff. ſolut. matrim. & Martin. Monter à Cuena cauſar. ciuil. Regni Arag. deciſ. 46.* per totam, aſſeruntque, quod vſufructuarius alienans vſumfructum ſimpliciter, vel ius vſufructus in dubio alienare intelligitur commoditatem tantum quamuis dicat, ſe vendere vſumfructum vel ius vſusfructus vt actus valeat, & pœna amiſſionis vſusfructus euitetur, poſt *Bal. Imol. Aret. Soc. Curt. iun. Crauettin & alios refert Pinell. in dict. leg. 1. part. 3. ſub num. 38. verſ. alij diſtinguunt Ioan. Garz. de expenſ. & meliorat. cap. 10. num. 28. & 33. Gomez variar. reſolut. tom. 2. tit. de ſeruitut. cap. 15. numer. 17. Eſpin. in Specul. Gloſ. 13. princip. de legat. & vſu-*
6 *fruct. num. 61. qui num. 41.* addit, quod ſi quis hodie ſimpliciter vendat vſumfructum quem habet, etiam ſtante ea lege, non amittit vſumfructum, quia venditio verificari poteſt in facultate percipiendi fructus, ita vt interpretan-
7 dum ſit in dubio de commoditate actum, non autem vſumfructum ipſum fuiſſe venditum; quod vtique non procederet, quando clarè legeretur totum ius vſusfructus quod habet, vel quicquid iuris habet vendidiſſe, quia tunc vſusfructus amittitur, & ad proprietatem reuertitur non ſine incommodo emptoris, *Bald. conſil. 335. num. 1. libro 1.*

8 Verum hanc diſtinctionem improbant *Felician. Solis de cenſibus lib. 2. d. cap. 4. num. 3. Auguſt. Morla in empor. tit. 6. ff. de ſeruit. quæſt. 1. num. 14. & Ricciar. in d. §. finitur num. 31. 32.* Qui propterea tenent, vſufructuarium alienare poſſe vſumfructum quem habet, vel ius ipſius vſusfructus per dictam l. arboribus, cum alijs, de quibus ſupra, ſicuti probauit *Pinell. dicta part. 3. ſub num. 39. Felician. in d. tract. de cenſibus cap. 4. num. 4. Morla in d. emptor. tit. 6. ff. de ſeruit. q. 1. num. 14. & 15. & Ricciard. in d. §. finitur, n. 32.* de quo latius dicemus in ſequenti quæſtione.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus alienatio qualiter fieri poſſit, & in emptorem transferatur.
Et an eodem modo cedi pignori, hypothecæuè dari valeat.

SVMMARIVM.

1 *Vſumfructum in emptorem poſſe transferri iura diſponunt, qualiter intelligenda.*

2 *Vſusfructus vbi venditur, in emptorem non transfertur ius nouum, vel potentius, ſed tantum illud quod vſufructuario competit.*

Et metitur cum perſona vſufructuarij, non autem emptoris, num. 3. & 9.

4 *Vſusfructus, ſeu ius vſusfructus vendi ac in emptorem transferri poteſt nulla habita iuris diſtinctione.*

5 *Vſusfructus cedi poteſt proprietario, non autem extraneo, & ratio adducitur: quicquid plures hic relati ſenſerint, num. 10.*

Ampliatur id adeo verum eſſe, quod ſi vſusfructus cedatur extraneo, illico amittatur, & cum proprietate conſolidetur, n. 11.

Sed contra, quod immò per ceſſionem extraneo factam vſusfructus non amittatur, n. 12.

Et reſpondetur contrariis, num. 14. & ſeqq.

6 *Vſusfructus ſeruitus perſonalis eſt, quæ perſonæ cohæret, & cum ea extinguitur.*

7 *Perſonalia iura regulariter cedi non poſſunt.*

8 *Vſufructuarius per venditionem vſufructus illum in alium ſic transfert, vt tale ius à ſe non abdicet, ſed quinimò retineat per emptorem.*

13 *Priuationis pœna locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

15 *Ius ceſſum ſi in ceſſionarium transferri non poteſt, remanet penes cedentem.*

16 *Vſusfructus poteſt pignori hypothecauè dari, & in creditorem transferri.*

Nam alias inutile diceretur pignus, quod alteri vendi non poteſt, n. 17.

Sed licita dicitur facta alienatio, n. 18.

Et tamdiù durat vſusfructus pignori datus, quamdiù vſufructuarius viuit, quo mortuo, pignus extinguitur, n. 19.

Quæſt. CLVI.

1 REaſſumo nunc quæſtionem tactam in præcedenti quæſtione *num. 5. & 6.* Num iura, & doctrinæ ibidem adductæ, quæ expreſsè dicunt, vſumfructum vendi, alienari, locari, ſeu donari, vel aliter diſtrahi poſſe, ita intelligi debeant, vt diſtractio ſic fieri poſſit, vt in emptorem tranſeat dumtaxat commoditas quædam, ſeu facultas percipiendi fructus; an vero ſic alienare eidem permittatur, vt in ipſum emptorem ius vtendi ac fruendi tranſeat, ſiue ius illud vſusfructus primum, quo quiſque vſufructuarius ſit conſtitutus.

Dubitatio eſt animaduerſione digna quam iura ſuperius allegata non benè aperiunt.

Quæ breuiter percurrendo, nobis ſatis nota fient.

Nam *l. arboribus, §. vſufructuarius leg. non vtitur, & leg. cui vſusfructus, ff. de vſufruct.* cum cæteris adductis dicunt quidam vſumfructum vendi, ſeu cedi poſſe, ſed generaliter

Digitized by Google

raliter id dicitur;quod non minus de ipſo vſufructu,quam
de illius commoditate intelligi poſſet, niſi poſſe expreſsè
dictum eſſet, quod vſufructuarius venditum, ſeu donatum
conceſſum , aut quouis alio modo diſtractum à ſe vſum-
fructum retinet , & vti videtur , ſi ipſe vtatur, ſiue is, cui
conceſſio facta eſt , ex quo videtur intelligi ius ipſum
vſusfructus vendi non poſſe , nec venditum dici , quan-
do vſusfructus ſimpliciter venditur , vt euitemus contra-
rietatem , in quam incideremus , ſi vendi poſſet , & cum
effectu venderetur , & traderetur , quo in caſu nullatenus
retineri poſſet.

Eodem modo dicitur de *l.neceſſariò, §.fi.ff.de peric. & commod. rei vendit.* ex quo ſcribitur. Intereſt vtrum ius
vtendi,& fruendi,quod ſolum tuum ſit, vendas;vbi pariter
dicitur, ius ipſum penès vſufructuarium remanere neceſ-
ſarium eſſe; atque ita ex eo tex.habetur, quod vſusfructus
finitur morte eius, qui verè vſufructuarius eſt; cuius mors
ſpectatur facta venditione vſusfructus, ita quod præmo-
riente emptore apud ipſum aliquod ius, & vſumfructum
poſt venditionem adhuc retineri , ſeu remanere dicere
neceſſe eſt, cum alias morte emptoris vſusfructus extin-
gueretur,& fruſtra venditoris mors ſpectaretur, vt conſi-
derauit *Ioan. Garz.de expenſ. & meliorat.c.10. numer.33. vſque ad 37 & Petr. Barboſ.in l.vſufructu,numer.5.ff.ſoluto*
2 *matrim.* Quo fit, vt non transferatur nouum ac potentius
ius in perſonam emptoris per venditorem vſusfructus, li-
cet concedatur idem ius , quod vſufructuario competit
pro vita illius limitatum,& reſtrictum, ſiue vt duraturum
erat penès ipſum venditorem, qui non poteſt plus iuris ,
quam quod habet,in alium transferre,quod tamen impe-
dimento non eſt, quin ius vſusfructus, aut vſumfructum
ipſum alienari dicamus, cum eadem facultas, idemque
ius in emptorem tranſeat , quod reperiebatur, ſeu erat
3 penès vſufructuarium quamuis cum eiuſdem perſona ,
autem emptoris metiendum eſſet.

4 Quibus ſtantibus fruſtratoria redditur diſtinctio, an
vſusfructus, vel eius vſusfructus vendatur, & ſic intelliga-
tur non de iure vſusfructus, ſed de commoditate actum,
vt dixi in præcedenti quæſtione *num.* 5. cum & ius vſuſ-
fructus vendi ac in emptorem transferri poſſit per *text.in §.1.Inſtit.de vſu,& habitat.* ſicuti optimè tradidit *Pinell. in lege prima,part.3.ſub numer.4.verſ.Inde infertur quarto; & verſic.Infertur ſeptimo, C.de bon.mater.*

Illud vero quod dicitur, vſumfructum cedi poſſe in-
tellige proprietario, non autem extraneo ſecundum ali-
quos , licet poſſit illum vendere , vel alio modo con-
cedere,vt ſuperius dictum fuit ex *§.finitur. Inſtitut. de vſu-fructu*,ibi,item finitur vſusfructus,ſi domino proprietatis
ab vſufructuario cedatur. idem probatur *in leg.ſi vſusfru-*
5 *ctus,ff.de iure dot.*ibi,cedi non poſſe,niſi domino proprie-
tatis. *Surd.in tractat.de aliment.titul.9.quæſtione 22.nume-ro 20.*

Ratio eſt differentiæ, quoniam cedere iure dicebantur
illi , qui rei ſuæ dominium in alium transferebant, ita
quod illud a ſe omnino abdicarent ; ideo vſusfructus cedi
non permittebatur : nam per ceſſionem ius illud corpo-
rale vtendi,& fruendi transferendum erat, quod fieri non
6 poterat citra domini conſenſum,quia vſusfructus ſeruitus
perſonalis eſt, quæ perſonæ cohæret , & cum ea extingui-
tur,vt prædiximus,ac probatur *in leg.1.ff. de ſeruit. l.3.§.fi. ff.quib.mod.vſusfruct.amittat. l.non ſolum , §.tale, ver.quo-ties,ff.de liber.legat.*

7 Cæterum iura perſonalia regulariter cedi non poſſunt
l.ex plurib.ff de admin.tut.l.non ſolum §.puella,ff.de ritu nu-
8 *ptiar.*quamquam vſufructus vendi,locari, ſeu donari poſ-
ſit , cum per venditionem ipſe vſufructus , ſiue ius illius
vſufructuario competens ſic in alium transferatur,vt vſu-
fructuarius tale ius à ſe non abdicet , ſed quinimo retinet
per emptorem.

9 Prout nec ex venditione illum omninò amittit , ſed ex
eiuſdem perſona emptor ille vti videtur,& dum viuit vſu-
fructuarius venditor , vt poſt *Cuiac.& alios adductos tra-dunt Felician.ſolis in tract.de cenſib.lib.2.cap.4. & ſeq. Auguſtin.Morla in emptor.tit.6. de ſeruitut.9.p. nu.15. Anton. Pichar.in dicto §.finitur,numer.14. Ioan.Garz.de expenſ.& meliorum c.10.num.38.*Quicquid & male in contrarium
10 aſſeruerit *Ari.Pinell.in d.leg.1.p.3. ſub num.40. verſic. ex eiſdem iuribus* ,quatenus *Gloſs.prædictam diſtinctionem* , ac
differentiam impugnat cum ſuperius docuerimus longè
inter ſe differre , vendere , ac cedere ex præallegatis ,
ad quæ non aduertit , prout eodem errore fuit elapſus
Aluarott.Valaſcb.conſultat.66. num.25. & ſeqq. dum co-
niungit,& æquiparat ſimul hos terminos alienationis, &
ceſſionis.

11 Ampliatur ſupradicta concluſio vt adeo vera ſit , quod
ſi vſufructus cedatur extraneo , illico amittatur , & cum
proprietate conſolidetur, *d.l.ſi vſufructus, ff.de iure dot.in ver.quoniam.Vbi Pomponius I.C.inquit.*Quoniam dicimus
vſufructum à fructuario cedi non poſſe, niſi domino pro-
prietatis,etſi extraneo cedatur,ideſt ei,qui proprietatem
non habeat , nihil ad eum tranſire ſed ad dominium pro-
prietatis remanſurum vſumfructum, eſt ſimilis text.in *leg. vſufructu,Codic.de vſufruct.*ſub his verbis, vſufructu matri
tuæ prædiorum , & mancipiorum relicto , tam alienatio ,
quam manumiſſio interdicta eſt , & fuit ſententia *Gloſs.in dicta l.ſi vſufructus in verbo vſumfructum, & in d.§ finitur, ver.cedendo.Azor.in ſumm. C. de vſufruct. Alberic.Caſtr. Alexand.Soc.ſen.Rip.Iaſ.Cornell.Alciat.Loazeſ.Neguſant. Pariſ.Couarr.& alij* , *quos congerit Pinell.in dicta parte 3. ſub numer.38. verſicul.gloſſa in dicto §.finitur , Cod. de bon. mater Sarmient.Select.interpretat.libr.3.cap.9. numer. primo , Borgnin.de vſufructu numero 61. in fine. Gabriel.conſil. 192.num.11.& 14.libro ſecundo,Cæphal.conſil 436. numero 109.libro 3.Riminald.iun. conſil.436. numer.ſecundò , libro quarto. Martin. Monter.a Cueua deciſ.46.numer.9. 22. & 55.* qui fundatur ſolum ex verbis *text. in dicto §. finitur. inſtit. de vſufruct. & in dicta lege ſi vſusfructus , ff. de iure dot.*

12 Sed contra quod immò propter ceſſionem extraneo
factam vſusfructus non amittatur , tenet *Gloſs. in l.arboribus,§.vſufructuarius,in ver.donare, ff.de vſufruct.Barboſ. in d.l.vſufructu,numer.quarto, ff.ſolut.matr.* eandem opinio-
nem ſequi videtur *Borgnin.de vſufruct.ſub nu.65. & Ioan. Garz.de expen.& meliorat.capit.10.numero 37.* Cum id in
iure non reperiatur ſtatutum , & pœna priuationis locum
13 non habet , niſi in caſibus a iure expreſſis , *§. cum igitur ver.ſicut enim in Authent. de non eligen. collat. prima , & lege at ſi quis , §. Diuus autem , ff. de relig. & ſumpt.funer. Riminald. in lege precibus , numero 143. Codic. de impub. & alijs ſubſtitut. Aymn.de antiq.temp.parte quarta , numero 18.*

Non obſtat *§.finitur* , quoniam ex eo quidem factum
ipſum annullatur,non tamen conſolidatio inducitur.

14 Neque mouet dicta *l.ſi vſusfructus,ff. de iur.dot.*ſub illis
verbis,quoniam dicimus.Non enim ibidem dicitur,quod
ſi vſusfructus extraneo cedatur , ille ſtatim reuertatur ad
proprietatis dominum , & ſic de præſenti , ex quo vtitur
verbo,reuerſurum, quod eſt futuri temporis , quod æquè
eſt ac ſi dictum fuerit reuerſionem non ſtatim faciendam
ceſſione ſequuta , ſed in futurum morte cedentis, vel alijs
modis à iure expreſſis , ſicuti interpretatur *Ari. Pinell. in dicta lege prima , parte 3.ſub numero 39.in fine , ſequitur Barboſ.in dicta lege vſufructu ſub numero 4. verſ. neque repugnat. Riccard. in d.§.finitur numero 32. & Garz. in dicto tractat.de expen.& meliorat.capit.decima num.37.*

Non etiam refragatur *Martin Monte.a Cueua in d. deciſ.46.num.12.* cum illud verbum,dumtaxat,adiectum ſit,
vt oſtenderetur nil nocere proprietario , nec vſusfructus

paturam alterare ceſſionis actum, non autem quaſi in pœnam vſofructuarij cedentis vſumfructum extraneo; nam, vt diximus, vſusfructus cedi non poteſt extraneo ob ipſius naturam, quæ non patitur illum à perſona ſeparari, & ea facta dicimus eſſe nullam, & inefficacem non autem quod ob id vſufructuarius amittat ius ſuum, per ea quæ notat *Bald. in lege prima, num. 3. C. de epiſc. audient.* & præſertim probatur ex eo, quod habemus *in leg. nec vtilem in fine, iuncta Gloſs. in ver. oblatum, ff. ex quib. cauſ. maior. & in lege cum quis, §. primo. & ibi notant Bart. & Caſtr. ff. de ſol.*
15 nempè quod ſi ius ceſſum, vel translatum in aliquem ad ceſſionarium tranſire, vel aliqua ex cauſa ei acquiri non poteſt, illud remanere debet penès cedentem, vel transferentem, ſequuntur *Bart. in lege qui Romæ, §. duo fratres, quæſt. decima, numer. 24. in fin. ff. de verbor. obligat.* vbi etiam *Aretin. numer. 28. & Iaſ. numer. 79. Francb. Cremen. ſing. 113.*

Et quidem neſcio videre, quomodo Doctores pœnam adijciant in re tam clara, præſertim non expreſſam à iuribus ad id allegatis.

16 Ex quibus infero, quod ſi vſusfructus vendi, & in alium transferri poteſt, eodem etiam modo pignori, hypothecęque dari poſſe, & in creditorem transferri per vſufructuarium, vt probatur expreſsè *in l. ſi is, qui, §. vſusfructus, ff. de pignor.* in illis verbis. Qui ſolum vſumfructum habet ad tuendum creditorem, ſequuntur *Hugon. Donell. in tract. de pign. c. 8. col. 3. in princ. ver. de ſeruitutibus perſonarum. Connan. comment. lib. 4. cap. 14. in princ. Cuiac. obſeruat. lib. 15. c. 6. Morla in emptur. d. tit. 6. num. 20. ff. de ſeruit.*
17 Nam alias inutile eſſet pignus, quod vendi non poſſet, *l. ſi conuenerit, ff. de pignor. altro. leg. mulier. Codic. de diſtract. pignor.* adeo quod etiamſi vſufructus vendatur per credi-
18 torem vigore pignoris, & hypothecæ in eo conſtitutæ, ex hoc non amittatur, nec ad proprietarium reuertatur, quia licitè fit alienatio ex legis permiſſione, vt pluribus probant *Neguſ. de pign. 3. membr. primæ part. princip. num. 13. & 14. & Mudæus de pignoribus, & hypoth. cap. quæ res*
19 *obligentur*, vel obligatæ intelligantur, *num. 11.* & comprobatur ex iis quæ in proximè præcedentibus quæſt. dixi, & tamdiu durabit vſusfructus pignori datus, quamdiu vſufructuarius viuit; quo mortuo, pignus extinguitur, *argum. text. in dicta lege neceſſariò, §. finali, ff. de peric. & commod. rei vendit.* & tenet *Franch. Balduin. de pignorib. cap. 12. col. 6. verſic. diſcrimen eſt tamen notandum, & Feltcian. de cenſibus libro ſecundo, capit. quarto, numero 4. ad finem, & numer. 5.*

ARGVMENTVM.

Vſufructu ſtabilium relicto, ſi deinde à Principe cogatur hęres eadem vendere, an vſusfructus ita durare dicatur, vt ille debeatur ex pretio & pecunia inde redacta, & ſic hæres de euictione huius legati teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex pecunia quaſi vſusfructus percipitur.*
2 *Pecunia ſubrogatur loco rei, & ſortitur naturam ſpeciei, in cuius locum ſubrogatur.*
3 *Legitima relicta in pecunia numerata, quia reuera eſt quota bonorum, fructus taxantur iuxta quantitatem, & qualitatem bonorum.*
4 *Vſufructu ſtabilium relicto, ſi à Principe cogatur hæres eadem vendere, fructus debentur ex pretio, & numero 6. & 8.*
Sed contra num. 10. & ſeq. num. 17. & infra.
5 *Finis diſpoſitionis, & ſolutionis ſemper attenditur.*
6 *Fructus ſtabilium taxantur ad quinque pro centenario.*
Etiam in eo, qui non eſt ſolitus negociari, num. 7.
9 *Maritus vxori ſi relinquat fundi redditum, filius hæres teſtatoris poteſt fundum diſtrahere, & in pecunia vxori redditum ſoluere, quanti teſtator fundum locare conſueuerat.*
11 *Pretium in vniuerſalibus non ſuccedit loco rei, licet ſecus ex fictione, num. 12.*
13 *Pecuniæ computantur inter mobilia.*
14 *Vſuras rei ſuæ quis non compellitur ſoluere.*
15 *Res non parit fructum non domino, & non poſſeſſori.*
16 *Rei mutata forma citra hæredis culpam, ea non debetur.*
18 *Res creditori addicta vigore rei iudicatæ licet poſtea euincatur, tamen creditor non poteſt amplius agere via executiua.*
19 *Subrogatum quando eſt diuerſæ naturæ, non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
Nec extenditur quando aliquid ſpecialiter eſt conceſſum, num. 20.
21 *Trebellianicam non detrahit, qui coactè adiuit.*
22 *Præmio non eſt dignus, qui non vltro vindicauit.*
23 *Poteſtas, qui ex officio tenetur capere bannitum, non conſequitur præmium à ſtatuto deſtinatum capientibus bannitum.*
Idem dicitur, de eo, qui facit actum non ſponte; ſed incitatus à iure, vel à facto, nu. 24.
25 *Hæres grauari non debet præter id quod iuſſit teſtator, vel poſtea periit.*
26 *Superioris factum connumeratur inter caſus fortuitos.*

Quæſt. CLVIII.

EX præcedentibus quæſtionibus infertur ad ſingularem, & non vulgarem diſceptationem.

Videlicet, an vſufructo ſtabilium alicui relicto, ſi deinde à Principe cogatur hæres eadem vendere, vſusfructus ita durare dicatur, vt illa debeatur ex pretio & pecunia inde redacta.

1 Et prima facie dicendum videretur durare, ac deberi, quoniā dictum pretium, & pecunia ſupereſt, ex qua quaſi vſufructus percipi poteſt, *§. Itaque ſi pecuniæ. Inſtit. de vſufruct. l. 2. ff. de vſufructu ear. rer.* quæ vſu conſum. & pecunia ſubrogata loco rei, ſortitur naturam ſpeciei, in cuius
2 locum ſubrogatur. *Gabr de reg. iur. concl. 2. numer. 12. Rota coram Cardin. Seraphin. deciſ. 179. numer. 2.* Hinc dicimus, quod legitima relicta in pecunia numerata, quia reuera eſt quota bonorum, & æſtimatio, non immutat eius na-
3 turam, ideo fructus taxantur iuxta quantitatem, & qualitatem bonorum, *Rip. in l. in fideicommiſſariam, num. 145. ff. ad Trebellian. quem probat. Rota coram eodem Cardin. Se-*
4 *raphin. deciſ. 1406. numer. 7.* Non enim relictum, vt ſuprà fuit factum in pecunijs, ſed ex bonis, & ſic reſpectu certæ ſpeciei, quæ licet fuerint vendita iudicandum eſt de eis, ſicut de ſpecie *leg. talis ſcriptura in fine, & l. planè, §. 2. & l. ſi ſi certus, ff. de legat. 1.* atque ita veniunt vſuræ, & fructus prout ſi ſpecies adhuc adeſſet, quaſi tunc non petantur vt vſuræ, ſed quatenus ex fructibus perciperentur, iuxta quę habentur per *Socin. conſ. 247. ſub numer. 9. verſ. ſecundo de precepto teſtatoris libr. 2. per text. in l. 2. & in l. vltima, C. de*
5 *vſur. & fruct. legat. l. Titia taxtores, ff. de leg. 1.* Cum etiam ſemper attendatur finis diſpoſitionis, & ſolutionis, *leg. in fideicommiſſo in princ. ff. de vſur.* Neque coactio ſecuta

hæredi

Digitized by Google

hæredi prodeſſe debet, cum debuerit pecunias reinueſti-
re in tot alijs bonis ſtabilibus, ex quibus percipi potuiſſet
vſusfructus, quo caſu ſatis concludens dicitur liquidatio
6 *Auth. de non alienan. §. quia vero, in fine*; qua dicitur fru-
ctus ſtabilium taxari ad quinque pro ſingulo centenario,
gloſ. fi. in auth. Perpetua, C. de ſacroſanct. eccleſ. Rota Gen.
7 *deciſ. 194. num. 3.* quod ſufficere videtur etiam in eo, qui
non eſt ſolitus negociari. *Honded, conſil. 30. numer. 13. verſ.
minus in caſu noſtro repugnat, & numer. 14. libro primo, poſt*
8 *Ruyn conſil. 104. libro quarto,* iuxta doctrinam *Bart. in l. tu-
tor, qui repertorium, §. qui poſt, & §. ſequent. ff. de admin. tut.
Alex. conſil. 31. numer. 11. libr. 6. Crauett. conſil. 433. numer.
decimonono, libro 3.* & in terminis videtur text. *in leg. non*
9 *vtitur, §. final. iuncta l. ſeq. ff. de vſufruct.* Vbi ſi vſufructua-
rius vedat vſumfructum, & fruatur pretio, non minis ha-
bere intelligitur, quam ſi principali re vtatur, fruaturque;
cum quo videtur concordare *text. in lege fundi Trebatia-
ni, ff. de vſufructu legat.* Vbi maritus vxori reliquit fundi
redditum; & ait *text.* filium hæredem teſtatoris poſſe
fundum diſtrahere, & in pecunia vxori redditum ſoluere,
quanti teſtator fundum locare conſueuerat.

10 Et quod de reddito dicitur, idem de vſufructu dicen-
dum videtur, *ad leg. ſi quis ita legauerit. ff. de vſuſfruct. lege ſi
patrimon. ff. de vſufr. legat. l. idem eſt, ff. de vſufruct. quemad.
cauet.*

His vel ſimilibus tamen non obſtantibus, contrarium
concludendum eſt, cum res citra hæredis culpam accide-
rit, ex quo Principis iuſſu, & ita caſu fortuito, cui hæres
occurrere non potuit, *l. apud Iulianum, in fine, ff. de legat.
1. & poſt eum Cagnol. in l. impoſſibilium, ff. de regul. iur. cum
ſimil.* vnde ſequitur, quod legatum cenſeatur finitum da-
11 mnum legatarij, non autem hæredis, *lege cum res legata
præſertim in §. penult. & fin. ff. de leg. 1.* & quicquid in par-
ticularibus, in vniuerſalibus pretium non ſuccedit loco
rei, *leg. ſi mater, vbi ſcribentes, C. de rei vendicat. l. venditor,
ff. de hared. vel act. vendit. notatur in leg. ſi rem, & pretium,
& l. qui vas, §. vlt. ff. de furt. Labeo, & Sabin. §. 1. ff. de ver-
bor. ſignific. Feudiſt. in cap. 1. de feud. non haben. nat. feud. Ti-*
12 *raquell. de retract. lignag. §. 32. Gl. 1. num. 30. & ſeq.* Licet
etiam in vniuerſalibus ex fictione, non autem ex verita-
te procedat, vt pretium locum rei ſuccedant, ſecundum
*Bald. in lege cogi. col. fin. ff. de petit. hæredit. Iaſ. in leg. ſi cum
ſeruum, ff. ſi cert. petat. Tiraquell. in dict. gloſ. vnica, nu-
mer. 22.*

13 Præterea vſusfructus ſtabilium fuit relictus, non autem
pecuniarum, quæ inter mobilia computantur, vt poſt
adductos per eum tradidit *Menoch. de præſumpt. libro 4.
præſumpt. 138. per totam, & Riminald. iun. conſil. 116. nu.*
14 *84. lib. 2.* & cum facta venditione pecunia ex bonis reda-
cta efficiatur hæredis ipſius domini, is non debet ſoluere
vſuras rei ſuæ, *Dec. conſil. 119. ſub numer. 4.* Immò efficitur
15 dominus, & poſſeſſor, ergo impoſſibile eſt, quod res pa-
riat fructum non domino, & non poſſeſſori. *Ancharan. in
cap. peccats, ſub num 9. verſic. ad quintam rationem. de reg.
iur. in 6. & Dec.* remouendo aliquas difficultates *in leg. 2.
§. creditum in ſecunda lectura, num. 3. ff. ſi cert. petat. Martin.
Nauarr. in cap. ſi fœneraueris, num. 7. ad finem, de vſur. Co-*
16 *uarr. variarum reſolut. lib. 3. capit. 1. ſub num. 5. verſic. ſupe-
reſt.* Vt ergo vſusfructus remaneat, eundem quoque for-
mam rei remanere neceſſe eſt, qua mutata citra hæredis
culpam deberi debet, ad *text. in leg. quid tamen, §. 1. & pe-
nult. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt.* vbi, ſi ædium vſusfru-
ctus legatus ſit, & ædes ad aream fuerint redactæ, vſus-
fructus vſq; adeò extinguitur, & extinctus manet, quam-
uis teſtator alias ædes reſtituerit in eadem area, eiſdem
quoque cæmentis, & tignis; non enim ſufficit eandem
adeſſe materiam, puta cœmente, vel tigna, niſi ædes ſubſi-
17 ſtant, ad hoc vt eorum vſusfructus permaneat, & per
conſequens in propoſito non ſufficit adeſſe pecunias ex
18 bonis vſufructui obligatis redactas, cum bona ipſa im-
mobilia in alios diſtracta ſint, ſicut in ſimili dicimus,
quod licet res creditori addicta vigore rei iudicatæ po-
ſtea euincatur, tamen creditor non poteſt amplius age-
re via executiua, quia iam eſt extincta. *Bartol. Iaſ. & ple-
nius. Alex. in leg. à Diuo Pio, §. ſi poſt addictum, ff. de re iu-
dicata.*

Non obſtat, quod idem iudicetur de hac pecunia,
quod de immobilibus, ex quibus fuit redacta, tamquam
illorum loco ſubrogata, quia reſpondendo dicitur, quod
in particularibus, de quibus loquimur, pecunia non ſuc-
19 cedit loco rei, *dicta leg. qui vas, §. vltimo, ff. de furt. vbi gloſ.*
citat plures concordantes, & ſubrogatum, quando eſt
diuerſæ naturæ non ſapit naturam eius, in cuius locum
ſubrogatur, *leg. ſi in fundo, §. ſi fundus, ff. de iure dot. Bart. in
lege pater filium, column. penult. verſicul. non obſtat,* quod
ius agendi, *ff. de iniuſt. rupt. teſtament. Socin. in cap. veniens,
numero decimoquinto, de accuſat. Socin. iun. conſil. vigeſ-
ſimoquarto, numero 22. libr. tertio. Rube. Alexand. in lege
penult. §. ad crimen, numer. 186. ff. de public. iudic.* At diuer-
ſæ ſunt naturæ, immobilia, & pecuniæ, ex prædictis
meritò, &c.

20 Item, quia vſusfructus fuit ſpecialiter relictus ſuper
bonis immobilibus; ſed vbi aliquid eſt ſpecialiter attri-
butum, ſubrogatum non ſapit eamdem naturam, nec
ſubrogationis regula ad id extenditur, quod fuit ſpecia-
liter conceſſum. *Bartol. in lege prima, §. hac actio, ff. ſi
quis tamen, lib. eſſe iuſſ. fuer. Alexand. in lege prima, nu-
mer. 91. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict. Socin. in leg.
prima, ſub numero decimonono, verſic. Ad iſtud reſpon-
de, ff. quis, & à quo. Bero. conſilio 71. numero quarante ſi-
moquarto, libr. primò, Iacob. Niger. in l. mandatum, ff. de
officio eius.*

Non obſtat *dicta lege fundi Trebatiani*, quoniam ibi a-
gitur de venditione voluntaria; nec ideò mirum, ſi hæres
teneatur, qui voluntariè alienauit, *d. l. fundi, l. cum res lega-
ta, ff. de legat. 1.*

In præſenti autem hæres coactè vendidit, nec ideò
eſt, quid ſibi imputetur, ſed excuſandus eſt, *lege libero-
rum, §. excuſantur, ff. de his qui notan. infamia leg. liber*
21 *homo, la ſecunda in princip. ff. ad leg. Aquil. vbi Gloſſa,* &
è contra, qui coactè adiuit, non detrahit Trebelliani-
cam; *lege nam, & quod §. qui compulſus. ff. ad Trebellian.*
22 & qui non vltro vindicauit, non eſt dignus præmio,
vt inquit *text. in lege tertia, §. vtrum, ff. ad Syllan.* & po-
23 teſtas, qui ex officio tenetur capere bannitum, non
conſequitur premium à ſtatuto deſtinatum capientibus
bannitum, vt voluit *Bartol. in dicto §. vtrum, num. 2.* Vbi
idem dicit de eo, qui fecit actum non ſponte, ſed inci-
24 tatus à iure, vel facto, ſequitur *Nell. in tractat. de ban-
nit. in ſecunda parte 2. tempor. quæſtion. 22. numero 22. &
ſequentibus.*

Nec mouet quod hæres teneretur pretium dictorum
25 bonorum inueſtire: quoniam cum à teſtatore ad id non
fuerit obligatus, & coactè vendiderit hæres, non debet
grauari præter id, quod iuſſit teſtator, vel quod poſtea
perijt, *leg. qui tamen, in fine. ff. quibus mod. vſusfructus amit-
tat.* Et in caſu noſtro bona eſſe deſierunt facto ſuperioris,
quod connumeratur inter caſus fortuitos, *leg. Lucius, ff. de
euictio. Alexand. conſil. 57. num. 3. in fin. libr. 1. Natt. conſil.
181. num. 4. Crauett. conſil. 95. nu 1. Afflict. deciſ. 54. num. 2.
Surd. deciſ. finali num. 15.*

Et ita vt ſupra conſulendo decidit in terminis, *Caphal.
conſil. 20. per totum, libro primo,* qui contrarijs reſpon-
det.

ARGVMENTVM.

Vſufructu bonorum mobilium, ac immobilium alicui relicto, an ſi bona prædicta ab alio reemantur vigore pacti initi cum teſtatore, pretium bonorum ſic reemptorum pertineat ad vſufructuarium; & hęres hac via teneatur de euictione ad fauorem ipſius vſufructuarij.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus bonorum alicuius legatus facta ab alio eorumdem bonorum redemptionem, non debetur.*
Sed contra, nu. 4 & ſeq.
2 *Redimendi facultas ac percipiendi pretium, rei dicitur eſſe quoddam ius.*
3 *Ius exigendi pretium rei redimendæ non continetur ſub legato mobilium, cum ſit tertias ſpecies.*
5 *Pretium rei venditæ poſt obitum teſtatoris ſpectat ad eum cui teſtator rem ipſam reliquit, ex qua pretium eſt comparatum.*
6 *Res quæ fuit vni relicta, ſi à fiſco per in integrum reſtitutionem redimatur pretio reſtituto, legatarius pretium illud habebit.*
7 *Iura, quæ volunt pro legato non deberi euictionem, intelliguntur, quando pro euictione hęres nihil percipit, ſecus ſi aliquid percipiat.*
Et ſi teſtatori ab aliquo euictio debeatur, hæres tenetur ius hoc cedere legatario, nu. 8.
Cuius contrarium tenet Paul. de Caſtro, num 9.
Sed prior relata ſententia verior probatur, quando pro ipſa re aliquid praſtatur, heredi ibidem.
Ampliatur, ſiue euictio ſequatur via ordinaria, ſiue ſpeciali aliquo remedio, num. 10.
11 *Notatur differentia relicti vſusfructus ſtabilium, & legati vſusfructus ſtabilium, & mobilium.*
12 *Legatum vſusfructus rei particularis, veluti cum domus vel prædium relinquitur extinguitur, rei ipſius legatę mutatione.*
Primò fallit, ſi generaliter fuerit legatus vſusfructus vniuerſorum bonorum, n. 13.
Et de ratione ibidem.
Secundò fallit in ſeruitutibus realibus, quę rei mutatione non pereunt, n. 14.
Tertiò fallit in pignore quod rei mutatione non perit, numero 15.
Et de ratione, num. ſeq.
Quartò fallit, ſi vſusfructus fundi fuit legatus, & villa diruta eſt; quia non ideò vſusfructus extinguitur, numero 18.
Ampliatur procedere, etiamſi vſusfructus villa legatus ſit, quia villa appellatione comprehenduntur etiam ei adiacentes agri, nu. 19.
18 *Vſusfructus ita demum debetur, ſi ſalua ſit rei ſubſtantia.*
20 *Vſusfructus vineæ relictus, an ea exciſa debeatur, & alia quędam, vide ibidem remiſſiuè.*

Quæſt. CLVIII.

IN materia vſusfructus alia, & ſupradictæ germana ſe nobis offert quæſtio: num ſi alicui relinquatur vſusfructus bonorum mobilium, & immobilium: & deinde bona prædicta an altero re emantur vigore pacti tempore venditionis celebrati, pretium bonorum ſic reemptorum pertineat ad vſufructuarium.
1 In qua dicendum videtur vſumfructum fuiſſe finitum
ex dicta reemptionem facta ob mutationem formæ. Cum
conuerſa ſint bona in pecuniam, §. *finitur*, vbi *Aretin. nu.*
8. Inſtit. de vſufructu. leg. repeti in fine, & leg. quid tamen in
princip. §. 1. & §. nam his, cum leg. ſeq ff. quib mod. vſufruct.
amittat. & dicto §. finitur, in leg. illis verbis, & amplius conſtat, ſi ædes incendio conſumptæ fuerint vel etiam terræmotu, vel vitio ſuo corruerint, extingui vſumfructum, &
nec areæ quidem vſumfructum deberi, & ibi communiter
per *Doct. Petr. Gregor. in ſyntag. iur. libr. 4. cap. 5. numer. 4.*
parte prima, Ant. Gouean. libr. 1. electionum iuris variar. ca.
38. Ioan. Garz. de expen. & meliorat. cap. 11. & 38. Cephal.
conſ. 20. libro primo, & faciunt quæ dixi in præcedent. quęſtione.
2 Præterea id ſuaderi videtur ex eo, quod facultas iſta
retrouendendi & percipiendi pretium rei, quæ cum tali
pacto empta fuit, videtur eſſe quoddam ius, vt per *Cagnol.*
in l. a ſub num. 166 C. de pact. inter empti. & vendit. ius au-
3 tem exigendi pretium rei redimendæ continetur ſub legato mobilium cum ſit tertia ſpecies. *Marc. Anton. Peregrin. deciſ. 71. numer. 7.* ſed contrarium verius, & videlicet
4 pretium bonorum re emptorem ſpectare ad vſumfructuarium, non ſit ſuum tamquam fructus: ſed quod eo
vti, & frui liceat ſicut cæteris rebus, & eo finito, hæredibus reſtituat nam cum retrouenditio hæc fiat ex obligatione præambula teſtatoris fingitur ab eo facta; ita
quod retrotrahatur ſolutio hoc ad tempus celebrari
contractus, per *text. in l. 2. §. idem quoque, ff. de collat. bon.*
vnde prætium, quod in retrouenditione hæredibus reſtituitur, videtur fuiſſe in hæreditate vſque de tempore emptionis factæ per teſtatorem: qua ratione inferunt ibidē
Cyn. Bal. Alber. & Dec. in leg. ea demum, C. de collat. quod ſi
teſtator emit prædium cum pacto retrouendendi: & poſt
mortem illius fiat retrouenditio, eo caſu, ſi ex vi ſtatuti,
5 vel conſuetudinis aliquo decedente mobilia ſpectant ad
executores: immobilia verò ad hęredes, pretium ſpectabit
ab executores; quoniam cenſetur etiam tempore teſtatoris fuiſſe in pecunia, & perinde habetur, ac ſi teſtator
numquam emiſſet, *l. 2. §. id quoque de collat. bono. facit text.*
in l. filiusf. & ibid. Bar. & ſcribentes. ff. de verb. oblig. Bart. &
alij in l. 1. C. ſi aduerſ. tranſact. Tiraq. de retract. lignag. ad finem tituli num. 14. & ſeq.
Inſuper, quoniam rei venditæ pretium poſt obitum
teſtatoris ſpectat ad eum, cui teſtator rem ipſam reliquit,
ex qua pretium eſt comparatum, iuxta *tex. in l. qui ſolidū,*
6 *§. 1. ff. de leg. 2.* vbi ſi res quæ fuerat vni relicta à fiſco per
in integrum reſtitutionem redimatur pretio reſtituto,
legatarius pretium illud habebit, quod ſecundum *Bartol.*
7 *ibi*, notandum eſt, *Ioan. de Imola, ibidem*, ait per illum *text.*
limitari iura, quę volunt, quod pro legato non debeatur
euictio. Quia intelliguntur, quando pro euictione hęres
8 nihil percipit; nam, ſi aliquid percipiat, illud pertinet ad
legatarium. Quin etiam addit, quod ſi teſtatori ab aliquo
euictio debeatur, hęres tenebitur ius illud cedere legata-
9 rio: vbi tamen *Caſtrenſ.* id comprobat, quamuis Imolę
ſententia verior videatur, quoties pro ipſa re aliquid prę-
10 ſtatur hęredi, ſiue euictio ſequatur via ordinaria, ſiue ſpeciali aliquo remedio, ſecundum *Butrig. quem ibidem Bald.*
refert, ac ſequitur.

11 Non

Digitized by Google

11 Non obſtat, quod vſusfructus finitus videatur propter mutationem formæ, ex quo conuerſus eſt fundus in pecuniam; & ita formæ mutatio debuerit extinguere vſumfructum; quia etſi extinctus ſit vſusfructus reſpectu prædij vel bonorum reuenditorum: nihilominus extinctus non fuit reſpectu pretij, quo vti poteſt legatarius non minus, quã ſi in hæreditate fuerit repertũ, vt latè in terminis reſpondit *Surd. conſil. 26. ſub numer. 8. 9. & 11. ac per totum lib. 1.* licet ſecus ſit, ſi ſtabilium vſusfructus alcui relictus ſit, vt dixi in præcedenti quæſt. quia ſi ſtabilia ex neceſſitate vendantur, vſusfructus extinguitur, ex *Cæphal. conſ. 20. per totum*, quem ſequitur *Surd. d. conſ. 26.* vbi in fine aſſignat rationem, quia pecunia, quæ ex alienatione ſtabilium comparatur, non eſt ſtabilis, ſed mobilis: quippe, cum inter mobilia computetur, *leg. 1. §. fuit quæſitum, vbi DD. notant, ff. ad Treb. leg. ſi chorus, §. 1. ff. de leg. 3. Dec. conſ. 381. num. 2. alios refert Caphal. d. conſil. 20. numer. 13.* ideò non venit vſufructu, nec includitur ſub verbis legatis, niſi ſecundum eum, nedum ſtabilium, ſed mobilium quoque vſusfructus eſſet relictus, vt in præſenti quæſtione,

12 Vnde aduertendum eſt ad ea quæ in principio ſuperius dixi, nempè procedere in legato particulari vſusfructus, veluti, cum domus, aut prædium legatur: quo caſu rei mutatione ſic extinguitur vſusfructus: vt nec areæ vſusfructus debeatur.

13 Secus autem eſt in legato generali vſusfructus: ſicuti cum vniuerſum, aut omnium bonorum vſusfructus relinquitur; quoniam tunc areæ vſusfructus retinetur, aut peti poteſt ex *text. in leg. quoties, §. vniuerſorum, ff. de vſufruct. vbi I.C.* ſic inquit, vniuerſorum bonorum, ac ſingularium rerum ſi vſusfructus legetur hactenus intereſſe puto: quod ſi ædes incenſæ fuerint, vſusfructus ædium ſpecialiter legatus peti non poteſt: bonorum autem vſufructu legato, areæ vſusfructus peti poterit; & ibidem notarunt *gloſ. Bald. Ang. Alberic. & Floran. Azo. in ſumm. C. de vſufructu num. 32. Coraſ. in l. ſi iter num. 3. ff de ſeruit. Surd. in d. conſ. 26. num. 10. lib. 1. & conſ. 155. numer. 5. lib. 2.* ratio eſt, quia is qui legat vniuerſalem vſumfructum non videtur particularem aliquam rem reſpicere, ſed legare videtur omnis ſubſtantiæ vſumfructum, & area dicitur eſſe in ſubſtantia bonorum. Quæ ratio ceſſat, cum particularis rei vſusfructus relinquitur, vt clarè legitur, *in d. §. vniuerſorum*, ibi, quoniam qui bonorum ſuorum vſumfructum legat, non ſolum eorum, quæ in ſpecie ſunt, ſed & ſubſtantiæ omnium vſumfructum legare videtur; in ſubſtantia autem bonorum etiam area eſt.

14 Secundò declaratur procedere in vſufructu, & ſeruitutibus perſonarum, at ſecus in ſeruitutibus rerum, vel prędiorũ non enim ſeruitutes tales, vel prędiales rei mutatione pereunt, & peremptæ ſemel ex æquitate reſtituuntur ædificio reſtituto, *l. cum debere l. ſi teſtamento, ff de ſeruit. vrban. prædior l. etſi fortè, §. etiam, ff. ſi ſeruit. vendic. l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum, ff. de ſeruit. vrban. præd. vbi ait Bart. in ſummario.* Quantum ad iura ſeruitutum realium, & ædificium deſtructum & reſtitutum idem videtur: ſecus quoad perſonales ſeruitutes *Surd. conſ. 121. num. 5. libr. 1. quare Coraſ. in leg. 1. numer. 49. & ſequentibus, ff. de ſeruit.* quærit rationem differentiæ inter reales, & perſonales ſeruitutes, cur illæ rei mutatione extinguuntur, hæc autem non & poſt improbatam quorundam ſententiam, ſeu rationes *num. 53.* probat, quod quemadmodum interit vſusfructus ſublato ædificio, ita etiam & realis ſeruitus extinguitur, cum non habeat ſubiectum in quo conſiſtat, & hoc vult *text. in d. §. ſublatum*, dum ibi dicitur, quod vtilitas exigit, vt repoſitum ædificium, idem intelligatur. Ex quibus verbis voluit *I.C.* quod licet ſtricto, ac ſubtili iure interit ſtillicidij aduertendi ſeruitus diruto ędificio, quia tamen Reipublicę intereſt vrbanas ſeruitutes non extingui, *l. hæc autem, ff. de ſeruit. vrb gloſ. in leg. ſed an via, ff. de pign.* ædificium reſtituitur, confirmat *Cuiac.* recitationum ſolemnium in libros digeſtorum, ad dictum *§. ſi ſublatum*.

15 Tertiò declaratur non habere locum in pignore, quod rei mutatione non perit; ſed in ea conſiſtit; ſicut notarunt *gloſ. Bart. & Caſtr. ac alij communiter in l. domo per illũ text. ff. de pignorat. act.* quod non contingit in vſufructu. Ratio aſſignatur, quoniam pignore & hypotheca ſecuritatem debiti principaliter ſpectamus, *§. fin. Inſtit. quib. mod. re contrahi. oblig.* quæ ſemper ſubiſſe debet, re etiam quantuncunque mutata, ex quo in pignore & hypotheca res tota obligatur; ſed area pars domus eſt pignori datæ vt inquit *text. in d. l. domo*, igitur quamuis domus pignori
16 data diruta, ſeu deſtructa: ſit area tamẽ obligata remanet: vſusfructus verò ita demum manet, dum ſalua eſt rei ſubſtantia, *l. 1. in princ ff. de vſufruct.* cęterum mutata forma rei non remanet ſubſtantia, *l. vſufructuarius nouum, l. vſufructuarius la ſeconda, ff. de vſufruct.* non ergo mirum, ſi vſusfructus extinguatur etiam in area; quia diructa domo, non manet ſubſtantia rei, cuius vſusfructus fuit. His conducunt tradita per *Riccard. in d §. finitur ſub num. 38. verſ.*
17 *vlterius*, ergo reſponderem, cum ait, quod ideò deſtructa, vel diructa domo remanet ius, vel obligatio pignoris in area, quia domus fuit pignori data; & quoad ædificium, & quoad ſuperficiem, & quoad ſolum, & area etiam; vnde cum remaneat area, & pignoris obligatio remanet. At vſusfructus cõceſſus cẽſetur ratione ędificij & ſuperficiei, vt videlicet inhabitaretur, & ita ob vſum habitationis: ideò domo deſtructa vſusfructus non durat in area: quoniam non durat vſus ille, ad quem fuit conceſſa domus, cum domus diructa habitari amplius non valet.

18 Quartò declaratur ſibi nõ tribuere quando vſusfructus fuit legatus, & villa diructa ſit quia non ideò vſusfructus extinguitur, ex quo villa fundi acceſſio eſt non magis,
19 quam ſi arbores deciderint, *l fundi, ff. quib. mod. vſufruct. amitt.* quod ampliatur etiam procedere, ſi vſusfructus villæ datus ſit: quia villæ appellatione etiam ei adiunctos a-
20 gellos comprehendere ſolemus, adſcripta per *Connan. commentar. iur. ciuil. lib. 4. cap 6. num. 8. vbi num. 9. de area,* & vineæ vſufructu quærit vtrum relicto vſufructu vineę, ea exciſa, pereat vſusfructus.

Item areæ vſufructu legato, ſi poſtea in ea vinea plantetur, an vſusfructus extinguatur. Rurſus, an relicto areę vſufructu, vt tollatur vinea, vtrum remaneat vſusfructus in vinea, quæ omnia penès ipſum *Connan.* videri poterunt.

ARGVMENTVM.

Venditori, quando & qualiter debentur fructus rei venditæ. etiam quod non impleuerit, alia, & noua explanatio.

Contractus quando extendantur ad hæredes, & pro eis venditor de euictione teneatur.

S V M M A R I V M.

1 *Aequalitas inter contrahentes ſeruanda eſt.*

Quod tamen ſic intelligitur, vt nec minimum ſtricta nec nimium lata fiat interpretatio, num. 2.

Secundò intellige vt procedat, quando eſt par cõditio perſonarum,

Google

rum, & ratio eadem, num. 3.

4 *Venditor non tenetur dominium rei venditæ in emptorem transferre, nec facere emptoris; & de ratione numero ſequenti.*

5 *Emptor pecuniam facere tenetur venditoris.*

6 *Emptor quando retinet penès ſe pretium, non facit fructus ſuos.*

Ampliatur etiam venditor promiſſa non impleuerit, num. 7. & 12.

Ratio redditur num. 11.

Fallit ſi retineat penès ſe pretium ex eo, quod fuerit illi data dilatio ad ſoluendum, num. 8.

Quo caſu non etiam tenetur ad fructus recompenſatiuos iuxta æquitatem, l. curabit, nu. 9.

Sublimitatur non procedere in dilatione, quæ ab initio continet certum, & limitatum tempus: ſecus in dilatione incerta, quæ de ſui natura venit quanto citius implenda num. 10.

12 *Emptor tenetur ſoluere fructus, etiamſi ſibi nulla poſſit imputari mora, ſi pretium non ſoluerit.*

Et fructus iſti debentur, non vt vſuræ, ſed tamquam res propria ex æquitate iuſtitiæ commutatiuæ, num. 13.

Ac petuntur non tanquam fructus rei principaliter deducta in iudicio, ſed tanquam res principalis debita, num. 14.

15 *Vſuræ permiſſæ a iure ciuili, ne quis locupletetur cum aliena iactura, probantur a iure canonico, vſque ad probabile intereſſe.*

Quod intereſſe venditori præſtandum, reducitur ad æſtimationem fructuum, qui ab emptore ſunt percepti, numero 16.

Et ita habetur ratio fructuum, qui deductis oneribus ſuperſunt, num. 17.

18 *Fundum retinens, & alium tradens occaſione tranſactionis, de euictione tenetur.*

Et de ratione ibidem, num. 20.

19 *Fundum ex cauſa tranſactionis dimittens, de euictione non tenetur, niſi ex facto ſuo ſequatur.*

21 *Expreſſum habetur in contractibus id, de quo ſi contrahentes interrogati fuiſſent, ita veriſimiliter reſpondiſſent.*

22 *Contractus regulariter extenduntur ad hæredes, quamuis de eis mentio facta non ſit, quando veriſimile eſt contrahentes non ſolum ſibi, ſed etiam hæredibus proſpicere voluiſſe.*

Præſertim, ſi contractus tranſeat ad hæredes, num. 23.

Ampliatur procedere, etiamſi appoſita ſit dictio taxatiua, veluti ſi quis promiſerit pro ſe tantum vel de ſuo dato, & facto tantum, numer. 24. & num. ſeqq. Vbi quod dictio illa taxatiua cenſetur appoſita ad excludendum extraneum, & non hæredes.

Quæ ſententia verior eſt, quando pactum cum dictione taxatiua appoſitum eſt ſuper contractu de cuius natura, eſt vt promiſſor teneatur de facto auctoris, vel ſucceſſoris, num. 26.

27 *Venditor ex contractu venditionis tenetur de euictione de facto cuiuslibet extranei, nu. 27.*

Extenditur id procedere etiam in contractu permutationis, num. 28.

29 *Promiſſor quando ex contractus natura non tenetur de facto extranei, dictio taxatiua in eo appoſita excludit factũ auctoris defuncti, & hæredis.*

30 *Bar. in l. non ſolum, §. tale de liberat. legat. qualiter intelligendus.*

Quæſt. CLIX.

1 Dixi aliquæ de materia huius quæſtionis ſupra; nunc
autem alius rem ipſam attingendo, dicitur æqua-
litatem in contractibus maximè fore ſeruandam, iuxta
etiam alias dicta; quod tamen ſic intelligi debet, vt nec
2 nimium ſtricta, nec nimium lata fiat interpretatio; ſed
media via eligatur. Qua ratione vna pars non debet vſq;
adeo adiuuari, vt altera pergrauetur, & deſtituta perma-
neat, & ita intelligitur *cap. cum dilecti de donat.* vt ibidem
declarat *Abb. num. 4. & reſpondit Zaſ. conſ. 13. numer. 29.
lib. 2.*

3 Secundò intelligitur, vt locum habeat, quando eſt par
conditio perſonarum, & ratio eadem *Bald. in cap. quæ in
eccleſiarum num. 22. de conſtit.* nam propter diuerſam ra-
tionem ſine dubio inæqualitas tolleratur; quod præſer-
tim in contractu emptionis, & venditionis accidere ſolet:
4 in quo venditor non tenetur dominium rei venditæ in
emptorem transferre, nec rem facere emptoris ſed tantũ
tradere, etiamſi non ſit dominus, *Surd. deciſ. 283. num. 2.* &
tamen emptor tenetur pecuniam facere venditoris acci-
pientis, *l. ex empto in princ. ff. de act. empt.* & *gloſ. rationem
5 reddit diuerſitatis, quam Bart. ſequitur*; quia venditor tene-
tur ad certam ſpeciem; ſed emptor tenetur ad genus, &
6 ideò multo facilius poteſt propriam pecuniam ſoluere, &
facere accipientis; quod de venditore dici nequit. Et
ideo videmus, quod quando emptor retinet penès ſe pre-
tium, non facit fructus ſuos, iuxta *l. curabit, C. de act. empt.*
etiamſi venditor promiſſa nõ adimpleuiſſet, ex receptio-
7 ri, de qua per *Cagnol. in d. l. curabit num. 31. Alexand. conſil.
147. num. 3. lib. 5. Surd. conſil. 101. num. 23. lib. 1. & deciſ. 117.
num. 7. Honded conſ. 44. num. 12. lib. 3. Rota deciſ. 688. num.
3. part. 2. in recentior.* & fuit dictum in *Beneuentana pecu-
niaria 15. Iunij 1605. coram Cardinali Sacrato*; licet emptor
ſi retineat penes ſe pretium ex eo, quod fuerit ei data
8 dilatio ad ſoluendum, faciat fructus ſuos, vt dixi in *q. 103.
ac tradit Bero. in cap. 1. numer. 125. de vſur.* nec tenetur ad
9 fructus recompenſatiuos ſecundum æquitatem *d. l. curabit
Dec. conſ. 119. num. 7. Ant. Gabriel. de empt. concluſ. 4. n. 21.
Hier. Gabr. conſil. 57 num. 5. lib. 1. Honded. d. conſ. 44. num. 4.
lib. 1. & fuit dictum in Auſculana pecuniaria coram R. P. D.
Coccino 11. Decembris 1606. in impreſſ. deciſ. 320. numer. 3.*
quod tamen limitatur non procedere in dilatione, quæ
10 ab initio continet certum & limitatum tempus ſecus au-
tem in dilatione incerta, & indeterminata: & quæ de
ſui natura venit quantò citius implenda, vt diſtinxit *Ro-
ta in Romana Caſaletti 20. Iunij 1611. coram Cardin. Sacra-
to*; vbi redditur ratio eius, quod ſuperius fuit dictum
de non adimplemento venditoris, nempè, quia per
non implementum venditoris non minuitur iſti vſus rei
venditæ, cuius contemplatione debentur iſti fructus re-
12 compenſatiui, ne emptor locupletetur cum aliena iactu-
ra: quodq; fructus iſti debeantur etiam, vbi emptori nulla
poteſt imputari, ſi pretium non ſoluerit, *Surd. d. conſ. 101.
num. 23. & ſeq. lib. 1. Gab. conſil. 56. num. 3. lib. 1. Rota in Pa-
riſien. pecuniaria 18. Iunij 1618. coram R. P. D. Coccino*, &
13 iſti fructus non debentur vti vſuræ, ſed tanquam res pro-
priæ ex æquitate iuſtitiæ commutatiuæ, & iure naturali.
*Couar. var. reſolut. lib. 3. c. 4. ſub num. 1. verſ. & ideò alia ex
cauſa Rota in Romana pecuniaria 25. Octobris 1621. coram
14 R. P. D. Coccino*, vbi etiam dicitur, quod petuntur non tã-
quam fructus rei principaliter deducta in iudicio, ſed tan-
quam res principalis debita, & ideò omni iure, tam ciuili,
quam naturali, & iure canonico debentur. *Honded. d. conſ.
44. lib. 1. fuit tentum in d. Romana pecuniaria, et coram San-
ctiſſ. deciſ. 347. n. 7.*

15 Huc ſpectat, quod vſuræ permiſſæ à iure ciuili ea ratio-
ne, ne

Google

ne, ne quis fiat locupletior cum iactura alterius a iure
16 canoo ico ſunt permiſſæ vſquæ ad probabile intereſſe,
quod ſi eſt damni emergentis nullam recipit dubitatione,
c.ſolubriter de vſur. & hoc quidem intereſſe, quod veodi-
tori præſtare debet, reducitur ad æſtimationem fructuũ,
qui ab emptore ſunt percepti, vt in *d.l.curabit*, ibi, quas
17 vſuras perceptorum fructuum ratio generauit. Et ideò
habenda eſt ratio fructuum, qui deductis impenſis, & one-
ribus ſuperſunt, *l.fructus, ff.ſoluto matr.*
18 Simili modo, vt ad rem redeamus, qui vnum fundum
retinet, & de alium tradit, occaſione tranſactionis: de
19 euictione tenetur, & è conuerſo, qui fundum ex eadem
tranſactionis cauſa dimiſit, de euictione non tenetur, niſi
ex facto ſuo ſequatur, *l.ſi fundo, C. de tranſact.* huius rei ea
aſſignatur ratio quoniam is, qui fundum dimiſit, ſolum
ius quod in eo habet vult remittere, & ſic oon obligare,
20 cum non vt proprium tradiderit, ſed ius ſuum remitten-
do à lite diſceſſerit. At per contrarium, qui fundum re-
tinet, & alium quaſi proprium tradit, vt aduerſarius à litè
diſcedat, ſe ipſum aſtringit, prout *text. in d.l.ſi pro fundo, intelligit Soc.iun.conſ.84.num.26.lib.2.*
21 Verùm & ſanè illud etiam & in contractibus recipien-
dum eſt, vt pro expreſſo habeatur id, de quo ſi cõtrahen-
tes interrogati fuiſſent ita, veriſimiliter reſpondiſſent.
*gloſ.in l.tale pactum, §.vltimo, & ibi Bald. & Ang.ff.de pact.
quod voluit quoque Alex.in l.ſi Titius, §.Lucius num.2.ff. de
lib. & poſthum.* qui etiam hoc argumento vtitur *conſ. 34.
ſub num.9.verſ.fortificantur lib.2.Dec.conſ.7.num.6.in fine.
& conſ.55.num.7. & ſeq. & conſ.697.num.8.Crau.conſ.561.
num.4.Decian.conſ.31. num.46. & ſeqq. libro primo probat
Ruyn.conſil.74.numer.11. & 12.libro primo,* vbi contrarijs
reſpondet.
22 Et quo infertur, quod contractus regulariter extendi
debent ad heredes, quamuis de eis mentio facta non
ſit, quia veriſimile eſt contrahentes non ſolum ſibi, ſed
etiam hæredibus proſpicere voluiſſe, *l.ſi pactum, ff.de pro-
bat.l.tale pactum, §.vltimo, ff.de pact.leg.ſi neceſſarius, ff. de*
23 *vendendo, ff.de pignor.act.l.viam veritatis, C.locat. & con-
duct.l.veteres, C.de contrahen. & committend. ſtipulat. Cor-
nel.conſ.2.num.6. lib.3.* nam in contractibus qui ad here-
des tranſeunt hæredis mentio tacite ineſt, vt *Bald. notat
per illum text.in l.his conſequenter, & in l.ſi filia, ff.fam.her-
ciſc. & in l.1.C.de conſti.pecu.Iaſ.in l ſi ſtipulatio iſta habere
num.9.per illum textum, ff.de verb.oblig. & in l.eum, qui ita,
§.1. & ibidem Iaſ.num.4.eodem tit. & latius in l. ſi ſic ſtipu-
latus, la ſeconda, num.3. & ſeq.ff. eodem.*
24 Ampliatur hoc procedere, etiamſi appoſita ſit dictio
taxatiua, veluti, ſi qui promiſit pro ſe tantum, vel de ſuo
dato, & facto tantum: quoniam illa dictio taxatiua per-
ſonam hæredis nõ excludit, quia idem intelligitur factum
hæredis, & defuncti; ſicut eadem perſona cenſetur, vt in
Authen.de iureiur. a morient. preſtit. in princ. & probatur
ex *l.ſtipulatio iſta habere verſ.ſed ſi ſe obligat, ff.de verb.obli-
gat.quam Bald.dicit ſingularem in l.vltima paulò ante finem*
25 *C.de act.empt.* hæc enim dictio appoſita videtur ad exclu-
dendum extraneos non hæredes, *dict. l.ſtipulatio iſta, leg.
neceſſarius, ff.de vendendo, ff.de pignor.act. Alexad. conſ.18.
num.13. & ſeq.lib 5.conſ.118.num.12 & ſeq.lib.6. Iaſ. in l.
2.§.item ſi in facto ſub num.1.verſ.item quaro, & num.2. de
verb.obligat.Decian.conſ.113.num.8. & conſ.281.num.4.in
fine & num.5.Tiraquell alios referens, de retraet.conuent.§.*
26 *1.gloſ.6.nu.4.* & hæc ſententia verior videtur, quando pa-
ctum cum dictione taxatiua appoſitum eſt ſuper contra-
ctu, de cuius natura eſt, vt promiſſor teneatur de facto au-
ctoris, vel ſucceſſoris, & extraneorum: ſicuti ſi quis fun-
dum vendidit, vel permutauit, & promiſit de euictione
27 de facto ſuo tantum; quo in caſu non excluditur factum
ſui auctoris, vel ſucceſſoris: ſed factum extranei; nam ex
eo contractu venditoris venditor de euictione tenetur de
facto cuiuslibet extranei, *l. emptorem qui autem cum gloſ.
in ver.omnes, ff.de actio.empt.l.inter ſtipulantem in prin.cum*
28 *ibi notatis, ff.de verb.obligat.* idemq; dicimus de contractu
permutationis, ex quo pariter de euictione tenetur, *leg.ſi
permutationis, & ibi Bal.notat.C.de euict. & dixi quæſt..* &
ideò ſi is qui permutauit de euictione promiſerit pro ſuo
facto tantum: tamen tenetur etiam de facto defuncti ſui
auctoris, ac de facto hæredis; quia cenſetur factum ipſius
promiſſoris: & in hoc caſu illa taxatiua, tantum, appoſi-
ta, intelligitur ad excludendum extraneos; non tamen
excluditur, quod ſaltem iuris fictione dicitur eſſe factum
ipſius promiſſoris, *§. in Authent. de iureiuran. a morient.*
29 *præſtit.* verum, quando promiſſor ex natura contractus
de facto extranei non tenetur tuoc dictio illa taxatiua, vt
careat vitio ſuperfluitatis, excludit factum auctoris defun-
cti & hæredis, vt ſentit *Bart.in l.ſi ſit, la ſeconda de verb.
oblig. & in l.qui in futurum, §.1 ff de pact. & Ruyn.conſ.94.
ſub num.5.verſ.Nec obſtat lib.1. quicquid aliud dixerit conſ.
42 num.17.in fin. & num.18.eod.lib.* & in ſpecie, quod per
dictionem taxatiuam excludatur hæres, probatur in *l.non
ſolum, §.tale de libera. legat. non obſtat d. leg. ſtipulatio iſta;*
30 quoniam ibi non fuit appoſita dictio taxatiua, & quam-
uis *Bart.* ibi taxatiuè loqui videatur: tamen illa oon ſunt
verba contrahentium; ſed ipſius *Bart.* vt ibidem aduertit
*Alexand.ſub numer.7.verſic.Nec obſtat iſte text. & numer.
12. in fine, ac Ruyn. dicto conſil. 42. numero 18. libro
primo.*

ARGVMENTVM.

Venditor, qui rem tradidit emptori fa-
cta dilatione pretij, ſeu partis illius, eo
non ſoluto, an poſſit ab illo euincere
rem venditam, ſeu etiam à ſecundo
emptore.

SVMMARIVM.

1 *Venditor rem tradens habita fide pretio, emptore non ſol-
nente, concurrit cum cæteris creditoribus.*
*Ampliatur, vt nec habeat priuilegium perſonale, quo præfe-
ratur alijs creditoribus qui perſonalem actionem habeant,
num.2.*
*Quod ſecus accidit in creditoribus hypothecarijs, qui in rebus
extantibus præferuntur, ibidem.*
3 *Vendens rem ſi expreſsè conueniat, vt donec ſoluatur pre-
tium, res vendita ſibi ſit obligata, præfertur cæteris credi-
toribus hypothecarijs etiam anterioribus: ita vt eueniente
caſu non ſolutionis pretij rem venditam exiſtentem penès
quemcunque poſſeſſorem poſſit auocare.*
*Extenditur idem procedere, ſi venditor in contrahendo caue-
rit, vt res vendita præcario, aut conducto, ſint apud empto-
rem quoad pretium ſoluatur.num.4.*
*Et dicitur quaſi pignus, quia ante traditionem poteſt retineri
ſed non verè pignus, quia re tradita auocari non concedi-
tur, num.5.*
6 *Hypothecam habens dicitur habere ius in re.*
*Præſertim in hypotheca ſpeciali, quæ magis afficit rem obli-
gatam, quam generalis, num.7.*
*Et proſequi poteſt rem in quemcunque vadat poſſeſſorem cũ
res ſemper tranſeat cum ſua cauſa, num.8.*
9 *Hypothecaria quamuis non ſit merè realis, plus tamen in-
hæret rei, quam perſonæ: licet plures teneant eſſe merè rea-
lem, num.10.*

Digitized by Google

Ideò intentari poteſt tam in loco rei hypothecę, quam in loco domicilij,num.11.

Quæſt. CLX.

DVbitatur denuò, an venditor, qui rem tradidit em-
ptori, facta dilatione pretij, ſeu partis illius, eo
non ſoluto poſſit auocare rem venditam à primò, ſeu
etiam ſecundo emptore.

Pro cuius quæſtionis explanatione, conſtituo duos
caſus.

1 Primus caſus eſt, quando venditor res, aut merces
venditas,habita fide de pretio tradidit emptori: quo caſu
dominium earum rerum transfertur in ipſum emptorem:
nec ideò res ipſe venditæ ac traditæ remanent hypothe-
catæ venditori pro pretio ſoluendo; neque in eiſdem
rebus etiam extantibus illam habebit prælationem; ſed
ſimul cum cœteris creditoribus concurret, ſeu in tributū
venient, *leg. Procuratoris,§.ſi plures verſ.planè, ff.de tribut.
act.l.quidam fundum,ff.de in rem verſo, poſt Dyn.ita conclu-
dunt Bart. Bald. Salycet. Alex.Capoll. Rip. Neguſ. Caſſan.
Stracch.Nauar.Matien. & alij, quos refert, ac ſequitur Io.
Guttier.Pract.quæſt.lib.3.q.98.n.6.& 7.& in allegat.5.n.1.
Petr.Barboſ.in l.ſi cum dotem,§.fin.num.31.& 32.ff.ſolut.
matr. vbi ait Doct.* contrarium tenentes manifeſtè decipi.
Hier.de Zauellis Pract. commun. contra commun. quæſt.
2 *744. num.3.& 34. vbi ſupra Barboſ.* addit, adeò certum
eſſe venditorem in caſu propoſito nullum habere priuile-
gium circa merces ac res venditas etiam extantes; vt nec
habeat priuilegium perſonale, quo preferatur alijs credi-
toribus, qui perſonalem actionem habeant, & ita, quod
in talibus rebus etiam extantibus creditores hypotheca-
rij præferantur, reſpondit quoque Præſes *Morot. con-
ſil.54.*

3 Secundus eſt caſus, quando venditor res, aut merces,
tradidit emptori, habita quidem fide do pretio, ſed ex-
preſsè conuenit, vt res venditæ ſibi ſint & remaneant hy-
pothecatæ, donec integrum pretium ſoluatur: quia tunc
præfertur in illis cæteris creditoribus hypothecarijs etiā
anterioribus; adeò vt eueniente caſu non ſolutionis pre-
tij poſſit rem venditam exiſtentem penès quemcunque
poſſeſſorem auocare, iuxta regulam *leg.licet, C.qui potior.
in pignor. habet. Bald. in leg. vltima ante finem ſub.num. 2.*
4 *verſic.ſed pone,quod tranſtulerat.C.commoda.& in leg.eum
cui in fine,C.de act. & obligat. & in l. pro debito poſt princ.
verſic.ſed pone, quod tranſtulerat, Cod. commod. & in leg.
eum cui in fine,Cod. de actio. & obligat. & in leg. pro debito
poſt princ.verſic ſecundo ſatisfit,C.de bon.author.iudic.poſſi-
den.Iaſ.in leg.creditor ſub numer.5. verſ. ſed ſalua, ff. ſi cert.
pet.Neguſant.de pignor. part.4. numer.35. in princ.per tex.
in l.quod quis, vbi gloſ. in ver. ob nauem, ff. de priuil. credit.*
5 quam communiter approbatam teſtatur *Alex.in l.ſi cum
dotem,§.vlt.ad fin.ff.ſoluto matr. Guttierez, dict.q.98. nu.8.
& d.allegat.5. num.1.* qui ponit caſum in quodam vendi-
tore, qui vendidit quaſdam oues, habita fide de pretio,
cuidam homini, qui tunc temporis habebat plures credi-
tores, quibus bona ſua generaliter obligauerat, & ſibi
prouidit ſpeciali hypotheca dictarum ouium. *Barboſ.in d.
l.ſi cum dotem,§.fin.num.34.Felician. Solis in tract. de cenſi-
bus l.3.cap.5.num.22.Ioſeph Ludouic.in deciſ.Peruſ.45. nu.
19.Io.de Parlador,rer.quotidianar.libr. 1. cap.8.* vbi tradit
aliam cautelam, & dicit idem eſſe,ſi venditor in contra-
hendo cauerit,vt res venditor precario aut conducto ſint
apud emptorem, quoad pretium vniuerſum perſoluatur,
*per text.in leg.ea quæ diſtracta, ff.de precar. & in l.3. Cod.
de pactis inter empt.& vend.& in l.cum venderem,ff.locat.
Morot. d conſ.54. num.4.* quidquid alias res vendita regu-
lariter non ſit obligata venditori, *l.quamuis, ff.de in rem.
verſ.l.1.in fine,ff.de reb.eorum.Gloſ.in leg.Iulianus,§.offer-
ri,in verb.retinere de act.empt.*vbi quod eſt quaſi pignus;
nam ante traditionem poteſt retineri, ſed non verè pi-
gnus,quia re tradita auocatio non conceditur.*Surd.deciſ.
230.num.33.& 34 Neguſant. de pignor.p.5. memb.4. ſub
num.2.poſt Doct.communiter in d.l.ſi cum dotem,§.fin.ff.ſol.*
6 *matr.Bal.& ſequentes in l.vlt.C.comm.* & facit ratio, quia
habens hypothecam, dicitur habere ius in re, *l.eos, C.qui
pot.in pign.habe.* preſertim in hypotheca ſpeciali,quę ma-
7 gis afficit rem obligatam,quam generali. *Gl.in l.1. in ver.
pignus,C.de neceſſar.ſeru.hæred.inſtit.Surd.conſil.331. num.
26.libr. 3.* & proſequi poteſt rem in quemcunque vadat
8 poſſeſſorem,cum ſemper res tranſeat cum ſua cauſa, *lege
pignoris de pignor. l.ſi conuenerit, vt nomen. §.ſi fundus, de
pignor.act.l.ſi debitor,C.de diſtract.pignor.Oſaſcb.deciſ.135.
num.21.Surd.deciſ.97.num.13.& deciſ.510.numer.3.vſque*
9 *ad* 8. vbi etiam, quod hypothecaria quamuis non ſit me-
rè realis, plus tamen inhæret rei, quam perſonæ. *Gloſs.in
leg.ſi tibi decem,§.de pignore,ff.de pact.*licet plures teneant
10 eam eſſe merè realem, vt per *Tiraq.de retractu conſang. §.
8. Gloſſa quinta ſub num.11.* idcirco intentari poteſt tam
in loco rei hypothecatæ, quam in loco domicilij. *Bald. in*
11 *leg. cum ex cauſa, la ſecunda, Cod. mandati*, de quo ta-
men videas per *Tiraquell. in dicto §.8. Gloſ. 5. n. 11. & 12.*

ARGVMENTVM.

Emptor ſecundus quando de euictione a-
gat contra primum venditorem.
Et an & quando primus emptor agat ad-
uerſus Auctorem ſuum ex euictione
facta ſecundo emptori.
Et quid ſi eum pœniteret contractus.

SVMMARIVM.

1 *Res an euincatur primo, vel vlteriori emptori non refert.*
2 *Emptor ſecundus non tenetur ex emptione prima ſui aucto-
ris,ſed ſolum ex emptione proprja.*
3 *Emptor ſecundus licet in caſu euictionis rei emptę non agat
contra primum venditorem, tamen fallit,quando ei actio-
nem ceſſiſſet.*
*Prout nec competit actio perſonalis abſque ceſſione, numero
quarto.*
5 *Euictio non debetur, quando cedi non debet.*
*Neque ad eam actio datur,quando dumtaxat ius ceſſum, vel
venditum reperitur, quia tunc euictare, non tenetur ven-
ditor,num.6.*
Vbi de ratione.
Idem eſt in cedente prætenſionet,num.7.
8 *Emptor, qui rem emptam alteri vendidit re euicta, ſe-
cundo emptori de euictione rei emptæ agere non poteſt, niſi
conſtito de moleſtijs a dicto tempore, cui res euicta eſt.*
*Primò fallit, quando primus emptor in venditione, quam fe-
cit, reſeruauit ſibi ius in re vendita, donec fuerit de pretio
ſatisfactus,num.9.*
*Secundò fallit, quando promiſſio de euictione fuit facta non
ſolum primo emptori, ſed etiam eius hæredibus & ſucceſ-
ſoribus,quo caſu emptor, qui rem emptam alteri vendidit,
ſi ea res fuit euicta à ſecundo emptore,agere poteſt de eui-
ctione contra primum emptorem, etiam quod non ſit mole-
ſtatus à ſecundo emptore,num.10.*
11 *Res mihi vendita,ſi alij eſt obligata, & eam tibi vendidi, ſi
ex an-*

ex anteecedenti cauſa tibi euincatur, non teneor, niſi de facto meo.

12 *Venditor non tenetur pro re ante venditionem aſcripta conditioni, conditione impleta, licet emptori promiſerit defendere, & manutenere in eadem conditione, & forma.*

13 *Promittens, ſiue obligans ſe vicino in domo ſua feneſtram non extruere per ſe, vel aliam perſonam, ſi deinceps domum vendat, emptor ad id obligatus non reditur, quominus feneſtram extruat.*

Et de ratione num. 4.

15 *Emptor ſi pœnituit contractus de euictione non agit, niſi re effectualiter euicta.*

Fallit vt num. 16. & 17.

Quæſt. CLXI.

1 FVit quoque dictum in ſuperioribus quæſtionibus non referre euinci rem à primo, ſeu vlteriori emptore, iuxta quæ reſpondit *Alexand. in conſil. 67. num. 2. lib. 2.* & alij ad id adducti Modo autem dicimus, empto-
2 rem ſecundum non teneri ex emptione prima ſui auctoris ſed ſolum ex ſecunda emptione prima. *Neapod. ſuper conſuet. Neapol. quem refert, ac ſequitur Marant. in diſputat 9. ſub num. 3. verſic. hinc eſt*, qui tamen in caſu ablationis rei
3 emptæ, quamuis de euictione non agat contra primum venditorem; tamen hoc fallit, quando ſecundus venditor ei actionem ceſſiſſet, ſic *Bart. in leg. ſi piguore, §. 1. de euict. Bart. Paul. de Caſtro. Alex. & Iaſ. in l. Iulianus, §. 1. ff. de verbor. obligat. Alexandr. d. conſil. 67. libr. 2. Decian. conſil. 74. verſic. iſte tamen circuitus. Surd. conſil. 17. num. 30. lib. 1.* & in emptore poſſeſſore, qui vult experiri pro euictione contra auctorem rei emptæ per procuratorem, quod id facere non poſſit abſque ceſſione, eſt *text. in leg. 49. ff. de acquirend. vel amitten. poſſeſſ.*

4 Prout & nec competit actio perſonalis abſque ceſſione, *Bal. in l. 1. in fine, C. de iure dot.*

5 Sic è contra euictio non debetur, quando cedi non debuit, *Bart. in l. depoſito, ff. de re iudic. & in leg. 3. ff. pro empt.*

6 Neque etiam debetur, quando dumtaxat ius certum vel venditum reperitur; nam tunc euicta re non tenetur venditor, quoniam aliud eſt cedere re, aliud cedere ius in re. *Corn. conſ. 89. in fin. lib. 3. Alex. conſ. 63. num. 2. lib. 4. & conſil. 22. lib. 6. Natt. conſil. 38. numer. 1. cum ſeqq. Honded. conſil. 38. num. 56. lib. 2. Anchar. iun. fam. quæſt. libr. 1. quæſt. 6. idem in cedente prætenſiones. Marcabr. conſil. 1. numer.*
7 *134. Coſta de facti ſcient. & ignor. cent. 1. diſtin. 5. numer. 19. & 20.*

8 Hoc autem notandum eſt, quod emptor, qui rem emptam alteri vendidit re euicta à ſecundo emptore de euictione rei emptæ agere non poteſt de euictione, niſi conſtito de moleſtij ſibi illatis à ſecundo emptore, cui res euicta eſt, ad *not per Doct. in leg ſi pro re, §. ſi pro euictione, ff. de euict.*

9 Quod fallit, quando primus emptor in venditione quam fecit reſeruauit ſibi ius in re vendita, donec fuerit de pretio ſatisfactus; & volunt ſcribentes in *d. l. ſi pro re, §. ſi pro euictione*, & ſequitur *Rota deciſ. 589. numer. 3. part. 1. in recentior.*

10 Secundò fallit, quando promiſſio de euictione fuit facta non ſolum primo emptori, ſed etiam eius hæredibus, & ſucceſſoribus; quo caſu emptor, qui rem emptam alteri vendidit, ſi res, quam vendidit fuit euicta a ſecundo emptore agere poteſt de euictione contra proprium emptorem, etiam quod ſit moleſtatus à ſecundo emptore, *leg. vltim. ff. de except. rei iudic. cum alijs adductis per Rot. in cauſa Mediolan. bonorum 14. Ianuarij 1596. coram Cardinali Arrigonio*, & eadem *Rota dicta deciſ. 589. num. 5. part. prima in recentior.*

11 Illud etiam ſcias in materia, quod ſi rem aliquam mihi vendidiſti alij obligatam, & eadem tibi vendidi, ſi ex antecedenti cauſa tibi euincatur, non teneor, *leg. fundum meũ ff. de euict.* & ſic teneor tantum de facto meo, vt *l. cum mihi, ff. de ædil. edil. edict. ſic Iacob. de Aren. per illum textum in l. licet num. 1. ff. de dot. prælegata.*

12 Rurſus nota, quod venditor non tenetur pro re ante venditionem adſcripta conditioni, conditione impleta, licèt emptori promiſerit defendere & manutenere in eadem conditione, & forma, ad *tex. ſing. in l. fin. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. Roma. ſing. 791. vbi Addent. etiam. Iaſ. ibidem*, dicentem, illam legem loqui in ſtipulationibus iudicialibus ex æquitate Prætoris. At pro opinione Roma faciunt, quæ habentur per *Alex.* poſt ipſum *Rom. in l. ſtipulationes non diuiduntur numer. 10. ff. de verbor. obligat. & in leg. non ſolum. §. morte num. 7 ff. de oper. nou. nunciat.* & faciunt tradita per *Marſil. ſing. 334. incip. pendet*, vbi dicit, quod
13 promittens aut, obligans ſe vicino in domo ſua feneſtrã non extruere per ſe, vel aliam perſonam, ſi deinde domũ vendat emptor ad id obligatus non redditur, quominus feneſtram extruat ex *Specul.* qui dicit ita iudicatum *in tit. de empt. & vendit. §. ſciendum in decimatertia colum. in ver-*
14 *ſic. ſed pone P.* cauit vicino, ea ratione, quod tali promiſſio, ſeu obligatio facta, non fuit ſeruitus, ſed obligatio perſonalis, & vt latius per *Marſil. vbi ſupra.*

15 Sed ad hic quæro, quid ſi emptorem pœnituit contractus? ſuper hac quæſtione reſpondit *Alex. Crauet. conſil. 682. lib. 4.* qui reſoluit agi non poſſe, niſi re effectualiter euicta, quoniam verba intelligi debent cum effectu, & lis non videtur mota, niſi effectualiter res euincatur, dubius eſt enim litis euentus.

Item quia, ſi ita ſimpliciter verba intelligerentur, daretur occaſio delinquẽdi, ex eo, quia emptor facile, ſi eum pœniteret contractus, ſupponeret aliquem, qui litem moueret, ſic pretium malitioſè recuperaret, prout & ſic reſoluiſſe Senatum teſtatur *Theſaur. deciſ. 85. ſub nu. 3.*

16 Primò fallit in expenſis promiſſis, ad quarum recuperationem agit emptor etiam re non euicta, vt per *Natt. conſil. 232. Crauet. conſil. 334. num. 2. lib. 3. Theſaur. vbi ſupra in fine.*

17 Secundò fallit, quando ſub hypotheca promiſſa eſt euictio & releuatio cũ damnorũ refectione, etiam ſi ageretur contra tertios poſſeſſores facta excuſſione, vt iudicatum fuiſſe per Senatum fidem facit *Theſaur. iun. in addit. ad d. deciſ. 85. vbi in fine addit.* ſolere tamen Senatum dicere eſſe remittenda bona tenenda iure pignoris pro concurrenti quantitate releui facta de illo liquidatione coram Relatore, & ita fuiſſe eo referente ſæpius pronunciatum?

ARGVMENTVM.

Vendẽs ius quod habet in re, an & quando de euictione tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Ius quod quis habet in re in genere, quando venditur, victionis actio non datur, licet nullum ius habeat.*

Primò fallit, quando venditor de euictione expreſſè ſe obligauit, num. 4.

Secundò fallit, quando venditor doloſè rem alienam alienauit, num. 5.

Præſertim ſi emptor ignorauit, num.6.
Tertiò fallit, quando venditor certum ius, num.27.
Licet ſecus ſit, quando venditur iter in genere, numero vigemo octauo.
Quartò fallit quoad pretij reſtitutionem, num.29.
2 *Venditor quando poſſidet bona vendita, ceſſat ratio incertitudinis.*
3 *Incertitudo facit venditionem conditionalem, qua ceſſante, datur euictionis actio.*
Et de ratione ibidem.
7 *Venditor ſciens rem eſſe alienam, vel obligatam & emptorem non certificans, tenetur ad intereſſe.*
Quamuis ſi ignorauit teneatur tantum, quanto minoris, numero.8.
Ampliatur, procedere etiamſi qualitas pretij aliud ſuaderet, quod auctor non probat, num.11.
9 *Venditoris ignorantia, vel ſcientia non attenditur in venditione, ſed emptoris.*
10 *Caſtr. in l. ſerui electione, §. fin. numer.3. ff. de legat.1. approbatur à Doctor. dum loquitur de ſcientia vel ignorantia emptoris.*
12 *Pretij quantitas in contractu emptionis & venditionis maximè conſideratur.*
13 *Venditor totum & pleno iure alienare præſumitur, vbi emptor rei qualitatem ignorauit.*
Sufficit tamen quod emptor in genere ſciuerit obligationem, licet non in ſpecie, cui eſſet res obligata, num.14.
15 *Venditor vt de euictione non teneatur, debet ſpecialiter emptorem, & clarè certiorem facere: & non ſufficit, ſi obſcurè, & ſub inuolucro verborum exprimat.*
Nec ſufficit dicere, Titium habere ius in re, niſi etiam exprimatur quale habeat, num.16.
Debetque oſtendere iuſtitiam ſuam, & quod ius habes, & confines demonſtrare, & omnia vſque ad prædium, numero 17.
18 *Vendens quidquid iuris habet in tali loco, nõ tenetur de euictione. Ideò cautus eſſe debet emptor, vt faciat rem deſignare per vocabula, & confinia, num.19.*
20 *Res vendita vbi eſt feudalis, non excuſabitur, illius venditor, vbi dixerit, ſe ſolum vendere ius quod habet, niſi exprimat rem eſſe feudalem.*
21 *Vendens rem in qua ſcit nullum ius habere, tenetur de dolo.*
Ampliatur, etiamſi conuenerit, ne aliud preſtaret, num.22.
Fallit, ſi pariter emptor ſciuerit, venditorem nullus ius habere, num.23.
24 *Dolus cum dolo compenſatur.*
25 *Exceptio, tu debebat inueſtigare, non procedit, quando ignorantia emptoris prouenit ex dolo venditoris.*
26 *Venditor, qui non expreſſit qualitatem rei venditæ, dicitur eſſe in dolo.*
30 *Venditor regulariter tenetur manutenere rem venditam, ac defendere ex ſola diſpoſitione iuris communis, etiam nulla præcedente promiſſione de defendendo, vel manutenendo.*

Quæſt. CLXII.

DVbium oritur, quid dicendum, quando fuit venditum ius quis habet.

1 Et dicitur euictionis actionem locũ non habere, quãdo
ius venditur in genere, quod venditor habet. *Alex. & alij*
in l. ſi ſic circa finem, ff de l.1. & conſil.108. lib.6. Pute. deciſ.
273. in nou. libro 3. & Rota in Volaterana bonorum 1. Fe-
2 *bruarij 1587. coram bon. mem. Comitulo*, vbi dicitur, quod
ceſſat ratio incertitudinis, quando venditor poſſidet bona
vendita, iuxta cautelam *Fabian. de Monte in tract.*
3 *de empt. & vendit. quæſt.6. numer. 50.* & incertitudo facit
venditionem conditionalem, quã ceſſantur datur actio de
euictione, vt per *Aret. in l. ſi quis, §. differentia num. 6. ff. de*
acquir. poſſeſſ. Iaſ. in d. l. ſi ſic num.54. ff. de leg.1. in quæſtione,
de qua agimus, Vrſill. ad Afflict. deciſ.81. numer.5. vbi quod
prouenit, quia nihil certum. *Natt. conſil 38. Crauett. con-*
ſil.145. numero 22. Bertrand. conſil.268. libro ſeptimo, &
conſil.29. numer.2. in 2. part libro primo, & conſil.6. num.1.
& ſeq. lib.7.
4 Primò limitatur non procedere, quando venditor
expreſsè de euictione ſe obligauit *Decian. conſil. 339.*
num.37.
5 Secundò limitatur, quando venditor doloſè rem alie-
nam alienaſſet, *l.2. & ibi Bald. & Salycet. C. cred. euict. pign.*
non debe. l. hoc autem, ff. de hæred. vel actio. vendit. præſer-
6 tim ſi emptor ignorauit, quo in caſu venditor ſciens rem
7 eſſe alienam, vel obligatam, nec emptorem certificans, te-
netur ad intereſſe, *l.1. §.1. & in leg. iubemur in princip. ff. de*
actio. empt. Natta conſil.38. num.3. lib.1. egregiè Fabian. de
Mont. in tract. de empt. & vendit. quæſt 6. ſub num.28. verſ.
8 *circa ſextum*; licet ſi ignorauerit teneatur ſolum quanto
minoris eſſet empturus, *Guid. Pap. ſing.908. Alex. conſ.95.*
colum. penult. verſic. vltimo non obſtat lib.5. & conſil.63. nu.
6. lib.6. Caſtr. in l. ſerui electione, §. fin. numer.3. ff. de legat.1.
9 vbi dicit, non eſſe attendendam ſcientiam, vel ignoran-
tiam venditoris, ſed emptoris; vt ſi credebat emptor to-
tam eſſe venditoris, tota veniat, & venditor ſibi imputa-
10 bit, qui non certificauit emptorem. Et quamuis vbi ſu-
pra reprehendi videatur, quatenus non diſtinguat, an
venditor ſciuerit, vel ignorauerit, cum inter hos caſus ma-
gna videatur adeſſe differentia, quia primo caſu tenetur
ad totale intereſſe, ſecundò verò caſu, tenetur ſolum quã-
to minoris eſſet empturus, vt per *Roma. conſ.503. & Alex.*
dicto conſ.95. colum.2. nullus tamen eum reprobat, circa
ſcientiam, vel ignorantiam emptoris. *Andr. Barbat. conſ.*
11 *54. colum.1. lib.4.* vbi inquit hoc procedere, etiamſi quali-
tas pretij aliud ſuaderet, quod abſolutè non probo, cum
12 in materia emptionis, & venditionis *Doctor.* maximè cõ-
ſiderem pretij quantitatem, vt per *Bald. in l.1. nu.5. C. qui*
teſtament. facere poſſ. Barbat. dicto conſil.54. colum.2. in fin.
Bero. queſt.48. num.1. & conſil.156. num.6. Ruyn. conſil.141.
13 *num.7. lib.1.* vbi quod venditor totum & pleno iure alie-
nare præſumitur, quando emptor rei qualitatem ignora-
uit. *Bero. conſ.2. num.12. lib.1. vbi poſt Alexand. de commu-*
14 *ni teſtatur*: addit tamen ſufficere, quod emptor in gene-
re ſciuerit obligationem, licet non in ſpecie cui eſſet obli-
gata.
15 Vnde ne venditor teneatur, debet ſpecialiter empto-
rem clarè certiorem facere, nec ſufficit, quod obſcurè &
ſub inuolucro verborum exprimat, *l. ex qua commendandi,*
§. fin. ff. de contrahen. empt. l. tenet, §. fin. ff. de act. empt. An-
gel. & alij in l. ſi quis eum aliter, ff. de verb. obligat. Alexan.
d. conſ.95. nu.2. Curt. iun conſ.177. nu.5. in ſpecie Alex. conſ.
16 *109. num.10. & ſeq. lib.4.* inquiens, quod non ſufficit di-
17 cere, Titium ius in re habere, niſi dicatur quale habeat,
tenetur enim oſtendere iuſtitiam ſuam, & quidquid iuris
habet, & confines demonſtrare, *l. quaro*, ibi, intra termi-
nos ipſe poſſedit *ff. de act. empti. & in l. patronus, §.1.* ibi,
omnia quæ ſunt vſque ad prædium, *ff. de leg. 3. & dicit*
18 *Ang. in l. bonis, ff. de priuil. credit.* quod vendens quidquid
iuris habet in tali loco, non poteſt teneri de euictione,
quia ſemper poſſet dicere, hanc rem tibi non vendidi: ideò
19 cautus debet eſſe emptor, vt faciat rem deſignari per vo-
cabula & confinia, vt in *l. forma, ff. de cenſib. & tradit. Bal.*
in l.2 ff. de vſucap. pro empto, quare Alex. conſ.14. num.4. &
20 *ſeq. lib.5.* dicit quod ſi res vendita ſit feudalis, non excu-
ſabitur illius venditor, licet dixerit ſe ſolũ vẽdere ius quod
habeat; niſi exprimat rem feudalem eſſe ſequitur *Bece. cõſ.*
21 *206. nu.11. Gomeſ. in de empt. & vend. num.49.* nam, ſi ſciẽs
nullum ius habere vendidit, tenetur de dolo, eſt *text. in l.*
hoc

Digitized by Google

22 *hoc autem, ff. de hæredi vel act. vendit.* quod locum habet
etiamſi conuenerit, ne aliud præſtaret; quia nihilominus
obligatur de dolo, & tenetur, eſt *text. expreſſus in l. tenetur,
§. fin. ff. de actio. empti.*
23 Fallit, ſi pariter emptor ſciuerit venditorem nullum
ius habere, & ita emere voluerit, quia tunc ex eo dolo a-
gere non poteſt ob eius ſcientiam, cum dicere non poſ-
24 ſit ſe deceptum, *l. ſi fundum ſciens, C. de euict.* ex quo ipſe
ſeipſum decepit, ſed dolus cum dolo compenſatur, *ad
text. in leg. domum, §. finali in vltimo reſponſo. verſ. quod ſi
vterque, ff. de contrahen. empt.* quia ſcienti & volenti do-
lus non infertur, *l. prima in fine, ff. de action. empti. & in leg.
cum donationis, C. de tranſact.*
25 Neque obijci poteſt de *l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* quia
non procedit quando ignorantia emptoris prouenerit ex
dolo venditoris, quia tunc obijci non poteſt emptori,
quod debuit inueſtigare, per ea, quæ ponunt *Doct. in l. ſi
Titius, ff. de fideiuſſor, & in l. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.
ita declarat Alex. conſ. 60. col. 1. lib. 5. & Cagnol. in d. leg. qui*
26 *cum alio*, at venditor, qui non expreſſit qualitatem rei,
dicitur eſſe in dolo *l. vina ver. planè, ff. de peric. & commod.
rei vend. vbi gloſ. Bal. Alber. Fulgoſ. & Salycet. in l. quæro, ff.
de act. empt. l. Iulianus, § qui pecus, et §. quod antè diximus in
fin. ff. eod. tit. l. qui libertatis, §. ſed ſi quis, ff. de euict. l. quæri-
tur, §. venditor, ff. de ædil. edict. Roman. ſingul. 286. & conſil.
503. num. 10. Bera. quæſt. 61. in fin. Menoch. de arbitr. iud. caſ.
185. num. 22. latè Becc. d. conſil. 206. num. 11. & ſeq. Stracch.
de mercatu tit. deſponſio part. 4. § item quæro. Neurzan. conſ.
37. num. 4. & ſequent.*
27 Tertiò fallit, ſi venditor certum ius alienet, quia
tunc venditio non eſt conditionalis; & ſi illud non com-
28 petit, agitur ad recuperationem pretij, quamuis ſecus
ſit, quando venditur ius in genere *Bart. in leg. ſi quis, §. dif-
ferentia colum. 3. ff. de acq. poſſ. Pute. d. deciſ. 273. num. 1. &
2. lib. 2.*
29 Quartò fallit, quoniam quamuis vendens ius quod ha-
bet in re vendita, ſi nullum ius habet, non teneatur de
euictione; tenetur tamen ad pretij reſtitutionem *Borgn.
deciſ. 25. num. 4. & 6. part. 2.*
30 Regulariter autem vendens tenetur manutenere ac
defendere ex ſola diſpoſitione iuris communis, etiã nulla
precedente promiſſione de defendendo, vel de manute-
nendo *l. 1. l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, ff. de act. empt.
tot. titul. ff. & Cod. de euict. Curt. iun. conſil. 38. ſub numer. 2.
lib. 2.*

ARGVMENTVM.

Venditor, qui conuenit euictionem non eſſe preſtandam, an & quando teneatur ad pretij reſtitutionem.

Et quid agendum, quando pretium non fuit ſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Euictionem qui conuenit non eſſe præſtandam, tenetur ad pretij reſtitutionem.*

Primò ampliatur, procedere etiamſi venditor dixerit nolle de euictione teneri aliquo modo, & à quocunque illa emanauerit, ſiue pro dato, & facto ſuo tantum, ſiue per ſimilia verba, etiam quod emptio facta ſit à ſciente, numero 2.

Secundò ampliatur locum habere, etiamſi dixerit venditor nolle teneri niſi pro ſe, & hærede ſuo, num. 3.

Tertiò ampliatur vt procedat, etiamſi conuenerit ne de euictione teneretur quibuſcunque caſibus, num. 4.

Quartò ampliatur, etiamſi dictum fuerit, vt non teneatur vllo modo defendere, niſi pro facto ſuo, num. 5.

Primò fallit, ſi venditor fuerit in dolo, & mala fide ſciens rẽ eſſe alienam, quia ad totale intereſſe tenetur, num. 6.

Secundò fallit, ſi venditor, vel illius hæres pro iure ſuo rem vendicauerit non excipiente emptore: nam re vendicata, emptor agit aduerſus authorem ſuum ad totale intereſſe, num. 7.

Tertiò fallit, quando emptor re euicta non haberet actionem, niſi per pretij reſtitutionem, vt hic, num. 8.

Quartò fallit quando illud pactum fuit limitatum ad certam perſonam, vel certam cauſam, num. 9.

Quintò fallit in pacto reciproco, vt ſit regulariter in diuiſionibus, num. 10.

Sextò fallit, vbi traduntur inſtrumenta cum proteſtatione, quod teneatur pro dato & facto ſuo tantum, & non aliter, nec alio modo, num. 11.

Contrarium habetur num. 12.

Septimò fallit, ſi dictum ſit quod re euicta ad nihilum teneatur, num. 13.

Octauò fallit, quãdo dictum eſſet quod non vult teneri de euictione ex quacunque cauſa, num. 14.

Nono fallit, quando res euinceretur à Principe, ſeu tyranno, cui reſiſti non poteſt, num. 15.

Decimò fallit, in emptore hæreditatis, qui non poteſt repetere pretium, neque agere de euictione, num. 16.

Extenditur procedere quoque in actione, vel re incerta vendita, vel in pacto cum venatore facto, num. 17.

Vndecimò fallit, quando venditor dixit nolle de euictione teneri vllo modo, num. 18. Sed contra num. 19.

Duodecimò fallit, ſi expreſsè fiat pactum, ne venditor teneatur ad pretij reſtitutionem, num. 20.

Extenditur etiamſi pactum ſit ne venditor teneretur de euictione, quia dictum pactum operatur etiam reſpectu pretij, num. 22.

Decimotertiò fallit, quando venditor fuit in dolo & mala fide ſciens rem eſſe alienam, num. 23.

Declaratur præmiſſa procedere, facta iam ſolutione pretij, num. 24.

Et quando pretium non fuit ſolutum, datur retentio, num 25, 28. & 29.

21 *Remittentibus iura ſua, non datur regreſſus.*

26 *Intellectus l. cum ea conditione, ff. de euiction. & numer. 27. & 29.*

27 *Creditor, qui iure creditoris rem vendidit, de euictione non tenetur re euicta; neque ad pretij reſtitutionem.*

Quæſt. CLXIII.

1 OPportunè nunc quæritur, nunquid, qui euictionem
conuenit non eſſe præſtandam, teneatur reſtitue-
re pretium, & pactum, ſeu conuentio ſubſiſtat.

Ex quidem pactum valere, & pretium reſtituendum eſſe habetur ex *text. in l. emptorem, § fin. ff. de act. empt. vbi Bart.* dicit tria eſſe, ex quibus pactum, quod venditor non teneatur de euictione, nihil operatur; & inter alia ponit hunc caſum, quod ſcilicet pretium reſtituatur, ſequitur *Bal. in l. 1. num. 9. C. de peric. & commod. rei vendit.* vbi ait menti eſſe tenendum, *Brun. conſ. 96. colum. 3. in fin. Doct. communiter in l. non dubitatur, Cod. de euict. Iaſ. conſ. 111. colum. 5. in princ. verſic. Item qui conuenit libr. 2. Rebuff. de dilat. art 5. n. 50. Gom. Leo. deciſ. 12. inter deciſ. diuer. Harm. de empt. & vendit. cap. 5. lib. 1. Petra de fideic. quæſt. 14. num 57. Roman. ſingul. 387. Sue*[...]*do. Amadeil. ſingul. 85. Marſil. ſingul. 656. Anfrer. ad Capell. Tholoſan. deciſ. 361. verſicul.*

Digitized by Google

quid ſi eſt factum. Peregrin. conſil. 97. numer. 2. lib. 5. Surd. in tract. de aliment. tit. 7. quæſt. 18. nu. 10. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. volum. 1. fol. 257. num. 3. ratio eſt, quia vis rationis naturalis, & iuſtitiæ commutatiuæ repugnat, vt emptor careat re, & prætio.

2 Primò ampliatur procedere etiamſi venditor ſibi præcaueret, nolle de euictione teneri aliquo modo, & à quocunque illa emanauerit ſiue pro dato, & facto ſuo tantum, vel per ſimilia verba, etiam quod emptio facta ſit à ſciente, dicta *l. emptorem, §. fin. ff. de act. empti. Bald. in d. l. 1. num. 9. Natt. conſ. 181. num. 7. poſt Afflict. in cap. Imperialem not. 13. num. 108. & 109 de prohibit. feud. alien. per Federic. Anton de Burgos in cap. fin. poſt princ. verſicul.* quid autem è contra quando venditor dicit, *de empt. & vendit. Curt. iun. in leg. emptionibus in fine, ff. de pactis, Caſſan. conſil. 55. num 43.*

3 Secundò ampliatur, locum habere quoque ſi dixerit venditor, nolle teneri, niſi pro ſe, & hæredibus, vt per eundem *Mantic. vbi ſupra num. 4. & 20.*

4 Tertiò ampliatur, vt procedat etiamſi venditor conueneriт, ne de euictione teneatur quibuſcunque caſibus, ſecundum *gloſ. in dicta l. emptorem, §. fin. in ver. conuentionibus,* quam ibi ſequuntur *Caſtr.* & cæteri, vt etiam teſtatur *Couar. variar. reſolut. libr. 3. cap. 17. num. 2.* à qua non receſſiſſe Senatum teſtatur *Theſaur. iun quæſt. foren. libr. 1. quæſt. 77. num 2.*

5 Quartò ampliatur, vt ſibi tribuat etiamſi dictum ſit vt quis non teneretur vllo modo defendere, niſi pro facto ſuo, ex quo maiorem continet expreſſionem promiſſio euictionis, quæ continet id, quod intereſt, & pretij reſtitutionem, quam hæc conuentio, quæ ſimplicem comprehendit defenſionem: etenim *I.C.* nullam facit differentiam inter promiſſionẽ habere licere, & euictionis ſtipulationem, in *d. §. fin. ita Theſaur. iun. d. quæſt. 77. num. 3.* vbi addit cum iſta ampliatione tranſiuiſſe Senatum.

6 Primo fallit ſuperius firmata concluſio, quando venditor fuit in dolo & mala fide ſciens rem eſſe alienam,
1 quoniam tunc ad totale intereſſe tenetur, *d. l. emptorem, § idemque, & l. tenetur, §. fin. ff. eod.*

7 Secundo fallit, ſi venditor vel illius hæres pro iure ſuo rem vendicauerit, non excipiente emptore: nam re vendicata emptor agit aduerſus auctorem ſuum ad totale intereſſe, per *text. in d. §. idemque, vbi Bart. & probarunt Bal. & Salycet. in l. 1. C. de periculo, & commod. rei vend. latè Tiraq. de retract. lignag. §. 12. gloſ. 1. num. 10.*

8 Tertiò fallit quando emptor re euicta, non habet actionem, niſi pro pretij reſtitutione, veluti in caſu, *leg. fin. §. emptor, C. commun. de legat.* quia in tali ſpecie, pactum, ne venditor de euictione teneatur, operabitur etiam reſpectu pretij, ne alioquin ſit ſine effectu operatiuo ſic *Peregr. in tract. de fideic. art. 52 num. 71. in fin. aduerſus Bal. in rubr. C. de contrahen. empt. quæſt. 9.*

9 Quartò fallit, quando illud pactum fuit limitatum ad certam perſonam, vel certam cauſam, quia liberatur venditor à pretij reſtitutione, eſt caſus in *l. qui libertatis in fin. ff. de euict. Roma. ſing. 387. Didac. Conar. variar. reſolut. lib. 3. cap. 17. num. 2. Coſta de facti ſcientia, vel ignor. cent. 1. diſt. 5. num. 8. Marſil. ſing. 587. Natt. conſil. 181. num. 7. Rebuff. dicto art. 5. num. 52. & 53. Surd. conſil. 36. num. 22. lib. 1. Brun. dict. conſ. 96. volum. 2.* qui generaliter tenet hanc limitationem, quando quis certum caſum expreſſit, extra quem non teneri de euictione per *text. in dicta l. qui libertatis in prin. ff. de euict.*

10 Quintò fallit in pacto, reciproco, vt ſit regulariter in diuiſionibus, *leg. ſi familiæ, Cod. famil. herciſc. Inſ. dict. conſ. 211. ex gloſ. quam inquit ſingularem in d. l. ſi familiæ in ver. conuentionibus, Soc. reg. 437. num. 2. Auſ. er. dict. deciſ 361. in fine Barbat. in cap fin. de empt. & vendit. Petra de fideic. quæſt. 11. num. 55. Rebuff. dict. art. 5. num. 54.*

11 Sexto fallit, vbi traduntur inſtrumenta cum proteſtatione, quod teneatur pro dato, & facto ſuo tantum & non aliter, nec alio modo. *Rebuff. de dil. at. ar. 5. Gl. 1. n. 52. Afflict. in c. Imperialem n. 109. Surd. d. conſ. 35. ſub n. 22. qui cæteros adducit lib. 1.*

12 Sed contra iſtam fallentiam iudicauit Senatus Pedemontanus, vt refert *Theſaur. dicta quæſtion. 77. numero ſeptimo.*

13 Septimò fallit, ſi dictum ſit, quod re euicta ad nihilum teneatur, ita ex *Caſtr. in dict leg. emptorem, §. finali,* qui dicit ita vidiſſe iudicatum poſt *Curt. iun. Ant. Burgoſ. Marſil. Rub. Roland. Caſſan. Alciat. Tiraquell. Gomeſ. & Natt. reſpondit Surd. dict. conſilio 36. ſub numero 22. libro primo.*

14 Octauò fallit, quando dictum eſſet, quod non vult teneri de euictione ex quacunque cauſa, quia tunc non tenetur ad intereſse, neq; ad dotis reſtitutionem. *Angel. Aret. conſ. 2. nu. 19. verſ. etſi etiam.*

15 Nonò fallit, quando res euinceretur à Principe, ſeu tyranno, cui reſiſti non poteſt, *leg. Lucius, ff. de euict.* vbi re euicta, tenetur nihilominus empt r ſoluere pretium *l. fin. C. de act. empti. Theſaur. iun. quæſt. foren. lib. 1. quæſt. 77. numero octauo.*

16 Decimò fallit emptore hæreditatis, qui non poteſt repetere pretium neque de euictione agere, *leg. primo, C.*
17 *de euict. Theſaur. iun. d. quæſt. 77. numer. 9.* vbi hoc extendit actione, vel re incerta vendita, toto *tit. ff. & C. de hæredit. vel actio. vend.* quod exemplificat I. C. in iactu retis, vel in pacto cum venatore facto, *dict. leg. emptorem, §. fin. in fine.*

18 Vndecimò fallit quando venditor dixit nolle de euictione teneri volo modo. *Soc. fallent. 437. in fi. aduerſus quẽ*
19 *tenet Theſaur.* vbi proximè ſupra: quoniam verificari poteſt pactum in ipſa euictione, pro eo quod intereſt, & ita emptor non excludetur à prætij repetitione, prout, & pronunciaſſe teſtatur Senatum.

20 Duodecimò fallit, ſi expreſsè pactum fiat, ne venditor teneatur ad prætij reſtitutionem, quia tunc non tenetur de euictione, nec ad pretium reſtituendum. *Alex. conſil. 235. poſt reditum numero 9. & 10. verſic. additur etiam,* vbi dicit communem *libr. 6. Tiraquel. de retractu lignag. §. 12. ſub nu. 10. verſ. & hac quidem. Io. Crot. in reper. §. Caſo in ſecunda lectura ſub num. 43. verſ. ſecundum dubium, ff. de verb. oblig.* vbi dicit vidiſſe conſultum per Excell. Doct. hoc pactum non valere, tanquam contra naturalem æquitatem,
21 cum nemo debeat cum aliena lectura locupletari, ipſum tamen reſpondiſſe contrarium, & ita obtinuiſſe, quia remittentibus iura ſua ad illa non datur amplius regreſſus, *l. ſequitur §. ſi venditor, ff. de ædil. edict.* nec eſſe contra naturalem æquitatem, quia venditor lucratur pretium de volontate emptoris.

22 His additur, quod vbi emptor re euicta non haberet actionem, niſi pro pretij reſtitutione veluti in caſu, *l. fin. §. emptor, C. commun. de leg.* in tali ſpecie, pactum, ne venditor teneatur de euictione, operabitur etiam reſpectu pretij, ne alioquin ſit ſine effectu operatiuo. *ex Peregr. aduerſus Bald.* vt dixi ſuperius *ſub num. 8.*

23 Decimotertio fallit, quando venditor fuit in dolo, & in mala fide ſciens rem eſſe alienam, nam tunc ad totale intereſſe tenetur, *d. l. emptor, §. idemque, & l. tenetur. §. final. ff. eodem. Peregr. de fideicom. artic. 52. ſub num. 71. verſicul. ſecundo.*

24 Et prædicta locum habent facta iam ſolutione pretij, quo in caſu venditor non tenetur ad pretij reſtitutionem.

25 Sed modo quæro, quid dicendum, quando pretium nondum fuit ſolutum, vt quia fuit promiſſum ſolui infra certũ tempus, quod nõ aduenerat tempore euictionis ſecutæ, & ſic adhuc nõ ſolutũ, quia venditor habuit emptori fidem

ri fidem de pretio, & emptor non petat reſtitutionem; ſed re euicta, ante factam ſolutionem excipit de retentione: ac quia verba pacti non conueniunt retentioni, non etiam conuenire poteſt pacti diſpoſitio *leg. 4. §. toties, ff. de damn. infect. & facilius datur exceptio, quam actio, leg. 1. ff. de ſuperficieb. cum ſimil.* & cum pactum iſtud ſit contra naturam contractus, ſtricte eſt intelligendum, *l. quidquid adſtringenda, ff. de verb. oblig.*

26 Nec huic concluſioni obſtat text. in l. cum ea conditione, ff. de euict. vbi pignore diſtracto cum conditione, ne quid euictione ſequuta creditor præſtet, licet pretium venditori non ſoluerit, ſed venditori cauerit, dicit I. C. quod euictione ſequuta, nullam emptor exceptionem habebit, quominus pretium ſoluat.

27 Nam textus ille loquitur in creditore, qui iure creditoris prius vendidit, qui nullatenus re euicta etiam pacto non appoſito de euictione tenetur, nec ad pretij reſtitutionem, vt *l. 1. C. credi. euict. pign.* ſed ſecus dicitur in venditore, qui vendidit tanquam dominus, & ita tex. illum declarat *Gloſa ibi in ver. quominus. Salyc. & Alex. in addit. ad Bartol. in dicto §. qui autem, & in appoſtilla in ver. pactum.*

28 Contrarium concluditur ex eodem *text. in dicta leg. cum ea*, qui propriè decidit caſum noſtrum, vt & reſpondit *Alexand. in dicto conſilio 235. poſt redditum libro ſexto.*

29 Non obſtant ex aduerſo adducta; & primò quæ dicta ſunt de aſſerta reſtitutione: quoniam licet ille tex. loquatur in venditione facta iure creditoris: attamen illius ratio eſt generalis; quia tex. fundat ſe in eo, quod venditor non tenetur ad pretij reſtitutionem tam ex pacto, quam ex lege, & decidit idem eſſe, quod pretium ſit ſolutum, vel quod emptor cauerit de ſoluendo, quo caſu militaret retentio, & nihilominus prohibet venditorem pretium petere; in terminis ita per hanc, & alias rationes decidit *Vinc. de Fran. dec. 239. n. 6. vſq; ad finem*, qui reſpondit alijs contrarijs, de quibus ſupra.

ARGVMENTVM.

Obligatus pretium reinueſtire in vna re immobili pro euictione, an & quando ſatisfaciat, ſi emantur plures.

Reinueſtimentum pro euictione, quo in loco faciendum eſt.

Excuſſio quando facienda eſt per creditorem extra territorium, & in loco non remoto.

SVMMARIVM.

1 Obligatus reinueſtire pretium in vna re immobili pro euictione, non ſatisfacit, ſi emat plures.
Sed vide n. 10. & 12.
Ampliatur etiam procedere, ſi promiſſum fuiſſet reinueſtire in aliqua re immobili, n. 2.
Et de ratione ibid.
Primò declaratur procedere, quando ſolū ageretur de cautione, & ſecuritate, quæ tantum prodeſt ſi in duabus, quam ſi in vna adimpletur, n. 5.
Secundò declaratur non habere locum, quando conſtat de diligentia facta per obligatum de reinueſtiendo pretium conuentum in vna re immobili, quia ſtante difficultate, neceſſitas facit licitum, quod alias eſſe prohibitum num. 7.
3 Obligatus præſtare fideiuſſorem, non auditur volens dare duos diuiſim: quoniam exactio ſciſſa plura habet incommoda, & n. ſeqq. vbi ratio affertur.
4 Creditor non tenetur accipere particulares ſolutiones.
6 Ratio eadem, & æquitas vbi adeſt, tunc fieri poteſt reſolutio ſingularis ſermonis in pluralem, & è contra, quaſi idem ſit quod rationis paritas, & connexitas inducit.
8 Singularitas reſoluitur in pluralitatem, vbi materia, de qua diſponitur eſt verificabilis.
9 Debitor quando dare non poteſt fideiuſſorem, vel quid ſimile quod eſt in obligatione, tunc licet aliud pro alio ſoluere.
10 Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem, quando deficeret rationis diſparitas, & connexitas, vel quando diſponentis voluntas repugnaret.
Nec quando de neceſſitate requireretur pluralis numerus, num. 11.
Fallit quando ex pluralitate poteſt quis eſſe magis cautus num. 13.
12 Cautio, & ſecuritas vbi danda eſt, promittens dare vnum pignus dare poteſt alia æquè bona.
Et de ratione ibid.
14 Obligatus dare fideiuſſores ſatiſfacit dando pignora etiam inuito creditore.
15 Fallit, quando à lege aliud præcisè diſponeretur, vel expreſsè actum eſſet de fideiuſſore.
Contrarium dictæ concluſionis habetur, n. 16.
Declaratur hæc vltima ſententia vt procedat quando debitor nollet liberare creditorem à periculo cuſtodiæ: ſecus ſi paratus ſit hoc facere, n. 17.
18 Pretium rei venditæ vbi reinueſtiri debet, id faciendum eſt in territorio, vel ciuitate, vbi contractus fuit celebratus.
Ampliatur idem procedere in obligatio ad dandum fideiuſſorem, qui promiſiſſe intelligitur dare in ciuitate in qua promiſit, & de hominibus eiuſdem ciuitatis, n. 19.
Extenditur habere locum etiam in locis confœderatis, quæ cenſetur vnum corpus, n. 20.
Declaratur ſibi non tribuere, quando eſſet magna difficultas emptionis in illo loco vbi contractus fuit celebratus, quo caſu reinueſtimentum huiuſmodi fieri poteſt in alia ciuitate, vel territorio, ſubdito tamen eidem Præſidi, num. 21.
Extendas idem procedere in eo, qui tenetur ad ſatiſdationem neceſſariam; niſi aliud ſe habeat fori conſuetudo, num. 22.
Limitantur prædicta, quando tales ciuitates haberent diuerſos Principes licet eſſent vicinæ, n. 24.
Præſertim quando conueniri non poſſent ſub illo iudice illius territorij, n. 25.
23 Satiſdatio neceſſaria dicitur, quæ ex legis diſpoſitione præſtari debet, quamuis cauſa, ob quam inducitur neceſſitas præſtandi ſit voluntaria.
26 Immiſſio in poſſeſſionem impeditur, vbi cauſa proprietatis ſalua non eſſet.
Fallit ſi in poſſeſſio eſſet ſub eodem Principe, quo caſu non impediretur dicta immiſſio, n. 27.
Contrarium n. 28. remiſſiuè.
At videas n. ſeq.
30 Excuſſio quando facienda eſt per creditorem extra territorium iudicantis, & alterius prouinciæ quando locus non eſt remotus, & fieri poteſt ſine incommoditate creditoris, remiſſiuè.
31 Fiſcus opponere non poteſt excuſſionem eſſe faciendam in bonis extra territorium exiſtentibus, quando ſumus ſub diuerſis Principibus.

Et

Digitized by Google

Et ibidem de ratione.
Ampliatur vt etiam non audiatur fiſcus volens dare nomen debitoris, numer. 32.

Quæſt. CLXIIII.

PRetium ex pacto quando inueſtiri debit in vna re
immobili pro euictione, ao conuentioni ſatisfactum
dici poſſit, ſi emantor plurrs res, quæritur, de qua quę-
ſtioue licet plura dixerim *in quæſt. numero 13. & ſeqq.*
vtile tamen erit de ea diſſerere, & illi aliquid neceſſarium
addere.
1 Et reſpondendum videtur negatiuè, cum diſpoſitio lo-
quatur io voo, & extendi non debeat ad plura. *Bal. in c. in-*
ter cæteras in fin de reſcript. Iaſ. in l. cum quidam col. 2. verſ.
quod vltimum limitat mirabiliter, C. de verb. ſignif. per text.
in l. Iulius Phœbus, ad Trebell.
2 Ampliatur etiam procedere, ſi promiſſum fuiſſet rein-
ueſtire in aliqua re immobili, ob dictionem illam, aliqua,
cuius vigore non venit, niſi vna. *Felyn. in cap. omnes leges,*
il ſecondo col. 3. verſ. & in iſtis adde diſt. 1. vbi, ſi teſtator di-
xit, ſi Titius emere voluerit aliquam de poſſeſſionibus
meis, volo vt ſibi vendatur: nam ſi emere vellet duas,
vel plures, hæres vendere non teneretur niſi vnam pro-
pter dictionem illam, aliqua, quaſi vnam ex pluribus. *Re-*
buff. in l. creditorum col. 2. verſic. Interdum quęlibet, ff. de
verb. ſignif. & ratio eſt, quia intereſt eios, ad cuius fauorem
facta eſt pactio inueſtituram non ſcindi in plures res, ne
difficilior ſit exactio à pluribus facienda, & minutatim, *l.*
planè, ff. famil. hercisc. Quare etiam obligatus præſtare
3 vnum fideiuſſorem, non auditur, volens dare duos diuiſim
quoniam exactio ſciſſa plura habet iocommoda, *leg. cum*
4 *his, §. cauſa de tranſact.* cum nec etiam creditor teneatur
accipere particulares ſolutiooes, *leg. tutor, § Lucius de*
vſur. ergo nec duos particulares fideiuſſores, *l. in his, ff. ſi*
duos de ſolut. & per has & ſimiles rationes decidit Rip. in l.
2. §. mutui datio num. 23. ff. ſi cert. pet. Surd. deciſ. 174. numer.
31. vbi hoc procedere ait ob intereſſe creditoris, cui ma-
gis conuenire poteſt voa fideiuſſio ratione loci, vel cau-
tionis, vel cautionis, vel qualitatis, quam duo. *Bertazol. de*
clauſ. clauſul. 42. Gl. 3. num. 2. Hering. de fideiuſſ. cap. 9. num.
48. vbi adducit Rulam. qui plura ſimilia allegat de commiſ-
ſar. par. 1. lib. 2. c. 24. n. 5. ad nonum.
5 Primò declaratur noo procedere, quando ſolum age-
retur de cautione & ſecuritate emptoris, quæ tantum pro
deſt, in duabus rebus, quam ſi in vna adimpleatur. Etenim
6 vbi adeſt eadem ratio, vel æquitas ſuadet, tunc fieri poteſt
ſolutio ſingularis ſermonis in pluralem, & è cootra, quaſi
idem ſit, quod ratioois paritas, & counexitas inducit,
Gloſ. in cap. ſi compromiſſarius in verb. compromiſſarius de
electio. in ſexto, quam ſequitur D. Geminian. in cap. omnes
leges num. 6. diſt. 1. & ibi Felyn. in princ. nu. 1. Faber. Inſtit.
de iure perſonar. gent. & ciuil. in prin per tex. in l. ſi cui lana,
ff. de legat. 3.
7 Secondò declaratur non habere locum, quando conſtat
de diligentia facta per obligatum de reinueſtiendo pre-
tium conuentum in vna re immobili, quia ſtante difficul-
tate illiuſmodi reinueſtitionis, ſeu ſubrogationis, quæ
nunquam effectum ſortiri potuit, neceſſitas debet facere
licitum, quod alias eſſet prohibituoi, *cap. quod non eſt re-*
gul. iur. in ſexto, l. 1. de officio Conſulis. Iaſ. in l. principalibus,
ff. ſi cert. petat.
8 Qua ratione poterit ſingularitas reſolui io plurali-
tatem, cum in ea etiam materia de qua diſponitur ſit
verificabilis. *Felyn. in dict. cap. omnes leges numero 8. in fi-*
ne diſt. 1.
9 Quemadmodum etiam qoando drbitor dare non poſ-
ſet fideiuſſores, vel quid ſimile, quod eſſet in obligatione,
tunc liceret aliud pro alio ſoluere. *Rip. in d. l. 2. §. mutui da-*
tio n. 23. ff. ſi cert. peta. & ibi Iaſ. nu. 8. in prima fallent. facit
Hering. de fideiuſſ. c. 9. n. 38.
10 Non obſtant contrarta, quia procedunt quando defi-
ceret rationis paritas, & connexitas, vel quando diſponē-
tis voluntas repugnaret, vt quia data eſſet pro forma, &
eſſentia actus: nam tunc reſolui non poteſt in ſingularita-
tem, nec è contra, quaſi forma debeat in ſpecie adim-
pleri, vt in terminis coocludit *Bald. conſil. 123. Reuerendiſ-*
ſimus Pater ſub num. 3. in fin. lib. quinto per leg. Pœdius, § in
ſeruum, cum leg. ſeq. & leg. ſicuti tribus de arbitr. leg. Pompo-
nius de re iudi. idque à ſolo *Bal. fuiſſe notatum refert Tira-*
11 *quel. in l. ſi vnquam in verb. ſuſceperit liberos num. 262. Cod.*
de reuoc donat. ſicuti etiam quando de neceſſitate require-
retur pluralis numerus, oon reſolueretur in ſiogulari-
tatem, *Bart. in leg. 3. §. negotia, ff. de negot. geſt. Felyn.*
in dict. cap. omnes leges col. 1. poſt princ. verſic. Idem tenet
diſt. primo.
12 Præterea in contrarium adducta loquuntur io ſolutio-
ne, in qua non datur aliud pro alio inuito credito re, cui
æquum oon eſt præiudicari; cum diuerſum ſit, quando a-
gitur de ſola cautione, & ſecuritate, quoniam tuoc, qui
promittit dare vnum pignus, dare poteſt alia æquè bona.
Glo. in leg. Titio in ver. Pignoratitia in fine de pignorib. Dec.
in l. plus cautionis in fine verſic. quia reſpondetur num. quar-
to de regulis iuris, quaſi teneatur quis facere quod ſibi non
obeſt, & alteri prodeſt, *l. in creditore. & ibi Gloſ. in verb.*
quod ſine, de euict l. 2. §. idem verius de aq. plu. arcen. ex quo
etiam ex pluralitate poſſit quis eſſe magis cautus. *Angel.*
13 *conſil. 56.* quidam non ſuppoſitus *in fine numer. 4.* vnde
etiam obligatus dare fideiuſſorem, ſatisfacit quando pi-
14 gnora etiam inuito creditore, quaſi plus ſecuritatis ſit in
rem, quam io perſonam. *Bart. in leg. Prætoria, ff. de Prætor.*
ſtipul. poſt Gl. in §. ſuſceptio, in Authen. de exhiben. reis. Dec. in
15 *d. leg. plus conuentionis num. tertio de regul. iur. Iaſ.* licet ipſe
contrariom teneat, *in l. 1. num. 12. ff. qui teſtam. facer. poſſ.*
quidquid aliud quando à lege aliud præcisè diſpooeretur
vel expreſsè actum eſſet de fideiuſſione, vt per *Dec. in*
dict. leg. plus conuentionis numer. 3. Iaſ. in dicta leg. primo
numero 12.
16 Nec refragatur quatenus diceretur, quod verior vide-
tur opinio contraria: quod oempè obligatus dare fideiuſ-
ſores per dationem pigooris, non liberatur, vt teſtatur
Barboſ in l. diuortio, §. interdum num. 20. & 21. ff. ſolut. ma-
trim. per text. in Authent. offeratur, C. de lit. conteſt. cum la-
17 *bor. & periculum ſit in cuſtodiendo, l. quemadmodum, §. ſi. ff.*
ad l. Aquil. quia procedunt quando debitor nollet libera-
re creditorem à periculo cuſtodiæ: cum aliud ſit quando
paratus eſſet hoc facere, iuxta quæ tradit *Ripa. in l. 2. §.*
mutui datio num. 22. ff. ſi cert. pet. vbi Alciat. num. 48. May-
ner. in l. in eo quod, §. 1. num. 20. ff. de regul iur. Crauett. conſil.
577. in fin. lib. 4. quamuis contrarium teneat Barboſ. in dict. §.
interdum ſub num. 31. verſ. ſimiliter debitor, per tex. in l. fin. ff.
de vſur. & habita.
18 In obligato autem ad reſtituendum pretiuoi rei vendi-
tæ in quo loco facienda eſt ſubrogatio, alia eſt dubitatio,
& reſoluendum eſſe dixi id faciendum io territorio, vel
ciuitate vbi contractus fuit celebratos, ex *Alex. in leg. ſi fi-*
deiuſſor, §. ſi neceſſaria, ſub numer 3 ver. & pro his alias de
facto reſpondi, *ff. qui ſatiſda. cog. & ibi Iaſ. in princ. verſ. &*
per iſta dicit. Boer. deciſ. 99. in fine numero 4. verſ. 1. quę dicit
Marſil. in l. de minore, §. plurimum ſub n. 32. verſ. & ſubdit
dominus, ff. de q. & in rubr. de fideiuſſ. ſub n 262. q. 34. Vrſil.
ad Affl. dec. 137. n. 4.
19 Ampliatur idem procedere in obligato ad dandum
fideiuſſorem, qui promiſiſſe intelligitur dare in ciuita-
te, in qua promiſit, & de homoibus eidem ciuitatis
Bartol. in dict. leg. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria in princip. vbi
Pul. de Caſtr. numer. 2. ff. qui ſatiſda. cogan. Rol. conſilio 58.
numer.

Digitized by Google

numer, 19. libr. primo. Marſil. in loco praallegato.

20 Extenditur etiam procedere in bonis confederatis,qui cenſetur vnum corpus, addo quod ratione confederationis tribuatur iuriſdictio, quæ alias non competeret, *leg. non dubito in fine de captiu.& poſtlim.reuerſ. Alex.conſilio 84.in cauſa, qua vertitur,in fine,verſic.Item non poteſt dici libr. 3.*

21 Declaratur tamen principalis ſuperius firmata concluſio vt non procedat, quando eſſet magna difficultas emptionis in illo loco vbi fuit contractus celebratus, quia conuerſio iſta pretij in ſtabilibus fieri poterit etiam in alia ciuitate,vel territorio,ſubdito tamen eidem præſidi, ſecundum *Iaſ.in d.§.neceſſaria, ſub numer.8. verſ.niſi dicas, quod illud.*

22 Idem dicimus de eo qui tenetur ad ſatiſdationem neceſſariam, quam ſi non poteſt facile præſtare, vbi conuenitur, audiri debet, ſi illam præſtet in alia ciuitate eiuſdem Prouinciæ, & ſub eodem Principe, niſi aliud ſe habeat fori conſuetudo, ſic in terminis. *Bal.conſil.312.in cauſa Baptiſtæ num.4. & 5.libr.5. per text.in d.§.neceſſaria, vbi Ang.in princip.intelligit,* omnem ſatiſdationem neceſ-
23 ſariam,quæ ex legis diſpoſitione præſtari debet,quamuis cauſa ob quam inducitur neceſſitas præſtandi ſit voluntaria, & propterea ſatiſdatio quæ dari debet a carcerato volente ſe liberari erit neceſſaria. *Aret.conſil.87.num.2.* vt & ſatiſdatio fructuarij,legatarij & hæredis, *l.de die,§.tutor, ff.qui ſatiſdare cogan.*

24 Limitatur prædicta non procedere, quando tales ciuitates haberent diuerſos Principes, licet non eſſent multū remotæ, ſed vicinæ: quidquid contrarium ſenſerit *Alex.*
25 *conſilio 57.num.6.lib.3.* præſertim quando conueniri non poſſet nec ſub illo iudice, nec ſub Magiſtratu illius territorij,argum. *l.1.ff.ſi quis in ius voc.* non ier. Nec ideo mirum, ſi id obſeruet etiam quando ſunt duæ ciuitates, etſi propinquæ ſub diuerſis dominus, quia tunc iuriſdictio vnius exerceri nequit in alia ciuitate,nec mediate,nec immediate: vnde non attenditur propinquitas, cum deficiat actus contentioſæ iuriſdictionis de veriori teſtatur. *Iaſ.in l.ſi fideiuſſor,§.ſi neceſſariò, num.8.ff.qui ſatiſdar-cogant.poſt Angel.in l-de die,§.tutor,& ibi Fulgoſ.& Alex, ff. eodem.*

26 Sic dicimus quod impeditur immiſſio in poſſeſſionem vbi cauſa proprietatis ſalua non eſſet,vt quando ageretur de poſſeſſione alienius rei,quæ cum difficultate recuperari poſſet,quia tunc agitur de proprietate, nec locum habet regula, quod ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus *Paul.de Caſtr.in l.a.C.de edicto Diui Adr.tollen.& in l.ſi.de vi.de indici.Alex.in l.naturaliter, §.nihil commune col. 10.*
27 *ff.de acqu.poſſeſſ.* dum tamen dicta poſſeſſio non eſſet ſub eodem Principe, quia tunc non impediretur dicta immiſſio. *Claud.de Seyſell.in d.§.nihil commune,col.3. Rol.conſil. primo numer. 77. libr. primo. Super quo vendendi ſunt Gozad. conſilio ſeptimo numero vigeſimoſecundo Ant. Gabr. commun. concluſ. libr.5. titul.de reſtitut. ſpoliato. concluſ. prima numero 13. Achill. perſonal. de adipiſcend. poſſeſſ. numer. 107. M. Ant. Curt.in tract.de menſien.circa poſſeſ. numer. 356.*

28 Contrarium ſenſiſſe videtur *Burſat.conſ.129. num.6. ex Alex.Cacheran.& Menoch.*

29 Sed tu in facti contingentia conſulas Argel. de legit. *contradict. quæſtion. 18. numero 53. verſic. limitatur ſecundo.*

30 Item quando excuſſio fundata ſit per creditorem bonorum extra territorium iudicantis, & alterius Prouinciæ,quando locus non eſt remotus,& fieri poſſet ſine incommoditate creditoris, videas *Theſaur. diſtinguentem deciſ.Pedem.40. num.3. & ibidem Adden.ad eum.* Vbi e-
31 tiam dicitur, quod fiſcus opponere non poteſt excuſſionem eſſe faciendam in bonis extra territorium exiſtentibus, quando ſumus ſub diuerſis Principibus, cum fiſcus teneatur ſatisfacere creditoribus delinquentis in loco confiſcationis: nec poſſit eos remittere extra iuriſdictionem. *Io.de Imol.in l.ex facto de hæred.inſtit. & conſilio 35.col.10.cum alijs adductis per Anchar.iun.q.25.num.5. lib.2. Vbi*

32 Ampliat, quod neque audiretur fiſcus volens dare nomen debitoris,quod licet habeatur pro re mobili,neque cenſendum ſit eſſe extra iuriſdictionem. *Bal.in l.mercatores,C.de mercat.& commer. Alex.conſ.31.n.5.lib.1.Soc.conſil.36.n.6. lib.1.*

Nihilominus cum fiſcus ſuccedat in locum debitoris, & contractus reperiatur factus in loco confiſcationis, ſolutio non admittitur in alio loco, quam deſtinato, neque creditor compellendus eſt accipere ſolutum nomen debitoris. *Bald.& Salyc.in l.eum a quo. C.de ſolut. & ita reſolutum teſtatur Theſaur. iun.in addit. ad dictam deciſ.40. ſus genitoris.*

A R G V M E N T V M.

Euictio an & quando datur pro parte prædij euicti.

Emptio quando eſt vna plurium fundorum vnico pretio facta, an ad reſolutionem totius contractus agi valeat ob vnicum fundum non traditum vt quia emphyteoticum, vel ob aliam cauſam.

Item à quo probandum ſit, emptorem, vel venditorem partem vnam non eſſe, vel fuiſſe empturum, vel vendíturum.

S V M M A R I V M.

1 *Euictio datur pro parte prædij euicti, ita quod pretij reſtitutio facienda ſit pro parte.*

Extenditur procedere etiam in caſibus, in quibus imminet euictio.ibid.

Primò declaratur procedere habito reſpectu ad bonitatem fundi,qui fuerit venditus,vt hic, n.2.

Secundò declaratur non habere locum, quando plures res vẽditæ ſunt vnico pretio, quia vna ex eis euicta, emptor recedere poteſt à contractu,n.3.

Tertiò declaratur ſibi tribuere, quando diſtinctè fuerunt plura corpora vendita, & ſingula habent ſuum pretium, quia tunc vna re euicta, ſolum conſideratur pretium rei euictæ, & damna ex illo corpore deficiente numero quarto.

Quarto declaratur non procedere quoad defenſionem capiendam quia ſi non defendatur pro parte, pæna committitur pro toto inſolidum, n.5.

Quintò declaratur ſibi non tribuere, vbi conſtare poſſet emptorem empturum & venditorem partem vendíturum non fuiſſe, n.12.

Sextò declaratur non habere locum,quando fundi talis eſſent, vt dura ſit illorum ſeparatio, n.13.

Septimò declaratur non procedere, quando emptio ſi in parte tantum ſubſiſteret, emptor in communionem incidere teneretur,

teneretur, quia fortè res vendita cum alio eſſet communis, num, 14.

Vel ſi ex rebus pluribus vno pretio venditis, illa tradi non valeat, qua emptor præcipuè motus fuit, vt aliàs acquireret, ſeu emeret, n. 15.

Quod etiam accidit ratione pœnæ promiſſæ, n. 16.

6 *Obligatio rem tradi eſt indiuidua; nec ideò promiſſor traditione partis liberatur.*

Sed videas, n. 17.

Fallit, quando obligatio eſt plures res tradendi, numero decimo.

7 *Contractus reſolutio non datur ob vnum fundum non traditum, ſed agitur adimplementum, nempè vt ille tradatur et quatenus tradi non poſſit ad intereſſe.*

Ampliatur, vt nec etiam ab vnius ſolum rei venditione diſcedere, liceat, quia tradi non poſſit, n. 8.

Et de ratione ibid.

9 *Actio eadem ex empto competit ante traditionem, vt res tradatur, & poſt euictionem re tradita iam euicta.*

10 *Venditio plurium rerum quando ſit vnico contractu, & pretio, licet probetur læſio in vna rei ſi contractu poſita, et nō probetur in alijs rebus, tunc talis contractus prætextu talis læſionis reſcindi non poteſt.*

17 *Surd. conſ. 13. n. 19. lib. 1. reprobatur, & illius rationibus reſpondetur.*

18 *Probatio cui incumbat venditorem vel emptorem, non ita venditurum, vel empturum.*

19 *Præſumptio legis efficis, vt onus probandi contrarium transfertur in aduerſarium.*

20 *Seruis pluribus diuerſi officij venditis vno pretio, vnius ſolutum vitioſi, redhibitio conceditur in reliquis venditione firma manente etiam altera parte contradicente.*

Fallit, ſi ſint eiuſdem officij, quia tunc omnes redhibentur, num. 21.

Et de ratione, ibid.

Idem dicitur in caſu, in quo in ſingula capita pretium eſt conſtitutum, intelligendo vt hic, n. 22.

23 *Iudicis officij eſt non ſeparare familias in poſſeſſionum diuiſione, ita vt integra familia vni adiudicetur.*

24 *Venditio quando eſt facta eſt vnico pretio, pars retrahi non poteſt, ſed totum redimi.*

25 *Euicta quando non eſt res tota, ſed pars pro indiuiſo probandum eſt per emptorem cuius bonitatis, conditionis, & valoris erat illa pars euicta.*

Non tamen agitur pro bonitate rei contingente re euicta, ſed venditionis tempus ſpectatur, n. 26.

Et attenditur bonitas rei, non pars rei euictæ, numer. vigeſimoſeptimo.

Vel ſi in totum, vel in partem liberatio non contingit, numero 28.

Quæſt. CLXV.

1 IN caſibus, in quibus datur actiō pro euictione, ita non competit, niſi pro parte prædij euicti, ita vt reſtitutio pretij facienda tantum ſit pro parte *l. 1. & ibi Gl. Bart. & Alex. ff. de euict. idem Bart. in l. ſi dictum, §. in ſtipulatione, ff. eodem iuxta l. bonitatis cum duabus legibus ſeq. l. qui fundum. l. ex mille, l. qui libertatis, §. fin. l. nauc, ff. eodem. Bald. in l. fin. Cod. comm. rer. aliena. Dec. conſ. 483. pro reſolutione litis numer. 15. Franc. Aret. conſil. 129 ſub numer. 1. Caballin. de euict. §. 5. num. 84. & 85. & §. 2. ſub numer. 161. Port. Imol. conſil. 32. numer. 5. Burſat. conſil. 348. num. 20. libr. 3. Bertaz. conſil. crim. 488. num. 3. lib. 2. Rota coram Card. Mantic. dec. 137. num. primo Roſéntal. de feud. capit. 8. concluſ. 29. Becc. conſil. 106. num. 43. & 49. Surd. conſil. 104. num. 6 lib. 1. conſil. 359. numer. 3. libr. 3. & deciſ. 295. ſub num. 5. verſic. tertio d ceditur, & ſub numer. 18.* Vbi etiam, quod in caſibus, in quibus imminet euictio, præſertim retinere non poteſt, niſi pro parte rei, ſuper qua adſunt moleſtationes. *Io. Andr. ad Specul. empt. & vendit. §. 1. numero 8. verſic. quia iſte.*

2 Primò declaratur præmiſſa locum habere, habito reſpectu ad bonitatem fundi, qui ſi fuerit venditus pro mille, & euincatur quarta pars illius, quæ pro ſui bonitate valeat dimidiam dictorum mille, euictio competeret pro dimidia iſtorum mille, non pro quarta parte tantum, cum non attendatur menſura, ſed bonitas fundi. *Paul. de Caſtr. in l. ſi ex falſis ſub nu. 11. in fine, ver. & eodem modo ſi vendo, vbi Salyc. & Rimin. C. de tranſact. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratr. p. 2. qu. 12. verſ. nec debent partes aſſignare. latè Boer. deciſ. 46. numer. 8. per leg. ſi in qualitate, ff. de act. empt. leg. ſi fundo vendito. & leg. ſi duorum fundorum, & leg. ſi ſeruum mihi, vbi Caſtren. & Fulgoſ. ff. eodem titul. Parpal. in repet. l. placet, verſic. an ſtetur æſtimationi, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Scribentes in leg. quid aliud ſunt iura. ff. de verbor. ſignificat.*

3 Secundo declaratur non procedere, quando plures res venditæ ſunt vnico pretio, quia vna ex illis euicta, emptor recedere poteſt à toto contractu, *Pappon. libro 11. titul. quarto Areſt. 16. Barz. deciſ. 62. per totam, habetur in lib. Placit. libro 9. titul. de euict. in deciſ. diuerſ. German. in fine, Menoch. conſil. 1106. numer. vigeſimoprimo & ſeq. libro duodecimo.*

4 Tertiò declaratur ſibi tribuere, quando diſtinctè fuerunt plura corpora vendita, & ſingula habent ſuum prætium, quia tunc vna re euicta, ſolum conſideratur pretium rei euictæ & damna ex illo corpore deficiente, non autem conſiderantur alia corpora, *l. 1. ff. de euict. & l. cum plures, ff. eod. vbi Gloſ. Aret. conſil. 130. Alex. conſil. 159. num. 3. lib. 3. quia tot ſunt euictiones, quot ſunt res, leg. cum plures fundi, ff. de euict.*

5 Quarto declaratur locum habere quoad defenſionem capiendam; quia ſi non defendatur pro parte, pœna inſolidum immittitur. *Bart. in l. cum ex cauſa, ff. de verb. oblig. et ibi notat Card. Alban. in lucubra. ad eum. Iaſ. in l. ſtipulationem, §. Cato. ſub n. 43. ff. eo. & ibi Soc. col. 2. verſ. circa ſecundam.* Et ratio eſt, quia ſtipulatio de defendendo ſuper vna actione eſt indiuidua, vt per *Iaſ. ibid. verſ. circa primam ſub numer. 43.*

Supradictis proxima eſt etiam ea quæſtio, an quando vna eſt emptio plurium fundorum vnico pretio facta, iuxta quæ habentur per *Bar. in l. & ſi vno, ff. de act. empt. & ibi per Cer. Alban.* ad reſolutionem totius contractus agi valeat ob vnicum fundum non traditum, vt quia emphyteoticum, vel ob aliam cauſam.

6 In qua re reſpondendum videretur affirmatiuè, quoniam obligatio rem tradi eſt indiuidua, nec ideò promiſſor traditione partis liberatur, *leg. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig. Curt. iun. conſilio 74. per totum vbi latiſſimè Menoch. dict. conſilio 1106. num. vigeſimoprimo libr. 12.*

7 Contrarium tamen verius eſt, ad reſolutionem ſcilicet contractus agi non poſſe ad vnum fundum ex pluribus non traditum, ſed ad implementum dumtaxat, nempè, vt illa tradatur, & quatenus tradi non poſſit, ad intereſſe, ad notata *in l. cum proponas, la ſeconda, C. de pact. in l. 1. ff. de*
8 *euict. ſunt tex. in l. cum plures, & eod. & in l. ædiles aiunt, §. ſi plura, & §. fin. & in l. cum in ea, ff. de ædil. edict.* quod adeo verum eſt, vt etiam nec ab vnius ſolum venditione rei reſcindere liceret, quia pro parte tradi non poteſt, *leg. fin. C. de commun. rer. aliena. l. demum, l. ſed ſi communis in prin. ff. de contrah. empt. l. ex mille, §. cæterum, ff. de euict.* quia adhuc remanet actio ad intereſſe, *l. ex empto. in princ. ff. de act. empt. & ibid. Paul. de Caſtr.* Sentiens actionem
9 eamdem ex empto competere ante traditionem, vt retradatur,

datur, & poſt euictionem re tradita iam euicta, & pro re-
bus traditis actionem competere vel ad tradendum , vel
ad intereſſe, & hanc ſententiam vti crebriorem , & verio-
rem tenendam dixi *Hier.Gabr.conſ.49. per totum,& præ-
ſertim n.15.& ſeq.& conſ.ſeq.lib.2.* quidquid re non bene
diſcuſſa aliqui attentauerint contrarium.

Non obſtat argumentum ductum ex *d.l.ſtipulationes*
non diuiduntur , quia non ob id ſequitur contractum reſ-
cindi debere , cum adhuc maneat in primo ſuo robore
pro quo rebus traditis competat liberatio , pro non tra-
ditis actio ex empto ſuperſit ad illarum traditionem ſeu
intereſſe, vbi tradi nequeat.

10 Nam obligatio plures res tradendi eſt diuidua , quem-
admodum ſunt diuiduæ res tradendæ , ſecundum Fulgoſ.
in d.l.cum plures,& his conferunt dicta per *Dec.conſ.121.
& Ploi.conſ.88. num.13.* cum dixerunt quod quando ven-
11 ditio ſit plurium rerum vnico contractu pretio, quamuis
probetur læſio in vna re in contractus poſita,& non pro-
betur in alijs rebus,tunc talis cõtractus prætextus talis læ-
ſionis reſcindi non poteſt.

12 Primo limitatur ſupradicta communis concluſio vt nõ
procedat, vbi conſtare poſſit emptorem partem emptu-
rum, & venditorem partem venditurum non fuiſſe *l.cum
eiuſdem,ff.de ædil.edict.Surd conſil.105. numer 6.lib.primo,
& conſil.350.num.30.lib.3.Galganett.de condi.& demonſtr.
p.2.c.5.q.23.n.7.poſt Surd.deciſ.295.num.16.& ſeq. & alios
per eum.*

13 Secundò limitatur, quando fundi tales eſſent,vt dura
ſit illorum liberatio,nec facile induci poſſit,ſi vna ſolum
ex rebus venditis redhibeatur, vt in caſu *dictæ l.ædilis in fi.
iunctis tribus legibus ſequentibus , & in l.pleramque , ff.de
ædil.edict.*

14 Idemque,quando ſi in parte tantum ſubſiſteret,emptor
communionem incidere cogeretur,quia fortè res vendita
cum alio eſſet communis,vt in caſu *leg.quod ſi vno, ff.de in
15 diem adiect.& in l.tutor.§.fi.ff.de min.* Vel ſi ex rebus plu-
ribus vno pretio venditis illa tradi non valeat, qua em-
ptor præcipuè motus fuit,vt alias acquireret, ſeu emeret,
arg.l.arborib.de contrah.empt.

16 Quod pariter accidit ratione pœnæ promiſſæ ſicut cum
plures ſerui diuerſi officij fuerunt venditi pœna certa pro
miſſa,ſi non omnes ſani eſſent,vt notant *Fulgoſ.& Cæpoll.
in l.Labeo,§.fin ff.de ædilit.edict.* quibus terminis procedit
conſil.74. Curt iun. ſuperius adductum. Et hæc vera ſunt ,
17 quidquid dixerint *in q. Ex Surdi conſil.13.ſub num.19. verſ.
ſecundò ſtantibus præmiſſis, & num.ſeq.* & alibi, quatenus
voluit in emptoris facultate poſitum eſſe , in totum ab
emptione reſilire poſſit ob rem vnam non traditam ,
qui ad hoc mouetur præcipuè , quod obligatio rem tradi
ſit Indiuidua.

Ac etiam,quia aliæ res non ſint illaturæ tantam vtilita-
tem,nec tam pretioſæ futuræ vna detracta,quibus rationi-
bus ſupra fuit ſatisfactum.

Et præterea *Surd. mouetur auctoritate Dec.conſilio 141.
Bero. conſilio 158. Curt. iun. dicto conſilio 74. quia non
obſtant.*

Non quidem Dec.& Bero. qui loquuntur in caſu , quo
ſi emptio in parte tantum ſubſiſteret, emptor in commu-
nionem incidere cogeretur , vt clarè ſatis habetur per
*Ruyn.d.conſ.141.ſub n.6. Bart.in l.cui vſusfructus,ff.de vſu-
fruct.lega.* quo ceſſante contrarium admittit,prout etiam
Bero.dict.conſ.158.n.41.

18 A quo autem probandum ſit emptorem partem em-
pturum non eſſe , vel venditorem partem non eſſe vendi-
turum,videndum reſtat.

19 Qua in re dicitur id quandoque probandum eſſe per
eum qui id aſſerit,& aliquando a lege præſumit abſque
probatione aliqua,quæ legis præſumptio efficit , vt onus
probandi contrarium transferatur in aduerſarium ſicut
in animalibus eiuſdem generis , vel officij, vt habetur in
*l.cum eiuſdem, & in leg.ſi duos , vbi Capoll.ff.de ædil.edict.
20 & Alberic.in d.l.Labeo, §.fin.ff.eod.* Nam pluribus ſeruis
diuerſi officij vno pretio venditis,admittitur vnius ſolum
vitioſi redhibitio,in reliquis venditione firma manente ,
etiam altera parte contradicente , *l.ſi plura mancipia.ff. de
contrah.empt.& dict.leg.Labeo.de ædili. edict.* ſecus ſi ſint
21 eiuſdem officij , quia redhibentur omnes , niſi partes
aliter ſtatuerint , vt per *Cæpoll.in dict.leg.ſi plura , & dict.
leg. Labeo.* ea ratione, quia veriſimile non ſit emptorem
partem empturum tantum fuiſſe licet in ſingulos diſtri-
butum ſit pretium.

22 Item dicitur obſeruandum in caſu in quo ſingula capi-
ta pretium eſt cõſtitutum,ita vt videantur plures emptio-
nes,quia nihilominus dicitur vna emptio , vt propter v-
nius vitium omnes redhibeantur,quando non niſi omnes
quis venditurus, aut empturus eſſet quaſi tunc neutri, nõ
niſi omnes habere expediat , quod probari poſſet ex affi-
nitate rerum,vel perſonarum.vt per *Gl.in l.cum eiuſdem in
verb.omnes,ff.de ædil.edict.iuxta l.plerumq.ff.eod.tit.* vbi ſi
non poſſunt ſeparari ſine magno incommodo, & ſine ra-
tione pietatis,tunc propter morboſa mancipia redhiberi
poſſunt, non morboſa.

23 Prout dicimus , quod ſpectat ad officium iudicis non
ſeparare familias in poſſeſſionum diuiſione , ita vt inte-
gra familia vni adiudicetur , *leg.poſſeſſionum. Codic.com-
mun. vtriuſque iud.facit Peregrin. de fideicommiſ. artic. 36.
numer. 34.*

24 Quando vero vnico pretio facta eſſet venditio , pars
retrahi non poteſt,ſed totum redimi debet , latè *Bartol.in
dict.leg.cui vſusfructus,numer.quarto & ibi Alex.in addit.
de vſufruct.lega.idem Bar. in l.ſi quis aliud in fine, ff.de ſolu.
& conſ.195.Angelotus,& ibi adden.lib.1.Caſſan.in conſue-
tud.Burgund.10.in tex.ibi,ſon eritage.numer.16. Bar.de iur.
Prothom.§.1.vbi id declarat, & Tiraq.de retract.lignag.§.
25 23.gl.1. numer.16.* & quando res tota non eſt euicta , ſed
pars pro indiuiſo euincitur , probare debet per empto-
rem cuius bonitatis, conditionis , & valoris erat illa pars
euicta , vt ſic comprehendatur quantum ſit intereſſe em-
ptoris, & quid ſit ei reſtituendum, vt eſt caſus *in leg.1.ff.
26 euict.& in leg.qui ſolidum,§.primo, ff.de lega.3. Alex.con-
ſilio 117.num.6 lib.7.* Non tamen agitur pro bonitate rei
contingente re euicta,ſed venditionis tempus ſpectatur *l.
bonitatis de euict.vbi Bald. & Salyc.notant. Boer.deciſ.46.
27 numer.6.* vbi dicit attendendam bonitatem rei; non par-
tem rei euictæ. *Paul.de Caſtr.in leg.ſi expulſis,numer.11.C.
de tranſact.*

28 Adde præterea,quod vbi ſpecies pro ſpecie ſolum euin-
ceretur in totum,vel in partem,liberatio non contingit,*l.
ſi quis alium,ff.de ſolu.& libera.*

ARGVMENTVM.

Emptor , qui rem à pluribus emit cum pacto retrouendendi , an compellatur retrouendere vni tantum offerenti totum pretium , ſiue alter repudiet ſiue nonnulla ſibi data euictionis actione.

Petitio ſolidi quando locum habeat , vbi plures ſunt vocati.

SVMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vnus ex pluribus venditoribus offerens totum pretium cogere poteſt emptorem ad ſibi retrouendendum rem emptam, ſiue alter repudiet ſiue non, & n. ſeq.*
Vbi ita indiratum dicitur.
2 *Quod pręſertim procedit in venditione iudiciali facta nulla præcedente æſtimatione ſtante pacto ad diſcurſum, quæ dicitur indiuidua, n. 4.*
3 *Solutio habetur non ſolum ea quæ fit ab obligato, ſed etiam quæ ab alio.*
5 *Fideicommiſſarij, & ſubſtituti vbi ſunt plures, eorum aliqui ſolidam petere non poſſunt alijs tacentibus.*
Declaratur, n. 9.
Contrarium habetur, n. ſeq.
6 *Calcan. conſil. 92. numero quarto verſ. ſexto etiam, reprobatur.*
7 *Exceptio iuris tertij non admittitur, quando iuris acquiſitio pendet à voluntate ipſius tertij, niſi ille declaret, ac de iure ſuo opponat cuius exempla hic ponuntur.*
8 *Reus excipere non poteſt de iure aliorum cohęredum, quando non conſtat de illorum acceptatione.*
10 *Plures vbi vocati ſunt in ſucceſſione teſtati non coniuncti tunc agens ſolum partem ſuam prætendere poteſt.*
Extende idem procedere, quando verbis ſunt coniuncti, numero 11.
Intellige primo procedere non conſtito de repudiatione, ſeu incapacitate aliorum, n. 12.
Secundò intellige non præſtita cautione, de qua numer. decimoſeptimo.
13 *Vnus ex pluribus vocatis re, & verbis ſi petat, totam conſequitur nulla expectata repudiatione, vel incapacitatem.*
Cautio tamen præſtanda eſt de reſtituendo cohæredibus conſortibus, quatenus illi agnouerint, numer. decimoquarto, & 15.
Intellige procedere ad fauorem illorum de familia, non autem extraneorum, n. 16.
Vbi etiam de ratione.
Et hac cautio præſtari poteſt in executione ſententia, numero 18.
19 *Regula, filius ergo hæres qualiter procedat.*

Quæſt. CLXVI.

1 NVNC alia ſe nouis offert dubitatio, an vnus ex venditoribus, vel vnus ex hæredibus venditoris offerendo totum pretium cogere poſſit emptorem ad ſibi retrouendendum totam rem, ſiue alter repudiet ſiue non. Nam vbi repudiat, iure accreſcendi ius integrum manet apud alterum; ſi vero non repudiat, ſibi ſaluum eſt ius cõpellendi ſocium qui totum redimit, vt rei pretio reſtituto partem ſuam reuendat, per notata per *Doct. in l. 4. §. Cato.*
2 *& in l. ſtipulationes non diuiduntur, vbi Iaſ. ff. de verb. oblig. Boer. deciſ. 251. Rube. conſ. 90. Paul. de Caſtr. conſ. 221. In hoc paſſu in fin. verſ. & poſito non potuiſſet, libr. 1.* vbi quod hic eſt vnus caſus in quo locum habet ius accreſcendi in diſpoſitionibus inter viuos quod repetit idem *Caſtr. conſilio 74. In cauſa mota. in fin. verſ. illud autem certum, lib. 2. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gl. 6. numer. 33. & numer. 77.* vbi inquit iuxta hanc opinionem iudicatum fuiſſe in Curia Pariſien. & de communi teſtatur vnius enim obligatio ſufficit dicto in caſu, cum ſint duo rei credendi, & quia pro ſolutione habetur non ſolum ea, quæ fiat obligatio, ſed etiam quæ fit ab alio, vt in ſpecie reſpondit *Bald.*
3 *conſil. 133. quadam mulier, ſub num. 3. verſic. circa tertium dubium, libr. 1. Soc. ſen. in l. 1. §. ſed & quoties, numer. 4. ff. ad Trebell. conſil. 16. per totum, lib. 4. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgun. rubr. 5. §. 1. incip. rentes vendens, num. 38. in fin. Roncheg all. in l. eamdem à num. 63. vſque ad numer. 122. Marſill. deciſ. 21. num. 1. vbi num. 2.* quod hoc præſertim procedit in venditione iudiciali facta nulla præcedente æſtimatione ſtante pacto ad diſcurſum, quæ dicitur indiuida, &
4 nullo pacto pro parte reſolui poterat, ex notatis per *Bar. in leg. ſi quis aliam, ff. ſolut. & in leg. cui vſusfructus, ff. de vſufruct. lega. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 112. num. quarto 5. 12. ſequitur Stepha. Gratia. diſcepta. lib. 2. cap. 330. à num. 1. ad 5.*

5 Sed an idem locum habeat in fideicommiſſis, nempè ſi plures ſint reſtituti & vocati, & aliqui tantum petant ſolidum alijs tacentibus, audiendi ſint, non modica eſt difficultas.

Nam pro negatiua ſententia, vt non poſſint ſolidum obtinere videtur *text. in l. 2. ff. ſi pars hæredi. pet.* vbi dicitur in hæc verba. Si ex pluribus, ad quos eadem hæreditas pertinet, quidam adierint, quidam adhuc deliberent, placuit eos qui adierunt, ſi petant non maiorem partem petere debere, quam habituri eſſent, cæteris adeuntibus. Nec proderit eis ſi cæteri non adierint. Non adeuntibus autem ceteris poterunt tunc partes eorum petere, ſi modo ad eos pertineant. Et *Gl. in verb. non adeuntibus declarat,* ideſt repudiantibus, vel tempore excluſis, ad quod citat *tex. in l. ſi proponans, §. vlt. ff. de inoffic. teſtam. & in l. vnic. quando non petan. par.*

Et hanc ſententiam tenent *Caſtr. conſil. 454. numer. 2. & 3. lib. 1. Calcan. conſil. 92. ſub num. 4. verſ. ſexto* etiam, qui ait quod ſi quis petat vltra portionem ſibi debitam, proceſſus eſt nullus, & actu ſuccumbit. *Crau. conſ. 32. num. 6. Sard. conſil. 166. num. 14. & conſil. 415. num. 13. & 14. lib. 3. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dubit. 2. n. 68. & 69. verſ. in totum, vel pro parte quamuis num. 29.* teneat, quod petens vltra portionem ſuam ſolum ſuccum-
6 bat in portione ſibi debita, non autem in ſua portione, præſertim vbi agitur ſola facti veritate inſpecta, quæ ſententia verior videtur, contra Calcan. qui voluit in totum iudicium reddit nullum. idem quod ſupra fuit dictum latè tenent *Peregr. de fideic. art. 9. num. 12. Surd. d. conſil. 415. num. 9. & infra, & fuit deciſam à Senatu Pedem. penès Theſaur. dec. 4.*

7 Sed pro affirmatiua adducitur, quod exceptio iuris tertij tunc non admittitur, quando talis iuris acquiſitio pendet à voluntate tertij, niſi ille, de cuius iure agitur ſuam declaret voluntatem, & ipſemet de iure ſuo opponat, exemplo emphyteutæ, cui nemo præter dominum directum obijcere poteſt cecidiſſe ab emphyteuſi ob non ſolutum canonem. ad *not. per gl. Bart. Ang. Iaſ. & alios in l. 2. C. de iur. emphyt. Theſaur. d. dec. 4. ſub n. 8. verſic. ſecundo pro hac.* Ac etiam exemplo vaſalli, cui ſolus dominus directus opponere poteſt priuationem quatenus feudum abſq; illius licentia alienauit. *Oldr. conſ 139. Alex. conſil. 173. col. fin. lib. 2. Natt. conſ. 475. num. 14. Caph. conſil. 3. n. 12. Sur. conſil. 415. nu. 4. et 5. lib. 3. et his accedit text. in l. vatra, §. vbi autem; verſic. ſine vero. C. de eada. tollen.* ſumpto argumento à legato ad fideicommiſſum, cuius verba hæc ſunt. Sin vero non omnes legatarij, quibus ſeparatim res relicta eſt in eius acquiſitione concurrant, ſed vnus fortè eam accipiat, hęc ſolida eius ſit, quia ſermo teſtatoris omnibus prima facie ſolidum aſſignare videtur alijs ſuperuenientibus partes à priore abſtrahentibus, vt ex aliorum quidem concurſu prioris legatum minuatur.

Hancque opinionem amplexi ſunt *Bart. Bal. Ang. et poſteriores in l. re coniuncti, ff. de leg 3. et in §. ſi eadem res. Inſtit. de lega. Soc. iun. conſil. 43. ſub num. 5. lib. 4. Card. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 10. tit. 3. num. 4. et 9. Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſta. in §. ius accreſcendi, q. 5. et eſt receptiſſima ſententia,*

ſententia, vt plenè per M. Ant. Peregr. de fideicom. d. art. 9. num. 12. & reſoluit Rota in Romana ſeu Tiburtina Caſtri S. Angeli fideicommiſſi de Vrſinis 26. Nouembris 1616. coram R. P. D. Andrea, in fine verſ. tertio allegabatur, Vbi dicitur non licere reo excipere de iure aliorum cohæredum, quando non conſtat de illorum acceptatione, ac ideo poſſe vnum ſolum agere ad totum fideicommiſſum, donec alij fratres doceant ſe velle agnoſcere.

Et vide lector beneuole quæſtio eſt valde dubia, & ea propter illius deciſione conſtituo quatuor caſus.

9 Primus eſt, quando agitur de ſucceſſione ab inteſtato, quo caſu is qui petit admittendus eſt ſolum pro ſua parte non autem pro partibus reſpicientibus alios cohæredes, donec conſtet de illorum repudiatione, aut incapacitate quia metitur ius ex parte actoris, non autem rei *l. res quæ & in l. fin. vbi Glo. C. de rei vendic. Bart. in Auth. hoc locum, ſub n. 12. C. de ſecun. nupt. Rota diuerſ. deciſ. 47 num. 34. part. 2. eſt tex. not. in l. 1. §. qui hæreditatem, ff. ſi pars hæred. peta. & in his terminis loquuntur iura & Doct. adducti pro negatiua.*

10 Secundo eſt caſus, quando ſumus in ſucceſſione teſtati, & plures vocati nullatenus ſunt coniuncti, & tunc agens ſolum partem ſuam prætendere debet, ſeu poteſt, non docto de repudiatione, ſeu incapacitate cæterorum; Ratio eſt, quia plures vocati ſimpliciter, pro virili parte vocati intelliguntur, non numquam, *ff. ad Treb. §. ſi plures Inſtit. de hæredit. inſtit. l. fin. in princ. C. de impub. & al. ſubſtit. ſcribentes in rubr. Cod. quan. non peten. par. Surd. conſil. 415. numero decimo*. Et ita petens totum petere dicitur vltra portionem ſibi debitam, nec ideo mirum ſi non ſit admittendus.

11 Tertius caſus eſt, quando vocati verbis tantum ſunt coniuncti, & tunc idem quod proximè ſupra concludendum eſt, & eſt *text. in l. vnica, §. vbi autem, C. de cadu. tollen. in ſpecie ſic reſpondit Crauett. conſ. 144. n. 21. ac tradidit Sim. de Præt. de interpr. vlt. volunt. libr. 5. dub. 2. interpret. 2. n. 69. & ſeqq. Surd. conſ. 415. præallegato, n. 33. & infra Peregr. in tract. de fideic. art. 9. n. 12.*

12 Intellige procedere non conſtito de repudiatione ſeu incapacitate aliorum, at ſecus ſi de eis conſtaret quoniam tunc vnus rectè inſolidum ageret, dict. l. vnica, §. vbi autem, & tradunt Doctores ſuperius allegati.

13 Quartus eſt caſus, quando plures ſit vocati ſunt vel re, & verbis, vel re tantum coniuncti, & tunc ſi vnus petat, totum conſequitur nulla expectata incapacitate, ſeu repudiatione, ea præcipuè ratione, quia quilibet ex vocatis ex teſtatoris diſpoſitione à principio dicitur totum habere, cum non ab initio, ſed per concurſum partes fiat, *l. coniunctim, ff. de leg. 3 d. l. vnica, §. vbi autem verſ. ſin vero. C. de cadu. tollen.* Quare quando vnus petijt, & alij non, quia nullus eſt factus concurſus, nullæ dicuntur factæ partes, ideoque ad vnitum petentem ſolidum ſpectat. Et hoc caſu procedunt authoritas pro affirmatiua ſententia citatæ quas repeto.

14 Quæro præterea, an in caſu quo vnus admittitur ad totum præſtanda ſit cautio de reſtituendo parte ſuam cohæredibus, ſiue conſortibus quatenus illi partes ſuas agnoſcere voluerint, & quidem eam præſtandam cenſeo ex *tex. leg. peto, §. fratre, ff. de leg. 2.* vbi deciditur, quod quando familia fuit per fideicommiſſum ſubſtituta, & qui ſunt in familia non reperiuntur eiuſdem gradus, ita quod dicatur inuitatus is, qui primo loco eſt conſtitutus, ille admittitur ad rem fideicommiſſo ſubiectam vendicandam, ſi paratus ſit reſtituere ſequentibus in gradu, & cauere.

15 In quo aduertes velim in his cautionem non abſolutè neceſſariam eſſe, ſed quatenus petatur; nam ſi petita non fuerit, nulla eo nomine dabitur condictio ſecundum dictũ *tex. in d. l. pacto, §. fratre*, niſi tamẽ iudex mandet ex officio, vt illa præſtetur, vt per *Paul. de Caſtr. ibid.*

16 Rurſus intellige cautionem hanc fore præſtandum illis de familia, quorum intereſt, nec res reſtituatur ſine cautione, non autem extraneo poſſidenti, in quem ab hærede grauato contra teſtatoris voluntatem res fuit alienata, ita *Caſtr. in d. l. peto. §. fratre, ſub nu. 2. verſ. in tex.* ibi paratus ſit cauere, qui rationem aſſignat, quia poſſidentis non intereſt, nec opponere poteſt de iure tertij, quod nõ eſt excluſiuum iuris agentis, quod intelligas procedere in re coniunctis, in quibus ius vnius non eſt excluſiuum iuris alterius, niſi poteſt concurſum, vt dixi ſupra.

Sed hic oritur dubitatio, an ijs caſibus quibus aſſeruimus petentem ſolidum conſequi non poſſe, ſaltem admitti debeat dicta cautione præſtita.

17 In qua dicimus iſtum audiendum, ſi cautio à parte petatur, id eſt ab agnato, non à conuento, non ſolum quando ſumus in caſu in quo alius ſperatur, puta partus, ſed etiam vbi aliquis iam adeſt, ſecundum *Bal. in d. l. peto, §. fratre, in fin. verſ. oppono vltimo, ff. de leg. 2. vbi Imol. in fin. verſ. ſaltẽ debet. Caſtr. ibid. d. num. 2. Surd. conſ. 359. n. 15. & 16. libr. 3.* vbi addit hanc cautione præſtari poſſe in executione ſententiæ, refert, ac ſequitur *Gratian. diſcept. lib. 2. cap. 330. num. 8. & ſequent, dicens ex Surd. d. conſ. 359 num. 17.* non obſtare, quod aſſerit vbi ſupra Caſtr. nempe omnes filios præſumi hæredes, & ideo agenti non competere ius niſi pro parte ſua, quia aditio non præſumitur, & qui dicit quem eſſe hæredẽ, tenetur probare, *l. neceſſarijs, de acquir. hæred. Rom. conſ. 154. in princ. Signorol. conſil. 154. numer. 4. Muſcard. de probat. concl. 40. num. 8. & ſeq.* Licet in filio qui agit, vt hæres præſumatur illum eſſe hærem; at ſecus vbi non agit, quoniam qui dicit illum hæredem probare tenetur, neque tunc locus eſt dicto Apoſtili, filius, ergo hæres.

ARGVMENTVM.

Bannitus reſtitutus etiam ad bona, an & quando reſtitutus etiam cenſeatur ad bona in alium tranſlata, & agi poſſit de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio à Principe ex gratia conceſſa delinquentibus non trahitur ad bona alienata, & in tertium tranſlata.*

Et eſt concluſio communiter probata, n. 2.

Et de ratione, n. 3. & 7.

Primò ampliatur procedere etiam in gratia facta motu proprio, n. 4.

Secundò ampliatur locum habere etiam in iure quæſito ad rem, n. 5.

Ac etiam in iure quæſito ſpe, licet non re, n. 6.

Limitatur quando Princeps gratioſè reſtitui ad bona in tertium alienata, n. 9.

Sed contra, n. 10.

Quæ vltima ſententia procedit, ſiue bona fuerunt in alium tranſlata titulo oneroſo, ſiue titulo lucratiuo numero 11.

Et de ratione, n. ſeq.

Limitatur tamen adducta ſaluatur, quando princeps faceret cauſa legitima, n. 13.

3 *Gratia à Principe conceſſa ſemper intelligitur abſque præiudicio tertij, & ſaluo iure ipſius.*

7 *Gratia & priuilegio fiſco damnoſa in dubio ſemper interpretantur,*

pretantur, vt minus fiſco præiudicent quam ſit poſſibile.

8 *Actus quando retrotrahitur, nunquam retrotrahitur in aliorum præiudicium, ſed eorum tantum, qui actum faciunt.*

19 *Princeps de poteſtate ordinaria non poteſt tollere ius alteri quaſitum.*

14 *Emptori, quando ex cauſa publica bona auferuntur pretium reſtitui debet.*

15 *Princeps, vel alius qui aufert ius alterius, tenetur de ſuo recompenſare.*

Niſi princeps per viam legis generalis ex cauſa res ſubditorum auferret, veluti pro alueo faciendo, quo caſu pretium non reſtituitur, n. 16.

Pretium condignum reſtituendum emptori quale dicatur, ibidem.

17 *Poſſeſſor à quo auferuntur bona a Principe, & transferuntur ex gratia in re bannitum reſtitutum, non habet contra ſuum authorem recurſum de euictione.*

Secus ſi de iuſtitia extraordinaria, n. 18.

Sed indiſtinctè, quod re ablata emptori ex facto Principis reſtituentis exititios ad bona de euictione detur recurſus aduerſus Principem, ſi ſit immediatus author, vel aduerſus venditorem immediatum authorem, numero 20.

Limitatur, cum poſſeſſor ex cauſa lucratiua poſſideret, numero 19.

21 *Reſtitutio facta de bannito, an trahatur ad bona alienata, vel requiratur ſpecialis expreſſio, remiſſiuè.*

22 *Reſtitutio facto de bannito per viam iuſtitiæ, plenè ſuccurrit, etiam quoad bona & iura in alium tranſlata.*

Si tamen Princeps vendidit, de euictione tenebitur, numero 23.

Fallit, quando alienatio facta eſſet titulo lucratiuo donationis, vel quando princeps reſtitueret ex cauſa publica vtilitatis, n. 24.

Primò ſublimitatur, quando is, in quem bona ex ſententia bannitoria tranſierunt, eamdem alienaſſet, quia reſtitutio ad ea bona in alium peruenta non traheretur, numero 25.

Secundò ſublimitatur, quando ex contractu bona ab aliquem praduſſent, vt hic, n. 25.

Quæſt. CLXVII.

BAnnitus reſtitutus etiam ad bona, an etiam reſtitutus cenſeatur quo ad bona in alium tranſlata, & emptori detur actio de euictione, & aduerſus quem nunc quæritur.

Pro cuius explicatione dicimus duplicem conſiderari poſſe reſtitutionem, vna fit per viam gratiæ.

Altera, quæ fit per viam iuſtitiæ.

1 Primo caſu concluditur, quod gratia, ſeu reſtitutio delinquentibus à Principe conceſſa, etiam in caſu in quo venirent bona confiſcata, non trahitur ad bona alienata, & in tertium tráſlata, *l. 1. vbi Bar. & ſcribêtes, & l. fin. ac ibid. Bar. n. 7. Ang. num. 5. Bal. num. 5. & 6. Fulgoſ. num. 12. C. de ſent. pars. Pariſ. conſ. 1. n. 21. lib. 4. Gomez. var. reſol. tom. 3. de delict. tit. de tortur. reor. n. 30. Menoch. de recup poſſeſſ. remed. 10. num. 100. Affl. in Conſtit. Regn. in præludijs, q. 25. num. 4. Alex. conſil. 101. num. 6. & conſil. 190. num. 4. libr. 2. Bellam. dec. 743. num. 6. & inf. Gram. dec. 103. num. 119. Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 1. §. 5. ſub nu. 194. verſ. & quando de communi Boſſ. tit. de remed. ex ſola Clement. princ. numer. 11. Rol. à Vall. conſ. 45. nu. 4. & ſeq. lib. 4. Sfort Odd. in tract. de reſtit. in integr. p. 2. q. 99. ſub num. 41. verſ. in contrarium eſt communis, & verſic. quæ concluſio,* vbi quod hæc concluſio probatur ab omnibus *Menoch. conſ. 103. nu. 25* *vbi de magis communi teſtatur Bonacoſſ. in comm. opin. 2. p.*
2 *verſic. gratia. il 2. Peregr. in tractat. de iure fiſ. lib. 5. titul. 2. num. 34.*

3 Huius concluſionis ea affertur ratio, quia gratia à Principe conceſſe ſemper intelligi debet abſque præiudicio tertij, & ſaluo iure ipſius, *l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l. & ſi ſine, §. ſed quod Papinia. ff. de min. leg. quod ſi minor, §. Scæuola eod. tit. Abb. in cap. inter quatuor. de maior. & obed. Bero. conſil 76 num. 104. & 107. lib. 1. Rol.*
4 *d. conſ. 45. num. 12. & ſeq. & num. 17.* vbi addit, quod hæc concluſio procedit etiam in gratia facta motu proprio ſecundum *Abb. in cap. cauſam quæ de teſti. Dec. conſil. 32. col. fi. conſil. 544. in fi. & conſil. 525. & conſil. 606. in fi.* Et
5 inſuper locum habet quoque in iure quæſito ad rem, ſicuti tradidit *Abb. in c. in noſtra in 3. not. extr. de reſcr. Dec. in cap. ſuper eo num. 2. extr. de off. deleg. & in ſpecie in d. conſil. 535. ſub num. 6. Et in iure quæſito ſpe, licet non re, per tex. in c. quamuis de reſcr. in 6. Domin. Gemi. conſil. 107. in fin. Aret.*
6 *conſil. 7. Nat. conſ. 258. num. 3. in terminis Rol. dict. conſilio 45. num. 13.*

7 Cæterum ea prædictorum melior eſt ratio, quia gratiæ & priuilegia fiſco dannoſa in dubio ſemper interpretantur, vt minus fiſco præiudicent, quam ſit poſſibile, *leg. nec damnoſa, C. de pręct. Imper. offert. cum ſimil.*

8 Item potuit eſſe ratio, quia quando actus retrotrahitur, nunquam retrotrahitur in aliorum præiudicium, ſed eorum tantum, qui actum faciunt, latè per *Tiraq. de retra lig. §. 1. gl. 10. numer. 71. in ſpecie hanc rationem affert. Odd. de reſt. in integr. p. 2. q. 99. art. 5. num. 42. Farin. in tit. de Inquiſ. q. 6. ſub n. 33. in fin.* vbi hoc ampliat & limitat multipliciter & in ſpecies.

9 Limitatur quando Princeps gratioſè reſtituit expreſsè etiam ad bona in tertium alienata, ſic *Ang. in l. Gallus, §. & ſi quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. Fulg. conſ. 143. Affl. dec. 361. Anton. Gom. de delict. tit. de tortur. reor. num. 38. verſ. finem adde, ibi quod intellige, Pariſ. conſ. 1. n. 40. libr. 4. Bero. conſ. 76. n. 113. lib. 1. Boſ. in d. tit. de remed. ex ſola Clem. prin. n. 12. Rol. d. conſ. 45. n 33. lib. 4. de magis communi Burſat. conſ 54. numer. 14 libr. 1. ſequitur Odd. dict. q. 99. art. 9. nu 65.*

10 Sed contra cenſerunt *Bal. poſt Cyn. in d. §. & quid ſi tantum,* vbi refert ita fuiſſe determinatum per Legatum Bononiæ, quem ibidem ſequuntur *Gaitan. n. 66.* qui de com-
11 muni teſtatur, ſiue bona fuerit tranſlata in alium titulo
12 oneroſo, ſiue titulo lucratiuo; Ratio eſt, quia princeps nô poteſt de poteſtate ordinaria tollere ius alteri quæſitum, vt *not. in fi. Cod. ſi contra ius vel vtil. publ. & latè in c. quæ in Eccleſiarum extr. de conſt. in terminis Affl. in c. cenſuit in 6. not. n. 40. in tit. hinc finitur lex Feder. Ruyn. conſ. 229. nu. 10. lib. 1. Soc. iun. conſ. 229. n. 12. lib. 3. & conſ. 60. n. 15. eod. libr. Gram. deciſ. 65. n. 26. & 27.*

13 Limitatio tamen prædicta ſaluari poteſt, quando princeps id fecerit ex cauſa legitima, vt pro bono pacis, nam ex cauſa poteſt princeps dominium alijs quæſitum auferre *l. Lucius, ff. de euict. Dec. in c. quæ in Eccleſiarum n. 26.* & eſt communis declaratio recepta per *Doct. Aret Soc. & Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum n. 66. Io. Crot. n. 56. Afflict. in c. 1. n. 30. in tit. de vaſal. decr. ætat. & in tit. quæ ſint regal. in ver. & bona num. 138. & in d. dec. 361. nu. 19. Calcan. conſil. 52. Boſſ. in loco præcitato, n. 12. Rol. d. conſ. 45. num. 33. libr. 4. latè Odd. de reſtit. in integr. par. 2. q. 99. art 9. n. 65.* quod qualiter procedat, videas per te ipſum *Farinacium d. q. 6. ſub n. 42. & infra.*

14 Verum cum domino ſeu emptori ex cauſa publica auferuntur bona, pretium ſibi reſtitui debet, vt in ſpecie tradidit *Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum num. 66. & in l. venia. col. fi. C. de in ius voc. & in leg. Barbarius col. 7. ff. de offic. Prætor. & in l. fi. C. ſi contra ius vel. vtil. public.* vbi generaliter con-
15 cludit. Quod princeps, vel alius, qui aufert ius alterius, tenetur

Digitized by Google

tenetur de ſuo recompenſare, de quo per *Dec.conſil.*357. *col.fin.* & *in d.c.quæ in Eccleſiarum,u.*26. *Soc.ſen.conſil.*266. *nu.*35. *lib.*2. *Glo.Bald* & *poſteriores in c.*1. *§.ad hoc in tit.de pact.iura.firma.tradit etiam Natt. conſil.*554. & *videndus*
16 *eſt Peregr.de iur.fiſc.lib.*5 *tit.*2. *ſub numer.*52. vbi latius id explicat, quando ſcilicet per viam legis generalis ex cauſa res ſubditorum auferret, veluti pro alio faciendo, quo caſu pretium non reſtituit, vt poſt *Dec.* & *Alex. reprobat Iaſ.in dict.leg. Barbatius voluit Boſſ. in titul.de Principe*, *numero* 201. cum quo tranſit *Peregr. in loco prælegato*, qui addit, quod condigna ſatisfactio in his reputatur pretium æquiualens, ſecundum *Rol. à Vall. conſil.*71. *libr.*3. & *conſil.*69. *lib.*2. ſecundum eum, quem condignè ſatisfactum eſſe, ſit pretium per emptorem expoſitum eidem reſtitueretur.

17 Et quamuis poſſeſſor, cui princeps aufert bona, & trāsfert in bannitum reſtitutum ex mera gratia non habeat contra ſuum auctorem recurſum de euictione, *d.l.Lucius*, *ff.de euict.* Secus, tamen cum non ex mera gratia, ſed de
18 iuſtitia extraordinaria reſtituitur quo caſu non ceſſat de euictione actio *l.minor* 25. *annis*, *ff.de euict.*

19 Quod limitatur non procedere, cum poſſeſſor ex cauſa lucratiua poſſideret, *l.qui res*, *§.diuerſum*, *iuxta* vnum intellectum, quem ibi ſequuntur *Doct.ff.de ſolut.Boſſ.in tit.de remed. iuſti.contr.ſent.col.*2,

20 Verius tamē eſt, quod re ablata emptori ex facto Principis reſtituentis bannitos ad bona de euictione dari recurſum contra Principem, ſi ſit immediatus auctor, ſeu aduerſus venditorem immediatum auctorem, ſecundum *Ang.in l.*2. *C.de peric.* & *commod.rei vēd.* & *deciſum refert Oſaſ.dec.*47. *ſequitur Peregr.d.tit.*2. *ſub num.*69. *in fin.ſubiungens ſe intelligere dictam l.Lucius*, in caſu cum res non a facto Principis peruenerat in venditorem.

21 An autem reſtitutio retrahatur ad bona alienata, & requiratur ſpecialis expreſſio per Principem facienda, vel ſufficiat ex primi ſe reſtituere ob publicam vtilitatem, *Adeas Farinac.d.q.*6. *ſub n.*42. *in fine.*

22 Secundus caſus eſt, quando bannitus reſtituitur per viam iuſtitiæ cognito de innocentia rei. Nam hęc plenè ſuccurrit etiam quoad bona & iura in alium tranſlata, ad *tex.in l.*1. *§.fin.ff. de quæſt.clarè Salyc.in d.l.fin.col. vlt.Iaſ.in d.§.* & *quid ſi tantum nu.*59. *ff.de lib.* & *poſth.* vbi ait, quod reſtitutio per viam iuſtitiæ pinguius ſuccurrit, quam gratioſa reſtitutio, *leg.quod ſi minor*, *§.Scæuola*, *ff.de minor. Afflict.in c.*1. *num.*32. *tit.de vaſ.decrep.æta. Peregr.d.tit.*2. *lib.*5. *num.*44. *vbi reſpondet Galiaul. contrarium firmanti in d.§.* & *quid ſi tantum n.*67.

23 Si tamen princeps vendidit, de euictione tenebitur, & emptor aduerſus eum habebit regreſſum ad pretium, *l.*1. & 2. *vbi Ang.C. de quadr.præſcript. Bar.in l. quicunq; C.de fid.inſtr.lib.*10. *Ang.in l.Senatus*, *ff.de Syllan. Ruyn.conſ.*21. *num.*9. *lib.*5. *Rol.d.conſ.*45. *num.*53. *lib.*4. *Menoch.conſ.*103. *n.*30. *lib.*1. *Nat.conſ.*554. *Peregr.d.tit.*2. *nu.*44. & 69. *Oſaſ. deciſ.Pedem.*48. *n.* 7. *poſt Ang.in l.*1 *in* 2. *not.C.de peric.* & *commod. rei vend.*

24 Sed id falleret, quando fiſcus alienaret ex cauſa lucratiua, puta donationis, quo in caſu de euictione non teneretur ex dictis ſuperius.

Vel etiam quando princeps vt ſupra reſtitnere ex cauſa publicæ vtilitatis, vt declarat *Sfort.Odd.in d.q.*99. *art.*9. *n.*71. *quem videas.*

25 Et ex his infertur, quid reſoluendum, quando is in quē bona ex ſententia bannitoria tranſiuerunt, eadem alienaſſet, an reſtitutio ad ea bona in alium peruenta, trahi debeat, & negatiuè reſpondetur ex ſententia *Iſern. in c.*1. *de vaſſal.decrept.æta.in* 3. *col.verſ.idem ſi is*, & *latè Affl. ibid. n.*25.

26 Idemque firmatur, quando ex contractu bona ad aliquem rediiſſent, veluti quia dominus conueniſſet quod ob delictum vaſſalli vel emphyteutæ bona ipſa feudalia, vel emphyteotica ad ipſum immediatè redirent: nā Principis reſtitutio vires illius non infringeret, ſic *Iſern.d.loco quem ſequitur Affl. ibid.n.*28. Niſi tamen ille conſenſiſſet reſtitutionis illius banniti, quia conſentiendo ſibi præiudicaſſet, prout aduertit *Afflict.in d.c.*1. *n.*29.

ARGVMENTVM.

An in caſibus in quibus bannitus reſtitutus poteſt reuocare bona in fraudem ipſius alienata, fiſcus teneatur reſtituere pretium emptori, qui de fraude participauit.

Fiſcus, an & quando conueniri poſſit de euictione ob alienationem à ſe factam.

Et quando licitè alienet bona ſui debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus in caſibus, in quibus bannitus reſtitutus reuocat bona in fraudem ipſius alienata, tenetur emptori reſtituere pretium, etiam quod ille de fraude participauerit.*

*Contrarium habetur, n.*5 & *n.*6. & *ſeq.*

2 *Creditor habens cauſam onerosam reuocante ab emptore fraudis participe bona in eum alienata abſque pretij reſtitutione.*

Limitatur non habere locum in fiſco, qui agit de lucro, numer. tertio.

4 *Patronus, qui reuocat alienata per libertum, pretium tenetur reſtituere emptori.*

6 *Fiſcus tenetur emptori pretium reſtituere repertum in bonis delinquentis, vel conuerſum in vtilitatem eorumdē bonorū* & *illa vtilitas cum bonis ad fiſcum delata fuit, vel etiam facta cerneretur in vtilitatem creditorum reuocantium, vel in aliam rem, quæ exiſteret, ibid.*

*Declaratur niſi alienatio facta fuiſſet ex cauſa neceſſitatis, nempe pro alimentis, quia tunc licita eſſet, n.*7.

8 *Fiſcus quando petit a tertio poſſeſſore bona in fraudem ipſius alienata, id petere debet infra annum vtilem, cuius loco hodie datur quadriennium.*

9 *Alienatio vbi fit à fiſco, & reus euincitur, fiſcus tenetur ad ſimplum.*

*Intellige procedere, cum fiſcus vendit rem vti ſuam, n.*10.

11 *Diſpoſitio leg.bene à Zenone locum habet in Auguſto, & Auguſta, ac in Summo Pontifice, non in inferioribus recognoſcentibus ſuperiorem.*

12 *Fiſcus, vbi vendit rem vti ſui debitoris, non tenetur de euictione.*

*Debet tamen ſe præſtare potiorem, n.*13.

14 *Fiſcus re per eum vendita euicta iure fideicommiſſi, de euictione non tenetur.*

16 *Debitor rem à fiſco nulliter alienatam vendicare non poteſt, niſi oblato* & *ſoluto pretio.*

*Primò intellige procedere, dummodo venditio facta ſit à fiſco Cæſaris, ſeu Summi Pontificis, non autem ſi à fiſco inferioris, n.*16.

Secundò intellige, ſi de debito conſtet per veras & *concludentes probationes non autem per coniecturas, vel contumaciam aſſerti debitoris,* & *fictam eius confeſſionem, num.*17.

Digitized by Google

num.17. Nam cognito fiſcum non eſſe creditorem venditio retractatur à vero domino, vel ſuis hæredibus, n 18.

19 *Venditiones de rebus debitorem fiſcalium plures ſolemnitates deſiderant.*

Et in ſpecie, quod adſit debitum, n.20.

Et debitor interpellatus fuerit, & in ſolutione debiti ceſſauerit, n.21.

Quodq; id fiat per publicum nuncium, n.22.

Et quod facta ſit ſubbaſtatio, n.23.

Quæſt. CLXVIII.

QVæritur inſuper, an in caſibus in quibus bannitus reſtitutus poteſt reuocare bona in fraudē ipſius alienata, fiſcus teneatur reſtituere præemptori qui de fraude participauit.

Et in hac quæſtione duæ ſunt contrariæ ſcribentium opiniones.

1 Prima eſt affirmatiua, quod fiſcus pretium refundere
teneatur, vt cenſuerunt, *Raphael. Iacob. Put. & Paul. Pich.
in lege poſt contractum, numer. 13. ff. de donation.* qui ea
ratione mouentur, quoniam licèt creditor habens cauſā
oneroſam ab emptore fraudis participe alienata abſque
pretij reſtitutione reuocare poſſit, *leg. ſi debitor, ff. de his,
quæ in fraud. creditor.* Non tamen idem aſſerendum eſt in
2 fiſco, qui agit de lucro ad exemplum patroni, qui reuocat
alienata per libertum; Nam pretium refundere indiſtinctè tenetur emptori. *leg. 1. §. ſi quis in fraudem, ff. ſi quid in
frand. patron. Cui text.* licet pluribus modis reſpondeant
3 *Doct. in §. item ſi quis in fraudem, inſtitut. de act. & in ſpecie Pich. in dict. leg. poſt contractum,* hæc eſt communis
4 ſententia, vt teſtatur *Boſſ. in tit. de publicat. bon. ſub num. 45.
& in tit. ſeq. ante nu. 7. Clar. in ſua Pract. crim. lib. 5. §. fin. q.
78. col. 10.*

5 Altera & ſecunda fuit opinio negatiua, quod fiſcus tali
emptori non tenetur reſtituere pretium, cuius auctor fuit
6 *Bar. in l. ſi debitor, ff. quæ in fraud. credit. per illum tex.* Niſi
tamen illud inter bona delinquentis reperiretur, vel conuerſum fuiſſet in vtilitatem bonorum delinquentis, & illa
vtilitas cum bonis ad fiſcum delata fuiſſet, vel etiam facta cerneretur in vtilitatem creditorum reuocantium, vel
in aliam rem quæ exiſteret, ſequitur *Bal. in l. fin. §. emptor
num. 6. C. commun. de leg. Couar. in 4. decret. par. 2. c. 6. numer.
8. & 9. Baiard. ad Clar. d. q. 78 num. 100.* qui declarat, niſi
7 alienatio facta fuiſſet ex cauſa neceſſitatis, nempè pro alimentis, quia tunc licita eſſet, nec per fiſcum vendicari poſſet, ex *Couar. vbi proximè ſupra, de quo aliquid habetur etiam per Gomez. de delict. c. 2. num. 2. & c. 14. ſub numer. 4.
hanc etiam probauit Peregr. de iur. fiſc. tit. de publicat. bon.
lib. 5. num. 155.* vbi ait ita de facto practicari vidiſſe, & contrarium ſibi non placere ad homines deterrendos, & ad
cohibenda delicta.

8 In his tamen aduertendum eſt ſecundum *Ant. Gomez.
in tit. de public. bonor. nu. 5. in fin.* quod quando fiſcus petit
a tertio poſſeſſore bona in ipſius fraudem alienata, videtur iſto caſu quod peti debeat infra annum vtilem, cuius
loco hodie datur quadriennium quia tanto tempore tolluntur, & præſcribuntur actiones reuocatoriæ, *leg. 1.
§. 1. ff. quæ in frand. cred. d. §. item ſi quis in fraudem, inſtit.
de act.*

9 At quid ſi alienatio ſit a fiſco, & res fuerit euicta ad
quæ fiſcus teneatur.

Et dicitur teneri ad ſimplum, quamuis procurator Cæſaris ſub pœna de euictione promiſiſſet, *l. ſi procurator, ff.
de iur. fiſc. Gl. in l. ſi dictum, ff. de euict. Pariſ. conſ. 101. nu. 14.
lib. 1. Rebuff. in tit. de dilat. art. 2. Gl. 1. n. 32. vbi teſtatur, quod
in Regno Franciæ ſeruatur quod in fiſco, & poſt hos idem tradit Caball. de euict. §. 1. n. 88.*

10 Intellige procedere, cum fiſcus vendit rem vti ſuam
in quibus terminis loquitur *tex. in d. l. ſi procurator, vbi præterea Bart. ſubdit legem illam eſſe correctam per tex. in leg.
11 omnes, & l. bene à Zenone, C. de quadr. præſcript.* quarum diſpoſitio verè ac propriè, vt dicam in q.... locum habet in
Auguſto, & Auguſta, & in ſummo Pontifice, non autem
inferioribus recognoſcentibus ſuperiorem Summum Pontificem, vel Imperatorem licet quidam Doct. temere illarum diſpoſitionem extendere conentur etiam ad inferiores aduerſus claram, & expreſſam dictarum legum diſpoſitionem.

12 Verum, vbi fiſcus vendit rem vti ſui debitoris, certum
eſt non teneri de euictione, nempè quia tenetur debitor,
cuius res venditur *tot. tit. credit. euict. pign.* non debe. fiſcus
13 tamen debet præſtare in re debitoris vendita ſe potiorē
omnibus illius creditoribus, vt in dictis iuribus, & idcirco
14 re debitoris vendita pro credito fiſcali euicta iure fideicommiſſi, non tenetur fiſcus de euictione etiam ad pretij reſtitutionem, quia ita iure cautum eſt, niſi tamen
fiſcus in alienatione bonorum obliget in caſu euictionis
bona dicti debitoris, & cameram ipſum.

15 Quando autem nulla vel reſciſſa eſſet alienatio facta
per fiſcum de re debitoris fiſcalis, debitor licèt rem habere, ſeu vendicare non poſſet niſi oblato & ſoluto ære alieno, pro quo bona fuiſſent vendita, quamuis minus ſolemniter, *ad l. ſi fundus qui, & ibi not. ff. de reſcin. vend. & in leg.
fin. C. ſi aduerſ. fiſcum, & in l. fin. §. fin. quod met. cauſ. l. ſi minori, C. de iur. fiſc. Cremen. ſing. 194. Curt. ſen. conſ. vlt. n. 4. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. n. 21.*

16 Id tamen intelligendum eſt procedere, dummodo venditio facta ſit à fiſco Imperatoris, vel Summi Pontificis,
non autem ſi à fiſco inferioris recognoſcentis Cæſarem,
vel Summum Pontificem in ſuperiorem, ex ijs quæ ſuperius dixi, & benè per *Peregr. d. tit. 4. n. 17.*

17 Secundo intellige, ſi de debito conſtet per veras & concludentes probationes, non autem ſi per coniecturas, vel
contumaciam aſſerti debitoris, & fictam illius confeſsionem, ex ijs quæ optimè reſponderunt *Menoch. conſ. 1192.
lib. 12. & in eodem caſu Pereg. conſ. 94. lib. 3. & conſil. 96.
18 lib. 4.* Nam cognito fiſcum non eſſe creditorem legitimè
modo quo ſupra, venditio retractatur reſtitutis bonis vero domino, ſeu ſuis hæredibus, iuxta quæ habentur per
Bal. & Salyc. in l. 1. C. de hæred. & vend. qui ſcribunt, quod
fiſcus vti hæres Titij vendidit illis hæreditatem, cognito
fiſcum non eſſe hæredem, venditio retractatur reſtituta
hæreditate vero hæredi, quos ſequitur *Peregrin. d. tit. 4.
ſub num. 18. verſ. quinto declara, & dixi infra num. 20. & in
ſeq. q. n. 3.*

19 Vnde nimirum ſi iura ad detegendas fraudes debitorū
fiſcalium plures ſolemnitates deſiderant, *tot. tit. C. de fid. inſt.
& iur. haſt. fiſc. lib. 10. Gl. in l. 1. eod. tit. & alia Gl. in l. 1. C. de
præſcr. trig. ann. & in l. ſi quos C. de reſcin. vend. latè Peregr.
d. tit. 4. n. 1. & infr.*

20 Et in ſpecie quæſtionis noſtræ, quod adſit debitum vere, cum alia deficiat venditionis cauſa, & inualida cenſeatus omnis alienatio, ſeu venditio, vt latè per *Iaſ. in l. ſi non
ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. & Peregr. d. loco ſub nu.
4. verſ. primo.*

21 Ac inſuper, quod debitor interpellatus extiterit, & in
debiti ſolutione ceſſauerit, *Gl. in d. l. 1. & eſt tex. in l. 2. & 3.
C. ſi propter publ. penſit.*

22 Quæ interpellatio fit per nuncium publicum, vt per
Pereg. d. tit. 4. ſub n. 4. verſ. hinc prodijt.

23 Et præterea, quod factæ ſint ſubhaſtationes, *Bal. in leg.
1. num. 9 C. de hæred. vel act. vend. Purpur. conſ. 279. num. 8.
Rota Auen. deciſ. 17. numer. 4. Menoch. conſil. 2. numer. 333.
verſ. Reſpondetur ſexto, libr. 1. Gram. deciſ. 65. numer. 78. de
communi Petra de fideic. q. 14. num. 143. ſequitur Hond. conſil. 38. n. 59. lib. 2. & n 61.* vbi quod ſubhaſtatio requiritur.

quando

Digitized by Google

quando princeps alienat rem alienam vt ſuam, poſt adductos per eum.

ARGVMENTVM.

Alienatio quando facta dicatur in fraudem fiſci, & res empta ab eo euinci poſſit à manibus emptoris.

Et in caſu euictionis, pretium ab eo reſtituatur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio, quando facta fuit ante delictum in quaſcunque perſonas valet, etiam quod commiſſum eſſet crimen læſæ maieſtatis.*

Primò declaratur, niſi alienatio facta ſit in fraudem fiſci propter futurum delictum, quo caſu reuocatur, n.2.

Secundò intellige procedere in alienatione ex cauſa voluntaria, ſecus ſi ex cauſa neceſſitatis, quia tunc fiſcus non vendicaret, n.11.

Subdeclaratur vt locum habeat, quando emptor fuiſſet fraudis particeps, n.6.

Quicquid voluerit Salye. qui reycitur, n.7.

Intellige, niſi emptor acquiſiuerit modico pretio, ſecus ſi iuſto, quo caſu fraus probanda eſſet veris probationibus, numero 8.

3 *Alienatio etiam facta in fraudem futurorum creditorum reuocatur.*

4 *Fiſcus quamuis ſit creditor ex cauſa lucratiua, ea tamen non eſt liberalis, nec voluntaria, ſed acceſſoria, et obligatoria, proueniens ex legis diſpoſitione occaſione delicti.*

Fraudis coniecturæ in propoſita quæſtione quæ remiſſiuè, nu. 5. et 26.

9 *Fiſcus reuocans bona in ſui fraudem alienata, quando emptor fuit fraudis particeps, non tenetur reſtituere pretium.*

Sed contrarium, n.10.

Fallit, vt n.16. et 17.

12 *Fiſcus, an in caſibus in quibus poteſt alienationem reuocare, petere poſſit fructus medij temporis remiſſiuè.*

13 *Fiſcus reuocat bona alienata poſt delictum, licet ante ſequutam accuſationem, quando delictum eſt tale quod ex eo ipſo iure bona publicentur.*

Extenditur etiam, quando alienatio facta fuit poſt accuſationem, licet ante litem conteſtatam, n.20.

Itellige, vt n.18. et 19.

Primò limitatur non procedere, quando lex, vel ſtatutum publicans bona ipſo iure requirit, quod delinquens ſit condemnatus, n.15.

Secundò limitatur non habere locum in alienationibus neceſſarijs, n.15.

16 *Alienatio facta poſt delictum commiſſum non tenet, quando pro eo interdicitur bonorum adminiſtratio.*

Et fiſcus vendicans non reſtituit pretium, n. 17.

Limitatur primo in alienationibus factis pro ſoluendis creditoribus, n.18.

Secundò limitatur in alienatione pro dotanda filia, n.19.

Diſtinguitur tamen, vt n.eod.

20 *Alienatio facta poſt accuſationem inſtitutam ante tamen litem conteſtatam, an valeat.*

21 *Alienatio facta per delinquentem poſt litem conteſtatam, ante ſententiam, valet.*

Declaratur procedere, quoad alienationis validitatem, ac dominij translationem; ſed fiſcus reuocabit, ſi emptor ſciat reum accuſatum, numero 22.

Subdeclaratur, ſi reus bona fide alienauerit non in diminutionem patrimonij, ſed permutando, n.23.

24 *Alienatio a delinquente facta poſt ſententiam confiſcatoriam non appellatam, non vales.*

Licet, ſi fuerit appellatum, ſuſpendatur, donec ſententia fuerit confirmata.

Fallit, quando quis fuit condemnatus in contumaciam, quia requiruntur plenæ probationes ad hoc, vt emptor reſtituere teneatur, n. 25.

26 *Fraus quibus præſumptionibus probetur remiſſiuè.*

Et ſufficiant duæ præſumptiones.

Quæſt. CLXIX.

DIſputatio eſt non leuis ponderis inter Doctores, an alienatio facta titulo oneroſo ab eo qui deliquit, ſubſiſtat, vel vti in fraudem fiſci facta reuocetur, pretio reſtituto, vel non: De qua quæſtione nouiſſimè reſpondit *Laderch. Imol. conſ. 6.* Ego vero eam abſoluo, conſtitutis ſex caſibus.

1 Primus eſt caſus, quando alienatio facta fuit ante delictum, & tunc dico, regulam eſſe affirmatiuam, quod alienationes factæ quocunq; titulo valere fauore quarumcunq; perſonarum, etiam quod crimen poſtea commiſſum eſſet læſæ maieſtatis, *l. fin. C. ad l. Iuliam maieſt. leg. ſi quis poſt, vbi Bal. C. de bon. proſcript. Bart. in leg. poſt contractum, nume. 3. de donat. Petr. de Ancharan. conſil. 251. & Alex. conſil. 83. col. 3. lib. 3.*

2 Qui caſus declaratur vt locum habeat, niſi alienatio facta ſit in fraudem fiſci ob futurum delictum, quia tunc reuocatur, *leg. ſi aliquis, ff. de donat. cauſ. mort. l. in fraudem in princ. & l. aufertur, § 1. ff. de publicat bon.* quidquid voluerit *Salye. in d. leg. ſi quis poſt hac*; nempe reuocari non poſſe, qui tamen communiter reijcitur, vt per *Pich. in dict. leg. poſt contractum, ſub num. 11. & 12.* Ea ratione quoniam
3 alienatio etiam facta in fraudem futurorum creditorum reuocatur, *l. ait Prætor, §. ita demum, vbi Bar. pulchrè notat, ff. quæ in fraud. credit. Gl. & Bal. in leg. ſed iam neceſſe, Cod. de donat. ant. nupt. & Doctor. in §. ſi quis in fraudem, Inſtitut. de action.* Et quamuis fiſcus ſit creditor ex cau-
4 ſa lucratiua, tamen non eſt voluntaria, nec liberalis; ſed neceſſaria, & obligatoria, proueniens ex legis diſpoſitione propter delictum, & hoc ad homines deter-
5 rendos, vt abſtineant ſe a delictis. Fraudis autem coniecturas in propoſito ſex enumerat *Bart. in d. ct. leg. poſt contractum.*

6 Verum prædicta intelligas, quando emptor fuiſſet fraudis particeps, cum non ſufficiat fraudis conſilium ex parte venditoris, *l. ſi debitor, & l. ait Prætor, §. ſi quis particeps, ff. de his, quæ in fraud. cred. Dec. conſ. 235. n. 4.* licèt *Salyc. in d. l. ſi quis poſt hac, ex Gl. ibi ſub num. 6. verſ. erit igitur, C. de*
7 *bon. proſcript.* contrarium aſſeruerit, in eo, qui emit omnia bona alicuius, ad exemplum donatarij vniuerſalis, quem tamen reprobat *Pich. in d. l. poſt contractum, numer. 18.* ex eo, quod magna eſt differentia inter emptorem, & donatarium; cum in emptore requiratur fraudis conſilium, *d. l. ait Prætor, §. ſi quis particeps, ff. quæ in fraud. credit.* non autem in donatario, *l. qui autem, § ſimili modo, ff. eo.* quia emptor agit de damno, & donatarius de lucro, & damni, & lucri non eſt par ratio, *l. fin. C. de codic.* Niſi emptor acquiſiuerit modico ſoluto pretio quo caſu fraus
8 præſumeretur, Secus, ſi iuſto, quoniam fraus probanda eſſet veris probationibus, iuxta quæ tradit *Pich. in d. l. poſt contractum, ſub num. 20,* ita declarans *Imolam, & Rom. ibi,* quos etiam probat *Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem, n. 33. inſt. de act.*

9 Sed difficultas eſt, an fiſcus pretium reſtituere te-

 neatur

neatur emptori, quando participauit de fraude.

In qua licet *Bar. in d. l. ſi debitor, per illum tex. ff. quæ in fraude credit.* decidat pro negatiua, niſi pretium conuerſum eſſet in vtilitatem creditorum reuocantium, aut aliam rem quæ extaret, & ad fiſcum fuiſſet delatam, quem ſecutus eſt *Bal. in l. fin. §. emptor. n. 6. C. comm. de lega. Couar. in 4. decretal. p. 2. c. 6. n. 8. & 9.*

10 At contrarium verius, ac receptius eſt. Nam etſi in creditore habente cauſam oneroſam, vt ſupra, ſit conſtitutum, non tamen idem dicendum eſt procedere in fiſco, qui titulum habet lucratiuum. *Boſſ. de public. bon. num. 45. & in tit. ſeq. ante num. 7. Iul. Clar. in pract. crimin. libro 5. §. fi. quæſt. 78. col. 10. alios adducit Laderch. dict. conſilio 6. numer. 2.*

11 Intellige quę dicta ſunt de alienatione ex cauſa oneroſa, procedere in alienatione voluntaria, ſecus ſi ex cauſa neceſſitatis nempè pro alimentis, vel pro dote, quia tunc eſſet licita, nec per fiſcum vendicari poſſet, vt per *Couar. d. cap. 6. num. 8. & 9. Gomez de elect. c. 2. & cap. 15. ſub num.*
12 *4. & ibidem in fine, & in cap. 1. num. 90.* vbi diſſerit, an in caſibus, in quibus poteſt fiſcus alienationes reuocare, poſſit etiam petere fructus medij temporis, & ſententia lata contra principalem delinquentem, præiudicet poſſeſſoribus, dictorum bonorum.

13 Secundus eſt caſus, quando alienatio facta fuit poſt delictum commiſſum, ſed ante accuſationem, & tunc vbi delictum eſt tale propter quod bona ſtatim, & ipſo iure publicantur, & dicto in caſu dicitur, quod alienatio facta non valet: cum ex cauſa delictis reus ſtatim amiſerit dominium rerum ſuarum; vnde alienando nequaquam potuit rem in alium transferre, ex regula *leg. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. Pich. in d. l. poſt contractum, num. 73.* Qui caſus.

14 Primò limitatur non procedere, quando lex vel ſtatutum publicans bona ipſo iure requirit quod delinquens ſit condemnatus, vt per *Dec. conſ. 410. col. penul. & vlt. & Curt. ſen. conſ. 59. quos refert, ac ſeq. Plot. conſ. 130. nu. 31. & 32. inter conſilia crim. diuerſ. to. 1.*

15 Secundò limitatur non habere locum in alienationibus neceſſarijs, vt quia delinquens creditoribus ſuis ſoluiſſet *l. reo. ff. de ſolut. peto, §. prædium, ff. de lega. 2. l. alienationes, ff. famil. herciſc.*

16 Tertius eſt caſus, quando pro delicto commiſſo interdicitur adminiſtratio bonorum, quo caſu reus alienare non poteſt, nec contrahere: veluti in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis, *l. quæſitum, ff. qui, & à quib.* ad exemplum eius cui iudex per decretum bonis interdixit, *leg. is, cui bonis, ff. de verb. oblig.* ſic & in alijs criminibus priuilegiatis, de quibus in *l. ex iudiciorum iuncta Gl. ff. de accuſat. & in d. l. quæſitum, & per Bar. in d. l. Imperator,* & ſi alienauerit reus ſequuta ſententia confiſcatoria fiſcus alienata per reum, reuocabit, ſicuti notatunt *Ang. in l. pen. C. ad leg. Iul. maieſt. & Salyc. in d. l. ſi quis poſt hac ſub num. 8. C. de bon pro-*
17 *ſcriptor.* etiam pretio non reſtituto, ſecundum *Pich. in d. l. poſt contractum, n. 16. Peregr. in d. lib. 5. ſub n. 175. qui addit Auguſtin. in addit. ad Ang. de maleſic. in ver. & eius bona publicantur.*

18 Limitatur in alienationibus neceſſarijs factis pro ſoluendis creditoribus, *l. reo, ff. de ſolution. l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. l. alienationes, ff. famil. herciſc. Peregr. d. loco nu-*
19 *mer. 176. qui nu. ſeq.* ait idem locum habere in alienatione facta pro dotanda filia, quam fiſcus nihilominus dotare tenebatur. *Bal. in l. fin. num. 9. C. de dot. promiſſ. Capoll. conſil. 160. n. 10. & 191. n. 3. Peregr. dict. tit. de publica bon. n. 76.*

In præmiſſis autem an delinquens poſt delictum commiſſum alienare poſſit ante accuſationem, cum ei non eſt interdicta adminiſtratio, diſtinguit vbi ſupra *Peregr. ſub n. 178. verſ. Ideoq;*

Aut alienatio eſt irreuocabilis, & non valet, *leg. qui pœna, ff. de manumiſs.* Aut eſt reuocabilis, & valet, *dict. leg. poſt contractum:* niſi argui poſſit facta metu fiſci metu futuræ condemnationis, vel præſumptiuè ex coniecturis quo caſu fiſcus reuocaret, vt latè ibidem per eum; & verſ. aduerte,

20 Quartus eſt caſus, quando alienatio fuit facta poſt accuſationem inſtitutam ante tamen litem conteſtatam, & tunc dicitur per omnia prout in ſecundo caſu, quoniam accuſatio non patitur præſumptionem, nempè delinquentem metu futuræ pœnæ alienaſſe prout, quando in delicto deprehenditur, vel delictum eſt notorium; *Ita Bar. in d. leg. poſt contractum. Pich. in eadem l. poſt contractum, n. 39.* Cuius ſententia reprobatur; vt per *Peregr. d. tit. de publica. bon. ſub n. 179. verſ. cuius tamen.*

Addit tamen pro cauſis neceſſarijs permitti reo, vt alienare poſſit, vt per eum *n. 176.*

21 Quintus eſt caſus, quando à delinquente alienatio facta eſt poſt litem conteſtatam ante tamen ſententiam, & tunc talis alienatio facta valet, quia ſecundum *Bar. in dict. l. poſt contractum,* regulariter reo pro crimine commiſſo non interdicitur adminiſtratio bonorum, per *l. aufertur, §. in reatu, ff. de iur. fiſci. reprobata Glo. in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat.* Ratio eſt, quia bona inuito fiſco non infiſcantur, ſed fiſci agnitio requiritur, *l. 1. §. an bona, ff. de iure fiſci. Bal. in l. non ſolum, ff. de in integr. reſtit. & in l. eius, §. ſi cui, ff. de teſtam. per illum text.* vbi dicit, quod fiſcus non eſt neceſſarius ſucceſſor; & interim ante fiſci agnitionem reus vtitur bonis *Bal. in d. l. non ſolum. Felyn. in c. Rodulphus, ſub n. 70.* in fine extra de reſcript.

Item, quia fiſcus ante ſententiam non habet ius in bonis; ſed agit perſonali ad vindictam occaſione delicti, ſeu maleficij nimirum ſi reus validè alienare poteſt, prout quiſque conuentus perſonali actione, cum actio perſonalis debitoris res non faciat litigioſas. *Bar in l. 1. C. de litig. et in l. quamquam. § 1. ff. de aq. plu. arcend. de communi Crauett. conſil. 279. ſub n. 1.*

22 Declaratur dictus caſus, & Bar. ſententia, vt procedat quoad alienationis validitatem, ac dominij trāslationem; at fiſcus alienationem vti in eius fraudem factam reuocabit, ſi emptor ſciuerit reum accuſatum, quia tunc fraudis conſilium facilius præſumeretur, vt etiam tenet Peregr. in loco alias citato, ſub *n. 180.*

23 Subdeclaratur non habere locum, ſi reus bona fide alienauerit non in diminutionem patrimonij, ſed permutādo rē vnam cum alia, quia tunc valeret alienatio; ex quo reus eſt dominus, & bonorum adminiſtratio ſibi non fuit interdicta, ex *Clar. d. q. 78. ver. et hæc omnia, per tex. in l. Imperator, §. fin. ff. de lega. 2.*

24 Sextus caſus eſt, quando alienatio facta extitit poſt latam ſententiam confiſcatoriam; a qua, quatenus nō fuerit appellatum, alienatio facta non valet, d. l. poſt contractum Et quatenus appellatum, quia ſuſpenditur illius vis, *l. 1. in fin. ff. ad Turpillian.* Interim valet alienatio, quam iudex appellationis reuocabit per viam attentati, ſequuta confirmatione ſententiæ, *l. Chirographis, §. fin. ff. de adminiſtrat. tut. abſq;* eo, quod diſceptetur, an in fraudem facta fuerit, necnè. Ita Bar. *in d. l. poſt contractum. Peregr. d. tit. de public. bon. n. 181. et 182.* vbi videas.

25 Fallit, quando quis in contumaciam fuiſſet condemnatus, licet de crimine læſæ maieſtatis, etiam quod princeps aſſeruiſſet illum commiſiſſe delictum, & etiam quod ſtatutum bona condemnati in contumaciam ipſo iure publicaret, quia tunc emptor non teneretur ad reſtituendum bona ſibi vendita, ſed requireretur plenæ probationes, quod deliquerit. *Dec. conſ. 410. et Plot. d. conſ. 130. num. 71. et 76. inter conſilia criminalia diuerſ. to. 1.*

26 Quibus autem coniecturis in præmiſſis probetur fraus habetur latè per *Bero. conſ. 166. num. 2. lib. 1. conſ. 147. num. 28. lib. 2. & conſ. 212. num. 4. libr. 3.* Natta *conſil. 162. et 213.*

Roland.

Roland.à Valla conſil.40.lib.2.Rim inn.conſil.62.libr.1.Menoch.conſil.109.Gabr.conſ.74. Decian.conſ.105.n.68.libr.2, et conſ 2.lib.1. Menoch. de preſumpt.lib.3. præſumpt.124. Peregr.d.tit.de publica.bonor.num.156.et infra, Peguer.in quæſt. crim.c.50.

37 Et ſufficiunt duæ præſumptiones. *Crauett. conſil.156, num.ſeptimo,*

ARGVMENTVM.

Emens rem furtiuam à fiſco Cæſaris, an teneatur ad illius reſtitutionem, vel tutus ſit authoritate Zenonianæ conſtitutionis.

Quid in re empta capta ab hoſtibus ſeu prædonibus, an emptor teneatur eam reſtituere nullo recepto pretio.

SVMMARIVM.

1 *L.bene à Zenone, et l.omnes, C.de quadr.præſcrip.locum habent in donationibus & venditionibus factis pro Auguſtum, & Auguſtam.*

Et præſupponunt bonam fidem & ignorantiam rei alienæ, ac furtiuæ, n.2.

3 *Imperator ſi donat, vel vendit rem alienam, aut furtiuam, ceſſant diſpoſitiones dictarum legum omnes, & bene à Zenone, vt domino eum ſua iniuria non auferatur dominium rei ſuæ:*

4 *Vitium furti & violentiæ inficit rem vitio reali,*

Neq; idea vnquam purgatur, niſi res redierit ad dominum ſuum, à quo fuit ablata, n.5.

6 *Emens rem à fiſco ſciens eſſe furtiuam, non iuuatur conſtitutionibus legis bene à Zenone, & alijs ſimilibus, & numer. 8.*

Nec ei prodeſſet, ſi allegaret ſe deceptum à fiſco, aut fiſci officialibus, quia ſciens & volens non decipitur, numero ſeptimo.

8 *Homo ex dolo ſuo lucrum conſequi debet.*

9 *Legis fauorem fruſtra implorat, qui contra legem mercatur.*

10 *Res captæ ab hoſtibus vt emptoris efficiantur, quæ requirantur.*

12 *Et de ratione ibid. n. 11.*

Emens merces ab hoſtibus, poſtquam tranſiuerunt in eorum dominium, fit irreuocabiliter ipſa non dominus,

13 *Emens res à latronibus, & piratis, tenetur eas reſtituere vero domino, reſtitutio ſibi pretio, ſi erat modicum,*

Sed contra n.14.

Declaratur hæc vltima ſententia, niſi emptor ignoraret dominium, vel emit ea intentione vt domino reſtitueret, reddito ſibi pretio, n. 15.

16 *Emens bona fide ab eo quem credebat eſſe dominum, ſi deinde comperiat rem furto fuiſſe ſubtractam, poteſt illam venditori reddere reſtitutio ſibi pretio, & ita indemnem ſe ſeruare.*

Contrarium, quod reſtitutio facienda ſit domino, & non furi, n.17. & 20.

Declaratur hæc vltima ſententia vt procedat, dum tamen emptor reſtituere poſſit domino abſq; ſuo magno præiudicio vt puta infamiæ, n.18.

Refertur Azor. opinio, n. 19.

Sed probatur ſententia, & diſtinctio Leſſ.de iuſt. & iur.lib.2. cap.14. numer.14. & ſeqq. numer. 21.

22 *Emptor retinens rem alienam ignoranter bona fide, non tenetur ad reſtitutionem in foro fori, nec in foro conſcientiæ.*

Et de ratione, ibidem.

Secus ſuperueniente ſcientia rem à ſe emptam non fuiſſe venditoris, ſed furtiuam, quia tunc incipit ceſſare bona fides, cum tenetur reſtituere vero domino quantum ipſe factus eſt locupletior, n.23.

24 *Reſtituere qui tenetur ſolum ratione rei acceptæ tenetur reſtituere, ſi rem habeat, & ſolum in qua dicior factus eſt.*

Nec tenetur reſtituere quod bona fide conſumpſit, numero vigeſimoquinto.

Intellige, ſi factus non ſit locupletior, n.26.

Reſtituendum eſt quoque incrementum quod proceſſit ex re ipſa, ſecus vero ſi proceſſerit ex labore, diligentia & induſtria emptoris, qui poſtea maiori pretio reuendiderit, num. 27.

28 *Locupletior qualiter quis factus dicatur remiſſiuè.*

29 *Emens rem à fure, eam reddere debet domino etiam pretio ſibi non reſtituto.*

Primò ampliatur etiam procedere, ſi emptor rei furtiuæ rem illam amiſerit, ſeu extincta eſſet vel mortua, aut alteri vendita, quia tunc tenetur æſtimationem redere, numero 30.

Primò extenditur idem eſſe in rebus illis, quæ vſu conſumuntur, n.31.

Secundò extenditur pariter idem locum habere, quando res illa pertranſiſſet per plures in manus, n.32.

Declaratur procedere, quatenus emptor iſte bonæ fidei factus eſſet locupletior, n.33.

Secundò ampliatur, ſi quis emat rem furtiuam in nundinis, quoniam emptor etiam tunc tenetur rem domino reſtituere nullo recepto pretio, n.34.

Tertiò ampliatur ſibi tribuere etiam in emente cum proteſtatione, quod ſi res illa non ſit venditoris, intelligit emere pro vero domino, et quod eſt paratus eam reſtituere pretio ſibi reſtitutio, quia nihilominus reſtituere tenetur, nullo ſibi reddito pretio, n.35.

Contrarium, n.36.

Sed retenta prima opinione,

Primò limitatur non habere locum facto proclamate inſtante emptore: quia tunc ſtante proteſtatione, non tenetur rem reſtituere, niſi prius ſibi reſtitutio pretio, numero 37.

Secundò limitatur, quod magis procedere, quando cum proteſtatione concurrit aliqua coniectura bonæ fidei emptoris, tunc recuperat pretium, n.38.

Tertiò limitatur, quando vltra dictam proteſtationem concurreret, quod dominus rem illam vllo modo vel non ita de facili recuperare poſſet, quia tunc emptor à verò domino pretium recuperat, num. 39.

Quartò ampliatur principalis concluſio etiam in eo, qui emptionis tempore fuiſſet in bona fide, n.40.

Primo limitatur, quando pretium huius rei ab emptore numeratum fuiſſet: deinde verſum eſſet in vtilitatem domini ipſius rei: quia tunc dominus ipſe ſi vult rem ſibi reſtitui debet pretium ſoluere emptori, n.41.

Secundò limitatur, quando ipſe dominus pretium reſtituiſſet emptori bonæ fidei qui non poteſt illud amplius condicere, n.42.

Tertiò limitatur, quando emptor rem emiſſet ab hoſtibus, vel à latrunculis exteræ gentis, vt à Piratis: quia tunc emptor recuperare poteſt pretium à vero domino, numero 43.

Quartò limitatur non habere locum, quando ſtatutum, vel priuilegium aliud dictaret, ſicut fœnerationibus, & Iudæis eſt conceſſum, vt res fortuitas ſibi pignoratas, vel venditas poſſint retinere, donec per verum dominum pretium reſtituatur,

tuatur, numero quadrageſimoquarto.
Primò declaratur procedere; dummodò Iudai ignorent rem eſſe alienam, ſecus ſi ſciant, n.45.
Secundò declaratur priuilegium non habere locum aduerſus clericos, neque ſcholares, quorum ſerui pignori dant libros, & veſtes: vel vendunt iſtis Iudæis, num.46.
Ampliatur procedere, etiamſi ſtatutum vellet, quod ſcholares haberentur pro ciuibus, num.47.
Quintò limitatur, quando emens res fortuitas, eaſdem vendidit pro eodem pretio, quoniam ad pretium conueniri non poteſt, ſicut ad rem conueniri potuiſſet, num.48.
Quod declaratur num.49.
Et ibidem de ratione.
Differentia quæ ſit inter forum conſcientiæ, & forum fori, ibidem.
Dolus in emptione, & venditione, quando præſumatur foro fori, & in foro poli, ibid.
Sextò limitatur ſibi non vendicare in emptore bonæ opinionis, et famæ, quæ ob id eueniat pœnam, & recuperat pretiū, num.50.
De quo dubitatur, ibidem.

Quæſt. CLXX.

ALia ſequitur dubitatio, an emens rem furtiuitam a
fiſco Cæſaris tutus ſit auctoritate *Zenonianæ* con-
ſtitutionis: de qua licet aliqua dixerim ſupra in quæſtio-
ne... Nunc plenius eam attingendo, pro illius ſolutione
1 præſciendum eſt; quod dicta Conſtitutio de venditioni-
bus fiſcalibus loquens fuit protenſa per Iuſtinianum Im-
peratorem ad donationes, ac venditiones factas ab Au-
guſto, & Auguſta, dicta *l. bene à Zenone, Cod. de quadrien.
præſcrip.* & cum iuribus de materia loquentibus præſup-
2 ponit bona fidem, & ignorantiam rei alienæ, aut fortiuæ.
3 Quare Doctores inferunt, quod ſi Imperator donaret, vel
venderet rem alienam aut furtiuam, ceſſarent iura illa, vt
domino cum ſua iniuria non auferatur dominium rei ſuæ,
per rationem, quia vnde naſcuntur, non debet iniuriarū
naſci occaſio, *l. meminerint, C. vnde vi, ita gloſ. in l. 2. C. de
commun. rerum alien. & in l. 1. de vend. rer. fiſcal. lib. 10. Rom.
conſ. 310. in fin. Abb. conſil. 3. Felyn. in c. quæ in Eccleſiarum
numer. 55. de Conſtitut. Dec. conſil. 357. ſub numer. 7. Balb. in
in tract. de præſcript. p. 2. 5. part. princ. quæſt. 8.* his accedit,
4 quod vitium furti & violentiæ, quia inficit rem vitio rea-
li, quod ſanè vbique concomittatur rem, ſicut lepra lepro-
ſum, *l. vitia, vbi notatur, C. de acquiren. poſſeſſ.* tale vitium
5 nunquam purgatur, niſi res redierit ad dominium ſuum
priorem a quo fuit ablata, *§. latrones, Inſtit. de vſucap. & eſt
caſus in l. latrones, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* ex quo ſequi-
6 tur, quod emens etiam a fiſco ſciens, rem eſſe fortuitam,
7 & ſic in mala fide, minimè iuuaretur auctoritate dictarum
Conſtitutionum: nec ei prodeſſet, ſi allegaret ſe deceptū
à fiſco, aut fiſci officialibus, quia ſciens, & volens non
decepitur, *leg. ſi ſciens, C. de rei vendic. l. ſi quis cum ſciret,
ff. de vſucap. pro empt. l. cum donationis, C. de tranſact.* cum
8 ſimil. nimirum ergo ſi ſciens rem fortuitam eſſe cadit a
priuilegio illarum Conſtitutionum, quia ſcienter emens
rem alienam re euicta aduerſus venditorem auctorem
ſuum de euictione actionem non habet, *l. ſi fundum ſciens,
C. de euictio*, vt ſæpè dixi in hoc tractatu.
9 Quæ præter ſuperius, dicta, iuri ac rationi conſona
ſunt.
Quoniam is in dolo eſt, & nemo ex dolo ſuo lucrum
conſequi debet, *leg. ſiue hæreditaria, ff. de negot. geſt.* & quo-
niam contra legem mercatus, legis fauorem fruſtra im-
plorat, *leg. vltimum, ff. de minor. leg. cum ſcimus, C. de agricol.
lib. 11.*
10 Quæro præterea, quid cenſendum in rebus captis ab
hoſtibus, & poſteà emptis; nunquid emptor tenea-
tur eas reſtituere veris dominis, etiam pretio non
reſtituto.
Et in hoc aduertēdū eſt, quod licet res capiatur ab ho-
ſtibus: tamen non ſtatim atq; capta eſt tranſit in eorum
dominium; & quouſq; non tranſit non dicitur quis lici-
tè emere, quia poteſt interim recuperari. Vnde ad
hoc vt res huiuſmodi ab hoſtibus captæ efficiantur ipſo-
rum hoſtium, duo requiruntur.
Primum, quod res capta ducatur intra præſidia dicto-
rum hoſtium, ideſt ad confines.
Secundò, vt vſque eo ſint deductæ, vt veriſimiliter ab
eis auelli non poſſint, nec etiam à militibus accurrentibus
momento recuperari valeant, & ita ſaltem pernotaſſe
debent, ſic *Bald.* licet ſuboſcurè in *l. ab hoſtibus la ſeconda
in fine, & clarius ibi tem Salyc. num. 2. C. de capt. & poſtlim.
reuerſ. Vinc. de Franch. deciſ. 262. part. 2. Rota in Neapolita-
na Aromand.* 28. *Nouembr.* 1597. *coram R. P. D. Orano im-
preſſ. poſt Farinae. conſil. lib. 1. deciſ. 120. Antonius numer.* 1.
11 ratio aſſignatur; quia donec non eſt deducta intra præ-
dia, non dicitur, mutare dominium, neque ſtatum, *l. poſt-
liminij ius, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* vbi deciditur, quod
captus in bello remanet ſemper ciuis, donec non ducitur
inter præſidia: quo ductus poſteà efficitur ſeruus, ita
12 enim diſtinguit *Rota dict. deciſ.* 120. *ſub num. 1. & 2.* cum
inquit, aut quis emit merces ab hoſtibus poſtquam tran-
ſierunt in eorum dominium, & tunc ſunt irreuocabiliter
affectæ ipſius emptoris, ſecus verò, ſi eas emerit priuſ-
quam tranſierint in eorum dominium: quoniam tunc re-
ſtituto pretio emptori, tenetur emptor eas reſtituere
13 domino. Aut eas emit a piratis, vel latronibus, & tunc te-
netur eas reſtituere verò domino, reſtituto ſibi pretio, ſi
fuerit modicum, ita quod geſſiſſe videatur vtile negotium
ipſius domini, quia veriſimiliter ipſe dominus eodem pre-
14 tio redimiſſet, quod vltimum ego non probo, quia pira-
tæ nunquam efficiuntur domini, ex ijs, quæ propoſito di-
xit *Couar. in regula peccatum parte 3. ad finem num. 5. de re-
gul. iur. in ſexto Rota dicta deciſ. 120. & Peregr. conſ.* 101.
15 *lib. 4.* niſi fortaſſe, qui rem emit, illius dominium igno-
rat; vel ſi non ignorat, emit eas, quas dominus amplius
recuperare non poſſet: ſeu ea intentione & pretio emit,
vt quaſi vtile domini negotiū geſſerit, ex quo enim is em-
ptor non participiat de furto, eam reſtituere non tenetur,
niſi reddito ſibi pretio a domino ex præmiſſis.
16 At ſi quis rem emit bona fide ab eo, quem credebat eſ-
ſe dominium illius rei, & poſtea eum qui ſibi vendidit, il-
lam rem furto ſubtraxiſſe, vt eius indemnitati conſulat,
poteſt eandem rem eidem furi bona conſcientia reſtitue-
re, vt ab eo pretium recuperet, ac ita ſe indemnem con-
ſeruare: quod accideret ſi rem vero domino reſtitueret,
quoniam amitteret pretium: ita *Nauar.* & alij, quos re-
fert, ac ſequitur *Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 14. nu.
14.* nam prima caritas incipit a ſeipſo, in tantum, quod li-
ceret mihi alienas merces proijcere in mari, vt ſaluarem
meas, *l. qui ſeruandarum, ff. de preſcript. verb.*
17 Contrarium, quod emptor non valeat rem furi reſti-
tuere; ſed quinimo verò domino, etiamſi pretium amittat
tenet, dicitque tutiorem eſſe de rigore conſcientiæ, & ita
agendum eſſe, ſi emptor ille credat quod ſi rem furi re-
ſtituat, eam dominium perpetuo amiſſurum *Medin. in
ſuis tract. tom. 2. tit. de reſtit. quæſt. 10. verſ. ſi autem colum.
3. & latius in verſ. Verum quamuis colum. 5. colum. 96.
idem tenuit Sot. de iuſtit. & iure libro quarto, quæſt. 7. art.
2. poſt quartam concluſ.* ibi, quod ſit rurſus, *colum. 3.* dicens
quod emptor reddiderit illegitimò poſſeſſori reſtitutioni
manet obnoxius; quia de iuſtitia tenebitur reſtituere
domino.
18 Verùm *Sot.* loquitur, & intelligitur, dum tamen reſti-
tuere potuerit domino abſque ſuo magno præiudicio, vt
puta

putà infamiæ, quod manifeſtius aſſerit *d. art.2. colum.* 5.
ibi, ob hoc forte non deerit, citat alios dictã contrariam
ſententiam tenentes. *Azor. Inſtit. moral. part.3. lib.4. tit. de
reſtitut. cap.3. initio quæſt.1. verſ. quare dicendum*, qui deci-
19 dit, emptorem in foro conſcientiæ rem domino reſtitue-
re, debere quando pretium a fure repetere, non poteſt;
vel quia in longinqua loca receſſerit, ita vt conueniri non
poſſit, vel quia mortuus ſit, vel quia non compareat,
vel pretium reddere renuat, vel non poſſit; quo-
niam tunc, cum adhuc res extet domino ſuo debe-
tur, & emptor ſi non reddat, incipit eſſet poſſeſſor ma-
læ fidei.
20 Clarius tamen videtur locutus *Medien. d. quæſt.10. ver-
ſic. tum etiam il ſecondo, colum.5.* cum dixit, quod ſi emptor
rem furi reſtituere poſſet vt pretium ab eo recuperaret,
ſequeretur, quod ſi fur eſſet mortuus, vel eſſet abſens, aut
omnino pauper factus, emptor rem apud ſe retineret, aut
eam alij vendere poſſet, ne ſcilicet pretium amittat, quod
ait falſum eſſe.
21 Cæterum ſententia *Leſs. ſuperius relata dict. capit.* 14.
numer. 34. *& ſeqq.* videtur amplectenda ex ijs quæ ibi
dixit.
22 Vbi autem emptor rem habuit, ac retinet bona fide,
durante dicta bona fide, & ignorantia rei alienæ, non
tenetur ad reſtitutionem, nec in foro fori, neque in foro
conſcientiæ: quamuis eam emerit a fure, & per conſe-
quens retineat contra voluntatem domini ratione dictæ
ignorantiæ, ex notatis per *Medin. in ſuis tract. tom.2. tit. de
reſtit. quæſt.10. verſ. ſi autem colum.3. fol.95.* quia iuſta
ignorantia rei alienæ omninò excuſat à reſtitutione;
adeò, quod ſi interim durante bona fide emptor rem de-
23 ſtruxit, diſſipauit, ſeu alienauit, & poſteà ſcit rem illam
eſſe furtiuam, & ſic tunc incipiat ceſſare bona fides, tene-
tur reſtituere verò domino quantum ipſe ex ea factus eſt
locupletior, & non aliter, vt bene explicat *Medin. dict. ver-
ſicul. ſi autem ad finem. Martin. Nauar. in Manual. confeſ.
cap.17. ſub nu.17. & Sot. de iuſt. & iur. lib.4. qu.7. art.2. poſt*
24 *concluſ.4. ibi emit fundum a latrone colum.3. in fine, col.4.*
vbi tradit regulam, quod qui reſtituere tenetur ſolum ra-
tione rei emptæ, tenetur, rem reſtituere ſi eam habeat, &
ſolum id, in quo ditior factus eſt. *Conar. in dicta cap. pec-*
25 *catum part.3. §.12. verſic. quarto* hoc procedit, non autem
tenetur reſtituere id quod bona fide conſumpſit, quam
regulam pluribus exemplificat; & conſonus videtur diſ-
poſitioni *text. in l. item veniunt, §. præter hæc ad fin. verſ. eos
autem, ff. de petit. hæred. vbi gloſ. in verſ. facti eſſent*, ait, eſſe
optimam regulam qua nulla verior in iure *Menoch. in
tract. de præſumption. libro quinto præſumpt.29. numero* 18.
26 *&* 19. quod intelligas *vt vbi ſupra per eundem Sot. dict.
quæſt.7. art.2. poſt concluſ.4. ibi*, intellige autem ſi factus eſt
locupletior, *colum.4. in fine, & Io. Azor. Inſtit. moral. part.*
27 *3. lib.4. tit. de reſtit. cap.3 quæſt.2. verſ. In hac re*, vbi quoq;
dicunt, quod reſtituere debeat incrementum quod pro-
ceſſit ex re ipſa; ſecus verò ſi proceſſiſſet, ex labore, dili-
gentia, & induſtria emptoris, qui poſteà maiori pretio
reuenderit.
28 Qualiter autem quis locupletior factus dicatur videas
*Conar. in dict. cap. peccatum part.3. §.12. verſ. quarto hoc
procedit.*
29 Benè verùm eſt, quod ſupradictis exceptis, ac retentis,
regula eſt, quod emens rem a fure, domino eam reddere
debet pretio non reſtituto, *l. ciuilem, Cod. de fur. & ſeru.
corrup.*
30 Quę ampliatur procedere quoque, ſi emptor rei furti-
uæ rem illam amiſerit, ſeu extincta eſſet, ac mortua, vel
alteri vendita, quia tunc emptor tenetur æſtimationem
reddere. *Hoſtien. in ſumm. de pœniten. & remiſs. verſ. quid
deprędam ementibus Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vx.
§.65. num.53. Didac. Conar. in d.c. peccatum par.3. §.12. verſ.
qui certò ſciens, de regul. iur. in ſexto*, vbi inquit idem eſſe
31 in rebus illis quæ vſu conſumuntur, & *Hoſtien.* addit idem
32 eſſe, quando res illa pertranſiſſet per mille manus, *leg. ſed
vbi, ff. de minor. & leg. ſed etſi lege, §. ſiue autem, ff. de petit.
hęredit.*
33 Quæ concluſio declaratur procedere, quatenus em-
ptor ille bonæ fidei factus eſt locupletior, vt per *Conar. d.
§.12. verſ. Quarto hoc procedit, & alios de quibus ſupra
num.* 25.
34 Secundò ampliatur, ſi quis emat rem furtiuam in nun-
dinis, quoniam emptor etiam tunc tenetur rem domino
reſtituere nullo recepto pretio, ſic *Hoſtien. in ſumma in tit.
de pœnitent. & remiſs. in §. quid de furibus verſic. quod ſi quis
emat*, quem ſequitur *Menoch. d. præſumpt.29. numer.22. &
facit Beninten. deciſ.34.*
35 Tertio ampliatur quoque locum habere in emente
cum proteſtatione, quod ſi res illa non eſt venditoris,
quod intelligit emere pro vero domino, & quod eſt para-
tus eam reſtituere reddito ſibi pretio: non obſtante tali
proteſtatione, teneretur reſtituere nullo ſibi reſtituto
pretio. *Alciat. de pręſumpt. regula 3. pręſumpt.29. ſub num.
5. verſ. ſed iſta opinio Natt. conſ.436. li.2. Clar. in prax. crim.
furtum verſic. ſed hic incidenter. Abb conſil.84. Boſſ. in tit.
de furt. num.50. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ.42.* vbi dicit ita
iudicaſſe.
36 Contrarium, quod emptor vtens tali cautela non te-
neatur rem reſtituere, niſi ſibi pretium prius reddatur.
*Cępoll. cautel.10. Hoſtien. in ſumm de peniten. & remiſs. ver-
ſicul. quid de prædam ementibus, & verſic. quid ſi emit rem
deprædatam, & Iaſon. in leg. pretium in fine, Cod. de pro-
curat.*
Prior relata ſententia verior eſt cum infraſcriptis tamẽ
limitationibus & declarationibus.
37 Primò limitatur vt non procedat facto proclamate in-
ſtante emptore, quia ſtante proteſtatione non tenetur
rem reſtituere, niſi prius ſibi reſtituto pretio. *Boſſ. de furt.
num.50. Lodouic. d. deciſ.42.* nam iſta proclamata, ſeu edictę
excludunt quemcunque ius habentem in re, vel ad rem.
Alciat. conſ.57. quęritur num.2. tomo.1. lib.2.
38 Secundò limitatur, quando cum proteſtatione con-
curriт aliqua coniectura bonæ fidei emptoris; nam tunc
pretium recuperare poterit, vt declarat *Menoch. d. prę-
ſumpt.29. num* 16.
39 Tertiò limitatur, quando vltra dictam proteſtationem
concurret, quod dominus rem illam nullo modo, vel ita
de facili recuperare non poſſet, quia tunc emptor à verò
domino pretium recuperaret. *Natt. dict. conſil.436. &
Conar. d. §.12.*
40 Quartò ampliatur principalis concluſio etiam in eo
procedere, qui emptionis tempore, fuiſſet in bona fide,
vt quia credebat verè, & rationabilibus coniecturis ſe a
vero dominò emiſſe, & deindè ſuperueniſſ ſcientia, quo-
niam adhuc tenetur reſtituere etiam nullo pretio rece-
pto, ita ex *Hoſtien de pœniten. & remiſſ. §. quid de præd.
emen. verſ. ſi verò emens hoc neſciebat tradit Menoch. d. prę-
ſumpt.29. num.20.*
Limitatur principalis ſuperius firmata concluſio, *num.*
29. pluribus modis.
41 Primò, quando pretium huius rei furtiuæ ab emptore
numeratum fuiſſet, deindè illud verſum eſſet vtilitatem
dominus ipſius, rei qui tunc dominus ipſe, ſi vult rem ſibi
reſtitui, debet pretium illud emptori refundere vt probat
*leg. ſi pretium, Cod. de procur. vbi Iaſon. in fin. Bart. Fulgoſ.
& alios in dict. leg. ciuilem, quos ſequitur Alciat. in dict. prę-
ſumpt.29. verſic. tertio declaratur, & Menoch. vbi ſupra
num.* 29.
42 Secundò limitatur non procedere, quando ipſe domi-
nus pretium reſtituiſſet emptori bonæ fidei, quia non
poterit illud amplius condicere, ſeu repetere. *Alciat. dict.*

præ-

pręſumpt.29.verſ.quartò declaratur ex leg.ſeruus cuiuſdam, ff. de cond.indeb. & ſequitur Menoch. d.pręſumpt.29. num. 11.& 32.

43 Tertiò limitatur, quando emptor rem emiſſet ab hoſtibus, vel a latrunculis exteręæ gentis, vt à *Pyratis, iuxta leg.mulier inops, C.de capt. & poſtlim. reuerſ.* quia tunc emptor pretium recuperare poterit a vero domino, *Alciat. d.pręſumpt.29.num.3. & ante eum Hoſtien. in d.§.* ſeu verò quid de prædam ementibus *Lup. in rubr. de donat. inter. vir.& vx.§.65.num.57.Cępoll.cautel.10.Couar.in d. regula peccatum p.3.in fin.princ.& probat Menoch.d.pręſumpt.29. num. 26.& ſeqq.* intelligendo, vt ſuperius dixi.

44 Quartò limitatur non habere locum, quando ſtatutum, vel priuilegium aliud dictaret, ſicut fæneratoribus, & Iudæis ſunt à Principibus conceſſa priuilegia, vt poſſint res furtiuas ſibi pignoratas, vel venditas retinere, donec a verò domino pretium reſtituatur, *Alciat.d. pręſump.29. nu.7.verſ quinto declaratur.Rebuff.de priuil.ſcholar. priuil. 115.& cęteri,quos adducit Menoch.d.pręſumpt.29.num.35. quibus in locis.*

45 Primò declaratur procedere, quando Iudæi ignorant rem eſſe alienam: ſecus ſi ſciant; quia tunc dicerentur furtum committere, *leg. ſeruus cuiuſdam,ff.de condict. indebi. Alciat.in loco pręcitato.Marquard.de Suſan.in tract.de Iudæ.part.1.cap.11.num.18*

46 Secundò declaratur non habere locum aduerſus clericos *Alciat.vbi ſupra Marſil.ſing.13. Menoch. d.pręſumpt. 29.num. 37. neq;* aduerſus ſcolares quoniam famuli, ſeu ſerui, ſi eorum veſtes, ſeu libros pignori dant, vel vendunt Iudæis, tenentur Iudæi reſtituere, nullo reddito pretio, ita *Crem:a.ſing.81. Alciat. poſt Pich. ab eo relatum vbi proximè ſupra Rebuff.de priuil.ſcholar.priuil.115. Marquard.d.c. 12.ad fin.Menoch.d.pręſumpt.29.num.37.& 38.qui numer. ſequentibus.*reddit rationem; & extendit procedere, etiãſi
47 ſtatutum vellet, quod ſcholares haberentur pro ciuibus, ex adductis ibi per eum.

48 Quintò limitatur quando emens res furtiuas eas conſumpſerit, vel pro eodem pretio vendiderit, quoniam ad pretium conueniri non poteſt: ſicut ad rem conueniri potuiſſet, ſi eam poſſideret. *Soc.in reg.439. in tertia limit.* dum tamen alienatio ſeu conſumptio facta ſit bona fide, quo caſu in foro conſcientię ſolum tenetur id reſtituere, in quo locupletior factus eſt. *Sot.de iuſt.& iure lib.4.quęſt. 7.art. 2.poſt quartam concluſ.* ibi emi fundum à latrone, *colum.3.in fine,& 4.* & probatur *ex l.item veniunt,§.pręter hęc ad fin. verſ. eos autem, ff. de petit. hęred.* declarando, prout dixi ſuperius *numer.* 27. ſecus in foro exteriori, quia in eo foro non poteſt ciuiliter quis alter, conueniri quam actione perſonali, aut reali, vel ſaltem ex æquitate, *leg. ſi me, & Titiam, ff. ſi cert. pet.* verum nulla ex his actionibus competit domino rei: non quidem perſonalis, quia emptor non contraxit cum eo qui rem aliunde bona fidè, & iuſto titulo habuit. Non etiam realis competit, quoniam realis actio ſequitur rem in quemcunq; vadat: *leg.ſi id quod,ff de verb.obligat.Bart. in l.ſi vt certo,§.ſi duobus nu.2.ff.commoda.cum ſimil.* quare cum nõ ſimus in iudicijs vniuerſalibus, in quibus pretium ſuccedit loco rei. *Bald.in l.mater tua ſub num.6.verſ. Non obſtat hęc lex.C.de rei vendic. Vrſill. ad Afflict. deciſ.369. ſub num.10.Tiraqell.de retract.lignag.§.32.gloſ. vnic.nu. 21.& 22.* ſed ſimus in iudicio ſingulari in quo pretium non ſuccedit loco rei niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus, vt per *Vrſill.ad Afflict.*vbi ſupra, & in caſu, vbi res præſtari non poteſt *Bald.in d.l.mater tua, ſub nu.6.*& dicitur res præſtari non poſſe, & idcircò agi poſſe ad pretium contra eum, qui eam habuit titulo lucratiuo, quando eſt perempta, ſeu præſcripta. *Neguſant.de pignor primo membro 5.part.num* 48. ſeu quando niſi cum magna difficultate recuperari poteſt, vt quia poſſidetur a magno Barone, ſeu Tyranno *Bald.in d. l. mater tua numer.17.verſ.Deinde quæro*, atque ita cum non verſemur in iudcij vniuerſalibus, neque in caſu ſpeciali, non poteſt ratione pretij conueniri.

49 Ratio differentiæ inter forum conſcientiæ, & forum fori ea adducitur, quia in foro conſcientiæ nulla tolleratur iniuſtitia; at ſecus in foro fori, ſeu exteriori, quia in eo ad euitandas lites, & ne tollantur negotiationes & neceſſaria commercia, quandoque toleratur iniuſtitia, vt vſuræ non quaſi æſtimans eas eſſe ſecundum iuſtitiam: ſed ne impedirentur vtilitates multorum. *Diuus Thom. 2. 2. quæſt.78.art.1.verſ.ad tertiam.Turrecrem.in capit.quid dicam ſub numer.1.& 2.in ſecundo reſponſ.14.quæſt.4.B.Ioan. a Capiſtran.in tractat.de vſur. part.2. ſecundæ part.princip. numer.39. Boninſegn.in tractat.de vendit. ad temp.capit.3. numer 2.in fine, & numer.3.& 4. & numer.11.in fin.* quas permittit ſolum indulgendo pœnam, non culpam iuxta quod declarat *Ioann.Andr. in capit. peccatum numero 17. quæſt.3.& ſub numer.19. & 23.de regul.iur.in ſexto, latius Molin.de iuſt. & iur.tom.2. de contract. diſputat.304. verſ. Quod ius Cæſareum;* dicens, quod ius Cæſareum non ſolum permittebat vſuras in hoc ſenſu, quod crimen illud nõ puniebat (eo pacto, quo inter Chriſtianos meretriciũ ad maiora mala vitanda permittitur) ſed etiam in hoc, quod quarundam vſurarum ſemel ſolutarum repetionem non concedebat; & in hoc etiam quod ad exigendas vſuras quaſdam lege conceſſas, actionem concedebat, de quo videas tamen per *Boninſegn. dict. capit. 3. numero quarto & 10.& quæ ſcribit Ioann.Azor.Inſtit.moral. part. 3.lib.8. titul.de emption.& vendit.capit.8. quæſt.6. colum. 645.Molin.dicta diſputat.304.verſ. erant verò colum. 237.* licet de communi conſuetudine pro crimine vſurarum hodie procedatur criminaliter, vt per *Clar.recep. ſentent. §. vſura verſ.ex hoc Menoch.de arbitr. iud. libro ſecundo centur.4. caſu 398.Rota diuerſ.deciſ.332.numer.3.inter impreſſ. Ludun. ann.1612.* vnde redeundo quo diſceſſimus, lex poſitiua domino rei ſatis conſultum iudicat reſeruando ei facultatem agendi contra furem, & contra poſſeſſorem rei, quando rem bona fide alienauit, vel conſumpſit. Quando verò alienauit cum dolo, & in fraudem domini, eidem tenetur ad reſtituendum in vtroque foro.

Dolus autem in foro conſcientiæ & fraus præſumitur, quando poſt habitam notitiam qui rem alienat, niſi aliqua iuſta & vrgens cauſa alienationem excuſaret.

Sed foro fori tunc dicitur quis alienare cum dolo & fraude, quando timore euictionis alienat in potentiorem, cauſa mutandi iudicium, *ff. & Cod. de alienat. iudic. mutan. cauſ. & tradit. Afflict. de conſtit. Neapol. in Conſtit. coram fraudibus ſub numero ſecundo, libro ſecundo.*

Item, quando lite pendente, ſeu conteſtata alienat, quia dicitur dolo deſinere poſſidere; & qui dolo deſinit poſſidere, pro poſſeſſore damnatur, quia pro poſſeſſore eſt dolus, *l.qui dolo,de regal iur.*

50 Sextò limitatur in emptore bonæ opinionis & famæ, qui ob id euitat pœnam, *dict.leg.incivilem Menoch.dict. præſumption.29.numero 30. poſt Tiraquell. de pœn. leg. cauſ. fin.numero 131.* & fuit dictum ſupra, ea ratione, quia in eo præſumitur bona fides, & ſucceſſiuè recuperat pretium.

Cœterum hoc vltimum nõn tranſit abſque difficultate, per ea quæ ſuperius dixi.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Differit de priuilegio fiſco, & habentibus cauſam ab eo occaſione venditionum conceſſo ex diſpoſitione l. 2. & l. bene a Zenone C. de quadr. præſcript.

Et ponuntur aliqui caſus in quibus alienationes per fiſcum factæ ſubſiſtũt, vel infirmari poſſunt, Et emptor agit de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Emens a fiſco non poteſt inquietari ſine actione reali, ſiue etiam perſonali.*
Ampliatur procedere ſiue alienatio facta ſit titulo oneroſo, vel etiam lucratiuo. nom. 2.
Et locum habet etiam de iure canonico, quando agitur inter laicos, num. 3.
Ratio adducitur, num. 4.
Et conceditur quadriennium ad agendum contra fiſcum, quatenus, quis ſe grauatum prætendat, num. 5.
Neque conceditur reſtitutio aduerſus lapſum huiuſmodi quadriennij, num 6.
Fallit, quando conſtat de notoria iniuſtitia ex magis communi, num. 7.
Quin etiamſi iniuſtitia non eſſet notoria, nu. 8.
Iuſque iſtud tranſmittitur ad hæredes, num. 9.
Primò declaratur principalis concluſio, vt locum habeat in fiſco Cæſaris, & Summi Pontificis, n. 10.
Quidquid aliqui aſſerverit de inferioribus recognoſcentibus ſuperiorem, num. 11. qui propterea arguuntur.
Secundo declaratur non procedere, quando princeps vendit rem vti ſui debitoris, quæ deinde detegitur aliena, numer. 12.
Similiter, ſi minus ſolemniter, num. 13.
14 *Fiſcus re aliqua ſolemniter vendita non poteſt eandem rem ab emptore euincere, quamuis Camera plus iuris habeat, quam illa Statio, quæ vendit.*
15 *Spolium intentatur contra emptorem bonorum a fiſco venditorum ſui debitoris, non ſeruatis ſolemnitatibus.*
Et etiam quando conſtat de iniuſtitia, nu. 16.
17 *Emens ſine ſolemnitatibus requiſitis, quando illæ adhiberi poterant, dicitur in mala fide.*
Reſtitutio conceditur poſt lapſum quadriennij vbi conſtat notoria iniuſtia, ibid.
Lex 2. & l. bene a Zenone, ſunt rigoroſè & ſtrictè interpretanda, ibid.
Et quilibet error, ſeu modicus defectus facit ceſſare rigorem dictarum legum, ibid.
18 *Fiſcus vendens rem vti ſuam, ſi adijciat cauſam quæ non ſit vera, vel non iuſtificetur ex actis nulliter agit, & venditio retractatur.*
19 *Vendendi fiſcalia vbi alicui data eſt facultas, poterit dare fideiuſſorem de euictione, & apponere pœnam, & pacta pœnalia.*
20 *Sententia iniuſta quando res fuit ablata emptor a fiſco nihilominus agit de euictione contra venditorem.*

Quæſt. CLXXI.

1 EMentes à fiſco omnino ſunt tuti, nec poſſunt inquietari ſuper eadem re, nec actione reali, nec perſonali, *l. 2. & leg. bene à Zenone, C. de quadr. præſcript.* per quas venditiones datur emptori plena ſecuritas, & denegatur actori audientia, & iudicibus ſublata eſt iuriſdictio cognoſcendi *Soc. iun. conſ. 65. numer. 6. lib. 3. Afflict. deciſ. 361. num. 18. Honded. conſ. 67. numer. 18. lib. 1. Peregr. de iure fiſc.*
2 *lib. 6. tit. 4. num. 15.* quod procedit in alienatione ex quocunque titulo, tàm oneroſo, quàm lucratiuo procedente ab Imperatore, vel Auguſta, vt ex facto per dicta iura reſpondit *Bellon. conſ. 51. Rimin. conſ. 103. num. 52. Peregr.*
3 *de iure fiſci lib. 6. tit. 4. nu. 16.* & locum habet de iure canonico, quando agitur inter laicos habentes cauſam à Principe; quidquid ſit reſpectu bonorum Eccleſiæ *Imol. in c. 2. vbi Abb. num. 5. de reb. Eccleſ. non alien. Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 38. limit. 4. de Conſt. Bero. conſil. 56. nu. 17. lib. 3. Balb. de præſcript. 2. part. 5. par. princ. quæſt. 8. verſ. Octaua limitatio, de veriori*, & magis communi opinione teſtatur *Honded. conſil. 67. num. 28. ad finem libr. 1. Gabr. de acquir. poſſeſſ. concluſ. 2. numer. 22. Laurent. in deciſ. 17. verſ. Ideò ſecundo loco Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 18. verſ.*
4 *decimotertio limita.* ratio autem dictarum legum, quare Imperator ex cauſa venditionum fiſcalium, & ex cauſa alienationum quocunque titulo a ſe vel a Sereniſſima Auguſta factarũ, ea eſt in fiſcalibus, ne emptores aliquod patiantur damnum, & ſic vt tuta ſit haſtæ fides, *l. ſi hypothecas; C. de remiſſ. pignor.* at ſecus in ijs, quæ de proprio patrimonio Principis procedunt, quoniam valdè intereſt inter priuatam fortunam, & Regale culmen, quæ quidem ratio par eſt ad alienationes factas per Principes non recognoſcentes aliquem in ſuperiorem, vt propriè inquit *Peregr. d. tit. 4. ſub num. 17. verſ. Ratio autem.*

5 Conceditur tamen quadriennium ad agendum contra fiſcum, quatenus quis ſe grauatum prætendat, ex *d. l. bene a Zenone, Cranet. conſ. 263. num. 7. poſt Roman. conſ. 59. num. 8.* quo elapſo dicitur lis finita, *l. ſicut in fine, C. de præſcrip. 30. ann Bal. in l. fin. ff. pro ſuo. Alexand. conſ. 213. num. 1. lib.*
6 *2. Felyn. in cap. 1. num. 12. de preſcr.* vbi addit, quod neque quis poterit reſtitui ad probandum reſtitutionem aduerſus lapſum huiuſmodi quadriennij *Peregr. conſ. 94. nu. 61. lib. 2. & conſ. 102. num. 65. lib. 3. Anguſol. conſ. 9. num. 6. libr. 7. Giurb. deciſ. 106. num. 11.*

7 Fallit ſupradicta concluſio, vbi conſtaret de notoria iniuſtiria, quæ facit vt competat reſtitutio etiam poſt lapſum quadriennij. *Cæſ. de Graſſ. deciſ. 15. numer. 8. de præb.* de magis communi *Sfort. Odd. conſil. 40. numer. 49. Rota in Preneſtina bonorum 21. Februarij 1614. coram Cardin. Sacrato.*

8 Quinimò etiam iniuſtitia non notoria ſufficit *Rota coram Card. Seraphino deciſ. 251. num. 2.*

9 Iuſque iſtud petendi reſtitutionem tranſmittitur ad hæredes. *Phanuc. de inuentar. p. 2. num. 36. Aym conſ. 17. in fine*, quæ licet non ſit ſpecialiter petita in libello, ſufficeret quod in libello ſit concluſũ ſuper iudicio reſtitutionis, & quod læſio cauſa fuit, tam in poſſeſſione, quã in dominio per alienationem factam, vt iudex poſſit præuia reſtitutione in integrum aduerſus venditionem condemnare emptores ad reſtitutionem bonorum, vt in ſpecie tradunt *Ang. & Alber. in l. cum minorum numer. 4. C. ſi aduerſ. rem iudic. & l. interdũ, ff. de iure dot.* & ſeruat Rota ad circuitus plurium inſtantiarum euitandos. *Pappazon. in addit. Rot. in non. in titul. de reſtit. in integrum deciſ. 7. Odd. d. conſ. 40. num. 50.*

10 Declaratur principalis concluſio, nempè, quod ementes a fiſco ſunt ſecuri, nec inquietari poſſunt, vt locum

tantum

tantum habeat in Imperatore, & Auguſta, ac Sũmo Pontefice, non autem in alijs inferioribus, etiam non recognoſcentibus Imperatorem, ſeu Papam, *Ang. in repetit. leg. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10. Bald. in cap. in fine de re iudic. Dec. conſ. 357. nu. 7. poſt Bal. in cap. ad Apoſtolicæ de re iudic. quem refert Mart. Landen. in tract. de Princip. in 11. ſpecial. Socin. conſ. 46. num. 23. lib. 4. Abbas conſ. 2. Nitar in preſenti queſt. 17. colum. 19. verſ. quarto ſubtilius lib. 2. Rim. ſen. conſ. 435. num. 18. lib. 3. latè Rimin. iun. in §. 1. num. 86. & infra Inſtitut. quib. alien. lice. vel non. Curt. iun. conſ. 142. propè finem, & conſ. 185. numer. 6. Gulielm. Benedict. in capit. Raynutius in ver. & vxorem nomine. Adelaſiã deciſ. 5. nu. 384. de teſtam.*

Probatur iſta declaratio ex verbis *d. l. bene a Zenone ad fin.* ibi a Sacratiſſimis Imperatoribus, & clarius in *verſ. quę omnia*, ibi ſiue a noſtra clementia, ſiue a Sereniſſima Auguſta coniuge noſtra, ſiue ab hic, qui poſtea digni fuerit nomine Imperiali, & ſic manifeſtè loquitur de Imperatore tantum, vt & optimè aduertit *Soc. iun. conſ. 69. num. 56. & 60. lib. 1.* vbi loquitur in Duce Vrbini, & tenet in eo dictam leg. non procedere, & quod minor eſt in eo difficultas, cum recognoſcat in ſuperiorem Summum Pontefícem ſequuntur *Petra de fideicom q. 14. numer. 144. in fine, & Peregr. in tractat. de iure fiſci lib. 6. titul. 4. numer. 17. ad med. verſic. & in Duce Vrbini. Gratian. diſcept. lib. 5. ca. 907. num. 25.*

11 Quidquid nonnulli in contrarium aſſeuerint, qui ita reſponderunt, vt amicus & petentibus potius inſeruirent, quam veritati: quibus tamen reſiſtunt calara verba dictarum legum; non enim eſt noſtrum extendere leges, neque legis verba, *leg. 4. §. toties de damn. infecto, leg. 1. §. ſi is, qui, ff. de exercit. act.* ibi verbis edicti inhærere debemus

12 Secundò declaratur non procedere, quando fiſcus, vel Princeps vendit rem aliquam non vti ſuam ſed ſui debitoris, quo caſu non præiudicatur verò domino in iure
13 ſui dominij, ſi res illa detegitur aliena, quàm ideò verus dominus ab illo emptore vendicare poterit. Pariter, ſi fiſcus vendat ſed minus ſolemniter rem ſui debitoris, quia poteſt debitor reuocata venditione rem ſuam conſequi, ac rehabere, iuxta *text.* & ibidem notata per *gloſ. Bar. Bal. Angel. Salycet. & Caſtr. in l. fin. C. ſi aduer. fiſc. & eſt caſus in l. fundus, qui, ff. de reſcind. vend. & ibi Salyt. notat & in l. 1. vbi gloſ. Angel. & Salycet. C. de pręſcript. 30. ann. Bal. conſ. 363. lib. 1. idem Bal. in prohœm. decretal. colum. 4. Felyn. in d. c. quæ in Eccleſiarum numer. 55. de Conſtit. Alex. conſ. 52. lib. 6. Bal. conſ. 255. lib 1. Peregr. d. art. 4. num. 18*

14 Notandum eſt tamen, quod vbi res aliqua per fiſcum ſolemniter fuit vendita, non poteſt fiſcus eandem rem ab emptore euincere quamuis ſtatio, ſeu Camera actria plus iuris haberet, quam ſtatio illa, quæ vendit, *l. 1. & 2. & ibi Bart. C. ne fiſcus lib. 10.* quando autem ſtatio, ſeu Camere venditrix nullum ius habuiſſet vendendi, venditio illa nullum inferret impedimentum, *Bart. in d. l. 1. & eſt text. in l. quero, ff. de ſolut.*

15 Ex præmiſſis infero, quod vbi verſaremur in venditione a fiſco etiam Cæſeris, ſeu Summi Pontificis facta non ſolemniter, ſeu adiudicatione nulliter executa de re ſui debitoris, ipſi debitori ſeu eius hæredibus daretur ſpolij actio aduerſus tertios poſſeſſores, & venditio retractatur, cum priuilegium fiſci in caſibus prædictis locum habeat, quatenus adiudicatio a fiſco ſolemniter proceſſerit, *l. 1. et 3. C. de fid. inſtr. libr. 10. l. ſi tempora, & l. duplex ratio, C. eod. tit. Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. ſub numer. 18 verſ. Decimo octauo intellige, poſt Bal. conſ 363. lib. 1. & in l. 1. ſub num. 4. verſ.*
16 *ſed contra hoc oppono, C. de hęred. vel act. vend.* vel conſtat de iniuſtitia, etiamſi non ſit notoria, vt ſuperius dixi *num.* 8. addo *Rot. deciſ. 534. num. 1. in recent. & deciſ. 381. num.*
17 *5. part. 1.* neq; emens excuſandus eſt, cum indagare debuerit, an fuerit ritę, ac ſolemniter ſeruata ſeruanda, & quaſi ſcienter emerit rem abſque ſolemnitatibus, quæ de facili adhiberi poterant dicitur eſſe in mala fide, *gloſ. & Doct. in l. fin. C. commun. de leg. Abb. in c. ſi diligenti de præſcript. Bal. in d. l. 1. C. de fide inſtr. cum concordantibus per Rol. a Val. conſ. 60. num. 47. lib. 4.*

Quin etiam vbi conſtaret de notoria iniuſtitia, & venditio eſſet ſolemniter facta, concederetur reſtitutio etiam poſt lapſum quadriennij, *Ceſ. de Graſſ. deciſ. 15. numer. 8. de preſb. Rota coram Cardin. Sacrato in Praeneſtina bonorum 21. Februarij 1614.* nimirum, quia dictarum legum diſpoſitiones ſunt rigoroſæ, & ſtrictiſſimè interpretandæ, vt ſcribunt *Purpur. in conſ. 374. nu. 38. lib. 1. Petra de fideic. queſt. 14. num. 140. & 143. Honded. conſ. 38. num. 51. lib. 2. vbi nu. 52. poſt Bal. Gabr. & alios dixit*, quod quilibet error ſeu modicus defectus facit ceſſare rigorem illarum legum, quod notat etiam *Gregor. Lopez in l 53. tit. 5. petit. verb el Rey, ad melium verſ. Et ideò dicit*, quod leuis occaſio ſequitur *Caſtil. quotidian. qq. iur. p. 2. cap. 5. num. 6.*

18 Secundò infero ſanctiones dictarum *l. 2. & bene à Zenone*, locum habere in ſupremo Principe, vt dictum quando rem vti ſuam tradidit; ſecus verò, ſi adiecta aliqua cauſa quæ non ſit, vel non appareat vera, vt quia fiſcus vti hæres Sempronij vendiderit, vel vtilis, cui fuit dicta res per iudicis ſententiam ad iudicata, alienauit, quia cognito, ſeu non docto fiſcum eſſe hęredem, vel rem ſibi legitimè adiudicatam, venditio retractaretur, reſtituta hæreditate ſeu bonis, ſic venditis vero hæredi, ac domino, ſeu eius hęredibus, ita *Bald. & Salycet. in l. 1. C. de hæred. vend.* qui ſic intelligunt *text. in l. nec vllam §. item ſi quis ff. de petit. hæred. ſequitur Peregr. de iure fiſci d. lib. 6. tit. 4. ſub num. 18. verſ quinto declara.*

19 Nota inſuper, quod, vbi vendendi fiſcalia alicui data eſt facultas, is poterit dare fideiuſſorem de euictione, & opponere pœnam, & pacta penalia, ſecundum morem religionis, licet in facultate non ſit expreſſum, *Felyn. conſ. 20. num. 7.*

20 Et ſimiliter ſcias, quod quamuis res empta fuit ablata per ſententiam iniuſtam, & non patiat actionem de euictione, *leg. ſi per imprudentiam, ff. de euict. & dixi queſt.* … id fallit in emptore à fiſco, vel Republica, qui iſto caſu regreſſum habet contra venditorem de euictione, eſt caſus, ſecundum *gloſ. communiter approbatam in leg. 2. §. grani, ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertinent. tradit Rom. ſing. 761. num. 1.*

ARGVMENTVM.

L. 2. & l. bene a Zenone, C. de quadrienn. præſcript. an locum habeant, quando actor, & reus habent cauſam à Principe.

Et an Principi liceat a priori conceſſione, ſeu contractu recedere, vt idem alteri concedat.

SVMMARIVM.

1 *L. 2. & l. bene, à Zenone, C. de quadrienn. preſcript. locum non habent, quando actor, & reus habent cauſam à Principe.*

2 *Princeps ſi rem vni conceſſit, illam motu proprio alteri concedere non poteſt, niſi expreſsè dicat, non obſtante conceſſione, &c.*

Et de

Digitized by Google

Et de ratione numero ſeptimo & ſeq.
3 *Princeps obligatur ex contractu inito cum ſubdito, & conſideretur vt priuatus.*
4 *Conceſſio omnis facta per principem, non facta mentione de iure tertij non valet.*
5 *Princeps regulariter non cenſetur velle iuri alterius præiudicare.*
6 *Verba potius debent impropriari, quam quod præiudicium tertio inferatur.*
7 *Princeps in conceſſione facta præſumitur circumuentus. Quod locum habet non ſolum in ſecunda gratia ad partis poſtulationem, ſed etiamſi motu proprio conceſſo foret, numer. 8.*
9 *Princeps, quando facit contrarias conceſſiones perſonis diuerſis, in dubio præſumendum eſt, quod velit eum præferri, qui habet meliora, & potiora iura.*
10 *Priuilegium non debet dari doti contra alteram dotem.*
11 *Motus proprius Papæ in beneficialibus non facit ſecundum impetrantem præferri primo, niſi in ſecundis litteris de priori conceſſione ſpecialis mentio fiat.*
12 *Princeps dicitur iuſtitia animata.*
Nec ideò fraudum, ſeu circumuentionum auctor eſſe debet, num. 23.
14 *Princeps non valet rem vni conceſſam eandem ſecundo concedere in præiudicium primi.*
15 *Prædium quando iure proprio per Principem fuit conceſſum transferri ad alium perpetuarium non debet.*
Etiamſi alteri ſponte Imperator donouerit, n. 16.
17 *Princeps ex cauſa poteſt recedere à ſuo contractu.*
Dum tamen de voluntate conſtet n. 18.
19 *Cauſa non præſumitur in Principe.*
Præſertim cum actum fuit contra ius gentium, n. 20.

Quæſt. CLXXII.

AN *l. bene à Zenone, & l. 2 C. de quadr. præſcrip.* quibus
diſponitur, cum cui res ex aliquo titulo cõceſſa per
Principem hoc eſt Imperatorem non poſſe moleſtari a
vero domino, locum habeant, quando prius res eadem a
Principe ipſo fuerit alteri conceſſa, & tradita.
Et reſpondendum eſt negatiuè.
1 Non enim *d. leg. 2. & leg. bene à Zenone*, procedunt, quã-
do actor, & reus habent cauſam a Principe, ita *Bar. in leg.*
2 *prædia per illum text. C. de locat. præd. ciuil. libro vndecimo*,
cum ait, quod ſi Princeps rem vni primo conceſſit, illam
etiam motu proprio alteri concedere non poteſt, niſi ex-
preſsè dicat, non obſtante conceſſione facta tali, ſequun-
tur *Alex. conſilio 120. libr. 2. & conſil. 122. numer. ſeptimo
libr. 4. Abb. conſil. 94. ſub numer. quarto, verſiculo quood
teſtium*, vbi addit, id præſertim primo ſibi tribuere ex
defectu poteſtatis, & ſecundo ex defectu præſumptæ vo-
luntatis.
3 Nam quoad primum probatur, quia Princeps obliga-
tur ex contractu inito cum ſubdito, & conſideratur vt
priuatus, & ideo tenetur obſeruare quod promiſit, &
contrauenire non poteſt, *cap. 1. vbi latè notant Canoniſtæ
extra de probat. Bart. in leg. quod ſemel, ff. de decret. ob ord.
facien. in ſpecie Roman. conſilio 298. num. 1. Curt. iun. conſilio
142. num. 7.*
4 Et quoad ſecundum adducitur, quod omnis conceſſio
facta per Principem non facta mentione de iure tertij
non valet, *leg. primo ff. de nat. reſtitut. & leg. 2. §. ſi quis in
Principe, ff. ne quid in loco public. cap. ſuper eo. de offic. de-*
5 *legat.* non enim cenſetur regulariter velle iuri alterius
præiudicare, *leg. 2. §. meritò, & §. ſi quis à Principe, ff.*
6 *ne quid in loco public. & dicit Bal. in dict. §. ſuper eo, per
illum text.* quod verba prius debent impropriari, quam
quod præiudiciũ tertio inferatur, in terminis *Felyn. in c.
cum olim colum. 4. verſic. & dixit Ludou. de re iudic. Dec.
conſil. 271. in caſu tranſmiſſo numer. 5. conſil. 580. quæritur
num. 5. & conſil. 588. viſo puncto num. 22. Curt. iun. d. con-
ſil. 142. num. 2. & ſeqq. Grammat. conſil. ciuil. ſexto poſt prin-
cip. Tiraquell. in tract. de nobilit. capit. 37. numero 56. Pa-
riſ. conſil. 11. numer. 40. lib. 1. Ferrett. conſil. 6. factum tale*
7 *eſt numer. 4. & pro hoc facit*, quia Princeps in conceſſio-
ne ſecundo facta præſumitur circumuentus, vt volunt
*Alciat. in tract. præſumpt. lib. 3. reg. 3. præſumpt. 11. Comes
Ioann. Iacob. Leonard. affinis meus inter conſil. feud. Brun.
conſil. 117. num. 93. Bertazzol. conſ. crim. 360. num. 27. libr.*
8 2. qui alios adducit, quod locum habet non ſolum ſi ſe-
cunda gratia ad partis poſtulationem, ſed etiam ſi motu
proprio conceſſa foret, ſecundum *Felyn. in d. cap. cum olim
col. 3. verſic. Amplio ſecundo, Curt. iun. d. conſ. 142. ſub num.
6. verſ. Accedit poſt Bal. conſ. 327. Pridie conſului numero
quarto lib. 1. quem ſequitur Dec. conſil. 292. ad fin. & conſilio
580. numero 5. conſil. 588. numer. 19. & in l. nemo poteſt nu-
mer. 4. ff. de reg. iur. G Zod. conſil. 63. num. 19. Ruyn. conſilio
98. numer. 22. libr. 4. Grammat. d. conſil. 6. numer. 6. conſilio
100. num. 98. Grat. conſil. 103. numer. 15. lib. 1. Ferret. dicto
conſil. 6. numer. 4. Curt. iun. conſ. 145. ſub num. 6 qui num. ſeq.*
9 ſubdit in dubio meritò præſumendum eſſe, quod quan-
do princeps facit contrarias conceſſiones perſonis diuer-
ſis, in dubio præſumendum eſt, quod velit eum præ-
ferri, qui habet meliora & potiora iura, ita quod ille
fauore Principis vtatur, cui iura ſubueniunt; quia non de-
bemus vnum Altare diſcooperire, vt aliud operiamus, vt
habetur in *l. aſſiduis in ver. except. C. qui pot. in pignor. habe.
qui text.* propriè loquitur in lege priuilegiante, quod non
10 debeat dari priuilegium doti contra alteram dotem.
faciunt notata per *Ioſ. poſt Anton. de Butr. Cardin. &
Imol.* quos ibi refert *in leg. ſi quis in principio numero ſex-
to, ff. ſi quis caut.* quod ſcilicet in beneficialibus motus
11 proprius Papæ non facit ſecundum impetrantem præ-
ferri primo, niſi in ſecundis literis de priori conceſſio-
ne ſpecialis mentio fiat, quodque Princeps, qui dici-
tur iuſtitia animata, vt in *Authent. de Conſul ad finem*,
12 *& lex viua in terris, §. penult. vbi Gloſ. in dict. Authent.
de Conſulib. Iſern. in cap. primo ſub numero ſecundo in fine,
quid ſit inueſtit.* alios citauit *Surd. deciſ. 2. numero 23 &* per
13 conſequens fraudum, ſeu circumuentionum author eſ-
ſe non debet, cum dicat lex nihil eſſe, quod lumine cla-
riore perfulgeat, quam recta fides in Principe, *leg. inter
claras, Cod. de ſumm. Trinitat. & fide Catholic. Marſil. ſingul.
166. Neuizan, inter conſilio Brun. conſil. 12. numero 18.
latè Andr. ab Exe, in lib. de poſt. numer. 452. verſic. 42. fallit.
Boſſ. in titul. de Principe numer. 9.* cum alijs, de quibus per
*Crauett. in tractat. de antiquitat. tempor. parte prima, §. non
omitto numer. 17. Bertaz. conſil. 360. numer. 20. lib. ſecundo*,
in Crimin. non valebat rem vni conceſſam, eandem
ſecundo concedere in præiudicium primi. eſt textus ex-
14 preſſus *in leg. prædio, Cod. de locat. præd. ciuil. libr. vndeci-
mo*, vbi dicitur, quod quando aliqua prædia iure perpe-
tuo fuerunt alicui per Principem conceſſa, transferri
ad alium perpetuarium non oportet, & addit ibidem
15 elatè *text. hoc idcirco diffinimus*, vt a perpetuario nun-
quam poſſeſſio transferatur, etiamſi alteri ſponte eam
Imperator donauerit: hanc etiam ſententiam tenuerunt
16 *Afflict. in cap. primo in ver. & bono committentium numer.*
175. quæ ſint regal. in vſib. feudor. *Curt. iun. in leg. hæres ab-
ſens num. 19. & 20. Cod. de iudic.* qui idem voluit in dictis
conſilijs 142. & 143. poſt *Abb. & Roman.* prætitatos: &
ita concludendum, prout etiam *Duenna reg. 228. numero
12. cenſuit.*
17 Verum Princeps ex cauſa poteſt de plenitudine po-
teſtatis recedere a conuentionibus per eum cum ſubditis
ſuis factis *leg. Cotem, §. primo cum Gloſ. & ibi notat Paul.
de Caſtro, ff. de public. & in leg. quod ſemel, ff. de
decret.*

*decret.ab. ord.fac. vbi Bartol. Bald.in leg.penult. Codic.de donat.inter vir. & vxor. Card.conſilio 85. & conſilio 147. Alex.conſilio 101.numero 19.libr.primo,& conſilio 216.nu. 16.libr.2.Iaſ.conſilio.1.numero 3.lib.1.*vbi declarat,iuſtam caufam eſſe, quæ de nouo ſuperuenit, aut retro per Principem ignoratam.*Soc. conſilio quarto numero 11. libr.3.& conſil.58.numer.4.eod.libr.Afflict.deciſ.361.num.6. Oſaſch. deciſ.90 num.14.& 15. Dec.conſil.19. numer.89.libr.tertio*
16 dummodò conſtet, Principem voluiſſe recedere a ſuo contractu,vel etiam voluiſſe tertio rem auferre,quia alias non præſumeretur Principem a priori ſuo contractu voluiſſe recedere, nec etiam rem alterius auferre voluiſſe, licet iuſta ſubſit cauſa, quia non præſumitur Principem in præiudicium tertij aliquid facere. Nec ideò mirum, ſi de illius explicita, vel implicita voluntate conſtare debeat *Soc.iun.conſil.17.n.7 lib.4.Nel.in tract.de bann.par.3, p.temp.q.11.*

17 Eſt tamen cauendum ab *Alexan. conſilio 101. numero decimoquinto libro primo,& conſil.216.numero 16. libro ſecundo,*quatenus aſſeruit, licere etiam inferioribus a Principe reuocare ius alteri quæſitum ex contractu;quoniam, ſi de contractu & conceſſione Principis eius dictum intelligatur,malè loquitur,cap.cum inferior extra de maio-
18 rit.& obedient.ſi verò de contractu inferioris à Principe, id nullibi cautum reperitur,& *Gl.ab eo adducta in c. conſtitutus extr. de relig.domib. reſtringitur per Doct, vt in ſpecie per Abb.ibi ſub numero vndecimo*, tribus concurrentibus, videlicet, quod adſit rationabilis cauſa: ſecundò, quod agatur de modico præiudicio; tertiò, quod Epiſcopus faciat cum conſenſu capituli; quamuis *Gloſ.* illa loquatur in rebus Eccleſiaſticis, quarum dominium non eſt Eccleſiarum particularium, & in profanis ius tertio quæſitum eſt magis efficax, & ideò difficilius ab eo auellitur, præſertim ab inferiore, cum hoc ſolius Principibus priuilegium ſit. *Bald.in leg.2. numero 39. Codic.de ſeruit.et aqua.Ruyn.conſil.229.num.4.libr.1.et conſil.86.nu. 5.lib.2.*

19 Regulariter autem in Principe non præſumitur iuſta cauſa,vt a contractu recedere poſſit,ſed de cauſa legitima conſtare debet,ſic *Felyn.in d.cap. quę in Eccleſiarum num.*
20 *82. poſt Abbat.ibid.* Præſertim cum operatur contra ea, quæ ſunt iuris gentium.*Iaſ.in leg.ſi teſtamentum col.2.C.de teſtam.& in l.quominus numero.7. ff.de flumin.Soc.iun.65. num.4.libr 2.Cranett.conſ.35.num.41.Boſſ.in tit.de Princip, num.189.*

ARGVMENTVM.

Euictionis promiſſio, & obligatio an ſubſiſtat vt ex ea agi poſſit, quando contractus, ſuper quo facta cernitur, eſt nullus.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis promiſſio, & obligatio non ſubſiſtit, vt ex ea agi poſſit, quando venditionis contractus eſt nullus, ac inualidus.*
Primò declaratur non procedere, quando venditio ab initio fuiſſet valida, licet ex poſt facto reſoluatur, numero 12.
Secundò declaratur non habere locum, quando nihilominus venditor euictionem promiſit per ſtipulationem, numero 13.
Subdeclaratur vt n.22.
Tertiò declaratur, quod licet venditor de euictione non teneatur ex venditione nulla, non tamen agit ad rem vendendam,n.14.
Ampliatur nec id etiam permitti fuit hæredibus, numero 15.
Seu etiam hæredibus hæredum,n.16.
Quartò declaratur,vt quamuis venditio ſit nulla,et videatur venditorem contra factum proprium venire potuiſſe, tenetur tamen de euictione,n.17.
Et obligare poteſt eius hæredes,& eorum bona,ibid.
Quintò declaratur, vt etſi venditori ex vi puta legis municipalis licet excipere aduerſus emptorem de nullitate, non tamen lucratur pretium, ſi emptor fuit ignorans, numero 18.
2 *Lex quando reſiſtit venditionibus fideiuſſor euictionis non tenetur,*
3 *Reſciſſo contractu principalis donationis, vel venditionis, reſcinditur acceſſorium.*
4 *Emens rem feudalem ſine conſenſu domini directi, ſi à venditore ſit promiſſa euictio,ex ea non agit,ſi contractus nullus declaretur,*
Nec reſtituitur pretium, n.5.
6 *Actio de euictione non competit etiam quando eam quis ſtipulatus eſt,quando illicita eſt venditio.*
7 *Frater maior alienans rem fratris minoris abſque ſolemnitatibus, ſi promittit de euictione, talis promiſſio non obligat.*
8 *Promittens facturum & curaturum,quod minor ratum habeat quandam quietationem eius nomine factam,ſi quietatio appareat iniqua & nulla,non tenetur,*
Et de ratione n. 9. & ſeqq.
10 *Fideiuſſor tenetur eadem actione ad præſtandam rem liberam;qua tenetur principalis.*
11 *Contractu primo annullato, ſecundus remanet ſine cauſas.*
19 *Ignorantia extra pœnam eſt.*
20 *Emptor ſi ſtipulatus ſit de euictione, tenet ſtipulatio, & obligatur venditor, non obſtante ſcientia emptoris.*
21 *Diſtinctio aſſertur in præſenti quæſtione.*
23 *Venditor in venditione rei prohibitæ alienari ſi obligat ſe ad damna,& intereſſe,valet obligatio,non attento quod ratione ignorantię prohibitionis venditor non excuſatur a proteſtatione damnorum, ac intereſſe.*
24 *Venditor etiam ignorans tenetur ad damna & intereſſe ex natura ipſius actionis ex empti.*
25 *Reſtitutio pretij, & præſtatio intereſſe intrinſeci circa rem à pari procedunt in caſu nullitatis alienationis.*
26 *Vaſſallus, qui ignorans feudum vendidit, tenetur ad intereſſe.*
27 *Fiſci procurator qui rem alienauit, & duplum, vel triplum pro euictione promiſit, licet in ſimplum teneatur, non tamen excluditur obligatio ad damna, & intereſſe reſpectu illius ſimpli.*
28 *Bart.in l.cum lex num.1. de fideicommiſſ.quomodo intelligitur.*
29 *Dictio, ſaltem, eſt implicatiua, non autem limitatiuam.*
30 *Diſtinctio ignorantiæ,ac ſcientiæ adducitur in propoſita quęſtione circa intereſſe præſtandum.*
31 *Tiraquellus de iure conſtitut.limitatione ſeptima, num.28. qualiter intelligitur.*
32 *Venditor in caſu nullitatis contractus,tenetur reſtituere pretium ſeu capitale cum intereſſibus,facta promiſſione in forma euictionis.*
Præſertim,ſi emptor ignorauit prohibitionem,nu.33.
Fallit in minore,qui non tenetur,niſi quatenus factus eſt locupletior,n.34.
35 *Reſciſſoria vbi autem eſt,& ſecuta eſt euictio ex capite nullitatis,*

litatis,illa ſequi non poteſt niſi pro pretio ſoluto.
Et ſi in aliquo vlterius fuiſſet, puta fideiuſſor obligatus, obligatio intereſſe non extenderetur vltra duplum,n.36.

Quæſt. CLXXIII.

1 EXplicanda modo eſt queſtio illa,an obligatio & promiſſio euictionis ſubſiſtat, vt ex ea agi poſſit,ſi venditionis contractus ſuper quo eſt interpoſita, fuit nullus, & inualidus.

Et concludendum videtur quod non ex, *tex l.cum lex,*
2 *ff.de fideiuſſ.* vbi dicitur quod quando lex reſiſtit venditionibus,fideiuſſor euictionis non tenetur.firmat *Glo.not in l. 3.§.1.ff.quæ in fraud.Pa.in ver.Pauiana,* vbi habetur quod reſciſſio contractu principalis donationis,vel venditionis
3 reſcinditur acceſſorium, vt pactum euictionis in ſpecie hoc docuit *Bald.in cap. Imperialem in princip. numero 22. & clarius ibidem Afflict.in notab.13.numer.31.de prohibit.*
4 *feud.alien.per Federic.* cum dixit, quod ſi quis emit rem feudalem ſine conſenſu domini directi, & à venditore
5 promiſſa ſit euictio, ſi contingat alienationem fauore ipſius nomini declarari nullam, non tenetur pro ipſa eui-
6 ctione,immò nec reſtituitur pretium. Cum enim alienatio facta ſit contra legis diſpoſitionem, atque ita illicita fuerit,iuri conuenit, quod emptor patiatur pœnam illiciti contractus,nec agat de euictione, etiamſi eam ſtipulatus nuncupatim fuerit, *l quemadmodum,C.de agicol.& cenſit.libro vndecimo. Bal in cap.primo §.ad hoc col.2. verſ. Item quia venditor tit. de pact.iuramen.firman. poſt Cyn.in leg.ſi fundum,Cad.de euictio, & in leg.cum vir.prædium,ff. de vſucap. Tiraquel.de retract.lignag. ad finem tit.num.47. & idem quod Bald.in d.cap.Imperialem,& Afflict. ſcribunt alij plures congeſti à Tiraquell.de retractu.lignag.§.12.Gloſ. primo numer.12. & his accedit Curt.iun. in tract.de feud. in quarta parte princ.quæſt.vigeſimoſeptimo,* vbi de communi ſententia teſtatur, & magis in ſpecie adducitur *Afflict.* in *dicto notab.decimotertio numera 34.* cum inquit, quod ſi frater maior alienat rem fratris ſui minoris abſq;
7 ſolemnitatibus à iure requiſitis, & promiſit de euictione non obligat talis promiſſio quia(dicit Afflict.) ſicuti contractus ipſe principalis eſt nullus,ita etiam & promiſſio euictionis.

Comprobatur hæc Afflict. traditio auctoritate *Petri de Ancharan conſil.330.* viſa facti narratione,ſub numer.
8 *9.*verſic.ſed his non obſtantibus,qui reſpondit,quod ille qui promiſit facturum & curaturum, quod minor haberet ratam quandam quietationem eius nomine factam, ſed quia quietatio illa multis rationibus apparebat iniqua,& nulla, reſpondit inquam Ancharan. quod ſicuti liberatio erat nulla, ita etiam promiſſio facta, quod minor ratificaſſet. *Ancharan. ſicuti ſunt. Ruyn. conſilio 132. in fine libro prima. Socinus ſen. conſil.215. in fine libro ſecundo clarius Grammat. deciſ.102. numer.105. qui addit Cornell. & Caſſan.idem tenentes, ſequuntur Natt. conſilio. 50.numera 34. libro primo. & Cephal. conſil.115. numer. 3.libro primo Aſtan. Clemen.in tract.de patria poteſtat.effectu 12. numer. 18.*

9 Et ad dicendum quæ ſupra, mouetur *Ancharan.* quia promiſſor iſte vti poteſt defenſione eadem qua minor, *l.2.in fine, C.de fideiuſſ.tut.iuncta leg.prima eodem titul.facit Rota coram Cardin Seraphin. deciſion.321. numero*
10 *duodecimo*, vbi dicit fideiuſſorem teneri eadem actione ad præſtandam rem liberam, qua tenetur principalis.

Et quoniam in propoſito annullato contractu principali,annullatur etiam promiſſio de ratificando ipſo contractu, tanquam contractus acceſſora, *l.cum principalis,*
11 *ff.de regulis iuris,& ibi omnin,*quia annullato primo contractu,ſecundus remanet in cauſa; & ſic reuera ineſſicax, *l.a. §.circa, ff.de exceptio.in terminis idem voluerunt Decian. conſil.tertio numer.49.libro 5.Guid.Pancirol.in eodem caſu, conſil.112. numer.23. Io.Faber.in rubric. quibus alien.lic. vel non.numer.octauo.Tiraquell.de iure conſtitut.part.tertia limit.7.numer.29.Borell.conſil 67.numer.29. Grat.conſilio 91.numero 20.& 21.* Rota coram R.P.D. Cantuccio in Romana cenſus Saluiani interdicti 29. Martij 1585. impreſſ.poſt tract.*Cur.de cenſib. deciſ.45.numer.3. & eadem Rota coram Rubeo poſt dictum tract. deciſ.48. ſub numero tertio verſic.An margarita.Aemilian.conſil.62.numero decimoquinto,*vbi,quando factus fuit contractus a lege prohibitus.

12 Primò limitatur non procedere, quando venditio ab initio fuiſſet valida licet ex poſt facto reſoluitur. *Tiraquel. in d.tract.de iure conſtitut.limit.7.numer.41.& ſeq. Rot.deciſ.21.numer.12.poſt dictum tract. Cue.& in dicta deciſion. 45.num.4.*

13 Secundò limitatur non habere locum, quando nihilominus venditor promiſit euictionem per ſtipulationem *Bart.in l.7.C.de agricol.& cenſit.lib.11. Guid.Pap.ſing.923.* & infra latius dicetur.

14 Tertiò limitatur, quia licet venditor de euictione non teneatur ex venditione nulla, non tamen agit ad rem vendicandam. *Tiraquell.de retract.lignag.§.1.Gloſ.9. ſub numer.47.Burſats.conſil.3.numer.42.Cephal.conſil.393.nu. 133.* vbi.

15 Ampliat,nec id etiam permitti ſuis hȩredibus. *Gloſ. & Doct.in l.cum a matre,C.de euict.*& in hȩredibus hæredum,
16 ex eo, quod hæres hæredis dicitur etiam hæres primi defuncti *l.ſi quis fil.§.fin.ff.de acquir.hered.l.fin. C.de hȩred.in. dit.vbi etiam Doct.Bar.Iaſ.& cæteri in l.paterfam.ff.de vul. & pupill.Curt.iun.conſ.171.nu.8. Caph.d conſ.393.num.58. & ſequentib.*

17 Quartò limitatur, ſeu declaratur, vt quamuis venditio ſit nulla, & videatur venditorem contra factum proprium venire potuiſſe, tenetur tamen de euictione,ad *tex.in leg.ſi tibi. Cod de euict. & tradit Dec.qui alios adducit conſil.185.numer.6. Caphal.conſil.394. numer.40. qui num.47.* adducit obligare poſſe eius hæredes,& illorum bona.

18 Quintò limitatur,vt quamuis venditori ex vi, puta legis municipalis liceat excipere aduerſus emptorem de nullitate,non tamē lucratur prætium,ſi emptor fuit ignorans, per l.quemadmodum,iuncta *Gl.ibi in ver.emptur, C.*
19 *de agric.& cenſit.lib.11.* quam ibi ſequitur Bar.nimirum, quoniam ignorantia extra pœnam eſt *l.ſi ignarans,ff.locati,cum alijs à Gl.citatis,ſubdit Glo.& Bar.*quod emptor ſti-
20 pulatus ſit de euictione,tenet ſtipulatio, & obligatur venditor;& ſequuntur poſteriores, non obſtante ſcientia emptoris, vt in *l. apud Celſum,§.Labeo, ff.de doli except.& in l.ſi fundum,C.de euict.d.l.quemadmodum,leg.fratres,Cod. commun.vtriuſq.iudic.expreſſè Cyn.in l.fin. C. de litig.& in l.1.C.de vſucap.pro empto. Bart.in leg.cum lex, ff.de fideiuſſ. Fabian.de Mont.in tract.de empt.& vendi.queſt.6.princip. ſub num. 54.*

21 Et in materia diſtinctio eſt communiter approbata, quod quando agitur, an in contractu nullo debeatur euictio; quod, ſi ſumus inter ignorantes,& agitur de contractu emptionis, & venditionis, cuius adimplementum conſiſtit in rem tradi, & non in rem dari, & ſic non præordinatur ſimpliciter ad dominij translationem; ſed ad rei traditionem, tunc ex intentione contrahentium duæ oriuntur obligationes, & principaliter de duobus tractatu, vna videlicet ad rem; ſecundaria verò ad intereſſe, & ideò inter ignorantes habent locum ſecunda obligatio, & ex ea validè agi poteſt, ita *Bald. in leg.cum dubium numer.decimoſexto C.de legi.& leg.ſi abſentis,Cod.ſi certum petatur, refert ac ſequitur Ioan. Franc.*

à Ponte conſilio vigeſimoſeptimo numero nono.
22 Sublimitatur quod dixi, quod ſi emptor ſtipuletur, va-
let ſtipulatio, & venditor obligatur , procedere quando
perſona cuius fauore à lege prohibetur alienatio , vt mi-
nor, vel mulier, rem alienat, & de euictione promittit, non
valet venditio, nec tenet de euictione promiſſio , ex quo
lex improbat, & reſiſtit, & ſic non oritur aliqua obligatio
per dicta *l. cum lex: ſecus* , ſi aliquis extraneus, vel maritus
vendat rem dotalem, quam perſona prohibita venderet ,
quia ex quo venditor perſonaliter obligatur, valet promiſ
ſio de euictione, *Bald. in l. ſi prædium, C. de iure dotium poſt
Petr. & Cyn. in l. non dubium, C. de legi. & tenet Fabian. in d.
quæſt. 6. n. 55.*
23 Pro vera & reali ſolutione prædictorum ne decipiaris
lector beneuole , aduertendum eſt pro intelligentia illo-
rum , quod ſi in venditione rei prohibitæ alienari vendi-
tor ſe obligat ad damna & intereſſe, valet obligatio, cum
contractus ex conuentione legem accipiant, *l. contractus ,
ff. de regulis iuris* , nullatenus attento, quod ratione igno-
rantiæ prohibitionis venditor non excuſatur à præſtatio-
ne damnorum, & intereſſe ex doctrina *Abb. poſt Hoſtienſ.
in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 10.* vt lite penden. &
ibi *Imol. numero quarto. Bar. conſil. 89. numer. ſeptimo Boſſ.
in tit. de pœn. numer. 41.* vbi exemplificant in hærede ſuc-
cedente in ius alterius, adducunt *text. in cap. 2. de conſtitut.*
24 & venditor etiam ignorans tenetur de euictione ad dam-
na, & intereſſe ex natura ipſius actionis ex empto , *l. con-
tractus, C. de fide inſtrum.* nempè, quod vel impleatur con-
tractus, vel præſtetur intereſſe, in quo nulla ſit diſtinctio
inter venditorem ſcientem , vel ignorantem; quoniam ,
vt alias dictum fuit , ex illius ignorantia non diminuitur
intereſſe emptoris : nec ideo ob ignorantiam rei alienæ
excuſatur venditor ab obligatione euictionis toto *tit. ff.*
25 *& Cod. de euictio.* & à pari procedunt reſtitutio pretij ,
& præſtatio intereſſe intrinſeci circa rem ſicuti delarat
*Afflict. poſt Iſern. in tit. de prohibi. feud. alien. per Federic.
in notab. 13. ſub numero ſeptimo verſic. al.* quæris tamen ,
hic *Andr. & in caſu nullitatis alienationis , eſt text. a-*
26 *pertus in capit. ſi vaſſallus feudum , & ibidem notat Af-
flict. ſi de feudo defuncti fuer. controuerſ. inter domin.* vbi
vaſſallus , qui ignorans feudum vendidit , tenetur ad
intereſſe .
Comprobatur hæc concluſio ex *deciſ. Rotæ in Volatera-
na bonorum, die 28. Aprilis* 1586. in qua dictum fuit, quod
27 diſpoſitio *leg. ſi procurator, de iure fiſci*, licet dicat procura
torem fiſci, qui rem aliquam vendidit , & duplum vel tri-
plum pro euictione promiſit, non teneri niſi in ſimplum ,
non tamen excludit obligationem ad damna & intereſ-
ſe reſpectu illius ſimpli , & quamuis *Bartol. in dicta leg.
cum lex numero primo , de fideicommiſſ.* diſtinguere vi-
28 deatur inter venditorem ſcientem , & ignorantem ; vt
ignorans ſaltem teneatur ad reſtitutionem pretij ; &
ità quodammodo ſentire videatur , vt ad aliud non te-
neatur ; nihilominus re vera id non dicit ; nam dictio
(ſaltem) eſt implicatiua , non autem limitatiua, vt in
29 propoſito aduertit *Rota coram Cardinalis Seraphino de-
ciſion. 787. ſub numero ſeptimo* , vbi addit , quod licet.
*Aretin. & Iaſ. in addit. ad Port. in § finali. Inſtit. de empt.
& vendit.* videantur ſequi eandem diſtinctionem; tamen ,
30 *Angel. in dict. l. cum lex numero ſecundo* , hanc diſtinctio-
nem reprobat , & duobus caſibus ait venditorem teneri
ad intereſſe, vel cum vterque, tam venditor, quam etiam
emptor eſt ignorans, vel cum emptor ſaltem , & allegat
l. liberi cum Gloſa de contrahen. emptio. quam ſententiam
tenetur ac tueri *Raphael. Cumãn. ibidem numero quinto &
ſexto Caſtrenſ. circa finem , & Imol. numero quarto . Fa-
bian. de Monte de emption. & vendition. in quarta quæſtion.
princip. ſub numero quinto verſic. tertio quæro , & ſenſiſſe
videtur Surd. deciſion. 165. numero nono. & decimo* qui licet
dicto numero nono dicat venditorem ignorantem non
teneri ad totale intereſſe , iuxta *Cyn. diſtinctionem in leg.
prima in princip. C. de ædil. edicto. vbi Bal. numer. 2. & Saly-
cet. numer. 2. Bar. in leg. Iulianus in fine princip. de action.
emptio. Bal. & alij in dicta leg. Iulianus cum alijs adductis
per Franc. Becc. conſil. 106. numero vndecimo , & in fin.*
dicitur tamen hic agi ad intereſſe intrinſeco circa rem ,
vt ſuperius fuit dictum, ad quod ſiue ſciens ſiue ignorans
venditor tenetur, non autem de extrinſeco, à cuius præſta-
tione propter ignorantiam venditor excuſatur , vt opti-
mè conſiderat *Rota Coram Cardin. Seraphin. dicta deciſ.*
31 *787. numero 9. quæ ſub numero 17.* ſecundum prædi-
ctas diſtinctiones intelligit *Tiraquell. de Conſtitut. in ſe-
ptima limitat. numer. 38.* ſuperius allegatum, non obſtante
conſil. Grat. cuius authoritas , vt inquit , non eſt tanti fa-
cienda, vt debeamus à receptiſſimis concluſionibus rece-
dere, addens bene facere deducta per adden. ad *Afflict. de-
ciſ. 278. num. 4.*
32 Atque ita concluditur , venditorem in caſu nullitatis
contractus teneri reſtituere emptori pretium ſeu capita-
le cum intereſſe facta promiſſione euictionis in forma ex
prædictis . Quibus addo *Peregrin. conſilio 20. numero
2. & octauo libr. tertio & Fabian. de Monte de emption. &
vendit. in octaua quæſtio. princip. numero 2. per leg. ſi non*
33 *ſortem , §. ſi centum , ff. de condit. indebit.* præſertim ſi
34 emptor ignorauit prohibitionem : quod tamen locum
non haberet in minore qui non tenetur , niſi quatenus fa-
ctus eſt locupletior , non autem ſi pretium diſſipauit, ad
notata per *Bartolus & Alberic. in leg. quod ſi minor, §. re-
ſtitutio , ff. de minor. & Franc. Marc. deciſ. 481. numero
ſecundo.*
35 Cæterum vbi reſciſſoria actum eſt , & ſecuta eſt eui-
ctio ex capite nullitatis , illa ſequi non poteſt niſi pro
pretio ſoluto , *Rebuff. de reſciſſ. contract. articul. primo Gloſ.
decimoquinto numer. 29.* etſi in aliquo vlterius fuiſſet, puta
fideiuſſor, obligatus, obligatio intereſſe non extenderetur
vltra duplum, *leg. primo vbi Dec. in quarto notab. de ſerat eat.
quæ pro eo, quod intereſt. Magon. deciſ. Florent. 110. numero
ſeptimo.*

ARGVMENTVM.

De euictione an teneatur, fideiuſſor mulieris, vel minoris, non ſeruatis ſolemnitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Minor, vel mulier contrahens contra vel præter formam ſtatuti, non obligatur.*
2 *Fideiuſſor accedens contractui minoris vel mulieris celebrato contra formam ſtatuti , non obligatur .*
Nec debet in plus obligari, quam principalis, n. 3.
4 *Fideiuſſor inefficaciter accedit obligationi nullæ.*
Nec obligatur , quando principalis nulliter promiſit , numero 5.
Et poteſt hanc nullitatem allegare , & ita ſe, ac principalem defendere, n. 6.
Primò limitatur quando contractus ab initio non eſt omninò nullus, ſed validus n. 7.
Vbi de ratione.
Secundò limitatur , quando principalis contractus annullatur de iure communi , ſecus ſi de iure ſpeciali , numero octauo .
Tertiò limitatur, quãdo obligatio eſt nulla à principio, ſecus ſi
annul-

annullatur ex poſt facto: quia hoc ſecundo caſu non annullatur fideiuſſoris obligatio, n.9.

Quarto limitatur, quando fideiuſſor iurauerit, quia fideiuſſoris obligatio nulla firmatur iuramento, n.10.

Primò ſublimitatur, quando principalis obligatio iuramento firmata non valeret: quia tunc nec etiam valeret fideiuſſio iurata, n.11.

Secundò ſublimitatur procedere, dummodo fideiuſſor ſciret principalem contractum eſſe validum; ſecus ſi ignorabat, prout in dubio præſumitur, n.12.

Quintò limitatur, quando obligatio fideiuſſoris ab eo facta fuit, vti principalis; ita vt ſtet de per ſe ſeparatim ab obligatione contractus pro quo interponitur fideiuſſio cum clauſula omni meliori modo, ac interpoſito iuramento, & obligatione Camerali in ampla forma: licet non legatur clauſula principaliter & inſolidum, n.13.

Et multò magis, ſi ſe obligauit principaliter & inſolidum, num.14.

Et de ratione n. 15.

Sublimitatur, & declaratur, n.25. & ſeqq.

Sextò limitatur, quando non militat tanta ratio in acceſſoria obligatione, quanta in principali, n.16.

Vbi etiam quando fideiuſſor intercedens pro minore obligetur ibidem.

Septimò limitatur, quando fideiuſſor promiſit non allegare nullitatem contractus quia tunc tenetur, n.17.

Primò ſublimitatur, quando minoris obligatio fuit à principio nulla; et ſic obligationi reſiſtebat ſtatutum: quo in caſu etiam annullatur obligatio fideiuſſoris, numero 18.

Secundò ſublimitatur, quando principalis contractus eſt doloſus, n.19.

Octauò limitatur in fideiuſſore filijfamilias prohibiti à lege, vel ſtatuto mutuo accipere, n.20.

Nonò limitatur vt procedat, quando principalis obligatio, & actus redditur nullus defectu ſubſtantialium, videlicet conſenſus, ſecus quando ex alio capite deficeret, numero 21.

Et in materia ſubſtantialia quæ dicuntur, remiſſiuè, numero 22.

Decimò limitatur, quando fideiuſſor euictionis eſt obligatus ex quacunq; cauſa, quia tenetur etiam ex cauſa inualiditatis, n.23.

Vndecimò limitatur in fideiuſſore accedente alienationi dotis qui nō tenetur de euictione, ſi alienatio cantat in perſonam vxoris, ſecus ſi in perſonam viri, n.24.

Duodecimò limitatur, quando contractus principalis reprobatur à ſtatuto ob publicam vtilitatem, ita quod nulla ex eo reſultare poſſit obligatio, n.25.

Decimotertio limitatur, ex eo quod fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum contra principalem quodammodo circumueniat lex municipalis annullans contractum, numero 26.

Decimoquartò limitatur, quando contractus annullatur defectu formæ, quia tunc nullatenus fideiuſſor tenetur: ſecus quid ſit, vbi annullatur defectu materiæ, numer. vigeſimoſeptimo.

Decimoquintò limitatur, vt fideiuſſori competat exceptio nullitatis contractus quando venditio annullanda venit remedio aliquo iuris ordinario, aliter quam per viam reſtitutionis in integrum, & ſignanter, quando per conditionem ex ſtatuto, n.28.

29 *Emptor non cogitur liberare fideiuſſorem quem accepit de euictione, etiamſi alius æquè idoneus illi offeratur.*

30 *Creditor cogitur interdum ex cauſa mutare ſuam obligationem.*

Quæſt. CLXXIV.

1 Statutum mandat mulierem ſeu minorem contrahere non poſſe non ſeruatis certis ſolemnitatibus, alias contractus non valeat: nam, ſi mulier ſeu minor contrahat contra, ſeu præter formam dicti ſtatuti, certum eſt non oriri obligationem ciuilem, nec naturalem, quia lex, ſeu ſtatutum reſiſtit contractui, ſeu obligationi, ad tradita per *Bartol. in l. cum lex numer. 6. ff. de fideiuſſ. & in l. 1. num. 8. de nouat. ſequuntur Bal. & Paul. de Caſtro in dicta l. cum lex, & Bal. in l. non dubium colum. finali in penultima quæſtione. Rom. conſil. 437. in caſu propoſito in primo dubio. Crott. in l. 1. §. ſi quis ita in prima lectura num. 2. & in ſecunda lectura numero ſecunda, ff. de verb. oblig. Cagnol. in l. cum amplius, §. is natura debet numer. 3. ff de regul. iur. & Guid. Pap. deciſ. 238.*

2 Quæritur, numqnid fideiuſſor accedens pro muliere, aut minore, tali contractui contra formam ſtatuti celebrato obligetur? Et non obligari dicitur, quaſi obligatio acceſſoria actum nullum debeat etiam nulla iudicari, *leg. fideiuſſor obligari in principio, vbi Gloſ. in ver. non eſt fideiuſſor. l. qui contra, vbi Bartol. ff. de fideiuſſor. l. 1. §. debitum, & l. eum qui ephebi, ff. de conſtitut. pecun. Gloſ. in cap. grauis extra de cenſi. Bald. conſil. 261. Primò quæritur, numer. ſeptimo libro primo. Gabriel concluſ. 10. numero tertio de clauſul. poſt Roma. dict. conſil. 437. in ſpecie Iaſ. in leg. ſi non ſortem in princip. ff. de condit. indebit.* cum non debeat fideiuſſor obligari in plus, quam principalis, *leg. Græcè, §. illud, & leg. ſicut, ff. de fideiuſſ. Marſil. in rubric. eodem titul. numer. 291. Summa Angelica in ver.*
3 *fideiuſſor. ver. 1. Mantua ſing. 500. numer. tertio Surd. deciſ. 118. numer. 9.* & 10. & in ſpecie ſic concludit *Iaſ. in dicta leg. ſi non ſortem ſub numer. 2. verſic. quarto nota de condit. indebit. Rom. dicto conſil. 437. colum. prima Ancharan. conſil. 330. viſis col. 5. verſ. ſed his non obſtantibus. Socin. ſen. conſil. 273. in præſenti conſultatione poſt princ. lib. 2. Plot. in leg. ſi quando num. 268 C. vnde vi. Petr. Faber. in leg. nihil, §. cum principalis, mihi pag. 290. ff. de reg. iur. Alex. Rauden. in tract. de analog. lib. 1. capit. 34. numer. 21. Horat. Carpan. ad Statut. Mediol. parte 2. cap. 189 num.*
4 *25.* etenim fideiuſſor inefficacitèr accedit obligationi nullæ, vt inquit *Foller. conſil. 75. numer. 8. libro primo inter conſil. Crimin. Ziletti,* ſicut, & inutili obligationi fruſtra
5 adhibetur, *Caphal. conſil. 164 num. 20. Farinac. libr. 1. titul. 4. quæſt. 30. num. 69. & quæſt. 35.* quodque fideiuſſor non teneatur, vbi principalis nulliter promiſit. *Port. Imol. conſil. 5. num. 21. Rebuff. ad Conſtitut. Regn. Gall. tomo primo tit. de chirograph. recognit. art. 2. num. 27. Fab. de Ann. conſ. 82. num. 5.* qui alios adducit, ac inſuper, quod is hanc nullitatem allegare valeat, & ſe ac principalem hoc modo
6 defendere. *Paul. de Caſtro & Iaſ. in l. 2. § 1. ff. qui ſatiſdare cogan. Ioan. Godens de contrah. ſtipul. cap 6. concl. 23. numer. 318. & 359.*

Verum hęc concluſio non eſt ſimpliciter vera ſed plures recidit limitationes; &

7 Primò limitatur non procedere, quando contractus ab initio non eſt omnino nullus, ſed validus: vt quia venditio facta ſit de re aliena: non enim præciſè tenetur venditor dominium rei in emptorem transferre, ſed ſolum ad intereſſe conueniri poteſt, *leg. contractus, Cod. de fid. inſtr.* quia venditione non transfertur dominium, ſed traditione, *leg. qui ſibi, Cod. de his,* quia non domin. man. nimirum ſi huic obligationi perſonali accedere poſſit fideiuſſor, ita *Rota coram Cardin. Seraphino deciſ. 1334. numer. 1. 2. & 3.*

8 Secundò limitatur procedere, quando principalis contractus annullatur de iure communi, ſecus ſi de iure ſpe-

 ciali.

ciali. *Franch.deciſ.247.num.4.per tex.in l.in cauſæ,la prima ff.de minor.& Doctor.* quod citat,& his conferunt quę inferius dicentur *ſub n.* 28.

9 Tertiò limitatur vt locum habeat, quando obligatio
eſt nulla a principio,ſecus ſi annullatur ex poſt facto:quia
hoc ſecundo caſu non annullatur fideiuſſoria, ſic *Rota coram Cantuccio in Romana de Alexijs 29. Martij* 1585.
*impreſs.in tract. Boccac.de conſib.part. ſecunda numer.*159.
Borgnin.deciſ.31.alids ſecunda de contract.numer.23.& 30.
part.prima.

10 Quartò limitatur quando fideiuſſor iurauit, quia iura-
mento fideiuſſoria obligatio firmatur, ſecundum *Natt.*
*conſ.262 num.14.& Crot.conſ.138.num.26.& num.31.*vbi
11 declarat hoc ſibi non tribuere, quando principalis obli-
gatio iuramento firmata non valeret: quia tunc nec etiã
valeret fideiuſſio iurata. *Stephan. Lamberteng.in tract.de*
12 *contract.cor.Gloſ.16.quæſt.7.num.*18. vbi pariter declarat
procedere, dummodo fideiuſſor ſciret principalem con-
tractum eſſe inualidum,ſecus ſi ignorabat, prout in dubio
præſumitur.

13 Quintò limitatur, quando obligatio fideiuſſoris ab eo
facta fuit,vti principali, ita vt ſtet de per ſe ſeparatim ab
obligatione contractus,pro quo interponitur fideiuſſio,
vbi præſertim acceſſerit clauſula omni meliori modo, cũ
interpoſitione iuramenti & obligatione Camerali in am-
pla forma: quamuis in eo non legatur clauſula principa-
liter,& inſolidum. *Nat.d.conſ.262.num.14.& 19 Gabriel.*
tit.de minor.concluſ.2.numer.2. & de fideiuſſ concluſ.prima
num.44. Seraphin.de priuileg.iuram. priuileg.88. numer.5.
Lambertengh. & Mohædan. de quibus per Rotam coram
Cardin. Seraphin.dicta deciſ.1324.numer.5. ac tradit Sfort.
Old. in tract.de reſtitut. in integr. queſt.48. art.7. num.31.
& ſeq.

14 Et multò magis ſi expreſsè ſe obligauerit cum dicta
clauſula, principaliter, & inſolidum: quoniam illo in caſu
non habent locum iura loquentia de fideiuſſoribus. *Dec.*
conſ.6. & 7. quaſi tunc non promittat pro negocio ad
15 ad alium pertinente, ſed pro ſuo, pro quo nôn dicitur fi-
deiuſſor, ſed principalis. *Bal.in l.in perſonam, §. qui pecuniam ver.opponitur.dicitur hic de pact. poſt Bar.in leg.ſi quis*
pro eo,n.15.de fideiuſſor.Pariſ.conſil.16.num.113. lib 2.Berzazol clauſul.7.gl.19.num.13.in fine. Rota coram Sanctiſs.
*deciſ.321. num.7.& 13. & ibi per Addet.ſub littera b.*vbi
alij cumulantur.

16 Sextò limitatur, quando non militat tanta ratio in ac-
ceſſoria obligatione,quanta in principali;vt puta,ſi fauo-
re minoris annullatur obligatio principalis ex priuilegio
ei conceſſo,ratione minoris ætatis; non tamen ideò cor-
ruit obligatio acceſſoria, quæ non eſt æquè fauorabilis:
ita poſt *Alex.& Felyn.tradit Pariſ. dicto conſi.16. numero*
111. & ſequenti libro ſecundo, quoniam prohibitio alie-
nationis concernit ſolum commodum minoris, non alte-
rius; ideò fideiuſſor & tutor tenetur de euictione. *Bart.*
in leg.non dubium, Cod.de legi.Rota dicta deciſ.1324.num.
ſexto,& iterum,coram R.P.D.Orano deciſ.21 .numer.13.inter impreſſ.poſt tract. Cinc.de cenſib. Cephal.conſilio 443.
per totum. Simancell. de decret. libro ſecundo titulo quinto
numero 28. vbi loquens in alienatione bonorum mino-
ris inualida ob defectum decreti,& cæterarum ſolemnita-
tem, tuetur talem fideiuſſorem teneri, & obligatum
eſſe, quidquid aliqui per eum relati, contrarium aſſer-
uerunt: ea ratione, quia huiuſmodi alienatio non eſt
prohibita generaliter ac ſimpliciter, ſed reſpectu per-
ſonæ ipſius minoris, iuxta quæ etiam traduntur *à Stepha.*
Lamberteng.in d.tract.de contract. corum gl.16.queſt quarto
numero nono, & ſequenti, vbi diſtingendo dixit, quod
ſi in contractu minor remanet naturaliter obligatus tunc
fideiuſsor accedens naturaliter, & ciuiliter obligatus re-
manet, ſecus ſi ipſe minor naturaliter obligatus non
remanet, pro qua diſtinctione faciunt tradita per *Gomeſ.*
in tit.de fideiuſs.numer,primo, & per Surd.deciſ.69.numero
22. & 23.

His accedit alia diſtinctio tradita per *Virg. Boccac.ad*
conſtit. Marcb.Gloſ.8.num.19. vbi dixit, quod nec etiam
valet fideiuſſio facta pro minore, quando fideiuſſor illum
eſſe minorem ignorabat:ſecus ſi ſciebat:itẽ,quod fideiuſ-
ſor obligatus,quãdo minoris obligatio nõ tenet propter
eius facilitatem, & imbecilitatem: ſecus ſi minor dolo ad-
uerſarij circumuentus ſe obligaſſet: quia tunc nec valet
fideiuſſio, vt ibi per eum; faciunt quæ generaliter tradun-
tur a *Simoncel.d.tit.5.nu.29.& Cephal.conſ.751. numer.6.*
28.& 29.lib.4.

17 Septimo limitatur, quãdo fideiuſſor promiſit non al-
legare nullitatem contractus,quia tunc tenetur etiã quod
nulla eſſet principalis obligatio. *Alex.conſ.32.numero 4.*
& ſeq.libr.1. Lamberteng.d.tract.de contract.cor. Gloſ.16.
*quæſt.5.num.14.*vbi loquitur,quando fideiuſſor ſuſpicit in
ſe periculum affirmando actum validum,nec prohibitum
a lege,vel ſtatuto.*Craue.conſil.87.incip.A, & B, vbi dicit*,
quod vigore pacti non poteſt allegari nullitas; maximè
quando interuenit iuramentum refert ac ſequitur *Rota*
coram Orano d.deciſ.21.num.8. vbi, quod Doct. contrarium
18 tenentes loquuntur, quando obligatio minoris fuit à
principio nulla,quia natiuitati obligationis reſiſtebat ſta-
tutum.*Ceph conſ.437.numer.29.*quo in caſu annullatur e-
tiam obligatio fideiuſſoris cum nullitas ſit ob defectum
formæ quę facit contractum à principio non valere,quaſi
tunc nihil adſit in quo conſiſtat obligatio acceſſoria. *Rota per R. P. D. Iuſtum in Tiburtina cenſus 26. Maij* 1600.
vbi,quod ita declaratur opinio *Bart.in l.cum lex.ff.de fideiuſſor.ſequitur Stephan. Gratian.diſceptat.libr.1.cap.122.*
numer. 28.

19 Item ſublimitatur, quando principalis contractus,
eſt doloſus, quia tunc nec fideiuſſio in eo appoſita valet,
ſecundum *Caphal.conſil.11.numer.26. 28.& 29.* Vbi po-
nit exemplum in renunciatione mulieris enormiſſimè
læſa, ex qua cum dolus arguatur re ipſe, ideo nec etiam
fideiuſſor in ea intercedens obligatur,vt ibi per eundem
Cæphal.

20 Octauò limitatur procedere in fideiuſſore filij familias,
puta prohibiri a lege vel a ſtatuto mutuo accipere, qui
propterea nec ipſe obligatus remanet, ſecundum *Crot. d.*
*conſ.135.n.25.& ſeq.*vbi hoc pluribus comprobat, & ante
eum voluit *Alex.conſ.66.libr.4. & Gomez de contract.mutui ſub n.2.verſ.3.extende.*

21 Nonò limitatur vt locum habeat, quando principalis
obligatio, & actus redditur nullus defectu ſubſtantialium,
nempe defectu conſenſus,quia tunc, nec obligatur alter,
qui illi obligationi conſenſit, videlicet fideiuſſor, ſecus
quando ex alio capite deficeret quia tunc valet acceſſo-
rium,licet principale deficiat,exemplo filijfam cuius obli
gatio non ſubſiſtit quãuis valide pro eo obligetur fideiuſ-
ſor,quaſi nõ ſit par ratio in vtroq; *Bald.in l.1.ff.de fideiuſ.*
Alexand.ad Barc.in leg. Marcellus in princ.ff.eod.latè Cranett.de indemnit.mulier.numer.40.& 47.vbi ſic declarat l.
& ſi is, C.de prǽd.minor.Menoch.conſ.58.num.70.vſq; ad
74.lib.1.

22 Quę autem in propoſito ſint ſubſtantialia,& quæ acci-
dentalia,iddm *Menoch.conſil.47.in princ.lib.1.*

23 Decimo limitatur,quãdo fideiuſſor euictionis eſt obli-
gatus ex quacunq;cauſa, quia tenetur etiam in caſu inua-
liditatis contractus *Dec.conſ.30.ſub nu.4.verſ.ſeu in quaſt.*
Pariſ.conſ.79.n.42.& conſ.97.n.25.lib.2.Tiraq.de retract.
lignag.§.1.gl.7.n.20. Rota coram Pænia in Bononien. cenſus
20.Martij 1600.inter impreſſ.poſt tract.Cenc.de cenſib.deciſ.
46.num.3.

24 Vndecimò limitatur in fideiuſſore accedente alie-
nationis dotis, de quo per *Capoll.cautel.131. & Campeg.*
in tract.

in tract. de dot. p. 4. q. 23. vbi, quod nec tenerentur fideiuſſores de euictione, ſi alienatio cantat in perſonam vxoris, ſecus ſi in perſonam viri, & tradunt *Simoncell. d. libr. 2. tit. 5. n. 31. de decret. & Franc. Turzan. inter comm. opin. relatus opin. 115.*

25 Duodecimò limitatur, quando tractatus principalis reprobatur à ſtatuto ob publicam vtilitatem, ita vt nulla ex eo reſultare poſſit obligatio, ſecundum *Barz. qui cæteros adducit deciſ. 99. n. 9.*

26 Decimotertiò limitatur, quando ex eo, quod fideiuſſor eſſet habiturus regreſſum contra principalem quodammodo circumueniat lex municipalis, annullans contractum. *Barz. dict. deciſ. 99. numer. 11.* (Et hæc limitatio habet quid commune cum octaua limitatione, ac præcedenti.

27 Decimoquartò limitatur, quando contractus annullatur defectu formę, quia tunc nullatenus fideiuſſor tenetur, vt dixi pariter in nona limitatione, quicquid ſit vbi annullaretur defectu materiæ, vt per *Barz. vbi proximè ſupra numer. quarto Rota coram Cardinali Seraphin. deciſ. 187. num. 15. & D. Gypſ. in addit. ad deciſ. 102. Bononien. in nouiſſ.*

28 Decimoquintò limitatur, vt quidem fideiuſſori de euictione competat exceptio nullitatis contractus principalis, quando venditio annullanda venit remedio aliquo iuris ordinario, aliter, quam per viam reſtitutionis in integrum: & ſignanter, quando per condictionem ex ſtatuto, *leg. 1. ff. & C. de cond. ex leg. Sfort. Odd. in tract. de reſtitut. in integr. p. 2. quæſt. 57. num. 49. Bertaz. conſil. 96. num. quinto lib. primo. Rota Bonon. deciſ. 63. num. 47. & 48. in nouiſ. intelligendo vt ſupra dixi, & habetur per Clariſ. D. Gypſ. in loco præadmonito, & per Rot. coram Sanctiſſ. deciſ. 321. n. 6. & deciſ. 564. n. 2. 3. & 8.*

29 Quęro inſuper hic an emptor cogatur liberare fideiuſſorem quem accepit de euictione, etiamſi alius æquè idoneus illi offeratur, quamque ponit *Bald. in l. ſi pater, C. de collat.* dicens, vendidi Titio fundum, & promiſi de euictione, & pro ea dedi fideiuſſorem Sempronium, quem promiſi à dicta fideiuſſione eximere & liberare ad requiſitionem, & voluntatem ſuam ſub certa pœna. Modo Sempronius petit ſe liberari; ego offero Titio æquè bonum fideiuſſorem, vt liberetur Sempronius, & ipſe nō vult hoc facere; Quæritur quid iuris, & poſt plura argumenta in vtramque partem, concludit, quod creditor non tenetur nouare ſuam obligationem, & ſuſpicere nouum debitorem, ſeu expromiſſorem, ſed quod nihilominus ad euitandam pœnam offerre poteſt idoneam cautionem fideiuſſori de conſeruando eum indemnem, & defendendo à dicto creditorem, vt ſit conſultum fideiuſſori eo modo, quo fieri poteſt & per æquipollens, poſtquam in forma ſpecifica nō poteſt ei eſſe conſultū ex facto creditoris nolentis mutare debitorem, & *Bald. ibi ſecuti ſunt Salycet. Roma. Fulgoſ. Caſtren. Alex. Iaſ. Cornc. Rimin. ac Marſil. in rubr. ff. de fideiuſ. q. 30. num. 150. & plur. ſeq.* qui res ad partes diſcuſſa tranſit cum dicta Bald. opinione, vt legitur ſub verſ. ſed contrarium, & decidit *Vincent. de Franch. deciſ. 202. in locationibus per totam part. prima.* Vbi conductor vectigalium, qui dederat fideiuſſores, & promiſerat vnum ex eis liberari facere, petijt à ciuitate, & quod illum liberaret, offerens dare alium æquè idoneum; & ciuitas recuſauit, & cauſa cognita, & relata in Regio Collaterali conſilio fuit admiſſa dicta recuſatio per *tex. in leg. ſi mandato meo, §. 1. verſic. Item ſi dum negocia ff. manda. & per dictam deciſionem Bald. per dictum text in dict. leg. ſi*

30 *pater*, ſecutam ibi per alios Doct. Subdit tamen Franch. ad finem, quod ex cauſa poteſt iudex cogere creditorem mutare ſuam obligationem, ſecundum opinionem *Dec. in dicta leg. ſi Prętor, circa fin.* & ait, quod ipſe facere cenſuit in caſibus qui continuè occurrunt in decoctionibus debitorum quia in concurſu creditorum decernit pecuniam ſub fideiuſſore liberari; & adſunt aliqui qui non reperiunt fideiuſſores, & vt ipſos habeant, conueniunt. vt fideiuſſores retineant pecuniam loco indēnitatis; nam ſi poſtea creditores offerunt fideiuſſorem æquè idoneum, & petunt liberationem primorum, etiam recuſantibus ijs, apud quos fideiuſſio præſtita eſt, ne creditores ex eorum paupertate priuentur commodo propriæ ſubſtantiæ, decernit fideiuſſorem primum liberari, & alium recipi, & pecuniam creditori reſtitui, quod valdè æquum videtur.

Solens etiam quandoque audiri rei volentes liberare vnum, aut plures fideiuſſores, ponendo in eorum locum alium, ſeu alios æquè idoneos, vt res grata fiat petētibus, quod fieri poteſt, vt in ſpecie ſcripſit *Bald. in leg. Labeo ait, §. ſed per fideiuſſores in prima lectura, numer. 2. verſic. in gl. ff. de arbitr. & in leg. 2. ſub numer. 7. verſ. modo ego quęro, C. de ſent.* quæ ſine cert quantit. profer. & ſentiunt præallegati Doct. licet iudices hoc facere non debeant de neceſſitate, & nolent facere nemini facit iniuriam, ſeu iniuſtitiam, & faciens ius partis non læder, nec deterius fier.

ARGVMENTVM.

Emptionis & venditionis contractus quando eſt ſimulatus, an ita emens vel vendens amittat pretium.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum eſt vſurarium, ſi mercator eo animo det merces, vt recipiens totum mutuum vel partem in mercibus accipiat, cum tamen non egeat, & n. ſeq.*

Et de ratione, n. 2. & 3.

4 *Emptor emens vili pretio, ſi incontinenti rem emptam locat eidem venditori pro certa annua penſione, & pro certo tēpore cum pacto redimendi durante illo tempore locationis dicitur facere contractum pignoratitium, ſimulatum, & illicitum.*

Et idem dicitur, quando emptor rei poſſeſſionem eſt nunquam adeptus, ſed venditor ſemper poſſedit, numero quinto.

Quo in caſu clauſula conſtituti nihil operatur, n. 6.

Prout etiam quando venditor teneretur ad omnia onera, & adderetur pactum, quod in caſu redemptioni, venditor teneatur emptori reficere omnes expenſas factas per emptorem in inſtrumentis etiam concernentibus commodum ipſius, n. 7.

Quę cum ſint extra naturam emptionis, et venditionis, inducunt pręſumptionem vſurarum, n. 8.

Ampliatur, etiamſi pretium contractus ſit iuſtum, nec poſſit conſiderari læſio, quoniam adhuc contractus dicitur vſurarius, & reſcinditur tam de iure canonico, quam ciuili, numero 9.

Quando vero ſolus emptor, vel ſolus venditor in animo id geſſit, quid decernendum, n. 10. remiſſiuè.

Limitatur non procedere quoad pretium, vt ſcilicet quamuis contractus ſit nullus, vel vſurarius, pretium nihilominus ſit reſtitendum, n. 11.

Et contractus reducitur ad æqualitatem inter vtrunque, numero 12.

13 *Contractus emptionis, & venditionis vbi eſt inualidus, & vſurarius, cum verè fuerit mutuum reduci debet ad contractum mutui. ita quod non ſubſiſtat in ea parte, in qua fuit*

inualidus

inualidus ratione carioris pretij, ſed remaneat validus in alia parte iuſti valoris.

14 *Societas contracta pro maiori quantitate fructuum, quam officium reddat, ſiue pro maiori ſumma, quam valeat officium, quoad illam quantitatem cuius officium eſt capax, remanet valida.*

15 *Societates initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio ſubſtinentur ſolum vſque ad valorem officij, & non vltra.*

16 *Fructus percepti ex ſocietate officij non debentur vltra ſummam excedentem valorem ipſius officij.*

Et vltra percepti & exacti cabærent extinctioni ſortis principalis, n. 17.

Et ita tenendum, quidquid ratione indiuiduitatis alij voluerint, n. 18.

Adducitur alia diſtinctio in propoſito, n. 19.

20 *Vſura eſt rapina, & furtum.*

Quæſt. CLXXV.

QVæro nunc, quid quando contractus emptionis & venditionis eſt ſimulatus, an ita emens, vel vendens amittat pretium. Et quidem cum ſimulatio veteſtur, ac fiat de contractu illicito ad licitum, dicitur.

Quod vbi contractus habet quamdam ſpecie mutui vſurarij, ſed fuit ſimulata, emptio, & venditio, cuius contractus eſt licitus, ex quo mutuans capit lucrum pecunia æſtimabile quod ex contractu mutui capere prohibetur, vt puta pauper, qui indiget mutuo pecuniæ, & non reperit qui eam ſibi gratis mutuet, conuenit cum mercatore mercium, vt ei vendat credito pretiu tot merces, & mercator non ignorat pauperem illum non indigere dictis mercibus; eas tamen illi vendit, quaſi eas loco mutui tradat necno vt plurimum peiores, & corruptas, ac pretio rigoroſo, ita quod eas recipiens in illarum venditione, vt exindè pecuniam extrahat, enormiſſimè lædatur, & mutuans magnus lucrum conſequatur ſub ſimulato contractu venditionis, cum neuter habuerit animum contrahendi illum contractum, quem ſimulatè geſſerunt, ſed vt prætextu illius tradens ſatisfaceret intentioni pauperis indigentis mutuo; eſt enim venditio hæc ſimilis, & ferè eadem cum mutuo vſurario, de
1 quo ſcribit *Domin. Sotus de iuſtit. & iure libr. ſexto quæſt. primo articul. ſecundo col. 6.* ibi, atque eamdem ob cauſam inquiens, quod ſi mercator ſub eo vinculo mutuet, vt mutuatarius totum mutuum, vel partem in mercibus accipiat, eſt mutuum vſurarium etiamſi iuſto pretio merces illas vendat: dum tamen reuera mutuatarius illis mercibus non egeat, ſed occaſione mutui attrinxit ad illas emendum, quoniam illa attrictio eſt pecunia æſtimabilis, & hac via mercator mercium copiam magnam vendit, quo in caſu concluditur contractum illi-
2 citum eſſe, ac vſurarium, vt per *Bart. Cæpol. in tract. de ſimulat. contract. quæſt. quarto numer. 191. & 192. ac 193. & ſub numer. 202. ver. ſecundo caſu*; Quia plus valet quod vere agitur, quam quod ſimulatè concipitur, vt *in rubric. & nigro, C. plus vale.* quod agit *Cæpoll. d. n. 191. & ante eum Calder. conſ. 11. mercator Ianuenſi de vſur. Abb. in c. in ciuitate ſub nu. 2. de vſuris.*

3 Ratio eſt, quia lex loquens contra vſurarius, procedit contra fictos emptores, qui re vera ſunt vſurarij, *Ant. Burg. in capit. ad noſtram numer. 6. not. 1. de empt. & vendition.*

4 Simile eſt, quando emptor emit vili pretio, & incontinenti rem emptam locat eidem venditori pro certa annua penſione & pro certo tẽpore, cum pacto redimendi durante illo tempore locationis, quoniam iſte re vera non eſt contractus emptionis, & venditionis, neque locationis, ſed eſt contractus pignoratitius, ſimulatus, & illicitus, vt cenſuit *Rota diuerſ. deciſ. 802. in vna ia princ. & num. 1. 2. & 3. & in l. molea. bonorum 16. Iunij 1595. coram R. P. D. Orano.*

5 Idem, vbi emptor rei emptæ poſſeſſionem nunquam fuit adeptus, ſed venditor ſemper poſſedit. *Cæpoll. in dict. tract. de ſimul. præſumpt. 24. num. 164. & Afflict. deciſ. 40.*
6 *ſub numer. 18.* quo in caſu clauſula conſtituti & precarij nihil operatur. *Cæpoll. in loco præallegato numer. 166. &*
7 *infra, & Afflict. d. deciſ. 40. numero 17.* Vel quando venditor teneretur ad omnia onera, & adderetur pactum quod in caſu redemptionis venditor teneretur emptori reficere omnes expenſas factas per emptorem in inſtrumentis, etiam concernentibus commodum ipſius *Rot. dic. deciſ. 801. ſub numer. tertio verſic. nec habenda, & numero ſeq.* quæ cum ſint contra naturam emptionis, & venditio-
8 nis inducunt præſumptionem vſurarum, *Rota coram Cantuceio in Romana nullitatis cenſus 4. Februarij 1583. inter impreſſ. poſt tract. Cenc. de cenſib. deciſion. 93. numero 2. & ſeq.*

9 Ampliatur concluſio prædicta vt locum habeat, etiãſi pretium contractus ſit iuſtum, nec poſſit conſiderari læſio quoniam adhuc dictus contractus dicitur vſurarius, & eſt reſciſſioni obnoxius tam de iure canonico, quam etiam de iure ciuili, ex *Cæpoll. in dict. tract. num. 19. & ſub nu. 202. verſ. ſecundo caſu.*

10 Quando non vterque hoc eſt emptor & venditor, ſed alter eorum tantum geſſit fraudem in animo, quid in eis decernendum, videas eundem *Cæpol. in dict. tract. de ſimul. contract. ſub n. 193.* vbi, vt interuenit, *& n. 195. 196. & 197. ſub n. 202. verſic. 3. caſu,* vbi diſtinguit inter ignorantem, & ſcientem.

11 Quæ licet in ſe vera ſint, vt ſcilicet talis contractus ſit nullus, & ita ex præmiſſis reduci videatur ad ſpeciem cõtractus vſurarij, non tamen venditor, qui merces dedit illarum rerum pretium perdere debet; ea ratione, quia alias vnus locupletaretur cum aliena iactura, quod eſt contra naturam, *leg. nam hoc natura, ff. de condit. indeb.* Et
12 ideo ſi contractus eo modo, quo eſt geſtus, eſt nullus, & ex illa nullitate ſeu inualiditate oritur locupletatio vnius cum alterius iactura, lex debet contractum ſubſtinere eo modo, quo remaneat validus, & reducatur ad æqualitatem inter vtrunque, ita quod valeat eo modo, quo valere poteſt, vt probatur ex *cap. vnico, §. 1. de ſponſ. impub. in 6. & probarunt Couar. in epitom. lib. 4. de ſponſ. capit. tertio ſub numer. ſecundo. & tertio Gutierez de contract. iurat. cap. 51. numer. 28. & 35. Iaſ. in leg. 1. § ſi quis ita ſub numero 19. verſic quarto principaliter, ibi, adde in primis, ff. de verbor. obligat. M. Ant. Cucch. inſt. moral. lib. 5. tiul. decimo numero 14. de ſponſal. & iterum Iaſ. in dict. §. ſi quis ita, ſub numer. 23. verſ. expedita doctrina, & poſt eum Ripa ſub n. 17. verſ. ego autem ſubijcio regulam,* qui generaliter firmant concluſionem affirmatiuam, quod ſi non valet quod ago, vt
13 ago, ſemper valet, vt valere poteſt, vbi poſtea licet afferant plures limitationes, tamen quæ ſupra diximus procedunt in caſu noſtro, ita quod ſi contractus emptionis & venditionis ſit inualidus & vſurarius, cum verè fuerit mutuum, reduci debeat ad contractum mutui, & ſic quod non ſubſiſtat in ea parte, in qua fuit inualidus ratione carioris pretij, & bonitatis ſed remaneat validus in alia parte iuſti valoris mercium, iuxta quæ traduntur de ſo-
14 cietate contracta pro maiori quantitate fructuum, quam officium reddat, ſiue pro maiori ſumma quam valeat officium, quia quoad illam quantitatem, cuius officium eſt capax, remaneat valida *Rot. diuerſor. deciſ. 28. inter impreſſ. poſt tract. Zacchiæ de ſociet. offic. vbi præſertim numera*
15 *26. & 32.* dicitur dominos de Rota fuiſſe concordes, quod ſocietates officij initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio ſubſtinentur ſolum vſque ad valorem officij, &

ficij, & non vltra, & eadem *Rota idem ſentit in deciſ. 287.*
16 *inter impreſſ. Lugdun. ann.* 1612. dicens fructus perceptos non deberi vltra ſummam excedentem valorem officiorum, & *deciſ. 289. in fine eod. volu.* habetur, quod domini
17 conſueuerunt pro rata qua ſocietates ſuſtineri non potuerunt, fructus exactos cohærere extinctioni ſ[o]rtis principalis, quod & voluit *Ioan. Azor. inſt. moral parte 3. libro 9. tit. de ſocietat. cap. 9. verſic. hac conditio. colum. 779.* & ita
18 tenendum, quidquid ratione indiuiduitatis voluerit *Boccac. de ſocietat. offic. numer. 102. & 126.* vbi pro nullitate totius tenet.

19 Quamuis & aliter in re hac diſtingui poſſit. Quod aut controuerſia agitur coram iudice, ciuiliter agendo, aut coram iudice criminali criminaliter cauſam pertractando.

Nam primo caſu, vbi ciuiliter agitur coram iudice ciuili, Rota in controuerſijs ſuper ſorte, & fructibus ſocietatis officij nulla facta mentione vſuræ ſemper condemnat pro rata ad fructus qui liciti ſunt, & per conſequens deberi ſentit, & abſoluit à fructibus illicitis, & vſurarijs.

Secundò caſu, quando agitur criminaliter coram iudice maleficiorum, ſeu cauſarum criminalium, dicitur, quod quod ſuppoſita vera opinione quæ ſeruatur in praxi, vt pro crimine vſurarum criminaliter procedi poſſit quamuis creditor obtinere poſſit in eo, quod remanet licitum, iuxta quę late diſſerit *Laur. de Rodulph. in c. conſuluit. p. 2. q. 135. num. 29. 30. & 31. & ſub tit. 33. in 6. argum. de vſur.* tamen in eo, quod remanet illicitum & vſurarium extraordinariè punitur iudicis arbitrio, vt per *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. caſu 398. Clar. receptar. ſent. libr. 5. §. vſura, verſic. & ex hoc. Rota diuerſ. inter impreſſ. Lugdun.*
20 *ann. 1612. deciſ. 332. num. 3. Quoniam vſura eſt rapina & furtum c. 10. 14. quaſt. 4. & c. 4. & c. quid dicam eadem cauſa, & quaſt. 4.*

ARGVMENTVM.

Emptori ſcienter nulliter ementi, vel eius hæredibus, an refici debeant meliorationes & expenſæ.

Et quod tempus in illis deducendis ſpectandum.

Item quid de ſumptibus litis, quando ab euincēte actum fuit primo iudicio reſtitutionis in integrum aduerſus aditam hęreditatem.

S V M M A R I V M.

1 *Expenſæ ac meliorationes non debentur emptori, nulliter, ac ſcienter ementi.*
Contrarium firmatur n. 4.
Et ibidem de ratione.
Et reſpondetur contrarijs, n. 5.
Primò limitatur vt procedat, ſi expenſæ ſunt vtiles, vel neceſſariæ, non autem ſi voluptariæ, n. 20.
Secundò limitatur vt locum non habeat, vbi iſtæ impenſæ licet alias vtiles nimis tamen graues eſſent, & factæ à poſſeſſore non abſque dolo, vt puta cogeret minorem ac verum dominum illam rem magis derelinquere, numero vigeſimoprimo.
Et in hoc traditur cautela, n. 22.
Tertiò limitatur vt locum habeat, quando verè ſunt vtiles non autem quando damnum afferunt, numero vigeſimo tertio.
Ampliatur, vt ſibi vendicet etiam in eccleſia, quæ fortè reſtitutionem petat aduerſus locationem, vel emphyteuſim, quia debet reſtituere, & reficere meliorationes factas a conductore, vel emphyteuta, n. 24.
2 *Emptor emens ſine ſolemnitatibus quæ non difficile adhiberi poſſunt, dicitur eſſe in mala fide.*
6 *Expenſæ, ac meliorationes triplicis ſunt generis, videlicet neceſſariæ, vtiles, ac voluptariæ.*
7 *Impenſæ neceſſarię, ſeu meliorationes quamuis factæ a malæ fidei poſſeſſore deducuntur, quando is cogitur rem reſtituere.*
8 *Poſſeſſor malæ fidei non deducit vtiles expenſas.*
Ratio eſt, quia is dicitur has impenſas donaſſe, n. 9.
Ampliatur procedere etiam quoad harum impenſarum abraſionem, quam facere non valet malæ fidei poſſeſſor, numer. 10.
Primò limitatur, quando poſſeſſor malæ fidei eſt talis, qui has impenſas & meliorationes vtiles facit, & donare non poteſt, n. 11.
Secundò limitatur in iudicijs vniuerſalibus, vt in petitione hæreditatis, in qua poſſeſſor malæ fidei deducit impenſas vtiles, num. 12.
Tertiò limitatur, quando hæ impenſæ, ac meliorationes factæ ſunt in ampliandis ædificijs, vel aliquid in eis faciendum, quo caſu conceditur abraſio, n. 13.
Primò ſublimitatur dicta tertia concluſio vt locum non habeat, quando hæ meliorationes, & impenſæ abſque damno fundi abradi poſſunt, n. 14.
Secundò ſublimitatur, quando fundus in quo facta ſunt perijt, n. 15.
16 *Impenſæ ſeu meliorationes voluptuarię non deducuntur, numer. 17.*
Contrarium n. 18.
Sed prima probatur opinio, n. 19.
25 *Expenſarum in deductione ſpectatur id, quod minus eſt; eſtimantur tamen habita ratione temporis, quo reſtituuntur, numer. 26.*
Intellige procedere in ædificijs Vrbanis, n. 27.
Vbi quid ſeruandum ſit in ęſtimandis arbuſtis, vitibus, et alijs arboribus.
28 *Bonæ fidei poſſeſſor cauſam non habens à domino, nec ius in re expenſas cum fructibus compenſat, quidquid in contrarium teneat Menoch.*
Et præſertim, ſi ad fructus fuit quis condemnatus, numero 29.
Intellige deductis fructibus melioramentorum, qui proprij eorus ſunt, n. 30. & 34.
Etiam poſt litem conteſtatam, n. 31.
Vel ſi ad fructus fuit condemnatus, n. 32.
Seu ſit malæ fidei poſſeſſor, n. 33.
35 *Sumptus litis non reſarciuntur emptori per venditorem, quando ab euincente actum fuit prima iudicio reſtitutionis in integrum aduerſus aditam hęreditatem.*
Et de ratione, ibid.

Quæſt. CLXXVI.

1 SVpereſt adhuc difficultas, an emptori nulliter ementi, vel eius hæredibus refici debeant expenſæ, ac meliorationes.

Nam quod reficiendæ non ſint, ſuaderi videtur, ex *tex. in leg. fin. in fin. C. commun. delega.* ibi; neque duplæ ſtipulationi, neq; meliorationi locum habente, & ibi Gloſ. dicit, propter

propter malam fidem, quam habuit ſcienter emendo contra iura rem alienari prohibitam.

2 Confirmatur, quia cum emptor emit ſine ſolemnitatibus, quæ non difficilè adhiberi poſſunt dicitur eſſe in mala fide, *Gloſ. & Doct. in d. l. fin. §. fin. Abb. in c. ſi diligenti, de preſcript. Bal. in l. 1. C. de fide inſtru. lib. 10. cum alijs per Rol. conſ. 60. num. 47. lib. 4.* & per conſequens meliorationes amittit, quæ regulariter non debentur niſi exiſtenti in bona fide, *§. certè iuncta Gloſ. inſtit. de rer. diuiſ.* & in terminis 3 ita tenet *Ioan. Igne. in repet. l. dudum n. 40. & 70. C. de contrahend. empt. per dictam leg. fin. § fin. & Bal. Nouell. in tract. de dot. par. 7. limit. 15. verſ. ſi autem fuit omnino ſciens.*

4 Contrarium habetur ex tex. expreſſo in *l. intra, §. fin. ff. de minor.* vbi detur exemplo, & *tex. in c. 1. extra de reſtit. in integr.* Ratio eſt, ne ſcilicet minor, vel alius cum aliena iactura locupletetur, *leg. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. et hæc verior.*

5 Non obſtat aſſerta mala fides ipſius emptoris, quoniam illud de rigore iuris procedit, ſecus de æquitate naturali. In ſpecie ita reſpondit *Sfor. Odd. conſ. 41. ſub nu. 91. verſ. neq; obſtat.*

6 Hæc tamen ſecunda opinio non ita ſimpliciter tenenda eſt, ſed plures recipit limitationes infraſcriptis proximè præmiſſis. Nempè.

Quod impenſarum, & meliorationum tria ſunt genera.

Nam aliquæ ſunt neceſſariæ, aliæ vtiles, & aliæ voluptuariæ.

7 Neceſſariæ impenſæ ſeu meliorationes licet factæ ſint à malæ fidei poſſeſſore, eas nihilominus is deducere poteſt quando cogitur rem reſtituere, ſicuti firmarunt *Bart. in l. fundo, num. 11. ff. de rei vendicat. Alexat. in l. impenſæ numer. tertio ff. de verbor. ſignificat. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 34. numer. 28. Io. Faber. Ioann. de Plat. & Aret. in §. certè inſtit. de rer. diuiſ. Boer. q. 44. numer. 44. Modern. Pariſien. in conſuet. Pariſien. par. prima Glo. 5. num. 16. Ant. Pincll. in leg. 2. par. 2. cap. 3. num. 1. in fine, C. de reſc. vend. Menoch. in Comment. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. numer. 514. & Io. Garz. in tract. de expen. & melior. cap. 2. numer. 1. qui contraria optimè diluit.*

8 De expenſis vero vtilibus vbi agitur, concluditur malæ fidei poſſeſſorem non deducere has impenſas, ex Bar. in *d. l. ſi fundo ſub numero vndecimo verſic. ſi vero facit, ff. de rei vendi. Alex. in leg. ſumptus, & in leg. Senatus, §. Marcellus, ff. de legat. primo & Io. Garz. in dict. tract. de expen. & meliorat. cap. 2. num. primo & 2.* ea ratione ij moti ſunt, quia 9 poſſeſſor eſſe dicitur has impenſas donaſſe, *leg. adeo, §. ex diuerſo iuncto §. cum in ſuo. ff. de acquir. rer. dom. & leg. fin. eod. tit.*

10 Ampliatur dicta concluſio, vt locum habeat etiam quoad harum impenſarum abraſionem, quam facere non valet malæ fidei poſſeſſor, ſecundum *Bartol. in dict. leg. in fundo, numero 11.* quod qualiter procedat, inferius dicetur.

11 Primò limitatur, quando is poſſeſſor malæ fidei, qui has impenſas & meliorationes vtiles fecit, talis erat, qui donare non potuerit quoniam eas deducere poterit, ſic *Bar. in d. l. in fundo. n. 11. quem ſecutus eſt Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 32. in fin.*

12 Secundo limitatur in iudicijs vniuerſalibus, vt in petitione hæreditatis, in quibus poſſeſſor malæ fidei deducit impenſas vtiles *Bar. in d. l. ſi fundo, n. 2. poſt gl. in §. certè inſt. de rer. diuiſ.*

13 Tertiò limitatur, quando hæ meliorationes, & impenſæ factæ ſunt in ampliandis ædificijs, vel ad aliquid in eis faciendum, quia tunc conceditur harum expenſarum & meliorationum abraſio. *Bar. in d. l. in fundo, nu. 11. ff. de rei vendic.*

14 Sublimitatur dicta tertia limitatio vt locum non habeat quando hæ meliorationes, & impenſæ vtiles abradi non poſſunt, abſque damno fundi, quia tolli non poſſunt, ita *Bartol. in dict. leg. in fundo, ſub numero 11. per text. in leg. domum, Cod. de rei vendi.* ibi, ſin autem vtiles licentia ei permittitur ſine læſione prioris ſtatus rei eos auferre.

15 Secundò ſublimitatur ſibi non tribuere, quando fundus in quo factæ ſunt vtiles impenſæ perijt, tunc enim hic malæ fidei poſſeſſor eas non deducit. *Bar. in d. l. in fundo, n. 11. Alex. in l. impenſa n. 6. ff. de ver. ſign. Menoc. de recup. poſſeſ. remed. 15. nu. 542.*

16 Tertium & vltimum genus dictarum impenſarum ſeu meliorationum eſt voluptuarium, quæ deduci non permittitur, ſicuti ſcribit Bartol. *in dict. leg. in fundo, ſub numer. 11. in fine, Ang. Aret. in d. §. certè. Inſtit. de rer. diuiſ. alios recenſet Menoch. de recuper. poſſeſſ. dict. remed. decimoquinto numer. 544.*

17 Ex magis tamen communi ſententia permittitur abraſio, vt per *Glo. in leg. ex duobus, & in leg. ſi pupilli in ver. locupletetur, ff. de negot. geſt. Garz. de expen. & meliorat. c. 5. numer. 9. Fran. Sarment. libr. primo Select. interpret. capit. 10. numer. ſeptimo.*

18 Contrarium ſentiunt *Bar. in d. l. in fundo, ſub n. 11. in fin. et Aret. in d. §. certè ſub n. 8.*

19 Sed ijs optimè ſatisfacit *Garz. dict. capitul. 5. numero 22. & præcipuè,* quia eorum opinionem funda in leg. duobus in fin. ff. de neg. geſt. qui loquitur de bonæ fidei poſſeſſore, nempè de fratre, qui ad voluptatem ædificauit. His ita poſitis.

Vbi teneamus ſecundam opinionem iudicio meo magis veram, ea limitanda eſt tribus modis.

20 Primò limitatur vt procedat, ſi expenſæ ſunt vtiles, vel neceſſariæ, & non ſi ſunt voluptuariæ tantum, ad *text. in leg. ſi ſine, §. interpoſito, ff. de minor. & declarat Gl. in dict. leg. intra, §. fin. ff. de minor. Natt. conſil. 16. numer. 10. lib. primo.*

21 Secundò limitatur vt locum non habeat, vbi iſtæ expenſæ (quamuis alias eſſent vtiles) nimis, tamen graues eſſent, & factæ à poſſeſſore non abſque dolo, vt cogeret minorem ac verum dominium illam rem magis delinquere de quibus impenſis latè dixi in meo *tract. de imputat.* 22 *& detract. q. 136. & admonet Alberic. in d. l. intra. §. fin. in fine, ff. de minor.* vbi dat cautelam, minori vt denunciet poſſeſſori incipienti meliorationes dictæ rei cum tanto apparatu, & expenſis, vt non faciat, aliquid niſi ex neceſſitate, quia intendit recuperare rem ſuam, & non vult illis impẽſis grauari, argum. l. ſi fundum, vbi etiam notat idem *Alberic. C. de rei vendi.*

23 Tertiò limitatur vt procedat, quando expenſæ, quæ prætenduntur, eſſe poſſunt vtiles non autem ſi damnum afferant, vt ſunt quæ facit aduerſarius in lite, nam reſtituto minore aduerſus illud iudicium, puta, quia velit mutare libellum, nõ ideo tenetur reficere expenſas aduerſario, ſic etiam ſi velit mutare exceptionem, vel defenſionem, vt late per *Nat. d. conſ. 16. ſub n. 10.*

24 Ampliatur dicta limitatio vt locum habet etiam in eccleſia, quæ fortè reſtitutionem petat aduerſus locationem vel emphyteuſim, quia debet reſtituere ac reficere meliorationes factas a conductore, vel emphyteuta. *Bero. conſilio 89. n. 36. & 37. lib. 1. & eſt tex. in c. 1. & ibi per Doct. de reſtit. in integr.*

25 Verum hic dubitari contingit, quod tempus ſpectandum ſit deducenda hac expenſa, & melioratione, quam prædicti tam bonæ quam malæ fidei poſſeſſores deducere poſſunt, an videlicet ſpectari debeat tempus illud factæ impenſæ, vt deducant illud met quod ab eis fuit impenſum vel pretium valoris, ac æſtimationis ipſius materiæ, quæ extat, & æſtimari poteſt tempore reſtitutionis ipſius rei, in qua eſt impenſum, Et quidem dicendum eſt ſpectari

debere

debere ſemper id quod minus eſt, ita vt ſi plus impenſum fuerit, & minus melioratum, attendatur quantum ſit melioratum, ſi vero plus melioratum, & minus impenſum, id quod eſt impenſum tantum veniat reſtituendum. Abb. in c. 1. de reſtit. in integr. Curt. iun. conſ. 144. nu. 7. libr. 2. Alciat. conſil. 186. n. 7. æſtimandæ ſunt habita ratione temporis, quo
26 reſtituuntur, ad tex. in l. domos, vbi Bar. & Iacob. de Aren. Bal. Ang. Caſtr. num. 4. 6. & 7. Raphael. Cuman. nu. 1. & conſ. 56. in fin. Imol. n. 2. Alex. nu. 1. verſ. ſed bene, & Iaſ. n. 4. ff. de leg. 1. l. ſumptus eod. tit. Ruyn. conſ. 14. nu. 3. verſ. & non tamē & conſ. 38. nu. 25. lib 1. & conſ. 165. nu. 6. lib 4. Boer. q. 44. n. 12. & 13. in fin. Moder. Pariſien. in comment. ad conſuet. Pariſien. tit. 1. Gl. 5. nu. 97. Crauett. conſ. 792. nu. 2. Rol. conſ. 28. nu. 14. lib. 1. Natt. conſ. 256. nu. 4. & conſ. 321. nu. 11. Ludou. Molin. lib. 1. de Hiſpan. Primog. c. 26. nu. 13. Vin. Franch. deciſ. 109. Bertaz. conſ. ciuil. 79. nu. 15. Theſaur. deciſ. 251. Peregr. in tract. de fideic. art. 50. p. 3. nu. 72. & 73. Burſat. conſ. 71. nu. 23. Rim. iun. conſ. 411. nu. 44 & 51. lib. 4. conſ. 800. num. 12. Odd. de reſtit. part. 1. quæſt. 47. art. 7. nu. 31. & ſeq. Pancirol. conſ. 89. nu. 14. Roſental. de feud. par. 2. c. 10. concluſ. 43. Maluaſ. conſ. 66. num. 19. conſ. 125. nu. 40. Rota diuerſ. deciſ. 186. p. 2. Garz. de expen. c. fin. n. 3. Gayll. lib. 2. obſeruat. 121. n. 12. Franch. deciſ. 109. num. 12. Faebyn. controuerſ. iur. lib. 7. controuerſ. 65. latè Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 258. num. 61. & ſeq. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 898. num. 2. quæ addit Neguſ. de pign. 4. memb. 5. p. prin. num. 18. & num. ſeq. differit quæ meliorationes ſint vtiles, & quæ neceſſariæ, de quo ego quoque dixi in d. tract. de imput. q. 136. num. 40. & infra Magon. deciſ. Lucen. 33. num. 4. Alex. Randen. var. reſol. cap. 20. numer. 4. Borgnin. deciſ. 44. num. 63. & 64. p. 2. deciſ 40. num. 10. par. 3. Gamma. deciſ. 137. deciſ. 308. num. 7. & deciſ. 318 ad finem Grat. in ſcholijs ad deciſ. 225. Coſta ſubſid. rem. 99. num. 6.

27 Intellige procedere in ædificijs Vrbanis, ſed in æſtimādis arbuſtis viribus & alijs arboribus in practica ſeruatur, quod ſi incrementum illæ receperint à ſolo earum æſtimatio fieri debeant detracto melioramento ſucceſſiuo ab ipſo ſolo, quia illud cedit domino, & ita æſtimatio fiet quantum expenſo in plantandis viribus, & arboribus, vt pro illa debeat quis ratam & portionem melioramentorum lucrari, non autem quantum tunc tales plantationes valent; nam hoc in caſu attendendum eſt id quod minus eſt expenſum, inſpecto tempore, quo factæ fuerunt Vrſill. poſt. Bart. Paul. de Caſtr. & alios adductos per Afflict. deciſ. 87. numer. tertia Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. Glo. prima numer. 8. Marzar. conſil. 11. numer. 9. Gabr. in tit. de acq. rer. domin. concluſ. 1. numer. 13. Borgnin. deciſ. 28. in addit. num. 2. & 4. p. 1. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap 517. part. prima num. 749. Barz. deciſ. 3. ſub numer. 16. in fine, Card. Tuſch. litera M, concluſ. 176. numer. 22. & ſi aliter opinetur. Coſta in dict. remed. ſubſid. 99. numer. ſexto ſecutus Ruyn. conſil. 14. num. tertio lib. 1.

28 Et licet bonæ fidei poſſeſſor cauſam non habens a domino, nec ius in re; vel quia nō habet titulum, vel ſi quem habet, nullus ſit impenſas cum fructibus ex illa perceptis recompenſare teneatur l. emptor, & l. ſumptus, ff. de rei vēd. Franch. d. deciſ. 109. Alba conſil. 528. num. 14. Rim. iun. conſ. 411. numer. 9. Valaſch. de iure emphyt. q. 25. num. 29. Gabr. tit. de acquir. rer. domin. concluſ. 1. numer. primo Capyc. deciſ. 93.
29 numer. 9. Rota diuerſ. deciſ. 217. & deciſ. 185. num. 5. part. 2. Peregr. de fideic. art. 15. num. 242. Rota deciſ. 650. nu. 6. part. 2. in recent. Cod. de fruct. lib. 2. tit. 4. c. 7. Garz. de expen. cap. 23. num. 39. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 600. Mareſcot. lib. 2. var. reſol. cap. 112. numer. 38. & 58. Randen. deciſ. Piſan. 31. num. 303. & 307. deciſ. 42. nu. 58. Car. Mant. de tacit. & ambig. conuent. libr. 5. tit. 7. numer. 24. & 25. Card. Tuſch. lit. M, concl. 180. num. 41. & alij ſtatim citandi. Et ſi aliter teneat Menoch. dict. remed. 15. nu. 610. & compenſat poſſeſſor ſi ad fructus fuerit condemnatus, Tuſch. dict. littera M. concluſion. 178. numero ſexto.

30 Quod intellige deductis fructibus melioramentorum, qui proprij eius ſunt. Afflict. dec. 87. Neguſ. de pignor. mēb. 4. part. 5. numer. 20. Pine. deciſ. 276. ad finem, libr. tertio Valaſch. de iure emphyt. quæſt. 25. numero 26. Gabr. conſil. 15. nu. 16. lib. 1. Peregr. de fideicom art. 50. num. 67. & 72. Ludo. Salua. conſil. 43. num. 2. Car. Mant. de tacit. & ambig. conuen. libr. 5. tit. 7. num. 25. Rota deciſ. 435. num. 15. par. 1. in recentior. Franc. Milanen. deciſ. 7. num. 82. p. 1. Gram. deciſ. 364. n. 1. Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. c. 77. numer. 30. reſolut. 112. numer. 52. Carot. de loca. part. 4. de exp. q 2. numer. 16. Franch. deciſ. 191. num. 11. & deciſ. 705. numer. 1. Surd. deciſ. 282. numero 30. & deciſ. 294. numero 11. Borgnin. deciſ 26. num. 8. par. 1. & deciſ. 32. numero 27. part. 2. Rota d. deciſ. 117. par. 2. Garzias de expen. & meliorat. cap. 23. numer. 54. Gilken. de expen. part. 2. cap. 5. numero 22. Ludouic. deciſ. Lucen. 7. numero 12. Molin. diſputat. 463. Magon. deciſ. Lucen. 34. numero 47. Couarr. var. reſol. cap. 8. numero quarto Ladercb. conſil. 151. numero ſexto. etiam poſt litem conteſtatam Mareſcott. dict. reſolut. 112. numero 52. Sacch dict conſilia
31 43. numero 2. Vel ſi ad fructus fuerit condemnatus. Fran-
32 ch. deciſ. 705. Vel ſit malæ fidei poſſeſſor. Surd. d. deciſ. 282. numero 30. qui manifeſtè ait, fructuum perceptorum ex meliorationibus, vel propter eas habendam non
33 eſſe rationem etiam in malæ fidei poſſeſſore, qui meliorationes fecit, ex text. in leg. cæterum, §. improbe, ff. de rei vendi. Roman. ſing. 337. in d. l. cæterum, Franch. deciſ. 191. numera 11.

Cætera ad materiam impenſarum & meliorationum ſuis locis fuerunt pertractata.

34 Ex dictis ſupra num. 23. & 24. infero ſumptus litis non reſarciri emptori per venditorem, quando ab euincēte cū actum fuit primo iudicio reſtitutionis in integrum aduerſus aditam hæreditatem, cum ij tantum debeantur, quando emptori rem non licet habere, leg. ſtipulatio iſta, ff. de verbor. obligat. Bart. Bald. Ang. & Imol. in leg. venditionis eodem titul. Et venditoris non intereſt defendere ne daretur reſtitutio in integrum, quæ alio tendere poteſt. Corn. conſ. 255. lib. 3. verſ. & inſuper in ſpecie Hier. Magon. deciſ. Florent. 93. n. 6.

ARGVMENTVM.

Sententia lata contra emptorem in cauſa euictione, an & quando poſſit executioni mandari in bonis venditoris neceſſarij defenſoris.
Et quid etiam è conuerſo.

SVMMARIVM.

1 Sententia lata contra emptorem conuentum in cauſa euictionis mandari poteſt executioni in bonis defenſoris neceſſarijs, & ſeq.

Limitatur vt procedat, quando emptor non habet vnde ſoluat, ſecus ſi eſt ſoluendo, n. 4.

Secundò limitatur non habere locum, cum agitur ad certam rem euictam exiſtentem penès emptore, & ſententiæ executio facienda eſt in eadem re, non autem in alijs, num. 9. & 7.

Declaratur vt infra n. 17.

Sublimitatur dicta limitatio, vt non procedit quoad fructus expenſas & intereſſe in quibus emptor fuit condemnatus,

pro

Digitized by Google

pro quibus axequi poteſt ſententia in bonis venditoris neceſſarij defenſoris, n.6.

Tertiò limitatur, ſententiam contra emptorem latam exequi poſſe contra venditorem, quando venditor ſuſcepit iudicium perindè ac ſi poſſideret, & cum promiſſione ſub pœna reſtituendi rem licet non poſſideat, numero 10.

8 Rebuff. ad Conſtit. Regn. tit. de dilat. artic. 5. Gloſ. prima declaratur.

9 *Emptor temere litigans condemnatur in expenſis, quas poſtea coram eodem ordinario repetere poteſt.*

11 *Venditor tamquam procurator in rem ſuam, & pro ſuo intereſſe animo nouandi iudicium & liberandi emptorem, comparere poteſt etiam actore inuito.*

Declaratur procedere, quando venditor ſuſciperet iudicium perindè ac ſi poſſideret, & cum promiſſione ſub pœna reſtituendi rem licet non poſſideat, numero duodecimo.

Subdeclaratur non habere locum, quando per emptorem patitur id fieri ſuo nomine, quia ſaltem in ſubſidium geſta per venditorem præiudicabunt emptori, ita quod in ſubſidium contra eum exequetur, n.13.

14 *Patiens aliquid fieri ſuo nomine cenſetur facientem præponere illi miniſterio, & mandatum dare, ſi non venit ad iudicium ad defendendum eum, quod poteſt, etiam inuitum.*

Licet non ſic videatur conſentire, ibidem.

Geſta tamen in ſubſidium præiudicabunt tibi, & ſententia mittetur executioni contra te, n.15.

Fallit, ſi ignoretur, n.16.

17 *Sententia lata contra condemnatum exequitur contra illum quando condemnatus vel obligatus in inſtrumento, conſtituit ſe creditoris nomine poſſidere, quo caſu etiam contra ſingularem ſucceſſorem exequi poteſt ſententia, vel etiam inſtrumentum, non excuſſo principaliter obligato.*

Creditor tamen debet prius probare illud ius executorium ſibi competere; ideoque prius ſucceſſor ſingularis eſt citandus, & docere debet quod ſit talis, contra quem competat executio, n.18.

19 *Sententia lata contra venditorem exequi poteſt contra illum, qui rem litigioſam emit.*

Extenditur etiam ad ſucceſſorem mediatum, n.20.

Et abſq; citatione, n.21.

Contrarium habetur n.22. & ſeq. & n.28.

Vbi, quod citatio omnino requiritur.

23 *Citatio partis requiritur in executione ſententiæ.*

Extenditur, ſiue fiat executio in perſonali, ſiue reali actione, & in re in qua lata fuit ſententia, n.24.

Fallit, quando executio fit in eadem re, pro qua fuit lata ſententia, n.25.

Declaratur procedere, quando executia fit pro eadem re, & contra eum qui in ſententia nominatur, ſecus ſi fiat in alia re, vel contra perſonam in ſententia non nominatam, quia tunc requiritur citatio, n.26.

Primò extenditur, etiam ſi quis iniuſtè poſſideret, quia vbi agitur de eiiciendo aliquem à ſua poſſeſſione, citatio requiritur, n.27.

Secundò extenditur locum habere, etiam ſi poſt latam ſententiam fuiſſet facta alienatio, n.29.

30 *Cognitio cauſæ requiritur ante executionem, an tertius poſſeſſor ſit intruſus, lite pendente.*

31 *Sententia lata contra debitorem poſt contractum pignus non nocet creditori, quominus ius pignoris retineat.*

Præſertim ſi fuerit ignorans, & non citatus, num.33. & ſequent.

Fallit, ſi lata ſit ſententia ante ius pignoris contractum, quia præiudicat, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, numero trigeſimoquarto.

32 *Diſtinctio Bart. Ang. & aliorum affertur in præcedenti concluſione.*

35 *Emens rem ab altero ex colligantibus ſuper actione perſonali, non patitur executionem ſententiæ latæ contra venditorem, ſed prius agendum eſt reuocatoria, ſeu reſciſſoria.*

36 *Sententia valet, quando citatus eſt is, de cuius intereſſe principaliter agitur.*

Quamuis tertio non præiudicet, n.37.

38 *Emptor rei litigioſæ citari debet poſt ſententiam latam contra principalem, quando agitur de executione facienda vigore illius ſententiæ.*

Primò extenditur multò magis locum habere in eo, qui emit rem nulla vitio litigioſi affectam, vt priuſquam feratur ſententia citandus ſit, n.39.

Secundo extenditur præmiſſa adeo vera eſſe, vt citandus ſit poſſeſſor, etiamſi in inſtrumento adſit pactum, quod bona debitoris propria auctoritate capi poſſint, numero quadrageſimo.

41 *Sententia contra emptorem lata, contra venditorem exequi poteſt.*

Intellige ita demum, ſi lite mota contra emptorem venditor ſuſcepit iudicium, ibid.

Non autem vbi directò agitur contra ipſum venditorem eodem loco.

42 *Sententia lata contra venditorem non præiudicat emptori ignoranti litem eſſe motam.*

Et lata contra debitorem non præiudicat creditori, licet ſcienti, & patienti, quando debitor non tradidit pignus creditori, ſed per ſolam hypothecam ſe obligauit, numero 43.

Vbi de ratione.

44 *Sententia lata contra venditorem hæreditatis ita demum nocet emptori, ſi contra vtrumq; cognitum fuit, ſiue proceſſum, alias ſecus.*

45 *Executio ſententiæ latæ in actione perſonali aduerſus tertium poſſeſſorem fieri non poteſt.*

Siue cœperit ante litem motam poſſidere, ſiue poſt, & quandocunq; ante executionem.

Siue etiam condemnatus dolo deſierit poſſidere, ſiue non ex communi, n.46.

47 *Sententia lata poſt alienationem factam iudicio pendente per debitorem in fraudem creditoris ſuper actione perſonali, exequi non poteſt contra tertium, in quem pendente iudicio res lite iam mota eſt translata.*

48 *Actione reuocatoria agendum eſt contra tertium, cui res pendente iudicio per debitorem in fraudem creditoris alienata eſt, probando fraudem debitoris qui alienauit.*

49 *Sententia contra venditorem lata tunc nocet emptori, & contra eum exequi poteſt, quando in proceſſu contra venditorem acto, emptor contra quem petitur executio, fuit citatus.*

50 *Emptor, qui ſcit de re empta litem agi cum venditore ſibi non præiudicat, neque ſententia in ipſa re vendita eſt exequenda.*

Quid ſi ſententia fuerit lata per ignorantiam vel iniuriam iudicis, n.51.

Quæſt. CLXXVII.

1 AN ſententia lata contra emptorem conuentum in cauſa euictionis mandari poſſit executioni in bonis defenſoris neceſſarij, vtilis eſt quæſtio; in qua Glo. quam ſequuntur *Bartol. Angel. Paul. de Caſtro in cæteri in l. venditor, ff. de iudic.* tenent pro *affirmatiua, per text. in l. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes,* ibi, ex ſubſtantia debitoris ſolue-
2 rint, ff. mand. vbi fideiuſſor conuentus poteſt ſoluere de bonis

bonis debitoris, & ibidem latè *Bartol. Bald. in authent.* qua in prouincia, *Cod. vbi de crimin. agi oport.* vbi dicitur
3 locum non habere in procuratore ad iudicia, de quo etiam per Angel. in leg. Plautius, ff. de procurator. vbi facit ſingulare dictum, paragrapho ſi ignorantes, *Suarez in lege ſecunda, for. tit. de los emplazementos, de comperendinat. libr. 2. §. ſed pone quæſtionem. numero 18. pag. 185. qui*
4 *numer. 26.* limitat ex *Bald. in authentic. ſi capetus per illum textum, colum. 3. verſicul. vnum vero nota.* id eſse verum, quando emptor, vel fideiuſſor non habet vnde ſoluat, & timet detrudi in carcerem, ſecus ſi eſt ſoluendo, vt ibi per eum, & dictam concluſionem ſequitur *Maranta in Specul. parte ſexta, paragrapho & poſt omnia aduertatur ad executionem, num. quadrageſimoprimo, & Guid. Pap. ſing. 435.*
5 Verum opinio hæc vera non videtur, cum agitur ad rem certam exiſtentem penes emptorem, & ſententiæ executio facienda eſt in eadem re, non autem in alijs, *ad l. qui reſtituere cum ſimil. de rei vendicat.*
6 Et quamuis *Angel. & Paul. de Caſtr.* reſpondeant, quod ſententia vltra reſtitutionem rei continebat etiam aliud, videlicet fructus ſumptus, & intereſſe, pro quibus fieri poterit executio in bonis venditoris, & neceſsarij defenſoris, dicto paragrapho ignorantes, atque ita *Gloſ.*
7 opinio reſtringenda eſſet procedere, reſpectu expēſarum, & intereſſe: illud tamen certum eſt, quod principaliter fieri debet in re euicta contra poſſidentem ratione præmiſſa, nempè, quia cum agatur actione reali ad rem certam, & determinatam, in illa facienda eſt executio dicta,
8 *leg. qui reſtituere, vt per Hier. Caguol. in dicta leg. venditor, ſub numero vigeſimoquinto in fin.* & ſecundum prædicta intelligendus eſt *Rebuff. ad Conſtitution. Reg. Gall. in titul. de dilation. articulo quinto Gloſ. primo in princip.* cum inquit, quod ſi nominatus non comparet, iudex ſententiam feret contra nominantem, & executioni mandabit contra nominatum, niſi quoad expenſas & intereſſe, quorum executio fit contra nominantem, quia intelligitur ſi nominatus venditor poſſidebat, vt per *Iacobin. in dicta leg. venditor, colum. 2. de iudic. notat Caballin. de euiction. paragrapho tertio ſub numer. 165.* Vbi addit
9 ideò emptore nominantem tamquam temere litigantem in expenſis condemnari, *l. properandum, §. ſin autem, Cod. de iudic.* quas poſtea coram eodem iudice repetere poterit.
10 Crederem ego aduerſus venditorem ſententiam latam contra emptorem exequi poſſe, quando venditor ſuſcepit iudicium, perindè ac ſi poſſideret, & cum promiſſione ſub pœna reſtituendi rem licet non poſſideat, ex ijs quę tradit *Natt. conſil. 630. num. 2.* qui ait, quod & ſi ſecundum *Bald. in l. prima, in fin. Cod. vbi in rē actio. & Paul. de Caſtro in l. ſolutionem, ff. de ſolutio.* venditor tamquam
11 procurator in rem ſuam & pro ſuo intereſſe animo nouandi iudicium, & liberandi emptorem comparere poteſt etiam actore inuito: id tamen procedit, quando
12 venditor ſuſciperet iudicium, perindè ac ſi poſſideret, & cum promiſſione ſub pœna reſtituendi rem, licet non poſſideat. Illud tamen notandum erit, quod vbi id pa-
13 titur per emptorem fieri ſuo nomine, ſaltem in ſubſidium geſta per venditorem præiudicabunt emptori, ita vt in ſubſidium aduerſus eum exequetur, *l. prima, §. Magiſtrum, de exercit. actione & leg. fin. ff.* quod eum eo, vbi pa-
14 tiens aliquid fieri ſuo nomine, cenſetur facientem præponere illi miniſterio, & mandatum dare, ſi non venit ad iudicium, defendendo eum, quod poteſt etiam inuitum dicta leg. ſolutionem, non ſic videtur conſentire, per
15 ea quæ notat *Gloſ. in l. Caius, ff. de pignor. actio. & ideo Paul. de Caſtro in leg. in cauſa, paragrapho primo, ſub numero ſecundo, ibi,* dicens Bald. vnum verbum notab. de damn. infecto. quod ſaltem in ſubſidium geſta præiu-

dicabunt tibi, quia ſi bona eius non ſufficiunt pro executione ſententiæ, quæ executioni mitti debet contra eum, vt *l. Pulus, ff. de procurator,* mittetur executioni contra te ad *tex. in auth. quia in prouincia, paragrapho primo, C. vbi*
16 *de crim. agi oport.* quod dicit perpetuo menti tenendum, ſecus ſi ignoraſſes.
17 Declara quod dixi, ſententiam fore exequendam contra condemnatum procedere, quando condemnatus, vel obligatus in inſtrumento conſtituiſſet ſe creditoris nomine poſſidere, eo enim in caſu etiam contra ſingularem ſucceſſorem exequi poſſet ſententia, vel inſtrumentum, etiam non excuſſo principaliter obligato, ſecundum *Angel. in leg. final. Cod. de acquirenda poſſeſſione per leg. ſi*
18 *debitor, C. de pignor.* debet tamen creditor prius probare illud ius executorium ſibi competere, & ideo oportet prius ſucceſſorem ſingularem citare, & etiam docere quod ſit talis, contra quem ſibi competat executio, ex notatis per *Innocent. in cap. quia extra de iudic. & Bald. in l. per diuerſas, C. mandat. tradit Socin. ſen. in tract. Fallen. reg. 138.*
19 Quod multo magis dicendum eſt procedere in empto re, qui lite pendente rem emit: nam ſententia lata contra venditorem exequi poterit contra illum qui rem litigioſam emit, *leg. final. & ibi Bartol. Cod. de litig. Bero. conſilio 18. numero 40. libro primo, Franch. Marc. deciſion. 538. numero quarto parte ſecunda, Menoch. conſilio 319. numero vndecimo, libro quarto Ruyn. conſilio 34. numero duodecimo libro quinto Mohadan. deciſion. 12* extendens etiam
20 ad ſucceſſionem mediatum *Aſin. in prax. iudic. §. 31. cap. 2. ampliat. 24. Neuzan. conſilio vigeſimo numero 13. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſion. remed. quinto numer. 133. & ſequentibus. Lancellott. de attentat. cap. 4. in præfat. numero 459. Ioſeph. Ludou. deciſion. Peruſin. 26. numero 9. parte prima,* & hoc etiam abſque aliqua citatione. *Cyn. in*
21 *leg. prima, Cod. de alien. iudic. cauſ. fact. quem refert Paul. de Caſtro, in leg. certa, Cod. vt in poſſeſſ. legat. Afflict. deciſ. 396. numero 9. Soc. iun. conſilio 92. numero 8. lib. 3. Tiraquell. de contract. lignag. §. 12. numer. 27. Cephal. conſil. 195. numero 14. & 15. libro ſecundo, & conſilio 41. numero 9. libro primo.*
22 Contrarium, quod videlicet ſententia contra venditorem lata exequi non poſſit contra eum qui rem acquiſiuit lite pendente abſque illius citatione ex regula in iure
23 approbata: nempè in executione ſententiæ citationem partis requiri, l. prima, ibi, cæteris ex ſententia conuenienti, *Cod. de iur. & fact. ignorant. leg. meminerint, Cod. vnde vi, & ibi Bartol. tenent Bartol. Alexandr. Iaſ. & cæteri in l. A Diuo Pio, §. in venditione, ff. de rei iudica. Abb. in capit. Paſtoralis, §. quia vero numero ſeptimo, de offic. delegat. Rip. in leg. qui pro Tribunali numero decimo ff. de re iudicat. Decian. conſilio 97. numero ſecundo cum adductis per Aſin.*
24 *in ſua praxi, paragrapho 31. capit. quarto in princip.* qui in prima, & ſecunda ampliatione extendit regulam procedere, ſiue fieret executio in perſonali, ſiue in reali actione, & in re, in qua fuit lata ſententia. Et quam-
25 uis quando fit executio pro eadem, re pro qua lata fuit ſententia, non requiratur partis citatio, ſecundum *Bart. & Alexand. in dicta paragrapho in venditione. Marant. in ſuo Spec. par. 6. act. vlt. numer. 17. Afflict. dec. 157. in fine. Octau. Veſtr. in ſua prax. libr. 8. tit. de execut. rei iudic. num. 3. vbi Grauat. in addit. in littera D, cæteros allegat.* Id procedit, quando executio fit pro eadem re, & contra eum
26 qui in ſententia nominatur, iuxta ſententiam in praxi obſeruatam, de qua poſt *Lancellott. Conrad. in ſuo Pretorio libro 1. cap. 9. §. 3. rubr. de execut. ſentent. numer. ſecundo Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 6. numero ſecundo, part. prima, Burſat. conſil. 269. numer. 17. lib. tertio.* At ſi fieret in aliare, vel contra perſonam in ſententia non nominatam, tunc requiritur citatio, vt per *Veſtr. in loco citato ſub nu. 4. verſic.*

verſic. quæ tamen intelligo, vbi *Granat.in litteru E,Felyn.*
in cap.quia G.ſub num.4. verſic.tu vero, de iud. Conrad.de
27 *momen.poſſeſſ.quaſt.24.priu.num.33.* Et hoc locum habet
etiam in caſu in quo quis iniuſtè poſſideret:nam etiam
quando ageretur de eijciendo aliquem a ſua poſſeſſione
quam iniuſtè detinet,poſſeſſor citari debet, *cap.licet epiſ-*
copus de prabend.in 6. Bart.in leg.fin. num.16. C.de edict.
Diui Adr.toll..Alex.conſil.quinto num.1.libr.2.Ruyn.conſil.
17 numer.3. libr.5. Marſil.ſing. 197. Anton. Gabr.in ſuis
commun.concluſ.in tit.de citat .concluſ.primo num.69. limi-
28 *tat.9.princ.* Et in ſpecie, quod ſententia in actione rea-
li lata exequi non poſſit contra eum qui lite pendente
poſſeſſionem acquiſiuit, niſi citetur, tradunt *Bald.in l.*
1.num.9.in fine, C.de alien.iud.mut.cauſ.fact. vbi Corne.
num.1. propè fin.verſic.in Gl. 1. Innoc.in dict.cap. quia G.
quæ ibi referont & ſequuntur *Aret.Bellamer.num.quinto*
& Felyn num.4.de iudic.Nati.conſ.350.num.4.lib.2.Hon-
ded.conſ.20.num. 42.52.53.& ſeq.lib.1. Borgnin.deciſ.16.
num.9. vbi dicit ita iudicaſſe. *Rot.Florent.Capyc.deciſ 128.*
28 *colum.fin.verſ.* & pro hoc facit, quia allegans *Innoc. &*
Aret. extendit hanc concluſionem ſibi tribuere etiam
ſi poſt latam ſententiam fuiſſet facta alienatio, & pro-
bauit *Rot.deciſ.3. vt lit.pendent.in nou. Veſtr.in prax.libr.*
primo tit.de execut.rei iudic.numer. quarto, aſſerens ante
30 executionem requiri cognitionem, an tertius poſſeſſor
ſit intruſus lite pendente, & quod propter perſonæ mu-
tationem erit quaſi noui iudicij inchoatio, ſequuntur
Lancellott.de attentat.part.2.cap.quarto in præfat.numero
462. Gabr. conſil.31. numer.10. & 20. libr.ſecundo facit
text.in leg.ſi ſuperatus,ff.de pignor. vbi dicitur, quod ſen-
tentia lata contra debitorem, poſt contractum pignus
31 non nocet creditori quominus ius pignoris retineat,
ſequitur Bartol. ibi diſtinguens inter eum, qui prius o-
bligauerat rem, quam vinceretur, & eum, qui obligauit
poſtquam fuit victus. Et concludit primo in caſu,ſentē-
32 tiam non nocere illis, ſi ignorauit cauſam agi; licet aliud
ſit,quando ſciuit,& hoc modo declarat *Gloſ.ibi,& Angel.*
dicens, eſſe notandum, ad idem eſt *text.in leg. ſi mater, §.*
fin. qui idem omninò diſtinguendo dicit,& eam diſtinctio-
nem probat *Gloſ.in leg.præces, Cod.de pignor.Imol.in leg.*
33 *ſæpè colum.9. in princip.verſic.ſi autem ſit lata, ff.de ſen-*
tent. & re iudicat. vbi ait, quod ſententia lata poſt ius
pignoris contractum, non nocet creditori ignoranti,
& non citato,allegat etiam Ioann. Andr. & dicit aliud eſ-
ſe, quando creditor ſciuiſſet cauſam agitari, idem
34 probauit *Alexand.in dicta leg. ſæpe numero 82. in fine,*
& numero 85. vbi dicit, quod ſententia lata ante ius
pignoris contractum præiudicat indiſtinctè, ſiuè ſciue-
rit, ſiue ignorauerit; ſed lata poſt ius iam contractum,
nocet ſolum ſcienti, ſequitur *Surd.conſilio.189. numero*
46. libro ſecundo poſt Socinus conſil. 82. numer. quarto li-
bro tertio.

35 Quin etiam videmus,quod licet pendente iudicio ſuper
actione perſonali emat quis ab altero ex litigantibus rē
vnam,iſque ſuccumbat, non ideo tamen ſententia contra
eum lata exequi poterit contra emptorem,ſed prius agē-
dum reuocatoria, ſeu reſciſſoria, ita *Bartol in leg.credi-*
tores, numer.23. in primo membr.C.de pignor. & in leg.
à Diuo Pio, §.ſi ſuper rebus, vbi Alexan.& alij, ff. de
re iudicat. Ancharan.conſil.292. Socinus conſil.13. nume-
ro primo libro quarto, vbi de communi. *Gozadin. con-*
ſilio 103.numero decimo Roder. in leg. poſt rem numero pri-
mo, & quarto, ff.de re iudicat. Rip.in leg.prima, §.ſi
hares, numer.20.& 21.ff.ad Trebellian.Crauett.conſil.255.
ſub num.quinto & ſeqq. Didac.pract.quaſt.cap.15.num.7.
verſ.imme ex hac Rolan. conſ.5.numero 8. & ſeqq.libro 2.
qui de communi teſtatur, *Oſaſc.dec. Pedem.85.num.4.qui*
num. ſequenti pariter dicit communem. Surd. deciſ. 306.
num.16.

Ex præmiſſis infero infraſcriptas concluſiones.

36 Primo, quod ſententia valet,quando citatus eſt is de
cuius intereſſe principaliter agitur, quamuis ipſa ſenten-
37 tia tertio citato non noceat. *Felyn.in cap.fin.numer.5.de*
maioritа.& obed.Dec.conſ.445.num.32.Curt.iun.conſil.23.
ſub num 8. verſiculo ſecundo præmittendum eſt. Socin.iun.
conſ.181 num.97.libro 2.Caphal.conſil.106.num.10.libr.1.
& conſil.279.numer.15.lib.2. Decian.conſil.54.numer.54.
verſic.& licet valuiſſet, libr.2.& conſil.43.num.42.libro 3.
Iaſ. qui de communi in leg. decem ſub numer. 42. verſicul.
ego contra.ff. de verbor.obligat.Celſ. Hugo conſil.20.numero
77.ſub numer.decimo verſic.& ſi vellemus, & numer.11.
Gabr.commun.concluſ.libr.2. tit.de citat.concluſ.1. numero
329.& 330. Franc.b.de Pep.inter conſil.Soc.conſil.382.nu.
4. libr. 2.

38 Secundò, quod emptor rei litigioſæ citari debet
poſt ſententiam latam contra principalem, quando agi-
tur de executione facienda vigore illius ſententiæ, iuxta
deciſ.Neapolit.128.in noniſſ. numer.duodecimo & ſequent.
quam refert ac ſequitur *Gabr.de citat.dict. conſilio primo*
num. 328.

39 Quod multo magis obſeruandum eſt in eo qui emit
rem nullo vitio litigoſi affectam, vt antequam feratur ſē-
tentia contra principalem,citari debeat, ea ratione,quia
facilius aliquid conceditur ab initio,quam poſtea quam
res eſt in eſſe deducta,ad *reg.l.patre furioſo,de his, qui ſunt*
ſui, vel alien. iur.

40 Hocque extenditur,vt citandus ſit poſſeſſor, etiamſi
in inſtrumento adſit pactum quod bona debitoris pro-
pria auctoritate capi poſſint. *Alex.conſ.95.lib.4. Gabr.d.*
concl.1.n.276.

41 Tertiò, quòd nedum ſententia lata contra empto-
rem mandati poteſt executioni contra venditorem, iux-
taque tamen dicta ſunt ſuperius, *numer.1.4.6.7. & ſeq.*
Verum etiam contra venditorem lata contra emptorem
exequi poteſt, quando lite mota contra emptorem ven-
ditor ſuſcepit iudicium, non cum directè agitur contra
ipſum venditorem, *Hiero.Gabr.conſ.66.ſub num.23.verſic.*
quod vero lib 1.

42 Quarto infero, quod ſententia lata contra vendito-
rem non præiudicat emptori ignoranti litem eſſe mo-
tam, *Caphal.conſil.239.num.83. Felyn.in cap.vlt.numer.*
5.de maior.& obed.Dec.conſ.445.num.23. Rol.conſ.92.nu.
14.lib. 4.

43 Quinto infero,quod ſententia lata contra debitorem
non præiudicat creditori,licet ſcienti,& patienti vt in ſpe-
cie habetur penes *Neguſ. in tract. de pignor.3. membr.ſub*
numer.39. verſic. ſecunda concluſio, & verſic.tertio limi-
tatur, part 6. quando debitor non tradidit pignus cre-
ditori, ſed per ſolam hypothecam obligauit quia tunc
defenſio non pertinet ad creditorem principaliter, ſed ad
debitorem.

44 Sextò infero,quod ſententia lata contra venditorem
hæreditatis ita demum nocet emptori,ſi contra vtrunque
fuit cognitum,ſeu proceſſum,alias ſecus, *l.2.§.ſoles quæri.*
de hæred.vel act. vend.

45 Septimò infertur,quod executio ſententiæ latæ in actio
ne perſonali contra tertium poſſeſſorem fieri non poteſt,
ſiue cæperit ante litem motam poſſideri,ſiue poſt,& quā-
docunq;ante executionem & ſiue condemnatus dolo de-
46 ſierit poſſidere,ſiue non,vt latè per *Rolan.conſ.5.n.8.et 9.*
lib.2. qui alios adducit.

47 Octauo infertur, quod ſententia lata in fauorem credi-
toris ſuper actione perſonali exequi non poteſt contra
tertium in quem pendente iudicio res translata eſt, lite
mota,ſed agendum eſt actione reuocatoria, probando
48 fraudem debitoris, qui alienauit, vt reſpondit *Crauet.*
conſ 235.nu.2.verſ. & hoc procedit poſt *Bar.Rom.Soc.&*
Alex.ab eo citatos.

49 Nonò

49 Nonò infertur, ſententiam videlicet latam contra venditorem nocere emptori, & contra eum exequi poſſe, quando in proceſſu cogitato contra venditorem emptor fuit citatus. *Thob. Non. poſt Bal. & Boer. ub eo adductos conſil. 78. num.* 12. Nec ſufficit intimatio, quando ſententia tertio non præiudicat. *Non. conſil. 77. ſub n. 10. verſ. quia reſpondetur.*

50 Extenditur procedere, etiam quod emptor ſciuerit cauſam agi cum venditore, quia ſententia mandari non poterit executioni contra illum, ſeu in re vendita vt per *Io. Neuiz. conſil. 20. num. 1. vbi refert, Abb.* aſſerere cum hac opinione Doct. communiter tranſire, & ante hos *Bar. in l. creditores ſub num. 23. verſic. primo caſu, C. de pign. quem probat Neuiz. vbi ſupra, ſub num. 25. verſ. non obſtat ergo.*

51 Quid ſi ſententia fuerit lata per ignorantiam, vel iniuriam iudicis, & fuerit facta denunciatio, videas per *Fran. Marc. q. 582.*

ARGVMENTVM.

Bona quando fuerunt ab officiali communis apprehenſa pro collectis, an emptor agere valeat contra venditorem tamquam re euicta, ac petere ſibi refici omne probabile intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Negligens promiſſa adimplere tenetur ad intereſſe.*
2 *Venditor obligans ſe pro euictione tenetur ſubire defenſionem.*
3 *Emptor ſi ſe non defendat, & permittat in eum contumacem pronunciari, venditor non tenetur, licet nec ipſe defenderit.*
Præponderat enim culpa emptoris, n. 4.
Et de ratione, n. 5.
6 *Venditor non tenetur de dilatione facta per impudentiam officialis.*
7 *Euictionis actio denegatur, quando ſecuta fuit ob abſentiam emptoris.*
Et præſertim ſi is moleſtiam non denunciauerit, numero octauo.
9 *Onus ſoluendarum collectarum, ſeu tributorum pertinet ad emptorem, qui percipit fructus.*
10 *Vendisor retinens in ſuo aſtimo rem venditam repetit ab emptore quod dictu de cauſa ſoluit, n. 12.*
11 *Collectæ ſunt onera, quæ imponuntur pro fructib.*
13 *Res vbi euincitur ex noua cauſa, non imputatur venditori, ſed emptori.*
Maximè vbi concurrit culpa ipſius emptoris, n. 14.

Quæſt. CLXXVIII.

EMptio, & venditio ſecuta fuit inter duos, & pro parte venditoris promiſſum extitit de euictione & legitima defenſione rei venditę.

Modo accidit, quod per exactores communis ratione collectarum, & onerum, quæ rebus ſolent imponi vigore ſtatuti de materia loquentis, fuerunt deprehenſa, & incorporata dicta bona, & alij vendita, vt quia collectæ ac impoſitiones plurium annorum ſibi debentur. Quo ſtante emptor agit aduerſus venditorem tamquam re euicta, & petit ſibi reſarciri omne ſuum probabile intereſſe.

1 Et quidem is prima facie videtur iuſta petere, cum venditor ſtatim lite mota ſeu controuerſia teneretur ſe opponere vigore dictæ promiſſionis, quod cum non fecerit, ſeu facere neglexerit, ex quo graue eſt fidem fallere, *l. primo de conſtitut. pecun.* meritò ſuccedit obligatio ad intereſſe, l. ſtipulationes non diuiduntur vet. *Celſus cum concordan. ff. de verbor. obligat.* Præſertim ſi occaſione allibrationis ipſius venditoris fuerint cauſata dicta onera.

2 Sed contrarium verius probatur, quia ſumus in contractu emptionis, & venditionis, in quo venditor de euictione tenetur, & ne in obligationem euictionis incidat, tenetur ſubire defenſionem, *leg. 1. C. de pericul. & commod. rei vend.* & ibi per ſcribentes, & *leg. ſi parentes, Cod. de euict. l. qui abſentem de procurator. & leg. venditor. ff. de euiction.* Nam in dubio promiſſio de defendendo intelligitur de defenſione ad quam ſolent teneri quatenus verba contractus patiuntur.

In præſenti autem emptor moleſtatus ab exactoribus communis debebat comparere, & aſſumere defenſionem, quod nequaquam fecit, & ideo ſibi, non venditori hoc imputare debet. Nam etſi venditor requiſitus teneatur
3 defendere emptorem, nihilominus etiam emptor tenetur
ſe defendere, adeo quod ſi ſe non defendat, & in eum contumacem pronuncietur, ipſe venditor non tenetur, licet
nec ipſe defendiſſet, *d. l. 1. in fin. C. de peric. & commod. rei*
vend. l. ſi ideo, ff. de euict. & l. emptor fundi. C. eod. Vnde
4 quamuis vterque fuerit in culpa, in hoc tamen præponderat culpa emptoris, vt per *Bal. in d. l. 1.* etiam ſi culpa
eſſet æqualis, quia non ideo in venditorem flecti debet,
arg. leg. viro, ff. ſolut. matr. & l. in arena, C. de inof. teſta.
& in reg. in pari. de reg. iur. in 6. Ratio affertur, quoniam
5 venditor tenetur de euictione quæ cauſatur ex defectu
iuris ipſius venditoris, & facto eiuſdem, non de illa
quæ prouenit ex alia cauſa, veluti ſi facto & culpa emptoris, qui non comparuit, nec quidquam oppoſuit pro ſua
defenſione, & ideo ſibi imputandum eſt, *arg. d. l. ſi ideo,*
cum concordantibus ſuperius adductis præſertim ſi bona
apprehenſa fuerint pro ſolidato datio, ſeu collectis bonorum venditoris, qui habebat plura alia bona, &
tanquam illius, & pro toto allibramento, cum debuerint
incorporari tamquam bona emptoris, & pro rata datij,
ſeu oneris ad ipſa bona ſpectantis, non pro ſolido datio, & in contumaciam ipſius emptoris non ſe defen-
6 dentis, prout ſe tueri poterat, & pariter etiam ſi incorporatio, ſeu ablatio dictorum bonorum facta cenſeretur per imprudentiam ſeu ignorantiam officialium, quo
caſu de euictione non tenetur venditor, *leg. ſi per impru-*
7 *dentiam, & leg. emptor fundi de euict. & dixi in quæſt....*
Item quoniam ob abſentiam emptoris non defendentis,
quo caſu de negatur actio de euictione eadem ratione,
d. leg. ſi ideo & d. l. emptor, & l. primo. C. de commod. & peric.
rei vendi. Quæ magis procederent, ſi emptor moleſtiam
8 ſibi illatam non denunciauerit venditori, & eundem requiſiuerit, quod illum defenderet, vt tradunt communiter ſcribentes in *d. l. primo de commod. & peric. rei vendi.*
eſt text. in l. ſi parentes, C. de euict. & in leg. venditor de
iudi. & latè dixi in quæſt.... Ideò ceſſat de euictione actio.
Et quatenus iſta onera & collectę fuerint decurſæ, & indictæ tempore quo fuerunt bona vt ſupra tenta penès emptorem, iſtud onus aſcribendum eſt ipſi emptori, non autem venditori, quia omne commodum & incommodum rei venditæ poſt venditionem contingens pertinet ad emptorem, *l. 1. & per totum, ff. & C. de peric. & commod. rei vendi. leg. Lucius in fin. vbi Gl. in ver. pertinere. de euict. Bart. in d. l. ſi per imprudentiam ad fin. ff. eodem titul.*

Dec.in l.diem functo,num.23.ff.de offic.aſſeſſor. Natt.conſil. 181.*num.*1.*&* 2. Et in ſpecie, quod onera ſoluendarum collectarum ſeu tributorum pertineant ad emptorem qui

9 percipit fructus, tradunt *Bart.in leg.his verbis*, §.*eidem teſtator*, *ff.de leg.*3.*& l.quaro*, *ff.de vſufruct.legat.* eſt enim onus poſſeſſoris, *l.fin.cap.ſi propter public.& auth.ibi poſitam*, *leg. Imperatores*, *ff. de publica. Natt.conſil.*312. *Surd.de alimen.tit.*8.*priuil.*91. *numer.ſexto vſque ad numer.*

10 13.*Grat.diſcept.lib.*2. *cap.*294. *numer.*20. Et ſi venditor ſoluat, vt quia retineat in ſuo æſtimo, ab emptore repetere poteſt inquit *Bal.in l.*2.*C.pro Soc.in l.ea conditione, Cod,*

11 *de reſcin.vendi.Paul.de Caſtr.in d.leg.Imperatores*. Nam ſunt onera quæ imponuntur pro fructibus, vt ſcripſit.

12 *Paul.de Caſtr.in leg.apud Iulianum*, §. *hares*, *ff.de leg.*1. Et idcirco licet res allibrata ſit in æſtimo venditoris, tamen emptor qui poſſides ſoluere debet collectam pro ipſa re *l.ſi.Cod.ſine cen.vel reli.& ibid.per Bal. & Angel. & Bal.in l.*3. *Cod.quod cuiuſq.vniuer. nomi.* Quibus ſtantibus concludendum eſt, quod cum bona prædicta allibrentur, & allibrata cenſeatur pro onere ſpectante ad ipſum emptorem, non eſt quid imputetur venditori, cum res euincitur ex noua cauſa, *argum.l.ſi continuus*, §.*illud.cum ſimil. ſuperius adductis,l.Lucius de euict.faciunt Natt.d.conſ.*181. *num.*4.*Rota apud.Pute. deciſ.*381. *num.*2 *lib.*3. Maximè vbi, vt hic, concurrit culpa ipſius emptoris, *argum. leg. ſi merces*, §.*culpa*,*ff.loca*. *& dicta l.emptor fundi. & in ſpecie reſpondit Corn.conſ.*325.*lib.*1.

ARGVMENTVM.

De euictione obligatus, an & quando tenetur ad damna & expenſas, & intereſſe.

Quid in fructibus, & melioramentis, ac augumento valoris, predij euicti, & quod tempus ſpectatur.

SVMMARIVM.

1 *De euictione obligatus tenetur ad damna, expenſas, & intereſſe.*

2 *Damnum & intereſſe paſſum in euictione taxatur ad idem quod precepiſſet emptor ex re euicta ſi euicta non fuiſſet.*

Et venit etiam intereſſe non naturale, ſed accidentale, numer. 3.

4 *Venditor re euicta tenetur ad gabellas & laudimia non ſoluta per ipſum venditorem rei euicta.*

*Preſertim quando ex ſtipulatione appoſita ſpecialiter fuiſſent promiſſa,n.*5.

*Primò ampliatur procedere quoque, quando venditor ſe obligauit ad damna & intereſſe, quia tunc etiam ſi ex natura actionis non deberentur, & eſſent etiam ignorans nihilominus teneretur,n.*6.

*Et in hac materia ſpecialis prouiſio attenditur, num.*7.

*Maximè quando contractus ſuis iuratus,n.*8.

*Secundò ampliatur vt locum habeat, ſiue euictio ſequatur ex iure communi, ſiue ex iure ſpeciali,num.*9.

Tertiò ampliatur, vt ſibi vendicet etiam quando emptor eſt litem paſſus, vel euictionem in ſorte, quia tunc eamdem habet authoritatem pro expenſis, damnis & intereſſe, numero 10.

*Quartò ampliatur, vt nedum pretium rei, damna, & expenſa debeantur, ſed etiam omne aliud intereſſe expenſarum, & acceſſionis fructuum etiam quanti plurimi euictionis tempore res valuerit, quam fuerit empta, num.*11.

*Quinto ampliatur, vt expenſa litis debeantur tanquam damna, & intereſſe, n.*12.

Sextò ampliatur, vt dicta in principali venditore, locum habeant in eius fideiuſſore, n, 13.

Poterit tamen fideiuſſor, vbi cogeretur expenſas ſoluere emptori, illas repetere a venditore, ibid.

*Septimò ampliatur, vt obligatus de euictione quandoq; teneatur etiam vltra damna, etiam ante ſecutam euictionem propter iuramentum, & dolum, n.*14.

Octauò ampliatur, vt talis emptor conſequi quoque valeat melioramenta, n 15.

*Declaratur pramiſſa procedere, quando emptor denunciauit venditori litem moram, & ſeruauit alia de iure ſeruanda, num.*16.

*Primò fallit, quando emptor indebitè litigaſſet, quo caſu neq; principalis tenetur fideiuſſor ad damna paſſa ex propria culpa,n.*17.

*Secundò fallit, quando fuit certa pæna conuentionalis ſtipulata in caſu euictionis, n.*18.

Tertiò fallit in emptore hareditatis, qui de ſuo debet expendere, ibidem.

12 *Litem agens dicitur pati damnum, & intereſſe.*

19 *Venditor in caſu euictionis tenetur pretium reſtituere ſecundum valorem rei tempore venditionis facta, ſed contra quod imo rei valor & æſtimatio attendatur tempore euictionis, n.*20.

*Et hac verior dicitur,n.*23.

Ampliatur vt procedat etiam vbi agitur aduerſus fiſcum in quem bona deuenerunt, quia tenetur & ille ad conſeruationem indemnitatis, prout venditor cui ſucceſſit, & propterea tenetur ad pretium ad rationem quanti plurimi, ad fructus, melioramenta, & impenſas,n. 27.

Pro concordia adducitur diſtinctio inter pradictas opinionet, num. 24.

*Qua ampliatur,n,*25.

22 *Damnu & intereſſe appellatione venit etiam lucrum acquiſitum maioris valoris.*

26 *Dictio, in, denotat intrinſicitatem cauſa, non temporis quādu de tempore nihil dictum fuit.*

28 *Emptor ſiue agat de euictione, ſiue exempto ſemper venit intereſſe ſub quo comprehenditur fructuum amiſſio, et aliorum damnorum refectio, quę emptor euictionis occaſione quouis modo, paſſus eſt.*

29 *Ementes ab Eccleſia Rectoribus cauti, eſſe debent, quod pretium conuertatur in vtilitatem Eccleſię, alias contra malè alienantem habebit regreſſum ad pretium, non autem contra Eccleſiam, niſi in ſubſidium & pro eo, quod facta ſit locupletior.*

30 *In euictione habetur ratio eius, quod emptor habiturus fuiſſet, ſi res non fuiſset euicta.*

Et venit augmentum valoris pradij euicti, vbi ille ſit auctus à die venditionis vſque ad tempus euictionis ſecuta, quod tempus ſpectatur reſpectu dicti valoris, numero 31.

32 *Emptor quatenus occaſione rei euicta coactus fuit pro fructibus perceptis lite pendente euincenti dare inſolutum proprium fundum in obligatione de euictione venit nedum pretium dicti fundi, ſed etiam fructus, qui ex eo percipi potuiſſent, ſi inſolutum datus non extitiſſet.*

33 *Emptor in caſu quo fuit abſolutus in cauſa euictionis, an petere poſſit ſumptus, ac damna remiſſiuè.*

*Et an petere poſſit expenſas factas in compromiſſo, vel pro concordia,n.*34.

35 *Vendens rem quę vendi non poteſt, tenetur ad intereſse.*

Et ad augmentum pretij prater luctum vel tempus, numero 36.

37 *Ven-*

37 *Venditor quando tenetur emptori ad totum intereſſe commune, remiſſiuè.*

Quæſt. CLXXIX.

1 OBligatus de euictione vltra reſtitutionem pretij recepti re euicta tenetur ad damna, & expenſas, & intereſſe *leg. venditor, vbi Bart. & Bald. & leg. euicta, ff. de euict. leg. non dubitatur, & leg. ſequen. C. de euict. leg. tenetur, §. ſi tibi, & §. finali, ff. de action. emption. Gloſ. & Doctor. in leg. primo ff. de euict. & in leg. ſi controuerſia, & in leg. cum ſucceſſores, Cod. eod. eſt text. in leg. Titius, §. final. ff. de action. empt. Iaſ. in leg. cum venditores in fine, ff. de verborum obligat. Salycet. in leg. primo quaſt. 4.* vbi etiam cæteri, *C. de pericul. & commod. rei vendi. Roma. conſilio 169. in princip. Iaſ. in leg. Iulianus, §. qui fundum, numero 14. ff. de verbor. obligat. Couarr. variar. reſolut. capitul. 17. libr. tertio Rota coram Coccino deciſion. 27. numero primo.*

2 Et taxatur damnum & intereſſe ad idem quod percepiſſet paſſus euictionem ex ipſa re euicta, ſi euicta non
3 fuiſſet, *l. venditor hominis, ff. de euict.* vbi quod venit etiam intereſſe non naturale, ſed accidentale, & ibi *Bart. Bal. Angel. & Cuman. in l. cum ſucceſſores. C. eod. Aym. conſil. 919. numer. 8.*

4 Tenetur quoque emptori ad gabellas, & ad laudimia ſoluta pro venditore rei euictæ. *Aym. conſil. 389. nu-*
5 *mer. 6. & 7. verſ. eodem ſpectat.* & præſertim quando ex ſtipulatione appoſita ſpecialiter fuerunt promiſſa, quia tunc debentur propter clauſulam de reficiendo damna, & expenſas, & intereſſ, ad notata in *l. venditoris, ff. de verbor. oblig.*

6 Primò ampliatur procedere etiam quando venditor ſe obligauit ad damna, & intereſſe, quia tunc etiam ſi ex natura actionis non deberentur, & ignorans eſſe, nihilominus tenetur *Rota coram Cardin. Seraph. deciſ. 787. numer. 1. & quarto.* vbi dicitur quod in hac materia ſpecialis
7 prouiſio attenditur, *l. ſi fundum, C. de euict.* maximè ſi con-
8 tractus fuerit iuratus, & hic eſt caſus, quem excipit *Ang. in l. cum lex ſub numer. 1. de fideic. Gabr. de clauſul. concluſ. 10. numero quarto.*

9 Secundò ampliatur, vt locum habeat, ſiue euictio ſequatur ex iure communi, ſiue ex iure ſpeciali, *l. minor. in prin. ff. de euict. l. ſi cum venditor, §. 1. ff. eod.* & ſic per reſtitutionem in integrum, aut aliter. *Bar. & Bal. in l. minor. ff. de euiction.*

10 Tertiò ampliatur, vt ſibi vendicet etiam quando emptor litem eſt paſſus, vel euictionem in ſorte quoniam tunc eamdem habet auctoritatem pro expenſis litis, damnis, & intereſſe, quam habet in pretio, quia tamquam acceſſoria ſequatur naturam ſui principalis, ita *Neguſan. de pign. 2. membr. 5 par. prin. n. 10. eſt tex. in l. Lucius, ff. qui pot. in pign. habean.*

11 Quartò ampliatur, vt nedum pretium rei, damna, & expenſæ debeantur, ſed etiam omne aliud intereſſe expēſarum, ſeu acceſſionis fructuum, etiam quanti plurimi euictionis tempore res voluerit quam fuerit empta, ſic *Caſtr. in l. Titius, n. 3 & 4. ff. de euict. Benedict. Capra. conſ. 90. n. 14.* Quodq; fructus rei euictæ debeantur, eſt *tex. in d. l. controuerſia, §. 1. & in l. cum ſucceſſores in fin. C. de euict. Bar. in l. ſuper emptione C. eod.*

12 Quintò ampliatur, vt debeantur litis expenſæ tamquā damna, & intereſſe, ex quo quidquid intereſt emptoris, debetur, *l. ſi plus, §. mota, ff. de euict. Bar. in l. pater numer. 1. & 3. ff. de dot. prælega. Rom. 1. conſil. 187. num. 2. & 3. Pariſ. conſ. 16. num. 124. lib. 2. Cuman. conſ. 29. nu. 20.* Rota coram R.P.D. Coccino *deciſ. 275. num. 4.* Nam litem agens dicitur pati damnum, & intereſſe, *l. minoribus 25. ann. ff. de minor. Dec. in c. cum M. ſub n. 3. verſ. præterea de conſtitut. in capit. nomine Domini, numero 15. de teſti. & in cap. vt debitus num. 3. de appell. Cagnol. in repet. l. edita num. 280. C. de eden.*

13 Sextò ampliatur, vt dicta in principali venditore, quod nempè is teneatur ad pretium, damna, & intereſſe, procedant etiam in illius fideiuſſore, *l. 3. vbi Doct. C. de fideiuſſ. & l. ſi cum concordant. ff. ſi cert. petat. Poterit tamen fideiuſſor, vbi cogeretur expenſas ſoluere emptori, illas repetere à venditore l. etiam, C. manda. l. ſi mandato meo, §. ſi fideiuſſor, ff. eod.*

14 Septimò ampliatur, vt obligatus de euictione quandoque teneatur etiam vltra damna etiam ante ſecutam euictionem propter iuramentum, vel dolum. *Bero. conſ. 158. in præſenti cauſa libr. 1.*

15 Octauo ampliatur prædicta adeò vera eſſe, vt talis emptor conſequi valeat etiam melioramenta. *Rom. d. conſilio 169. in prin.* & dixi latè ſupra quæſt.

16 Declarantur præmiſſa procedere, quando emptor denunciauit venditori litem moram, & ſeruauit alia de iure ſeruanda, *leg. 1. C. vbi in rem act. leg. vbi ſcribentes Cod. de peric. & commod. rei vend. & dict. leg. ſi controuerſio. Bart. in leg. damnoſa, §. quid ergo in fin. ff. de adul. & in l. non ſolum, §. morte numero 51. ff. de nou. oper. nunc. Alex. conſilio 63. numero 10. libr. ſexto, et conſil. 127. numer. quarto libr. 7. Ruyn. conſilio 136. numer. 8. libr. quinta Dec. conſilio 74. ſub num. 2.*

17 Primo fallit, quando emptor indebito litigaſset, quo in caſu, neq; principalis tenetur fideiuſsori ad damna paſsa ex propria culpa. *Bart. in l. exceptione, ff. de fideiuſſ. Pariſ. conſ. 104. libr. 3.*

18 Secundò fallit, quando fuit certa pœna conuentionalis ſtipulata in caſu euictionis. *Bald. conſ. 343. punctus quæſtionis lib. 4.*

Tertiò fallit in emptore hæreditatis qui de ſuo debet expendere, *leg. 1. C. de euict. quam ſic intellexit Bar. in leg. venditores. ff. de ver. oblig. et Iaſ. in l. à Diuo Pio, §. ſi poſt n. 2. ff. de re iud.*

19 Verum pretium venditor tenetur reſtituere ſecundum valorem rei tempore venditionis factę, *l. ex mille iugeribus §. ſi totus, ff. de euict. et ibi Gl. in verb. euictionis, vbi etiam Ang. in primo not. Bar. in l. 1. quem ibidem ſequuntur Bald. et Salyc. in l. bonitatis, ff. eodem,* vbi teſtatur de veritate huius opinionis, & *in l. Titius, ff. de act. empt.* vbi ait habuiſse de facto. *Aug. in d. l. euicta, et in l. bonitatis. Domin. Gemin. conſilio 151. in fine. Roffred. de libell. parte quarta in cap. de euictione ex ſtipulatu num. 7. verſ. reſpondeo hoc operator, et num. 8.*

20 At contra, quod imò rei valor, & æſtimatio attendatur tempore euictionis, eſt *text. in d. l. euicta, ff. de euict. Bart. in l. Titius num. 4. ff. de act. empt. Alex. conſ. 67. num. 3. libr.*
21 *2.* & quod ad rationem quāti plurimi, & ita tempore euictionis ſi plus valebat. *Caſtr. in d. l. Titius num. 3 et 4. Benedict. Capra d. conſ. 90. n. 14.* quodque maior debeatur æſtimatio, ſi maior eſt euictionis tempore; ex eo probatur,
22 quod appellatione damni, ac intereſse venit etiam lucrū acquiſitum maioris valoris. *Imol. in l. cum Proculus, §. in fideiuſſorem n. 2. ff. qui ſatiſdare cogan. Bald. conſ. 182. locata*
23 *lib. 1. Iaſ. in l. cum quis n. 3. C. de iur. fact. ignor.* & hæc verior iuxta que etiam dixi in quæſt...

24 Sunt tamen, qui concordando dictas opiniones, aſserant, quod prima relata ſententia procedat, quando euictio eſt promiſsa in cauſa proprietatis, & poſſeſſionis, & actum fuit tam ex empto, quam ex ſtipulatu, & omni meliori modo. *Bart. in leg. ratio, ff. de act. emp. Soc. ſen. conſil. 199. ſub numer. octauo verſic. confirmatur hoc idem lib. 2. Bald. & Salyc. in leg. primo Cod. de peric. et commod. rei vend. Corn. conſil. 149. numer. quarto octauo, et 9. lib. quarto.*

Secunda vero opinio obtineat , quando ſimpliciter
promiſſum fuit de euictione , & actum eſt ſimpliciter
ex empto. ſecundum *Bart. & Doct. in d. l. 1. ff. de euictio.*
dum opponunt de *dict. leg. euicta. Alex. conſil. 67. ſub num.*
5. libr. 2.

35 Ampliatur dicta concordia vt procedat , etiamſi di-
36 ctum ſit , & promiſſum de euictione in caſu euictionis
quia licet de natura dictionis, in, adiectæ ablatiuo ſit den-
notare intrinſicitatem . *Bart. in leg. Gallus , §. ille ca-*
ſus colum. vlt. verſic. ſecundo caſu , ff. de lib & poſthum.
Old. ad. conſil. 49. numer. 9. Imol. in Clemen. cauſam 34. de
elect. Alex. conſil. 22. numer. 8. libr. quarto & conſilio 116.
ſub numero primo verſic. ſecundus vero libr. primo per l. 1. §.
in flumine, ff. de fluminibus attamen denotat intrinſicitatẽ
cauſæ , non temporis quando de tempore nihil dictum
fuit ex præmiſſis .

27 Quod autem diximus valorem ſeu æſtimationem rei
attendi euictionis tempore , procedere quoque poteſt ,
vbi agatur aduerſus fiſcum , in quem bona deuenerunt
quia tenetur & ille ad cõſeruationem indemnitatis, prout
venditor cui ſucceſſit & ea propter tenetur ad pretium
ad rationem quanti plurimi, ad fructus melioramenta, &
impenſas, & ſi quid deeſſet quominus a fiſco conſequi nõ
poſſet, conſequetur aduerſus fideiuſſorem vel fideiuſſores
l. ſi plus, §. mora , ff. de euict. Bar. in l. pater numer. 1. & 3. de
dot. præleg Ruya. conſil. 187. numer. 2. & 3. libr. primo non
enim fiſcus tenetur vltra vires hæreditarias, vel quaſi hæ-
reditarias, ſed pro ſumma bonorum. *Aachar. conſil. 294.*
317. & 322. viſo puncto , & faciunt, quæ dicta ſunt infe-
rius num. 31.

28 In materia igitur obſeruandum eſt, quod ſiue agatur de
euictione , ſiue etiam ex empto ſemper venit intereſſe ,
ſub quo comprehenditur fructuum amiſſio , & aliorum
damnorum refectio , quæ emptor euictionis occaſione
quouis modo paſſus eſt , *leg. euicta re , ff. de euictio ,*
leg. primo vbi ſcribentes , leg. empti actio. Cod. eod. Innoc.
in capit. ſi quis presbyterorum de reb. Eccleſ. non alienan.
in ver. peto , vt mihi pretium cum intereſſe rei reſtituas,
vbi *Hoſtien. ſub numer. octauo verſic. ſed non ne ſi , qui e-*
mit. Rota coram Card. Platto in Placentina euictionis 5.
Aprilis 1589. quæ loquitur in ſpecie contractus emphy-
teuſis Eccleſiæ, qui reſciſſus fuerat , ſeu annullatus ex eo
quod falsò in precibus pro confirmatione Papæ porrectis
ab alienante fuerat narratum , ſe aliter facultatem non
habuiſſe debitis, & alijs ſeu Eccleſiæ neceſſitatibus ſatisfa-
ciendi, & ibidem fuit deciſum , quod nedum Abbas ipſe
qui alienauerat , ad prædicta tenebatur , ſed etiam eo
mortuo illius hæredes , quatenus ex illius hæreditate
facti eſſent locupletiores , quia ementes quoque ab Ec-
cleſiarum Rectoribus cauti eſſe debent , quod pretium
29 conuertatur in vtilitatem Eccleſiæ , alias contra male
alienantem habebit regreſſum ad pretium , non autem
contra Eccleſiam, niſi in ſubſidium , & pro eo quod facta
locupletior. *Gl. fin. in cap. ſi quis de rebus Eccleſ. non alien.*
latè Redoan. in ſimili ſuo tract. q. 22 num. 19. & q. 4. ver. po-
teſt dubitari numer. 12. & in rubric. de cauſ. vtili. num. 51. &
dixi in quæſt.

30 Quare iterum Rota in Senogallien. prædij 27. Ianuarij
1597. coram Card. *Seraph. deciſ. 1114. n. 2.* dixit , quod
in euictione habetur ratio eius quod emptor habiturus
fuiſſet , ſi res non fuiſſet euicta , & in vna Burgi San-
cti Sepulchi bonorum coram Cardin. Blanchetto 12.
31 Maij 1596. fuit dictum venire augmentum valoris præ-
dij euicti vbi ille ſit auctus a die venditionis vſque ad tem-
pus euictionis ſecutæ , quod tempus ſpectatur reſpectu
dicti valoris , vt & tenuit eadem Rota in Placentina
euictionis 10. Iunij 1591. coram eodem D. Cardin. Blan-
chetto.

32 Et quatenus occaſione rei euictæ , emptor coactus
fuit pro fructibus perceptis lite pendente euincenti dare
inſolutum proprium fundum in obligatione de euictione
venit nedum pretium dicti fundi, ſed etiam fructus qui ex
eo percipi potuiſſent ſi in ſolutum datus nõ fuiſſet, prout
deciſum extitit in dicta *Burgi Sancti Sepulchri coram Car.*
Lancellotto 9. Ianuarij 1598.

33 An autem emptor in caſu quo fuit abſolutus in cauſa
euictionis poſſit petere ſumptus , ac damna dicemus ſuo
loco, & interim videas *Io. de Aneu. conſ. 38. nu. 5. & prim.*
conſ. 31. n. 4.

34 Item addas ijs quæ ſuperius dixi *ſub numer. primo & 18.*
quod ſi expenſæ fiant ab emptore in compromiſſo, vel in
tractanda concordia , ab illas non tenebitur venditor ,
arg. leg. ſi dictum , §. in compromiſſo , ff. de euict. Bal. in leg.
ſancimus , & in Auth. poſt iuſiurandum , C. de iudi. vbi
quod venditor ſolum tenetur ad expenſas ſiue debeantur
officio Iudicis, ſiue iure actionis. *Caſtren. in Auth. ſed iuſiu-*
randum, vbi latè Iaſ. C. de iudic. Alex. conſ. 37. ſub num. 29.
& 32. lib. 3.

35 Ac præterea quod vendens rem quæ vendi non poteſt
tenetur ad intereſſe. *Ang. conſ. 12. nu. 5. Alex. conſil. 63. nu.*
36 *11. lib. 6.* ſub quo venit augmentum pretij propter lucrũ,
vel tempus. *Specul. de fructibus intereſſe, §. intereſſe colum.*
1. ver. commune in princ. Marta vol. 61. numer. 14. videas
37 *Matheſil in l. vnica nu. 28. inter eius ſingul. pag. mihi 332.*
vbi agit quando venditor tenetur emptori ad totum in-
tereſſe commune.

ARGVMENTVM.

Intereſſe multorum annorum, ſiue ſit lucri ceſſantis ſiue damni emergentis , an , & quando poſſit duplum & ſic ſortem excedere in euictione. Quid in intereſſe pecuniarum, & quæ requirantur vt illud peti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe multorum annorum, ſiue lucri ceſſantis ſiue etiam damni emergentis non poteſt duplum & ſic ſortem excedere.*

Declaratur , n 6.

Contrarium habetur numero 2. & ſeqq. & præſertim numero 10.

3 *Vſura fructus eſt pecuniæ, & temporis vtilitas.*

4 *Cauſam ob certam vbi quid præſtatur, determinatur ſecundum cauſam .*

5 *Cauſa ceſſante , ſicut ceſſat effectus , ita durante cauſa durare debet effectus , vt contrariorum eadem ſit diſciplina.*

7 *Duplum continet ſortem, & centeſimam, vel aliam vſuram quæ in anno ſortem æquat.*

8 *Vſuræ non ſunt indebitæ, ſed conuenientes, quando in anno ſortem non ſuperant .*

9 *Vſura, vt cognoſcantur an duplum excedant, fit computatio in fine anni .*

11 *Intereſſe , vbi nullum probatur , vt quia creditor nullum eſt paſſus , ſiue lucri , ſiue damni , & ita remanet purum mutuum , in quo re ipſa contrahitur obligatio , non poteſt in præſens contrahi quam re ſit datum , etiamſi ſit actum expreſsè quod in plus contrahitur , nullum etiam debetur .*

Primò

Digitized by Google

Primò declaratur procedere in foro exteriori, at ſecus in foro interiori ſi taxatum ſit intereſſe inter mutuantem, & mutuatarium, quia taxatio eſt ſeruanda, numer. duodecimo.

Secundo declaratur in moroſo debitore cenſuum, qui pacto ſe obligauit ad intereſſe, n.13.

Subdeclaratur, vt locum habeat quoad intereſſe ex pacto, ſecus quoad intereſſe vigore iuris ſine pacto, & per ſententiam Iudicis, n.14.

15 *Emens cenſum, poteſt paciſci quod venditor teneatur certo tempore reuocare cedulam banchariam, ſeu præſtare nouos fideiuſſores.*

Non tamen talis emptor paciſci poſſe debet, vt dentur fideiuſſores ad eius ſatisfactionem ad euitandas fraudes, numer. 16.

17 *Intereſſe quando probatur, ſed non probatur dolus, & culpa, ſeu mora, non agitur ad intereſſe, ſed tantum agitur actione quanti minoris.*

Declaratur n.18.

Sudeclaratur n. 19.

20 *Intereſſe vſque ad duplum debetur quando in re certa, puta vendita, & euicta fuit quis damnificatus, & aliud non habet obiectum.*

Et de ratione, nu.21.

22 *Intereſſe duplum excedere poteſt, quando verè debetur pretium æſtimationis totius rei deperditæ ob quid venditum, non traditum.*

Ratio aſſertur, n.25.

24 *Lucrum dicitur deductis expenſis, laboribus, & periculis.*

Primò declaratur procedere docto de intereſſe et illius quantitate, nu.26.

Secundò declaratur, dummodo puta, cambium exerceatur cum iuſtitia, & abſq; fraude, nu.27.

Tertiò declaratur, vt locum non habeat in intereſſe conuento, quia illud reſpicit quantitatem a conuentione & taxatum infra duplum non poteſt excedere duplum quamuis vere eſſet maius duplo, ſecus ſi ſit taxatum vltra duplum, numer.28.

23 *Intereſſe pecuniarum ex conuentione vt legitimè debeatur, quæ requirantur. Videas his cum ſuis declarationibus.*

Ampliatur, vt in tantum debeatur intereſſe, tam damni, quā lucri, vt mutuatur & mutuatarius a principio contractus mutui paciſci poſſint, & conuenire de certo lucro fundato in veriſimili quantitate, n.29.

30 *Intereſſe certa taxatio permittitur, quando eſt veriſimilis.*

31 *Venditor vel eius hæres ad duplum, vel ad intereſſe non tenetur, quando emptor ſciebat fundum eſſe oneri obnoxium & alienari non potuiſſe.*

Quod procedit, etiamſi emptor fuerit expreſsè ſtipulatus duplum pro euictione, n.32.

33 *Intereſſe lucri & damni, quando & qualiter debeatur, & probanda ſint requiſita Paul. de Caſtro remiſſiuè.*

34 *D. Camillus Androtius commendatur.*

35 *Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſ. D. Cardinalis Roma laus, & commendatio.*

26 *Dominus Iulius Polinus Canonicus Recanatenſis laudatum.*

Quæſt. CLXXX.

1 ALIA & ſimilis quæſtio eſt in eadem materia; an intereſſe cuiuſuis qualitatis, ſiue ſit multorum annorum, ſiue ſit intereſſe alterius intereſſe, ſiue ſit lucri ceſſantis, ſiue damni emergentis poſſit duplum, & ſic ſortem excedere in euictione.

In qua negatiuè reſpondendum videtur. Eſt enim inter nouell. *Iuſtiniani Imperatoris Conſtitut.* 121. & 138. in quibus prohibetur huiuſmodi exceſsus exactio & hanc partem probarunt *Modern. Gall. in tract. de vſur. n. 46. & numer. 103. vſque ad numer. 107. Alciat. Peregr. libr. 1. cap. 33. Ioan. Bapt. Lup. in repetit. l. curabit, §. 3. numer. 34. 50. & 53. ac 54. & §. 6. numer. 20. ad fi. Cod. de act. empt. Virgin. de Boccac. in tract. de interdict. vti poſſide. c. 18. ſub numer 74. ver. intereſſe inſolito, & hanc opinionem eſſe magis amicam literæ l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo dixit Curt. iun. in illa leg. ſub num.* 55. quamuis dubitando dicat, quod ſi caſus occurreret, eſſe melius cogitandum, ſequitur *Dec. in d. l. vnicæ in ſecunda lect. num. 4. Rebuff. num. 147 & num. 369. Beregar. num. 197. & num. 244. Surd. conſ. 389. num. 14. lib. tertio,* & hanc ſententiam diſputando ſequitur *Gamm. deciſ. 110. in lite mota num. 30. & ſeqq. qui ſub num. 31. verſic. ad probationem,* veram concluſionem eſſe dicit, & *deciſ. 218. in cauſa num. 8. verſic. primo,* quia, & pro hac opinione videatur *tex in l. ſi non ſortem in princ. ff de condit. indebt. l. nihil intereſt, §. quod in ſingulos, ff. de nautic. fœn. l. penul. §. curſum, C. de vſur.*

2 Contrarium quod vſuræ multorum annorum poſſint duplum excedere, ſi tamen illæ ſint legitimæ, & ſecundum modum à iure præſcriptum, ſuaderi videtur, quia vſura 3 fructus eſt pecuniæ, & temporis vtilitas, *l. quod ſi Epheſi in princ. & ibi notat Caſtren. ff. de eo, quod certo loco. Nat. conſ. 450. num.* 14. & vſura correſpectiuatur vſui pecuniarum, 4 ergo eatenus progredi debet vſurarum exactio, quatenus durat pecuniæ vſus & vbi quid ob certam cauſam præſtatur, id determinari debet ſecundum cauſam *leg. Seio, vbi Bar. & Alberic. ff. de annu. lega.* & ſicuti ceſſante cauſa 5 ceſſat effectus, ita durante cauſa durare debet effectus, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, *l. & ſi contra tabulas in fin. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. in princ. vbi Ioan. Faber, & Aret. Neniz. conſil. 38. Natta cap. 442. numer. 8.* & hanc ſententiam ſecutus eſt. *Cagnol. in dicta l. vnica ſub numer. 58. 59. 60. & 61.*

6 Non obſtant in contrarium adducta, ex quibus dicitur vſuras non poſſe duplum excedere: quoniam illud verum eſt, & procedit quoad vſuras vnius anni, nam illæ duplum excedere non valent, ſicuti declarat *Glo. in l. ſi non ſortem in princ. ff. de condi. indeb.* vbi declarando quid ſit duplum, 7 dicit illud continere ſortem, & centeſimam, vel aliam vſuram, quæ in anno ſortem æquet, prout etiam declarat *Iaſ. in ſummario, et num. 1.* dicens vſuras non eſſe indebitas, 8 ſed conuenientes, quando in anno ſortem non ſuperant, & ita finem anni conſiderat, non autem plurium anno- 9 rum curſum ſic etiam intelligit *Bar. in l. vſuræ, C. de vſuris,* dum ſummando tex. inquit, quod dicitur vſuras non debere excedere duplum, intelligi de vſuris vnius anni, & Bal. ait, quod ad cognoſcendum, an vſuræ duplum exce- 10 dant, ſit computatio in fin. anni, quod & clarius voluit ibid. *Paul. de Caſtr. et Salyc.* qui dicit, quod, etſi plurium annorum coaceruatæ, & in vnum collectæ vſurarum præſtationes duplum veræ ſortis ſuperent, non ideo tamen iudicantur illegitimæ, quia non coaceruatio, ſed ſingulorum annorum præſtatio conſideratur ad conſtituendum duplum, & addit quod alij ſcripſerunt vſurarum ſcilicet computationem fieri in fine cuiuslibet anni, & ante hos, *Gloſ. in d. l. vſuræ,* manifeſtè aſſerit, quod vſuræ ſiue ſolutæ per annos ſiue ſoluendæ non computantur ad faciendum duplum, ſed cuiuſque anni vſuræ numerantur, & ponit exemplum; ſi cum deberem viginti, ſolui per multos annos vſuras, quæ ſimul iunctæ duplum excedunt, vtrum repetere poſſim, reſpondit, quod non, quia an ſint vltra duplum ſolutæ, vel vltra legitimum modum, inſpiciendū eſt in fine anni, & ita habendus eſt reſpectus ad annum, non ad totum tempus quo ſolui vſuras, atque ita non at-

tenditur

tenditur quid in longi temporis curſu fuerit ſolutum, ſed intra annum tantum ſolutum fuerit, quod veræ ſortis duplum excedat, & ita tenendo in ſpecie contrarijs reſpondet *Surd.conſil.301.numer.10.& ſeqq. vſque in fin. libr.tertio.*

Verum ego pro huius quæſtionis reſolutione diſtinguo plures caſus.

11 Primus caſus eſt, quando nullum probatur intereſſe, ex quo creditor nullum paſſus eſt, ſiue lucri, ſiue etiam damni, qua tunc remanet mutuum naturale, in quo re ipſa contrahitur obligatio; & quando re ipſa contrahitur obligation non poteſt in plus contrahi, quam re ſit datum, etiamſi ſit actum expreſſe, quod in plus contrahatnr, quia vt dicunt Doctores potius caderent ſydera, quam obligatio contrahatnr, in plus, quam datum ſit. *Iaſ.in leg.rogaſti, §.tibi ſub numer.4. verſic.vltimo nota, ff.ſi cert.petat. & Matth. Coler. de Proceſſ. execut.part.10.cap.10. numer.95.*

12 Primo declaratur hic caſus, vt ſibi tribuat in foro exteriori, ſed ſecus in foro interiori, ſi taxatum ſit intereſſe inter mutuantem & mutuatarium, quia iſta taxatio eſt ſeruanda. *Medin. in ſuis tract. tomo ſecundo tit. de reb.per vſur. acquiſi.quæſt.3. verſic.& in hoc, & verſic. ſecunda, pag.321.& 326. Cardin.Tolet.de inſtruct.ſacerdot. libro quinto capitul.32.ſub numer.quarto verſic.vno modo;* & latius teſtando hanc ſententiam eſſe probabiliorem, & magis receptam, tam in Scholis, quam inter Doct. dixit *Mich. Salon. ad D.Thom. 2. 2.quæſt. 78. numero 2. controuerſ.8.ſub numer.decimoquarto verſic.ſecunda eſt & ſeq.tomo 2.*

13 Secundò declaratur, vt locum non habeat in moroſo debitore cenſuum, qui pacto ſe obligauit ad intereſſe lucri ceſſantis, quia pacta continentia moroſum cenſuum debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, ex toto irritantur a Conſtitu.Sanctiſſimi Pij V. ſuper cenſibus, vt vnanimiter cenſent omnes ſcribentes ſuper ea.

14 Subdeclaratur præcedens declaratio, vt procedat quoad intereſſe in pacto deducto, ſecus quoad intereſſe vigore iuris ſine pacto, ex quo Summus Pontifex in ea Conſtitutione prohibuit huiuſmodi pacta ad fraudes euitandas, & præcidendam omnem vſuræ occaſionem, non autem prohibuit intereſſe, quod procedit ex iuris diſpoſitione, & per ſententiam Iudicis. *Nauarr. in c.ſi fœneraueris ſub num.93. verſic.tertium quod, & verſ an autem 14.q.3.& manifeſtius Io. Azor.Inſtit.moral.par.3.libr.10.tit.de cenſib. c.13. quæſt.1.*

15 Comprobatur dicta ſubdeclaratio, quoniam emens cenſum poteſt paciſci quod venditor teneatur certo tempore, puta de quadriennio in quadriennium renouare cedulam banchariam, ſeu præſtare nouos fideiuſſores, & alia pacta honeſta & licita apponere, quæ ſi venditor non obſeruauerit, emptor petere poterit loco damnorum & intereſſe ſortem principalem. *Rota diuerſ.deciſion. 741.domini dixerunt ſub num.primo verſic. ſecundo dicimus parte prima.*

16 Circa quæ aduertendum tamen erit, quod emptor cenſus venditorem non obliget ad dandum fideiuſſorem ad ſatisfactionē ipſius emptoris, vt is poſtea hac via in fraudem dictæ Conſtitutionis Pij V. ſortem repetat recuſans fideiuſſores oblatos quamuis idoneos cui perfidiæ, ac malitiæ Iudiees occurrere debent.

17 Secundus caſus eſt, quando probatur quidem intereſſe ſed non probatur dolus, culpa, ſeu mora eius qui dicitur fuiſſe in cauſa remota illius intereſſe, & tunc concluditur agi non poſſe ad intereſſe, ſed tantum agendum actione quanti minoris: exemplum eſt, tu mihi vendidiſti vas argenteum, ſeu dolium diſſoluta, non tanquam vaſa, ſed tanquam materiam, ego vtendo eis, paſſus ſum damnum ex eo quod erant vitioſa, tu non teneris, niſi quanti minoris ratione malæ materiæ, ſi etiam ſciuiſſem, quia non es verſatus in dolo, quo caſu tenereris ad intereſſe extrinſecum vt in *l.Iulianus in prin.ff.de act. empt.*

18 Declaratur hic caſus, vt non ſimpliciter & abſolutè intelligendus ſit, ſed quod tu tenearis mihi cedere actiones tuas aduerſus puta fabrum, doliarum, vel auri ficem, qui tibi vendiderunt, ſi quas habeas, & quales habes niſi malis tu contra illos agere, & mihi; quod mea extrinſecus intereſt, curare præſtari, *d.l.Iulianus, §.pen.ff.de act.empt.& l. quod debetur, ff.de pecul.* vbi quod dominus liberatur cedendo actiones illi qui contra eum agit de peculio, cum ſeruo quid ab extraneis debetur & *leg. cum in plures, §. meſſem, ff. locat.* vbi quod cum colonus non habeat conditionem furtiuam contra eum, qui frumentum nondum a colono perceptum ſuſtulerit, ſed eam habeat dominus fundi, colonus cogere poteſt dominum vt ipſe agat.

19 Subdeclaratur dicta declaratio vt locum non habeat, quando tu actiones non habes, nec ideo eas cedere potes, vt quia tu emeras illa dolia, vel vaſa argentea non principaliter, & vt ſingula, ſed cum vniuerſitate bonorum, vel ea habueras ex ſucceſſione, vel non de nouo emeras, ſed erant ex dolijs & argentis tuis antiquis, quæ ſibi tuo inſeruiebant, quia his caſibus tu non teneris ad id quod intereſt, neque teneris cedere actiones, quas non habes, cum non entium nullæ ſint qualitates, *l.eius qui in prouincia, ff. ſi cer. pet. cum ſimil.*

20 Tertius caſus eſt, quando nedum probatur intereſſe, ſed etiam probatur culpa, dolo, ſeu mora debitoris, vel venditoris illud proceſſiſſe, & nihilominus ille dolus, culpa, ſeu mora, & ipſum factum, ſeu contractus, in quo adeſt culpa, ſeu dolus, vel mora, habet certum ſpecificum obiectum ad rem in contractu deductam & in qua adeſt culpa, vitium, ſeu mora, & aliud non habet obiectum in quo concluditur agi poſſe ad intereſſe vſque ad duplum.

Exemplum adducitur, quando tu bona fide vendidiſti tignum, qui mihi mox euictus fuit, ex qua euictione ego extrinſecus damnificatus ſum. Nam iſto, caſu ex euictione nata eſt mihi actio ad id quod mea intereſt. At quia hoc intereſſe verſatur circa rem venditam, vel euictam, nec habet aliud ſpecificum & præciſum obiectum, quam dictum tignum, qui certam habet naturam, ideò hoc intereſſe non poteſt ad ſummum excedere duplum, quamuis minus taxari poſſit, ſi minus interſit, ad tex. mox allegandum in ſequenti exemplo.

Secundum exemplum eſt in caſu, quo emi a te ſeruum ſcutis quinquaginta, qui ſerus vt ſupra à me emptus meis impēſis factos imitator omnium rerū valet ſecutis quingentis, & tu, qui vendidiſti, non es ita diues, vt veriſimiliter cogitaueris in venditione de hoc maiori pretio ob eruditionem prædictam: deinde hic ſeruus mihi euincitur ego ago de euictione contra te ad id quod mea intereſt, certè hoc caſu non poſſum agere, niſi ad duplum pretij, quo emit ſeruum, & ſic ad ſcutos centum, *l.Titius, §. vltim. cum l.ſeqq. ff.de act. empt.*

21 Ratio eſt, quia mora ſeu culpa tempore contractus nō habuit aliud certum ſpecificū obiectum quam rem ipſam, ſeu quantitatem certam, & ideo intereſſe taxatum remanet infra duplum, non autem vltra.

22 Quartus eſt caſus, quando res, de qua agitur non habet certam quantitatem, vel naturam, ſed quid incertom continet: vt exempli gratia, quando tu recepto à me pretio vendis mihi ligna ad reparandam domum meam cuius periculum eſt tibi totum in venditione tignorum, ſed tu poſtea dolo, ac fraude adhibita vt mihi noceres, & damnificares,

ficares, ceſſas tradere dicta tigna, vnde domus mea ruit, & collabitur, caſus iſte eſt certus ratione intereſſe debiti, ſed incertus ratione doli, quoniam dolus, ſeu cauſa, ex qua obligatio hæc ad intereſſe oritur, non reſpicit tigna, ſed pro obiecto habet damnum domus meæ, & rerum mearum, & ita caſus eſt incertus, cum illius obiectum non verſetur in re habente certam quantitatem, vel naturam, ſed circa aliarum rerum detrimenta, quarum nulla eſt certa quantitas vel natura, licet ex euentu, & diligenti perquiſitione apparere poſſit, quo caſu rectè dicimus intereſſe duplum pretij tignorum excedere poſſe, cum vere debeatur pretium æſtimationis totius damni, hoc eſt ruinæ domus l. Iulianus in princ. ibi, ſi verò ſciens reticuit, & emptorem decepit, *ff. de act. empt.* quibus in caſib. iudices agere debent, vt hoc, quod reuera inducitur damnum reddatur, *d. l. vnica*, ibi, in alijs autem caſibus, *Cod. de ſenten.* quæ pro eo, quod inter.

23 Sic etiam dicimus in moroſo debitore pecuniarum ex quarum conuentione debetur intereſſe, vt puta cambiorum cum mercatore, ſeu ſolito negotiari in cambijs, ac recambijs, & maximè in loco, vbi eſt paratus ſemper forus ab cambiandum, & negotiandum vt in ciuitate Venetiarum, Genuæ, & Anconæ, vel in nundinis Placentiæ, & ita concurrunt requiſita.

Primò nempè, vt intereſſe ſit in ſpe vera, probabili, & veriſimili, & non ficta, & ſimulata. *Martin. Nauarr. in Man. confeſs. capit. 17. ſub numer. 212. & in capitul. ſi fœnerauerís, not. ſexto numer. 53. & 54. 14. quæſt. 3. in ſecunda conditione. Mich. Salon ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. artic. 2. controuerſ. 9. numer. 26. & 27. in prima conditione tom. 2.*

Secundò, quod hoc intereſſe verè cauſetur ex illo mutuo. *Medin. in ſuis tract. tom. 2. tit. de reb. per vſur. 25. quæſt. q. 3. verſic. primum in quarto requiſito pag. 329.* & non ob aliam cauſam, puta ob propriam negligentiam, vel incuriam, vel malitiam. *Conrad. de contract. q. 30. in quarto requiſito. Michael. Salon. vbi ſupra q. 78. artic. 2. controuerſ. 8. ſub num. 14. verſ. quarta conditio, & ſub num. 15. verſ. ſequitur ſecundò. tom. 2. & dicta controuer. 9. ſub numer. 27. in ſecunda conditione. Card. Tolet. quamuis ſub alijs verbis de inſtruct. Saterd. libr. 5. cap. 32. num. 3. verſ. ſecundo etiam in fin.* declarans ex mutuo procedere, quando niſi mutuator mutuaſſet damnum non accidiſſet, ſeu lucrum non ceſſaſſet. Nauar. in loco præcitato, in tertia conditione, dicens quod mutuatio vel nō ſolutio debet eſſe cauſa amiſſionis lucri declarans mutuationem non eſſe cauſam ceſſationis lucri, quando mutuans habet aliam pecuniam quam poteſt negotiari, ejuſdemque ſententiæ fuit *Cardin. Tolet. de inſtruct. Saterdo. lib. quinto cap. 33. de lucro ceſſante, ſub num. 1. in ſecunda conditione*, quæ tamen declaratio non habet locum, ſi aliam pecuniam quam habet, deſtinaſſet ad alium finem veluti ad fortuitas neceſſitates, nolletque negotiationi committere. *Nauar. vbi ſupra, et Io. de Azor. de inſtitut. moral. par. 3. libr. quinto tit. de vſur. cap. 5. not. in primo*, qui largius loquitur, dicens lucrum exigi poſſe ex pecunia mutuata, ſi negotiationi parata erat, etiam ſi mutuator habeat aliam pecuniam otioſam, quia mutuator non tenetur hanc paratam extrahere negotiatione, vel mutuare otioſam, & *Mich. Salon. dicta controuerſ. 9. ſub num. 27. verſ. dixi* autem, addens quod omnes recentiores in hoc ſubſcribunt Nauarro in loco prædicto, quia pecunia neceſſitati domeſticæ, & imminenti parata non dicitur otioſa.

Limitatur ſupradicta declaratio in caſu quo mutuatuator poſt mutuatam pecuniam, quoniam negotiationi parauerat, mutuanti animum negotiandi illam pecuniam, ex tunc, quando mutat animum, non valeat pro tempore futuro prætendere lucrum ceſſans durante animo mutato.

Tertiò, quod ſit moderatum procedens à veriſimilitudine, etſi non omnino certum ſit *Medin. in ſuis tract. tom. 2. tit. de rebus per vſur. acquiſ. q. 3. verſ. primum quod col. 2.* quodque lucrum ſit probabile: non enim ſufficit eſſe poſſe lucrum, ſed oportet probabiles eſſe rationes & coniecturas ipſum lucrum futurum eſſe ſi ſit obligatio, licet in hac probabilitate ſint gradus, quia quædam lucra ſunt alijs certiora, alias eſſet, vſura vt ſcribit *Card. Tolet. in d. c. 33. in tertia cond. & Io. de Azor. Inſtit. moral. par. 3. libr. 5. de vſur. cap. quinta verſ. ſecunda conditio. Rebuff. in d. l. vnica Glo. vlt. ſub numer. 14. in primo requiſito dicens*, quod ex ſumma totius intereſſe detrahitur ſumma periculorum; & expenſarum, quoniam lucrum intelligitur deductis

24 expenſis, laboribus, & periculis. *Menoch. de arbitrar. iud. libr. 2. cent. 2. caſu 119. ſub num. quinto verſ. eſt opinio. Io. Azor. dict. cap. 5. in tertia condit. quod repetit. lib. ſeptimo tit. de mutuo cap. 7. q. 6. in fin. verſic. qua res quando. Conrad.* vbi ſupra in ſecundo requiſito, dicens quod exactum non debet excedere illud bonum cuius perditio dicitur intereſſe, & *Cardin. Tolet. dict. cap. 33. ſub num. 4. verſ. alterum eſt, & ſeq.* qui hoc requiſitum explicat ſub triplici deductione.

Prima eſt vt deducantur expenſæ quas erat facturus in negotiatione, quæ aliquando maiores, aliquando minores ſunt, aliquando ferè nullæ, vt quando aliquis ex eo, quod mutuat, relinquit emere rem ſtatim paratam minimo pretio, quam ſtatim ſine impenſis venderet magno pretio.

Secunda eſt, vt deducatur labor, ſi ſponte mutuat, ſecus ſi coactè, quia tunc laborem illum, quem exhibere paratus erat, non deducit, ſicut operarius, qui ab aliquo cogitur non operari, non tenetur mercede operæ deducere pretium, ſed integrum conſequitur, ſecus ſi non coactus ceſſauit a labore.

Tertia eſt, vt ſubducatur peculium, quia cum lucrum non ſit præſens, ſed dubium, minoris valet quam certum, & illud periculum non eſt in omnibus, æquale, debetque arbitrio boni viri penſari ad menſuram, & dum illud periculum æſtimatur, valde proderit examinare, quanti alius aſſecuraſſet tale lucrum, quibus penſatis equidem vix tertiam partem lucri aliquando ſperare, ita *Card. Tolet. d. loco.*

Quartò requiritur, quod ex pecunijs mutuatis non ſtatim exigat lucrum ceſſans, vt puta, ſi mutuauit alicui centum, non debet ſtatim exigere lucrum ceſſans dando nonaginta, ſi fortè lucrum erat decem ſed mutuum dare debet totum & integrum, & expectare vt illud præſtet intra aliquod tempus. *Cardin. Tolet. d. cap. 33. ſub n. 3. verſ. primum eſt. Conrad. vbi ſupra in ſeptimo requiſito. Medin. in ſexto & ſeptimo. Nau. in quinta cond.* reliquas conditione traditas a Doct. vti non neceſſarias non proſequor, cum ſuperius enarratæ omnes comprehendant, & complectantur.

25 Ratio quanti caſus (vt redeamus quo diceſſimus) ac eſt, quia cum intereſſe cambiorum, & recambiorum excedere poteſt duplum totius pecuniæ datæ cambio, & ab initio contractus ex qualitate ipſius contractus, cum creditoris caſus habeat ſpecificum obiectum lucri ceſſantis, & damni emergentis, quæ ſunt incerta, & pendent à futuro euentu, & habet pro ſpecifico obiecto non ipſam pecuniam datam cambio, ſed lucrum ceſſans, & damnum emergens, de quibus contrahentes ſenſerunt in contractu, nec ideo mirum, ſi intereſſe poteſt excedere duplum, vt in intereſſe lucri ceſſantis reſpondit *Bero. conſilio 193. ex facti ſerie num. 21.* ibi, quod intereſſe *lib. 1. qui nu. 31.* ſcribit, quod hoc intereſſe dicitur extrinſecum, & duplum excedere poſſe eatenus quatenus dici poſſit intereſſe, & hoc quando ſumus inter ſolitos negotiari, & mercari.

Quod

Digitized by Google

Quod tamen multiplicetur declaratur.

26 Primò, vt procedat docto de intereſſe ac de illius quantitate, quia pro ea quantitate debetur, pro qua fuerit probatum, & non vltra, quoniam alias non liquidata quantitate obligatio ceſſat, & multo magis non probato intereſſe. *Caſtr. conſ.11.n.4. lib.2.*

27 Secundò declaratur procedere, dummodo cambium exercebatur cum iuſtitia, & ſine fraude: nam licet hoc cambium ex veriori ſententia ſit licitum, tamen illud non exerceri quam plures probantæ ſcientiæ hortantur ad euitandam vſura, cui proximum eſt mutuum, quod facilè palliari poteſt cambio, vt per *Leonard. Leſs. de iuſtit. & iure lib.2.cap.23.n.71. Ioan. Azor. inſti. moral. p.3. lib.10. tit. de camb. c.9. q.2. & latè Michael Salon. ad D. Thom. 2.2. poſt q. 78. in diſputa. de camb. q.4. art.2. controu.12.n.5. verſ. ego certi & ſeq. tom.2.*

28 Tertiò declaratur, vt ſibi non tribuat in intereſſe conuento, quia illud recipit quantitatem a conuentione vnde ſi in conuentione eſt taxatum infra duplum, non poteſt excedere duplum licet verè eſſet maius duplum ſecus ſi ſit taxatum vltra duplum, quia tunc eo modo debetur, quo parte ipſe declarantur, quando ex ſtipulatu agitur. *Gl. in d. l. vnica in ver. dupli in fine verſ.* vel verius aliud cum agitur, *C. de ſent.* quæ pro eo, quod inter quam ſequitur *Rota coram Card. Lancellotto in vna bonorum Burgi Sancti Sepulchri 9. Ianuarij 1598. & per Card. Pamphil. in Placentina de Puteobonelis 16. Ianuarij 1589.* & fuit de mentem *Bart. in d. l. vnica ſub n.27. verſ. nunc venio ad tertiam quæſtionem & ibidem Bal. n.24.*

29 Amplia vt in tantum debeatur intereſſe tam damni, quam lucri, vt mutuatur & mutuatarius a principio contractus mutui paciſci poſſint, & conuenire de certo lucro fundato in veriſimili quantitate de communi ſequitur, *Martin. Nauarr. in cap. ſi fœneraueris not.15. ſub num.42. verſ. tertio inter in fine 14. quæſt.3. Medin. d. q.3. verſ. & in hoc & verſ. ſecunda Card. Tolet. de inſtruct. ſacerdo. libr.5. c. 32. ſub num.4. verſ. vno modo* de probabiliori & magis recepta ſententia teſtatur *Michael Salon. ad D. Thomam 2.2. quæſt.78. artic.2. controuerſ.8 ſub numer.14. verſ. ſecunda eſt & ſeq. tom.2. & dixi in quæſtion. præcedenti numero 31. & ſeq.*

30 Non obſtat, quod ex quo intereſſe ſolet eſſe varium & incertum, non ideo etiam vniformis præſtatio admittatur *Natt. conſil.417. num.5. Rota diuerſ. deciſ.315. ſub n.6. verſ. quod idem p.2.* cum etiam ſi pro certa pecuniæ quantitate certum intereſse taxaretur, vtique in taxatione conſideraretur quantitas pecuniæ, quæ ſemper eſt certa & eadem & non diceretur conſideratum intereſſe, cum ſit varium, & incertum & ſucceſſiuè pecunia parere videretur pecuniam, vt motiuando adducit *Caſar. de Graſſ. deciſ.1. nu.2. de vſur.*

Quia reſpondetur promiſſionem certam & taxatam quinimo eſse licitam, quando concurrit cum veriſimilitudine & proportione fructuum, ita vt fructus veriſimiliter aſcendant ad intereſſe taxatum, vt per *Cagnol. in d. leg. curabit numer.59. Cod. de act. empt. Moder. in tractat. de commer. q.38. Couarr. variar. reſolut. lib.3. cap.4. numer.5. Frider. Martin. in tract. de iur. cenſ. c.3. num.34. Grat. diſcept. lib.2. c.387. num.25.* & fuit dictum pariter in q. præced. d. *n.31. & infra.*

31 Notandum tamen eſt quod de euictione ad duplum, vel intereſse non tenetur venditor, vel eius hæres quando emptor ſciebat fundum eſse oneri obnoxium, & alienari non potuiſse, *leg. final. §. final. C. adic. commun. de legat. Specul. in titul. de emption. & vendition. §. tertio loco numer. primo Capoll. cautel. 131. de commun. Bald. Nouell. de dot. part.7. numer. decimotertio limitat.15. verſ. ſi autem* fuerit omnino ſciens. *Menoch. conſil.89. numero 113. lib.1.*

32 Quod procedit etiam emptor fuerit expreſsè ſtipulatus duplum pro euictione, vt per *Odd. conſ.41. num.75. & 76. poſt Gl. Iſern. Afflict. Curt. iun. Rip. Campeg. & Bal. Nouell.*

33 Qualiter autem, & quando debeatur intereſse pecuniæ tam lucri quam damni, & probantur ſint requiſita, *Paul. de Caſtr. in l.3. de eo quod certo loco videas per Put. deciſ. 237. lib.2. Mohad. deciſ.3. de vſur & per Rot. coram R.P.D. Lauretano in Romana de Zambeccarijs 7. Aprilis 1581. et coram R.P.D. Decano in Romana Vinea de Brunis 2. Decembris 1591. coram Card. Seraph. deciſ.1437. numer.2. et ſeqq.* (vbi agitur de cauſa Recanatenſis ciuitatis in qua dedit, & aduocationis munere fungitur ſumma cum eius laude
34 Excellentiſſimus, & integerrimus D. Camillus Androtius
35 ibidem etiam fiſci Aduocatus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. Domini Iulij Cardinalis Romæ Epiſcopi Racineti, &
36 Lauretani vigilantiſſimi, ac ſummæ pietatis præſertim in pauperes a qua ciuitate eſt quoque oriundus eruditiſſimus, & Reuer. admodum D. Iulius Polinus Canonicus ibid. & præſertim in ſcientia Theologica valdè peritus, ac vir optimæ & timoratæ conſcientiæ, quos ob ſingulares eorum virtutes veneror, & honoris cauſa omnino) prout & idem quod ſupra videndum eſt per eamdem *Rotam coram D. Card. Millino in Romana cambiorum 11. Maij & 19. Iunij 1592. Honded. conſil.50. numer.30. verſ. quæ procederent & conſ.36. in fi. libr.1. Rot. diuer. dec.371. numer.2. par. prima Surd. de alim. tit.1. quæſt.45. num.33. vſque ad num.39. & Gratian. diſcept. lib.1. cap.67 num.16. vſque ad num.24.*

ARGVMENTVM.

Damna et intereſse debita ob euictionem quo tempore debeantur.
Et an peti poſſint quando fuit conuentum de certa pæna.
Res quando euincitur de iure ſpeciali, an venditor teneatur, & ad quid.
Fiſcus in venditionibus re euicta, quæ præſtare obligatus ſit.

SVMMARIVM.

1 Venditor de euictione tenetur actione ex empto ad damna & intereſse, tam damni emergentis, quam lucri ceſsantis in ſolito negotiari.

Primo ampliatur procedere etiam contra ſuceeſsores obligati de euictione, n.2.

Hæres hæredis in materia euictionis dicitur hæres, ibid.

Secundò ampliatur vt locum habeat, etiam ſi ſolum poſseſſio fuiſset euicta, n.3.

4 Tertio ampliatur vt ſibi tribuat, etiam quando venditor non poteſt manutenere rem venditam, n.4.

5 Vendens rem vbi promiſit duplum, ſi euincatur, licet diſpoſitio ſit ſuper re vendita, et conditio impleatur ſuper dupla tamen ſi euincatur pro parte, pro parte tantum dupla committitur.

6 Euictionis tempus inſpicitur in ſolutione intereſse ob euictionem.

Ad cuius liquidationem reſpectu euictionis venditor debet vocari, alias liquidatio facta in ipſo non vocato non nocet, num. 7.

8 *Diſſe-*

8 *Differentia inter actionem de euictione, & ſtipulationem dupli notatur.*

9 *Damne, et intereſſe peti non poſſunt, quanda conuenium fuit de certa pene.*

Contrarium ex veriori habetur n. 11.

Declaratur prima ſententia vt procedat, quando ſolum pœna fuit promiſſa, non autem quando pœna, & damna, de intereſſe fuerunt ſtipulata, n. 12.

10 *Pœnæ ſunt odioſæ, & reſtringendæ.*

Declaratur procedere in dubio, non autem in certis, n. 14.

13 *Venditor quod teneatur in duplum in caſu euictionis inductum eſt in fauorem emptoris vltra remedia ordinaria iuris communis.*

15 *Venditor tenetur in ſimplum, & non in duplum, quando res euincitur poſt reſtitutionem, & n. 17.*

16 *Emptor quando præſcriptione ſe tueri poteſt, venditor non tenetur de euictione.*

18 *Venditor de euictione ad duplum non tenetur, quando res euincitur iure ſpeciali.*

Sed emptor tantum agit ad pretium, n. 20.

Sicut, nec procurator, qui promittit minorem ratum habiturum, tenetur, n. 19.

Fallit, quando venditor bona vendita prius alteri obligauerat, n. 21.

22 *Emptor primus re ſibi vendita euicta poteſt agere contra ſecundum emptorem aliorum bonorum virtute generalis hypothecæ.*

23 *Venditor rei litigioſæ, quando promiſit de euictione ſub pœna dupli, non tenetur, quando contractus eſt nullus.*

Contrarium dicitur verius, n. 24. & ſeq.

25 *Euictionis promiſſio non ſpectat ad venditionis contractum roborandum, ſed ad prouidendum emptori.*

26 *Contractus licet ſit nullus, debitores tamen remanent obligati ea obligatione quare contrahitur ad reſtitutionem pecuniarum, & non reſtituendo tenentur ad intereſſe lucri ceſſantis.*

27 *Intereſſe debentur ex pecunijs nulliter datis ad ſocietatem officij, probatis requiſitis neceſſarijs.*

28 *Fiſcus in venditionibus fiſcalibus re euicta tenetur ad ſimplum, licet Cæſaris procurator ſub pœna dupli de euictione promiſiſſet.*

Intellige procedere, quando fiſcus vendidit rem vt ſuam, numero 30.

In Regno tamen Franciæ idem in omnibus ſeruatur, quod in fiſco, n. 29.

31 *Fiſcus quando vendit rem vel ſui debitoris non tenetur de euictione, ſed debitor, cuius res alienatur.*

Quamuis fiſcus ſe præſtare debeat potiorem, n. 32.

33 *Emptor agere poteſt aduerſus venditorem ad intereſſe qui conſulto rem hodie vendidit ſciens eam cras minus valituram.*

34 *Dupli præſtatio lata ſententia ante rem reſtitutam debetur.*

Non tamen committitur, ſi venditor concordet ſe cum actore, & liberat poſſeſſorem, n. 35.

36 *Venditor litem mouens emptori incidit in pœnam comminatam in contractu.*

Cuius pœnæ exactio a Iudice Eccleſiaſtico impediri nequit, numero 37.

Quæſt. CLXXXI.

1 VEnditorem, qui de euictione tenetur, actione exempto ad damna, & intereſſe teneri quoque ſuperius diximus, *leg. euicta, & leg. venditor, ff. de euict. l. Titius cum decederet, §. fin. ff. de act. empt. Couar. var. reſ. libr. 3. cap. 17. in princ.* & tenetur nedum ad intereſſe damni emergẽtis, ſed etiam lucri ceſſantis. *Ruyn. conſil. 146. lib. 1. & cõſil. 187. numer. 2. & 3. eod. libr. Pariſ. conſil. 16. numer. 124. lib.*
2 2. quod procedit etiam contra ſucceſſores obligati de euictione, *Rota coram R. P. D. Coccino deciſ. 27. num. 1. & 4.*
3 *& dec. 36. num. 1. & 3.* atque ita etiam hæres hæredis, qui in materia euictionis dicitur heres, *Felyn. conſ. 32.* & locum habet etiam ſi tantum poſſeſſio euicta foret. *Ceph. conſil. 168. n. 22. Rota dec. 77. num. 5. p. 2. in recen. & coram Sanctiſs. dec. 88. n. 6. 7. 8. & 11. & dec. 90. nu. 9. vbi Adden. & ead. Rot. dec. 286. n. 7. & 8. poſt tract. Cinc. de cenſi.* & vbi venditor non poteſt manutenere rem venditam, quo caſu
4 regulariter tenetur ad damna, & intereſſe pro euictione. *Domin. Gemin. conſ. 151. in princ. verſ. ijs præmiſſis, eſt text. in l. emptor fundi, C. de euict. Alex. conſ. 106. libr. 1. Rol. a Vall. conſ. 72. n. 12. & ſeq. lib. 1.*

5 Cæterum, quando vendens rem promiſit duplum, ſi euincatur, licet diſpoſitio ſit ſuper re vendita, conditio autem impleatur ſuper dupla, tamen ſi euincatur pro parte, pro parte ſolum dupla committitur, & ſic diuiditur illa conditio, ſi euincatur, ideſt quatenus euincatur. *Iaſ. in leg. ſtichum qui meus erit n. 34. ff. de leg. 1.*

6 In hoc verò intereſſe inſpicitur tempus euictionis, & non venditionis, *d. l. Titius, §. fin. & declarat Fulgoſ. in d. leg.*
7 *euicte,* ad cuius liquidationem reſpectu euictionis venditor debet vocari, alias liquidatio facta ipſo non vocato non nocet. *Io. Papon. lib. 11. tit. 4. Areſt. 11.* & hæc eſt differentia inter actionem de euictione, & ſtipulationem
8 dupli. Quoniam agens ad duplum æſtimationis rei euictæ ex ſtipulatione fit æſtimatio ſecundum tempus venditionis, *leg. bonitatis, l. cum fundum, et l. ex mille, ff. de euict. Gemin. d. conſ. 151. num. 2. Soc. notabiliter conſ. 60. in cauſa D. Lauræ lib. 3.*

9 Huc ſpectat ea dubitatio, an damna, & intereſſe peti poſſint quando appoſita eſt certa pœna ſcilicet dupli pretij: & dicendum videtur quod non. Quia pœna illa ſucceſſiſſe videtur loco totalis intereſſe, & emptor alia damna & aliud intereſſe petere non poteſt, in ſpecie ſic tradit *Angel. in leg. qui abſentem, ff. de proc.* vbi ad hoc allegat illud quod habetur *in leg. ſi procurator, ff. rem rat. haberi.*

10 Confirmatur quia pœnæ ſunt odioſæ, & ideo reſtringendæ, & non ampliandæ, *c. odia de regul. iur. in 6. l. capienda, ff. eod. l. ſi Præſes, ff. de pœn. cum ſimil.*

11 Sed contrarium verius eſt, quoniam in pœnis non inſpicitur intereſſe, ſed ſolum partium conuentio: vnde ſi promittatur pœna, illa caſu deueniente debetur, ac inſuper damna, & intereſſe, vt reſpondit *Anan. conſ. 31. ſub n. 2. verſ. Præterea ex alio, & ibid. Bolog. ad eum ſub n. 5. verſ. quarto non obſtat,* qui dixit opinionem *Ang. in d. l. qui abſentem,* non eſſe veram ratione prædicta, nempè quia in pœnis non inſpicitur intereſſe, nec leges per eum allegatæ hoc probant.

12 Ac præterea Ang. loqui, quando pœna ſolum fuit promiſſa, non autem quando pactum fuit pœnam, ſumptus, & intereſſe perſoluanda, vt quotidie fit in inſtrumentis venditionum.

13 Comprobatur, quoniam in fauorem emptoris inductum eſt, quod venditor teneatur ad duplum, non autem ad tollendum ordinarium remedium ſibi ex iure communi competens, ex ijs, quæ in Arrhis duplicatis conuentis in caſu euictionis ſcripſerunt *Bulg. Ioan. Accur. Bart. Ang. Imol. Aret. Alex. Fabia. de Mont. & Firm.* quos refert, ac ſequitur *Franc. Becc. conſ. 87. per tot. et Surd. dec. 260. num. 26.* qui de veriori, ac receptiori ſententia teſtatur, quidquid in contrarium voluerint ibid. per eum citati *ſub n. 25.*

14 Non obſtat quod pœnæ in dubio ſunt temperandæ, d. l. Præſes, cum reliquis præallegatis.

Quia ideſt verum in dubio, non autem in certis, in quibus non eſt opus coniecturis, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. Bologn. vbi ſupra,* opportunè hic quęritur, an

vendi-

Google

tot teneatur in ſimplum, vel in duplum quoties res euin-
citur per reſtitutionem aduerſus præſcriptionem. Nam
regulariter ſcimus, quod quando emptor ſe preſcriptione
tueri potuit, de euictione venditor non tenetur, ex nota-
tis per *Surd. in tract. de alim. tit. 9. q. 42. num. 34. et Menoch.
conſ. 361. nu. 4. lib. 4 Hartman. c. 3. de empt. et vend. lib. 3. et
in propoſita q.* in ſimplum tantum teneri videtur, quia
18 cum aliquis vendit rem quæ tempore venditionis erat
ſua, etſi iure ſpeciali poſſet de manibus ſuis euelli, ex eo
videlicet quod a minore emiſſet, & in venditione promit-
tit de euictione, ſi poſtea ab emptore minor ſpeciali be-
neficio reſtitutionis rem euincat, non ideo emptor age-
re poteſt aduerſus venditorem de euictione ad duplum,
quoniam non propterea euicta eſt res, quia venditoris
non eſſet, aut quia alijs alienaſſet ante venditionem ſibi
factam, ſed iure ſpeciali contra ius commune, quod fa-
19 ctum venditor non cenſetur promiſiſſe, ſicut nec procu-
rator, qui promittit minorem ratum habiturum, ob id
videtur promittere quod reſtitutionem non paret, *leg. 3.
in princ. ff. rem rat. hab.* aget igitur tantum emptor ad pre-
20 tium, ne careat re & pretio, & ita procedit *tex. in leg. mi-
nor vbi Gl. id tradit, ff. de euict.* quæ ſententia non proce-
dit, quando venditor tempore venditionis bona vendita
21 iam obligauerat alteri, quo in caſu cenſendum eſt ve-
rè promiſiſſe de dupla ſoluendo in caſu euictionis, & ex-
preſsè hoc ſenſit *Gloſ. in leg. ſi cum venditor, §. ſi is cui,
vbi Ang. not. ff. de euict. nam inquit Glo. in dict. leg. minor*,
in reſponſione ſecunda, quam dat, dum ait, vel aliter in-
telligo, ſicut euenit reſtitutio maiore, *dict. leg. ſi cum ven-
ditor, §. ſi is cui beneficium* Prætoris nomini debet eſſe ca-
ptioſum, ex quibus verbis apertè ſenſit *Gloſ. duplum præ-
ſtari in dict. §. ſi is cui*, inferre volens abſolutè idem in
caſo d. l. minor, maximè accedente ratione, quia benefi-
cium Prætoris nemini debet eſſe damnoſum, quod &
*Gloſ. voluiſſe videtur in leg. qui alienam in prima Gloſſ. eod.
tit.* & in terminis ita reſpondit *Iacob. Berret. conſ. 145. nu-
mer. 6. 7.*

22 In caſu autem, in quo rem vendidi, & de euictione pro-
miſi ſub obligatione omnium bonorum, ſi demum vendā
cem alteram virtute illius hypothecæ generalis obligatā
pro euictione primæ rei venditæ, etſi res ſecundo loco
vendita ſit præſcripta, antequam res primo loco vendita
euincatur, tamen illa euicta primus emptor poteſt agere
pro euictione contra ſecundum virtute hypothecæ gene-
ralis, quia non valenti agere non currit præſcriptio, *Abb.
conſ. 22. nu. 2. et 3. lib. 2.*

23 Sed quid ſi venditor rei litigioſæ promiſerit de euictio
ne ſub pœna dupli, an teneatur, quia contractus ſit nullus
alia eſt queſtio.

Et prima facie concludendum videtur quod non, quo-
niam qui rem, vel actionem litigioſam alienat, & eam ac-
quirens pœnis legalibus afficitur, *l. fin. ff. de litig. & l. fin. C.
eod.* & ipſo iure lex annullat cōtractum, d. l. fin. adeo quod
ſi res alienata lite pendente redhiberi non poſſit, vt quia
mobilis aliò translata, vel immobilis per potentiorem
detenta, de iure Canonico reus compelli valet iudicis of-
ficio ad id implorato rem aliam loco illius ſubrogare, *c.
Eccleſia, & c. 1. & 2. vt lit. pend.* ſed de iure ciuili ad æſti-
mationem pretij tenetur *d. l. fin.*

24 At contrarium verius eſt teneri.

25 Quia promiſſio de euictione non ſpectat ad venditio-
nis contractum roborandum, ſed ad prouidendum empto
ri, vt per *Cyn. Bald. & Salyc. in l. fin. de litig. Pereg. de iure
fiſc. libr. 4. tit. 6. nu. 35.* & cum his in ſimili caſu concordat
Rota diuer. deciſ. 195. n. 1. p. 1. dicens, quod licet contractus
26 ſit nullus, tamen non ſequitur, quod debitores non re-
manſerint obligati ea obligatione, quæ re contrahitur
ad reſtitutionem pecuniarum, & per conſequens non re-
27 ſtituendo eas, ad intereſſe lucri ceſſantis. Et ex pecunijs
nulliter datis ad ſocietatem officij quod debeatur intereſ-
ſe probatis requiſitis neceſſarijs, dixit eadem *Rota di-
uerſ. deciſ. 287.* habebat in fin. & iterum in Romana So-
cietatis coram Cardin. Blanchetto 28 Iannarij 1591. in-
28 ter impreſſ. Lugdun. 1612. ſpeciale tamen eſt in venditio-
nibus fiſcalib. vt re euicta fiſcus non teneatur niſi ad ſim-
plū licet Cæſaris procurator ſub pœna dupli de euictione
promiſiſſet, *l. ſi procurator, ff. de iur. fiſc. Glo. in l. ſi dictum, ff.
de euict. Pariſ. conſ. 101. n. 14. lib. 1. Bal. in l. 1. C. de hæred. vel
act. vend. Afflict. in c. 1. ſub num. 2. in fin. de inueſt. de re alien.
29 fact. Rebuff. de dilat. art. 2. Gloſ. 1. numer. 32.* vbi teſtatur,
quod in Regno Franciæ idem in omnibus ſeruatur, quod
in fiſco, & ratio dictæ concluſionis eſt fauor publicus,
vt per *Afflict. vbi ſupr.* Intellige procedere, quando fiſ-
30 cus vendit rem vt ſuam, in quibus terminis loquitur d. l.
ſi procurator, quæ quauis a Bart. ibid. aſſeratur correcta
per *l. omnes, & l. bene à Zenone, C. de quadr. præſcr.* ex quo
tamen leges illæ in pluribus caſibus limitantur vt præci-
31 puè habetur per *Peregr. in dict. tract. de iur. fiſc. libr. 6. tit. 4.
& ego dixi in quæſt....* Non tamen ſic eſt, cum fiſcus rem
vendit vti ſui debitoris, quia non tenetur de euictione, ſed
debitor cuius res alienatur, *tot. tit. credit. euict. pign. non
32 deb.* bene verum eſt, quod fiſcus ſe præſtare debet in re
debitoris vendita potiorem omnibus illius creditoribus
vt in dictis iuribus, & idcircò re vendita pro credito fiſci
euicta, puta iure fideicommiſſi, fiſcus non tenetur de eui-
ctione etiam ad pretij reſtitutionem, quoniam ita iure
cautum eſt.

33 Quæro inſuper numquid emptor agere poſſit aduerſus
venditorem ad intereſſe, qui conſultò rem hodie vendi-
dit ſciens eam cras minus valituram, & dicendum videtur
quod ſic, ſecundum *Bar. in l. quero, ff. de act. empt. & in leg.
contra legem, ff. de legi. Paul. de Caſtr. in l. 1. §. fin. ff. de act.
empt. Rom. ſingul. 286. & Adden. ibi ad eum. Afflic. dec. 399.
de quo dixi in q...*

34 Ad ea quæ dixi circa duplæ præſtationem, notandum
eſt, ſtipulationem duplæ lata ſententia ante rem reſtitu-
tā præſtari ſecundum *Alber. in d. l. euicta, §. duple, et Ang.
in l. habere licere, ff. de act. empt quos ſequitur Berret d. conſ.
145 n. 10. contra Soc. conſ. 199. n. 8. lib. 2. qui tamen probatur
à Vinc. de Franch. dec. 145. ſub n. 2.*

35 Ac præterea, quod ſi venditor concordat ſe cum acto-
re, & liberat poſſeſſorem, dupli ſtipulatio non committi-
tur, *Bal. conſ. 3. Titius vendidit lib. 1. per text. in l. fideiuſſor
euictionis, ff. de dol. except. quem refert ac ſequitur Franch.
d. deciſ. 145. n. 3.*

36 Vbi vero venditor litem mouerit emptori, incidit in
pœnam comminatam in contractu, *l. 1. C. de ſent. quæ pro eo
quod inter. & l. 2. §. fin. & l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* cuius
37 pœnæ exactio a Iudice Eccleſiaſtico impediri nequit;
cum à iure hoc ſit permiſſum præcipuè duplum pretij, *l.
1. §. emptor, ff. de euict. l. ſi dictū in princ. ff. eod.* in qua ius ca-
nonicum contrarium non diſponit, ſic in terminis *Aret.
conſ. 127. n. 13. vſq; ad fin.*

ARGVMENTVM.

Intereſſe ob euictionem, an & quando concedatur vſque ad duplum. Et vbi eſt conuentum, ad quid debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe ob euictionem debetur, nedum vſque ad duplum, quando fuit expreſſum in contractu, ſed etiam, quando expreſſum non fuit.*

Declara-

Declaratur procedere, dummodo res non fuerit vilis, & abiecta, quia tunc ceſſat dupli ſtipulatio, n. 9.

2 *Stipulatio dupli committitur per ſententiam qua res euincitur, quoniam tunc permittitur euictio, & duplum.*

3 *Duplicatio vt concedatur, oportet quod res tradita fuerit emptori.*

Licet aliqui ſenſerint etiam re non tradita actionem ad duplum dari, n. 4.

Item requiritur, quod cum effectu res fuerit euicta, nec ſufficit ſola ſententia, n. 5.

Primò fallit, ſi adſit pactum quod ſtatim lite mota agi poſſit, num. 7.

Secundò fallit, quando ſcienter res aliena venditur ignoranti, quia hoc caſu agitur de dolo actione ex empto ad id, quod intereſt rem fuiſſe tuam, n. 8.

Affertur diſtinctio in principali concluſione, num. 6.

10 *Venditio ſimplaria dicitur, pro qua venditor duplum; promittere non tenetur, vt eſt in rebus vilibus, & abiectis.*

11 *Actiones ſimplariæ dicuntur, quæ dantur ad ſimplum, & dupliariæ, quæ dantur ad duplum.*

12 *Actio redhibitoria non datur pro rebus ſimplarijs, ideſt pro rebus in quibus eſſe non poteſt vitium animi, & corporis.*

13 *Venditio ſimplaria facta dicitur de re ſimplici, & contemptibili, in qua neceſſarium non eſt duplum promittere, ſi tamen promittatur duplum, valet promiſſio, n. 14.*

15 *Stipulatio dupla non procedit, quando pro re vili, & abiecta promittitur.*

Ampliatur ſibi tribuere, etiamſi res magni momenti ei adijciatur, quoniam in fraudem adiecta cenſetur, n. 16.

Et res vilis in hac materia dicitur eſſe vſque ad duos aureos, num. 17.

18 *Duplum ex generali conſuetudine permitti non ſolet, & tanquam vſura reprobatur.*

Sed author contra n. 19.

20 *Intereſſe conuentum, ſeu pęna ſpeciei, adiecta, regulariter debetur.*

Quamuis vſura huius pœnæ non debeatur, n. 21. & 22.

23 *Pęnæ ſunt odioſæ, & ideo temperandæ, & non extendendæ.*

24 *Vſuræ vſurarum non debentur.*

25 *Pęna appoſita in primo compromiſſo non trahitur ad ſecundum, prout nec ſtipulatio pœnalis adhibita in primo contractu locationis videtur repetita in ſequenti locatione.*

Et præſertim in tacita reconductione, n. 26.

Quin etiam nec repetita cenſetur alia, obligatio, quæ non ſit de propria natura illius contractus, n. 27.

Ampliatur procedere tam in pęna conuentionali, quam etiam legali n. 30.

28 *Conductor ſi in inſtrumento locationis, & conductionis factę ad certum tempus obligauit ſe in forma Cameræ, & poſtea finito tempore perſeueret per modum tacitæ conductionis, non poteſt contra eum pro penſionibus huius tacitę conductionis executiuè procedi.*

Extenditur idem procedere in inſtrumento publico habente executionem paratam, n. 29.

31 *Intereſſe conuentum recipit quantitatem à conuentione.*

Maximè ſi ſit veriſimile in eo quod fuit taxatum, n. 32.

33 *Emptor rei fructiferæ, puta prædij, ſi promittat venditori ſoluere certam annuam penſionem, ſeu quantitatem pecuniæ numeratæ pro intereſſe donec ſoluat pretium rei emptæ, & illa annua ſolutio ſic taxata ſit correſpectiua fructibus rei venditæ, illa taxatio certi intereſſe vniformis habetur pro probata, & attenditur.*

34 *Taxatio exceſſiua intereſſe non reddit contractum vſurarium, ſed exactio, ideo datur reductio, & contractus eſt validus.*

Et licet vitietur pactum, contractus tamen remanet firmus, num. 35.

Quæſt. CLXXXII.

VTrum autem intereſſe ob euictionem debeatur vſq; ad duplum alia eſt conſideratio.

1 Nam quod agi poſſit ad duplum, nedum quando fuit expreſſum in contractu, *l. euicta, §. 1. vbi notatur, ff. de euict. & l. vtraque, ff. de rei vend.* ſed etiam quando non fuit expreſsè promiſſum, ſi verè appareat illud paſſum fuiſſe, *l. 2. ff. de euict. & l. pen. C. eod. Menoch. conſil. 1178. n. 13 lib. 12.*

2 Cæterum hæc ſtipulatio committitur per ſententiam, qua res euincitur, quoniam tunc permittitur euictionis actio, & ad duplum, cum ante ſententiam non liceat, vt dixi ſuo loco, & notant in ſpecie *Doct. in d. l. vtroque ff. de rei vendit. & in d. l. euicta, §. 1. Rebuff. in l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo quod inter. in Gloſ. in ver. ſubtilitatem numer. 9. Alex. conſil. 4. num. 1. lib. 3. Socin. ſen. conſ. 199. ſub num. 8. lib. 2. Cæpoll. caut. 71. notatur in l. fideiuſſor. ff. de dol. except. & in leg. habere licere, ff. de euict. & in leg. ſi dictum §. fi. eod. tit.*

3 Et vt dupli actio concedatur, oportet, quod res fuerit tradita emptori, quia priuatio præſupponit habitum, non enim res ab eo euinci poteſt, qui nõ poſſidet, & ideo, vt dictum requiritur traditio, *d. l. euicta, §. 1. quæ opinio fuit*

4 *Azon. Hug. & Accurſ.* quamuis quidam opinati fuerint etiam re non tradita actionem ad duplum præſtari. *per l. 3. ff. de dol. except.*

5 Sed quæritur, an hoc caſu requiratur ab emptore rem eſſe cum effectu euictam, ita quod ea careat quando agit, vel ſaltem litis æſtimationem eſſe ſolutam, quod etiam ſufficit ad duplæ exactionem, *d. l. euicta, §. 1. de euictio.* an verò ſola ſententia condemnatori ſufficiat.

Et per dicta *l. habere licere, & d. §. 1.* dicendum videtur ſolum ſententiam non ſufficere, per quæ iura ſic intellexi *Cæpoll. in ver. ſubtilitatem n. 10.*

6 At Azo. diſtinguit.

Quod aut venditor promiſit duplum ſi res fuerit euicta. Aut ſi emptori rem habere non liceat.

Et primo caſu cenſet ſtatim lata ſententia condemnatoria agi poſſe ad duplum, vt in *leg. euictio, ff. de euictio.* & facit quod de fideiuſſore dicitur *in leg. Lucius, ff. manda.* quod ſtatim lata ſententia poteſt aduerſus debitorem agere.

Secundo caſu, ſi venditor ipſe litem mouit, ſtatim committitur duplæ ſtipulatio, & ante litem conteſtatam, vt in *l. ſtipulatio iſta, §. ſed quatenus, & §. ſi quis fortè, ff. de verb. oblig.*

Aut alius tertius litem mouit; & tunc actualis euictio requiritur, quia etiam poſt ſententiam poteſt venditor adimplere promiſſa, quod habere liceat. Vbi verò emptor cecidit a poſſeſſione, quam cum voluit repetere, ſuccubuit; tunc ſi ſine culpa ſua cecidi, committitur ſtipulatio, vt *in l. euicta, §. duplę, ff. de euict.*

Aut ſua culpa, vel ſpontè, & ſibi imputare debet, per *l. ſi rem, §. duplæ, ff. de euict. tradit Aut. Burg. in c. fin. col. fin. de empt. & vend.*

7 Et præmiſſa procedunt, niſi adſit pactum quod ſtatim lite mota de euictione agi poſſit, *l. ſine in libertatem, C. de euict. Burg. in d. c. fin. col. fin. de empt. & vend.*

8 Secundò fallit quando ſcienter res aliena vẽditur ignoranti, quoniam hoc caſu ex dolo agitur actione ex empto ad id, quod intereſt rem fuiſſe tuam, vt *in l. ſeruus in fin. ff. de act. empt. Burg.* in loco prææallegato.

9 Verum quod dictum fuit duplum ex ſtipulatione deberi. Declaratur procedere, dummodo res non ſit vilis, & abiecta, quia tunc ceſſat dupli ſtipulatio per tex. *in l. emptori,* ibi, ſed de his rebus, quæ pretioſiores eſſent, *ff. de euict.* per quem tex. ſic interpretatus eſt Budæus verba,

l.ſi tamen,§.fin.ff.de ædil.edict.ibi ſimplarum venditionum
10 cauſane ſit redhibitio in vſu eſt. Intellexit enim ibi Bu-
dæus ſimplarias venditiones eſſe, pro quibus venditor
duplum promittere non tenetur, quæ ſine dupli promiſ-
ſione fieri debent,hoc eſt rerum vilium, & abiectarum
per d.l.emptori,quod & ſentit ibi gl.dum ſimplariam, ideſt
11 vilium rerum expoſuit,ſicut actiones ſimplariæ ſunt,quæ
dantur ad ſimplum,& duplariæ,quæ dantur ad duplum,vt
12 in d.l.emptori,& intellige gl.in d.l.ſi tamen, agendum non
eſſet redhibitoria pro rebus ſimplarijs, ideſt pro rebus in
quibus non poteſt eſſe vitium animi,& corporis,& hodie
13 in vſu eſt,vt inquit,I.C.vt in illis non ſit redhibitio, atq;
ita venditio ſimplacia facta dicitur de re ſimplici,& con-
temptibili,in qua neceſſarium non eſt duplũ promittere,
& ſic interpretatur Rebuff.in l.alienarum,§.donationis,ff.de
14 verb ſign.ſi tamen promittatur duplum, valet promiſſio,
vt reſpondit Domin.Gemm.conſ.41. viſo themate, quid-
quid dixerit Corraſ.lib.2. Miſcell. qui carpit Budæum, &
quidem indebitè,licet tandem ab eo non diſſentiat,legit-
que ſimplarium a paruo vaſe,ſequitur Donell. de pign.pag.
15 286.dum ait,duplæ ſtipulationem non procedere, quan-
do pro re vili. & abiecta promittitur,quod locum etiam
16 habet, ſi res magni momenti ei adijciatur quoniam in
fraudem cenſeretur adiecta,vt in leg.iuſtiſſimè,ff.de ædilit.
edic.Hugo.Donell.vbi ſupra pag.285. qui pag.310. explicat
17 vſque ad duos aureos eſſe in materia hac rem vilem, arg.
notatorum in l.fin.& in l.ſi oleum,ff.de dol.

18 Inquit tamen Rebuff. hodie ex generali conſuetudine
huiuſmodi duplum promitti non ſolere, & tanquam vſu-
cam reprobari, quoniam pęnæ iſtæ in foro conſcientiæ
19 non deberentur c.ſi æternitatis 12.q.2.quod abſolutè,non
probo,ex ijs quæ ſcripſit Domin.Soto de iuſt.& iur.lib.6.q.
1.art.3.concluſ.1. in ſolutione dubitationis. Card.Tolet.de
inſtruct.Sacerd.lib.5.c.32.n.1.Io.Azor.de inſtit.moral.p.3.
lib.5.tit.de vſur.cap.6. q.5. nam regulariter intereſſe con-
20 uentum ſeu pæna ſpeciei adiecta debetur,leg.promiſſis,&
ibi Doct.C.de tranſact.Abb.in c.dilecti ſub n.13.& ſeq. in
quinta pæna de arbitr. & Rebuff.in l vnica in Gl.1 ſub n.
59.verſ.notandæ ſunt,C.de ſent. quæ pro eo quod inter li-
21 cet vſura huius pęnæ non debeatur,l.1.et ibi Glo.C.de fiſc.
vſur.lib.10.& Glo.in l.vlt.in ver.ſortis tantummodo, C.de
22 vſur. rei iud. & pænarum vſuras peti non poſſe conſtitu-
tum eſſe inquit tex.in l.fin.ff.de magiſtr.conuent.& tradunt
Ruyn.conſ.55.ſub n.16.& 17.lib.2.& conſ.103.ſub n.4. verſ.
non obſtat igitur lib.1.Cagn.in leg.vnica ſub n.46.verſ.tertio
quia,C.de ſent.qua pro eo, quod inter.

23 Confirmatur, quia pęnæ ſunt odioſæ, & ideo tempe-
randæ,non extendendæ,c.odia de reg.iur.in ſexto,l.capien-
24 da,ff.eod.l.præſet,ff.de pæn.cum ſimil. & hac ratione non
debert vſuram vſuræ ſcribunt Cagnol.in d.l.vnica ſub n.46.
verſ.tertiò,quia,C.de ſent.quæ pro eo,quod inter.& Menoch.
de arbitr.iud.caſu 119.ſub n.38. verſ.cæterum.

25 Vnde & pęna appoſita in primo compromiſſo non
trahitur ſecundum, & ſtipulatio pęnalis adhibita in pri-
mo contractu locationis non vtitur repetita in ſequenti
locatione. Tiraq.in l.bouet,§.hoc ſermone ſub n.99. verſic.
26 54.ff.de verb. ſign. & præſertim in tacita reconductione,
27 quinimò nec repetita cenſetur alia obligatio, quæ non
28 ſit de propria natura illius contractus. Ideo ſi conductor
in inſtrumento locationis, & conductionis factæ ad cer-
tum tempus obligauit ſe in forma cameræ, & poſtea fini-
to tempore perſeueret per modum tacitæ conductionis,
non poteſt contra eum pro penſionibus huius tacitæ cõ-
ductionis executiuè procedi.Gal.ad formam oblig. Camer.
q.31.n.18.Scacc.de appell.lib.3.c.1.q.17.limit.9.n.17. ete-
nim non poteſt huius obligationis vigore agi executiuè,
poſtquam fuit mutata, & nouata prima cui adiecta erat.
29 Rot.in Rom.pecuniaria 20.May 1601.coram Sanctiſſ.quod
idem in inſtrumento publico habente executionem pa-
ratam ſcripſit Ant.Canar.in tract.de exec.inſtr.q.44.n.82.
Petr.Nun.de Auendan.ad l.4.& 5.titul.de las exceptiones
ſub n.56.verſ.ſi verò contractus,&de inſtrumẽto guarenti-
giato. Boer.deciſ.284.ſub n.14.verſ.cuius ratione Menoc.de
præſumpt.lib.3 præſumpt.85.num.46.& concluſio prædata
30 locum habet tam in pæna conuentionali, quam in pœna
legali Gl.in l.1.Cod.de fiſc.vſur.lib.10.Ruyn.d.conſ.55.ſub n.
17.lib.2.

31 Præterea notandum eſt, quod vbi intereſſe fuit con-
uentum,illud recipit quantitatem a conuentione,vnde ſit
in conuentione eſt taxatum infra duplum, quamuis verè
maius eſſet,duplum excedere non poteſt, ſecus ſi ſit taxa-
32 tum vltra duplum,dummodo tamen ſit veriſimile,& cor-
reſpectiuum certo lucro,ſeu fructui,ita quod fructus veri-
ſimiliter ad intereſſe taxatum aſcendant. Rota diuerſ.dec.
33 340.ſub num.2. par.1. quare ſi emptor rei fructifere puta
prædij promittat venditori ſoluere certam annuam quã-
titatẽ pecuniæ numeratæ pro intereſſe donec ſoluat pre-
tium emptæ, & annua ſolutio ſic taxata ſit correſpectiua
fructibus rei venditæ, vtque concurrente iſta veriſimili-
tudine, & proportione, illa taxatio certi intereſſe vnifor-
mis habetur pro probata,& attenditur.Caſ.de Graſſ.deciſ.
1.n.3.4.& 5. de vſur. vbi admittitur taxatio ad rationem
quinque pro centum.Rota coram R.P.D. Remboldo in Ro-
mana pecuniaria de Columna 9.May 1616. & coram R.P.
D.Dunozett.in eadem cauſa 19.Iunij 1617.col.2.in fin.ver-
ſic.& licet replicaretur.

34 Et quatenus taxatio eſſet exceſſiua,reducitur, & habe-
tur pro non facta, non enim illa ſola reddit contractum
vſurarium,ſed exactio.Aym.conſil.189. ſub num.8.verſic.
non negarem tamen.Dec.conſil.111. & in cap. cum venera-
bilis de except.& ſæpè tenuit Rota,vt in cauſa Ianuen.pecu-
niaria 6.Iunij 1611.coram Card. Lancellotto inter impreſſ.
Romæ 1615. & coram bo.mem. R.P D. Vbaldo 1.Martij
35 1613 in eadem cauſa. Et paſſim in huiuſmodi contracti-
bus pactum inualidum vitiatur, & remanet actus firmus
quoad alia.Hond.conſ.17.num.25.lib.2. Gayll. obſeruat.4.
lib.2.Surd.conſ.327.num.18.lib.3.Barz. de guarantig.part.
3.quæſt.7.cum cæteris, de quibus per Carol.de Graſſ.de ex-
cept.cap.28. numer. 62. de quo dicemus in ſequenti quæ-
ſtione.

ARGVMENTVM.

Re euicta,an & quando per oblationem eiuſdem rei venditor liberatur à pœna dupli,damnorum,ac intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Venditor re euicta per oblationem eiuſdem rei non liberatur à pęna.*
2 *Diſtinctio affertur inter intereſſe commune, & particulare ſecundum mentem Bal.*
3 *Intereſſe commune eſt communis æſtimatio rei.*
4 *Oblatio rei euictæ inducit cum effectu liberationem, quia per eam videtur ceſſare intereſſe ex quo rei æſtimatio quodammodo cenſetur ipſa res.*
At videas num.ſeqq.
Et tunc res euicta ſolui poteſt, quando eandem omninò tribuit vtilitatem,prout intereſſe præſtatio, n.5.
Sed quod non ſufficiat rei euictæ oblatio,niſi etiam offerantur expenſæ,ac intereſſe,habetur n.6.
Vbi tamen præſtatio rei euictæ eandem non præſtaret vtilitatem,prout quantitas debita,n.7.

Fellit

Fallit quando vltra euictionem fuit promiſſa pœna dupla, in qua non ſufficit oblatio rei euictæ, n. 12. & 14.

Intellige, vt num. 23.

Neque etiam pretium, præſertim vbi copulatim promittitur pœna, reſtitutio pretij, ac intereſſe, n. 13.

9 *Pœna promiſſio in contractu venditionis non fit intuitu rei euictæ, ſed ad puniendum permittentem euinci.*

10 *Intellectus l. fideiuſſor euictionis, ff. de dol. except.*

15 *Euictio vbi fit ratione proprietatis, ac dominij, vel quaſi, venditor non auditur offerens eandem rem cum omni intereſſe.*

Et de ratione ibidem.

Secus ſi res euincatur ratione hypothecæ, quia tunc venditor auditur, & ſtipulatio commiſſa reſoluitur, cum ſat ſit, quod emptor rem ſibi oblatam recuperet, n. 16.

17 *Stipulatio dupli non committitur, ſi venditor ſe concordat cum actore.*

18 *Emptor re euicta per ſententiam nondum executam ſiue ratione proprietatis, ſiue etiam ratione nudæ poſſeſſionis, venditore offerẽte rem penès eum dimittere, & à moleſtia liberare, ac omne aliud intereſſe ſoluere, quieſcere debet.*

19 *Agens ex contractu ad pœnam non auditur, niſi pro parte ſua impleuerit, & n. 22.*

20 *Pœnam petere poteſt, qui eam non commiſit.*

21 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

24 *Euicta res compenſari poteſt.*

Quæſt. CLXXXIII.

1 RE euicta, an per oblationem eiuſdem rei venditor liberetur à pœna dupli, ac damnorum, & intereſſe promiſſa ſæpè diſputari ſolet.

Nam pro negatiua videtur *tex. in l. emptori de euict.* vbi
habetur quod ſi emptori, qui paſſus eſt euictionem offe-
ratur res euicta, non ob id tollitur actio, quæ competebat
pro intereſſe. Et quamuis *Gloſ. intelligat ibi text.* quando
intereſt vltra rem euictam, & offertur dumtaxat res eui-
cta dum opponit *de l. fideiuſſor euictionis, ff. de dol. except.*
quod in dict. l. fideiuſſor euictionis, obtulerat etiam ſoluere
illud intereſſe, & ſic ibi plenior fuerit oblatio, quam in *d. l.*
emptori, non tamen ita reſtringendo videtur procedere
Glo. opinio, quando intereſſe excederet æſtimationem
ſerui empti, & euicti.

2 Quare *Bal. in d. l. in addit.* diſtinguit inter intereſſe com-
mune, & intereſſe particulare, & pœnam; circa intereſſe
commune vult, quod proſit oblatio rei euictæ, at circa in-
tereſſe particulare, & pœnam, dicit ſecus eſſe, ea ratione,
3 quia intereſſe commune eſt communis æſtimatio rei, iux-
ta quę tradit *Bar. in l. vnica, C. de ſentent.* quę pro eo, quod
4 inter. igitur *Bald. in d. addit.* in qua plenius repetit *d. l. em-*
ptori, voluit intelligere, quod ideo oblatio rei euictę indu-
cit cum effectu liberationem, quia per eam videtur ceſſa-
re intereſſe ex quo rei æſtimatio quodammodo cenſetur
ipſa res, *l. ſi ita fideiuſſorem accepero de fideiuſſ. & Bal. in l. ſi*
5 *in inſulam fieri, ff. de verb. obligat.* ſcribit, quod ideò ibi res
euicta ſolui poteſt, quoniam eandem omninò tribuit vti-
litatem, prout intereſſe præſtatio.

6 Cæterum quod non ſufficiat rem ipſam offerre, & cum
effectu dari, niſi etiam offerantur expenſæ, ac intereſſe,
7 vbi tamen præſtatio rei euictæ non præſtaret eandem
vtilitatem, prout quantitas debita per notata in d. l. inſu-
lam dicendum videtur.

Et pro reſponſione ad dictam *l. fideiuſſor euictionis, di-*
cit Bal. in d. l. emptori, quod ibi in fideiuſſore, ſecus in prin-
cipali, quem ſequitur *Salyc. in l. ſemel mora, ff. ſol. matr. &*
Fulgoſ. in d. l. habere de euict. & in d. l. emptori.

8 Et quoad pœnam duplæ quod non ſufficiat oblatio rei
euictæ, voluit *Gl. in d. l. fideiuſſor euictionis, & Bart. ibi, Gloſ.*
9 *Bal. Fulgoſ. in dicta l. emptori*, nam pœna non promittitur
intuitu rei euictæ, quia non eſt correſpectiua ad rem, ſed
10 ad puniendum permittentem euinci, vnde locum non
habent termini *d. l. fideiuſſor euictionis*, ſecundum intelle-
ctum *Bar. ibi, & in d. l. ſi inſulam*, qui vult, quod ibi non
agitur de purgando moram, ſed de ſoluendo debitum, ni-
11 hilominus aliud pro alio ſoluitur, quia quantitas debetur
contemplatione rei euictæ, ideo ſufficit ſoluere, & offerre
rem euictam, argum. *leg. Titia textores, §. final. ff. de leg. 1.*
& leg. ſi verò, §. fin. ff. ſoluto matrim. Angel. in dicta l. ſi inſu-
lam.

12 Quod non procedit, quando vltra euictionem fuit
promiſſa pœna duplæ, quæ non debetur contemplatio-
ne rei.

13 Quinimò nec etiam pretium, præſertim vbi copulati-
uæ promittitur pœna, reſtitutio pretij, ac intereſſe, licet
enim intereſſe correſpectiuetur ad rem præſtatio inte-
14 reſſe quidquid vltra præſtatur, eſt mera pœna ideo in pre-
tio, & in pœna dupli ceſſat dicta ratio, quod vnum pro
alio ſolui poſſit.

In re tamen hac pro vera reſolutione huius quæſtionis
conſtituo duo caſus.

15 Primus caſus eſt, quando euictio ſecuta fuit ratione do-
minij, vel quaſi, & ſic in proprietate, & non ſolius poſſeſ-
ſionis, nam licet vtroq; caſu emptor re ſibi euicta, de eui-
ctione agat per *tex. in l. ſi mancipium, §. fin. ff. de euict. & di-*
xi in quæſt. 12. non pauca eſt differentia, an vno, vel altero
modo euincatur. Quia vbi ratione dominij res euincitur,
& emptor agit aduerſus venditorem, & is offerat empto-
ri eandem rem euictam in eodem ſtatu, & non deteriora-
tam, & præterea etiam omne intereſſe, non auditur, nec
emptorem ab executione ſententiæ repellit, quoniam
euictio hæc perpetuam habet cauſam, & ſtipulatio ſemel
commiſſa reſolui non poteſt, *leg. habere licere in fin. ff. de*
euict. Socin. ſen. conſ. 199. ſub n. 8. verſ. poſtremo defendi po-
teſt lib. 2. Franch. deciſ. 145. n. 1.

16 Secundus eſt caſus, quando res fuit euicta a creditore
ratione hypothecæ, & tunc venditor offerens, vt ſupra,
auditur, & ſtipulatio commiſſa reſoluitur, cũ ſat ſit quod
emptor rem ſibi ablatam recuperet, & omne aliud ſuum
intereſſe conſequatur, quoniam debito ſoluto hypothe-
ca extinguitur, *l. euictus, ff. de euict.* ita voluiſſe videtur. *Gl.*
in d. l. habere licere in gl. fin. & in d. l. euictus in Gl. pen. & fin.
quam idem ſequuntur *Alber. Ang. & Fulgoſ. ſub n. 4. verſ.*
vel non intereſt, de communi Raph. Cum. in d. leg. fideiuſſ. eui-
ctionis in fin. verſic. ibi facilius, C. de dol. mal. except. Soc. ſen.
d. conſ. 199. ſub n. 8. verſ. Poſtremò defendi poteſt lib. 2. &
probatur Vinc. Franc. dicta deciſ. 145. ſub num. 2. qui addu-
cit *Bal. conſ. 3.* Titius vendidit libro primo vbi concludit,
17 quod ſi venditor ſe concordat cum actore, & liberat poſ-
ſeſſorem, dupli ſtipulatio non committitur, per *dicta leg.*
fideiuſſor euictionis, & ſic concluſum fuiſſe ac intelligenda
dicta per *Paul. de Caſtr. per illum text. in l. emptorem verſ.*
item dixi de act. empt. additque ibid. num. 3. quod hic ſecun-
18 dus caſus in euictione per hypothecariam facilius admit-
tendus eſſet, quando res nondum ablata foret emptori,
quamuis per ſententiam fuerit condemnatus, & ea in iu-
dicatum tranſiuiſſet, quia tunc venditor audiretur offe-
rens rem dimittere penès ipſum emptorem adhuc illius
poſſeſſorem, & eum ab actoris moleſtia liberare, & quod
ſua intereſt vna cum expenſis eidem ſoluere quo caſu em-
ptor a duplo, ſeu a petitione alterius intereſſe repellere-
tur, ſecundum *Glo. in dicta l. fideiuſſor euictionis, in Gloſ. pen.*
ibi contra hanc tamen ſolutionem, *ff. de dol. mal. except.*
& Alber. ibid. in fin. Fulgoſ. in d. l. euictus, & in d. leg. habere
licere. Socin. ſen. d. conſil. 199. ſub num. 8. quos omnes re-
fert, ac ſequitur *Petr. Caball. in conſil. ſuo deciſiuo 6. num. 4.*
& per totum lib. primo, & voluit Alba conſil. 688. numer. 1.
lib. 1.

19 Illud vero notandum eſt, quod quando quis vult ex contractu agere ad penam, non eſt audiendus, niſi pro parte ſua eum impleuerit. *Bart. in l. quæro, §. inter locatorem num. 1. ff. locati. Bal. in c. 1. quali. domi. propriet. priue.* etenim ille poteſt penam petere, qui eam non commiſit,
20 *l. cum par. delictum, §. ilis debet, ff. de reg. iur.* & paria delicta
21 mutua compenſatione tolluntur, *l. cum mulier, ff. ſol. matr. l. viro, atq; vxore, ff. eod. tit. Gloſ. in l. qui fidem, ff. de tranſact.*
22 *Cor. conſil. 343. n. 6. & in fin. lib. 1.* & ideo agens non poteſt alteri moram, & culpam obijcere, niſi ex parte ſua probet debitum implementum, *l. qui pendentem vindemiam, ff. de acq. empt. Bal. in l. in minorum, in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Rimin. ſen. conſ. 535. n. 6. Aleiat. conſ. 10,*
23 *num. 5. lib. 8.* & per conſequens in propoſito emptor penam, de qua ſupra, & euictionem prætendere nequit, niſi etiam ipſe oſtendat ex parte ſua cauſam viriliter defendiſſe, appellaſſe, appellationem fuiſſe proſecutam, litem venditori legitimè denunciaſſe, & omnia peregiſſe ad quæ pro parte ſua tenebatur, de quibus omnibus habetur in ſpecie per *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 17. per totum,* & diximus ſuis locis.

24 Preterea quoq; ſcias, quod poſt rem euictam compenſatio opponitur; nam re euicta compenſari poteſt, *Bar. in l. eleganter n. 2. ff. de pign. act.* quod enim contrario iudicio peti poteſt, rectè compenſatur *Bar. in l. mandato, §. quod autem num. 2. ff. de pign. act. Bal. in l. ſi tutores, C. de compenſat. Sebaſt. Med. in tractat. de compenſat. part. 2. quæſt. 25, num. 5.*

ARGVMENTVM.

Emptor conuentus, & euictus, an repetat expenſas à venditore, à quibus euincens fuit abſolutus.

Damni appellatione, an veniat pœna in ſententijs.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe conſiſtit circa lucrum ceſſans ac damnũ emergens.*
2 *Damni appellatione non venit pœna.*
Nec eſt propriè pœna, licet large ſit, num. 3.
Sunt nec in ſpecie, quamuis in genere ſit pena, n. 4.
5 *Verba ſententiæ ſunt ſtrictè intelligenda.*
Ita quod nil vltea includant, quam ex eis de neceſſitate inferatur, num. 6.
7 *Interpretatio lata non venit in ſententia.*
8 *Omiſſum cenſetur in ſententia, quod in condemnatione non eſt expreſſum.*
Et quando in ſententia includatur non expreſſum cum ſuis declarationibus, ibid.
9 *Emptor à venditore conſequi non poteſt expenſas factas in lite ſibi motu etiam ſi obtinuerit.*
Et de ratione ibid. Et videas n. 24.
Præſertim ſi aliter non fuerit dictum per partes, n. 10.
Contrarium verius dicitur n. 11. & ſeq. ſub n. 18.
Ratio affertur, n. 14. & 16.
11 *Emptor qui obtinuit debet expenſas, & damna recuperare à victo non autem a venditore.*
14 *Venditor ante ſententiam tenetur ſubminiſtrare ſumptus litis.*
Et tenetur ad defenſionem rei venditæ, etiamſi nihil fuit dictum, n. 16.
Extenditur id eo magis procedere, quando venditor expreſsè promiſit emptori ſumptus litis, n. 18.
Sicuti hodie notarij communiter facere ſolent, n. 19.
Ampliatur etiam procedere, vbi lis ab emptore ſit contra auctorem auctoris, contra quem agi poteſt ad euitandum circuitum, n. 20.
Primò fallit ſi culpa imputari poſſit emptori, quare colliti-gante, ſi in euincentia impenſas non recuperauerit, n. 21.
Secundò fallit, quando emptor eſt aduocatus, vel procurator in cauſa euictionis, quia ſuccubuerit, non recuperat litis expenſas, n. 22.
Sublimitatur non habere locum, ſi venditor eſſet obligatus ad omnes ſumptus litis, n. 23.
25 *Emptores debent principaliter litem agere, & venditoris ſolum tenentur ſubminiſtrare teſtes, & inſtrumenta ad cauſa defenſionem.*
Declaratur procedere, quando venditor ſimpliciter promiſit, ſecus ſi ſe obligauit ſuis ſumptibus omnem litem ſuſcipere, num. 26.
Et videas infra n. ſeq. & n. 35.
27 *Venditor tenetur ad omnes expenſas neceſſarias.*
Quarum appellatione non ſolum veniunt inſtrumenta, & teſtes, ſed etiam ſalaria procuratorum, aduocatorum, & notariorum, n. 28.
29 *Euictionis cauſa pendente venditor non tenetur ad ſumptus litis, cum eus emptor recuperare poſſit ab euincente, vnde recuperanda eſt ſententia, licet ſecus ſit, quando certum eſſet eas recuperari non poſſe.*
30 *Fideiuſſor pendente iudicio petere poteſt ſibi pecuniam tradi pro expenſis ab eo, cuius negocium gerit.*
31 *Fideiuſſor repetit a debitore etiam ſi ſoluerit indebitum.*
32 *Euictio vbi eſt ſecuta, in dubio venditor tenetur ad omnes expenſas etiam factas in intimanda lite, fallit ibid.*
33 *Condemnatio quando fit in expenſis & intereſſe, prius fieri debet liquidatio, quum agatur ad penam dupli quia exigitur pro modo eius, quod intereſt.*
34 *Promittens defendere, et expenſas ſoluere, ſi obtineat in lite ſibi motu ab eo cui fuit facta promiſſio, qui in medio litis ſuccubuit, & propterea talis ſuccũbens ſoluit ſi poſtea obtineat expenſas ſibi ſolutas promittens tenetur reſtituere.*
35 *Expenſæ quando a venditore non fuerunt promiſſa, illæ directo non petuntur, ſed petitur intereſſe, quia venditor non defendit, in quo veniunt ſumptus, & expenſæ.*
36 *Venditor ſi denunciationi litis reſpondeat nolle defendere, adhuc emptor tenetur defendere.*
37 *Citatus ſi reſpondeat nolle comparere, attamen amplius citari debet.*
38 *Emptor non agit de euictione ſi abſit, et cauſã non defendat.*
Extenditur procedere etiam pro certo habeat litem amiſſurum, n. 39.
Et de ratione ibid.
40 *Denunciatio fieri non poteſt author authoris.*
Primo fallit, ſtante iurium ceſſione verbis prægnantibus, numero 41.
Secundò fallit quando adeſt Clauſula ponens, n. 42.
Tertiò fallit quando ſucceſſoris ſingularis author ſtipulatus fuit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, n. 43.

Quæſt. CLXXXIV.

QVid autem dicendum ſit, ſi iudex condemnauit venditorem ad expenſas, & damna, & intereſſe, an appellatione damnorum veniat pena, non leuis videtur difficultas.

Et dicendum videtur quod ſic.

Quoniam intereſſe conſiſtit circa lucrum ceſſans, ac damnum emergens, *Rebuff. de ſent. execut. art. 6. Gl. vnic. n. 19. et 20. et in l. vnic. in princ. n. 47. C. de ſent.* quæ pro eo, quod inter *Corn. conſ. 46. col. penult. lib. 4. Alex. conſ. 158. n. 5. lib. 2.*

2 Sed

2 Sed contrarium reſoluitur in quæſtione noſtra, quo-
niam appellatione damnorum propriè non venit pœna
reſpectu ſaltem aliorum. *Rip. in l. 3. num. 11. ff. de damn. in-
fect.*
3 Et quamuis damnum ſtrictè dici non poſſit pœna, li-
cet largè ſic. *Dec. in cap. cognoſcentes in 2. lect. de conſt.* Pro-
4 ut etiam damnum in genere eſt pœna, ſecus in ſpecie, quo
caſu differt a pœna, quæ eſt lucrum ex parte petentis, Ex-
ea in *d. c. cognoſcentes, n. 11. & fuit Bald. ſententia in l. vnica
num. 3. in fin. C. ſi Rect. Prouin.* nec venit in ſententia in
5 qua fit condemnatio ad damna, & expenſas, cum in ea
6 verba debeant propriè, & ſtrictè accipi, ita quod nil vltra
includant, quam ex eis de neceſſitate inferatur, *l. ſi a quis
liberis, §. ſi vel parens, ff. de lib. agnoſcend. Bart. in l. Iulianus
n. 5. ff. de condit. indebit. Alex. conſ. 108. n. 2. lib. 5. Surd. deciſ.
261. n. 6.* Vbi quod ex hoc non venit lata interpretatio in
7 ſententia *l. 1. C. ſi plur. vna ſent. Abb. in c. dilectus num. 2. de
offic. ordin. Iaſ. in l. centeſimis, §. fin. col. pen. ff. de verb. oblig.
Rip. in l. 2. n. 26. C. de edend. Curt. iun. conſ. 153. n. 19. cum cæ-
8 teris per Cacheran. deciſ. 63. num. 1.* dicentem inſuper quod
omninò cenſetur omiſſum, quod in condemnatione non
eſt expreſſum, *l. 1. C. ſi aduer. rem iud. Dec. conſ. 442.* in cau-
ſa in qua moleſtetur, *ſub num. 8. & conſ. 607.* vlto puncto,
& diligenter, *num. 7. Tiraqu. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 109.
num. 182.*

Nec dicatur quod verba ſententiæ includunt non ex-
preſſa, licet illa improprientur, *Crauett. conſ. 186. n. 5. &
conſ. 188. n. 2.* cum ſimil. quia id procedit in his quæ (ve-
niunt in neceſſariam conſequentiam, & tacitè ſubintelli-
guntur, tanquam paria ſint eſſe expreſſum, vel neceſſariò
præſupponi, *Bal. in l. pen. ff. de his,* qui ſunt ſui, *vel alien. iur.
Caſtr. in l. 1. n. 1. C. quam prouoc. non eſt neceſſ. Dec. in c. vene-
rabilis, in princ. de except. Felyn. in c. ſi ſignificauerunt nu. 7.
eod. tit. Cacher. d. deciſ. 63. num. 3. & 4.* vbi quod præcipuè
procedit, quando abſurdum, & iniquitas reſultaret, ſi talia
non expreſſa non venirent in ſententia, *Gl. in c. dudum in
verb. abſurdum de praben. in 6. Abb. in c. ſolitæ de maiorit. et
obedient. Anchar. conſ. 179. prima facie. Bal. in leg. ſed nouo
iure in fin. C. de epiſc. & Cler. Felyn. in c. vlt. colum. 1. de præ-
ſumpt.*

9 Dubitatur etiam ſcribentes, num emptor conſequi
poſſit expēſas factas in lite ſibi mota etiam ſi obtinuerit.

Et prima facie concludendum videtur, quod non.

Quia ex quo in cauſa obtinuit, apparet, quod vendi-
tor ſibi iuſtè, & rectè vendidit, & ſic iniuſtè fuit ſibi lis
mota, ideo venditori nocere non debet, arg. eorum quæ
habentur in *l. ſi per imprudentiam in princ. de euict. & per
Cyn. in l. ſi defuncto, C. de loca. & per Bar. in l. exceptiones, ff.
de fideiuſſ.* hanc opinionem ſequitur *Specul. in tit. de empt.
10 & vend. §. 1. verſ. ſuper forma dicti inſtrumenti,* vbi velle vi-
detur, vt ita demum expenſæ peti poſſint, ſiue res ſit eui-
cta, ſiue non, dummodo fuerit dictum per partes, & idem
voluiſſe videtur idem *Specul. eod. tit. & §. in verſ. & quid ſi
inſtrumento ſub verſ. pœna dupli et,* ibi, nota, quod hæc pęna
11 non committitur. Cum quo tranſit ibi *Io. Andr.* Mouen-
tur quoniam cum pro re principali emptor agere non
poſſit ex eo, quia non eſt euictio ſecuta, non poteſt ad
ſumptus agere, *l. 1. & l. ſi ſtatur, Cod. de euict.* & quia ſuam
rem egit emptor.

12 Comprobatur quia ex quo emptor obtinuit, debet ex-
penſas & damna recuperare à victo non autem a vendi-
tore, ad ea quæ habentur *in l. properandum §. ſin autem, C.
de iud. & in c. calumniam extra de pœn.* Ergo a dicto vendi-
tore petere non debet, quia bona fides non patitur, quod
ſemel exactum, iterum exigatur, *l. bona fides, ff. de reg. iur. c.
bona fides eod. tit. in 6.*

13 Sed contrarium de iure verius eſt, vt per *Gul. de Cun. te-
net Bart. in l. venditores, ff. de verb. obligat. & in l. qui abſen-
tem, ff. de procur.* quia etiam eo caſu, quo res non fuit eui-
cta, ſed emptor abſolutus, poteſt ipſe emptor damna, &
expenſa recuperare, & hoc ex illo capite quia venditor
14 non defendit, prout tenebatur, ergo ob rem non defen-
ſam tenetur ad intereſſe, ac ſumptus, vt etiam ſequitur &
declarat *Ang. in d. l. venditores, et plenè in d. l. qui abſentem,*
vbi etiam hoc expreſsè firmat. Bar. dicens, quod pro hoc
eſt ibi tex. expreſſus, quia ſi diſtingueretur, vt aliqui vo-
luerunt, an ſcilicet ſententia ſit abſolutoria, vel condem-
15 natoria, interim pendente lite eſſemus in dubio, & nihi-
lominus dicit ibi tex. quod interim ante ſententiam la-
tam tenetur venditor ſubminiſtrare ſumptus litis. Quare
16 *Bar. in d. l. venditores,* ſcripſit ſe ſemper reprobaſſe opi-
nionem Gloſarum contrarium tenentium, quia licet em-
ptor agere non poſſit contra venditorem ex clauſula eui-
ctionis, poteſt tamen agere, contra eum ex clauſula rei nō
defenſæ, & quoniam ad defenſionem rei venditæ tenetur
17 ex natura contractus, etiam ſi nihil ſit dictum *l. ſi plus, §.
mota, ff. de euict* idem tenet *Bart. in l. 1. & in l. pen. ff. de leg.
in d. l. qui abſentem, & ibi quoque Bal. & Ang. ff. de procur.
Io. Andr. & Abb. & Imol. in cap. fin. de empt. & vend. Io. de
Ana. conſ. 81. n. 4. Corn. conſ. 255. lib. 3. Benedict. Capr. conſil.
90. n. 3. Franch. Marc. deciſ. 584. p. 1. de communi teſtatur.
Iaſ. in d. l. venditores, Boer. in ſing in verſ. & intereſt n. 3. fol.
mihi 386. Gomeſ. var. reſol. in tit. de empt. & vend. n. 47. Ca-
ball. de euict. §. 3. n. 146. Nicola. Valla. de reb. dub. c. 9. Fach.
controu. iur. lib. 2. cap. 39. Nat. conſ. 232. Cranet. conſ. 334. n.
2. lib. 3. Theſaur. deciſ. 85. in fin. Aſin. in princ. §. 32. et cap. 2.
ampl. 67.*

18 Extende ideo magis procedere, quando venditor ex-
preſsè promiſit emptoris ſumptus litis, quia ad eas vendi-
tor tenetur emptori, quamuis euictio non fuerit ſecuta,
nec eas recuperare potuerit ab actore, ſeu aduerſario, qui
ob probabilem cauſam litigandi fuit abſolutus, vt eſt ca-
ſus in *d. leg. venditores ſecundum Io. de Anan. d. conſ. 31. ſub
num. 4. verſ. ſed ſi hoc verum. Natt. conſ. 232. Rim. iun. conſ.
326. n. 5 lib. 3. Burſatt. conſ. 184. n. 25. et 26. lib. 2.* poſt addu-
ctos per eum, quia contractus ex conuentione partium
legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conuenerit, ff. de depoſit. et l. contra-
ctus, ff. de regul. iur. rationemque reddit in l. venditores,* quia
venditor tenetur defendere in iudicio euictionis empto-
rem, *d. l. ſi plus, §. mota, ff. de euict.* & ſic tenetur ad factum.
Igitur illud ſui expenſis explicare debet, *leg. ſua vice, ff. de
oper. liber.* & per conſequens, ſi id non facit, tenetur ad in-
tereſſe, *l. ſtipulationes non diuiduntur ver. Celſus, ff. de verb.
oblig.* in quo intereſſe continetur expenſæ factæ per em-
ptorem: & ideo ſi venditor non defendit, emptor abſque
dubio ex iſto capite defenſionis non ſecutæ agere poteſt
ad refectionem expenſarum, licet agere non valeat ex illa
clauſula, quia de euictione tenetur. Vnde ius erit in modo
concludendi in libello ſecundum *Bart. in d. leg. venditores,
quem refert, ac ſequitur Rim. iun. dict. conſil. 326. numer. 6.
lib. 3.*

19 Non ergo immerito notarij practici hodie ad tollen-
dam omnem dubitationem circa litis expenſas ſcribunt
in Inſtrumentis, quod lite mota venditor promittit em-
ptores defendere, ac litem in ſe ſuſcipere omnibus ſuis
ſumptibus, & expenſis.

20 Ampliatur dicta concluſio, vt etiam locum habeat,
quando lis ab emptore acta fuit contra auctorem aucto-
ris, contra quem re euicta agi poteſt ad euitandum circui-
tum, per *l. ſi res quam a Titio, ff. de euict. Alex. conſ. 66. viſo
themate lib. 2.* & expenſas per eum factas ab eodem con-
ſequi, vt per *Rim. iun. d. conſ. 326. n. 15. lib. 3.*

21 Fallit ſi culpa imputari poſſit, quare a collitigante, ſeu
euincente impenſas non recuperauerit, quia tunc non po
teſt habere recurſum contra venditorem, niſi venditor
fuerit ſciens, ad *text. in l. idemque, §. illud, ff. de actio. empt.*
quem dixit ſingularem *Paul. de Caſtr. in d. l. venditores, col.
1. verſic. pro declaratione, ff. de verb. oblig. ſequitur Vincent.*

de Franch. deciſ. 1 12. num. 2. 3. 4. 5.
22 Secundò fallit, quando emptor eſt aduocatus, vel pro-
curator in cauſa euictionis, quia ſi ſuccubuerit, non recu-
perat litis expenſas, *Bart. in l. quod ſi domum, ff. loca. Caball.*
de euict. §. 3. ſub n. 159.
23 Sublimitatur non procedere, ſi venditor eſſet obliga-
tus ad omnes ſumptus litis. *Bal. in d. l. fin. n. 12. C. de fruct. et*
lit. expenſ. quem in caſu ſuccumbentiæ tantum ſequitur
Celſ. Hug. Bertach. et pract. notar. veluti teſtatur *Burſat.*
conſ. 184. n. 28. lib. 2.
24 Non obſtat doctrina *Specul. in tit. de empt. & vend. §. 1.*
verſ. ſuper forma huius inſtrumenti, vbi dat formam in-
ſtrumenti faciendi.
Quoniam licet de cautela eſſet apponere illa verba ſi-
ue ſit euicta, ſiue non, non tamen ſequitur, quod ſi non
ſunt appoſita, quod ex illo capite ſumptus peti non poſ-
ſint, quia non fuit præſtita defenſio, quinimo ipſe Specul.
videtur contrarium ſenſiſſe ſuper ver. quidquid debere
contingat, dum allegat d. l. venditores, vbi eſt caſus in ter-
minis pro hac quæſtione.
Neque reſiſtit, quod emptor debuerit recuperare ſum-
ptus a victo, quia vt dicit *Bar. in l. 1. Cod. de euict. in d. l. qui*
abſentem, & d. l. venditores, illa non eſt bona ratio, quo-
niam iudex poſſet iuſte abſoluere, & quia poſſet taxare.
25 Non omitto, quod *Ang. in d. l. qui abſentem, Caſt. Alex.*
et Aret. in d. l. venditores, dixerunt emptores debere prin-
cipaliter litem agere, venditorem vero ſolum ſibi mini-
ſtrare teſtes, & inſtrumenta ad cauſæ defenſionem, & ita
ad eas tantum expenſas teneri, non autem ad alias pro
ſcripturis exceptionum, & id genus.
26 Quorum ſententia declaratur fortè procedere quando
venditor ſimpliciter tantum promiſit rem venditam de-
fendere in iudicio, vel extra, & vltra non proceſſit, ſecus
autem ſi promiſerit omnem litem, cauſam, & quæſtionem
in ſe ſuſcipere ſuis ſumptibus, & expenſis, quoniam tunc
omnino tenetur ad omnes expenſas, vt ſupradicti *Doct.*
tradunt vbi ſupra, & firmat Caball. in d. §. 3. num. 148. quia
27 venditor tenetur ad omnes litis expenſas neceſſarias ſe-
cundum *Innoc. in c. finem litibus de dol. et contumac. Fachin.*
d. c. 39. ſub litera D. verſ. ſed hæc ſententia, & infra *Rota co-*
ram R. P. D. Coccino deciſ. 275. n. 4.
28 Expenſæ autem neceſſariæ dicuntur omnes illæ ſine
quibus lis agi non poteſt, & non ſolum inſtrumentorum,
& teſtium *c. ſtatutum, §. proferendo de reſcrip. in 6.* Sed etiã
ſalarium procuratorum, aduocatorum, & notariorum, *l.*
ſancimus, C. de iud. iuncta l. ſalarium, C. manda. viaticum iu-
dicum, & id genus, *l. eum quem temere de iud. Rim. iun. vbi*
ſupra ſub n. 9. Natt. conſ. 232. n. 1. & 3.
29 Per quæ dicitur Bal. benè loqui in l. cum teſtamento,
C. de teſtam. manumiſſ dum voluit cauſa euictionis pendẽ-
te non teneri venditores ad ſumptus litis, cum eas recu-
perare poſſit ab euincente, & ideo expectanda eſt ſenten-
tia, licet vbi certum eſſet eas non recuperari poſſe, con-
trarium eſſet dicendum per dictam l. venditores, vt ſupe-
30 rius dixi ex eodem Bal. quod præſertim locum habet in
fideiuſſore, qui pendente iudicio petere poteſt ab eo, pro
quo fideiuſſit vt ſibi pecuniam tradat pro expenſis, quia
eius negotium gerit *l. ſi vero non remunerandi, §. fin. ff. man-*
da. Bart. in l. exceptione, ff. de fideiuſſ. in fin. & videndus text.
in l. indebitum in princ. ff. de condit. indeb. Vbi fideiuſſor re-
31 petit a debitore etiam ſi ſoluerit indebitum, quia cenſe-
tur habere mandatum prout, & in vſuris, *c. peruenit de fi-*
deiuſſ. quia reus tenetur ſeruare fideiuſſorem indemnem
tam ratione principalis debiti, quam vſurarum, & inte-
reſſe, *Franc. Marc. deciſ. 584. n. 3.*
32 Verum vbi euictio ſecuta eſt indebitè, venditor tene-
tur emptori ad omnes expenſas etiam factas in intiman-
da lite, & contradicendo, *l. 1. vbi Gloſ. in verb. ſumptu. C. de*
euict. Bart. & Doct. in d. l. venditores, ff. de verb. oblig. Corn.
conſil. 185. per totum lib. 3. Dec. conſil. 74. nu. 4. iterum Corn.
conſil. 94. columu. 1. lib. 4. de euictione per viam præcepti ſe-
cuta.
Fallit ſi venditor ſuſceperit iudicium in ſe, quia tunc
non tenetur ſubminiſtrare ſumptus emptori, quia ſatis
eſt, ſi iudicium in ſe ſuſcipiat, ita *Foller. in addit. ad Ma-*
rant. in titul. de laudat. ſub num. 13. ex Bald. in d. l. abſentem,
ff. de procurator.
33 Notandum tamen quod ſi in ſententia euictionis con-
demnatio fiat in expenſis, & intereſſe, prius fieri debet li-
quidatio quam agatur ad pęnam dupli, quoniam exigi-
tur pro modo eius, quod intereſt. *Alex. conſ. 4. viſo proceſ-*
ſu ſub n. 3. verſ. pro hoc quia lib. 3.
34 Quando vero promiſi te defendere, & expenſas ſolue-
re pro re quam tibi vendidi, ſi agas contra me de euictio-
ne, & in medio litis ſuccumbas mihi ſoluendo expenſas,
ſi poſtea obtineas, expenſas quas mihi dediſti, teneor re-
ſtituere, *Bar. in l. 39. ff. de damn. infect.*
35 At vbi non fuerit promiſſum ſoluere ſumptus, illæ di-
recto non petuntur, ſed petitur intereſſe, quia non defen-
dit venditor, in quo intereſſe veniunt ſumptus, ſic *Bart. in*
d. l. venditores ſub n. 2. ff. de verb. oblig. & dixi ſupra.
36 Occaſione eorum quæ ſuperius dixi ſub *n. 32.* addendo
ijs quæ in materia denunciationis faciendæ venditori litis
motæ emptori de qua fuit pariter dictum in *q. 4.* Sciendũ
eſt, talem denunciationem adeo eſſe neceſſariam, vt ſi ea
facta venditor reſpondeat ſe nolle defendere, quod adhuc
emptor tenetur cauſam proſequi, & tueri, cum denuncia-
tio requiratur, vt appareat quod emptor non ſuppoſue-
rit actorem; exemplo etiam ſumpto de citato, qui reſpõ
37 dit nolle comparere, nam quod non ſit amplius citandus,
non eſt expeditum, vt per *Felyn. in c. coniuncti col. 4. de offic.*
iud. deleg. Rip. in c. 1. de iud. quę rationes militant etiam,
quando venditor dicit nolle cauſam defendere, vt voluit
38 *Rip. in l. 2 §. voluntate n. 25. ff. ſolut. matr.* Nam ſi emptor
non defendat cauſam, & abſit, nulliter ageret de euictio-
ne, ſi fuerit victus ad *tex. in l. ſi ideo, in princ. ff. de euict.* &
39 *ibi Glo. notabiliter* hoc ampliat, etiam quod emptor pro
certo haberet ſe litem amiſſurum quamuis præſens fuiſ-
ſet, eſt *tex. in c. fin. de empt. & vend.* ibi, ſi contumaciter, &
in *l. 1. Cod. de peric. & commod. rei vend.* ibi, & non empto-
re abſente, & in *l. emptor.* ibi, & ſi iudicio emptor non af-
fuit, *C. de euict.* Ratio eſt, quia iudicium fundatur contra
emptorem poſſeſſorem, qui ideo debet illud aſſumere,
& legitimò modo tractare, alias ſibi eſt imputandum,
ita Bal. in d. leg. 1. in vltim. oppoſ. Cod. de pericul. & commod.
rei vend. & ſequitur Dec. conſil. 74. & Corn. conſil. 325. lib.
primo.
Sed quæritur, an iſta denunciatio litis motæ fieri poſſit
40 auctori auctoris dimiſſo venditore, & ſic auctore de quo
licet aliqua dixerim vbi ſupra, placet hic forte clarius at-
tingere.
Et dicendum videtur, quod non, per *Gl. in terminis in l.*
ſi prore, §. ſi pro euictione, ff. de euict. quam ſequuntur ibid.
Bar. n. 2. & Ang. n. 7. ac poſteriores, *Dec. conſ. 10. n. 14.* vbi
voluit quod maritus conuentus ſuper re data in dotem
debeat denunciare vxori, & vxor auctori ſuo, & pro hoc
videtur caſus in *l. ſi rem quam ff. eod. tit. vbi Bal.* expreſſe
inquit, quod ſi ego tibi vendidi rem, & tu Mæuio, mota
lite ſuper re vendita, Mæuius tibi, & tu mihi denunciabis,
& ratio *Glo. ac Doct. eſt,* quia ex quo actio de euictione eſt
perſonalis, & deſcendit a contractu, ideo tenet tantum
perſonas obligatas, & earum hæredes, & ea propter non
tranſit ab vno ad alium ſine ceſſione, ſecundum *Bart. in l.*
ſi terius, §. ſi prius, col. 2. ff. de aqu. plu. arc. & in l. 1. col. pen.
C. de act. & oblig. Iaſ. in l. Iulianus, § qui fundum n. 13. & 14.
ff. de verb. oblig. Corn. conſ. 255. col. pen. lib. 3.
41 Primo fallit ſtante iurium ceſſione verbis pregnanti-
bus *l. ſi rei quam, ibi niſi ceſſ. ff. de euict. iuncta* ibi notatis
per

per *Doct.Bar.in d.l.Iulianus,* §. *qui ſundum num.6. Paul.de Caſtr.in fin. Alex.ſub num.9.Iaſ.num.* 14. *&* 15 *ff.de verb. oblig.Dec.conſ.* 74. *in princ.ibi, iſti tamen circuitus. Capyc. deciſ.*197 *num.*9.

42 Secundò fallit, quando adeſt clauſula, ponens, *& c.l.ſi res quæ à Titio, ff de euict. Bal. in l. cum ſucceſſores, C.eod. Aug.in d. l.res numer.*2. *Alex. in l. ſi rem eod.tit Ioann. de Anan. conſ.*31.*&* ibi *Ludou. Bologn.in addit.Marant.de ord. iud.par.*6.*tit.de lauda.num.*18.*Rota coram Sanctiſſim. deciſ.* 25.*numer.*5. *vbi dicit ſic etiam tenuiſſe eamdem Rot. in vna Mediolanen.bonorum* 24. *Ianuarij* 1596. *coram Card. Arrigono, & in Mediolanen. euictionis* 4. *Februarij* 1600. *coram D.Card.Millino.*

43 Tertiò fallit, quando ſucceſſoris ſingularis author ſtipulatus fuit pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus *Rota deciſ.*589.*nu.*5.*part.*1.*in recent. & eadem Rota in Militen. Nauiſ.*11.*Ianuarij* 1613.*coram Cardinal. Sacrato.*

ARGVMENTVM.

Expenſæ culpa emptoris ſeu illius procuratoris paſſæ, an repetantur re euicta. Emptor an teneatur ad expenſas, quando venditor ſuſcepit onus litis, & fuit in expenſis condemnatus.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ, quæ culpa & delicto emptoris, ſeu procuratoris acciderunt, non reficiuntur.*

2 *Attentare & contrauenire eſt delictum committere.*

3 *Mandato in generali mandaſſe quis non cenſetur, vt procurator delinquat,*

*Ampliatur num.*4.

5 *Mandatum ſpeciale & indiuiduum requiritur ad faciendum dominum incurrere in pœnam.*

*Aliter procurator non poteſt præiudicare domino, nu.*6.

7 *Expenſæ paſſæ per emptorem ob delictum procuratoris, vel ſui ipſius, non repetuntur à venditore.*

*Primò ampliatur procedere, licet venditor ſeu dominus ſe obligaſſet ad refectionem expenſarum, cum talis promiſſio intelligenda ſit de illis quæ iuſtè fiunt, non autem illicite, num.*8.

*Secundò ampliatur vt locum habeat, etiam ſi venditor ſe obligauerit ad omnes caſus fortuitos, cum non veniant illi, qui ex culpa partis occurrunt, n.*9.

10 *Proximior qui recuperat rem à remotiore non tenetur expenſas litis ſecutæ inter illum remotiorem, & emptorem refundere.*

Fallit, num. 11.

12 *Expenſæ factæ ab emptore pro defenſione rei emptæ reficiuntur.*

Prout ſi pro conſecutione rei venditæ emptor aliquid legitimè ſoluit, quia poteſt id totum loco damnorum, & intereſſe repetere, num. 13.

14 *Emptor non tenetur ad expenſas, quando venditor ſuſcepit onus litis, & fuit in expenſis condemnatus.*

15 *Venditore volente & offerente ſuſcipere cauſam motam contra emptorem cogitur agens proſequi contra venditorem, & emptorem dimittere.*

*Et vbi ſunt plures venditores vnuſquiſque pro rata tenetur de euictione, & conueniendus eſt, n.*16.

17 *Emptor non condemnatur in expenſis, qui litigat, vt ſibi actionem de euictione paret.*

Quamuis agat de euictione, ſi omnino ſuccubuit facta denunciatione. num. 18.

*Et eidem ſuccurratur ad pretium contra venditorem, & eius hæredes, n.*19.

Fallit ſi hæredes ſoluendo non eſſent, & cauſa ageretur puta cum fideicommiſſario qui rem haberet abſque pretij reſtitutione, quia emptor ſtare debet in damnum, ſi pretium conſequi non poteſt, n. 20.

Quæſt. CLXXXV.

1 Expenſæ quæ fiunt in lite, quamuis refici debeant, vt diximus in præcedenti quæſtione, non tamen reficiuntur quando acciderunt ex culpa, & delicto emptoris, ſeu etiam eiuſdem procuratoris, vtputa contraueniendo mandato, ſeu inhibitioni iudicis, cui parere debuit, & non attentare in contemptum mandati, ſeu inhi-
2 bitionis. Nam attentare & contrauenire eſt delictum
3 committere. *Philipp. Franc. in c.bonæ numer.*14.*&* 39.*de appell.* Vnde numquam in generali mandato cenſetur quis mandaſſe, vt procurator delinquat, & faciat dominum incidere in pœnam, l.ſi procurator, vbi *Iaſ.num.*4. *ff. de condit.indeb. Alex.conſ.*105.*num.*27 *lib.*3.*Rom.conſ.*60. *num.*2.*& conſ.*70.*ſub num.* 1. vbi adden.in ver.non includuntur, allegat cæteros *Lancell.de attent.c.* 1.*tit.de attent.*
4 *à par.num.*12.vbi ampliat ſufficere, vt hoc ex facto procuratoris poſſet domino contingere, licet non contingat. *Soc.conſ.*20.*col.*3.*libr.*1.*Card. Alban.conſ.*7. *num* 12.

5 Quare ſemper in huiuſmodi materia ſpeciale & indiuiduum requiritur mandatum ad ſic agendum, & contrauenientendum. *Natt.conſ.*441.*in fin.Iaſ. in l.Præſes num.*14.*C. de tranſact. Aret.in* §.*præterea num.*26.*inſtit.de excep.Lan-*
6 *cellot.d.c.* 1.*num.*12.*in fin.Magon deciſ.Lucenſ.*51.*numer.*1. *&* 2. ita quod ſi tale mandatum non adſit ex prædictis, procurator nullum parare poteſt præiudicium ſuo principali. *Rota per Caput aqu.in Rauennaten.prætenſorum attentatorum* 25.*Ianuarij* 1553. *de qua per Lancellott. d.c.*1. *numer.* 26.*eſt Gl.in l.non poteſt dolo.ff.de reg.iur. Soc.de cit. art.*17.*q.*7.

7 Quibus fit, vt expenſæ ex dicta contrauentione paſſæ, & factæ pro defenſione non cedant incommodo venditoris, cum ſecutæ fuerint ob culpam, & temeritatem emptoris, ſeu illius procuratoris, & ob delictum ab eo patratum, & ideo illi, ſeu illis ſunt imputandæ, & non alteri, *l.quod quis ex culpa, ff.de reg. iur. cap. damnum eod.tit.in* 6.*cum alijs per Sand.conſ.*64.*per totum lib.*1.

8 Vbi ampliat, quod neque iſtæ expenſæ erunt reficiendæ, quamuis venditor, vel dominus ſe obligaſſet ad refectionem expenſarum; cum talis promiſſio intelligenda ſit de illis, quas iuſte feciſſet, non autem illicitè, ac iniuſtè, *Bald.in l.ſi mandauero tibi,* §.*qui eodem, ff.manda.Socin. ſen.conſil.* 70. *per totum libr.* 3. *Cagnol.poſt Alber.in l.quod quis ſua culpa, num.*3 *ff.de reg.iur.*

9 Ampliatur ſecundo procedere, etiam quod venditor ſe obligauerit ad omnes caſus, fortuitos cum non veniat illi, qui ex culpa partis occurunt, *Bal.in l.falſus, nu.*31.*C.de furt. Alex.conſ.*86.*num.*4.*lib.*4. *Aym. conſ.*95.*numer.*8.*& conſ.*119.*n.*11.*Menoch.conſ.*27.*n.*52.*& conſ.*55.*numer.*13. *lib.* 1.

Et hæc notanda ſunt pro declaratione eorum quæ dixi in antecedenti quæſtione.

10 Sed nunquid proximior qui recuperat à remotiore teneatur eidem refundere litis expenſas paſſas inter agnatum illum remotiorem ex vna, & emptorem ex parte altera, quam quæſtionem mouit *Tiraq.de retract.* §.11. *Gl.*6.*n.*3.*& non decidit.*

Opinio negatiua mihi magis probatur, quam tenuit *Caſſan.in conſuetud. Burgund. tit. de retract* §. 3. *verſ. ſed*
11 *quæro,* an iſte niſi remotior prius interpellaſſet proximiorem, vt retraheret: nam cum remotior non poſſit per
ſuum

Digitized by Google

ſuum retractum deteriorem facere conditionem proxi-
mioris quin ipſe poſſit totum eodem pretio retrahere;
nec in parte poteſt illi quidem præiudicare augendo pre-
tium impenſarum, præſertim cum cogitare debuerit id
euenire poſſe, vt proximior retraheret, *l. ſi domum, §. idem
quærit, ff. de loca. & l. quibus diebus, §. 1. ff. de condi. & de-
monſtra.*

Supradictis additur, quia retractus ille ſuus fuit volun-
tarius, & potuit præuidere quod proximior retraheret, &
ex quo denunciatio ſibi facta non fuerit, poterat ex lege
municipali quandocunque retrahere.

12 Item quia temeritas illius emptoris volentis cum eo
litem agere, obeſſe non debet proximiori agnato: quod
ſecus eſſet, ſi agnatus remotior, aut emptor expenſas fe-
ciſſet in litibus pro tuenda re empta ab aliquo, qui iure
fideicommiſſi, aut alia ratione illam vendicaret, ſeu pro
defendendo contractu ipſo à nullitatibus obiectis per
venditorem, quoniam expenſæ iſtæ tamquam vtiliter fa-
ctæ ſibi eſſent reſtituendæ, vt per *Tiraq. in d. tract. §. 39 gl.
4. ſub num. 12. & per totam.*

13 Idemque ſi pro conſecutione rei venditæ emptor ali-
quid legitimè ſoluit, quia poteſt in totum damnorum &
intereſſe repetere à venditore, *ad not. in l. 1. ff. de ac. empt.
& in l. ſi traditio. C. eod. tit. & in l. venditor, ff. de euict. Rota
deciſ. 230. num. 1. par. 1. in recent.* Non etiam tenetur em-
14 ptor ad expenſas, quando venditor ſuſcepit onus litis, &
fuit in expenſis condemnatus. *Pap. lib. 11. tit. 4. Areſt. 13.*
quinimo dicto caſu notandum eſt, quod venditore vo-
15 lente, & offerente ſuſcipere cauſam motam contra em-
ptorem, cogitur agens proſequi contra venditorem, &
16 emptorem dimittere. *Bart. in l. 1. C. vbi in rem act. & conſ.
219. Iaffred. Balb. deciſ. 239.* & vbi ſunt plures venditores,
vtriuſque pro rata tenetur de euictione, & conueniendus
eſt, & non inſolidum. *Surd. conſ. 281. numer. 60. libr. 2. Rota
poſt tract. Zach. de oblig. Cameral. deciſ. 23. num. 1. Honded.
conſ. 2. num. 116 lib. 1. & iterum Surd. conſ. 150. num. 37. &
ſeq. & num. 66.*

17 Sciendum præterea in propoſito eſt, in expenſis con-
demnandum non fore emptorem qui litigat, vt ſibi actio-
nem de euictione paret, *l. atqui naturam, §. cum me abſen-
te, ff. de neg. geſt. & notatur, in l. vtiq; ff. de rei vendi. Iaſ. in §.
ſin autem alterutra ſub num. 10. verſ. decimo limitatur Inſtit.
de act. Aſin. in praxi. §. 32. c. 2. limit. 17. Caball. conſ. 39. num.
12.* quamuis agat de euictione, ſi omnino ſuccubuit facta
denunciatione. *Bur. conſ. 194. nu. 46. vbi de communi, lib. 2.*

18 Et eidem ſuccurratur ad pretium contra venditorem
vel eius hæredes. *Emilia. conſ. 140. n. 5.*

19 Quod vltimum fallit, ſi hæredes ſoluendo non eſſent,
& cauſa ageretur, puta cum fideicommiſſario, qui rem ha-
beret abſq; pretij reſtitutionem quoniam emptor ſtare
debet in damno, ſi pretium conſequi non poteſt propter
inopiam. *Caſtr. conſil. 10. Clarum in iure in antiquis, & conſ.
94. ſub n. 2. libr. 2. in nou.* & habetur per *Iaſ. in Auth. reſque
col. 2. C. comm. de legat. Emilian. d. conſ. 140. n. 6.*

ARGVMENTVM.

Procurator ad negocia qui contraxit, an & quando pro euictione nomine proprio conueniatur.

Et conſtitutus ad vendendum an præſtare poſſit fideiuſſorem de euictione.

Quid quando contrahit poſt reuocationem, vel mortem domini, an contractus teneat.

SVMMARIVM.

1 Procurator quando expreſsè fidem ſuam aſtrinxit, ac ſe & bona ſua proprio nomine obligauit, obligatus cenſetur etiam finito iudicio.

2 Procurator contrahens procuratorio nomine, ſi obligauit ſe proprio nomine, finito officio tenetur.

Extenditur procedere etiam in tutore & curatore promittente nomine proprio, n. 3.

4 Contractum faciens tamquam procurator in eo quod non erat, tenetur, quia fidem ſuam aſtrinxiſſe videtur.

5 Procurator quando obligauit ſe ſuos hæredes, ac bona, tenetur de ſuo proprio.

Idem procedit, quando obligat ſe ſui contemplatione, numero 6.

Et quando contemplatione vtriuſque, ambo obligantur, numero 7.

8 Procurator contrahens non expreſſo nomine officij, quando proprio nomine, vel domini teneatur, diſtinguitur.

9 Procurator, qui ex contractu procuratorio nomine geſto aliquid ſibi quærit, cenſetur fidem ſuam aſtrinxiſſe.

10 Inſtitores aſſerentes menſam debitricem, ex eo quod confitentur ſe pecuniam recepiſſe, conueniri poſſunt.

Idem locum habet in procuratore, qui fatetur dominium eſſe debitorem, n. 11.

Contrarium habetur, num. 12.

13 Procurator quando procuratorio nomine actum gerit, qui conuenit ſoli procuratori, & ipſum ſolum reſpicit, videtur fidem ſuam aſtrinxiſſe.

Idemque procedit, quando fuit ſtipulatum à procuratore procuratorio nomine, n. 14.

Sed contrarium tenet author, n. 15. & ſeq.

16 Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.

17 Obligatio contrahi non poteſt ſine conſenſu.

18 Tutor & curator proprio nomine tenentur, quando primo præceſſit nomen proprium, & poſtea tutorio, & curatorio nomine fuit facta promiſſio.

Et ſignanter ſi in obligatione promiſit ſe ſoluturum, nu. 19.

Licet poſſit à pupillo repetere, n. 20.

22 Obligans ſe nomine appellatiuo, ſi ſubſequetur nomen proprium, in dubio non tenentur.

Fallit ſi adſint coniecturæ ex quibus aliud præſumatur de intentione præceſſiſſe. num. 22.

Contrarium habetur, n. 23.

Quod facilius procedit, quando procurator habebat mandatum ad contrahendum cum certa perſona, quia tunc vterque tenetur, n. 24.

Declaratur habere locum, quando contractus fuit celebratus cum procuratore abſente conſtituto, quia tunc tenetur quaſi quod contrahentes habuerint reſpectum ad procuratorem cum quo contrahebant, n. 25.

Sed videas n. 27.

Quod etiam firmatur numero 26. in caſu qui accidit in hac ciuitate Piſauri, iuxta quod refert Paul. de Caſtr. vt ibidem.

Cuius contrarium tenet author & reſpondet rationibus Caſtr. num. 27. Cuius tamen ſententia ſaluatur in duobus caſibus, vt ibidem ver. Caſtrenſis tamen.

Procurator conſtitutus ad vendendum præſtare poteſt fideiuſſorem de euictione.

29 Procurator quaſi alterius negocia gerens conſentiens actui in quo alios de iure ſuo agitur, præiudicium ſibi affert.

30 Patrocinium præſtans ſcienter petenti rem propriam ſui ipſius patrocinantis ſibi præiudicat.

31 Procurator conſtitutus ad vendendum qui contrahit poſt reuocationem mandati, quam ignorat, obligat dominum, licet non transferat dominium quod transferri non poteſt abſque voluntate domini.

Et dominus tenetur ad intereſſe euictionis, & ementi competit publietana ex dicto contractu num. 32.
Ideo traditur cautela, de qua hic, num. 33.
Idem procedit in procuratore vendente poſt mortem domini, quam ignorauit tam ipſe, quam emptor, num. 34.
Valeret etiam, quamuis procurator ignoraret, & emptor ſciret mortem domini, licet hæredes poſſent illum doli exceptione, ſubmouere, n. 35.

Quæſt. CLXXXVI.

1 PRocurator qui contraxit, an & quando proprio nomine conueniri poſſit, alia eſt difficultas.

Quæ diſtinguendo plures caſus facile dirimitur.

Primus eſt caſus, quando procurator expreſsè fidem ſuam aſtrinxit, ac ſe, & bona ſua proprio nomine obligauit, quia tunc cenſetur obligatus etiam finito officio, cum actus iſte ſignificat conſenſum fuiſſe ſuo nomine proprio adhibitum, vt eſt caſus in l. procurator qui pro euictione, *vbi Ang. ff. de procur.* ibi fidem ſuam aſtrinxit, & ibi, qui pro domino, vinculum obligationis ſuſcepit, & eſt communis omnium traditio, *vt per Soc. ſen. conſil. 154. num. 6. lib. 2. & conſil. 100. col. 2. verſ. ſecundo quia lib. 3. Bal. conſ. 333. nobilis, col. 1. libr. 5.* qui reſponderunt illum ſuo proprio nomine priuato & non officij conſentire, qui propria bona obligat, ſequuntur *Crauett. in quæſt. de indemnit. mul. impreſſ. poſt tract. de antiqu. temp. ſub nu. 39. & Menoch. conſ. 54. num. 56. lib. 1.*

2 Secundus eſt caſus, quando procurator qui contrahit procuratorio nomine, obligauit tamen ſe proprio nomine: nam tunc etiam finito officio tenetur, d. l. procurator qui pro euictione, vbi *Ang.* ibi fidem ſuam aſtrinxit, & ibi qui pro domino, quæ ita intelligi poteſt ſecundum *Iacob. Butrig. Iacob. de Aren. Franc. de Albergot. Bart. Bald Ang. & alios ibi Soc. d. conſil. 154. num. 7. Corn. conſil. 6. num. 6. lib.* 3 *2. Boer. deciſ. 273. ſub num. 5. verſ. procurator,* qui loquitur etiam in tutore & curatore promittente nomine proprio, quia tunc is abſque dubio perpetuo tenetur, egreſſus enim hic dicitur naturam officij, vt in dicta *l. procurator.* idem tenet quoque *Boer. deciſ. 80. in fin.* & reſpondit *Abb. conſil. 16.* claram deciſionem in princip. vbi citat *Gl. in cap. ſicut. 46. diſtinct. Viu. deciſ. 24. numer. 2. Menoch dicto conſil. 54. num. 57. libro 1.*

4 Tertius eſt caſus, quando quis fecit ſe procuratorem in eo, quod non erat, & ſic mentitus eſt, & tunc etiam videtur fidem ſuam aſtrinxiſſe, ſecundo *glo. & Bar. in d. l. procurator, ff. de procur. vbi etiam Bal. Ang & alij. Bal. in d. l. fin. ff. de inſtit. act: quos ſequitur Soc. ſen. d. conſ. 184. num. 8.*

5 Quartus caſus eſt, quando obligauit ſe, ſuos hæredes, & bona, nam ex quo hæredum mentionem fecit, exceſſiſſe dicitur terminos mandati, *l. cuius bonis, §. 1. ff. de cura. furio. Iacob. de Aren. Bal. & Salyc. in d. l. ei qui. C. quod cum eo. Soc. ſen. vbi ſupra numer. 9 Crauett. d. quæſt. de indemni. mul. ſub num. 39.*

6 Quintus eſt caſus, quando contractus eſt celebratus intuitu ipſius procuratoris, quia tunc ipſe eſt obligatus & ex illo actu ſua contemplatione celebrato tenetur ſecundum *Gl. Bal & DD. in d. l. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſt. & eſt* 7 *tex. ibi. Cyn. in d. l. ei qui. C. quod cum eo,* & quando contemplatione vtriuſque ambo erunt obligati, *Gloſ. & Doct. in dicto §. 1. Soc. d. conſ. 154 num. 10.*

8 Sextus eſt caſus, quando nulla fit officio mentio, & procurator contrahit, & tunc diſtinguitur; aut is contrahit ſuper re domini, & contrahere videtur nomine domini, & ipſe non tenetur, ſed dominus.

Aut contrahit ſuper negocio ad ſe pertinente, & tunc ipſum ſolum obligat.

Aut contrahit ſuper negocio ſpectante ad vtrumque ipſorum, & tunc ambo ſunt obligati ſecundum, *Iacob. Butrig. Bar. Bal. Ang. & Doct. in d. l. procurator. Bar. & Bal. in d. l. ſi pupilli, §. 1. Soc. ſen. d. conſil. 154. n. 11.*

9 Septimus caſus eſt, quando ex contractu geſto per procuratorem aliquid procuratori quæritur, puta actio directa, vel pretium rei venditæ, quia tunc cenſetur fidem ſuam aſtrinxiſſe, *tex. in l. ſeruum Titij, ff. mandat.* ſecundum intellectum *Bart. Franc. Albergott. & Io. de Mon. Sperell. in d. l. procurator, & eſt text. in l. ſolutum, §. libera. ff. de pignor. act. Soc. in loco praecitato n. 12.*

10 Octauus eſt caſus, quando inſtitores aſſererent menſam debitricem ex eo, quod confitentur ſe pecuniam recepiſſe; nam tunc licet, vt inſtitores receperint, ex quo aliquid eis quæſitum eſt, iſta ſcribendo videntur eorum fidem aſtrinxiſſe: vnde conueniri poſſunt procuratores ex empto, per notata in *dict. l. procurator. Sic. Ang. in l. 4.* 11 *in princ. ff. de re iudic.* quia ait ita iudicatum Florentiæ, aſſerens idem eſſe dicendum ex præmiſſis in procuratore, qui confitetur dominum eſſe debitorem ex eo, quia fatetur ſe pecunias recepiſſe, ſequuntur *Imol. in l. eamdem, ff. de duob. reis, & Soc. ſen. d conſ. 154. num. 13.*

12 Verum de veritate huius caſus dubitatur quinimò contrarium verius reor, per *tex. in d. l ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſt.* vbi contra procuratorem pecuniam mutuo mandato alterius recipientem nulla competit actio, ſed tantum contra mandantem. Ergo nec contra inſtitorem pecunias recipientem ratione officij, etenim iſti perpetuo ſtant in menſa numularia, & nomine menſe recipiunt pecunias, nec ex eo ſolo quod recipiant, vel quod recepiſſe fateantur, dici poſſunt obligati niſi alia ratione oſtendatur eos obligatos eſſe dummodo dicatur, pecunias à ſe receptas in vtilitatem domini, vel menſæ conuertiſſe, *d. l. fi. ff. de inſtit. & dicto §. 1.*

13 Nonus eſt caſus, quando procurator procuratorio nomine actum gerit qui conuenit ſoli procuratori, & ipſum ſolum reſpicit, quia tunc videtur fidem ſuam aſtrinxiſſe, prout eſt promiſſio rati. & iudicatum ſoluendi, & ita tenetur, *l. ſi procurator meus, § final. & l. ſed hæc, §. Prætor, ff. de procur.* ſecundum *Bald.* & alios quos ſequitur *Socinus ſen. dicto conſil. 154. num. 14.*

14 Decimus eſt caſus quando mutuans procuratori pecuniam non ſolum numerauit per quam numerationem dominum ſibi obligat, ſed vltra proceſſit ſtipulando a procuratore, quoniam tunc obligatur etiam procurator per *text. in d. l. ſi pupilli, §. 1. in 2. par. ff. de neg. geſt.* quem ibi ſic intelligit *Ang.* dupliciter inducens.

Primò, dum dicit à procuratore tuo ſtipulatus fuero, quia non dicitur quis ſtipulatus à procuratore, niſi procuratorio nomine ſtipulatus eſſet, *l. ſi reus* & ibi *Ang. ff. de procur.* & tandem dicitur, quod procurator obligatur.

Secundò, quia dicitur, quod huiuſmodi ſtipulatio poſt numerationem fuit ex abundanti appoſita, ex quo datur intelligi, quod mutuans non fuit contentus ſola obligatione domini, ſed voluit etiam procuratorem obligatum, quamuis contraheret procuratorio nomine.

15 Sed ſupradictis caſus deciſio mihi dubitabilis videtur, quia ſubſequens ſtipulatio a procuratore procuratorio nomine deducta nullam inducere poteſt in eius perſonam obligationem, cum fuerit interpoſita ſolum procuratorio nomine, quoniam actus agentium operari non 16 debent vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet.* vbi ſcribentes, & cum obligatio contrahi non poſſit 17 ſine conſenſu, *§. 1. inſtit. de obligat.* quæ ex conſen. naſcun. conſtare debet, quod quis ſe voluerit obligare ad hoc vt obligatus remaneat. Sed in caſu propoſito procurator promittens nomine domini tantum intendit obligare dominum non autem ſe ipſum proprio nomine, ergo ipſe non remanet obligatus.

Inſuper non debet eſſe fortior obligatio procuratorio nomi-

nomine facta, quam vera numeratio & receptio pecuniarum præcedens facta procuratori procuratorem non obligat, *d.l.ſi pupilli* §.1 *ff.de neg. geſt.* & admittunt etiam *Ang. & Socin. vbi ſupra* ita nec eum obligat ſtipulatio ſubſequens de eadem pecunia facta procuratorio nomine & accepta eum obligare non debet, nec etiam vtrumque ſimul iunctum dicto §. primo, vbi ſupponitur, quod ex abundanti poterat proprio nomine obligari, non autem quod obligatio facta vti procurator eum obliget in proprio, contra *d.l. procurator pro euictione, ff. de procur.* quemadmodum etiam *dictu* §. 1. *intelligit Boer. d. deciſ.* 273. *num.* 5.

Præterea hic procurator contrahit procuratorio nomine contemplatione ipſius domini, nihilque ei procuratori acquiritur, ſed ipſi domino, nec per conſequens in quoquam teneri debet, niſi fidem ſuam aſtrinxerit.

18 Vndecimus eſt caſus, quando procurator, tutor, ſeu cu-
rator, tam proprio, quam appellatiuo, hoc eſt procurato-
rio, tutorio, vel curatorio nomine promiſit, quo in caſu
ſi nomen proprium præceſſit in obligatione, procurator,
curator, ſeu tutor indubiè ſuo quoque nomine tenetur,
ad notat. per *Bart. in l. cum poſt mortem*, §. *quidam cum eſ-*
ſet in princip. ff. de adminiſtrat. tut. argum. l. ſi ſeruus commu-
19 *nis, ff. de ſtipula. ſeru.* ibi, ſed cum ad nomina prius decur-
ſum eſt; & ſignanter, ſi in obligatione promiſit ſe ſolutu-
rum, quia tunc ſecundum *Bar.* habuiſſe cenſetur animum
20 ſe in totum obligandi, non autem pupillum, licet poſſit à
pupillo repetere, ſequitur *Boer. dicta deciſ.* 273. *num.* 5. ibi
ſed promiſit tam nomine proprio, quam appellatiuo, lo-
quens etiam in procuratore.

21 Vbi vero præceſſit in obligatione nomen appellati-
uum, & ſubſequitur nomen proprium, in dubio ſecun-
22 dum *Bart.* dicto loco non tenebitur. Cæterum ſi adſint
coniecturæ, ex quibus aliud præſumatur de intentione
contrahentium, tunc conſiderandum non eſt nomen ap-
pellatiuum, quamuis præceſſerit, *l. qui habebat. ff. de reb.*
dub. vbi *Socin. in ſecund. not. Felyn. in cap. manda. verſic. in*
text. ibi, ſed perſonæ, de præſumpt.

23 Contrarium in hac ſecunda ſpecie tenuit *Boer. d. deciſ.*
273. *ſub numer.* 3. *verſic. tamen hæc ratio.* Quia vbi apparet
de intentione contrahentium conſtituenda non eſt diffe-
rentia, an nomen in ſtipulatione præcedat, ſiue ſubſequa-
tur; non enim in hoc facienda eſt vis, ſed in eo quod pro-
curator fidem ſuam aſtrinxerit, quod ſufficit, vt obligatus
cenſeatur, *dicta l. procurator, qui pro euictione*, cum alijs ad-
24 ductis per *Boer. dicta deciſ.* 273. *num.* 6. Idque præſertim
procedit, quando hic procurator habebat mandatum ad
contrahendum cum certa perſona, quia tunc vterq; tene-
tur, videlicet procurator ex contractu, & dominus actio-
ne mandati, iuxta *Gloſ. Iac. de Aren.* & poſteriores in *di-*
cta l. ſi pupilli, §. 1. *ff. de neg. geſt. Bald. in l.* 1. §. *eſt autem ver.*
nota argumentum, ff. de exercit. act.

25 Declaratur prædicta maximè procedere, quando con-
tractus fuit celebratus cum procuratore ab abſente con-
ſtituto, quia tunc tenetur, quia contrahentes habuerunt
reſpectum ad procuratorem cum quo contrahebant ma-
gis, quam ad dominum conſtituentem, vt iudicatum te-
ſtatur *Boer. vbi ſupra*; de quo tamen videas, quæ dicam in
ſequenti caſu.

26 Duodecimus eſt caſus de quo mentionem facit, & re-
ſpondiſſe teſtatur *Paul. de Caſtr. in l.* 1. §. *eſt autem per tex.*
quem legit enim §. *exercitorem num.* 4. *ff. de exercit. act. vide-*
licet, quod cum quidam hebræus habitans Venetijs de-
putaſſet quemdam alium hebræum commorantem in
ciuitate Piſauri ad faciendum, quod dam mutuum vſura-
rium, & ille præpoſitus recepiſſet plura pignora a quo-
dam milite, poſtea remotus fuit ab officio, miles agebat
aduerſus eum pro ſuis pignoribus, & ſoluere volebat,
ille dicebat ſe non teneri, quia contraxit tamquam fa-
ctor alterius, & factoria erat finita.

Et dicendum videbatur, quod ille factor non erat obligatus, per *d.l. fin. ff. de inſtit. act. & facit Ang. in l. eamdem, ff. de duob. reis*, vbi dicit, quod factores mercatorum noſtri temporis non tenentur ex contractibus quos gerunt.

Contrarium dicitur *Paul. de Caſtro* ſe reſpondiſſe per illum *text.* vbi inquit eſſe caſum, præſertim vbi præpoſitus fuit ab abſente, quia contrahentes non habuerunt reſpectum ad eum, ſed ad præpoſitum, cum quo contrahebant, *argum. l. eum qui. C. ſi cert. petat.*

Et reſpondendo dictæ *l. fin.* dicit eam non obſtare, quoniam ibi non fuerunt verba obligatoria, ſed denunciatiua, prout ibi eam intelligit *Bar.*

Non etiam obſtat *Angel. in dicta l.* eamdem; quia procedere poteſt in factoribus, qui potius ſunt miniſtri, quam habeant adminiſtrationem, vt ibi per eum.

Et Paul. de Caſtr. vbi ſupra, ſequuntur Socin. ſen. d. conſil. 154. *n.* 17. *lib.* 2. *& Boer. d. deciſ.* 273. *num.* 6. *& ſeq.*

27 Non tamen ego probare poſſum opinionem *Paul. de Caſt.* Et ideo reor præpoſitum non remanere obligatum, ſi probet pignora à ſe recepta domino tradidiſſe. Nam licet præpoſitus illa verba obligatoria protuliſſet, id nomine domini, & illius intuitu, ſeu contemplatione; & ad eius vtilitatem factum eſt quo fit, vt dicto in caſu idem dicendum ſit quod dicitur de accipiente mutuam pecuniam nomine domini, vt in *dicta l. ſi pupilli*, §. 1. *ff. de neg. geſt.* Et abſentia ſola domini, in qua ſe fundat *Caſtren.* non obligat procuratorem, & contrahentes cum procuratore abſentis non habent nec habere debent reſpectum ad ipſum procuratorem, ſeu præpoſitum, ſi præpoſitus nomine domini contrahat, ſed ad dominum eum proponentem; nam alias ſequeretur, quod procuratores abſentis contrahens eius nomine tantum teneretur ex ſua perſona, quod eſſet abſurdum, & contra illius intentionem, quæ ſemper in his conſideratur.

Rurſus *l. eum qui. C. ſi cert. petat.* in qua ſe fundat *Paul. de Caſtr.* loquitur, quando quis mutuauit alicui pecunias etſi ad res alienas, nō tamen nomine domini, vel eiuſdem contemplatione, ſed ipſius recipientis, quare nimirum ſi recipiens obnoxius remaneat, quia principaliter fuit obligatus, vt dicit *dicta l. eum qui in fin.* ibi, principaliter obligatum. In ſpecie autem *Caſtren.* præpoſitus non ſe principaliter obligauit, ſed nomine domini, hoc eſt ſub nomine officij, vt accidit in *dicta l. final. ff. de inſtitut. act.* quę indiſtinctè loquitur in quocunque præpoſito ab abſente, vel præſente, vnde reſtringi non debet ad præpoſitum præſentis tantum, præſertim cum plerunque contingat eos conſtitui ab abſentibus in diuerſis mundi partibus.

Caſtren. tamen ſententia & ſequacium in duobus caſibus ſaluari poteſt.

Primò quando ille præpoſitus nondum pignora illius debitoris domino tradidiſſet, vel aſſignaſſet, ſed adhuc penes ſe haberet vel retineret, quia tunc reddere tenetur, & pecuniæ eo caſu deponi deberent penes fidam & idoneam perſonam, vt domino redderentur.

Secundo, quando præpoſitus fidem ſuam aſtrinxiſſet in contractu, vel obligationem pro domino in ſe ſuſcepiſſet, *d.l. ſi procurator, qui pro euictione, ff. de procur.* cum cæteris ſuperius adductis.

28 Vbi autem quis authoritatem ab aliquo haberet ad vendendum, poteſt præſtare fideiuſſorem de euictione. Nam in generali mandato tacitè veniunt ea quæ ſunt de conſuetudine, *l. quod ſi nolit.* §. *quia aſſidua, ff. de ædili. edict. in l. ſi prius*, §. 1. *ff. de aq. plu. arcen. Bar. in l. fin. in princ. ff. quæ in fraud. credi. Fabian. de Mont. in tractat. de empt. & vendit. q.* 3. *princ. num.* 33.

29 Ad præmiſſa etiam notandum eſt, quod quando quis tam-

tamquam procurator voluntarius gerit negocia alterius, & conſentit alicui actui, in quo alias de iure ſuo agitur, præiudicium ſibi affert, vt probat *text. in l. vlt. ff. de inoffic. teſtam.* vbi ſi filius exhæredatus aduocati patrocinium præſtiterit pro legatario, cenſetur approbaſſe teſtamentum, atque ita non poteſt amplius illud quærelare, idem
30 probat *tex. in cap. ex literis vbi Gl. 1. de tranſact.* quo loci deffinitum eſt, quod qui ſcienter patrocinatur petenti rem propriam ſui ipſius patrocinantis, ſibi præiudicat, vt tradunt poſt alios *Cranet. in dicta quæſt. de indemnita. mul. Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. donatione num. 384. C. de reuoc. & de legib. connub. Gloſ. 3. num. 137. Ruyn. conſil. 47. num. 15. & infra lib. 2.*

31 Item, quod procurator conſtitutus ad vendendum contrahendo poſt reuocationem mandati quam ignorat, obligat dominum, licet non transferat dominium, quod non poteſt transferri ſine voluntate domini. *Salyc. in l. mandatum, C. manda. Bal. in l. primu in fin. princip. de contrah. empt. Felyn. in cap. ex parte Decani. num. 14. de re-*
32 *ſcript.* vbi quod tenetur dominus ad intereſſe emptoris, & ementi competit publiciana ex dicto contractu. *Bert. clauſul. 5. Gloſ. 1. num. 3.*

33 Ideo datur cautela vt intimetur reuocatio tam procuratori, quam perſonæ cum qua eſt contrahendum, ſi eſt certa, alias fiet generalis notificatio per proclamata publica. *Felyn. ibid. num. 23.*

34 Simile eſt in procuratore vendente poſt mortem domini, quam ignorauit tam ipſe, quam emptor, quia valet venditio, quod eſt propter æquitatem ob quam durat actio mandati, ne procurator remaneat in damno, §. recte iuſſit. manda. *Io. Andr. ad Specul. de emp. & vend. §. 1. verſ. quod ſi res in verb. quid ſit dominus. Fabian. in d. tract. de empt. & vendit. quæſt. 3. Bertaz. d. clauſul. 5. Glo. 1. nu. 4.* vbi
35 etiam quod valeret, quamuis procurator ignoraret & emptor ſciret mortem domini, licet hæredes poſſent illum doli exceptione ſubmonere.

ARGVMENTVM.

Procurator alienans bona ſui principalis, an de euictione teneatur finito præſertim officio.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad negocia, quamuis procuratorio nomine vendat, de euictione tenetur finito officio.*
Contrarium habetur num. 5. & ſeqq. & num. 8.
Limitatur hæc vltima ſententia, non procedere vbi procurator fidem ſuam aſtrinxit, & ſe proprio nomine obligauit, num. 9.
Declaratur prima relata ſententia, quando procurator ſimpliciter promiſit non exprimendo vtrum procuratorio nomine, vel ſuo, num. 10.
Sed contrarium num. 11.
Diſtinguitur tamen, num. 12.
At ſecus eſt in tutore, cuius officium eſt neceſſarium, numero 2.
Et ratio eſt, quia tutor publica authoritate ideſt à lege ſuſcipit officium, & procurator à priuato, num. 3.
4 *Procurator emens nomine domini tenetur ad pretium.*
6 *Inſtitor, qui vendit durante officio, de euictione tenetur, & conueniri poteſt.*
Fallit ſi ſpecialiter ſe obligauerit, & fidem ſuam adſtrinxerit, quia tunc ſemper tenetur, num. 7.
13 *Procurator quia contrahit procuratorio nomine, & nihil ei acquiritur, tunc ſolus dominus tenetur finito officio.*
14 *Procurator ſimpliciter aliquid confitens, nec ſe ad aliquid obligans, tunc non ipſe ſed dolus dominus tenetur.*
15 *Procurator contrahens domini contemplatione, obligat ſolum dominum.*
Idem eſt quando explicatur actus qui ſoli domino conuenit, prout eſt in iudicijs, in quibus ſolus dominus tene[illegible]*, numero 16.*
Fallit quando procurator fuit datus in rem ſuam, vel obtuliſſet ſe, cum ſciret cautum non eſſe, vel ſi defenſoris locum cum ſatisdatione ſe liti obtulerit, quia procurator conueniri poterit, num. 18.
Vel quando mentitus eſt, aſſerens ſe eſſe procuratorem, cum mandatum aliquod non haberet, num. 19.
Vel etiam ſit mentitus præſtitam eſſe cautionem de ſoluendo, num. 21.
Extenditur dicta concluſio, quando actus reſpicere poteſt etiam vtrunque ſcilicet dominum, & procuratorem, quia ſi procurator contrahat procuratorio nomine obligat ſolum dominum, num. 17.
Limita & intellige, vt ſuperius dictum fuit, num. 18.
20 *Procurator ſiue contrahat, ſiue compareat in iudicio, tenetur docere ſe eſſe procuratorem.*
23 *Procurator quando ſimpliciter accipit rem mutuo procuratorio nomine, & ſic in alijs contractibus qui re contrahuntur, non obligatur, cum tunc dominium quærat domino.*

Quæſt. CLXXXVII.

AGamus modo quid in procuratore alienante bona ſui principalis reſoluendum ſit, an is ſcilicet de euictione conueniri poſſit; cuius occaſione etiam plura dicentur, quæ aptari poterunt tutori & curatori, licet ij vt diximus in *quæſt... numer...* ex neceſſitate officium ſuſci-
1 piant, quod non contingit in procuratore, præſertim ad negocia, qui quamuis procuratorio nomine vendat, de euictione tenetur finito officio, ad *text. in l. ſeruum Titij, ff. manda.* ibi, & prout Titium, quamuis, vt procurator vendidiſſet, obſtrictum venditori eſſe, ideſt de euictione,
2 vt notat ibi *Gloſ. in ver. Emptor eſſe*, vbi ait ſecus eſſe in tutore, quia tutoris officium eſt neceſſarium, procuratoris vero voluntarium, *l. tutoris, C. de neg. geſt. vbi Bart. & Doct. Gloſ. in l. procurator*, qui in ver. non leuabitur, *ff. de procur.*
3 vbi aliam rationem reddit, nempe quia tutor publica authoritate ideſt à lege ſuſcipit officium, procurator à priuato, & *Glo. illum ſequitur ibi Bar. Bal. Ang. & Caſtr.* quos
4 refert *Boer. deciſ. 80. num. 2. Vitalin. in Clem. 1 numer. 24. de offic. Vicar. Sic eadem ratione procurator emens nomine domini tenetur ad pretium, l. cum vendente, C. vbi onus fiſcul. & ibid. Bald. Angel. & Sulycet. numer. 4. notant. Boer. deciſ. 273. ſub num. 4. verſic. quinimo* etiam procurator.

5 Contrarium, quod nec etiam procurator ad negocia procuratorio nomine promittens de euictione teneatur finito officio haberi videtur ex *tex. in l. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſt.* vbi ſi procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, vt creditorem tuum & pignus tuum liberet, aduerſus te negociorum geſtorum actionem habeo, contra vero eum, cum quo contraxi, nullam, vbi *Glo. dicit*, quia nolui eum obligari. Pro quo eſt etiam alius *tex. in l. fin. ff. de inſtit. actio. his verbis.* Lucius Titius menſæ numulariæ quam exercebat, habuit liberum præpoſitum, is Caio Seio cauit in hæc verba. Octauius Termilius rem agens Octauij Felicis Domitioj Fel ci ſaltem.

Habens penès menſam patroni mei denarios mille, quos denarios vobis numerare debeo pridie Calendis Maij.

Quæſitum, eſt, Lucio Titio defuncto ſine hærede, bonis

Google

nis eius venditis, an ex hac epiſtola iure conueniri Termilius poſſit.

Reſpondi nec iure his verbis obligatum, nec æquitatem conueniendi eum ſupereſſe cum id ex inſtitoris officio ad finem menſæ præſtandum ſcripſiſſet, vbi *Glo. &*
6 *Doct.* Secus erit durante officio, quo caſu conueniri poſſet dictus inſtitor, & ita intelligitur, *l. 1. §. eſt autem ff. de*
7 *inſtit. act.* Vbi autem ſpecialiter ſe obligauit, & fidem ſuam aſtrinxit ſemper etiam tenebitur inſtitor, *l. in eum, §. Taberna, ff. eod.*

8 Vnde concludendum videtur procuratorem ad negocia promittentem, vel alienantem procuratorio nomine, officio finito de euictione non teneri, ſicuti neque tutor, vel curator, ſeu alius adminiſtrator neceſſarius, vel inſtitor.

9 Quæ ſententia limitanda eſt vt non procedat, quando procurator fidem ſuam aſtrinxerit, vel ſe proprio nomine obligaſſet, vt expreſſum legitur in *dicta l. fin.* ita tenet *Iacob. de Are. in l. poſt mortem, §. tutor, ff quan. ex fact. tuto. ſecundum Cyn. in l. ei qui ſeruo. ver. vltimo quæro. C. quod cum eo. Corn. conſil. 6. per totum libr. 2. Boer. dicta deciſ. 273. ſub num. 5. verſ.* ibi quamuis Iacob, dicentes quod diſtin-
10 ctio prædictarum *Gloſ.* procedit, quando procurator ſimpliciter promiſit, non exprimendo vtrum procuratorio nomine, vel ſuo, cuius contrarium probare videtur *tex. in*
11 *dicta l. ſeruum Titij, ff. manda.* videlicet quod tunc procurator non teneatur, & ſi res dubia admodum apparet.

12 Quare iuxta notata per *Soc. ſen. conſ. 154. per totum lib. 2.* qui in hac materia egregie loquitur, dicendum videtur, quod in propoſito forma contractuum valde attendenda eſt.

Nam ſi conſtat procuratorem, ſeu alium adminiſtratorem obligare voluiſſe ſolum dominum, ipſe ſolus tenetur, ſi autem vtrunque voluit obligare, ambo ſunt obligati, quia contractus eſt conuentione legem accipiunt *l. legem. C. de pact. l. contractus, ff. de reg. iur. l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſi.* Sicque concludunt *Bar. & poſteriores in d. l. procurator, qui pro euictione, ff. de procur. Gloſ. Bart. Ang. & ſcribentes in d. l. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg geſt. Socin. vbi proxime ſupra in princ. Boer. d. deciſ. 273. ſub numer. 5. verſic. quid dicendum.*

Si autem non conſtat quem obligare voluerit procurator, dominum nempe, ſeipſum, vel vtrunque, & tunc diſtinguendi ſunt certi caſus, in quibus procurator finito officio tenetur, vel non.

13 Primus caſus eſt quando procurator contrahit procuratorio nomine, & nihil ei acquiritur, & tunc ſolus dominus tenetur finito officio, & ita intelligendus eſt *tex. in d. l. fin. ff. de inſtit. act.* per quem ita reſoluunt *Bar. Bal. & communiter Doct. in dicta l. procurator, qui. Bold. & Salyc. in l. ei qui C. quod cum eo. Iacob. Butrig. Iacob. de Are. & Ang. in d. l. ſi pupilli, §. 1. ff de neg. geſt. Soc. ſen. conſil. 154. num. 1. & Boer. d. deciſ. 273. ſub num. 5.*

14 Secundus eſt caſus, quando procuratores ſimpliciter aliquid confitentur, nec ad aliquid obligant, & tunc ſolus dominus tenetur, ſecundum intellectum *d. l. fin. ff. de inſtit. act. quem dat Bart. in l. 1. ff. eod. ſequuntur Gul. de Cun. Bold. Ang. & Paul. de Caſtr. quos refert Soc. ſen. d. conſ. 154. numer. 4. lib. 2.*

15 Tertius eſt caſus, quando contractus geſtus eſt domini contemplatione, quia tunc ſolus dominus teneretur, non autem procurator, vt videtur eſſe *text. in l. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſt.* ibi, tui contemplatione, vbi *Glo. quam ſequitur ibid. Ang. & Monteſperell.* quem allegat, & declarat *Socin. vbi ſupra num. 3.*

16 Quartus eſt caſus quando explicatur actus qui ſoli domino conuenit, non etiam procuratori; prout eſt in iudiciis, quibus ſolus dominus tenetur, *l. Plautius, §. 1. ff. de procur. Bald. Angel. & Ioan. de Monteſperell. in dicta l. procurator, §. 1. ff. de neg geſt. Soc. dicto conſil. 154. num. 4.* Idem
17 concludens quando actus reſpicere poteſt vtrumque, ſcilicet dominum, & procuratorem, & ipſe contrahit procuratorio nomine, quia obligatur ſolus dominus, ad tradita per *Gloſ. in dicta l. quicunque, ff. de procur.* & probatur in *l. fin. ff. de inſtit. act. ac notant Angel. & Monteſperell. in d. l. procurator, ff. de procur. Socin. ſen. dicto conſil. 154. numer. 4.*

18 Fallit hic caſus, quando procurator fuit datus iurem ſuam, aut obtuliſſet ſe, cum ſciret cautum non eſſe, vel ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione ſe liti obtulerit, quoniam in his caſibus procurator conueniri poteſt, ac debet *d. l.* Plautius de procur.

19 Vel quando mentitus eſt aſſerens ſe eſſe procuratorem, cum mandatum aliquod non haberet. *Bart. in l. 1. C.*
20 *credi. euict. pignor.* Nam procurator ſiue contrahat, ſiue compareat in iudicio, tenetur docere ſe eſſe procuratorem, alias tenetur parti ad intereſſe, vt inquit *Ang. in d. l. 1. Iaſ. & alij in l. ciuitas num. 2. ff. ſi cert. peta.*

21 Vel ſit mentitus præſtitam eſſe cautionem de ſoluendo cum præſtita non eſſet, quia tunc executio fiet in perſonam ſuam *d. l. Plautius.*

22 Limita & intellige dictum caſum, vt dixi *num. 18.*

23 Quintus eſt caſus, quando procurator ſimpliciter accepit rem mutuo procuratorio nomine, & ſic in alijs contractibus, qui re contrahuntur, quia tunc dominium acquiritur domino, & ſibi nihil quæritur, nec ideo tenetur *l. 1. C. per quas perſonas nob. acqui. dicta l. ſi pupill. §. 1.* quam ita intelligunt *Bar. Bal. Ang & Salyc. in l. qui C. quod cum eo. Socin. vbi ſupra num. 5.*

ARGVMENTVM.

Tutor vel curator alienans, ſeu contrahens, an & quando de euictione conueniri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor vel curator contrahens nomine officij de euictione non tenetur.*
Ampliatur etiam procedere, ſi non exprimat ſe curatorio nomine promittere, cum conſtat in rem pupilli ſic ſe obligaſſe, num. 2.
3 *Tutor & curator finito officio non eſt conueniendus ex adminiſtratione pupilli.*
4 *Vendens ex officio de euictione non tenetur.*
Extenditur ad inſtitorem, tutorem, & curatorem, num. 5.
Qui finito officio non tenentur, num. 7.
Intellige, quando tutor, curator, vel inſtitor ſimplititer contrahit ſuper re ad pupillum vel dominum pertinente, & noluit expreſſe teneri, num. 6.
Idem quod ſupra locum habet quando officium eſt publicum authoritate, & vtilitate, num. 8.
Quod procedit etiam ſi promiſerit de euictione, num. 9.
Primò fallit, ſi tutor vel curator nomine proprio ſe, & eorum bona pro defenſione obligarunt, num. 10.
Extenditur idem procedere in marito rem dotalem vendente, & eius euictionem promittente, n. 11.
Secundò fallit, quando venditio non erat neceſſaria, & abſque iuſta cauſa facta ſine iudicis decreto, quia tunc ex quo venditio non valet, tutor & curator tenentur ad pretij reſtitutionem, niſi doceant illud conuerſum extitiſſe in vtilitatem, & commodum pupilli, num. 12.
Tertiò fallit in tutore, & curatore falſo, qui non fecit inuentarium, neque ſeruauit ſolemnia, qui propterea de euictione

ne

ne tenetur etiam quod pretium ſit verſum in vtilitatem domini,num.22.
Sublimitatur non habere locum, ſi tutor, vel curatur non obligarunt ſe, ac bona ſua pro euictione, cum ſecerit hæc nomine officij,licet erroneo,ac falſo,n.23.
Quod emptor debebat indagare, alias dicitur in dolo, & culpa num. 24.
Quamuis agit ad pretium,n.25.
Ampliatur procedere quoque, ſi iſte venditor pretium non conuertiſſet in vtilitatem domini, ſed in vſum proprium, & ſic emptor ei vt alteni a perſonæ fidem adhibendo ſoluit pretium,nam is venditor tenebitur ad pretij reſtitutionem licet non ad intereſſe,n.27.
Ex quo res euincitur non propter pretium domino non ſolutum,ſed ob non ſeruatas ſolemnitates, & actum imperfectum,num.28.
Limitatur non procedere, ſi ſolum res imperfectè alienata à vero domino euicta fuiſſet eo tantum reſpectu, quod pretium conuertiſſet in eius vtilitatem,quia tunc ad intereſſe damna,& expenſas teneretur,n. 29.
Et contra illum iurari poteſt in litem,n.30.
13 *Tutor & curator in dubio faciens id quod nomine alieno ſunt obligati ad agendum,licet faciant nomine ſuo, nihilominus facere cenſentur nomine pupilli.*
Intellige procedere ſi contrahentes & agentes ſciebant illum eſſe tutorem,n.16.
Ampliatur,etiam ſi dixerit tutor ſe ſuo nomine emiſſe, numero 14.
15 *Res empta a tutoribus, vel curatoribus pupillorum,vel minorum eis acquiritur,& hæreditati.*
Intellige,n.16.
Ampliatur etiam ſi ſuppreſſo nomine tutor, vel curator emiſſent etiam nomine proprio,quia ex officij neceſſitate tenebantur conuertere pecuniam in emptionem prædiorum, num. 17.
18 *Tutor vel curator contrahendo præſumuntur ſoluiſſe de pecunia pupilli.*
Præſertim quando adminiſtrator non erat adeo diues, vt præſumi poſſit, eam pecuniam quam ſoluit, habuiſſe, numero 19.
20 *Tutor,qui continuat mercaturam vel negocia patris pupilli,præſumitur nomine pupilli continuare.*
Et eo magis quando curatorio nomine id fecit, numero vigeſimoprio.
26 *Ignorantia non excuſat, quando quis ſcire potuit, quod ignorat.*
31 *Curatur, qui curatorio nomine emit rem pupillo, & poſtea pretium in lite mota per adultum compenſauit, eum alia re,& iudicio finitures euincitur,de euictione non tenetur, etiam ſi de ea ſibi caueri non fecerit.*
32 *Vendens rem vti tutor vel curator, licet non teneatur de euictione,tenetur tamen oſtendere ſe talem.*
33 *Curator vbi vendit adoleſcenti prædia communia, reſcinditur venditio in totum,quando emptor non omiſſet.*

Quæſt. CLXXXVIII.

1 TVtor, vel curator contrahentes nomine officij de euictione non tenentur, cum officium ſit neceſſarium, & publicum authoritate, licet priuatum vtilitate, leg.ſi non ſubſcripſiſti,& ibi *Salyc. C. de adminiſtr. tut.Gl. in cap.ſicut.46.diſtinct.* Et in ſpecie, quod tutor,vel curator de euictione non teneantur,probat *text.in l.poſt mortem,§ tutor,ff.quan.ex fact.tut.*vbi dicitur in hæc verba. Tutor,qui pecuniam ſoluturum ſe cauit,ad quã pater pupilli condemnatus fuerat, actionem poſt tutelam finitam rectè recuſat,vbi *Gl.in ver.rectè recuſat.*ait,promiſit enim tutorio nomine. Sed certè & ſi nõ exprimat,ex quo conſtat,quod in rem pupilli ſic ſe obligauit, idem eſt, vt in *l.*
2 *fin.eodem tit. Bart.& Doct.in d.§.tutor. & in* l. 1. *C. quan. ex fact.tut.ibi*,nam tutores,& curatores finito officio non
3 eſſe conueniendos ex adminiſtratione pupillorum vel adoleſcentium ſæpè decretum eſt. *Bart. Bal.& Doct.in l.1. C.cred.euict. pign. non deb. quod Bart.* ibi dicit millies allegaſſe, & illud menti tenendum .*Corn.conſ.74.lib.4.*
4 Idemque in alio vendente ex officio, quod nempè non teneatur de euictione,probat *Bar.in l.in alio num. 25. vbi Alex.in addit. alios citat,ff.de alim. & cib. leg. Boer. deciſ. 80.n.1.& ſeq.*
5 Idem in inſtitore,tutore,& curatore voluit ipſemet *Boer.*
6 *dec.273.n.2.*ibi,idem dicendum.Vbi hoc intelligit,quando tutor, vel curator, vel inſtitor ſimpliciter contrahit ſuper re ad pupillum vel dominum pertinente, & noluit expreſsè teneri,& denuo *nu.5.*ibi, ſed ſecus,vbi etiam lo-
7 quitur in tutore,& curatore,vt officio finito non teneantur ex contractu facto pro re pupilli,vt in *d.§.tutor.* Cum illi ſint neceſſarij adminiſtratores probauit *Borgn. in tr.*
8 *de tut.& cur.num.172.* Idemque eſt, quando officium eſt publicum authoritate,& vtilitate.*Gl. Alber. & ſcribentes in leg.fin.ff.ſi quis caut.Boer.d.deciſ.80.num.3. ad fin.* quod
9 vendicat ſibi locum etiam ſi promiſerit de euictione, *Gl. & Doct.in leg.procurator,qui pro euictione,ff.de procur.Alba.conſ.12.num.9.*
10 Primo fallit dicta concluſio, ſi tutor vel curator nomine proprio ſe & eorum bona pro defenſione expreſsè obligarunt,quia tunc tenentur de euictione, per *tex. in l. ſi is quem C.de præd. & alijs reb. minor.* ibi, pignora ſanè quæ ob euictionis periculum idem curator ex rebus proprijs ſibi obligauit, non prohiberis proſequi, & ibi tradunt *Gl.& Doct.Boer.d.dec.86.numer.6.*Ibi,& idem tenet,
11 vbi idem probat in marito rem dotalem vendente, & euictionem eius promittente,ſecundum *Cyn.*quem ibi ſequuntur *Bar.Bal.& Alber.in l. cum lex,ff. de fideiuſſ.& in l.1.& 2.C.cred. euiction. pign.non deb. & in l.procurator, qui pro euictione,ff.de procur.vbi pariter Bar.& ſcribentes, ff.de procur. ſequitur Borgn. cæteros adducens in d. tractat. de tut. & curat.ſub num.172.verſ.ſecus Menoch. conſil. 58. num.58.lib.1.*
12 Secundo fallit, quando venditio neceſſaria non erat, & abſque iuſta cauſa facta ſine iudicis decreto, quia tunc ex quo venditio non valet, tutor, & curator tenentur ad pretij reſtitutionem, niſi doceant illud conuerſum extitiſſe in vtilitatem, & commodum pupilli, *l.prædiorum, C. de præd.minor.*vbi minor rem non ritè alienatam a poſſeſſore rei vendicauit,nec reſtituit pretium, niſi pro ea parte,quæ in ſui vtilitatem verſum fuiſſe apparuerit, *l. 3. ff. quando ex fact.tuto.Glo.& Doct.in d. leg. fin.ff. ſi quis caut. Boer.d.deciſ.80.ſub num.6.ver.vnde tenetur.Rolan.conſ.60. num.38.lib.4.*
13 In dubio autem tutor, vel curator facientes id, quod nomine alieno ſunt obligati ad agendum, licet faciant nomine ſuo,nihilominus facere cenſentur nomine pupilli,per *l.Lucius,ff.de adminiſtr.tutu.Bart.in l.Titium, §.altero,numer. 2. verſiculo tertio caſu,*ibi regulariter eſt dicendum *eod.tit..Alexan.conſ.108.viſo themate,num.10.libr.1.*
14 *Alba.conſil.2.num.3.Menoch. conſil. 213. num.59.libr.3.* vbi loquitur,etiam ſi dixe rit tutor ſe ſuo nomine emiſſe, & ibidem *num.61.* quod res empta a tutoribus,& curatoribus pupillorum, ſeu minorum eis acquiritur, ſecun-
15 dum *Capr.conſ.88. in fin.Grat.conſ.24.numer. 4. libr. 1.per text. in l.eius qui in prouincia. ff. ſi cert. petat. & in l. Lucius, ff. de adminiſtr.tuto. Borgnin. de tut. & curator. nu-*
16 *mer. 243.* quod intelligit procedere, ſi contrahentes & agentes ſciebant illum eſſe tutorem. *Maſcard. de probat. lib.1.concl.38.& concl.1393.num. 1.& 2.lib.3.Surd.conſ. 9.num.4.lib.1.*
17 Ampliatur præcedens declaratio vt procedat, etiam ſi ſup-

M m

ſi ſuppreſſo officij nomine tutor, vel curator emiſſent,
& etiam nomine proprio ob dictam rationem, quia ex
officij neceſſitate tenebatur conuertere dictam pecu-
niam in emptionem prædiorum *dicta l. Lucius Titius*, §.
tutorem, & *l. quoties, ff. de adminiſtr. tut. l. tutores la ſecun-
da, C. eod. leg. tutor. qui repertorium*, §. *ſi poſt depoſitionem
cum ſimil. ff. de adminiſtr. tut.*

18 Et præſumptio eſt omni in caſu ſoluiſſe de pecunia pu-
pilli, vt cum *Aym. conſ. 129 num. 3. tradit Maſcard. d. con-
cluſ. 1393 num. 6.* dicens *num. ſequent.* hoc præſertim lo-
19 cum habere, quando adminiſtrator non erat adeo diues,
& præſumi poſſit eam pecuniam, quam ſoluit, habuiſſe
ſecum. *Aym. vbi ſupra*, & tenuit *Alex. 1. conſ. 108. lib. 1. ac
Rimin. iun. conſ. 300. num. 71. lib. 2.* qui reſpondit tutorem,
qui continuat mercaturam vel negocia patris pupilli
20 præſumi nomine ipſius pupilli continuare, *Bald. in l. ſi pa-
ter tuus, Cod. commun. vtr. iud. tradit, Maſcard. in d. concluſ.
1393. num. 14.* & probat *Menoch. in loco præadmonito num.
55. addens numer. ſeq.* quod multo magis idem dicendum
21 eſt, quando curatorio nomine id fecit, & ſic nomine cu-
ratoris expreſſo.

22 Tertiò fallit principalis firmata concluſio in tutore,
vel curatore falſo, qui non erat tutor, vel curator, ſeu
non fecit repertorium, vel inuentarium, neque obſer-
uauit ſolemnia ſeruari ſolita in ſuſcipienda tutela, qui
propterea tenentur de euictione, etiam quod pretium ſit
verſum in vtilitatem domini, ita *Ioan. Andr. ad Specul. de
ſentent. proba. §. quoniam verſ. quid ſi procurator. Corn. conſ.
263. libr. 4. Soc. ſen. conſ. 2. ſub n. 8. verſ. tertius caſus libr. 1.
Stracch. de aſſecurat. in præfat. n. 74.*

23 Sublimitatur non procedere, ſi tutor, vel curator non
obligarunt ſe & bona ſua pro euictione, cum fecerit hoc
nomine officij, licet erroneo, ſeu falſo. *Bar. in l. cum vir, ff.
de vſucap. Crauet. de indemn. mulier. nu. 18. & 20. & nu. 28.*
24 Nam cum emptor ſciuerit bona illum vendere voluiſſe
tutorio, ſeu curatorio nomine, & ſic nomine alieno, per-
ſcrutari debebat, an eſſet tutor legitimus, & an dicto no-
mine alienare poterat, qui ſi non poterat, debebat face-
re ſe ipſum ſibi obligari, & bona ſua, alias dicitur eſſe in
dolo & culpa, & non poteſt contra venditorem agere ad
intereſſe, eſt *tex. in l. fin. C. commun. delegat. Aret. in l. ſi ali-
quam num. 5. ff. de acq. poſſ. Lanfranch. in c. quoniam contra
tit. de expenſis, ſub numer. 4. verſ. ſingulariter. Franc. Marc.*
25 *decıſ. 99. num. 5. par. 2. licet agat ad pretium, vt per Couar-
var. reſol. lib. 3. cap. 17. num. 1. & inſra Tiraq. de retract. li-
26 gnag. §. 35. Gl. 4. numer. 34.* Et ſcire, vel ſcire debere æqui
parantur. Non enim excuſatur prætextu ignorantiæ, qui
ſcire potuit, quod ignorat, *l. regula, ff. de iur. & fact. ignor.
Guid. Pap. ſing. 227* Non excuſatur, in terminis plures ad-
ducit *Borgn. in d. tract. de tut. & curato. ſub n. 272. poſt med.*

27 Ampliatur etiam procedere, ſi iſte venditor pretium
non conuertiſſet in vtilitatem domini, ſed in vſum pro-
prium, & ſic ei vt alienæ perſonæ fidem adhibendo ſoluit
pretium, quia is venditor tenebitur ad pretij reſtitutio-
nem, licet non ad intereſſe, vt per *Caualcan. in d. tract. nu.*
28 *173.* quia res euincitur non propter pretium vero domi-
no non ſolutum, ſed ob non ſeruatas ſolemnitates, &
actum imperfectum, & ratihabitionem non ſecutam, vel
anteriorem obligationem; at ſecus ſi ſolum res imperfe-
29 ctè alienata a vero domino euicta fuiſſet eo tantum re-
ſpectu, quod pretium in eius conuertiſſet vtilitatem, quia
30 tunc ad intereſſe, damna, & expenſas teneretur, & contra
eum iurari poſſet in litem, ad ſcripta per *Plot. in l. ſi quan-
do n. 209. verſ. poterit etiam in litem, C. vnde vi. poſt Bart. in
l. tutor qui repertorium, §. ſi quas vſuras, ff. de adminiſtr. tut.
& in l. quod ſecuus, ff. depoſ. Crauet. conſ. 286. col. 2. Borgn. vbi
ſupr. & pro præmiſſis faciunt, quæ dicam de procuratore q...*
31 Illud autem notandum eſt, quod ſi curator curatorio
nomine emerit rem pupillo, demum in lite mota per
adultum compenſauerat pretium exburſatum cum alia
re, & eo iudicio finito res euincitur, curator de euictione
non tenetur, etiam ſi in emptione ſibi, vel adulto de eui-
ctione caueri non fecerit, *l. 4. C. de iud.*

32 Item quod vendens rem tamquam tutor vel curator
licet non teneatur de euictione, tenetur tamen ſe oſten-
dere talem legitimè. *Bal. in l. 1. C. cred. euict. pignor. non deb.*

33 Ac præterea, quod curator adoleſcenti vendens præ-
dia communia ſibi, & ei cuius curam adminiſtrat, reſcin-
ditur venditio in totum, quando partem emptor non
emiſſet, quidquid alias diceretur ſolum reſciſſio contractus
pro parte, & pro alia portione validus eſſet. *Tiraq. de re-
tract. lign. §. 23. Gl. 1. nu. 7. facit tex. in l. ſi id quod §. ſi ex de-
cem, ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. ſi libertus. §. ſi quis
plures, ff. de iur. patr. Bar. in l. & ſi vno, ff. de act. empt.*

ARGVMENTVM.

Minor an reſtituatur aduerſus euictionis obligationem, in diem adiectionem, vel ſubhaſtationem, ſeu alia acceſſoria venditionis.

Emens a minore, ſi poſteà alteri vendidit, aduerſus quem ipſe minor reſtitutionem impetrauit, an de euictione conueniri poſſit.

Euictionis promiſſio vbi fit per mulieres, in alienatione rei minoris, an valeat, & contra illarum bona agi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Euictio locum habet ra euicta etiam de iure ſpeciali.*

2 *Minor reſtituitur aduerſus euictionis obligationem, in diem adiectionem, ſubhaſtationem, vel alia acceſſoria venditionis.*

3 *Emens a minore, ſi poſtea alteri vendidit contra quem ipſe minor reſtitutionem impetrauit, tenetur de euictione.*

Primò ampliatur procedere, etiamſi de ſuo dato, & facto tantum promiſerit, cum ſciens rem vitioſam vendiderit, num. 4.

Secundò ampliatur vt locum habeat etiam in reſtitutione minoris ex cauſa legitimæ abſentia, n. 5.

6 *Re euicta per minorem vel Eccleſiam per reſtitutionem in integrum ceſſat euictionis actio, & remedium ad intereſſe, ſcilicet ad duplum, quia iure quodam ſpeciali & extraordinario res euincitur.*

Declaratur verum eſſe, quando contractus fuit ſimpliciter celebratus, ſed non quando in eo fuit promiſſa euictio, quia eo caſu, vt promiſſio inefficax & inutilis non ſit, intelligi debet, etiam ſi a minore euincatur, n. 7.

8 *Euicta re per reſtitutionem in integrum non datur ipſi aduerſario vtilis actio contra venditorem, a quo ipſe habuit.*

Sed contrarium habetur n. 9. Vbi de ratione.

Primò ampliatur procedere in reſtitutione quæ datur ex edicto minorum, n. 10.

Secundò ampliatur etiam in ciuitatibus, n. 11.

Limitatur vt procedat actio iſta in ſimplum, non autem in duplum, n. 12.

13 *Euictionis promiſſio vbi fit per mulieres in alienatione rei minoris, in qua non interuenit decretum, valet, & agi poteſt contra illarum bona, quæ promiſerunt de euictione.*

Intel-

Digitized by Google

Intellige, vt num. 14.
Et de ratione, num. 15.
Fallit in venditione neceſſaria facta per minorem, quia non intrat diſpoſitio & ſolemnitas legis municipalis requirentis ſolemnitates in contractibus minorum, ea ratione, quia lex pro eo obligat, nec dicitur læſus minor ex obligatione legali vel neceſſaria, num. 16. & ſeq.
Quidquid Bar. & alij contrarium aſſerant, num. 17.
Declaratur num. 18.
Extenditur idem locum habere in muliere & minore quietantibus ex cauſa neceſſaria, in qua non attenditur ſolemnitas ſtatuti, num. 16.
Et ita iudicatum, num. 20.
14 *Salyc. in l. ſi is, C. de præd. minor. declaratur.*

Quæſt. CLXXXIX.

1 EVictionem locum habere re euicta etiam de iure
ſpeciali, aut per reſtitutionem in integrum, alias in
ſuperiobus quæſtionibus diximus, quo caſu agitur ex em-
pto de euictione, probatur *in l. ſi cum venditor, §. 1. ff. de
euict. & in l. ſed vbi, ff. de minor. Tiraq. de retract. lignag. ad
finem tit. num. 44.*
2 Vnde quæritur, an minor reſtituatur aduerſus euictionis
obligationem, in diem adiectionem, vel ſubhaſtationem,
ſeu alia acceſſoria venditionis pro ſententia affirmatiua
eſt *tex. in l. 1. C. de fideiuſſor. minor. vbi notat Gl. in ver. non
congeris, & ibid. Doct. communiter.*
3 At quid de eo, qui a minore, & poſtea alteri vendidit,
aduerſus quem ipſe minor reſtitutionem impetrauit te-
neatur de euictione.
Et teneri eſt pariter text. expreſſus in *l. minor. in prin. ff.
de euict. vbi notant Bar. Bal. & Ang.* quod procedit etiam
4 ſi de ſuo dato & facto tantum promiſerit, cum ſciens rem
vitioſam vendiderit, *l. 1. §. 1. & l. tenetur, §. vlt. l. emptorem,
§. deniq. & §. fin. in fio. & ibi per Doct. & l. Iulianus, §. idem
Iulianus, & l. quæro, ff. de act. empt. l. hæc autem, ff. de hære-
di. vel act. vendi. Corn. conſ. 226. in præſenti col. 2. libr. 2.
Tiraquel. de retract. lign. ad fin. tit. numer. 44. & ſeq. Odd. de
reſtit. in integr. p. 2. 57. art. 6. num. 50. qui tamen Tiraq. non*
5 *intelligit, ſed ampliat num. 51.* dictam concluſionem, vt pro-
cedat etiam in reſtitutione maioris ex cauſa legitimæ ab-
ſentiæ ad *l. ſi cum venditor, §. is qui Reipublicæ, ff. de euictio.
& n. 52. & 53.* proſequitur quid de euictione in diem, &
de ſubhaſtatione, ad quem lectorem remitto.
6 Regulariter autem re euicta per minorem vel Eccle-
ſiam per reſtitutionem in integrum ceſſat euictionis
actio, & remedium ad intereſſe, vel a duplum, quia iu-
re quodam ſpeciali, & extraordinario res euincitur *d. l.
minor. de communi Gomez. de contract. cap. 2. n. 41.*
7 Declaratur verum eſſe, quando contractus fuit ſim-
pliciter celebratus, ſed non quando in eo fuit promiſſa
euictio, quoniam hoc caſu, vt ea promiſſio inefficax &
inutilis non ſit, intelligi debet, etiam ſi à minore euinca-
tur, vt per *Gomez. vbi ſupra & An. Burg. in cap. fin. col.
2. poſt princ. de empt. & vendit.* qui ait hoc caſu duplum
concedi.
8 Et dicta quæſtione infertur, an euicta re per reſtitu-
tionem in integrum detur ipſi aduerſario vtilis actio con-
tra venditorem, à quo ipſe habuit; & dicendum videtur
quod non, per *l. 3. ff. rem rat. habe.* vbi dicitur quod reſti-
tutionis in integrum beneficium non eſt poſitum ratiha-
bitioni, ita quod qui reſtitutionem in integrum petit,
contrauenire non dicitur.
Item quia ex ea non euincitur quod non fuerit vendi-
toris, quare excuſatur venditor, ſi res via extraordinaria
euincitur emptori.
9 Sed contrarium eſt verius, per *tex. in d. l. minor, ff. de
euict.* ea ratione, quoniam reſtitutio in integrum ita effe-
ctum ſuum operari debet, vt minor reſtitutus non rema-
neat nec in damno, neque in lucro, *leg. 1. C. de reput. quod
& latius probat Sfort. Odd. de reſtit. q. 47. art. 2. per totum:*
qui propè *fin. id.*
10 Primò ampliat procedere in reſtitutione, quæ da-
tur ex edicto maiorum, vt *l. ſi cum venditor, §. 1. de
euiction.*
11 Secundò ampliat locum etiam habere in ciuitatibus
& *c. ex Alber. in d. l. minor.*
12 Limitatur quoque vt procedat actio iſta in ſimplum
non autem in duplum ratione, de qua per *gl. & Doct. in
d. l. minor,* & habetur penès eundem *Odd. in d. ar. verſ. ad
tertium.*
13 Vbi verò euictionis promiſſio fiat per mulieres in alie-
natione rei minoris, in qua non interuenit decretum va-
let, & agi poteſt contra illarum bona quæ promiſerunt
de euictione, *l. vt ſi is, C. de prædi. minor. & ibi Cyn. Bal.
& alij, idem Cyn. in l. non dubium num. 8. in duodecima op-
poſi. C. de legi. & Bart. in l. cum lex in prima oppoſit. col. fin.
ff. de fideiuſſ. Imol. in c. cum contingat numer. 18. de iureiur.
Veral. deciſ. 316. num. 1. p. 1. vbi num. 2. declarat Saly. in d.*
14 *l. & ſi is,* bene loqui in muliere alienante fundum dota-
lem. *Paul. Aemiſ. deciſ. 310. par. 1.* quoniam licet alienatio
15 prohibita ſit fauore minorum, tamen alij non prohiben-
tur, ſe & res ſuas obligare ad hoc vt euictione teneatur, *l.
9. C. de præd. al. reb. minor.*
16 Non tamen prædicta concluſio procederet in vendi-
tione neceſſaria facta per minorem, quia non intrat di-
ſpoſitio, & ſolemnitas puta legis municipalis requiren-
tis ſolemnitates in contractibus minorum, ea ratione,
quia lex pro eo obligat, neque dicitur læſus minor ex
obligatione legali, vel neceſſaria. *Bald. in l. certi num. 1 t.
C. de loc.* quidquid in contrarium aſſerat *Bart. in l. item in*
17 *prin. de pact. in l. ſi conſtante. num. 75. ff. ſolut. matr.* cum alijs
latè adductis per *Cal. de reſtit. in integ. in ver. cum non abſi-
milis ſub numer. 39. ver.* & ideò contrariam ſententiam.
Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. num. 66. & 82. quoniam
aduerſus eos eſt verior opinio, quam tenet *Tiraq. de legi.
connub. gl. 8. l. 16. connub. num. 189. Curt. iun. conſ. 68. numer.
20. poſt Bal. in l. vnica, §. & vt plenius verſic. extra quæri-
tur, C. de rei vx. act. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 44. num. 15. &
deciſ. 287. num. 25. prout, & ita practicari dixit Ceuall. qu. c.*
18 *132. in fin. Mut. ſuper conſuetud. Panormit. cap. 34. nu. 15.*
vbi nihilominus ſaluat *Bart.* vt locum habeat in bonis,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.
19 Idemque de muliere, ac minore quietantibus ex cau-
ſa neceſſaria, in qua neque attenditur ſolemnitas ſtatuti.
*Rota diuer. deciſ. 867. num. 5. p. 3. Rom. conſ. 394. præſuppoſi-
to num. 3. & conſ. 280.* ex themate *numer. 9. vbi Mandoſ. in*
20 *ver.* fieri teſtatur ſit iudicatum a Rota per *Put. deciſ. 9. de
conſt.* cuius verba refert, cum dicat non omnes habere il-
lam deciſionem, ſequitur eadem Rota coram *Card. Serap.
deciſ. 113. numer. 3.* vbi etiam quod ſtatutum vrbis locum
habet in ceſſione iurium. *Put. deciſ. 2. & 53. lib. 3.*

ARGVMENTVM.

Emens a male gerente negocia ſua vtrum ſecurè emat, & agat de euictione.
Et diſſoluta venditione, & an & quando fructus reſtituendi ſint.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Contractus bene geſtus cum male gerente negotia ſua valet.*

2 *Minor in contractibus in quibus eſt deceptus, reſtituitur, licet ſecus in contractibus bene geſtis.*

3 *Emens a male gerente negotia ſua non eſt ſecurus.*

Diſtinguitur tamen ſecundum aliquos, aut tali fuit bonis interdictum, vel non, num. 4.

5 *Emptor illicitus non agit de euictione, etiamſi illam nuncupatim ſtipulatus fuerit.*

6 *Contrahentes cum abutentibus bonis ſuis male agunt.*

Et datur actio & exceptio hinc inde dicendi, & obyciendi de nullitate contractus, n. 7.

Item datur remedium l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet. numer. 8.

Vel Iudicis officium, ibid.

Vel etiam datur actio præſcriptis verbis, num. 9.

10 *Emptor cui obyci poteſt male quid egiſſe, ſeu extorſiſſe, de euictione agere poteſt.*

11 *Venditio quando diſſoluitur ex cauſa de præterito, quę venditionis tempore inerat, fructus ab emptore percepti reſtituuntur.*

Sic etiam in redhibitoria dicitur, quando res vendita venditionis tempore vitioſa erat, n. 12.

Et in venditione reſciſſa ob enormem læſionem, n. 13.

14 *Venditionis contractæ reſciſſio quando pendet a voluntate venditoris, fructus non reſtituuntur, neque in ſortem compenſantur, cum is, qui dat pecuniam, repetere non poteſt.*

Quo caſu periculum rei emptæ tranſit in emptorem, numero 15.

16 *Venditio quando contrahitur ſub conditione quæ impedit natiuitatem venditionis, conditione eueniente fructus ſunt venditori reſtituendi.*

Fallit quando venditio contrahitur ſub conditione, vel pacto, quod reficit venditionem iam perfectam, n. 17.

18 *Venditionis reſciſſio quando pendet ab emptoris voluntate, fructus interim percepti ſunt reſtituendi, vel in ſortem compenſandi.*

Et contractus aliter factus diceretur illicitus, & vſurarius, num. 19.

Ratio affertur num. 20. & 21. vbi quod ceſſa venditio, & ineſt mutuum cum pignore.

22 *Vſuræ maior eſt ſuſpicio, ſi reſciſſio cenſetur ab emptore cum retentione fructuum, quam ſi procedat a venditore.*

23 *Venditio quando diſſoluitur ratione legis commiſſoriæ, fructus reſtituuntur venditori, & n. ſeq.*

Ampliatur num. 25.

24 *Pactum legis commiſſoriæ valet.*

Quæſt. CXC.

1 EMens a male gerente negotia ſua, vtrum ſecurè emat, ac de euictione agat, quæri ſæpè ſolet, qua in quæſtione adhibenda videtur ea diſtinctio.

Quod aut contractus eſt bene geſtus, vel non.

Primo caſu valet contractus, *arg. l. furioſus, ff. de act. & oblig.* vbi quod furioſus obligatur ex ſuis contractibus, ex quibus obligatio contrahitur re ipſa, eſt ſimilis *tex. in l. ſi a furioſo in princ. eod. tit. & in l.* ſi a furioſo, & ibi per *Doct. ff. ſi cert. pet.* vbi ex mutuo reconciliato furioſus ſibi alium obligat, & ipſe ex tali reconciliato mutuo obligatur alteri dictorum iurium, *& l. non omnis, §. ſi pupillus, ff.*
2 *ſi cer. pet. & l. cum eo, § ſi furioſo, & ibi Alex. ff. de acq. poſſeſſ.* idemq; extenditur in minore, qui in contractibus, in quibus eſt deceptus reſtituitur, *tot. tit. ff. & C. de min.* & nihilominus in contractibus bene geſtis prætextu minoris ætatis non reſtituitur, *l. nam poſtea, §. ſi minor, ff. de iureiurand.*

3 Secundò verò caſu non videtur quod emens ſecurè emat, præſertim ſi ſciuit illum male gerere negotia ſua, cum tunc dicatur eſſe in mala fide, vt in ſcienter emente a minore ſcripſit *Alber. in l. vltima in fin. C. ſi maior. fact. Imol. conſ. 73. in caſu propoſito vol. 1. verſ. breuiter, & col. fi. verſ. quintino dictus. eſt tex. in l. qui a quolibet, ff. de contrah. empt. & generaliter eſt gl. in l. 1. in ver. mala fide, C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſc. lib. 10 eſt tex. in r. qui contra de reg. iur. in ſexto, vbi plenè gl. & Doct.* prout in effectu male geſſit, in ſpecie *Raphael. Cuman. conſ. 180. n. 3. Odd. conſ. 41. n. 82.* qui loquitur in ſcienter emente ſine ſolemnitatibus; & in ſciente poſſe contra eum agi remedio, *l. 2. C. de reſcind. vendit. Caball. conſil. 145. numero 227. 229. & 279. libro 1.*

4 Aliter diſtinguit *Boer. deciſ. 23. nu. 52.* nempè quod aut emitur ab eo, cui non eſt interdicta adminiſtratio a lege, vel a iudice, & tunc ſecurè emis, quoniam ſi eſt dominus transfert dominium: ſi non eſt dominus transfert cauſam vſucapiendi, *l. ſi quis cum ſciret.*

Aut emis ab eo cui bonis fuerat interdictum a lege, vel a iudice, & tunc venditio non tenet, *l. is cui bonis, ff. de ver. oblig. l. cum lex, ff. de fideiuſſ. & l. vbi lex, ff. de vſucap.* quo
5 caſu dicitur illicitè quem emiſſe, & illicitus emptor non agit de euictione, etiam ſi id ſtipulatus nuncupatim fuerit. *l. quemmadmodum, ff. de agri. & cenſi. lib. 11.* & fuit ſententia *Cyn. in l. ſi fundum, C. de euict. l. fin. C. de litig. & l. cum vir prædium, ff. de vſucap. Bal. in c. 1. §. ad hoc verſ.* item quia venditor *tit. de pace iurum. firm. Guid. Pap. ſingul. 922. verſ. ſi ex contractu*, quos refert ac ſequitur *Tiraq. de retractu lignag. ad fin. tit. n. 47. Fabian. Gennen. in tr. de rumb. nu. 49.* vbi quod contrahentes cum abutentibus rebus ſuis male
6 agunt, & habetur per *Cuma. d. conſil. 180. ſub nu. 3.*

7 Aduertas tamen velim, quod licet emens a male gerente negocia ſua nulliter contrahat, & denegetur hinc inde actio tendens ad obſeruantiam contractus tamen datur hinc inde facultas dicendi & excipiendi de nullitate contractus, & conſequenter repetendi hinc inde datum & acceptum, quia hæc veniunt in neceſſariam conſequen-
8 tiam nullitatis contractus, & ne vnus locupletetur cum aliena iactura, & deficientibus proprijs actionibus daretur remedium ex *l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet.* de quo remedio plura diximus in præcedentibus *quæſt.* & ſcripſit nouiſſimè *Sigiſmun. Scacc. in tract. de appella. q. 17. limit. 6. mem. 6. nu. 15* vel iudicis officium, vt idem *Scacc. ſcribit. in*
9 *d. tr. q. 16. limit. 1. n. 48. & 49.* vel daretur actio præſcriptis verbis, *l. 3. ff. de præſcrip. ver. Rota diuerſ. deciſ. 88. n. 4. par. 2.*

10 Nihil eſt igitur, quod ex hoc conqueri poſſit emptor qui id ſibi malum accerſiuit, *l. ſi ab arbitro, ff. qui ſatiſda. cog.* nam cum aliquid ſit quod emptori imputari poſſit, quod ſponte id egit, & male extorſerit, is de euictione agere non poteſt ex doctrina *Dec. conſ. 74. per gl.* quam dicit ſingularem, *in l. id quod ſi nolit, §. ſi mancipium in ver. adhibuerit, ff. de ædil. edict.*

Sed diſſoluta venditione quæritur, an fructus reſtituendi ſint tam dicto in caſu, quam in alijs.

Et in hac quæſtione diſtinguo plures caſus.

11 Primus caſus eſt, quando venditio diſſoluitur ex cauſa de præterito, quæ venditionis tempore inerat, & hoc in caſu fructus ab emptore percepti ſunt venditori reſti-
12 tuendi, quod idem diximus in actione redhibitoria, quando res vendita venditionis tempore vitioſa erat, quæ ideò reſcinditur, *l. cum autem, §. cum redhiberetur, ff. de ædil. edi. Couar. var. reſ. lib. 2. c. 3. ſub n. 9. verſ. eſt, & aliud, & lib. 3. c. 9. ſub n. 1.* ibi, tandem his diſtinctionibus. *Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur ſub nu. 286. verſ. quod autem. C. de reuor. donat.* latè *Copiu. in tractat. de fructib. libr. 4. tit. 1.*

Google

13 *tit.1.c.14.num.1.& ſeq.* qui loquitur de reſciſſione venditionis ob enormem læſionem poſt *Bald.in l.2.ſub nu. 3. verſ.tertij dicunt,& ibid.Salyc.ſub nu.5.verſ.venio ad quæſtione.*ibi confirmat etiam,*C.de reſcind.vendit.*ſecus ſi non ex cauſa de præterito,ſed ex cauſa quæ poſtea ſuperuenerit,vt in loco præcitato tradit *Tiraq.*

14 Secundus eſt caſus, quando venditionis contractæ reſciſſio pendet à voluntate venditoris vt quando commutatur vſus rei cum pecunia,quia contractus vocatur a godere à godere, & eſt vſitatus in Italia,vt ſcribit *Io. Azor.*
15 *inſtit.moral.p.3.lib.9. tit.de ſociet.ca.*20. & eſt licitus quatenus non diſcedat a contractu ſenſus,& emptionis montium, quo in caſu fructus reſtituendi non ſunt, ſeu compenſandi in ſorte, quia diſtat a mutuo,cum is qui dat pecuniam ea repetere non poſſit, & ſic eſt vera conditio. *Sot.de iuſtit.& iur.lib.6.q.5.art.3.concl.* 2. ibi,at verò cum emptor, *col.3.* & periculum rei emptæ tranſit in emptorem,vt loquendo generaliter de *contract.emptio.explicat. latè Mol.de iuſtit,& iur.to.2.de contract.diſp.366.initio,& per totum col.*482.

16 Tertius eſt caſus, quando venditio contrahitur ſub conditione quæ impedit natiuitatem venditionis, vt quando vendo tibi,niſi mihi infra certum tempus melior conditio offeratur. Et tunc dico, quod conditione eueniente fructus ſunt venditori reſtituendi, vt per *Couarru. var.reſol.lib.3.c.9.ſub num 3.*

17 Quartus caſus eſt, quando venditio ſub conditione ſeu pacto contrahitur, quod inficit venditionem iam natam & perfectam, vt quando tibi hac lege, quod ſi alter meliorem offeret conditionem,res ſit inempta,& hoc in caſu concludo, quod fructus ſunt emptoris, nec per conſequens reſtituendi ſunt, ſeu compenſandi, ad ſcripta per *Couarru.dict.cap.9.ſub num.2.*

18 Quintus eſt caſus, quando reſciſſio pendet ab emptoris voluntate,& concludo, fructus interim perceptos non eſſe emptoris, ſed reſtituendos fore, ſeu in ſortem compenſandos. *Abb.in c.illo vos ſub n.6. verſ.* quandoque opponitur factum, *& verſ. Nam facto magnam vim de pign. Ant.Burg.in c.ad noſtram ſub n.33.verſ.primus eſt de emp. & vendi.Tiraquel.de retract.conuent.§.5. Gl. 2.ſub num.3. verſ.ex quibus,*vbi de communi teſtatur.

Et quod vbi facultas reſoluendi contractum, ſeu redimendi rem venditam eſt collata in arbitrium emptoris, aut cuiuſuis tertij puta offerentis meliorem conditionem,emptor rem cum fructibus reſtituat (quaſi nil poſſit venditori obijci, cur contractum reſoluat) tradit *Franc. Zoanett.in tract de emp.& vendit.ſub pact.retrouendend. n. 44.concl.* 2. & per conſequens ſi emptor aliter contraxe-
19 rit,vt reſtituere non teneatur, ſeu fructus compenſare, contractus eſt illicitus & vſurarius ſecundum *Sot. de iuſt. & iur.lib.6.q.5.art.3.concl.*1.dicentem eſſe manifeſtè vſurarium,& *Io.Azor.Inſtit.moral.par.3.lib.* 10.*tit.de cenſi.c. 17.quæſt.*4.

20 Huius concluſionis eſt ea ratio,quia ſicut in reſciſſione procedente a venditore ceſſat mutuum & ineſt vera venditio,vt ſupra fuit dictum in ſecundò caſu, & ideo fructus non computantur in ſortem,ſed ſunt ipſius emptoris; ita è conuerſo in iſta procedente ab emptore ceſſat vendi-
21 tio,& ineſt mutuum cum pignore cuius fructus niſi reſtituantur mutuum eſt vſurarium ex notatis per *Bal. in l.inſiurandum colum.* 31.32. *& 33. in fin. verſ.* ſed quid ſi reus,ibi,ſed iuxta premiſſa quæritur,ſi.de iure iur.vbi format quæſtionem de mutuo coacte facto Regi Angliæ,qui legem ſtatuit, quod quicunque ſibi mutuaret,haberet ad rationem quinque pro centenario,an dictum mutuum ſit licitum,& diſtinguitur,vt ibi per eum.

22 Quidquid ſcripſerint alibi *Couarru.*& quidam alij,cum & ipſemet *Couar. in præallegato c.9.ſub num. 3. in fin. verſ. 4. eſt*, cenſeat abſque dubio maiorem eſſe vſuræ ſuſpicionem,ſi reſciſſio cauſetur ab emptore cum retentione fructuum,quam ſi procedat a venditore.

23 Sextus eſt caſus, quando venditio diſſoluitur ratione legis commiſſoriæ,vt quia emptor neglexit adimplere id quod ſoluere promiſit infra certum terminum, ad quod ex conuentione & pacto tenebatur,vt ſcilicet alias res ſit
24 inempta,& venditio ſit nulla, quod pactum eſt validum, & iuſtum. *Fabian. de Mon.in tract. de empt. & vendit.q.7. princ.ſub n.*10.*verſ.reſtat videre*, quod pactum appoſitum dicitur fauore venditoris, quia id adimpleuit pro parte ſua,& eſt pactum legis commiſſoriæ,de quo loquuntur, *l. 1.& ſeq.ff.de leg commiſſ.*& hoc in caſu concluditur, quod fructus reſtituendi ſunt venditori,quia nihil apud emptorem permanere debet ex re, in qua is fidem fefelit. *l. lege fundo,ff.de leg.commiſſ.Tiraq.de retract. conuent. §.5.Gl.2. n.3.Couar.var.reſol.lib.3.cap.9.ſub n.2.Copin.in dicto tract. de fruct.li.4.tit.1.c.12.num.1. & 2.*

25 Ampliatur, vt concluſio prædicta procedat nedum ſi pactum legis commiſſoriæ verbis directis ſit conceptum, quo caſu dominium ipſo iure transfertur in venditorem ſine alia retraditione; (vnde conditione adueniente rei vendicatione agi poteſt) verum etiam locum habeat, ſi conceptum ſit verbis obliquis vel inflexis, quo caſu dominium non tranſit ipſo iure, ſed agitur actione ex vendito, vel præſcriptis verbis ad obſeruantiam contractus quamuis etiam primo caſu quando dominium transfertur ipſo iure, venditor agere poſſit ex vendito ad retradendum, & verba dicuntur directa,quando fuit dictum quod ſi emptor infra menſem vel bimeſtre non ſoluerit vel melior conditio ſit allata, res ſit inempta, ſeu ab emptione recedatur. Obliqua vero dicuntur,quando dictum eſt, vt non ſoluto pretio res reuertatur ad venditorem, probatur in *l.1. in l. qui ea lege, & in l.commiſſoriæ, C.de pact.inter empt.& vendit.in l.ſi quis hac lege,ff.de rei vend. latè Fabian.de Mont.in tr.de empt.& vendit. q.7.princip.n. 12.&* 13.qui licet nil dicat de fructibus reſtituendis, nihilominus ſat eſt,quod militet ratio,de qua in ſexto caſu.

ARGVMENTVM.

Euictionis actio quando concedatur in venditione facta in ludo. Reſtitutio lucri facti in ludo quando fieri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Contractus celebrati inter colludentes non tenent.*
Quod præſertim procedit in contractu venditionis, n.2.
3 *Vendens in ludo de euictione non tenetur.*
Primò ampliatur procedere ſiue loquamur de ludo permiſſo,ſiue etiam non permiſſo,n. 4.
Sed videar n.8.
Secundò ampliatur, vt nec etiam teneatur actione ex empto ad pretij reſtitutionem illi emptori colluſori, a quo res eſt euicta,num.5.
Et de ratione num.6.
Primò declaratur, vt procedat quando res venderetur colluſori non extraneo,n.7.
Secundò declaratur locum habere in ludo prohibito, ſecus in permiſſo,quo caſu de euictione agi poteſt, & contractus valet, num.8.
9 *Ludorum genera quotuplicia ſunt.*
10 *Ludus in quo vires, ingenium, & ars præcipuè regunt, & non fortuna,dicitur permiſſus.*

Digitized by Google

Primò declaratur non procedere in ludo cruento, ſeu ſanguinolento, n. 13.

Secundò declaratur, vt quamuis ludus ſit permiſſus, in eo tamen ludere non valet vltra valorem vnius ſolidi, numero 14.

Fallit ſi ludatur veſcendi cauſa, n. 15.

Tertiò declaratur, vt non obſtante quod ludus ſit licitus, & permiſſus, ſi quis in eo doloſè, vel fraudolenter verſetur & vincat, in vtroque foro teneatur ad reſtitutionem numer. 16.

Primò ampliatur, vt is qui dolo, ac fraude vſus eſt reſtituere teneatur, non ſolum lucrum, quod fecit, ſed etiam lucrum quod colluſor deceptus facturus fuiſſet, n. 17.

Secundò ampliatur, vt reſtituere teneatur, nedum, quod adhibito dolo eſt lucratus, ſed etiam quod lucratus eſſet ſine dolo in toto ludo, n. 18.

Primò limitatur, vt non procedat in dolo, qui non repugnat naturæ, & moribus ludi, quia dolus iſte eſt licitus neque neceſſaria eſt aliqua reſtitutio, n. 19.

Secundò limitatur, vt procedat volente colluſore qui paſſus eſt dolum, ſecus eo nolente, num. 20.

11 *Ludorum permiſſorum genera quot ſunt.*

Et quare permittantur, n. 12.

21 *Victo in loco quamuis detur repetitio, non tamen ſequitur quod victor teneatur reſtituere antequam fuerit per iudicem condemnatus ad reſtituendum etiam in foro conſcientia.*

Declaratur numer. 27.

Contrarium num. 22.

Diſtinguitur num. 23.

Retenta concluſione.

Primò ampliatur eam adeo veram eſſe, vt neque illi, qui fuit victus liceat tantumdem de bonis colluſoris qui vicit, furari, num. 24.

Hocque procedit tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ, ibidem.

Fallit, quando qui lucratus eſt iniuſtè impediuiſſet ferri iuſtam ſententiam, num. 25.

Non tamen ei qui amiſit in ludo licet in alio ludo tantumdem lucrari per dolum, n. 26.

28 *Ludi fugiendi ſunt, etiam quod fiat ad iocum.*

Quod declaratur, num. 29.

Quæſt. CXCI.

1 COntractus inter adinuicem colludentes celebratos non tenere dixit poſt adductos per eum *Suarez in*
2 *Theſ. recept. ſentent. lit. L. num.* 202. quod præſertim locum habet in contractu venditionis, vnde inquit *Bart. in l. ſi is eum ſeiret in fin. ff. de vſucap. pro empt.* ad quem locum ſe remiſit idem *Bart. in ſing. ſuo* 25. quod ſi ego ludens tecum in ludo vendo veſtem, talis contractus non valet, nec ven-
3 dens in ludo de euictione tenetur, ad *tex. in l. ſi filiofamil. §. 1. ff. quar. rer. act. non da. refert*, ac ſequitur *Aret. in tract. de maleſic. ſuper ver. Metidore de mali dadi. §. incip. quarto aduertas num.* 12. quod ibidem *Auguſtin. de Arimin. in addit.* ampliat procedere, ſiue loquamur de ludo permiſſo,
4 ſiue etiam non permiſſo ex *Gl. & Bart. vbi ſupra, & me-*
5 *lius per Ang in leg. fin. §. 1. ff quar. ter. act. non da.* qui voluit, quod nec vendens teneatur actione ex empto ad
6 pretij reſtitutionem illi emptori colluſori, à quo res eſt euicta, quoniam dicit, quod ille qui perdit pretium, ſcilicet venditor non eſt factus locupletior, quaſi quod aliud voluerit *Ang.* ſi venditor non perdiderit pretium, quia licet de euictione non teneretur, tamen ad pretij reſtitutionem cogi poſſet, per *l. emptorem, §. illud, ff. de act. empt. Alex. in addit. ad Bar. d. l. emptorem, §. qui autem*, vbi cæteri Adden. in addit. magna circa medium, & iſtam partem credere veram inquit *Auguſtin. in loco præcitato*, quam ſequitur *Iaſ in l. iuriſgentium, §. Prator, nnmer. 3. ff. de pact.* & prius videtur fuiſſe de mente *Ioann. de Imol. in* d. l. ſi quis cum ſciret, & ſcribentium *in l. ſi cum dotem, §. 1. ff. ſol. matr. quod.*

7 Primò declaratur procedere, quando res venderetur colluſori non autem extraneo, ita *Bar. in d. l. ſi quis eum ſeiret, Iaſ. in d. §. Prator num. 3. in fin. Abb. & Canoniſtæ in c. clerici de vita, & honeſt. cler. Vezin. in commun. opin. diuer. relatus tom. 4. Miſcell. loco 12. c. 3. & ibid. Dona. à Fini. col. 1. paulò poſt prin. e. ver.* euictio non debetur ſi in ludo & ver. ſi aliquid vendatur.

8 Secundò declaratur procedere in ludo prohibito, ſecus in permiſſo, quo caſu de euictione agi poteſt, & contractus tenet, ea ratione, quia ſi in ludo permiſſo poſſum tibi vincere res proprias, quare non potes mihi vendere rem tuam? ſic *Auguſt. in d. addit. ad Aret. vbi ſupra*, ex mente *Bart. & Gloſ. in l. fin. §. 1. in fin. ff. quar. rer. act.*

9 Sed qui ludus ſit prohibitus, & qui permiſſus videndum eſt, vt cum caſus acciderit, abſque reuolutione chartarum ſciri poſſit cuiuſnam ludi occaſione debeatur euictio.

Sciendum eſt igitur tria eſſe ludorum genera.

Primum ludi genus eſt illud, in quo caſus, ſors, & fortuna ſimpliciter dominatur, vt in ludo taxillorum, & ſimilium.

Secundum eſt illud, in quo ſors, & ars mixtim gubernant.

Tertium eſt id, in quo vires, ingenium & ars præcipuè regnat, vt eſt ludus pilæ, paleſtræ, ſchacchorum, & ſimil.

10 Primum & ſecundum genus ludorum eſt prohibitum & tertium, ac vltimum eſt permiſſum, vt per *Angel. Aret. de maleſic. in d. ver. Metidor. de mali dadi. n. 2. Caccialup. in tract. de lud. num. 26. Iul. Clar. recept. ſent. lib. 5. § ludus, verſ.* hæc autem concluſio, *& Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. q. 5. de dominio art. 6. tit. an per ludum pecunia præſents & verſ. ex his.*

11 Qui ludus permiſſus multiplex eſt, vt recenſendo varios ludos ſcripſerunt *Caccialup. in dict. tractat. de Lud. nu.* 7. & 8. *Steph. Coſta in ſimili ſuo tract. art. 1. §. 1. nu. 1. & ſeq. Medin. in ſuis tr. tom. 2. tit. de reb. reſt. q. 21. initio.*

12 Et ea ratione ſunt permiſſi, quia etſi homo ad laborem natus. *Iob. 5. n. 7.* In ſudore vultus ſui veſci debet pane ſuo *Gen. 3. n. 19.* quæ ſententia tranſit non modo ſuper perſonam Adæ, ſed ſuper totam naturam humanam in eo contenta. *Eccleſ. 40. n. 1.* Iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vſque ad diem ſepulturæ in matrem omnium, ideſt in terram, de qua homo formatus eſt, tamen cum ſit corruptibilis, durare nequit, niſi aliquando animus à labore quieſcat, & illum temperet, vt latè per *Dom. Sot. de iuſtit. & iur. libr. 4. q. 5. art. 2. verſic. ad quæſtionem colum. 2. & Stephan. Coſtam in dict. ſuo tract. d. §. 1. num. 3. in fin. & num. 4. 5. & 6. & art. 2. princ. num. 6.*

13 Primò declaratur, quod diximus de ludo qui non eſt ſubiectus fortunæ, quod ſit licitus, vt non procedat in ludo cruento, ſeu ſanguinolento, in quo ſanguis ſpargitur, vel ludentium ſtrages ſequi poſſunt, quoniam hi ludi iure nouo ſunt prohibiti, ſicut eos enumerando tradit *Coſta in d. tract. de lud. art. 1. § 2. ſub n. 31. & 32.*

14 Secundò declaratur, vt quamuis ludus ſit permiſſus, in eo tamen non licet ludere vltra valorem vnius ſolidi, *l. fin. C. de relig. & ſumpt. fun. Clar. receptar. ſent. libr. 5. §. ludus verſ. ſcias tamen, & Miſch. Salon. ad D. Thom. 2. 2. quæ. 5. de dominio art. 6 tit. an per ludum pecunia præſenti, & c. verſ. ex his.*

15 Niſi tamen ludatur veſcendi cauſa, vt ſi ludatur vnum par capponum, vel quid ſimile, quod fieri poteſt etiam ludendo ad ludum prohibitum. *Ang. Aret. in d. titul. ſeu ver. Metidore de mali dadi. §. & tenen menti, num. 77.*

16 Tertiò declaratur, vt non obſtante quod ludus ſit licitus,

tus,& permiſſus,ſi quis in eo doloſè,vel fraudolenter verſetur,& vincat,in vtroque foro tenetur ad reſtitutionem. *Franc.Garz.de contract.c.43.ſub num.2.verſ.hora ſi dimanda,Ioan.Azor.Inſtit.moral.par.3.lib.5.c.25.in ſecundo,& tertio notab.*& communiter probant omnes, & *Garz.d.c.43.ſub n.8.ver.explicarem*, ac *Azor.in loco præadmonito*, ponunt caſus doli,& fraudis.

17 Primò ampliatur, vt is qui dolo & fraude vſus eſt reſtituere teneatur non ſolum lucrum quod fecit, ſed etiam lucrum quod colluſor deceptus facturus fuiſſet, *Io.Azor.d.c.25.in duodecimo not.*

18 Secundò ampliatur,vt reſtituere teneatur nedum quod adhibito dolo is lucratus eſt,ſed etiam quod lucratus eſſet ſine dolo in toto ludo,nam vtens chartis,& taxillis falſis, aut alio ſigno, quod ab eo qui videret a tergo chartas ſibi daretur,inæqualiter luſiſſe diceretur, & cum eſceſſu ſibi cognito, & colluſori ignoto, & per conſequens totus ille ludus eſſet illicitus cum ſat ſit quod alter colluſor in toto ludo poſitus fuerit in maiori periculo perdendi,qua inæqualitatis, & maioris periculi ratione reſtituere tenetur tam in foro fori,quam in foro conſcientiæ per ea quę ſcribit *Franc.Garz.de contract.c.43.n.4.& n 8.Lud. Lopez de contract.lib.2.c.21.verſ.patet autem in actis, verſ.præcedenti prima propoſitio,& ver.notanter,& ad fin. Medin. in ſuis tract.tom.2.tit.de reb.reſt.q.22.verſ. Corrolariè ſequitur,il ſecondo col.22.Ioa.Azor.Inſt.moral.p.3.lib.5.c.25.q.4.& communiter omnes.*

19 Primò limitatur,vt locum non habeat in dolo qui non repugnat naturæ, ac moribus ludi, quia dolus iſte eſt licitus,ideſt neceſſaria non eſt aliqua reſtitutio. Quare ſi tu ludens, videnſque certiſſimè te lucraturum augeas ſponſionem,& vt dicitur inuiti del reſto,vel è contra videns te non poſſe lucrari, & auges ſimiliter ſponſionem, vt alios teneas, & ita lucraris, vtique lucrata reſtituere non teneris,quoniam deceptio hæc eſt licita ex eo ipſo, quod ludentes conueniunt ludere,tacitè conſentiunt in eiuſmodi dolo,ac deceptione,quia ita fecit lex ludi,& dicuntur potius cautelæ,quam ludi. *Medin.in dictis ſuis tract.tom.2 tit.de reb.reſtit.c.32.in fine,Didac.Couarr.in c.peccatum par.2.§.4.ſub n.6.verſ.ſed contrarium,et num.5.verſ.hinc pulchra de reg.iur.in 6.Boninſ.in tract.de lud.c.14.num.1. & ſeqq. Garz.de contract.d.c.43.ſub n.9.verſ. la quarta concluſione. Lud.Lopez de contract. cap.21.ad finem verſ. tertia propoſitio.Ludo.Molin.de inſt.& iur.de contract. diſput.517. Michael Salon.ad D.Thom.2.2.q.5.de dominio art.6.tit.an per ludum pecunia præſenti,verſ.in actu autem.Ioa.Azor.inſtit.moral.p.3.lib.5.tit.de delict.ex quibus oritur reſtit.in par.c.25.q.2.*

20 Secundò limitatur, vt ita demum à committente dolum ac fraudem in ludo fieri debeat reſtitutio,volente ſcilicet colluſore,qui paſſus eſt dolum, & iacturam, ſecus eo nolente.

Idem ſi colluſor, qui falſis chartis, ſeu taxillis vſus eſt, vel alio modo doloſè ſe egit, ſi adhuc perdidiſſet, ei reſtitutio fieri non deberet,quia nemini propria culpa, & dolus debet patrocinari *iur. vulg.*

21 Ad præmiſſa quæ dixi ſupra de ludo prohibito tamen nota, quod licet victo detur repetitio, non propterea ſequitur, quod victor teneatur reſtituere in foro conſcientiæ,antequam per iudicis ſententiam ſit condemnatus ad reſtituendum, quia cum dominium tranſierit in victorem,donec is condemnetur, poteſt tuta conſcientia retinere,iuxta quæ habentur per *Medin.in dictis ſuis tract. to.2.tit.de reb.reſtit.q.21.verſ.ad quartam,ver. Corrolariè ſequitur in fine,& verſ.ſeq.quem ſequitur Boninſ.in d.tract.de lud.cap.12.in fin.n.4.& 5.& c.7.n.4.Sot.de iuſt.& iur.lib.4.q.5.art.2.maximè concl.4.col.4.latè Couar.in d.c.peccatum par.2.§.4.n.1.& 2.de reg.iur.in 6.Ludouic. Molin. de iuſtit. & iur.tom.2.de contract.diſput.513.verſ.Contraria, & latius diſput.514.verſ.dubium eſt vtrum,de veriori, & in praxi ſequenda teſtatur Io.Azor.inſt.moral.p.3.lib.4.tit.de reſtit.c.21.q.5.verſ.tota igitur in fin. col.296.*

22 Sed contra, nempè quod acquiſitum ex ludo non retineatur tuta conſcientia, ſed debeat pauperibus tradi, & quod non peccaret,ſi victor reſtitueret victo,voluit *Ant.de Butr.in cap.quia plerique,ſub n.7.*ibi credo,quod acquiſitum,de immunit. Eccleſ. idemque tenere videtur *Abb.ibid.ſub n.35.q.11.*dum dixit indubitanter repeti lucrum, quando ludus erat prohibitus per legem communem,vel municipalem,addens in fine;tene menti opinionem *Ant.de Butr.* quæ ſatis eſt tuta in foro animæ, & alios refert *Michael Salon ad D.Thom.2.2.q.5.de dominio art.6.tit.* an per ludum pecunia præſenti,*verſ.his poſitis fol.166.*quamuis ille teneat primam opinionem, *ibid.verſic.oppoſitam, & ſeqq.& verſic.vltimo ſi ludens fol.168.*

23 Plures diſtinguunt,vt, ſi vincens fuit tractus ad ludum, reſtituere non teneatur, ſecus ſi is traxerit victum, licet poſtea aſſerant, quod fortè melior erit conditio poſſidentis,& addunt,quod ſi aliquid amiſit,repetere poteſt, ſic *Innoc.in c.quia plerique ſub n.4. verſ. de eo autem Ioan.Andr.ibid.ſub n.4.verſ.quid de eo,quod quis,& Anchar. n.13.q.6.*alios aliter tenentes refert *Ludou.Molin.de iuſtit.et iur.tom.2.de contract.diſp.516. per totam.*

Retenta tamen concluſione ſuperius firmata,*n.21.*

24 Primò ampliatur,quod victor in tantum non teneatur reſtituere ante ſententiam iudicis, vt nec illi,qui in ludo perdidit, liceat tantundem de bonis colluſoris, qui vicit furari,aut aliter retinere,etiamſi alias amiſſum via iudicis recuperare non poſſet,quinimò ſi occultè, aut aliter retineret,teneretur reſtituere.*Lud.Mol.d.diſp.514.verſ.*ex dictis,hocque procedit,tam in foro fori,quam in foro conſcientiæ.

25 Quod falleret, quando qui lucratus eſſet iniuſtè impediuiſſet ferri ſententiam iuſtam: quia tunc liceret ſibi retinere,vt per *Molin.vbi proximè ſupra.*

26 Secundò ampliatur ſeu extenditur, quod ei qui amiſit in ludo prohibito, & via iudicis recuperare non poteſt, non liceat in alio ludo cum eodem qui lucratus eſt vincere,& lucrari tantumdem per dolum,ac fraudem, & lucrãdo reſtituere tenetur. *Ludou.Molin.d.diſput.514.verſic. ex dictis in fine, cum declaratione de qua n.25. & ſic præced.* huius noſtræ quæſtionis.

27 Declaratur ſententia ſuperius relata *n.21.*vt ſibi non tribuat, quando lex diceret ludum fore nullum, & irritum,tam in iudicio, quam extra, quia tunc lucrum ludi etiam in foro conſcientiæ, & etiam non lata ſententia retineri nullatenus poſſet, cum ſit nullum etiam extra iudicium,niſi per conſuetudinem eſſet huic legi derogatum arg.eorum,quæ ſcripſit *Io.Azor.inſtit.moral.p.3. lib.11.de contract.dub.c.20.dub.3.col.1026.*

28 Sunt igitur omnes ludi nedum ordinati ad luctum ſed ordinati ad iocum,riſum,ac delectationem ſæcularem fugiendi,ne dicam illiciti, iuxta ſententiam *Diui Ambroſij in Luc.6.num.25.* ſuper illis verbis, veh vobis qui ridetis nunc,quia lugebitis,& flebitis,*lib.1.de offic.*qui ait non ſolum ergo profuſos ſed etiam omnes iocoſos declinandos arbitror,& *Prouerb.14.n.13.* riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat, & alia de quibus per *Medin.d.to.2.de reſtit.q.21.*

29 Cenſeo nihilominus quandoque poſſe abſq; labe peccati ludi,ad ludum permiſſum cauſa recreandi animum ſe referre, quia, & ſi homo ad laborem natus in ſudore vultus ſui veici debeat pane ſuo,vt ſupra dixi *n.12.* tamen cum ſit corruptibilis nec poſſit in labore durare, niſi aliquando animi recreatio laborem temperet permitti facile debet.*Sot.de iuſt.& iure lib.4.q.5.art.2. verſic. ad quæſt.col.2.& Steph.Coſt.in eodem tract.art.1.§.1.n.3.in fin.4.5.& 6.& art.2.princip.n.36.*

AR-

ARGVMENTVM.

Executoribus quando licitum ſit vel non vendere bona, vt de euictione conueniri poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Executor vniuerſalis poteſt irrequiſito hærede vendere bona pro teſtatoris vltima voluntate exequenda.*
Quamuis id particulari negetur, n.2.
Fallit ſi vendendi facultatem teſtator illi expreſsè conceſſerit, n.3.
Adita prius hæreditate, ibid.
Primò ampliatur procedere etiam ſi tacitè id mandauerit teſtator, n.4.
Secundò ampliatur, ſi teſtator diſponat rei pretium debere per hæredem, aut executorem in alios diſtribui, quo caſu uidetur eidem conceſſa facultas alienandi, n.5.
Fallit ſi ſimpliciter executor à teſtatore fuerit inſtitutus nulla forma ſibi præfixa, quia id tantum exequi poteſt, quod per leges aut Canones eſt permiſſum, n.6.
7 *Executores plures vbi dati ſunt, omnes in exequendo conuenire debent, ex quo coniunctim dati cenſentur.*
Fallit ſi de fauore animæ agitur, quia vnus poteſt exequi ſine cæteris, n.8.
9 *Execasor datus ad vendendum agere poteſt, vt hæres vendat ſi poſſidet, & emptori tradat.*
Quia etiam ipſe poteſt bona fide vendere, cuius factum obligat pauperes, vt à defuncto geſtum, n.10.
Et poteſt in ſolutum dare ijs, quibus diſtribuenda erat pecunia num.11.
12 *Teſtator poteſt executoribus facultatem concedere vendendi bona hæreditaria etiam ante aditam hæreditatem.*
Ampliatur procedere etiam ſi ſimpliciter fuerit conceſſa facultas alienandi, n.13.
Contrarium habetur num.14.
Prior tamen relata ſententia probatur, num.15.
Declaratur procedere, dummodo facultas ſit ſpecialis ad vendendum tale prædium, n.16.
At executor cautius aget, ſi hæredem nominat, n.17.
18 *Executori vbi conceſſa fuit per teſtatorem alienandi facultas ſine hæredis conſenſu, acquiritur dominium, licet non poſſeſſio.*
19 *Executor hærede irrequiſito poteſt bona vendere pro ſoluendis legatis pijs, vt defuncti voluntatem impleat.*
Sed contrarium n.20.
Maximè ſi rei pretium pro ſoluendis legatis hæres offerat, vel ſe ſoluturum caueat intra certum tempus, n.21.
Et vbi minor eſt hæres, tutor citandus eſt, n.22.
Prior ſententia probatur licet executor de ſuo teneretur, ſi minoris vendidiſſe, n.23.
24 *Executor tenetur hæredi ad damna, & intereſſe, ſi rem meliorem alienet.*
Ampliatur magis procedere, ſi emptor & executor in vendendo participes ſint fraudis, quia nulla eſt alienatio, n.25.
Vel ſi per dolum hærede irrequiſito vendita res fuerit, n.26.
27 *Executor teſtamenti ad pias cauſas bona hæreditaria alienare, & diſpenſare poteſt hæreditate non adita.*
Ampliatur procedere, etiam ſi agatur de eligendis pauperibus, num.28.
29 *Miniſter nudus actiones contra hæredem, vel debitorem defuncti exercere non poteſt.*
Et ſic nec etiam executor, n.30.
Fallit fauore piæ cauſæ, n.31.
Ampliatur habere locum etiam ſi commodum aliquod ex legato remaneat ipſi executori, quia tunc non ſolum in pijs cauſis, ſed etiam in illis, in quibus alijs ſibi actio datur, num.32.
33 *Miniſter nudus, vel legatarius quando cenſetur a teſtatore conſtitutus executor remiſſiuè.*
34 *Executores quando plures dati ſunt, vnus poteſt alium conuenire qui debitor ſit hæreditatis, vt iniuncto muneri ſatisfaciat.*
Declaratur verum eſſe nullo dato cohærede vniuerſali, n.35.
36 *Executor aduerſus alterum executorem agere non poteſt hærede vniuerſali inſtituto.*
Quamuis ſecus procedat vbi agitur de exequendis pijs voluntatibus, n.37.
38 *Executor ad certum actum particularem datus non cenſetur hæredes, niſi ex verbis teſtamenti appareat teſtatorem aliud ſenſiſſe.*
Et dicitur colligi mens, quando alius actus fuit eidem commiſſus, ne inducatur confuſio ex interuentu perſonarum, num.39.
40 *Executor in caſibus in quibus licitè vendere poteſt bona teſtatoris pro exequendo illius voluntate, res vendenda ſubhaſtari debeat.*
Fallit ſi executor mandatum habuerit à teſtatore ad vendendum, n.41.
Declaratur, ſi ſpeciale prædium teſtator vendi iuſſerit, ſecus ſi generaliter vendendi licentia data fuerit, quoniam ſubhaſtatio eſt neceſſaria, n.42.
In qua ſubhaſtatione prius mobilia vendenda ſunt, ac deinde ſtabilia, n.43.
Et aduertendum eſt ne pro exiguo debito res magni valoris alienetur, ne de nullitate opponatur, n.44.
Et quod alienatio fiat præſente pecunia, non autem habita fide de pretio, n.45.
Nec ſufficit confeſſio, ſi pretium aliunde numeratum non conſtet, n.46.
Primò limita hoc vltimum, niſi teſtator confitendi dederit poteſtatem, n.47.
Secundò limita, vt non habeat locum in executore expreſſum habente mandatum cum libera, n.48.
Licet vendere non poſſit quouis pretio, dato quod plenam habeat vendendi poteſtatem, n.49.

Quæſt. CXCII.

EXecutores dati tam in contractibus, quam etiam in teſtamentis, an pro venditionibus factis de euictione conueniri poſſint ſæpè diſceptari quoque ſolet.

Sed prius quærendum eſt, an, & quando executor etiã hærede irrequiſito poſſit hæreditarias res ac bona vendere pro teſtatoris vltima voluntate exequenda.

1 In qua quæſtione diſtinguendum eſt inter vniuerſalem executorem, & particularem. Nam primo caſu, vniuerſalis ſcilicet executor rectè vendere poteſt.

2 Secundò verò caſu non, ſi alius eſt hæres inſtitutus, cui vendendi onus incumbit, non autem executori, vt inquit *Valeſcb. conſ. 68. & Adden. ad Capyc. deciſ. 205. n.9.*

3 Quod fallit, ſi vendendi facultatem expreſsè teſtator illi conceſſerit, ad *tex. in l. alio, ff. de alim. & cibar. lega. & l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſc. & cler. Bart. in d. l. alio n. 3. & 5. Imol. in l. Centurio num. 20. Alexan. num. 8. Bal. in l. ſi hæres, ff. de condit. & ob cauſ. & conſil. 558. lib. 5. Rip. num. 113. in d. l. Centurio, ff. de vulgar. & pupill. Couar. in cap. Ioannes, num. 6. de teſtam. Gomez. variar. reſolut. lib. 1. cap. 12. n. 45. Ceph. conſil. 625. num. 15. Burſats. conſ. 226. n. 153. Lancelloti. Gall. conſil. 120. num. 6. Sim. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 1. dubit. 2. numer. 30. 40. 100. & 101. Capr. de execut. vltim. volunt. cap. 6. num. 88.* addita

prius

Digitized by Google

prius hæreditate. *Bar.in d.l.alio num.70.Bal.in l.eam quam & in Auth.hoc amplius,C.de fideicomm. Paul. de Caſtr.in l. cum quidam, & l.omnia,ff.de leg.2.Rim.iun.Inſtit.de donat. num.1423.Viu.deciſ.305. num.10.Marcabrun. ab Anguill. conſil.56. num.55.* non enim interim executor vllam habet authoritatem, ſeu officium *Sim.de Prat. in dicto ſuo tract.lib.5.dubit.3.num.17.19.& 20.Rolan.conſ.66.numer. 25.26.lib.4.*

4 Primò ampliatur idem procedere, ſi tacitè id mandauerit teſtator. *Bar.in dict.leg.alio,Caphal.dicto conſil.625. num.12.*

5 Secundò ampliatur locum habere, ſi teſtator diſponat rei pretium debere per hæredem, aut executorem in alios diſtribui, quia & dicto caſu videtur eidem facultatem dediſſe alienandi. *Soc ſen.conſil.131.n.11.lib.1. & ante eum, Bal.conſ.118.in ſecundo dubio lib.5.*

6 Fallit, ſi ſimpliciter executor a teſtatore fuerit inſtitutus nulla forma ſibi præfixa, quia tunc id tantum exequi poteſt, quod lege, aut a Canone eſt permiſſum. *Bal.conſil, 229.lib.2.Card.Tuſch.lit.F.concluſ.545.n.8.* vbi habetur,
7 quod in caſu quo dati ſunt plures executores, omnes in
8 exequendo conuenire debent, ex quo coniunctim dati cenſentur; ſi tamen de fauore animæ agitur, vnus poteſt exequi ſine cæteris, vt per *Bal.& Tuſch.in locis adnotatis.*

9 Primò infero ex præmiſſis executorem datum ad vendendum agere poſſe, vt hæres vendat, ſi poſſidet, & emptori tradat. *Bald.dicto conſil.118.num.2.lib.5.Card.Tuſch. in dicta litt.E.concluſ.528.num 10. Rota coram Cardin. Se-*
10 *raph.deciſ.1048 num.6.* quoniam ipſe poteſt bona fide vendere, cuius factum obligat pauperes vt a defuncto factum, *Petr.de Ancharan.conſil.436.in fine.Tuſch. vbi ſupra num.11.*

11 Secundò infero eundem quoque poſſe in ſolutum ijs dare, quibus diſtribuenda erat pecunia. *Spin.de teſtam.Gl. 28.n.31.*

12 Tertiò infero teſtatorem executoribus facultatem cōcedere poſſe vendendi bona hæreditaria etiam ante aditam hæreditatem, *l.mulieri, §. ſi quid hæreditarium, ff.de condit.inſtitut.Boer.deciſ.41.n.6.Iacob. à Lauren. de indic. ſuſpect.c.9.n.4.in fine.*

13 Quartò infero, quod vbi alienandi facultas executori fuit a teſtatore conceſſa, ille etiam hæreditate non adita vendere poteſt, *Telt.in l.Thaur.32.n.7. Matien.l.14. Gloſ. 1.num.16.lib.5.Azeued.l.1.& 6.n 2.lib.1.recept.*

14 Contrarium voluit *Viu.deciſ.305.n.10.Marcabr.d.conſ. 56.num.55.Gomez.to.1.cap.12.num.12.poſt Bar. in d.l. alio num.16.*

15 Prior relata ſententia nihilominus tenenda eſt, cum executor hærede inuito vendere poſſit, *argum.l.2.Codic. quand.decret opus non eſt.Abb.in cap.Ioannes numer.4. de teſtam. vbi Couarr.& cæteri.Anan.conſil.86.Cuman.conſil. 107.Signorol.conſil.204.num.4.& 6.Bald.conſil.380.lib.4. Spin.dicta Gloſ.28.n.31.Rota coram Card.Seraph. dicta dec. 1048.Borgnin.deciſ.40.n.7.8.9. p.1.*

16 Declaratur procedere dummodo facultas ſit ſpecialis ad vendendum tale prædium. *Alex.conſ.27.lib.3.Cardin. Tuſch.in dicta litt.E.concl.540. n.9.*

17 Verum executor cautius aget, ſi hæredem moneat *Bal. conſ.380.lib.4.Viu.deciſ.305.n.11.Burſat.conſ.28. num.14. Marcabr.conſ.21.num.29.Tuſch.d.lit.E. concl.539. num.4. & concl.540.*

18 Aduertendum tamen, quod conceſſa per teſtatorem alienandi facultate, ſine hæredis conſenſu eidem acquiri dominium illudque transferri, non tamen eiuſdem poſſeſſionem, vt per *Tiraq.in tract.le mort ſaiſit par. 7. declarat.5.num.1.2.& 5.Bal.in dicta l. id quod pauperibus num. 30.& conſ.453.lib.4.Boer.ad conſuetud.Bitur. tit.des coſtumes concernen.teſtament.§.6.Craſſ.in §.fin quæſt.13. Matien.l.14.num.7.titul.4.Carpan.de ſtatut.Mediolan.cap.157. num.15. par.1.* etenim in hæredem omnia iura transeunt. *Bart.in dicta l.alio,Cardin. Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.8 tit.2.n.2.*

19 Infero quinto executorem hærede irrequiſito poſſe bona vendere pro ſoluendis legatis pijs, vt defuncti voluntatem impleat, *l.nulli,C.de Epiſc.& Cleric. Spin.d.Gloſ. 28.num.31. Tuſch.dict.lit.E.concluſ.528.num.9.& concluſ. 541.*

20 Contrarium tradidit *Bar.in d.l.alio num.16. Ang. de teſtam.Gloſ.97.num.6.Gabr. comm.concluſ.tit.de citat.concl. 1.num.191.Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.3. titul.1. num.21.Lancellott.Gall.conſil.120.num.7.Gratian. diſcept. lib.2.cap.329. num.27.& 28.* maximè ſi rei pretium pro
21 exſoluendis legatis hæres offerat, vel ſe ſoluturum caueat infra certum tempus quo in caſu venditionem impediet, *l.3.C.de iur.dom.impetr.Burſatt.conſil.28. num.14.Craſſ. d.*
22 *§.fin.q.11.num.3.* & vbi minor eſt hæres, tutor citandus eſt. *Alex.conſil.27.lib.3.*

23 Prior tamen ſententia tenenda videtur, quamuis executor de ſuo ad intereſſe teneretur, ſi minoris vend diſſer. *Alex.conſ.215.num.10.lib.1.& ante eum,Caſtr. in leg. fin.ff.de ſolut.Bal.conſ.380.lib.4.Soc.ſen.conſ.112.alias 172. lib.1.*

24 Quemadmodum etiam hæredi teneretur ad damna, & intereſſe, ſi rem meliorem alienauerit, *Bal.d.conſil.380.lib. 4.Peregr.de fideic. art.40. n.26.*

25 Ampliatur multo magis procedere, ſi emptor, & executor in vendendo participes ſint fraudis, quia nulla eſt alienatio. *Adden.ad Alex.conſ.215.num.9.lib.6. Card.Tu-*
26 *ſch.d.concluſ.540.n.13* vel ſi per dolum hærede irrequiſito vendita fuerit, *Bald.dicto conſ.350.Tuſch.d.concluſ.539. num.5.& concl.540.num.7.*

27 Sexto infero teſtamenti executorem ad pias cauſas bona hæreditaria alienare, & diſpenſare poſſe hæreditate non adita c.cum tibi de teſta. *l.ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtrat.leg.alio,& ibi Bart.ff.de alim.& cibar. legat. Craſſ.d.§.7.quæſt.11.num.3.Carpan.ad ſtatut.Mediol.d.cap. 157.n.13.*

28 Ampliatur idem procedere, ſi agatur de eligendis pauperibus, *Card Tuſch.d.concl.540. n.11.*

29 Septimo infero, quod licet nudus miniſter actiones contra hæredem, vel debitorem defuncti exercere non valeat, *l.Lucius,§.Mæuia, ff.ad trebell.l. ſi quis Titio, ff.de*
30 *leg.2.* & ſic nec etiam executor, *d.l.Lucius,§.1.& l. filio,§. matri,ff.de alim.legat.Alex.conſ.170.lib.2.& conſ.51. lib.7. Tiraq.in tract.le mort ſaiſit part.7.declarat.5.num.17.Craſſ. d.§.fin.quæſt.9.num.4. Grat.diſcept.lib.2.cap.329. num.4.*
31 tamen piæ cauſæ fauorem executor, & ſi nudus miniſter ſit, hæredem conuenire poteſt, vt legatum ſoluat, quod defunctus iniunxit. *Bart.in d.l.alio n.3. in l.Mela n.3 ff.de alim.& cibar.legat.Bal.in l.id quod pauperibus n.18.Cod.de Epiſc.& cler.Dec.conſ.91.num.2.Menoch.conſ.479.num.4. Rota coram Card.Seraph deciſ.842.num 2.& deciſ.1084.n. 2.Surd.de alim.tit.8.priuil.32.num 1.& 2.Grat. diſcept.lib. 2.cap.329.num.25.Craſſ.d.quæſt 9 num.1. Didac.Couar. in d.cap.Ioan.num.5.de teſtam.Cordub.in l. ſi quis a liberis, §. verum n.38.ff.de lib.agnoſc.*

32 Ampliatur habere locum, etiam ſi commodum aliquod ex legato remaneat ipſi executori, quia tunc non ſolum in pijs cauſis, ſed in quibuſuis alijs ſibi actio datur, *Bar.in d.l.ſi quis,Craſſ.d.quæſt.9.n.4.Sim.de Prat. de interpret.vlt. volunt.dicta dubit.2.n.50. Card.Seraphin. dicta deciſ.1048. Surd.de alim.tit.8.priuil.32.n.10.Card.Mantic. de coniect. vlt.volunt.lib.8. tit.4. n.13.*

33 Quando autem nudus miniſter vel legatarius cenſeatur a teſtatore conſtitutus vel relictus executor, ponit *Rota coram Sanctiſſ.deciſ.544.num.7.8.11.15.21.& 31. ibid. Adden.num.42.*

34 Et ſi plures dati ſunt executores, vnus poteſt alium con-

conuenire,qui debitor ſit hæreditatis,vt iniuncto muneri
ſatisfaciat, *Bar.in l.qui proprios,§.ſi duobus,ff.de procur.*
35 Declaratur id verum eſſe nullo dato hærede vniuerſali,
cum ex quo adeſt perſona quæ agere poſſit, executor ip-
ſe hæres eſt. *Rota diuerſ.deciſ.533.num.3.par.1. Grammat.
deciſ.196.num.1. Gratian diſcept.d.cap.329.num.26.lib.2.
Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.4.tit.7.n.7.* hærede
36 autem vniuerſali inſtituto,executorum alter contra alte-
rum agere non poteſt, ſic *Caſtr.in d.§.ſi duobus n.3.Dec.*
37 *conſ 96. n.3.* licet ad exequendas pias voluntates defun-
ctorum agat executor alio etiam dato hærede,vt per *Sur.
d.priuil.32.n.3.& 4.*
38 Octauo infero executorem ad certum actum particu-
larem datum cenſeri non poſſe vti hæredem vocatum,ni-
ſi ex alijs verbis teſtamenti appareat teſtatorem aliud
ſenſiſſe. *Alex.conſ.12.ſub num.27.verſic. vltra prædicta,&
num.ſeq.lib.3.Bar.in l.Centurio n.25.in fine.Rip.ſub nu.113.
verſ.iſta deciſio.Galtaul.num.355.in fin.ff.de vulg.& pupill.*
39 & dicitur colligi metus, quando alius actus fuit eidem
commiſſus,ne inducatur confuſio ex interuentu perſona-
rum,& euitetur circuitus, vt declarat *Bolognett. ibid.num.
201.in fin.quem ſequitur Rota coram Sanctiſſ.deciſ.132.nu-
mer.5.& 7.*
40 Nota inſuper,quod in caſibus,in quibus executor ven-
dere licitè poteſt bona teſtatoris pro exequenda illius
voluntate,res vendendæ ſubhaſtari debent, *l.1.ff.de rebus
cred l.1.C.quand.decr.opus non eſt.Bar.in l.ſi & ſi ſine,ff. de
minor.& in d.l.alio num.13.Bal.conſ.287.num.4.lib.4. Viu.
deciſ.305.num.6.Craſſ vbi ſupra q.11.num.2.* alias diſtractio
nulla eſſet.Afflict.deciſ.358.& deciſ.302.& ibi Vrſill.
41 Fallit ſi executor mandatum habuerit a teſtatore ad
vendendum, *Bal.d.conſ.287.n.4.lib.4.Card.Tuſch.d.concl.*
42 *528.num.4.* qui hoc declarant, ſi ſpeciale prædium teſta-
tor vendi iuſſerit, ſecus ſi generaliter vendendi licentia
data fuerit,quoniam ſubhaſtatio neceſſaria eſt, *Adden.ad
Alex.conſ.27.& Tuſch.d.concluſ.537.num.14.& 15.* in
43 qua ſubhaſtatione prius mobilia vendenda ſunt, ac dein-
de ſtabilia, *Bar.in d.l.alio num.13.Guttierez,alleg.1.num.5.*
44 *Papon.lib.20.tit.32.num.6.* in quo etiam maximè aduer-
tendum eſt ne pro exiguo debitores magni valoris alie-
netur,ne opponi contingat de nullitate. *Menoch.de arbit.
iud.caſu 182.num.34.& 35.facit idem Menoch. conſil.214.
num.2.& de recuper.poſſeſſ.remed.15.num.147. & iterum*
45 *de arbitrar.caſu 171.num.21.* & quod alienatio fiat præ-
ſente pecunia,non autem habita fide de pretio, quoniam
alias nulla eſt venditio, *Bar.in l.a Diuo Pio,§.ſed ſi emptor,
ff.de re iud.vbi Iaſ.num.8.teſtatur de communi, & ibid.Zaſ.
num.7.& 8.Bal.in l.in ciuile,C.de rat vend.Gratian.diſcept.
cap.7.n.4.lib.1.cap.326.num.11.lib.2.& cap.329.num.34.
ad 45.eod.lib.Viu d.deciſ.305.n.7.& 8. qui num.9.* ait tunc
46 ſat eſſe,ſi pretij confeſſio accedat, ſi illud numeratum
aliunde non conſtet. *Guttierez,d.alleg.1.* quamuis confeſ-
ſio contra confitentem, eiuſque hæredem probet. *Bald.d.
conſ.283.num.4.lib.4. Card.Tuſch.in lit.E. concluſ.67. &
concl.528.n.1.*
47 Primò limita hoc vltimum procedere, niſi teſtator
confitendi dederit poteſtatem, *Guttierez dicta allegat. 1.*
48 Secundò limita vt ſibi non tribuat in executore ex-
preſſum habente mandatum cum libera,qui vtiq; poteſt
bona fide vendere, *l.qui Romæ,§.Callimachus,& ibid.com-
muniter ſcribentes, ff.de verbor.obligatio. Craſſ.dicta quæſt.*
49 *11.num.5.* licet vendere non poſſit quouis pretio dato
quod plenam habeat vendendi poteſtatem, *Guttierez di-
cta alleg.1.Craſſ.d.q.11.n.6.*

Quando autem executor ex venditione per ipſum fa-
cta de euictione teneatur dicam in ſequenti quæſtione.

ARGVMENTVM.

Executor teſtamenti, ſeu contractus, an, & quando de euictione teneatur.
Quid quando venditio eſt nulla, an pretium ab executore receptum per hæredem agentem ſit reſtituendum.
Et an hæres executorem prius conuenire debeat, & eo non ſoluendo reperto emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Executor vniuerſalis nullo dato hærede, hæredis vice fungitur.*
Præſertim ſi datus ſit ad pias cauſas, num.2.
3 *Executor vendens pro exequenda teſtatoris voluntate ad inſtar hæredis de euictione conueniri poteſt.*
Primò fallit ſi inter pauperes bona defuncti ſint diſtributa, qui tunc non tenetur,& de ratione num.4.
Secundo fallit in executione particulari, qui de euictione non tenetur, num.6.
5 *Declaratur Afflict.in c.1.§.rurſus fidelis n.52.quibus mod. feud.amitt.*
7 *Executores vendentes tenentur omnia teſtatoris inſtrumenta circa rem emptori dare, quia euicta emptor agit contra hæredem.*
8 *Executor officij nomine contrahens non tenetur de ſuo.*
Et ſufficit, quod probet, ſe talem eſſe, qualem ſe aſſeruit in contrahendo,n.9.
Et talis executor contrahere non videtur,ſed hæres, n.11.
10 *Procurator, tutor,vel executor contrahendo non tenetur, niſi quando non probat ſe talem eſſe, qualem ſe fecit.*
13 *Executor contractus de euictione non tenetur.*
Fallit ſi nomine proprio ſe obligauit, num.14.
Nam alias periculum ſpectat ad emptorem,n.15.
Qui regreſſum habet contra debitorem,cui profuit ſolutio,& fuit liberatus,num.16.
Si tamen inſtante minore iudex pronunciauerit nullam obligationem,nec contra eum exequetur,n.17.
Aut dolo malo,vel contumacia venditor vteretur,n.18.
19 *Euictio aſtringit venditorem inſtitore, ſeu procuratore emente,licet ſub ſuo nomine proprio, ſi res poſtea domino tradita euincatur.*
20 *Executor ſententiæ ſi vendat rem iure Magiſtratus,de euictione non tenetur,cum id ex neceſſitate officij præſtet.*
Sed debitor de euictione tenetur, cuius principaliter geſtum fuit negotium,n.21.
Et de ratione num.23.
Idem dicitur in pignore, num.22.
24 *Venditio quando eſt nulla, an pretium ab executore receptum per hæredem agentem prius reſtituendum ſit, remiſſiuè.*
Et an hæres executorem conuenire debeat eoque non ſoluendo reperto emptorem,n.25.

Quæſt. CXCIII.

Viſo qualiter executor vendere valeat, nunc vidēdum eſt, an ex facta venditione conueniri poſſit de euictione.

Et quidem, & in hac quæſtione eadem adhibenda eſt diſtin-

diſtinctio, quæ in præcedenti fuit allata nempè aut execu-
tor eſt vniuerſalis nullo dato hærede; vel eſt particularis.
1 Nam primo caſu, ex quo hæredis vice fungitur, l. ſi quis
ad declinandam, & ibi *Bar. de Epiſc. & cler. Doct. in c. cum
tibi de teſtam. Alex. conſ. 12. num. 12. lib. 3. & conſil. 98. lib.
2. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed 4. num. 268. Crauett. conſil.
400. num. 9. Sim. de Prat. de interpr. vlt volunt. lib. 5. interpr.
1. dub. 2. num. 104. Surd. conſil. 264. n. 28. Velaſch. conſult. 68.*
2 *Gratian. diſcept. lib. 2. cap. 329. num. 26.* præſertim ſi ad pias
cauſas datus ſit. *Anne. Rober. rer. iudicat. cap. 3. in fin. Didac.
Couar. in dicto cap. cum tibi num.* 10. nam is ſi rem diſtrahat
3 pro exequenda teſtatoris voluntate, ad inſtar hæredis de
euictione conueniri poteſt; niſi tamen inter pauperes
4 bona defuncti ſint diſtributa, quia tunc non tenebitur, ne
officium ſibi noxium reddatur, ita intelligitur *Afflict. in*
5 *cap. 1. §. rurſus ſi filius num. 52. quibus mod. feud. amitt.* qua-
tenus ſimpliciter executores huiuſmodi euictionis peri-
culo immunes ſcribit, per *l. ſi ob cauſam, C. fam. herciſ. & l.
ſi plus, §. 1. ff. eod. tit.*
6 Secundò, quando eſt executor particularis, & tunc in-
dubiè de euictione non tenetur, vt per *Afflict. in loco præ-
allegato.*
7 Regulariter autem executores iſti tenentur ſolum om-
nia teſtatoris inſtrumenta circa rem emptori dare, quæ
8 euicta, contra hæredem ager emptor. *Spin. de teſtam. Glo.
25. num. 31.* quia officij nomine contrahens executor non
tenetur de ſuo, *l. 1. & ibi Bart. C. credit. euict. pign. non debe.*
9 vbi an ſufficere quod probet ſe talem eſſe, qualem ſe aſſe-
ruit in contrahendo, & id ſe millies allegaſſe, quod tan-
quam meriti tenendum probat *Iacobin. de S. Georg. in l. fin.
num. 13. C. de furt. Corn. conſil. 72. in princ. lib. 4. eſt text. in l.
ſi non ſubſcripſiſti, & l. cum quidam, C. de adminiſtr. tut. Bar-
tol. in l. ſi procurator, qui pro euictione, ff. de procurat. & in
dicta l. alio in fine. Rip. in l. 4. num. 10. ff. de re iud. Rota Auen.
decis. 76. num. 1. Rimінald. iunior conſil. 641. num. 14. 15. 16.
lib. 5. Burſatt. conſil. 298. num. 6. Maluaſ. conſ. 108. Marcabr.
conſil. 21. num. 33. Syluan. conſil. 8. & Iaſ in l. iunctas numer.
16. ff. ſi certum petat. vbi poſt Bar. Bald. & Angel.* dicit tu-
10 torem procuratorem ſeu executorem non teneri niſi
quãdo non probat ſe eſſe talem, qualem ſe fecit, ſic etiam
Socinus ſenior conſil. 160. lib. 4. Surd. conſil. 19. ſub num. 11.
11 *lib. 1.* addens quod talis procurator contrahere non vi-
detur, ſed hæres, ſecundum *Gloſa, & ibi Bal. in l. et qui, Cod.*
12 *quod cum eo,* & ideo obligat hæredem, & non ſe, *l. 1. & ibi
Bar. C. credit. euict. pign. d. leg. ſi plus, §. & ſi iuſſu, ff. de euict.
Bar. in d. l. alio in fin. ff. de alim. & cibar. legat. & in l. qui erat
in princip. ff. famil. hercisc. Iaſ. in l. a Diuo Pio, §. ſi poſt ad di-
ctum n. 6. ff. de re iud.*
13 Sic nec executor contractus de euictione tenetur, *leg. ſi
pignora, ff. de euict. d. l. qui erat, ff. famil. hercisc. Pappon. conſ.*
14 *77. n. 21. Alba conſ. 20. Soc. ſen. conſidera 154. lib. 2.* niſi no-
mine portio ſe obligaſſet, *l. procurator qui pro euictione, ff.
de procur. l. ſi is quem, C. de præd. minor. l. 4. §. in eum, ff. de ad-
miniſtr. rer. ad ciuita. l. ſi creditor, C. ſi tut. vel curat. l. ſi pupil-
li, §. 1. ff. de neg. geſt. vbi Glo. Soc. ſen. d. conſ. 154. Corn. conſ. 6.
n. 6. lib. 2. Bal. conſ. 333. lib. 5. Menoch. conſ. 58 num. 58. lib. 1.
Dec. conſ. 510. num. 4. 5. & 6. Gabr. conſ. 71. n. 1. lib. 1. Natt.
conſ. 641. num. 2. Rota Auen. decis. 76. Boer. decis. 80. in fin. et
decis. 173. num. 6. Montan. de tut. c. 31. effect. 5. n. 7. nam alias*
15 *periculum ſpectat ad emptorem iuxta Gl. in d. leg. a Diuo Pio
§. ſi poſt ad dictum in ver. periculum,* quam communiter ap-
16 probatam inquit *Iaſ. ibid. n. 3.* quia tamen ipſe regreſſum
habet contra debitorem condemnatum, cui pro fuit ſolu-
tio, & qui fuit liberatus per ſolutionem pignorum, effe-
ctus periculi euictionis eſt ipſius debitoris condemnati.
ita *M. Graſſ. inter comm. opin. diuer. relatus tom. 4. Miſcell.
loc. 12. fol. mihi 143. col. 1. in fin.*
17 Verum ſi minore inſtante iudex pronunciauerit nul-
lam obligationem, nec contra eum exequetur inſtrumen-
tum, qui pro minore, vel pupillo ſe obligauerat, *Rebuff. de
reg. Conſtitut. tit. de lit. oblig. art. 2. Gl. 1. n. 98. Montan. d. effe-*
18 *ctu 5. n. 8.* aut ſi dolo malo, vel contumacia in illo negotio
venditor vteretur, *l. qui ſolidum, §. 1. ff. de l. 2. l. non eſt igno-
tum, C. de adminiſtr. tut.* & notant omnes in *d. l. 4. Boer. dec.
273. num. 6. Rota Auen. dict. decis. 76.* ne quis alterius odio
pergrauetur, ſuper quo videndus erit etiam *Gabr. d. conſil.
71. num. 1. & ſeq. lib. 1.*
19 Illud autem certum eſt, quòd euictio aſtringit vendito-
rem inſtitore, vel procuratore emente licet ſuo nomine
proprio, ſi res poſtea domino tradita, vel mandanti euin-
catur, *Bald. in l. et qui, C. quod cum eo Corn. conſil. 6. num. 6.
lib. 2.*
20 Præterea ſcias, quod executor ſententiæ vendens rem
iure Magiſtratus de euictione non tenetur, cum id ex ne-
ceſſitate officij præſtet, vt per *Afflict. in d. §. rurſus numer.
52. & Iaſ. in d. l. a Diuo Pio, §. ſi poſt n. 5. ff. de re iudic.* ſed de-
21 bitor dicto caſu de euictione tenebitur, cuius principali-
ter geſtum fuit negotium, vt in *d. l. ſi plus, §. & ſi iuſſu, ff. de*
22 *euict. Rip. idem in pignore tradens, in rubr. ff. de pign. num. 13.
Bertran. conſil. 298 num. 1. lib. 3.* ratio aſſignatur, quoniam
23 iudex ac cæteri officiales virtute officij ſui nomine ip-
ſius debitoris vendunt, qui ideo magis vendere videtur,
vt ex *Signoroll. refert Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Gl. 14.
num. 13.*
24 Cæterum ſi venditio nulla ſit, an pretium ab executo-
re receptum ver hæredem agentem prius reſtituendum
ſit conſulas *Iaſ. in l. ſi pretium, C. de procur. & Card. Tuſch.
in dicta lit. E. concl. 537. n. 12.*
25 Et an hæres executorem prius conuenire debeat, eoq;
non ſoluendo reperto, emptorem, adeas *Bar. in dicta l. alio
num. 13. ff. de alim. & cibar. legat. Paul. de Caſtro in l. 1. C. ſi
vend. pign. agat. Craſſ. §. finali quæſt. 12. num. 7. Guttierez al-
legat. 1. num. 4. & 5.*

ARGVMENTVM.

Augmentum contingens in re vendita an tranſeat in ſucceſſorem, vel ſit venditoris, ita vt ab eo diuelli non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum rei venditæ cedit lucro emptoris, & num. 8. et
28. & infra.*
Contrarium habetur num. 9. & ſeqq.
Sed prima probatur opinio, dicto num. 28. Quæ
*Ampliatur procedere nedum perfecta emptione, & ſecuta rei
traditione, ſed etiam non ſecuta aliter traditione, quia
etiam non tradita re venditione perfecta commodum, &
periculum ſpectat ad emptorem, n. 30.*
*Primò limitatur, vt locum habeat in augmento intrinſeco, ſi-
cut eſt in maiori aſtimatione, & etiam in augmento ex-
trinſeco, ſed latenti & non apparenti, n. 31.*
*Secundò limitatur vt procedat, ſi alienatio ſit pura, & ſim-
plex, non ſit conditionali, n. 32.*
3 *Emptor hæreditatis hæredis vicem obtinet.*
4 *Portio accreſcit portioni, & n. 23.*
5 *Iura vniuerſalia in alium transferri non poſſunt per con-
tractum.*
6 *Hæres per venditionem non deſinit hæres eſſe, ſed apud eum
ſunt iura actiua, & paſſiua, & n. 12. ac 27.*
Declaratur n. 14. & 21.
7 *Portio deficiens abſque alia reſtitutione accreſcit fideicom-
miſſario.*

At

Google

At videas in propoſito num 26.

10 *In emptorem tranſeunt tantum actiones, quæ venditionis tempore competebant.*

11 *Ius accreſcendi locum non habet inter ſuccedentes diuerſo iure.*

13 *Pretium ſuccedit loco venditæ portionis, & eius augmenti. Vide num.24.*

15 *Diſtinctio affertur in propoſita quæſtione.*
Quam damnat Rip. hic adductus, n.16.

17 *Alia affertur diſtinctio ex mente eiuſdem Rip.*
Quæ pariter impugnatur, n.19.

18 *In venditione rei non veniunt iura competentia venditori, niſi exprimantur, & vide n.20.*

32 *Subſtitutio expreſſa non tranſit ad emptorem hæreditatis.*

35 *Veritas magis inſpicitur, quando veritas, & fictio concurrunt.*

33 *Venditio quando perfecta dicatur in rebus, quæ conſiſtunt pondere numero vel menſura.*

34 *Venditio gregis quando dicatur perfecta.*

Quæſt. CXCIV.

CErtant ſcribentes, an augmentum in re vendita contingens tranſeant in ſingularem ſucceſſorem, & ſic in emptorem puta hæreditatis.

1 Nam pro emptore ſtat *Bar. in l. re coniuncti n.26. ff. de l. 3. qui adducit text. in l. ſi totum, ff. de acqu. poſſ.* vbi dicitur, quod inſtituto grauato reſtituere totam ſuam portionem, vel partem alicui incapaci, quia rem habere non videtur, cum ſibi tanquam ab indigno ſit blata, nihil accreſcit, ergo accreſcit fiſco, & ita tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.

Verum reſpondet *Salyc. quod in d. l. ſi totum*, accreſcit fiſco, quia nihil remanſit apud hæredem. Sed in caſu de
2 quo agimus apud hæredem venditorem remanſit pretium, quod in alium ſuccedit loco rei, *l. ſi rem, & pretium, ff. de petit. hæredi*, quod non placuit *Rip. in d. l. re coniuncti num.90.*

3 Secundo adducitur *tex. in l. 2. §. pen. ff. de hæredi. vel act. vendi.* ibi quia emptor hæredis vicem obtinet.

Cæterum Iaſ. retorquendo argumentum ait ergo ſi emptor habetur loco hæredis eſt hæres impropriè, *l. mercis, ff. de verb. ſignif.* ergo magis accreſcere debet verò hæredi quam improprio.

4 Tertio probatur, quoniam portio accreſcit portioni, *l. hæc ſcriptura, §. fin. ff. de cond. et demonſtr.* ergo debet accreſcere emptori apud quem eſt portio alienata.

Sed qui tenent contrariam opinionem reſpondent negando minorem, quia apud venditorem eſt pretium, quod in vniuerſalibus, vt dictum, ſuccedit loco rei, *d. leg. ſi rem, & pretium.*

5 Item penès venditorem ſunt omnia iura vniuerſalia, quæ in alium transferri non poſſunt per contractum, *leg. mulier, §. ex aſſe, ff. ad Trebell.* apud quem etiam ſunt om-
6 nia iura actiua, & paſſiua, *l. 2. C. de hæredi. vel act. vendi.* nec propter venditionem hæres eſſe deſinit, *l. ei qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtit.*

Quarto facere videtur *tex. in d. l. 2. §. illud, ff. de hæredi, vel act. vend.* in ratione decidendi a contrario ſumpta, ibi, quia alia hæreditas eſt, ergo a contrario, ſi non eſſet alia, hæreditas tranſiret in emptorem.

Cui rationi reſpondet Iaſ. quod alia eſt portio vendita, alia quæ accreſcit.

7 Quintò, & vltimo pro hac ſententia adduci ſolet, *l. Papin. ff. ad trebell.* vbi ſecundum communem intellectum portio deficiens abſque alia reſtitutione accreſcit fideicommiſſario.

Ad iſtum *tex. reſpondet Rap. Cuma.* quod ideo ibi portio accreſcit fideicommiſſario, & non hæredi, quia ipſe
8 hæres compulſus adijt. Sed reſponſio hæc non repugnat, prout nec aliæ prænarratæ, vt dicetur, & hanc Bar. ſententiam ſecuti ſunt *Paul. de Caſtr. in l. Iulian. §. ſi Titius nu. 1. ff. de act. empt.* vbi quod venditione infecta ſicut omne periculum peremptionis vel deteriorationis poſtea contingens ſpectat ad emptorem ita & lucrum ex poſt ſuperueniens eidem acquiri debet. *Port. & Aret. in §. cum autem verſic. ſed ſi poſt. Inſtit. de empt. & vendit. Felyn. in cap. cum M. Ferrarien. num. 5 de conſtitut. clarè Dec. conſil. 4. per totum*, vbi quod natura contractus emptionis eſt, quod ſicut damnum, ita commodum rei venditæ emptori debetur, *Ioan. Crot. in d. l. re coniuncti num. 45. in ver. quid tenendum, Rip. in l. ſi ex toto num. 4. ff. de leg. 1. & Franc. Duaren. de iure accreſcen. lib. 2. cap. 6.* qui ait tam apertam eſſe, vt probabilibus argumentis ſubuerti non poſſit, ac *Redoan. in tractat. de rebus Eccleſ. non alienan. qu. 12. num. 10. & ſeqq.*

9 Contrariam opinionem probauit *Petr. de Bellapertic.* qui cenſuit accreſcendi ius ad emptorem non tranſire, ſed penè hæredem remanere, vt refert *Bart. in dict. l. re coniuncti n.26.*

Pro qua allegatur *tex. in l. ex facto, §. Lucius Longius, ff. de vulg. ſubſtit.*

Sed reſpondetur dictum tex. loqui in pupillari ſubſtitutione.

At nos loquimur de iure accreſcendi; ratioque diuerſitatis eſt quomodo ſubſtitutio perſonam ſequitur, ius accreſcendi portionem, *l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis, & legit.* hæredi vel ibi loquitur in hæreditate pupilli, quæ hæredi obuenit ex pupillari ſubſtitutione, & ad fiſcum non tranſit cum ſit diuerſa hæreditas à patris hæreditate, ſuper qua hæres accommodauit fidem de reſtituendo incapaci, & ideò quia diuerſa eſt hæreditas *d. leg. 2. §. illud*, & quia circa illam ſcriptus hæres non deliquit idcircò non aufertur ab eo.

10 Secundò pro venditore facit, quomodo in emptorem non tranſeunt niſi actiones, quæ venditionis tempore competebant, l. hæredem quem vbi *Glo. & Bar. ff. manda.*

Reſpondet Iaſ. tempore mortis ius accreſcendi competebat habitu, & ſpe, quæ ſpes etiam vendi poteſt, *l. nam hoc modo, § de hæred. vel action. vend.*

Confirmatur quia ius accreſcendi retrotrahitur; & ſic eſt perinde ac ſi venditionis tempore iam accreuiſſet, quod ſi non retrotraheretur, ſequeretur, quod teſtator decederet pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus.

11 Tertiò facit pro eadem parte, quia inter ſuccedentes diuerſo iure non habet locum ius accreſcendi, *leg. ſed cum patrono, ff. de iniur.* huic rationi reſpondetur ſecundum *Aret. in d. l. ſi totum*, quod emptor ſubrogatur loco hæredis venditoris *d. leg. 2. §. pen.* nec ideo cenſetur emptor diuerſo iure ſuccedere.

12 Quartò, & vltimo facit, quia venditor non deſijt eſſe hæres, *d. l. ei, qui ſoluendo*. Et quia propter pretium cenſetur habere penès ſe portionem venditam, d. l. ſi rem & pretium; & ita vt cum Petr. hanc opinionem tenuerunt *Rayner. de Forliu. & Florian. de S. Petro in leg. 1. §. interdum n.13. & ſeq. de vſufr. accreſc. Salyc. in l. vnic. n.15. C. quand. non peten. par. & ibi Iaſ. n.20. & in d. l. re coniuncti n.125. et infra. Lancell. Pollit. n.45. & Rip. n.90. & ſeqq. qui n.92.* dicit etiam eſſe communem.

Sed huic vltimo fundamento, a quo pendere videtur veritas huius quæſtionis, reſpondet *Iaſ. in d. l. vnica n.20. & in d. l. re coniuncti num.125.* quod quamuis venditor habeat pretium, non tamen verè habet res hæreditarias, *d. l. ſi rem in ver.* quodammodo, ergo ſecundum eam portio ei accreſcere debet qui habet res verè, non autem ei, qui habet res fictè.

Verum

Digitized by Google

Verum iſta reſponſio non euacuat contrarium, quoniam licet res hæreditariæ ſint apud emptorem verè, tamen portio non accreſcit ſingularibus rebus, ſed alteri portioni, quę verè eſt apud venditorem.

13 Quapropter aliter reſpondetur, quod pretium ſuccedit loco venditæ portionis, & eius augmenti, *leg. ſi ego, §. idem agit, ff. de publ. act.* portio verò accreſcens eſt quoddam portionis augmentum velut quædam alluuio. Quare cum venditor habens pretium augmenti contentus ſit pretio, & augmentum emptori pati debet accreſcere.

14 Non obſtat quod venditor hæres eſſe nõ deſinit. Quia etiam ſi hæres non deſinit eſſe directò, tamen deſinit eſſe hæres vtiliter, *l. 1. §. bonorum, ff. ad trebellianum.*

Vt videas humaniſſimè lector, quæſtio eſt ardua, & hinc inde ſunt anguſtię.

15 Diſſentientes tamen has ſententias *Lancellot. Tolit. in d. l. re coniuncti, n. 45. in fin.* ſic nititur concordare, nempè, vt portio deficiens ſecundum Bellapert. accreſcat venditori qui nihilominus eam emptori tenetur reſtituere.

16 Quare conciliationem damnat *Rip. in d. l. re coniuncti, n. 98.* aſſerens, aut non eſſe veram, aut eſſe modicæ vtilitatis. Quoniam aut, inquit, in venditiones comprehenditur ius accreſcendi, aut non: ſi comprehẽditur, non eſt quare dubitemus cur non accreſcat emptori, quia ius etiam ſubſtitutiones, quod difficilius transfertur, *l. ſi ex plurib. ff. de ſuis, & legi.* ad emptorem ſpectat, ſi in venditione comprehendatur, *d. l. 2. §. illud.*

Nec obſtat, quod vniuerſalia iura cedi non poſſint, *leg. mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. dot.* quia verum eſt, ſi cedantur, vt ceſſionarius ſuo nomine agat, ſed ſi cedantur, vt procurator nomine cedentis poſſit ad proprium commodum agere, non prohibetur, *l. ſeruo inuito, §. fin. & ibid. Imol. ff. ad Trebellian. & idem Imol. in l. apud Iulianum, §. vtrum eod. tit.* Si autem portio deficiens in venditione non continetur, nulla ratione ſuaderi poteſt cur venditor reſtituere teneatur.

17 Vnde *Rip. in hac quæſt. in d. l. re coniuncti nu. 99.* ſuam proferens ſententiam dicit inſpicienda eſſe verba venditionis, diſtinguendo duos caſus.

Primus eſt, quando venditor vendidit portionem ſuam ſimpliciter, quo caſu dicit procedere communem opinionem. *Petri de Bellapert.*

Secundus eſt caſus, quando vendidit rem cum omnibus iuribus ſibi quomodolibet ſpectantibus in portione vendita, & illius occaſione, & hoc caſu procedat opinio *Bartol.*

18 Rationem diuerſitatis adducit *ibid. nu. 100.* quia in rei venditionem non veniſit iura competentia venditori occaſione illius, niſi exprimatur, ſecundum *Bar. in l. ſi pro te. §. fi. ff. de euict. per text. in leg. ſi res eod. tit.* ius autem accreſcendi competit venditori occaſione portionis, in qua fuit inſtitutus, ergo non comprehenditur in venditione, niſi certa ſint iura competentia occaſione portionis venditæ.

19 Quæ Ripæ diſtinctio adhuc non ſatisfacit, quia quatenus eſt verbis venditionis habeamus ius accreſcendi in ea comprehenſam eſſe, res erit manifeſta pro emptore, nec ideò vlterius eſt dubitandum, *l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. & d. leg. 2. §. illud in fin. ff. de hæredit. vendi.*

Si vero hæreditatis portio ſimpliciter eſt vendita, Ripa communem ſententiam probat, cui adhuc obſtant iura rationes, & ſuperius adductæ.

20 Quibus non obſtat quod iura, quæ occaſione rei competunt, non ſpectent ab emptorem, niſi ſpecialiter actum ſit, *l. ſi res, ff. de euict.* Quoniam vt diximus, diuerſum eſt in hac acceſſione, quę portioni venditæ, velut alluuio coniungitur, vt eadem res cenſeatur, *d. l. 2. §. illud, & l. ſi Titio in fin. ff. de vſufruct.*

21 Nec refragatur hęredem poſt hæreditatis venditionẽ adhuc hæredem remanere, *l. 2. C. de hæredi. vendi. l. 2. C. de pact.* & ſucceſſiue apud eum debere quoque remanere
22 ius accreſcendi, quod eſt quædam tacita ſubſtitutio, *l. ſi Titio, & Mæuio, §. fin. ff. de leg. 2.* Nam nec expreſſa ſubſtitutio tranſit ab emptorem hęreditatis, *l. ex facto, §. Iulianus longius de vulg. ſubſtitut. vt concludit Alciat. in dict. l. re coniuncti, n. 42.*

23 Quic reſpondetur ex intentione *Bart. ibid. n. 26.* quod portio deficiens accreſcit portioni, non perſonæ vt dictũ *d. l. ſi totam de acq. hæred, l.* hæc ſcriptura, *§. vlt. & l. ſi Titio, §. 1. ff. de cond. & demonſtr.*

24 Neque reſiſtit quod pretium habeat quod in vniuerſalibus ſuccedit loco rei *d. l. ſi rem & pretium, ff. de act. empt.*

Quia hoc fingitur quo ad illum effectum, de quo lex ipſa loquitur, vt habetur ex verbo quodammodo quæ denotat fictionem *l. filiusfam. §. 1. ff. quod cum eo. Bart. in l. fi. ſi qui pro emptore, nu. 5. & Iaſ. n. 92. de vſucap. Tiraq. de iur. Primog. q. 33. n. 9.* & veritas magis inſpicitur, quando ve-
25 ritas & fictio concurrunt ad eumdem fidem, *l. filio quem pater. de lib. & poſthum Iaſ. in d. l. re coniuncti, n. 120. & clarius Alciat. in l. vnica, n. 8. C. quan. non peten par.*

26 Non etiam mouet, quod portio deficiens ex tacito teſtatoris iudicio accreſcat, *l. ſi in teſtamento, & ibi Bar. n. 3. Alex. num. 4. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* quodq; ius accreſcendi tacita quædam ſubſtitutio intelligitur.

Reſpondetur enim, quod cum venditur hæreditas, & agitur an ius accreſcendi comprehendatur in venditione, non inſpicitur quid teſtator ſenſerint, ſed quid actum ſit inter emptorem, & venditorem. Quod cum ita ſit, vt verũ fateamur, nihil aliud actum intelligitur, quam vt neq; plus, neq; minus iuris emptor habeat, quam apud hæredem futurum eſſet *d. l. 2. in prin. ff. de hæred. vendi.* cum iuribus ad eum pertinentibus.

27 Non etiam reſiſtit, quod venditor hæreditatis ſemper manet hæres, *d. l. 2. C. de pact. & l. 2. C. de hæredit. vendi.*

Nam reſpondetur, quod *in d. l. ſi Titio, §. final. ff. de vſufruct.* ad eum reſpicitur, qui rem hæreditariam, aut legatã verè poſſidet, non ad eum qui iuris interpretatione, vel fictionem rem videtur habere.

Et pro Bart. opinione maximè facit, quod omne lucrũ hæreditatis ad emptorem pertinet, *d. l. 2. §. non ſolum, verſ.*
28 *ſicuti lucrum omne,* quod equidem intelligitur de omni lucro quod occaſione hæreditatis ſenſerint, dum tamen ſit hæreditarium, vt *in d. l. 2. §. ſolet. quæri:* & quandocunque ad hęredem peruenerit; *d. l. 2. §. perueniſſe, verſ.* vt non ſolum, quo fit, vt etiam lucrum quod poſt venditione prouenit ex iure accreſcendi ad emptorem ſpectet, quia dubitari non poteſt, quod occaſione portionis hæreditatis venditę prouenerit, & ſit hæreditarium.

29 Et in ſpecie, quod augmentum & acceſſio contingent ſpectet ac pertineat ad emptorem, prout periculum, & in commodum ad illum pertinet, eſt *tex. clarus, in § cum autem, & §. ſed ſi poſt venditionem. Inſtit. de empt. & vendi. l. id quod, ff. de peric. & commod. rei vend.* de acceſſorio enim idem iudicatur quod de principali, *leg. ſi ex toto, ff. de leg. 1.* cum adductos ibi per *Alex. c. acceſſorium de reg. iur. in 6. cum ſimil. faciunt quæ ſcripſi in quæſt...*

30 Quæ ſententia, vt ſcilicet augmentum cedat emptori, procedit nedum perfecta emptione & ſecuta rei traditione, verum etiam non ſecuta alter traditione, quo caſu licet videatur venditorem remanere aliqualiter dominum *l. ancillam, vbi Salyc. C. de act. empt. d. §. cum autem inſt. de empt. & vendi.* ibi, quia ſanè, qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt. Quoniam etiam re non tradita venditione perfecta commodum, & periculum, ſpectat ad emptorem. *Doct. in d. l. Iulianus §. ſi Titius, ff. de act. empt. Ares. in d. §. cum autem n. 6.*

Dupliciter tamẽ limitatur dict. Bar. & ſequaciũ opinio,

Primò, vt locum habeat in augmento intrinſeco, ſicuti
31 eſt in maiori æſtimatione rei, & in augmento extrinſeco, ſed latenti, & non apparenti, *vt in d.l.id ff.de peric. & commod.rei vendi.* vt in augmento alluuionis, quod dicitur incrementum latens, §.*præterea*, quod per alluuionem inſtit. de rer.diuiſ *Dec.d.conſ.4 ſub num.3. verſ.quarto, in caſu qui citat tex.in l. item ſi fundi.§. huic vicinus, ff.de vſufruct.* vbi incrementum alluuionis, quod eſt incrementum latens ac creſcit vſufructuario, apparens vero incrementũ, puta inſula in flumine ſita iuxta fundum, ad vſufructuarium non pertinet, ſed proprietati, & proprietario accedit ita demum ſi in vſufructuarius ſeparatus ſit a proprietate, vt puta per emphiteuſim, locationem, feudum, cenſum, aut alium modum, vt ad vnum vtile, ad alium directum pertineat dominium, quia vbi latet incrementum, vſusfructus augetur, quod ſecus accidit, ſi appareat ſeparatum, quoniam vſufructuario non accedit.

32 Secundò limitatur, vt procedat quatenus venditio ſit pura, & ſimplex, non autem ſi conditionalis, quia vbi ſit conditionalis omne incrementum contingens ante impletam conditionem pertinet ad venditionem, etiam ſi tacita ſit conditio, vt ſi dictum fuerit, vendo tibi fundum centum iugerum ad rationem vnius auri pro ſingulo iugere, ex quo venditio non dicitur perfecta, niſi facta & ſecuta menſuratione, augmentum ſuperueniens ante ſecuta menſurationem, cedit lucro venditoris, niſi venditor fuerit in hoc doloſè verſatus, quia illius odium lucrum illud ſpectaret ad emptorem, *d.l.Iulianus, §.ſi Titius, ff.de act.empt.l.quod ſæpè, §.in his de contrahen.empt.* vbi habe-
33 tur, quando in his, quæ conſiſtunt numero, pondere, vel mẽſura dicatur perfecta vẽditio; ad quod intelligẽdo videtur quod vis ſtet in modo probationis vel cõceptionis, vt verborũ vẽditionis ibid. vbi addit tex. quã ſi grex veniret
34 nã ſi vniuerſaliter vnico pretio, ſtati pretio cõuẽto perfecta eſt vẽditio. At ſi in ſingula corpora certo pretio, tunc ſecus, quia ſtatim atq; ſequatur ad numeratio, perfecta intelligitur venditio, licet non ante, ex ijs quę notant *Bartol.in §.ſi Titius. Bal.in l.1.oppoſ.4. C.de peric. & commod. rei vendi. Salyc.in l.1.n.3.C.eod.* quando autem venditio facta dicatur ad menſuram, habetur per *Bor.in d.§.ſi Titius, Felyn.in c.ſignificante n.7.de reſcript, & aliquid dixi queſt. 101. & alibi.*

ARGVMENTVM.

Euictionis actio an pręſtetur in aluuione,
Quid in venditione cũ pacto redimendi,
An portio accreſcens per ius accreſcendi portioni fideicommiſſariæ per alluuionem cedat fideicommiſſario eueniente reſtitutionis caſu.
Augmentum alluuionis in prædio fructuario factum iure vſusfructus, & commodi, an ſpectet ad vſufructuariũ,

S V M M A R I V M.

1 *Euictionis an remedium præſtetur in alluuione, pendet ab intellectu l.ex mille, ff.de euict.*
2 *Intellectus l.ex mille, ff.de euict.latè explicatur n.2. vſque ad num. 11.*
Et reprobantur ij, qui aliter ſenſerunt, n.4.
3 *Periculum fluminis pertinet ad emptorem.*
Et de ratione, numero ſeptimo.
Fallit, quando fundus totus, qui ex fluminis impetu euaſit, à Titio fuit euictus, quia agitur contra venditorem inſolidũ licet flumen damnum dederit, n.5.
Ratio eſt, quia totus fundus euincitur, minuenda non eſt euictionis actio, & ceſſat ratio ob quam periculum alluuionis ad emptorem pertinet, n.6. & 8.
Sublimitatur, vt procedat quãdo ex ſtipulatione de euictione agitur, ſecus ſi actione exempto ad intereſſe agatur, nu.9.
10 *Fundus vbi pro parte eſt diminutus, & pro parte auctus & ampliatus fluminis inundatione, alluuionis augmentum, ſeu diminutio non conſideratur, ſed ſalum id quod fuit euictum ex re vendita poſtpoſita omni alluuionis conſideratione.*
11 *Augmentum & diminutio alluuionis ad emptorẽ ſpectat.*
Declaratur, n.15.
Ampliatur procedere quoque in emptore cum pacto de retrouendendo, cui interim pendente dicto pacto per alluuionem aliquid fuit acquiſitum, vt venditore redhibente rem, portio aucta ſit emptoris reſtituenda redhibenti ſoluto pretio, quoniam interim pendente conditione emptor eſt dominus, num.12.
Contrarium, n.15.
Non tamen tenetur pro eodem pretio vendere quo emit, num.13.
14 *Fundum in dotem datum cum pacto redimendi auctum pretio non tenetur maritus reſtituere illo eodem pretio, & de ratione, ibid.*
16 *Portio accreſcens per alluuionem cedit fideicommiſſario.*
Idem quando fundus alienus impetu fluminis adijcitur fundo fideicommiſſario, n.17.
18 *Res vendita pretio mille ſi euincatur pro aliqua parte, & pro illa parte venditor ſoluit emptori quadringenta, ſi deinde tota euincitur, debet haberi reſpectus ad illa quadringenta ſoluta, & venditor tenetur reſtituere 600. reſtantia, & pro intereſſe ſimplum pretij ideſt mille vltra ſexcenta.*
In quo computantur expenſæ, & fructus, n.19.
Fallit, ſi mandato venditoris emptor ſubſtinuit litem, quo caſu tenetur ad omnes fructus, n.20
21 *Alluuionis vſusfructus ad fructuarium pertinet.*
Limitatur, ſi inſula iuxta fundum in flumi nata ſit, quia ad fructuarium non ſpectat n.22. & 24.
Vbi de ratione.
23 *Alluuione quod accedit fundum auget.*
27 *Fũdus quõdo pro parte alluuione perijt, ſi poſtea quota pars fundi illius euincatur, venditor non tenetur de euictione, quia quod perijt dominum attulit emptori, non venditori.*
Fallit, ſi fundus totus euinceretur, quoniam ipſo euictionis obligatio non diminuitur, n.28.
Idem dicitur, ſi aliquid accreſcit fundo, & deinde incrementum euictum eſt, quia non tenetur venditor, ratione de qua ſupra, quoniam alluuionis periculum ad eum non pertinet, num. 29.
30 *Euincens fundum, euincit etiam incrementum alluuionis, licet ante motam litem foret adiectum.*
31 *Empti actio augetur, ſi prędium euictum auctum per alluuionem fuiſſet poſt venditionem.*
32 *Dupla autem ſtipulatio non augetur.*

Quæſt. CXCV.

1 IN alluuione an pręſtetur euictionis remedium, vtilis eſt conſideratio, quę pendet eſt diſpoſitione *tex. in leg.ex mille, ff.de euict.* & in illius intellectu, qui licet difficilis ſit illius tamen cauſam breuiter ſic explicat Accurſius.

Ego emi a te fundum mille iugera complectentem, quem

Digitized by Google

quem tu quaſi tuum inſolidum vendidiſti. Titius vero quartam partem huiuſmodi ad ſe ſpectantem obtinuit, & ſic ducentum quinquaginta iugera. Antequam Titius agerat, flumen aquarum impetu, & inundatione ducenta iugera abſtulit; ideo quia quinquaginta, quæ eſt quarta pars ducentorum a flumine ablatorum Titio fuerunt imputata, quoniam pro indiuiſo quartam habebat partem ex illis octingentis iugeribus, quæ ſuperfuerunt, ducenta fuerunt tantum Titio adiudicata.

Quærebatur apud Papinianum qualiter contra te experiri debeam. An ad quartam, quia quarta pars Titio fuit adiudicata; an vero ad quintam, quia ex mille, quæ mihi vendidiſti, ducenta Titius habuit, quæ quintam partem milla conſtituunt.

Et reſpondit Papinianus ad quintam agendum, non ad quartam, & quod fluminis impetu perijt. damnum em-
3 ptori, non venditori attulit. Et quidem merito id ſtatuit Papinianus, nam periculum fluminis ad emptorem pertinet, vt in §. *ſed & poſt. Inſtit. de empt. & vend.* ex quo damnum totum afficit fundum, & pro rata omnibus, qui pro indiuiſo partem habent, nocet, quemadmodum prodeſſet ſi per alluuionem augeretur. Vnde cauendum eſt ab ijs, qui opinantur quæſtionem Papiniani in eo verſari, an emptor agere debeat ad quartam partem ex octingentis iugeribus quæ intactæ & illeſæ remanſerunt, an vero ad quintam, quod a iuris ratione quam alienum ſit, quiſque etiam mediocriter eruditus iudicabit. Si quidem ſi ea foret quæſtio, magis ad quartam, quam ad quintam I.C. actionem tribueret.

4 Parique modo erit etiam cauendum eſt ab illis, qui perperam ſenſerunt Papinianum dubitaſſe, an agendum eſſet ad quartam ex octingentis, an vero ad quintam ex mille, quæ ſententia eodem morbo, quo ſuperius relata interpretatio laborat.

5 Limitatur in eodem tex. ibi, ſi totus fundus, ſupradicta deciſio, ſeu computatio, vt procedat quando totus fundus qui ex fluminis impetu euaſit, à Titio fuit euictus, quia, vt inquit Papinianus, ceſſat omnis computatio, agendumq; fore contra venditorem inſolidum, quamuis flumen damnum dederit, ex quo Gl. & Doct. notant ibi
6 eſſe caſum ſingularem, in quo totum à parte differt, & dictæ concluſionis fundamentum ait Gloſ. cum Azon. eſſe, quia cum totus fundus euincitur, minuenda non eſt euictionis actio, quia ceſſat ratio propter quam periculum alluuionis ad emptorem pertinet: Ea namq; ratione periculum fluminis pro parte ſuperuenientis emptori nocet,
7 vt dicit, Gloſ. quoniam ibid. flumen alie aquarum impetu illud idem reſtituere, & magis augere poteſt, qua ſpe contentus eſſe debet emptor alluuionis periculum in parte paſſus; Verum hæc ſpes & ratio eſſent, quando totus fun-
8 dus fuit euictus a tertio, quia & ſi fundus rurſus augeatur, emptori nihil prodeſſe poteſt; Ergo mirum videri non debet, ſi toto fundo euicto nulla habenda ſit ratio illius damni, quod a flumine nullatenus reſarciri poteſt.

Dici quoque poteſt fundum per alluuionem diminutũ eumdem eſſe, qui fuit venditus, ſicuti ſeruus deterior idẽ ſeruus eſt, & propterea illo euicto ex integro emptorem agere poſſe quoniam & ſi alluione latior tenderet, ad plus agere non valeret.

9 Sublimitatur dicta limitatio ex dicto verſic. ſolum procedere, quando ex ſtipulatione de euictione agitur, ſecus vero, ſi actione ex empto ad intereſſe, quod circa illa octingenta iugera verſatur, nam tunc actio vlterius progredi non poteſt, quod in actione ex ſtipulatione nõ procedit, in qua id ſolum conſideratur, an illa conditio, ſi habere non licebit, accidat, vt ſtatim quod promiſſum eſt, debeatur *leg. ſtipulatio iſta, § alteri, ff. de verbor. obligation.* Atque ideo cum fundus fuit euictus, quamuis diminutus, quia idem eſt fundus qui fuit venditus, ex ſtipulatu actio competet, quoniam extat conditio, ſi habere non liceat; ob quam fundi diminutionem non poſſumus minuere, quia ex augmento fundi augenda non erat. Et hoc eſt quod *Papinianus ſenſit in verſicul.* Nam & è contra non augetur quantitas. Quando igitur ex empto ad intereſſe agitur, mutua actio datur, & ad debitum pro modo intereſſe reſtringitur, vt in lege euicta, ff. de euiction. ibi, ſi minoris eſſe cœperit, damno emptori erit, & ex prædictis explicatus redditur verſic. quod ſi modo, vbi ſi per alluuionem fundus augeatur, reſpondet I. C. minuendam non eſſe euictionis actionem, quia è conuerſo quando minuitur, non naugetur.

10 Poſtremò addit Papin. in ver. quæ ſitum eſt. Caſum a ſuperioribus ortum habentem, mixtum tamen, in quo pro parte fundus eſt diminutus & pro parte auctus, & ampliatus fluminis inundatione, ac reſpondet non pro quarta, aut quinta de euictione agendum eſſe, ſed perinde ac ſi ſolum centum ſexaginta iugera eſſent euicta, quod qualiter procedat, repeti debent, quæ ſupra dicta ſunt, nempè ducenta quæ flumen abſtulit, emptoris periculo contigiſſe, ſed periſſe, ac perinde rem ſic habendum, ac ſi ex octingentis eſſent ducenta euicta, quo reſpectu inita computatio pro ſua parte ex mille agendum erat, vt prædiximus; verum in *dicto verſic. Papinianus* caſum immutat, quando ex octingentis quæ ſuperfuerunt, reſpondet quintam parte fuiſſe euictam, non quartam. At quinta pars ex octingentis continet centum ſexaginta, ad quæ reſpondet venditorem tantum teneri, non ad ducenta quæ fuerunt euicta, quoniam quadraginta quæ ſuperſunt ex alluuione pro alluuione pro rata illi quintæ parti fuerũt adiecta, neque emptor ex ſuo præſtitit, quia alluuionis cõmodũ vniuerſo fundo profuit, euicta pro rata quadraginta addidit illi quintæ parti euictæ aliorum quadraginta, quæ prius defecerunt alluuione & impetu fluminis. Cuius rei cauſa præclarè reſpondit Papinianus non eſſe ſcilicet agendum ad quintam partem ex mille idest ad ducenta, quæ fuerunt euicta, neque etiam ad quartam, ſed medium ſumendum eſſe, vt ſolum ad centum ſexaginta agatur, quæ ex octingentis fuerunt euicta, alia vero ducenta quæ flumen attulit, diuiduntur pro rata inter alias partes, quadraginta conſequitur euincens loco aliorum quadraginta quæ flumen abſtulit, quę cum fuerint octingenta, & de illis quinta pars euicta, conſequens eſt ad centum ſexaginta ſolum de euictione agendum eſſe, non attenta augmenti, vel damni ratione, quoniam ad venditorem non ſpectat, neq; emptor petere poteſt quod venditor ducenta iugera cõponat, quia ex his quadraginta flumen euincti reſtituiſſe viſus eſt, non ipſe emptor ex ſuo præſtitiſſe.

Hæc eſt igitur vera in vnum promiſſorum congeſta concluſio alluuione, videlicet diminutionem, aut augmẽtum non conſiderari cum de euictione agitur, ſed illud ſolum conſiderandum eſt, quod fuit euictum ex re vendita, poſtpoſita omni alluuionis conſideratione, nam huius
11 augmentum vel diminutio ſolum ad emptorem ſpectat, niſi totus euincatur, vt ſuperius diximus. Et hoc continet ille Papin. tex. vtilis, ſubtilis, licet computationis inuolucro obſcurus.

12 Ampliatur procedere quoq; in emptore cum pacto de retrouendendo, cui interim pendente dicto pacto per alluuionem aliquid acquiſitum fuit, vt venditore redhibente rem portio aucta emptori cedat, reſtituenda redhibenti ſoluto pretio, quia interim pendente conditione emptor eſt dominus, & poſſeſſor rei, ita per plura reſpondit *Menoch. conſ. 26. per totum lib. 1. Cacher. conſ. 48. Theſaur. dec. Pedem. 140.*

13 Non enim in tali pacto de retrouendendo agitur de neceſſario periculo venditoris, ſi tota res periret, & per conſequens vbi fundus alluuione fuerit auctus, emptor fundi non tenebitur retrouendere pro eodem pretio pro

emit ratione prædicta, ac etiam quoniam ſi fundus fuiſſet
alluuione imminutus, certè venditor ille, in cuius faculta-
te poſitum erat redimere, vel non redimere, non redemiſ-
ſet. Sic *Hier. Cagnol. in l. 2. n. 190. verſ. ſed eſt aduertendum, C.
de pact. inter empt. & vend.* qui licet viſus ſit illo ſuo in ca-
ſu diſſentire ob id quod venditio facta cum pacto redi-
mendi, non erat perfecta, tamen in eo quod dixit vendi-
tionem perfectam non fuiſſe errauit, cum verius ſit, vendi-
tionem cenſeri perfectam, & per eam translatum domi-
nium, & ſi adeſt pactum retruuendendi, ſecundum *Tiraq.
de retract. conuent. §. 2. Glo. 1. num. 34.* qui hoc comprobat,
& adducit *Ang. conſ. 55. in fin.* quos ſequitur *Menoch. conſ.
606. n. 16. lib. 7.* qui dictam concluſionem firmatam hoc
eodem nu. 13. comprobat ex *Bal. in l. 1. in 3. oppoſ. C. de pe-
ric. & commod. rei vend.* quem ſequitur *Brun. in tract. de
augmen. concl. 5. poſt Caſtr.* quem adducit, & his addo *Syl-*
14 *uan. conſ. 70. nu. 10.* Cum dixit, quod ſi fundus in dotem
datus cum pacto redimendi auctus eſt pretio, non tene-
tur maritus reſtituere fundum illum eodem pretio, quia,
inquit Syluan. quia ſi fundus fuiſſet pretio imminutus, ille
qui redimendi facultatem habebat, nunquam redemiſſet
eodem pretio.

15 Contrarium in pacto de retrouendendo tenuerunt
*Gozad. in l. 2. n. 180. C. de pact. inter empt. & vend. & ibid.
Cagnol. n. 155.* vbi refert ſic conſultum fuiſſe per *Paul. de
Caſtr. conſ. 288.* videtur dicendum in primo, quod conſi-
lium, non inueniſſe dixit *Menoch. d. conſ. 26.* nec etiam in-
ueniſſe teſtatur *Peregr. in tract. de fideicomm art. 10. nu. 24.
qui addit Alber. Brun. in tract. de augm. concl. 16. limit. 5. &
Tiraq. de retract. conuen. ad fin. tit. n. 92. & ſeq.*

16 Simile dicimus in fideicommiſſo, vt portio accreſcens
per ius accreſcendi portioni fideicommiſſariæ, & ipſa
in fideicommiſſo contineatur ad *text. in l. Papinianus, &
in l. cogi, §. ſi quis hæres, ff. ad Trebell. notant. Bar. in l. Marcel-
lus, §. quidam liberis col. 2. ff. eod. ac Bal. & Salyc in leg. cum
virum, C. de fideicomm. in ſpecie Tiber. Decian conſil. 52. nu.
41. libr. 1. ſequitur Peregr. d. art. 10. num. 25.* vbi propterea
17 infert ad caſum, cum fundus alienus fluminis impetu
adijcitur fundo fideicommiſſario, quia aut incrementum
eſt latens, aut patens; ſi eſt latens certum eſt cedere fidei-
commiſſario reſtitutionis caſu aduenienre; ſi autem pa-
tens ſit, adhuc idem aſſerimus, quia adiungit rei hæredita-
riæ, & ex eo titulo hæreditario poſſeſſor acquirit, vt in fi-
deicommiſſis & maioratibus dixit *Lud. Moliu. de Hiſpan.
Primog. lib. 1. cap. 26. num. 17.* quod idem in feudis proce-
dere dixit vbi ſupra *Pereg. ſub verſ. ex his infertur*, cui adda
Bero. q. 96.

18 Sed quid decidendum, quando fundus fuit venditus
pro pretio mille ſcutorum, ſi euincatur pro aliqua parte,
& pro illa parte venditor ſoluit emptori quadringenta,
& poſtea totus euincatur.

Reſpondetur, quod haberi debet reſpectus ad illa qua-
dringenta ſoluta, & ideo tenetur venditor primo reſtitue-
re ſexcenta reſtantia, & pro intereſſe ſimplum prædij
ideſt mille vltra ſexcenta, *leg. ex empto. §. idem Neratius,*
19 *& l. cum emptor. §. Caſſius, ff. de act. empt. l. cum fundus, ff. de
euict.* Computatis in illo ſimplo expenſis, fructibus, & ſi-
milibus, *d. l. cum fundus, ff. de euict. & d. l. ex empto, §. idem
Neratius.*

20 Secus autem ſi mandato venditoris emptor ſuſtinuit
litem, quia tenetur ad omnes fructus *l. 3. §. idem* ſcribit
de pecul.

21 Vtrum vero augmentum alluuionis in prædio fructua-
rio factum iure vſusfructus, & commodi ad vſufructua-
rium pertinere debeat, clarè deciſum legitur in *leg. item ſi
fundi, verſ. huic vicinus tractatus eſt, ff. de vſufruct.* & tradi-
derunt *Moder. Pariſien. in conſuet. Pariſien. tit. 1. §. 1. Glo.
1. q. 5. numer. 45 & numer. 99. &* 100 *ac infra. Iul. Clar. in §.
feudum, q. 188. Bar. de decim. tutori præſtan. c. 24. nu. 10. Lu-
dou. Molin. de Hiſpa. Primogen. lib. 1. c. 26. Io. Garz. de expen.
& meliorat c. 22. n. 39. Menoch. conſ. 34. num. 16. libr. 1. Sfort.
Odd. conſ. 30. num. 59. lib. 1. Myeres de Maiora. part. 1. quaſt.
10. à princ. Alphonſ. de Azebed. in l. 3. tit. 6. num. 30. libr. 5.
nouæ recompilationis. verba Celſi. I. C. in d. l. ſi fundi, ſunt
infraſcripta.*

Huic vicinus tractatus eſt, qui ſolet in eo, quod acceſſit
tractari, & placuit alluuionis quoq; vſumfructum ad fru-
22 ctuarium pertinere, ſed ſi inſula iuxta fundum in flumine
nata ſit ad fructuarium non pertinere Pegaſius ait, licet
proprietari accedat, eſſe enim veluti proprium fundum
cuius vſusfructus ad te non pertineat, quæ ſententia non
eſt ſine ratione: nam vbi latet incrementum, & vſusfru-
ctus augetur vbi autem apparet ſeparatum fructuario
non accedit.

Ex quibus verbis præcitati Doct. adnotarunt diſtin-
guendum eſſe, vt latens incrementum, ſeu augmentum nul
liter adauctum vſufructuarius habeat, eoq; fruatur, quam-
diu referenda ſibi frui licuerit, parenti vero vti frui non
poſſit, illud enim ad dominum pleno iure pertinet, quod
tradidit *Franc. Connar. in commentar. iur. ciuil. libr. 4. capit.
1. num. 3. ad fi.* vbi reddit diſcriminis rationem ad ea quæ
proponuntur in dicto verſ. huic vicinus tractatus eſt, aſſe-
rens, quod id quod alluuione accedit, fundum auget eiuſ-
que pars quædam meritò eſt, & vſufructus eius ad vſufru-
23 ctuarium pertinet, proprietas vero ad dominum, in-
ſula vero nata ſeparatum agrum efficit, ac diſtinctũ, ideò
nec in ea ius vſusfructus prætenditur. Qui certo fundo eſt
conſtitutus, ac ſi alicuius territorij mihi competat vſufru
ctus, & in eo appareat noua inſula, mihi, quoque eius in-
ſulæ fructus debentur, quam par hic eius territorij, in quo
24 vniuerſo conſtitutum habeo vſumfructum. Quæ verba
Connani notanda ſunt: & plura in dicto propoſito haben
tur per *Myeres de maioratu part. 2. q. 10. per totam relatum
per Ioa. Garz. de expen. & meliorat. c. 22. in princ. ante num.
1. Ceph. conſ. 773. n. 31. ad 48. libr. 5. & conſ. 458. n. 93. & ſeq.
lib. 4. Menoc. conſ. 201. n. 143. & infra lib. 3. & conſ. 1105. n.
24. lib. 12. Io. Franc. de Ponte conſ. 41. in prin. ad n. 8. Rim. iun.
conſ. 573. à n. 1. ad 12. lib. 5.*

25 Quod autem ſuperius diximus, quod videlicet poſt vẽ-
ditionem fundo acceſſit per alluuionem ad emptoris cõ-
modum pertinere, ſicut ſi pereat, periculum eum ſpectare
*l. id quod poſt emptionem in princ. ff. de peric. & commod. rei
vend. §. ſed & ſi poſt emptionem. Inſt. de emp. & vend. Dec.
conſ. 52. n. 56. & 63.*

Declaratur procedere, niſi fundus ſit venditus ad mẽ-
ſuram, & venditor ignorauerit iugerum quantitatẽ quia,
tunc ea per alluuionem accreuerunt etiam poſt emptio-
nem, lucro venditoris cedunt, *l. Iulianus, §. ſi Titius eum Gl.
ff. de act. empt de communi Boer. deciſ. 50. n. 9. Conar. Pract.
quæſt. c. 3 ſub n. 7. verſ. 11. & n. 9.*

26 Verum *Ari. Pinell. in l. 2. p. 3. c. 2. n. 10. C. de reſcin. vend.*
probat intellectum Fulgoſ. vt venditor teneatur præ
ſtare modum quem expreſſit diſtinguendo tamen, an
perfunctoriè, vel conſtanter id aſſeruerit, vt primo caſu
non teneatur præſtare, poſteriore autem caſu præſtari
debeat; quod intelligi poteſt ex ijs, quæ in præfationibus
contractus dicta ſunt, *leg. Titia. §. idem reſpondit, ff. de verb.
obligat.*

27 Notandum eſt etiam, quod quando fundus pro parte
chaſmate, vel alluuione perijt, ſi poſtea quota pars eius
fundi euincatur, venditor de euictione non tenetur, quia
quod perijt, damnum attulit emptori, non venditori, *d. l.
ex mille in princ. de euict.* Secus ſi fundus totus euinceretur
28 quoniam iure euictionis obligatio non diminuitur, *d. l.
§. ſi totus.*

29 Idem dicas, ſi aliquid accreuit fundo, & deinde incre-
mentum euictum eſt, quia non tenetur venditor, cum
alluuionis periculum non præſtet venditor, *dict. leg. quod
ſi mo-*

Digitized by Google

ſi modo , Caball. de euict. §. quinto ſub numer. 62.

30 Ex præmiſſis infero, quod qui prædium aliquod euincit quoq; alluuionis incrementum, *d.l.ex milite, §.quod ſi modo,* ibi, quia alluuionis periculum non præſtat venditor. de euict. quo in loco Papinianus præſuppon**it** alluuionem cum fundo euictam. Idque verum eſt non modo ſi pendente iudicio adiectum fuerit, ſed etim ſi ante litem contestatam euictionis, vt habetur ex illis verbis acceſſerit, ac poſtea pro indiuiſo pars quinta totius euicta ſit.

31 Secundò infero, quod empti actio quæ datur emptori contra venditorem auctorem ſuum fundo euicto, datur etiam & augetur, ſi inſimul alluuionis incrementum euictum ſit, quod poſt emptionem acceſſerat probatur in *leg filius, § fin.de act.empt.* vbi dicitur quod empti iudicium non ſolum continet pretium, ſed omne quod intereſt emptoris fundum non euinci, eſt ſimilis tex. in *l. euicta,* cod. tit. iuncta *Glo. ibi , & in l.ex mille. § ſi totus vbi Ang. & Alber.* qui explicando dictam legem in eo quod dicit, venditorem alluuionis euictæ periculum non præſtare, intelligi per duplæ ſtipulatione, non per empti actionem, & communem intellectum inquit *Alberic. Brun. in d.tract.de augm.quæſt.12.ampl.15.* Ratio eſt, quia duplæ ſtipulatio refertur ad pretium quod fuit venditionis tempore *l bonitatis , vbi Gl.de euict.* Nec ideo mirum, ſi quę poſtea præſtare contingerit, ſiue incrementa, ſiue diminutiones in dicta actione non veniunt, *l. ſi prægnans cod.tit.* Sed actio ex empto reſpicit tempus euictionis, & eatenus competit, quatenus emptoris intereſt. *d.l.euicta, vbi Doct.notant. de euict.*

ARGVMENTVM.

Euicto Caſtro, quid veniat in æſtimatione, & quantum reſtituendum ſit, diſſeritur.

SVMMARIVM.

1 *Caſtro euicto edificia non habentur in conſideratione.*
Sed habetur reſpectus ad redditum de proximo in proximum recipiendum eſt dicto Caſtro, n.14.
2 *Maritus notarius ſi relinquat vxori vſumfructum , vxor non debet habere fructum Prothocollorum, ſeu notularum Inſtrumentorum.*
3 *Diſtributiones quotidianę in valore prabendarum non computantur, cum ſint fructus caſuales, & incerti.*
4 *Epiſcopus ſi omnes ſui Epiſcopatus fructus in cenſum dederit, accenſatores capere non poſſunt illud quod eidem epiſcopo datum fuerit pro ſuo iucundo aduentu.*
5 *Exactio faciẽda de aliquo, quatenus facere poteſt, importat quod exigatur non quantum exigeretur ex venditione ędificiorum, quia non habetur reſpectus ad qualitatem ædifici ſed ſolum ad quantitatem fructuum.*
6 *Debitor qui bonis ceſſit, et habet beneficium, ne conueniatur niſi quantum facere poteſt, non tenetur venderetur Caſtrũ, nec dare illius æſtimationem, ſed tantum habenda eſt ratio æſtimationis & quantitatis fructuum.*
7 *Vxori ſi relicta ſunt alimenta , ea prȩſtanda ſunt ſecundum redditus, patrimonij , non autem ſecundum proprietatem Caſtri.*
8 *Alimenta non præſtantur quando in vno anno nihil percipitur.*
9 *Teſtator legãdo alimenta in dubio intelligitur voluiſſe quod præſtentur de redditibus.*
Intellige, vt n.20.
10 *Mobilia ſunt vendenda, vt ex eorum pretium emantur ſtabilia, & illorum fructibus prȩſtentur alimenta.*
11 *Immobilia hoſpitalis vendi non poſſunt pro alendis pauperibus.*
13 *Damnator non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.*
15 *Cedens bonis etiam ſi veniat ad pinguiorem fortunam, exigi non poteſt vltra quam facere poſſit, deducto ne egeat. Et quomodo id cognoſcatur.*
16 *Maritus qui tenetur ſolum in quantum facere poteſt , ſi habeat fundum magni valoris & modici redditus, non cogitur illum vendere.*
17 *Alimenta ſi relicta ſint ex certa pecunia , illa conſumi non debet, ſed poni debet ad honeſtum lucrum, vt ex eo percipi poſſint alimenta, & n.19.*
Et conuerti poteſt in emptionem prędiorum, n.18.
21 *Alimenta ſunt præſtanda de fructibus, non de proprietate, niſi debeantur titulo oneroſo.*
Item intellige, vt n.23.
22 *Maritus cogitur vendere, vt dotes reſtituat.*

Quæſt. CXCVI.

1 CAſtro euicto, quid veniat in æſtimatione, & quan-
tum reſtituendum ſit emptori, ſæpè quæri ſolet.
Nam ſi inſpiciamus ædificia, ea non videntur habenda
in conſideratione; ex *tex. in l.diuortio.§ ſi vir in fundo vxo-
ris, ff.ſolut.matr.* Vbi lapidicina lapidum non eſt in fructu,
niſi lapides (*vt* ſunt in Gallia, & in *Aſia*) ibi renaſcantur,
2 per quem tex. dicit ibi Bart. quod ſi maritus notarius re-
linquat vxori vſumfructum, quod vxor habere non debet
fructum prothocollorum ſeu notularum inſtrumẽtorum,
cum ſemel extracta amplius non renaſcantur.
3 Quod etiam comprobatur ex notatis per *Oldrad. conſ.
518.incip.* ex virtute Gratiæ. *Felyn. in cap.ad aures in 12. &
13 concl.de reſcript. & per Rot.dec.407.incip.* non ſufficit in
antiqu. cum dixerunt, quod in valore prębendarum diſtri
butiones quotidianæ non computantur, cum ſint fructus
caſuales, & incerti.
4 His accedunt quæ aſſeruit idem *Oldrad conſ.129.* Nem-
pè quod ſi epiſcopus omnes ſui Epiſcopatus fructus in
cenſum dederit, quod firmarij accenſatores non poſſunt
capere illud quod eidem Epiſcopo datum fuerit pro ſuo
iucundo aduentu. Pro quo adducitur etiam *tex.ſing.in leg.
5 qui bonis , ff.de ceſſ.bon.* vbi in exigendo aliquo quatenus
facere poteſt, exigendum non eſt quantum redigeretur
ex venditione ædificiorum, quia non habetur reſpectus
ad qualitatem ædificij, ſed ad quantitatem fructuum ſo-
lum. Debitor enim qui bonis ceſſit, & habet beneficium,
6 ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, *d.l.qui bo-
nis, & l.is qui bonis eod.titul.* non tenetur vendere Caſtrum
nec dare illius æſtimationem, ſed ſolum æſtimationis &
quantitatis fructuum, ac redditium ratio habenda eſt, per
quem tex. inquit vbi *Ang. & in l.Imperator, ff.ad Trebell.*
ſe conſuluiſſe cum *Baldo* fratre ſuo apud Ariminum, quod
7 ſi vxori relicta ſunt alimenta, & in hæreditate extarent
prædia magni valoris, & modici redditus, qui non ſuffi-
ciunt ad alimenta, veluti Palatia, & Caſtra, non poterit
hæres ponere manum ad illa, vt ex pretio præſtet alimen-
ta, per text. in l.qui bonis, eamdem deciſionem tenet
Ang. in l.1.C.de lega. repetens ſe cum Bal. ſecundum eam
conſuluiſſe, hoc etiam tenuerunt *Angel. Salyc. & Imol. in
8 locis citatis per Alex. in d.l. Imperator, n.5.ff.ad Treb. Alex.
conſ.73.num 5.lib.5. & Caſtr. in d.l Imperator, num.8.* in quit
illam leg. qui bonis, eſſe ad hoc mirabilem, & addit, quod
ſi in vno anno ex fructibus nihil perciperetur, nihil præ-
ſtandum eſſet pro alimentis, *Cuman. conſil. 30. numero
quarto,* & hanc ſententiam procedere ex iuris communis
diſpoſitione latè ſcripſit *Barbat.conſ.63. col.3.verſ.* & ſi
9 quiſpiã dixerit lib.2. vbi poſt *Bal. in l. voluntatis, C.de fideic.*

gir, teſtatorem legando alimenta in dubio intelligere
quod præſtentur de redditibus patrimonij per dicta per
Iac. de Are, in d. l. Imperator, additque poſt Salyc, in l. ſi quis
ad declinandam, C. de Epiſc. & Cler. quod ſi in hæreditate
10 ſint multa mobilia, ea vendi debent, & ex eo pretio com-
parari ſtabilia, ex quorum fructibus ſoluantur alimenta;
11 & quod immobilia bona hoſpitalium vendi non poſſunt
12 pro alendis pauperibus, quod tamen falſum eſt, cum
tempore neceſſitatis & famis, vaſa aurea, & argentea etiam
ad vſum Eccleſiæ parata vendantur, ad *tex. in l. ſancimus,*
C. de Sacraſ. Eccl. vbi Gl. pen. Bart. & Bal. c. verum in princ.
12. q. 2. Cornel. Beniataſ. in tract. de Pauper. quaſt. 7. in prin-
cip. in 4. ſpecial. num. 19.
13 Idem quod ſupra per *tex. in d. l. qui in bonis dixit Ang.*
in l. Neſennius, §. fin. ff. de re iud. vbi loquitur in donatore,
qui non tenetur, niſi in quantum facere poteſt deducto
ne egeat, *l. Diuus, ff. de reg. iur. vbi Deci. & Cagn.* inferunt ad
multas deciſiones, in terminis quæſtionis noſtræ ita deci-
14 dit *Nicol. Boer. deciſ. 19. num. 4. & ſequent. qui ſub num. 9.*
addit, quod actor in caſu ſuo petierat ſimile Caſtrum eiu-
ſdem bonitatis euicto, & tamen non fuit ſibi niſi in mo-
dum prædictum adiudicatum, licet nullum ſimile ſit idem
l. quod Nerua. & ibi Alex. in addit. ad Bart. ff. de depoſi. &
in l. aun poteſt, ff. de leg. & ſic in reddittu ſibi de proximo in
proximum recipiendo habendo reſpectum ad Caſtrum.
15 Ex quibus infero, quod vbi quis ceſſit bonis etiam ſi
veniat ad pinguiorem fortunam exigi non poteſt vltra
quam facere poſſit deducto nec egeat, & cognoſcendum
quid facere poſſit, & an agere qui poſſit, vel non, non at-
tenditur rerum proprietas, ſed fructus & prouentus, *d. l.*
qui bonis, vbi Bar. hoc notat, & Bal. in l. ſi maritus, ff. ſol. mat.
16 *vbi Imol.* ait, quod maritus, qui tenetur ſolum in quan-
tum facere poteſt, ſi habeat fundum magni valoris, & mo-
dici redditus, non cogitur illum vendere, ita quoque ſentire
videtur *Dec. in l. Diuus de reg. iur. Aret.* in §. item ſi quis in
fin. inſtit. de act. & ante hos idem voluit *Bart. in d. l. qui bo-*
nis, & Boer. d. deciſ. 19. anm. 7.
17 Infero item, quod ſi alimenta relicta ſint ex certa pecu-
nia, illa conſumi non debet in alimentis, ſed poni debet
penes mercatorem ad honeſtum lucrum, ex quo lucro le-
gatarius ſumit alimenta, ſic *Bar. in l. Diui Seuerus in fin. ff.*
ad l. fal. per tex. in c. per veſtras de donat. inter vir. & vx. ſe-
quantur Ang. Paul. de Caſtr. & Alexan. in d. l. Diui Seuerus
Bal. Salyc. & Rom. Barba. & alij, quos refert *Lup. in d. c. per*
veſtras in 3. not. verſ. ſeptimo infertur nu. 1. Vbi dicit quod
hodie pecunia deponi debet penes mercatorem ad ho-
neſtum lucrum omnibus illis caſibus, quibus alias tene-
18 batur quis ponere ad vſuram, additque, quod poteſt e-
tiam conuerti in emptionem prediorum, *Alciat. conſ. 343*
nu. 4. qui dicit patrem non teneri filium alere de capitali.
Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 4. dubit. 11. nu. 72. vbi ait
19 quod hoc caſu alimenta ſunt præſtanda de lucris traffici,
ſeu negotiationis, non de capitali, ſequitur *Cordub. in l. ſi*
quis a liberis, §. ſed ſi filius n. 11. ff. de liber. agnoſcen.
20 Declarantur præmiſſa, quod videlicet alimenta ex red-
ditibus ita ſoluenda ſunt, vt omnes redditus in eam cau-
ſam non erogentur, ſed ita præſtanda ſunt, vt ex eis ali-
quid ſuperſit, ad *text. in l. ius alimentorum in princ. ff. vbi*
pupill. educ. debeant, vbi hoc notat *Ang. Pariſ. conſ. 89. nu.*
28 lib. 2. Cordub. in d. §. ſed ſi filius num. 7.
21 Prout, & id quod diximus alimenta præſtanda eſſe de
fructibus, non autem alienandam proprietatem non pro-
cedere, quando alimenta debentur titulo oneroſo, quia
tunc proprietas vendi poteſt, ſic *Alex in l. marito in fin. ff.*
22 *ſolut. matrim.* vbi quod maritus tenetur præſtare alimen-
ta vxori titulo oneroſo reſpectu dotis, qui quamuis exigi
non poſſit vltra quam facere poteſt, nihilominus cogitur
vendere, vt dotes reſtituat, vel ſibi alimenta percipiat. *A-*
lexan. in leg. ſi maritus ſub numer. 4. verſ. ſed ad iſta, ff. ſolut.
matrim. Dec. in d. leg. Diuus in fin. ff. de reg. iur. citat.
23 Tertio declaratur non habere locum, quando agitur
de alienanda proprietate, non vt ex pretio ſoluantur ali-
menta, ſed vt pretium conuertatur in emptionem prædio-
rum, & ex fructibus illorum quis alatur; quo caſu vendi
debet proprietas, cum hoc modo ſatisfiat vtrique parti,
ita *Ia. de Imol. in l. ſi maritus ver. addo quid iuris, ff. ſolut.*
matrim.
Alias declarationes & reſtrictiones videas per te ipſum
apud *Surd. in tract. de alim. tit. 3. q. 9.*

ARGVMENTVM.

Emptor an emptione perfecta vt paret ſibi actionem de euictione venditore inuito, impetrare poſſit fieri cridas, & bannimenta.

SVMMARIVM.

1 *Emptor qui ſcit aliquas certas perſonas diffamare ius ſibi ex tali venditione prouenient competere, aſſerentes eam iniuſtè emiſſe, a iudice impetrare poteſt, vt diffamantibus ſtatuat terminum, infra quem cogantur de iure ſuo docuiſſe, & num. 3.*
Ampliatur multo magis procedere, quando ſtatutum per ſecuritate emptorum id concedit, n. 8.
Fallit, quando emptor audiuit, ſuturis ſentit diffamationem, quo caſu non poteſt a iudice, quod dictum eſt, impetrare, num. 5.
Sublimitatur, ſi adhibeatur cautela, de qua hic, nu. 7.
Et citatio eorum, qui ſe ius habere prætendunt, quando ſunt incerti, fit per edicta, & bannimenta, n. 9.
Secus ſi certi ſunt, quia nominatim fieri debet, n. 10.
2 *Remedium l. diffamari, C. de ingen. locum habet in diffamatione ciuili.*
Et domino rei datur actio de dolo, & ad intereſſe contra diffamantem, aut actio in factum, n. 4.
6 *Termini præfixio ad agendum, ſeu docendum de iure ſuo non niſi ex iuſta cauſa aſſignari debet.*

Quæſt. CXCVII.

Emptor an emptione perfecta, vt paret ſibi actionem de euictione venditore inuito a iudice impetrare poſſit, vt fiant cridæ, & bannimenta, quæſtio eſt non modicæ vtilitatis.

In qua pro illius reſolutione conſtituo tres caſus.

1 Primus caſus eſt, quando emptor ſcit aliquas certas
perſonas diffamare ius ſibi ex tali venditione prouenien
competere, aſſerentes eum iniuſtè emiſſe, & a perſona,
qui tale ius non habebat; & hoc caſu indubitanter em-
ptor a iudice impetrare poterit, vt ſpecialiter terminum
ſtatuat ius ſuum diffamantibus, infra quem cogantur de
iure ſuo docuiſſe, & eo elapſo non audiantur, *l. diffamari,*
vbi Bald. dicit ita per totam Italiam ſeruari, *C. de ingen. &*
2 *manumiſſ. Innocen. in cap. conquerente ſuper ſecundam Gloſ.*
de offic. ordin. dicens dictam l. diffamari, locum habere in
diffamatione ciuili, quem ibidem ſequuntur *Abb. Barbat.*
& Felyn. l. ſi eo tempore, & ibi Bald. & Doct. C. de alienat.
pignor. & Authent. ſi omnes, vbi etiam Cyn. Bart. Bald. &
Salycet. C. ſi min. ab hered. abſtinen. & in l. ſed & ſi pupillus
§. præſcribere, ff. de inſt. act. Innocen. in c. cum in tua, quem
ibi ſequitur *Abb. col. 1. verſ. ſi.* dicit etiam *Innocent. qui mat.*
accuſ. poſ. vbi etiã *Card. Alex col. 2. in prin. & col. 5. ver. Ta-*
nor-

Digitized by Google

ſormitan.Petr. de Anchæran.in cap.licet in Beato Petro co-
lum.3. verſic. habet hic incidenter de accuſation. quem ibi
ſequitur *Ioann.de Anan.in fine , & Pariſ.de Put.de ſyn-*
dic.in verb. Index cap.an index columna ſecunda verſiculo
Index, cum cauſæ cognitione *Iaſon in lege ſecunda nume-*
ro 27.ff.de ſentent. & re iudicat. Contard.de momen.poſſeſ-
ſion.in prima ampliat.verſ.2.iuſta cauſa , & in quarta am-
plia.in terminis Rom.conſil.53.ſub num.primo , vbi addit
3 ex *Spec.in titul.de empt.& vendit.§. nunc dicendum reſtat*
verſiculo vltimo nota cum duobus ſeqq. contra eum qui al-
teri nuntiat ne talem rem emat à Titio, vel ne talem rem
vendat, quoniam ius non habet, & dat ſupradictum reme-
4 dium, dicens vlterius, domino rei, qui ab alio in iure ſuo
diffamatur, actionem de dolo, & ad intereſſe competere
contra diffamantem, aut actionem in factum, non habito
reſpectu ad diffamantem de dolo, quodq; dictum *Specul.*
vbi ſupra eſt deciſio quæſtionis, quam *Bald.reliquit indeci-*
ſam in l.de pupillo,§.ſi is cui,ff.de non.oper.nunciat. & quam
uis ſe remittat ad dicenda in paragrapho ſi quis ipſi Præ-
tori.in eadem lege imputat eum erraſſe , quia voluit ſe
remittere ad dicenda per eum in lege non ſolum, paragra
pho morte, in examinatione proteſtationis prohibitoriæ
eodem tit.
5 Secundus eſt caſus , quando emptor nullam ſui iuris
ſentit fieri diffamationem, & tunc non poteſt a iudice ,
quod ſupradictum eſt, impetrare, quia ſecundum hoc inui
tus cogeret agere, & ius eorum in iudicio deducere, quod
fieri non permittitur , *lege 1.C. vt nemo inuitus l.fin.C.de*
6 *vſur.* Nam termini præfixio ad agendum , ſeu dicendum
de iure ſuo , non niſi ex iuſta cauſa aſſignari poteſt, ad
ſcripta per *Dec. in c.quoniam Abbas poſt princ. de offic.de-*
leg.in l.vni ſub num.47.verſ.vnde omiſſis verbis, C.de adict.
Diu.Adr.toll. Vnde nimirum ſi nulla diffamatione præce-
denti huiuſmodi termini aſſignatio non valeat.
7 Fallit ſi adhibeatur cautela, quam tradit *Capoll. cautel.*
329.ſi poſſideo, cum dixit, quod vbi quis de aliquo timet
ſibi quæſtionem dominij poſt mortem ſuam , vel teſtium
moueri, non tamen eum de hoc quiſquam diffamat , nec
iactatur quod is per interpoſitam perſonam faciat ſe dif-
famari, & tunc cum diffamatur , iudicium fundari poteſt,
& illius occaſione poteſt citari facere cæteros , de quibus
ſuſpicatur, prætendentes ius in dictis bonis, adducit *Bald.*
hanc cautelam ponentem in auth.ſi quis ab aliquo col.2.ver.
ſed hic dubitatur de tali quæſtione.C.de teſti.& ibid. Salyc.in
2.q.& Bal.in c.debitores,extra de iureiur. vbi dicit hoc eſſe
valde notandum pro *d.l.diffamari*, quos refert ac ſequitur
Boer.dec.255.n.5.
8 Tertius eſt caſus quando extat ſtatutum id conce-
cedens pro ſecuritate emptorum , vt in partibus Lom-
bardiæ, & tunc dicimus , quod emptor ipſe nulla quo
que præcedente diffamatione poteſt cridas , & banni-
menta impetrare, quod ſi quis ſit volens dicere , quod
talis venditio vel emptio iure facta non fuerit , intra
certum terminum compareat , in poſterum non audi-
endus. Nec ideo cum hoc in caſu adſit ſtatutum, de illo
erit vlterius dubitandum, *leg.ille aut ille,§.cum in verbis,ff.*
de leg.3.l.Ancillæ,C.de furt.cum ſimil. Roman.d.conſ.53.ſub
n.2.verſ.ſed.attenta ipſius ſtatuti, qui addit duplicem ratione
ſtatuentes potuiſſe moueri. Primò, vt litium ſit finis. Secũ-
do ne rerum dominia incerta eſſent, nec ideo emptoribus
per venditores, aut alios auferri poſſint.
9 Dicit præterea notandum ibid. Rom.n.3 quod citatio
eorum, qui ſe ius habere prætendunt , tunc per cridas &
10 bannimenta fieri poteſt, quando incertæ ſunt, ſecus verò
ſi certæ ſunt, quoniam illæ ſpecialiter & nominatim ſunt
citandæ, nec ſufficit generalis citatio per bannimenta, aut
vocem præconis, ex *tex.in l.1.§.pen.ff.de ventr.inſpic.iunct.*
c.fin. de elect.lib.6. vbi etiam adducit Innoc. & Bal. idem
reſpondit *Rom.conſ.410.ſub num.1. Alex.conſ.106.viſis nu.*
14.lib.5.Felyn.in cap.2.n.9.de conſt.& in c.2. in ver.exhibi-
ta.de iud.Bellamer.deciſ.678. in tali proceſſu , *verſ.tertio*
principaliter,& in dec.ſeq.latè Marſil.in rubr.C.de prob.nu.
370.in l.de vnoquoque,nu.28.ff.de re iud.& in ſing.259.ge-
neralis oratio. Contard.in rep.l.diffamari Gl.1.nu.14. C.de in-
genu. & manumiſſ.

ARGVMENTVM.

Emptor patiens iniuſtè moleſtari an habeat regreſſum de euictione.

Euictionis promiſſio quid importat , & quid promiſſio indemnitatis.

Promiſſio euictionis quando fuit limitata pro certa quantitate, ſi euictio contingat, qualiter procedat.

SVMMARIVM.

1 *Emptor patiens iniuſtè moleſtari non habet regreſſum de euictione.*
2 *Euictio non debetur, cum aliquid emptio imputari poteſt.*
Nec quando prouenit ex ſententia iniuſta, n.3.
Fallit, vt n 4.
Promittens generaliter de euictione quomodocunq; res euincatur, promiſiſſe cenſetur quamcunq; euictionem, etiã quæ aliàs ex natura actus non comprehenderetur, & etiam ex cauſa non conſiderata a iure, & etiam ſi res euincatur per compromiſſum, ſeu tranſactionem, n.5.
6 *Venditor cui lis fuit denunciata ſi compareat, & declaret ſe velle aſſiſtere liti, ac defendere, admitti debet.*
Hocq; procedit etiam quando is promiſit indemnitatem, nu.7.
Ampliatur procedere etiam inuito actore , & cæteris omnibus, num.8.
9 *Nominatus ad iudicium ſi compareat, omnia debent cum eo agitari ,*
Alioquin aliter actum, nullum eſt, eiq; non præiudicat, nu.10.
11 *Venditor ſi ſciuit litem agi contra emptorem , & adhuc ſit intra decendium, appellare poteſt ſaltem eo caſu , quando ipſemet victus emptor appellandi ius haberet, ſecus ſi non haberet, vt ſi ſtatuto appellatio eſſet interdicta.*
12 *Emptor, qui ſcit de re empta litem agi cum venditore , ſibi non præiudicat ,*
13 *Venditor, ſi in contractu venditionis ſit appoſitum iuramentum ratione ipſius iuramenti, tenetur venire ad defendendum abſq; interpellatione . Sed vide ibid.*
Prout nec etiam tenetur emptor, ſi ignorauerit litem eſſe motam venditori , & ſententia contra illum lata non nocet , num.14.
15 *Euictionis ac defenſionis promiſſio etiam quod non appareat de rei traditione, præſupponere videtur in conſequentiam promiſſionem de re tradenda.*
16 *Euictionis promiſſio demonſtrat quæ in venditione comprehenduntur.*
17 *Promittens indemnitatem & releuationem tenetur in ſubſidium.*
18 *Promittens emptori de euictione, tenetur qualitercunque euictio ſequatur.*
Et ſic promittens tenetur etim de caſu fortuito , n.19.
20 *Indemnitatem promittens videtur etiam promittere damnum caſu contingens.*
21 *Euictionis obligatio debetur etiam poſt decem annos , ſi res fuerit euicta.*
22 *Euictionis promiſſio ſi fuit limitata pro certa quantitate, licet res vendita ſit pro pluri refertur ad omnes , & ſin-*

gulas,prout caſus euictionis euenit,ita quod qualiacunque ex bonis venditis euincatur,venditor tenetur ad eorum euictionem, quam promiſit conuentam .

23 *Corpora in pecunia non excogitantur,ſed quantitas.*

24 *Fundus quanda fuit venditus pro mille, & euincitur pro aliqua parte,& pro alia venditor ſoluit emptori quadringenta,ſi poſtea euincatur totus fundus , debet haberi reſpectus ad illa quadringenta ſoluta,& ideo tenetur venditor primo reſtituere ſexcenta reſtantia,& pro intereſſe ſimplum pretij,ideſt mille vltra ſexcenta .*

Computatis tamen in illa dupla expenſis,fructibus, & ſimilibus,n.25.

Secus vera , ſi mandato venditoris emptor ſubſtinuit litem , quia tenetur ad omnes fructus , n.26.

Quæſt. CXCVIII.

SIcuti diligens laudari, & premijs donari ſolet, ſic e cōtra damnatur & pœnis afficitur negligens. Vnde reſpondit *Scęuola I.C.in l.Pupillus,in fin.ff.de his,quę in fraud, credi.*iura ſubuenire vigilantibus, non autem dormientib, & ſi quis negligens meretur pænas , ij certe dignus eſt emptor, nempè qui patitur ſe iniuſtè moleſtari, nec ideo
1 de euictione regreſſum habere,ſtatuit,*l.Herennius in fin.ff, de euict.*Non enim euictio debetur,cum aliquid victo im-
2 putari poteſt.*Tiraq.de retract.lignag.in fin.tit.ſub num.48, verſ.præterea qui retrahit poteſt Dec.conſ 74.* Prout nec e-
3 tiam ſi euictio proueniat ex ſententia iniuſta , *l.ſi per imprudentiam* , ff.de euict. Et dixi latè in ſuperioribus quæ-
4 ſtionibus : niſi tamen quis de euictione promiſerit in forma ampliſſima, quo in caſu periculum deuoluitur in pro, mittentem, *d.l Herennius.& l.queritur, §.ſi venditor, ff.de ædil. edict. tradit Tract. Papien. in for. libell. venditionis in Gloſ.Promittens de euict.col.a.& 3.*

5 Confirmatur, quia vt alias dixi in hoc tractatu, qui generaliter de euictione promiſit quomodocunq;res euincatur,promiſiſſe cenſetur quamcunq;euictionem,etiam quæ alia ex natura actus non comprehenderetur, etiam ex cauſa non conſiderata à iure , & etiam ſi res euincatur per compromiſſum,& tranſactionem. *Gozad.conſ.63.n.9. Tiraq.*vbi proximè ſupra ad fin. *tit.n.97. Alba conſil.993,*
6 *num.primo & ſeq. libr.3,* Ita quod ſi emptor tali promittenti denunciet litem, & is compareat, & declaret ſe velle aſſiſtere liti, ac defendere prout de iure poteſt poteſt,admitti debet,l empti,*& l.cum ſucceſſoret, C.de euict. Alex. conſ.138. ſub numer.ſecundo lib.*7.qui de magis communi teſtatur .

7 Idemq;ſi promiſerit indemnitatem, poteſt , ac tenetur iudicium ſuſcipere. *Bar.in l.Pater in prin.ff.de dot.pręleg,* quo etiam in caſu dicitur totum periculum ad vendito-
8 rem ſpectare,ac poteſtatis inuitis actore,& cæteris omnibus comparere,& iudicium ſuſcipere. *Bartol.in l.ſi per luſo-*
9 *rio,§.1.ff.de appella.* ſicuti etiam dicimus de eo,qui nominatus fuit ad iudicium , nam eo comparente omnia cum eo debent agitari . *Bart.in l.2.circa finem princip. verſic.*
10 *quæra qualiter, C.vbi in rem act.* Alioquin quidquid aliter actum fuerit,eſt nullum, & ei non præiudicat, ad regulam l.de vnoquoq;& latius habetur per *Dec.conſil.62.*In cauſa quæ agitur col.pen.& finali , in ſpecie ſic vt ſupra reſpondit *Alba conſ.216.per tot.lib.3.*

11 Quinimo venditor, ſi ſciuerit litem agi contra emptorem,& adhuc ſit iutta decendiū prolatæ ſententiæ appellare quoq;poteſt,ſaltē eo caſu,quando ipſemet victus emptor,ſi voluiſſet appellandi ius haberet:ſecus vbi non haberet,vt ſi ſtatuto appellatio eſſet interdicta,ita declarando *Vrſil.& Caphal.reſpondit Hond.conſil 25.nu.25. 26.& 27.lib.1.quem ſequitur Bertrand.Grencſ.Tract.concl.Imperial.lib.1. concl.122.n.13.*

12 Licet emptor regulariter qui ſcit de re empta litem agi cum venditore ſibi non præiudicet . *Pedroch. conſ.29,*
13 *n.33.qui alias allegat.*quod procederet ſecundum aliquos, vbi fuit appoſitum iuramentum in contractu, & venditor ſcit rem eſſe motam,quo caſu tenetur ratione ipſius iuramenti venire ad defendendum abſq;interpellatione . *Gozad.conſ.57.n.12.* At vide quæ dixi ſupra in *quæſt.3. n.31, & infra .*

14 Prout nec etiam emptori ignoranti litem eſſe motam venditori ſententia contra ipſum venditorem lata nocet ex pluribus tradit *Roland. à Vall.conſil.92. num.14. libr, 4.quem ſequitur Pedroch. d.conſil.29. num.16.* poſt adductos per eum .

15 Conſtito autem de promiſſione euictionis ac defenſionis,etiam quod non appareat de rei traditione,illius exiſtentia,ſcilicet promiſſionis ipſius euictionis,videtur in conſequentiam præſupponere promiſſionem de re tradenda , tanquam ſecunda obligatio ſoleat præſopponere obligationem primam, adeò quod ſi venditor ſe obligat ad ſecundam,videtur etiam ſe ad primam obligare,vt per *Dec.conſ.281.col.3.in fin.quem refert,ac ſequitur Alba conſil.325. num. 5.*

16 Euictionis enim promiſſio demonſtrat quæ in venditione comprehendantur, *Burſat.conſ.194.n.12.lib.2.*

17 Sed hic quæritur ad quid teneatur, qui promiſit indemnitatem,& releuationem,prout & qui obligatus eſt ad alterum eorum,vel vtrunque .

Et quidem *Roman.conſ.241.Alexand.conſil.199. lib.ſeptimo.Dec.conſ.415. & Ruyn.conſil 187.lib.1.* concludunt
18 teneri in ſubſidium;& ita promittens emptori de euictione tenetur qualitercunque euictio ſequatur . teſte *Socino*
19 *conſil.70.libro tertio* Et ſic promittens tenetur etiam de caſu fortuito,ad notata per *Salycet.in leg.2. Cod.commoda.leg. ſtipulatio iſta. §.quæſitum , ff.de verborum obligatio.*Vndè qui promittit indemnitatem , videtur etiam
20 promittere damnum ex caſu contingens , *l.1. vbi Salyc. Cod.commoda. Videndi ſunt Alber.in l.cum pupillus , ff.rem pupill. Salu.ſore Bar.in l.quæro,ff.loc. Pariſ.conſ.120.n.125. lib.2.& conſ.209.n.38.lib.1.& conſ.104.lib.3.*

Præterea quæro, an euictionis obligatio debeatur poſt decem annos .

21 Huic dubitationi reſpondetur,quod ſic,ſi res fuerit euicta,*l.qui rem,et l.qui poſt,C.de euict.Gl.in l empti actio.C.de euict.Abb.conſ.22.quidam Ioannes colum,2.lib.2. Balb.de præſumpt.parte 5.quęſt.3. in ſpecie tradit Rebuff. ad conſtitut.Reg.titul.de reſciſs.contract. articul.vnic. Gloſſa 19.numero 24.*

22 Et quid ſi euictionis promiſſio fuit limitata pro certa quantitate, licet res vendita ſit pro pluri.

Et dicitur,quod hæc ſumma pecuniaria cenſetur reſpicere vniuerſa bona, & non magis rem vnam,quam aliam, ita quod referatur ad omnes res , & ad ſingulas prout caſus euictionis eueniet,quia hæc eſt propria natura promiſſionis in quantitate, vt reſpiciat vniuerſas & ſingulas res ,
23 ad quas refertur,vel comparatur,ad *text.in leg.cum pater. in princip.ff.de legat.2.& in l.deducta,§.Nummis,ff,ad Trebellian.*Nam vt allibi ait textum in pecunia non corpora excogitantur. ſed quantitas,nempè *l. ſi is,cui in princip.ff. de ſolut.*& pecunia nil aliud eſt,quam æſtimatio aliarum rerum,*l.1.ff.de contrah.empt.Alex.conſ.124.in cauſa,& lite , n.7.lib.2.* & per hæc & alia in terminis ita reſpondit *Alba conſ.573.n.4.& 5. lib.3.*

Et ſic ſenſus erit in caſu propoſito , quod qualiacumq; ex bonis venditis euincantur , venditor teneatur ad eorū euictionem quatenus promiſerit ſommam vt ſupra conuentam dictæ quantitatis certæ.

24 Simile eſt quando fundus, qui fuit venditus pro pretio mille ſcutorum euincitur pro aliqua parte , & pro alia parte venditor ſoluit emptori quadringenta, ſi poſtea

euincatur

euincatur totus fundus debet haberi reſpectus ad illa quadringenta ſoluta; & ideo tenetur venditor primò reſtituere ſexcenta reſtantia, & pro intereſſe ſimplum pretij, id eſt mille vltra ſexcenta, *leg. ex empto, §. idem Neratius, & l. cum emptor, §. Caſſius. ff. de act. empt. leg. cum fundus, ff. de*
35 *euict.* computatis in illa dupla expenſis, fructibus, & ſimilibus, *d. l. cum fundus, ff. de euict. & d. l. ex empto, §. Idem Neratius,* ſecus verò ſi mandato venditoris emptor ſuſtinuit litem, quia tenetur ad omnes fructus, *l. 3. §. idem reſcribit, ff. de pecul. vt & dixi ſuperius quæſt...*

ARGVMENTVM.

Euictio an debeatur emptori, qui cauſam iuramento euincentis decidi paſſus eſt.

Emptor quando poſſit agnoſcere bonam fidem euincentis, & nihilominus agere de euictione.

Iurans ſoluere infra certum terminum, ſi differat ſoluere, an prohibeatur agere de euictione.

Diſpoſitio l. ſi quis maior, qualiter, & quando procedat.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non debetur emptori, quia cauſam iuramento euincentis decidi paſſus eſt.*

Fallit quando locus eſſet compromiſſo neceſſario ex forma ſtatuti, & per arbitros admitteretur dictum iuramentum, num. 6.

Cum id ſpectet ad iudicem, n. 7.

Extende procedere etiam in arbitris voluntarijs, n. 8.

Sed author contra, n. 10.

2 *Alienare prohibitus non poteſt iuramentum deferre neque etiam tranſigere, num. 3.*

4 *Emphyteuta iuramentum deferre non poteſt ſine conſenſu domini.*

5 *Emptor recuſare poteſt iuramentum ſibi delatum, ne perdat actionem de euictione contra ſuum auctorem.*

9 *Arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum.*

11 *Emptor, licet vocare fecerit illius authorem in cauſa, ſi ſcit veritatem, debet agnoſcere bonam fidem nec ob id perdit regreſſum de euictione, ſed in hoc grauatur, quia quando agit contra venditorem, debet probare de iure & dominio euincentis.*

12 *Emptor bonæ fidei ſciens ex poſt facto rem alienam ſi nolit iurare de calumnia, poteſt agere de euictione, ſi ipſe pepercit ſuo pudori.*

Et vbi publicum, & notorium eſt, quod res ſit eius, qui petit, tunc iurare non cogitur, & agit de euictione n. 13.

Quamuis iurare poſſit quod gratia iuris ſui conſeruandi, non autem calumniandi venit ad iudicium, n. 14.

15 *Promittens iurando quid ſoluere infra certum tempus, ſi ſoluere diſtulerit, de euictione contra venditorem, tamquam periurium agere non poteſt, & n. ſeq.*

16 *Iurans obſeruare contenta in contractu & non contrauenire, ſi conuenIatur, & non ſoluit in termino, efficitur infamis infamia ciuili ipſo iure, et nō admittitur purgatio moræ.*

Et pœnam patitur, quia cogitur ad obſeruandum contractum parti, & nihilominus ſi res euincatur, venditor liberatur à periculo euictionis n. 17. & 18.

Primò limitatur, vt diſpoſitio l. ſi quis maior, non procedat dolo ceſſante, n. 19.

Qui probari debet, n. 20.

Secundò limitatur non habere locum in foro, in quo de bono, et æquo iudicari ſolet, ſicuti in foro mercatorum, n. 23.

Neque in foro eccleſiaſtico, n. 24.

Tertiò limitatur, vt ſibi non tribuat in hæredibus promittentis, qui licet non obſeruauerint promiſſa ſui anteceſſoris, nō tamen incidiſſe dicuntur in periurium, & per conſequens nec in penam, n. 26.

Quartò limitatur, vt ita demum diſpoſitio dict. l. ſi quis maior locum habebat, ſi creditores id declarent, n. 28.

Ratio affertur, n. ſeq.

Quintò limitatur, vt non procedat, vbi lapſo termino creditores recipiunt ſolutionem nulla facta proteſtatione de periurio incurſo, n. 32.

21 *Cauſa quælibet leuis excuſat a dolo, & a periurio.*

Et ſufficit allegare ignorantiam, & incredulitatem, numero 22.

25 *Moræ purgatio admittitur in foro Eccleſiæ ad euitandam pœnam.*

30 *Legitima debetur filio vna cum fructibus a die mortis patris dummodo petatur.*

33 *Emphyteuta, qui cecidit ab emphyteuſi ob non ſolutum canonem, non incurrit pœnam, ſi dominus recipit canonem abſque proteſtatione.*

Idem procedit in feudo, n. 34.

35 *Diſpoſitio l. ſi quis maior, eſt valdè rigoroſa, & aliquando non fuit obſeruatam.*

Quæſt. CXCIX.

1 NOn eſt à præcedenti multum diſſimilis hæc diſputatio, an videlicet euictio debeatur emptori, qui
cauſam iuramento euincentis decidi paſſus eſt, & reſoluitur negatiuè, ex *Bart. in l. manifeſtè, nu. 6. de iureiur. Corſet. ſing. 115. in ſcis nu. 1. Iaſ. in §. item ſi quis nu. 83. inſtit. de act. Anc. de Burg. in c fin ſub n. 14. verſ. adde & ſecũdo, de empt. & vend.* Non enim emptor in cauſa ſibi mota, in qua regreſſum habet aduerſus venditorem, illam agere poteſt
non ſeruatis ſeruandis, vt conſtat ex ſuperius dictis, &
latè comprobat *Accbil. Pedroch. conſ. 14. num. 20* & infra.
2 Vnde & prohibitus alienare, vt de re aliqua liberè diſponere non valet ſuper ea iuramentum deferre. *Iaſ. in leg. 2.*
3 *ſub num. 123. C. de iure emph.* neq; etiam tranſigere, cum
iuramentum & tranſactio æquiparentur, *l. 2. C. de iure iur.*
4 Ideò nec emphyteota illud validè defert ſine conſenſu
domini, vt de veriori aduerſus *Roman. teſtatur Iaſ. in d. l. 2.*
5 *d. num. 123. Franc. Marc. dec. 586. in fine part. prima.* Quia & emptor poteſt recuſare hoc iuramentum ſibi delatum ne perdat actionem de euictione, contra principalem authorem ſuum, ad not. *per Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante ſub n. 84. verſ. quæ autem ſunt iuſtæ cauſæ, inſtit. de act. poſt Aret. ibid. d. n. 10 quod & ante voluit Bar. in d. l. Manifeſtè, n. 6. & ibi Alex. ſub n. 4.*
6 Fallit ſupradicta concluſio, quando locus eſſet compromiſſo neceſſario ex forma ſtatuti, & per arbitros admitteretur dictum iuramentum, cum ſit remedium expediē-
7 darum litium, *l. 1. ff. de iureiur.* Idq; ſpectet ad iudicem, & ſucceſſiuè ad arbitrum ſtatutarium, qui habet iuriſdictionem. *Blanch. de compromiſſ. q. 8. & 19.* qui hoc extendit
8 etiam ad arbitros voluntarios: cum delatio iuramenti non ſit iuriſdictionalis, ſed tantum reſpiciat veritatem facti. Ideo quemadmodum præſtatur teſti, ita quoque dabitur parti, vt veritas habeatur, cum illud ſit aſſumere
9 probationem facti, *l. 2. C. de eden.* Item quoniam arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum, *leg. 1. de arbitr. Surd. conſil.*

Digitized by Google

conſil.472.num.22.libr.4. Quod tamen non puto verum,
10 cum teſtes non decidant cauſam, licet præbeant occaſio-
nem decidendi. Et ideò pro veritate quæſtionis, videndus
erit *Quintil. Mandoſ. ad Lap. allegat.* 77. Tabellio publicus
in fine, in verb. iuramenta. *Baptiſta de S. Blaſ. de arbitr. q.*
49. & 66. & Recentiores in l. admonendi, ff. de iureiur.
11 Sed notandum eſt, quod licet emptor fecerit euocare
illius auctorem in cauſa, ſi ſcit veritatem, debet agnoſcere
bonam fidem; nec per hoc perdit regreſſum de euictione;
ſed in hoc grauatur, quia quando agit contra venditorem
debet probare de iure ac dominio euincentis. *Franc.*
Marc. q. 580. *num.* 8.
12 Huc ſpectat ea quæſtio, an emptor bonæ fidei ſciens ex
poſt facto rem alienam, ſi nolit iurare de calumnia, poſſit
agere de euictione, & dicitur, quod ſic, ſi ipſe perpecit ſuo
pudori, *argum. l. quæ omnia, §. 1. ff. de procurat. & l. Quintus*
Mutius, ff. mandat. & vbi publicum ſit, & notorium, quod
13 res ſit eius qui petit, tunc iurare non cogitur, & agit de
euictione, *argum. cap. euidentia extra de accuſat. l. empta-*
rem, §. 1. ff. de act. empt. quamuis iurare poſſet, quod gratia
14 iuris ſui conſeruandi, non animo cumulandi venit ad iu-
dicium, ſicut ſcribit *Specul. lib. 2. par. 2. tit. de iuram. calum.*
§. ſupereſt, nu. 7. & ibidem Ioan. Andr. in addition. ſub littera
N.O.P. Cui non aduerſatur *Alber. Galeot. in ſua Margari-*
ta tit. de iur. calum. num. 13. vbi refert circa hoc plures Do-
ctorum ſententias.
15 Non etiam immeritò hic cadit ea quæſtio; num promit-
tens iureiurando quid ſoluere infra certum tempus, ſi ſol-
uere diſtulerit, de euictione contra venditorem tamquam
periurus agere poſſit.
Et pro negatiua ſententia reſpondendum videretur.
16 Quoniam, qui iurat obſeruare contenta in contractu,
& non contrauenire, ſi contueniatur, & non ſoluat in ter-
mino, efficitur infamis infamia ciuili ipſo iure, & non ad-
17 mittitur purgatio moræ, *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* &
18 pænam patitur, qua cogitur ad obſeruandum contractũ
parti, *d. l. ſi quis maior*; Nec ideo is agere poſſe videtur de
euictione ſecuta contra venditorem, ita in terminis tradi-
dit *Matthæ. Matthæſila, ſing. 50. incip.* Nota magnum peri-
culum, num. 1. dicens in hæc verba. Vnde dico, quod ſi
vendidi tibi fundum pro decem, & obligaui me pro eui-
ctione ad duplum, & tu mihi ſoluiſti quinq; & reſiduum
intra tres menſes promiſiſti ſoluere, & iuratum fuerit per
contrahentes non contrauenire, & tu omiſiſti ſoluere in
termino, cogeris ad ſoluendum, & ego liberatus a pericu-
lo euictionis, Hæc *Matthæſil. vbi ſup. quem ſecuti sũt Alex.*
conſ. 131. col. 1. libr. 4. Iaſ. in d. l. ſi quis maior. ſub n. 11. verſic.
per hoc inferr, C. de tranſact. vbi Curt. ſen. nu. 2. & Cagnol. nu.
132. idem Curt. conſ. 66. col. 18. Dec. conſ. 471. col. 3. Brun.
conſ. 48. n. 10. & Thom. Ferat. in cautel. 20. n. 5.
Quæ ſententia, & lex limitatur pluribus modis.
19 Primò limitatur, vt diſpoſitio *d. l. ſi quis maior*, non pro-
cedat dolo ceſſante; nam vt in pœnam d. l. quis incidat,
dolum requiri ſcribunt. *Bal. in leg. obſeruare, §. proficiſci,*
ff. de off. proconſ. & leg. Alex. conſ. 92. lib. 1. Curt. iun. in d. l. ſi
quis maior. num. 18. & Cagnol. num. 128. Parpal. nu. 96. Dec.
20 *d. conſil. 451. col. 1. & Rol. à Vall. conſil. 57. num. 6. lib. 1.* qui
probandus eſt, vt per *Parpal. vbi proximè ſup. numer. 97.*
21 & quælibet cauſa etiam leuis excuſat à dolo, & à periurio
ſicuti in ſpecie reſpondit *Andr. Alciat. reſp.* 111. qui addit
22 ſufficere etiam allegare ignorantiam, & credulitatem,
alios ſciens omitto.
23 Secundò limitatur non habere locum in foro, in quo
de bono & æquo iudicari ſolet: ſicuti in foro mercatorum
vt tradit *Parpal. in d. l. ſi quis maior, numer.* 79. Prout, nec
24 in foro eccleſiaſtico, vt per *Iaſ. ibidem colum. pen. & conſ.*
9. col. 4. libr. 1. Marſil. ſing. 463. Ruyn. conſ. 133. & 198. libr.
25 *1. Gozad. conſ. 66. num. 13.* qui dixerunt in foro Eccleſiæ
admitti purgationem moræ ad euitandam pœnam *d. l. ſi*
quis maior, *& ibidem Curt. ſen. numero* 49.
26 Tertiò limitatur, vt d. l. diſpoſitio ſibi non tribuat in
hæredibus promittentis, qui licet non obſeruauerint pro-
miſſa ſui anteceſſoris, non tamen incidiſſe dicuntur in
periurium & per conſequens in pœnam *d. l. ſi quis maior.*
vt ibidem ſcribit *Parpal. n. 96. vbi de veriori teſtatur, &*
Cagn. n. 144. Corn. conſ. 246. col. 2. lib. 3. Parij. conſ. 54. n. 100.
lib. 1. & Grat. conſ. 66. n. 26. lib. 1.
27 Huius ſententię ratio ea eſt efficax; quoniam vinculum
iuramenti eſt perſonale, & cohæret perſonæ iurantis, ne-
que ob id ad eius hæredem tranſit. *c. veritatis, de iureiur.*
Felyn. in c. cum ſit, col. 5. de foro compet. Tiraq. in l. ſi vnquã
in præfat. n. 17. C. de reuoc. donat. Couar. in c. quamuis p. 1. n. 5.
§. 5. de pact. in 6. Cagn. in d. l. ſi quis maior. n. 144.
28 Quartò limitatur, vt ita demum diſpoſitio d. l. ſi quis
maior. locum habeat, ſi creditores id declarent, vt per
Parpal. ibi num. 44. & Cagnol. num. 79. & his accedit Rip. li.
29 *3. reſp. c. 7. ad fin.* Ratio eſt, quia quando lex aliquid con-
cedit, intelligitur volente, & patiente illo, cui prouidere
30 voluit. Sic enim dicimus in filio, cui legitima debetur vna
cum fructibus à die mortis patris; quia id intelligitur filio
petente, & non aliter, vt pluribus confirmat *Menoc. conſil.*
1149. lib. 13. & ego ipſe in *tract. de imput. & detract. q. 9. n.*
38. & infra, & num. 40. quibus in locis reſpondetur in
ſpecie *Surdo in conſ.* 118.
31 Et in emphyteuta, qui non ſoluit canonem per bien-
nium, qui propterea cadit a commodo emphyteuſis, *l. 2.*
C. de iure emphyt. quod intelligitur domino volente & de-
clarante caducitatem; ſicuti tradunt *Bar. in d. l. 2. nu. 2. &*
ibid. Iaſ. n. 10. communem teſtatur *Curt. iun. conſ. 109. n. 11.*
& conſ. 110. n. 23. Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur, n.
11. C. de reuoc. donat. Clar. in § emphyteuſis, q. 9.
32 Quinto limitatur dictam l. ſi quis maior, non procede-
re, vbi elapſo præfixo termino ad ſoluendum, creditor
recipit ſolutionem nulla facta proteſtatione de periurio
incurſo, vt in ſpecie ibidem tradunt *Parpal. nu. 108. q. 13.*
Cagnol. n. 136.
33 In emphyteuta, qui cecidit ab emphyteuſi ob non ſolu-
tum canonem, a quo ſi dominus deinde recipit canonem
& penſiones præteritas, nulla adhibita pro reſtitutione
ſeu releuatione pœnæ caducitatis, quod illam remiſiſſe
cenſeatur, *Iaſ. in d. l. 2. n. 124. C. de iure emphyt. & in l. 2. in*
princ. in 3. notab. ff. ſi quis caut. Alex. conſ. 14. propè fin. lib. 2.
Ruyn. conſ. 110. num. 4. & conſ. 151. nu. 12. lib. 1. Clar. in d. §.
emphyteuſis, q. 10. verſ. aut. verò ſumus, qui de recepta ſen-
tentia teſtatur *Boer. q. 309. n.* 5. Et in vaſſallo, qui pro feu-
34 do ſoluit penſionem præteritam, quod illi remiſſa dica-
tur caducitas, conſuluit *Dec. conſ. 138. n.* 6. Cum re vera
35 diſpoſitio *d. l. ſi quis maior. ſit* valdè rigoroſa, ita vt *Corn.*
conſ. 246. n. 5. lib. 3. dixerit ſe bis vidiſſe iudices noluiſſe
illam obſeruare ob eius rigorem, ac duritiem, & *Corn. ſe-*
cutus eſt Rol. à Val. conſ. 57. n. 46. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Euictionis actioni, an & quando ſatisfiat
per nudam cautionem.
Pacta vtilia in contractibus emptionum,
& venditionum quid operentur.
Euictionis iudicium coram quo agi opor-
teat. Et quibus concordatur.

SVMMARIVM.

1 *Actio de euictione non datur, niſi interſit.*
Et denegatur, quando res penès emptorem remanet, n. 2.

3 *Actio-*

3 *Actiones omnes, præter actionem euictionis ob non implementum promiſſorum exerceri poſſunt, etiam ante caſum euictionis.*

4 *Soluens litis æſtimationem, cum poſſit rem reſtituere, potior de euictione non tenetur.*

Nec malæ fidei poſſeſſori ſoluenti æſtimationem de euictione cauetur, n. 5.

6 *Euictio quando debetur, an ſufficiat cauere nuda cautione, et quando, & quomodo præſtanda.*

7 *Venditor cogitur ad cauendum de euictione, licet in contractu nil ſit dictum.*

Fallit in venditore hæreditatis, qui non tenetur ſatiſdare, nec cauere de euictione, niſi de ſuo dato & facto tantum, numero 8.

9 *Cautioni cauſa litis in limine contractus vt ſit locus, opus eſt vt lis fuerit mota ſuper re vel occaſione domini, vel etiam occaſione hypothecæ.*

Et quod lis mota ſit, non mouenda, n. 10.

Et ante ſolutionem pretij, n. 11.

Niſi fortè res ſit notoriè nulla, n. 12.

13 *Cautioni an ſit locus, & an euictio immineat in limine contractus, iudicis eſt arbitrarium.*

Euictionem imminere, cum allegatur quid agendum, ibid.

Euictionis exceptio in limine contractus impedit inſtrumenti executionem, ibid.

14 *Pacta vtilia apponi ſolent in inſtrumentis ad effectum vt venditores de euictione teneantur.*

15 *Actiones pro euictione tres proditæ ſunt, & quæ.*

16 *Hypothecaria competit pro euictione.*

Et vbi agitur de feudo competit condictio ex moribus, numero 17.

Seu condictio ex lege Federici, vel Conradi, n. 18.

Item competit certi condictio generalis ex verborum obligatione oriens ex ſtipulatione recepta, n. 19.

Competit præterea conditio ſine cauſa, ſeu actio in factum, quæ nuncupatur præſcriptis verbis, n. 20.

21 *Actio ex empto intentatur, vbi res vendita vel eius acceſſio fuit legitimè euicta.*

Secus ſi illegitima & violenta euictio ſequatur, quia tunc non aduerſus venditorem, ſed aduerſus iniuriatorem datur actio, n. 22.

23 *Euictionis actio vbi non datur, reſtituitur pretium.*

24 *Emptor vbi conſequi poteſt pro euictione tot alia bona venditoris ex pacto, electio eſt venditoris.*

Non debet tamen venditor emptorem compellere ad accipiendum diuerſos fundos, qui non ſint ſub cura vnius coloni, num. 28.

Et de ratione, ibid.

Et quatenus emptoris eſſet electio, non poſſet is ire per ſaltus, capiendo partem vnius fundi, & partem alterius, n. 27.

25 *Interpretatio in dubio fit contra eum qui ſe fundat in pacto.*

Præſertim, ſi ſit ille qui debebat alium inſtruere, n. 26.

29 *Actio de euictione non datur emptori, nec ratione intereſſe, nec ad pretij reſtitutionem, quando proceſſit ex violentia Principis, aut alterius, abſq; culpa venditoris.*

Quaſi tunc euictio ſumat cauſam ex nouis legib. n. 30.

31 *Factum Principis reputatur caſus fortuitus.*

Ideò in qualibet promiſſione reſeruata intelligitur authoritas ſuperioris, n. 32.

33 *Actio perſonalis non competit pro euictione contra authorem authoris, niſi cedatur.*

Item ſi res ſoluta ſit adiecto, n. 36.

34 *Euictionis iudicium agi debet coram iudice emptoris.*

Quid ſi clericus ſit auctor.

37 *De euictione tenetur, qui ſciens & in dolo fuit repertus.*

38 *Euictionis cauſa pendens in vno tribunali, vnienda eſt cum cauſa principali quæ agitur in alio tribunali, ne contingat fieri diuerſas ſententias.*

Declaratur procedere in diuerſitate cauſarum, data quod rei ſint diuerſi fori, numero 39.

Et de ratione, numero 40.

Quæſt. CC.

1 ACtionem de euictione non dari, niſi interſit, dicunt
Doctores ſæpè allegati, & in ſpecie *Natt. conſ. 674.*
n. 15. & Soc. iun. conſil. 82. nu. 15. lib. 1. vt quando non euin-
2 citur ſibi, ſed ſingulari ſucceſſori. *Iaſ. in l. Iulianus, §. qui*
fundum, nu. 7 ff. de verb. oblig. Vnde fit, vt illa denegetur,
quando res penès emptorem remanet: quamuis tunc de-
tur vtilis ex empto ex contractu, per *text. in l. ſi prius, §.*
1. vbi Bar. & in l. habere licere, ff. de euict. & in l. qui rem, C.
eod. Gabr. conſ. 129. nu. 14. lib. 1. Iacob. Berret. conſ. 145. num.
13. & Rota coram Card. Seraph. deciſ. 723. num. 10. vbi dici-
3 tur, quod actiones omnes præter actionem euictionis ob
non implementum promiſſorum exerceri poſſunt etiam
4 ante caſum euictionis. Quin etiam haberemus, quod ei,
qui ſoluit litis æſtimationem, cum poſſit rem reſtituere,
5 potior de euictione non tenetur, *leg. 36. §. fin. ff. de rei ven-*
dic. Et malæ fidei poſſeſſori litis æſtimationem ſoluenti
6 de euictione non cauetur, *l. 14. §. cauere, ff. de condit. furt.*
Vbi autem cautio requiritur in materia euictionis, an
ſufficiat cauere nuda cautione, & quando, & quomodo ſit
7 præſtãda, ponit *Paul. de Caſtr. conſ. 46. per tot. lib. 1.* Tenetur
tamen venditor regulariter de euictione, & de illa cauere,
etiam quod nulla euictionis promiſſio præcedat. *Rot. de-*
ciſ. 40. nu. 1. part. 2. in recentior. & agat de re modica *leg. in*
modicis, ff. de contrah. empt. quem text. cum Glo. dixit ſingu-
larem *Roma. ſingul. 57.* ſi vendo feudum *Caroc. deciſ. 100. n.*
8 4. quamuis vt diximus alias venditor hæreditatis cauere,
non teneatur de euictione, niſi de ſuo dato, & facto tan-
tum, *l. 2. ff. de hæred. vel act. vendi.* quæ non debetur, niſi ea
ſit ſecuta *Caballin. de euict. §. 3. num. 160.* Nec minus pen-
dente contra. *Caballin. vbi ſupra, § 5. num. 86.* licèt euictio-
9 nis periculum immineat, vt per eumdem, *§. 5. nu. 84.* pro
qua, vt cautioni locus ſit iuxta, *l. poſt. perfectam, C. de euict.*
neceſſe eſt, litem eſſe motam ſuper re ipſa, vel occaſione
dominij, vel etiam occaſione hypothecæ. *Roma. conſil 8.*
Grat. conſ. 135. n. 3. lib. 2. Burſat conſ. 194. n. 13. vbi ait com-
munem, quos refert, ac ſequitur *Cardin. Tuſch. lit. E. concl.*
10 *360. n. 10.* Quandoq; lis mota ſit, non mouenda. *Surd. de-*
ciſ. 183. n. 4. & quidem ante ſolutionem pretij, Idem *Surd.*
11 *deciſ. 295. n. 7. & conſ. 32. numer. 5. & 17. & conſil. 36. n. 12.*
& 22. (vbi, an & quando emptor pretium retinere poſſit,
donec venditor fideiubeat) niſi fortè res ſit notoriè aliena
12 quo in caſu ſolus timor mouendæ litis ſufficit. *Aret. in §.*
fin. ſub num. 3. verſ. ſed antequam moueatur. Inſtit. de ſuſpect.
tut. cæteros adducit Card. Tuſch. d. concluſ. 360. num. 44. 45.
Nam imminens, reputatur facta. *Alex. Rauden. conſil. 9. n.*
15. lib. 2. Rim. iun. conſil. 823. n. 12. lib 7. vbi quod venditor
in mora conſtituitur, ſi non præſtat fideiuſſorem de eui-
ctione emptori, cui lis eſt mota, quia euictio dicitur im-
13 minere. Et generaliter, an ſit locus cautioni, & an immi-
neat euictio in limine contractus, iudicis eſſe arbitrarium
dixit *Rota diuerſ. deciſ. 281. in fin. p. 2. Menoch. de arbitrar.*
iudi. caſu 224. n. 3. & in addit. nu. 1. 2. 4. & ſeq. vbi euictio-
nem imminere cum allegatur, quid agendum, & euictio
imminens quæ *Borell. conſ. 75. num. 4.* vbi, quod euictionis
exceptio in limine contractus vbi imminet, impeditur,
inſtrumenti executio; ſuper quo videndi ſunt *Rim. iun. d.*
conſ. 823. n. 11. Surd. deciſ. 165. n. 7. conſ. 72. nu. 1. conſ. 36. nu.
4. vbi latè *Burſatt. conſil. 194. numer. 13. & Peregr. conſilio*
93. n. 2. & ſeqq. libr. 5 & alia plura dixi in particularibus
quæſtionibus, & præſertim in quæſt. 3. vbi diſerui qui re-
quirantur, vt de euictione detur actio. Quibus non obſtan
tibus plerumque ſuccurritur emptoribus per notarios,
apponendo in inſtrumentis pacta, & remiſſiones, quæ

vulgo

Digitized by Google

vulgo appellantur pacta vtilia, vt per *Pract. Papien. ad for. libell. in cauſ.* venditionis in §. promittens num 9. vbi inquit, quod etſi, vt emptor de euictione agere poſſit, requiruntur illa octo, de quibus per eum; tamen multoties vt cautius ſuccurratur emptori ſolent notarij in inſtrumentis apponere huiuſmodi pacta, & remiſſiones, quæ in vulgari appellantur pacta vtilia, ad effectum, vt venditor teneatur de euictione, ſequitur *Rolan. in conſil. 67. ſub num. 9. libr. 4.*

15 Inſuper obſeruandum eſt, quod pro euictione tres actiones proditæ ſunt, quæ omnes ſunt perſonales; nempe ex empto, ex ſtipulatione de dupla, & ex ſtipulatione rem habere licere, *l. 2. & l. qui a pupillo, ff. de euic. tradidit Gabr. Mudeus de act. empt. c.* quando committatur ſtipulatio, n. 2 quo loci harum actionum naturam, ac differentiam explicauit, quem in propoſito ſecutus eſt *Menoch. conſ. 89. num. 66. lib. 1.*

16 Et ſecundum alios competit hypothecaria, *vt dixi in quæſt. 9. n. 64. ac tenet Iacob. Berret. dicto conſ. 145. n. 8. per l. ſi mancipium, §. ſi commune. & §. vlt. vbi Albert. & Salyc.*
17 *tradunt, ff. de euict. poſt Gloſ. in l. creditor. §. Prædium, ff. de act. empt.* Et vbi ageretur de feudo competit condictio ex moribus, ſeu condictio ex *lege Federici, vel Conradi,* tam-
18 quam quis vocatus ſit ex propria perſona. *Bal. conſ. 291. Ad euidentiam, ſub num. 12. lib. 2. Bar. in l. 1. n. 10. de condict. ex lege, & in l. in commodato, §. 1. ſub n. 1. in fin. Cacciaiup. de feud. cognit. art. 5. n. 2.*

19 Competit præterea certi condictio generalis ex verborum obligatione oriēte ex ſtipulatione recepta puta per aliquem pro deſcendentib. *Ant. Gabr. comm. opin. lib. 3. tit. de verb. oblig. concl. 1. n. 22. & 27.*

20 Item competit condictio ſine cauſa ſeu actio in factum quæ nuncupatur etiam præſcriptis verbis, *l. 1. vbi Gl. l. cum precibus, cum l. ſi ſeq. & l. emptionem de rer. permut. facit tex. in c. 1. in prin. ver.* ignorans vero de *inueſtit. de re alien. fact. & c. 1. §. 1. ver. vt dominus vaſallo. ſi de feud. vaſall. ab aliquo. Bal. in l. pen. n. 11. C. de eden. Modern. Pariſien. ſuper conſuet. §. 32. nu. 6. Capye.* in *inueſtit.* in ver. feudorum euictiones, iuncto *tex. in l. cum pater, §. hæreditatem il. 2 ff de leg. 2. & leg. 3. comm. vtriuſq. iudic. Myſingrr. obſeruat. 54.*
21 *cēt. 1.* vbi quod ſi res vendita vel eius acceſſio fuerit legitime euicta, intentari poteſt actio ex empto, vt reſtituatur pretium cum omnibus damnis, *l. non dubitabatur leg. ſi cum quæſtio, C. de euict. l. tenetur, §. ſi tibi iter. §. vl. de act.*
22 *empt.* vbi vero illegitima, & violenta eſſet euictio non aduerſus venditorem datur actio *l. fin. C. de act. empt. leg. ſi ea*
23 *res, ff. eod.* Cęterum euictionis actio vbi non datur, datur tamen reſtitutio pretij. *Rota decij. 525. num 8. par. 1. in recentior.*

24 Sed controuerti ſolet, quid dicendum, quando in venditione fuit dictum quod in caſu euictionis emptor conſequi poſſit tot alia bona ipſius venditoris cuius ſit electio dicto caſu venditoris, an creditoris, ita quod is eligere valeat ea, quæ ſunt meliora.

25 Et dicitur, electionem dicto caſu pertinere ad venditorem per *text. in l. comprehenſum, ff. de contrab. empt. & in l.*
26 *penult. §. fin. ff. de act. empt.* Et in dubio interpretatio fit contra eum qui ſe fundat in pacto, *l. veteribus, vbi Bar. ff. de pact.* præſertim ſi ſit ille, qui debebat alium inſtruere, vt ibi tradit Bald.

27 Et quatenus ad emptorem pertineret electio prædicta, non tamen is poſſet ire per ſaltus, capiendo partem vnius fundi, & partem alterius, vt probatur in *l. pen. §. ſi ff. de act. empt.* in verbis illis, dummodò integra det, & in caſu euictionis habetur in *l. ex mille. §. cæterum, ff de euict.*

28 Aduertendum tamen, quod licet electio verè de iure ſpectet ad venditorem, is non debet poſſe compellere emptorem ad accipiendum diuerſos fundos qui non ſint omnes ſub cura, vnius coloni, ſeu laboratoris, ſi numerus ſupleri poſſit ex alijs, qui ſint omnes ſub cura vnius per ea quæ notantur in *l. patronus, §. Sempronio, ff. de l. 2.* quod & ſuadet ratio proportionis; quoniam ſi non licet diuidere fundum, capiendo partem ipſius, & partem omittendo non etiam licitum eſt diuidere totum quemdam cumulū prædiorum redactorum ſub cura vnius maſſarij, ſeu coloni: nam quemadmodum eiuſmodi cumulus ſeu vnio plurium prędiorum fit non a natura, ſed ex hominis deſtinatione ita quoq; quilibet fundus conſtituitur ex deſtinatione hominis, *leg. quod in rerum, § quod ſi poſt, ff. de leg. 1. in terminis* ſic reſpondit & argumentatur *Alba conſ. 151. n. 8. & infra libr. 2.*

29 At in his, & obſeruandum eſt, vt alias notaui in quæſt. nempè actionem de euictione non dari emptori nec ratione intereſſe, nec ad prætij reſtitutionem quando proceſſit ex violentia Principis, vel ab alio potenti illata abſque culpa venditoris, nec ratione intereſſe, nec ad pretij reſtitutionem, quod ſolum erit ſoluēdum per Principem vel venditorem, ſi illi princeps dediſſet, *l. Lucius de euict. Nat. conſ. 181. n. 4. Put. dec. 281. n. 2. lib. 3.*

30 Quaſi tunc euictio ſumat cauſam, ex nouis legibus, diſponentibus circa deciſoria vitia vel contra ius commune, quia tunc non pertinet ad venditoris damnum. *Bal. conſil.*
31 *460. factum tale eſt, n. 4. lib. 4.* Cum factum Principis reputetur caſus fortuitus, cuius imperio reſiſti non poteſt, *leg. item ſi verberatum, §. item ſi fortè de rei vendic. l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. de leg. 1. Bal. in l. falſus nu. 30. C. de furt.*
32 Ideò ſemper in qualibet promiſſione reſeruata cenſetur authoritas ſuperioris, *l. ſi. vbi Iaſ. n. 6. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. ſi quis maior, nu. 19. C. de tranſact.*

33 Prout nec datur contra auctorem auctoris perſonalis actio, niſi cedatur, *Bal. in l. 1. in fin. C. de iur. dot.*

34 Euictionis autem iudicium coram quo agi debeat, videas per *Corn. conſ. 79. in vlt. dub. libr. 3.* vbi tenet, quod debeat agitari coram iudice emptoris. *Abb. in c. fin. n. 8. extr. de empt. & vendit.*

35 Quid ſi clericus ſit auctor, an res agenda ſit coram iudice emptoris, vel coram eccleſiaſtico ratione clericatus, & *Bal. in l. 1. C. vbi rem act.* tenet quod clericus iudicium iam inchoatum coram iudice laico proſequi debet, & ante eum ſic etiam tenuiſſe videtur *Gul. de Cun. in authen. ſi clericus de Epiſcop. & cleric. & ſcribentes in l. venditor, ff. de iudic. Io. Andr. & Ant. de Butr. in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſta. in §. quod ſi ſuper. Ang. & Io. de Imol. in l. non ſolum, §. quod vulgo, ff. de vſucap. latè Aret. in rubr. inſtit. de except. n. 20. & addent. ibi, in lit. A, & ego dixi in quæſt...*

36 Et quid, ſi res ſoluta adiecto euincatur, dic quod agitur actione perſonali, *l. 33. ff. de ſolut. & liberat.*

37 Similiter ſi de aliquo caſu de euictione quis non tenetur conueniri poterit, ſi ſciens eſt, vel in dolo repertus fuerit, *l. 12. §. deniq. ff. de act. empt.* & ſi res euincatur, non vere, ſed ficte agitur actio ex empto. *Bar. in l. 39. ff. mandat.*

38 Scias autem in præmiſſis, quod euictionis cauſa pendēs in vno tribunali, vnienda eſt cum cauſa principali, quæ agitur coram alio tribunali, ne contingat diuerſas ferri ſententias, *l. venditor, vbi Doct. ff. de re iudic. Aret. in rubr. inſtit. de except. n. 17. Soc. conſ. 91. in vlt. dub. lib. 3. Butr. in c. fin. numer. 23. de empt. & vendit. Socin. conſil. 12. num. ſeptimo verſic. & non ſequor abſurdum, libro primo, & in capit. fin. numer. 23. de mutu. petit.* quod procedit in diuerſitate
39 cauſarum, dato quod rei ſint diuerſi fori. *Socin. conſil. 144. ſub numer. 3. verſic. & primo libr. 2.* & ratio eſt, quia
40 ſuper principali iuriſdictione habens etiam debet ſuper cidenti, & connexis habere. *Bart. in leg. fin. C. ſi aduerſ. fiſc. Socin. d. conſil. 244. Marcheſan. de commiſſ. appella. part. 1. cap. 16. numer. 13.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Sequitur materia præcedentis quæſtionis, & diſceptatur, an & quando venditores plures inſolidum teneantur de euictione; Et quid in pluribus hæredibus ac tertijs poſſeſſoribus bonorum obligatorum pro euictione.

Stipulatio de euictione qualiter intelligenda.

Animal vbi eſt venditum, & intra breue tempus mortuum, cuius periculo pereat, venditoris, an emptoris.

SVMMARIVM.

41 *Venditores plures de euictione tenentur pro virili, quando vnuſquiſq; pro virili vendit.*

At ſecus ſi pro indiuiſo, quia tunc inſolidum tenentur, n.42.

Idem vbi vſi ſunt verbis indiuiduam importantibus, vt ſi dictum ſit, quod quilibet teneatur, quia omnes tenentur inſolidum, n.43.

Vel quando omnes inſolidum vendiderunt, n.44.

Seu ſumus in indiuiduis voluntate contrahentium, n.45.

Quaſi fieri non debeat eiuſdem voluntatis diuiſio, ibid.

46 *Locatio non afferens tantam vtilitatem in parte quantam in toto dicitur indiuidua ratione voluntatis contrahẽtium; licet alias eſſet diuidua de ſui natura.*

Extenditur idem locum habere in pluribus hæredibus vnius venditoris, n.47.

48 *Correis ex plurib. pro re aliqua obligatis, ſi vnus inſolidum cõuenitur à reliquis, qui contra creditorem præſcripſerunt, defendi poteſt vt tantum pro ſua parte teneatur.*

Sed contra n.49.

50 *Explicatur text. in l. idemq; §. generaliter, ff. manda.*

51 *Correus qui inſolidũ conuentus debitum ſoluit, an et quando poſſit ex ſuo capite agere de euictione contra cohæredes poſt completam ab eis præſcriptionem aduerſus creditores diſtinguitur.*

52 *Poſſeſſores plures tertij bonorum obligatorum pro euictione, non conueniuntur inſolidum, ſed pro parte poſſeſſa.*

Contrarium, quod ſcilicet inſolidum conueniantur, n.53.

Vndè contrahitur cautela in contractu apponenda, n.55.

54 *In contractib. mens contrahentium maximè ſpectanda eſt.*

56 *Bona pro euictione obligata vbi peruenerint in plures hæredes, creditor inſolidum agit contra vnum.*

Ampliatur procede, etiam in generali bonorum obligatione, ſeu hypotheca, n.57.

Primo limita in tacita hypotheca legali, n.58.

Secundò limita, ſi creditor petat executionem fieri aduerſus tertium poſſeſſorem, putà pro fructibus cẽſus decurſis: quia tunc hypothecaria non agitur, ſed competit perſonalis, quando petitur executio, n.59.

60 *Executiua, via non agitur contra tertium, niſi inſtrumento adſint clauſulæ, conſtituti, precarij, & facultas ingrediendi propria auctoritate.*

61 *Intellectus text. in l. eum qui, §. te, & Titiam, ff. de verbor. obligat.*

62 *Obligatio in diuiduis inter hæredes diuiditur pro portionibus hæreditarijs.*

63 *Creditor vbi agit contra vnum ex pluribus bonorum obligatorum poſſeſſoribus, & illum inſolidum hypothecaria conuenit, & exigit, tenetur illi actiones cedere. Et quid in cenſibus, & annuis redditibus.*

64 *Creditor plurium rerum, vbi petit virilem portionem an videatur diuidere, & an creditor qui a reis debendi partem debiti recipit, videatur à petitione reſidui receſſiſſe.*

65 *De euictione agi poteſt pro omnibus rebus euictis, & ſi non fuerit promiſſum, ſiue euincantur omnes res, ſiue pars earum.*

66 *Solutio pretij ob euictionis exceptionem retardari non poteſt, quando non ſunt actus correſpectiui.*

Etiam quod ſtante periculi imminentis euictionis poſſet retardari ſolutio n.67.

68 *Stipulatio de euictione intelligitur ſecundum naturam actus, & ſic ad pretium tantum, vbi ad illud tantum agi poteſt.*

Præſertim, ſi adſit iuramentum, n.69.

70 *Hæredes illius, qui de euictione promiſit re euicta, quomodo conueniantur remiſſiuè.*

71 *Cautela ad faciendum, quod venditor ſemper, & omni caſu de euictione teneatur, remiſſiuè.*

72 *Re euicta per reſtitutionem ſtipulatio dupli non committitur: ſed agitur ex empto.*

Quæ ſtipulatio vt committatur, ſcientia, eſt neceſſaria, n.73.

Ita vt per eam fiat, quod qui non agit ob eius malam fidem, ex contractu emptionis agat ſi eſt interpoſita ſtipulatio, numer.74.

Etiam ſi ſequatur per imperitiam iudicis, n.75.

76 *Euictio vbi præſtanda eſt, illa præſtari non debet rei per hæredem redemptæ, & poſtea per eam traditæ legatario, à quo fuit euicta: ſed hæres cedit actionẽ contra venditorẽ.*

77 *Litis æſtimatio quando datur, an de euictione quis teneatur, remiſſiuè.*

Et quando res eſt litigioſa, adquid venditor obligetur, n.78.

79 *Emptor, qui rem a ſe dubitat euinci, ad eam liberandam ſoluere poteſt, non expectata ſententia.*

Quod procedit, ſtante debito liquido, n 80.

81 *Hypotheca redditus ſi euincatur, creditor cogere poteſt debitorem ad reſtituendam ſortem, tanquam datum ob cauſam cauſa non ſequuta.*

Quo caſu creditor poteſt licitè exigere interuſuria & penſiones redditus pro eo tempore quo probabiliter ignorauit alienas hypothecas, n.82.

Limitatur, quando principio fuit adiectum pactum de reddenda ſorte in caſu euictionis hypothecarum: vel in caſum quo res hypothecata non eſſent liberæ, n.83.

84 *Tempus euictionis attenditur, ſiue agatur de euictione actione ex empto, ſiue agatur actione ex ſtipulatu pro damnis & intereſſe.*

85 *Damna, & intereſſe vbi ſunt extrinſeca prouenientia ratione melioramentorum, exigi non poſſunt vltra duplum, maximè vbi ignoratur vitium rei.*

Fallit, quando damna, & intereſſe sũt in ſpecie promiſſa, n.86.

Et apparet iuſtificatum in pluri, n.87.

88 *Emptor animalis & ſpeciei re ſibi tradita tenetur ad pretium, licet poſtea pereat.*

Sed contra ex veriori, quando præſertim animal, vel ſpecies perit infra breue tempus, n.89.

Niſi eius culpa per venditorem probetur, n.90.

DVbitatur inſuper, an quando ſunt plures venditores vnius fundi omne inſolidum teneatur.

Et in hac quæſtione, in qua Doctores pugnare videntur, diſtinguo quinque caſus.

41 Primus eſt caſus, quando plures pro diuiſo, & ſic pro certa parte vendunt, & tunc dicitur vnumquemque ipſorum teneri pro rata & portione, vt talis promiſſio à venditione declaretur, tanquam à præcedenti, *argum. leg. ſi ſeruus plurium, §. finali, ff. de lega. 1. Soc. iun. conſ. 52. nu. 15. & ſeqq.*

& ſeqq.lib.4.& ita intelligo.Surd.conſ.271.nu.60.libr.2. & adductos ibi per eum.

Secundus eſt caſus, quando a pluribus res vendita fuit
42 pro indiuiſo, quo in caſu venditores de euictione tenentur inſolidum, cum regulariter venditio inſolidum defendenda ſit alio non apparente ex eius natura, quæ indiuidua eſt.*ad text.in l.cum ex cauſa, ff.de verbor.oblig.& in l.2.§.ex his,ff.eodem,in l.executione,§ inſolidum, eodem titul.* quamuis venditores indemnitate inter ſe obligentur iudicio familiæ hæreiſcundæ,*l.rē hæreditariam ad finem,ff.de euict.d.l.cum ex cauſa:& d.l.ex his.Andr.Gayll.Pract.obſer.lib.2.obſer.14.n.1.& ſeq.*vbi ait,ſic fuiſſe concluſum.

Tertius eſt caſus,quando ſumus in dubio,& tunc vendi-
43 ditores vſi ſunt verbi,vt quilibet teneatur etiam ſine adiectione inſolidum, omnes inſolidum conueniuntur, ac tenentur ob priuatam ac peculiarem ſignificationem dictæ dictionis,quilibet,*l.ſi pluribus,& ibi Gl.& Bart.& Imol.ff.de lega.1.& l.non diſtinguemus, §.cum in plures ibidem quoque Bar.& ſcribentes, ff.de arbitr.ita Tiraquel.poſt Iacobin.Butr.Bartol. Bald.Aluar.Petr.de Ancharan. Paul.de Caſtr.Alex.Capoll.Corne.Soc. Guid.Pap.Franc.Curt.Ruyn.Gozadin.& alios tradit Tiraqu.in tract.de retract.ſign.§.31.Gloſ.2.n.11.& ſeq.quem ſequitur Card.Maut.de tacit.& ambig.conuen.lib.15.tit.3.n.16.*

44 Quartus eſt caſus,quando dictum fuit,quod omnes inſolidum vendebant, quia omnes promiſſiones poſtea factæ cenſentur etiam inſolidum,cum veniant continuatiuè ad ipſam venditionem.ita *Craue.conſ.208. num.7.ex Corn.conſ.112. libr.4.*

45 Quintus caſus eſt,quando ſumus indiuiduis voluntate contrahentium,cum aliter contratus celebratus non extitiſſet,niſi partes credidiſſet inſolidum eſſe obligatos,quo caſu non etiam attenduntur plura corpora vendita *Bart.in l.grege,§.illud commune n.4. ff.de fideiuſ.per tex.in l. Pedius in fin.ff. de de arbitr.& concludūt omnes, in l.1.§.ſed ſi mihi Pamphilium,vbi Imol.n.66.& Alciat.nu.16.& 17.ff.verbor.oblig.*quaſi non debeat fieri eiuſdem voluntatis diuiſio,vt per *Aug.ibid.n.3.in Gl.in ver.Vitiam. Felyn.in ca.cum ſuper n.8. de offic.deleg.poſt Gemin.in c.1.in princ.nu.2.de deſpon.impuber.6.Aym.conſil.170.nu.ſexto.Nat.conſilio 479.n.38.Card.Mant.de tacit.ambig.conuent.lib.5.tit.5.nu.*21.vbi quod ita etiam ſeruatur. *Rota coram Cardinali Pāphilio in Veronen.exempt.27.Ianuary* 1595.vbi de locatione non afferente tantam vtilitatem in parte,quantam
46 in toto, quæ tunc dicitur indiuidua, ratione voluntatis contrahentium,licet alias eſſet diuidua de ſui natura.*Bald.conſ.32.præſupponitur in facto lib.2.*& iuxta prędicta intelligas quæ dixi in quæſt...

47 Extenditur idem procedere in pluribus hæredibus venditoris, quoniam & hi inſolidum emptori de euictione tenentur:& licet vnicuiq;pro parte hęreditaria pręſtatio iniungantur, tamen defenſio non diuiditur, quamuis intereſſe diuidatur, *text.in l.ſi.rem,§.ſi ei,qui mihi, ff.de euictio.d.l.ſi in execut.inſolidum, & d.l.cum ex cauſa, vbi eſt textus notabilis.Gayll.d.obſeru.14.n.4.*

48 Verum hic inſurgit dubitatio,an vbi ſunt plures correi inſolidum obligati de euictione quorum plures præſcripſerunt contra venditorem,& agitur contra vnum qui nō pręſcripſit,& is vocat conſortes,qui præſcripſerunt, ab eis defendi poſſit pro portionibus ſuis,pro quibus aduerſus creditorem præſcripſerunt,& reſpondendum, videtur affirmatiuè,per *tex.in d.l.idemq;§.generaliter,ff.manda.*

Seu ſaltem diſtinguendum videtur, an aliorum interſit, & tunc qui præſcripſerunt defendere poſſint.

Aut verò non intereſt; & tunc defendere non poſſint, *argum.l.à ſententia,& quod ibi per Bart.ff.de appellat.leg.ſi ſuſpecta,§.1.& ibidem Glaſ.& Angel.de inofficio.teſtam.& cap.cum ſuper,*& ibi latè Innoc.& ſcribentes de re iudicat.in tantum, quod etiamſi reus nollet dicta exceptione ſibi competenti vti; nihilominus ille, cuius quomolibet intereſt,poteſt opponere etiam inuito reo,*text.eſt in l.penult.C.de non numer.pecun. Aret.in rubric.de exceptio.num.12.Inſt.Bart.in l.Stichum,§.quod vulgò, in fine de ſolut. Bald.in l.quoties,& ibidem Alexan.in addit.C.de precib. imper.offer.Bart.in dicto §.generaliter, & in l.procurator ad exhibendum,§ ſi procurator,ff.rem rat.habe.Alex.in l.qui tale in fin.ff.ſolut.matrim.*atque ita concludendum videtur, quod qui præſcripſerunt, defendere poſſunt, & creditorem repellere pro partibus ſuis in caſibus, in quibus de euictione tenentur.

49 Sed contrarium verius concludendum eſt abſolutè, nēpe eos,qui præſcripſerunt impedire non poſſe, quin emptor vel creditor inſolidum conueniat eum,qui non præſcripſit,& aduerſus illum iuribus ſuis vtatur,æquè ac ſi alij non præſcripſiſſent.

50 Non obſtat *d.l.idemq;§.generaliter,*quia loquitur in diuerſis terminis a noſtris; ibi enim agitur de mero fideiuſſore, qui non tenetur niſi ob debitum alterius habentis perſonalem exceptione aduerſus creditorem.

At nos verſamur in ea qui ratione propriæ obligationis tenetur nomine proprio inſolidū;& ita nō eſt fideiuſſor,ſed principalis reſpectu creditoris,& emptoris:prout nec reſpectu eorum qui præſcripſerunt, vllatenus eſt fideiuſſor; nec ideò mirum, ſi exceptio illis acquiſita non extendatur ad illum qui non præſcripſit;& ſucceſſiuè poſſit inſolidum conueniri,& exigi.

51 Alia his accedit quæſtio, an reus principalis, qui cogitur ſoluere tantum pro parte ſua, poſſit agere de euictione contra cohæredes pro partibus eorum poſt tempus completæ ab eis contra creditorem ſeu emptore pręſcriptionis,ſi interim diuiſio, vel antea facta ſit,& ita ſibi cōſulere pro reliquis futuri temporis fortaſſe ſoluendis.

Breuiter dicitur, quod ſi quando is ſoluit, præſcriptio quando alios obligatos erat completa, nulla aduerſus eos datur actio; ſiue res eſſet communis, vel in diuiſa:nec ex capite ſuo,nec iure ceſſo.

Aut non erat completa præſcriptio, nec eis quæſita exceptio; & tunc ſi res eſt indiuiſa, datur actio familiæ hærciſcundæ,vel communi diuidundo; non enim præſcriptio currit, nec currere incipit contra conſortem, quamdiù res manet in communi.

Si verò diuiſa, idem etiam concluditur quod in pręcedenti concluſione,ea ratione, quia per diuiſionem adinuicem obligantur de euictione, ſiue expreſsè, ſiue ex tacito extante negotio, *l.ſi cum venditor in fine de euictio.l.ſi familia,C.de famil.herc.l.ſi fratres,C commun.diuidun.* & huius obligationis conditio purificatur tempore ſolutionis, & euictionis actio perpetuo durat, ſiue hi, qui de euictione tenentur, compleant poſtea præſcriptionem contra creditorem, ſiue non.

In propoſito tamen obſerues, quod ſi is cæteris non vocatis, paſſus eſt ſibi euinci, non ſtatim rem effectu euicta,& ſententia executa,iuxta quæ dixi in quæſtione...agit pro recuperatione aduerſus cohæredes:ſed probandum erit fuiſſe debitum,& de iuſtitia euincentis. *Raphael Fulgoſ.in l.emptorem in princ.ff.de act.empt.* vbi ait, ſe de facto reſpondiſſe,quem ſequitur *Alex.conſ.63.n.14.lib.6.& dixi quęſt...*& alibi in hoc tractatu.

52 Altera ſupereſt nō mediocris difficultas, an conſtituto annuo cenſu ſuper tribus fūdis,ſi hi ad tres ſingulares ſucceſſores deuenerunt, an quilibet poſſeſſor pro rata dicti annui redditus ſeu cenſus ſoluere teneatur,vel inſolidum conueniendus ſit Et dicendum videtur quēlibet pro ęqua & iuſta parte dicti annui redditus conueniri debere, & non inſolidum: quæ ſententia maximè probari videtur ex *text.l.Moſchis,ff.de iure fiſc. vbi Iuriſconſul.* reſpondit, contra omne poſſeſſorem agendum eſſe,& ſic contra omnem poſſeſſorem pro re poſſeſſa,ac eius ratione, & pro

eius

Digitized by Google

eius parte;& ſic pro rata quæ poſſidetur; & hanc ſententiam amplexi ſunt *Dyn.in d.l.Moſchis Io.Faber.in §.item ſi quis in fraudem n.26.Inſtit.de act.Caſſan. ad conſuetudinem Burgund.rubr.5.§.2.nu.37.*de æquiori,& ſeruata opinione in Regno Neapolitano teſtatur *Afflictus in conſtit. libr.1. rub.17.nu.26.& ſequitur Redoan. de rebus Eccleſ.non alienan.rubrica 16.de conſtit.cenſus n.69.*

53 Contrarium tamen, quod quilibet poſſeſſor inſolidum conueniri valeat ad integram debiti ſolutionem,nec cogi poſſit contra omnes aut contra eorum quemlibet pro rata agere, vt ex eadem *l.Moſchis.tradunt ibi Gloſ. & Bart. Afflict.deciſ.153.Leo in ſua reſponſorum centur.ca.17.*aſſerens ita in Hiſpalenſi Prætorio iudicatum *Nauar.in commentar.de vſur.q.17.n.114.Neguſan.de pignor.primo membro octaua parte princ.n.50.& Surdus deciſ.32.n.6.eandem tenet Cou.d.c.7.ſub n.7.verſ.ſed nihilominus,* inquiens eam vere probari authoritate dictæ *l.Moſchis*:quia dictio omnis ſingularis numeri cuilibet inſolidum actum tribuit.

54 Quare cum in contractibus mens contrahentium ſpectanda ſit,*l.fin.C. quæ res pign. oblig. poſſ. Tiraq. in l. ſi vnquam ver.libertis n.47.C. de reuoc.donat.* vtile erit in conſtitutione cenſus apponere pactum,quod prædijs obliga-
55 tis alienatis in plures ſingulares ſucceſſores liceat creditori quodlibet predium tam pro debitis quam etiã omnibus debẽdis penſionibus inſolidũ aggredi,& conuenire.

56 Si tamen in plures hæredes debitoris peruenerint,creditor agere poterit hypothecaria contra vnum alijs hæredibus non excuſſis quamuis enim perſonali omnes teneantur pro portione hæreditaria,*l.cum a matre, C.de rei vendicat.*hypothecaria tamen quilibet tenetur inſolidum redditum,ſeu annuum cenſum ſoluere, aut res hypothecatas quas poſſidet,reſtituere, ad *textum in l. 1. & 2.C.ſi vnus ex plur.Gloſ. & Bart.in l. mulier qui potior. in pignor. hab.Neguſant.de pignor. dicta octaua parte primo membro ſub n.16.verſ.ſecundò fallit.Suarez, in l.poſt rem iudicatam. lim.1.n.14.dicens ſæpius obtinuiſſe in practica.ff.de re iudic.*

57 Ampliatur id etiam locum habere in generali bonorũ hypotheca, vt per *Modern. Pariſ. in labyrintho indiuidui par.2.nu.89.* vbi numero ſequenti limitat in tacita hypo-
58 theca legali,de qua in *l.1.in fine,C. comm.de legat.* ex quo illa tacita hypotheca pro diſpoſitionibus vltimarum voluntatum iure Codicis introducta limitatur ad portiones hæreditarias,& ad limites obligationis perſonalis. Et idcircò vnus hæredum non tenetur ſoluere legatum in teſtamento pro portionibus aliorum etiamſi agatur actione hypothecaria ex illa tacita hypotheca ex dicto *textu l. primæ in fine*.

59 Secundò reſtringe, ſi creditor cenſus, ſeu annui redditus inſtet executionem fieri aduerſus tertium poſſeſſorẽ pro fructibus, ſeu penſionibus decurſis; quia tunc hypothecaria non agitur, ſed perſonalis intentatur, quando petitur executio,vt tradunt *Guttierez.in repet. l. nemo poteſt n.32.ff.de legat. primo Suarez in d. l. poſt iudicatam ad l. Regiam q.5.ſub n.11.Parlador.rerum quotidian.lib. 2.c.fin. 4.par.§.1.nu.17.* vnde contra tertium non agitur via exe-
60 cutiua niſi in inſtrumento cenſus adſint clauſulæ conſtituti,precarij,& facultas ingrediendi propria auctoritate, cum alijs, quæ extenditur in huiuſmodi obligationibus, quæ dicuntur effecta bona,ita,& taliter, vt dari poſſit remedium executiuum,etiam contra tertium poſſeſſorem, eo quoque non citato,& non liquidato negotio, late *Cæſar Barz.deciſ.Bononien.108.n.35.et 36.Galleſ.ad form.Cameral.oblig.par.3.q.5.nu.3.Matthe.Coler.de proceſſ.execut. par.3.c.12.n.73.Gozadin.conſil.95.n.8.& nono.Bon.de ſtatut.vrb.præſcript.Gloſa vigeſima n.25.Vin.deciſ.177.n.1.& ſequenti li.1.Aſin.in prax.§.31.limit.35.n.4.& §.7.n.182. Guttierez.de contr.iur.c.23.Turzan.in ſuis commun.opin.in ver.pactum de ingrediendo poſt Bartolum,Bald.Caſtrenſ. & alios in l.3.C.de pignor.*

61 Ad dicta *ſupra n.55.*notandum eſt non obſtare, quatenus obijceretur de *tex l.cum,qui te,§. Titium de verborum obligat.*ibi,& quamuis conueniſſe videatur,ne ab alio hærede,quam a Titio peteretur tamen inutile pactum conuentum cohæredibus eius erit,quoniam ille textus loquitur in obligatione perſonali, qua hæres conueniri nequit niſi pro hæreditaria portione, licet teſtator aliter diſpoſuerit, & promiſerit in contractu a ſe geſto. At ſecus in hypothecaria,ac reali obligatione,vt per *Roder.Suarez in d.l.poſt rem iudicatam,limitat.1.ſub nu.14.*cuius occaſione recuperatur totum debitum ab vno, vt per eundem *Suarez ibid.*quod non contigit, vbi non agitur de modo, ſed de ſubſtantia obligationis, cuius reſpectu non poſſunt contrahentes facere, quin actus eorum ſubſit legis diſpo-
62 ſitioni,argumen.dictæ l.nemo poteſt, ff de legat.primo. ex legis autem diſpoſitione habetur, quod obligatio indiuiduis inter hæredes diuiditur pro portionibus hæreditarijs *l.cum a matre,C.de rei vendic.in toto titul.C.de hæredit.act.*nimirum ſi debitor facere non poteſt,quod eius obligatio non diuidatur inter ipſius hæredes, quia vnus plurium hæredum inſolidum hæres eſſe non poteſt; ſed ſolum pro parte;nec pro alijs partibus defunctum repræſentat,ſed cenſetur extraneus *dict. l. cum a matre,l.Prætoriæ,§.incertam ff.de prætor.ſtipul.& ita intelligitur dictus §. te, & Titium.*

Valida igitur erit pactio inter debitorem,& creditorẽ, quod ſcilicet non poſſit debitum a debitore, nec ab eius hæredibus ſolui pro parte, quodque ſolutio ſit indiuidua in perſonis hæredum ita vt quilibet debitoris hæres inſolidum conueniri poſſit, & exigi cum hoc non concernat obligationis ſubſtãtiam,ſed modum, vt habetur per *Modern.Pariſ.in tractat.de indiuidui par. 2.num.30.& ſequen.*

63 Vbi autem creditor cenſus agat contra vnum ex pluribus, debitoris hæredibus, vel vnum ex pluribus hypothecarum poſſeſſoribus tenebitur ipſe actiones cedere, quibus vtetur aduerſus cohæredes, aut alios hypothecarum poſſeſſores,vt deducta rata ſibi contingente, reliquũ perſoluant,& pro modo prediorum,pecuniam reſolutam reſtituant, *l cum poſſeſſor* de cenſibus, & ceſſit actionibus hæres vel poſſeſſor poterit quemlibet cohæredum, aut poſſeſſorem prædij hypothecati, deducta dicta portione tangente ipſi ceſſionario inſolidum cõuenire,vt per *Parlador.rerum quotidian.lib.2.c.fin.quarta parte,§.6.nu.3.& ſequentibus,& Franc.deciſ.1.n.15 par.2.*qui alios adducit, & dat modum liquidandi, quantum ſit pro dicta rata deducendum,& ſtilum Curiæ Siciliæ.*Gratian.diſcept.lib.1.c. 16.n.10.& infra.vbi n.16.*idem dicit procedere in annuis redditibus,ſeu cenſibus, quo caſu vt inquit magis ſpecialiter inductum eſt, vt pro illis poſſit committi executio contra vnum hæredem,& de veriori teſtatur ex *Bar.Rom. Corne.Rip.& Felicia.de Solis*, de quo videas apud *Cenc. de cenſib.p.2.c.2.quæſt.4.art.8.num.1.& ſequentibus.*

64 Hic etiam quæri poſſet, quando creditor plurium reorum vtilem portionem petit, an videatur diuidere. Quam quæſtionem ponit *Cardin. Mantic. de tacit.& ambig.li.15.titul.5.n.2.& ſeqq.*vbi plures conſtituit caſus, ac diſſerit etiam, an creditor, qui a reis debendi partem debiti recepit,videatur a petitione reſidui receſſiſſe,*num.5.* quæ per te videas penès illum.

65 Præterea ſciendum eſt quem agere de euictione pro omnibus rebus euictis,& ſi id non fuiſſet ei promiſſum,ſiue euincatur omnes res,ſiue pars earum *Alba conſil.573. num.7.lib.5.*

66 Item,quod ſolutio pretij loco fructuum ob euictionis exceptionem retardari non poteſt,quando non ſunt actu correſpectiui,ſed diuerſi *Pute.deciſ.214.li.3* etiam,quod
67 ſtante periculo imminentis euictionis poſſet retardari ſolutio *l.poſt perfectam,C.de euict.* nec ſufficit cautio, *l. cautionem ff.de reg.iur.Ruginell.pract.q.c.31.n.29.*

Google

68 Ampiius aduertendus eſt, quod ſtipulatio de euictione
intelligitur ſecundum naturam actus, & ſic ad pretium
tantum, vbi ad illud tantum agi poteſt *Menoch. conſil.* 87.
n. 97. *lib.* 1. *Ruyn. conſil.* 146. *n.* 5. *lib.* 1. etiamſi nulla euictio-
nis promiſſio præcedat. *Rota deciſ.* 41. *n.* 2. *par.* 2. *in recen-*
69 *tior.* maximè ſi adſit iuramentum. *Rota coram Cardinal.*
70 *Seraphino deciſ.* 1480. *nu.* 6. & quomodo conueniendi ſunt
hæredes eius, qui de euictione promiſit: & an vno defen-
dente, pęna contra omnes committatur, videas per *Ruyn.*
71 *in l.* 4. *§. Cato col.* 22. *ff. de verborũ obligat* & cautelas ad fa-
ciendum, vt venditor ſemper & in omni caſu de euictione
teneatur, & nulla obſtabit exceptio, tradit *Cepoll. caut* 97.
72 Inſuper admonendi ſumus, quod re euicta per reſtitu-
tionem, non committitur ſtipulatio duplæ, ſed agitur ex
empto, ſecundum *Bart. in l. minor, ff. de euictio. Roman. con-*
ſil. 156. *Felyn. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ in vltimo notab.*
de Conſt. Card. Alban. in lucubrat. ad Bar. in d. l. minor nu. 1.
73 quæ ſtipulatio, vt committatur, eſt neceſſaria ſcientia
Bart. in l. 20. *§. ſi cum me, ff. de nego. geſt.* ita vt per eam fiat,
74 quod qui non agit ob eis malam fidem ex contractu em-
ptionis, agit ſi eſt interpoſita ſtipulatio, *l.* 4. *§. item Labeo,*
75 *ff. de dol. mal. except.* & etiam ſi ſequatur per imperitiam
iudicis. *Gutierez de iuram. confirm. par.* 1. *c.* 26. *nu.* 17. poſt
adductos per eum ibi, regulariter, vbi agitur de euictione
76 præſtanda illa non datur re per hæredem redemptæ: &
poſteà per eum traditæ lagatario, a quo fuit euictæ, *l. fidei-*
commiſſa, § ſi quis alicui, ff. de legat. 3. ſed hæres cedere de-
bet actionem, quam habet contra venditorem, *l. credito-*
re, ff. de euictionibus. Io. Faber. in §. quod autem n. 2. *& ſeqq.*
vbi latè Inſtit. de legat.
77 Sed quid, quando litis æſtimatio datur, an & quando
de euictione quis teneatur, & quando cauendum ſit de
euictione. *Bart. in leg.* 3. *ff. pro empt.* & quando res vendita
78 eſt litigioſa ad quid venditor teneatur, videas per *Miſin-*
79 *ger. obſeruat. centur. prima obſeruat.* 55. *n.* 4. *& ſequentibus,*
qui obſeru. 37. *n.* 3. ait, etiam emptorem, qui rem ſibi euin-
ci veretur ad liberandum eam, ſecurè ſoluere poſſe, non
expectata ſententia, *l. quæſtio. ff. de euictio.* procedit exi-
80 ſtente debito liquido, & notorio, ſeccus ſi ſit dubium, ibi-
dem, quia venditor tenetur de euictione, vt & illius hære-
des & fideiuſſores, non obſtante longi temporis præſcri-
ptione, vt per eundem *Miſinger. in fine, vbi ſupra.*
81 Circa præmiſſa quoque notandum erit, quod ſi euin-
catur hypotheca redditus, creditor cogere poterit debi-
torem ad reſtituendam ſortem, vt per *Nauar. ad motum*
proprium ſanctiſſimi Pij V. poſt commentar. de vſur. q. 27. *n.*
118. *&* 122. tanquam datum ob cauſam cauſa non ſecuta,
tot. tit. ff. de condict. cauſ. data, & C. de condict. ob cauſ. facit
l. ſeruus, quem, §. ſi ſciens, & ibi Gl. Bart. & alij de actio. emp.
Moder. Pariſ. in labyrinth. dimid. par. 1. *n.* 28. *& Nauarr. vbi*
82 *ſupra q.* 26. *concludit,* eo caſu creditorem poſſe licitè exi-
gere interuſuria, & penſiones redditus pro eo tempore,
quo probabiliter ignorauit alienas hypothecas: quia
ignorans excuſari debet a damno, *cap.* 3. *commod.* & dolus
debitori patrocinari non debet, *c. ſedes, de reſcipt. l.* 2. *in fi-*
ne, C. de aſſert. tollen.
83 Limitatur, quando a principio fuit adiectum pactum
contractui de reddenda ſortem in caſu euictionis hypo-
thecarum, vel in caſum quo res hypothecatæ non eſſent
liberæ, quia tunc non liceret ſortem repetere cum fructi-
bus decurſis, ſeu penſionibus: nec valeret contractus ſe-
cundum Nauarram quia ſi talis contractus admitteretur,
apperiretur via vſuris, ex quo creditores, volentes mutu-
re ſub vſuris poſſent cenſum ſuper alienis prædijs conſti-
tuere cum eo pacto, quod euictis prædij pretium, cenſus
eſſet reſtituendum: quo pacto cenſus nomine vſuram exi-
gerent, dum prædium, ſeu prædia non euincerentur, &
quando vellent, conſilito de hypotheca ſuper re aliena, &
vitio huiuſmodi, agere poſſet ad ſortem reſtituendam,
quod nullatenus admittendum, ſequitur *Milanen. deciſ.* 2.
n. 95. *& ſeq. pa.* 2. dicens poſſe creditorem redditus in eius
ereatione paciſci, quod in caſu euictionis hypothecarum
eidem liceat agere ad ſortem, & illam exigere a debitore,
vt ex ea ematur alius annuus redditus tuto conſtituen-
dus; vel vt emantur prædia, a quorum fructibus redditus
perſoluatur, quæ ex nunc hypothecata cenſeantur ipſi
redditui.
84 Quod autem tempus obſeruandum ſit in euictione
nunc quæramus: & dicimus, ſpectãdum eſſe tempus ipſius
euictionis, ſiue agatur de euictione actione ex empto, *l.*
euicta de re euictio. Bart. in l. ſi Titius cum decederet n. 4. *ff.*
de actio empt. Salyc. in l. bonitatis, de euictio. ſiue etiam aga-
tur ex ſtipulatu pro damnis, & intereſſe in ſpecie promiſ-
ſis, vt fuit reſolutum in cauſa Romana Caſalis Palazetti
85 menſe Ianuarij, coram R.P.D. Orlienſi, quæ damna, & in-
tereſſe, vbi ſunt extrinſeca prouenientia ratione meliora-
mentorum, exigi non poſſunt vltra duplum; pręſertim vbi
ignoratur vitium rei, ad *tex. in l. Titius cum decederet cir-*
ca finem cum l. ſeq. de act. empt. Bar. in l. 1. *ſub num.* 19. *C. de*
ſent. quæ pro eo, quod intereſt.
86 Fallit tamen, vbi damna, & intereſſe ſunt in ſpecie pro-
miſſa, quo caſu exigitur etiam vltra duplum, vt tradit *Glo.*
in d. l. 1. *in ver. dupli,* quam ſequuntur ibi Doctores com-
muniter, & in ſpecie *Bar. nu.* 27. *cum alijs, de quibus ibi per*
Rebuff. n. 407. *& Cagnol. nu.* 108. qui de communi teſtatur,
ac tenuit *Rota in d. Romana Caſalis Palazzetti.*
87 Quin etiam, quando intereſſe apparet iuſtificatum, ex
eo quod res creuerit vſque ad ſatisfactionem, ſatis quo-
que apparet tanti intereſſe rem non fuiſſe euictam, quan-
ti valet, vſque ad effectualem euictionem, vt tradunt Do-
ctores in l. vinum vbi *Caſtr. n.* 11. *& Paul. de Mont. Pic. qui*
de communi teſtatur n. 22. *ff. ſi cer. pet. Pariſ. conſ.* 87. *n.* 20. *l.* 4
Et præſertim, ſi emptor ſciuerit qualitatem & naturam rei, quia debuit ſibi proſpicere. ibid. num. 6.
Euictio. Vide in verb. Regula.
Euictio quando ſequitur ex natura rei non ſolum agi non poteſt contra venditorem ad pœnam euictionis, ſed nec ad damna, nec ad intereſſe, vel expenſas litis, neque ad fructus perceptos ante, vel poſt litem ceptam tamquam acceſſorios ad rem principalem, licet etiam de euictione promiſſum ſit. quæſt. 152. num. 8.
Niſi id promittatur in ſpecie. ibid.
Fallit in pretio quod reſtitui debet, niſi ſcienter voluerit emere illam rem, quam ſciebat aliquando debere reſtitui. ibid. num. 9.
Declaratur, quod in caſu in quo pretium eſt reſtituendum, ſolum tenebitur ad illud, quod venditionis tempore quis accepit, cum argumentum, & diminutio non conſideretur, ſed ſolum bonitas, & ſtatus tempore contractus. ibid. num. 10.
Idemque procedit in locatione, feudo, ac ſimilibus, num. 11.
Euictionem promittens non creditur promiſiſſe contra ſeipſum in cauſis, & caſibus, pro quibus de euictione non tenetur. quæſt. 152. num. 26.
Euictionis periculum pertinet ad venditorem, quando euictio habet originem tempore venditionis, vt quia res vendita erat aliena, vel alteri obligata. ibid. num. 29.
Euictio non debetur pro legato, quando pro euictione hæres nihil percipit, ſecus ſi aliquid percipiat. q. 158. num. 7.
Etſi teſtatori ab aliquo euictio debeatur, hæres tenetur ius hoc legatario cedere. ibid. num. 8.
Cuius contrarium tenet Paul. de Caſtr. ibid. num. 9.
Ampliatur, ſiue euictio ſequatur via ordinaria, ſiue ſpeciali alio remedio. ibid. num. 10.
Euictio an ſequatur in perſonam primi, vel vlterioris emptoris, non refert. q. 161. num. 1.
Euictionem qui conuenit non eſſe præſtandam, tenetur ad pretij reſtitutionem. q. 163. num. 1.
Primò ampliatur procedere, etiam ſi venditor dixerit nolle de euictione teneri aliquo modo, & a quocunque illa emanauerit, ſiue pro dato, & facto ſuo tantum, ſiue per ſimilia verba, etiam quod emptio facta ſit a ſciente. ibid. num. 2.
Secundò ampliatur locum habere, etiamſi dixerit venditor nolle teneri, niſi pro ſe, & hærede ſuo. ibid. num. 3.
Tertiò ampliatur vt procedat, etiamſi conuenerit, ne de euictione teneretur quibuſcunque caſibus. ibid. num. 4.
Quartò ampliatur, etiamſi dictum fuerit, vt non teneretur vllo modo defendere, niſi pro facto ſuo ibid. num. 5.
Primò fallit, ſi venditor fuerit in dolo & mala fide ſciens rem eſſe alienam, quia ad tota e intereſſe tnetur. ibid. num. 6.
Secundò fallit, ſi venditor, vel illius hæres pro iure ſuo rem vendicauerit non excipiente emptore, nam re vendicata emptor agit aduerſus authorem ſuum ad totale intereſſe. ibidem num. 7.
Tertio fallit, quando emptor re euicta non haberet actionem, niſi per pretii reſtitutionem. ibid. num. 8.
Quartò fallit, quando illud pactum fuit limitatum ad certam perſonam, vel certam cauſam. ibid. num. 9.
Quinto fallit in pacto reciproco, vt fit regulariter in diuiſionibus ibid. n. 10.
Sextò fallit, vbi traduntur inſtrumenta cum proteſtatione, quod teneatur pro dato & facto ſuo tantum, & non aliter, nec alio modo. ibid. num. 11.
Contrarium habetur ibid. num. 12.
Septimò fallit, ſi dictum ſit, quod re euicta ad nihilum teneatur. ibid. num. 13.
Octauo fallit, quando dictum eſſet, quod non vult teneri de euictione ex quacunque cauſa. ibid. num. 14.
Nonò fallit, quando res euinceretur a Principe, ſeu tyranno, cui reſiſti non poteſt. ibid. num. 15.
Decimò fallit in emptore hæreditatis, qui non poteſt repetere pretium, neque agere de euictione. ibid. num. 16.
Extenditur procedere quoque in actione, vel in re incerta vendita, vel in pacto cum venditore facto ibid. num. 17.
Vndecimo fallit, quando venditor dixit nolle de euictione teneri vllo modo. ibid. num. 18.
Sed contra, num. 19.
Duodecimo fallit, ſi expreſsè fiat pactum, ne venditor teneatur ad pretij reſtitutionem. ibid. num. 20.
Extenditur etiam ſi pactum ſit, ne venditor teneatur de euictione, quia dictum pactum operatur etiam reſpectu pretij. ibid. num. 22.
Decimotertio fallit, quando venditor fuit in dolo, & mala fide, ſciens rem eſſe alienam. ibid. num. 23.
Declaratur præmiſſa procedere, facta iam ſolutione pretii. ibi. num. 24.
Et quando pretium non fuit ſolutum datur retentio. ibid. nu. 25. 28. & 29.
Euictio non debetur a venditore, quando res euinceretur a Principe, ſeu tyranno, cui reſiſti non poteſt. q. 163. num. 15.
Euictio non debetur, quando cedi non debet. q. 161. num. 5.
Neque ad eam actio datur, quando dumtaxat ius ceſſum, vel venditum repetitur, quia tunc euicta re non tenetur venditor, ibid. num. 6. vbi de ratione.
Idem eſt in cedente prætenſiones. ibid. num. 7.
Euictio non præſtatur, quando fuit factum pactum, quod venditor non teneatur de euictione. q. 163. num. 20.
Euictio datur pro parte predii euicti, ita quod pretii reſtitutio facienda ſit pro parte. q. 165. num. 1.
Extenditur procedere etiam in caſibus, in quibus imminet euictio. ibid.
Primò declaratur procedere habito reſpectu ad bonitatem fundi, qui fuerat venditus ibid. num. 2.
Secundò declaratur non habere locum, quando plures res venditæ ſunt vnico pretio, quia vna ex eis euicta, emptor recedere poteſt a contractu. ibid. num. 3.
Tertiò declaratur ſibi tribuere, quando diſtinctè plura corpora fuerunt vendita, & ſingula habent ſuum pretium, quia tunc vna re euicta, ſolum conſideratur pretium rei euictæ, & damna ex illo corpore deficiente. ibid. num. 4.
Quartò declaratur non procedere quoad defenſionem capiendam, quia ſi non defendatur pro parte, pœna committitur pro toto inſolidum. ibid. num. 5.
Quintò declaratur vt locum non habeat, vbi conſtare poſſet emptorem empturum, & venditorem partem venditurum non fuiſſe. ibid. num. 12.
Sextò declaratur non habere locum, quando fundi tales eſſent, vt dura ſit illorum ſeparatio. ibid. num. 13.
Septimò declaratur non procedere, quando emptio ſi in parte tantum ſubſiſteret, emptor in communionem incidere teneretur, quia fortè res vendita cum alio eſſet communis. num. 14.
Vel ſi ex rebus pluribus vno pretio venditis, illa tradi non valeat, qua emptor præcipuè motus fuit, vt alias acquireret, ſeu emeret. ibid. num. 15.
Quod etiam accidit ratione pœnæ promiſſæ ibid. num. 16.
Euicta quando non eſt res tota, ſed pars pro indiuiſo, probandum eſt per emptorem, cuius bonitatis, conditionis, & valoris erat illa pars euicta. q. 165. num. 25.
Non tamen agitur pro bonitate rei contingente re euicta, ſed venditionis tempus ſpectatur. ibid. num. 26.
Et attenditur bonitas rei, non pars rei euictæ. ibidem numer. 27.

Vel

Vel ſi in totum, vel in partem liberatio non contingit. numer. 28.

Euictio non debetur a fiſco re per eum vendita euicta iure fideicommiſſi. q. 168. num. 14.

Euictionis promiſſio & obligatio non ſubſiſtit, vt ex ea agi poſſit, quando venditionis contractus eſt nullus, ac inualidus q. 173. num. 1.

Primo declaratur non procedere, quando venditio ab initio fuiſſet valida, licet ea poſt facto reſoluatur. ibid. num. 12.

Secundò declaratur non habere locum, quando nihilominus venditor euictionem promiſit per ſtipulationem. num. 13.

Subdeclaratur, vt ibid. num 22.

Tertiò declaratur, quod licet venditor de euictione non teneatur ex venditione nulla, non tamen agit ad rem vendicandam. ibid. num. 14.

Ampliatur, nec id etiam permitti ſuis hæredibus ibidem numer. 15.

Seu etiam hæredibus hæredum, ibid n. 16.

Quartò declaratur, vt quamuis venditio ſit nulla, & videatur venditorem contra factum proprium venire potuiſſe, tenetur tamen de euictione. ibid. num. 17.

Et obligare poteſt eius hæredes, & eorum bona. ibid.

Quintò declaratur, vt etſi venditori ex vi puta legis municipalis licet excipere aduerſus emptorem de nullitate, non tamen lucratur pretium, ſi emptor fuit ignorans. num. 18.

Euictionis actio non competit etiam, quando eam quis ſtipulatus eſt, quando illicita eſt venditio. q. 173. num. 6.

Euictionis promiſſio non obligat, quando frater maior alienana rem fratris minoris abſque ſolemnitatibus, & promittit de euictione. q 173. num. 7.

Euictionis promiſſione facta in forma, venditor in caſu nullitatis contractus tenetur reſtituere pretium, ſeu capitale cum intereſſe. q. 173. num. 32.

Præſertim ſi emptor ignorauit prohibitionem ibid. num. 33.

Fallit in minore, qui non tenetur niſi quatenus factus eſt locupletior. ibid. num. 34.

Euictio vbi ſecuta eſt ex capite nullitatis, & eſt actum reſciſſoria, illa ſequi non poteſt niſi pro pretio ſoluto. quæſt. 173. num. 35.

Et ſi in aliquo vlterius fuiſſet, puta fideiuſſor obligatus, obligatio intereſſe non extenderetur vltra duplum. ibid. nu. 36.

Euictionem promittens tenetur ſubire defenſionem. q. 178. num. 2.

Euictionis actio denegatur, quando ſecuta fuit ob abſentiam emptoris q. 178. num. 7.

Et præſertim, ſi is moleſtiam non denunciauerit. ibidem numer 8.

Euictio contingens ex noua cauſa non imputatur venditori, ſed emptori. ibid. num. 13.

Maximè vbi concurrit culpa ipſius emptoris. ibid. num. 14.

Euictionis debitor tenetur ad damna, expenſas, & intereſſe. q. 179. num. 1.

In euictione habetur ratio eius quod emptor habiturus fuiſſet, ſi res non fuiſſet euicta ibid. num. 30.

Et venit augmentum valoris prædij euicti, vbi ille ſit auctus a die venditionis vſque ad tempus euictionis ſecutæ, quod tempus ſpectatur reſpectu dicti valoris. ibid. num. 31.

Euictionis tempus inſpicitur in ſolutione intereſſe ob euictionem. q. 181. num. 6.

Ad cuius liquidationem reſpectu euictionis venditor debet vocari, alias liquidatio facta ipſo iure non vocato non valet, num. 7.

Euictionis & ſtipulationis dupli differentia. 181. num. 8.

Euictio à venditore non debetur, quando res euincitur iure ſpeciali. q. 181. num. 18.

Sed emptor tantum agit ad pretium. ibid. num. 20.

Sicut nec procurator, qui promittit minorem ratum habiturum, tenetur, ibid. num. 19.

Fallit, quando venditor bona vendita prius alteri obligauerat. ibid. num. 21.

Euictionis promiſſio non ſpectat ad venditionis contractum roborandum, ſed ad prouidendum emptori. quæſt. 181. numer. 25.

Euictio vbi ſit ratione proprietatis, ac dominij, vel quaſi, venditor non auditur offerens eandem rem cum omni intereſſe. Et de ratione, q. 183. num. 15.

Secus, ſi res euincatur ratione hypothecæ, quia tunc venditor auditur, & ſtipulatio commiſſa re ſoluitur, cum ſat ſit, quod emptor rem ſibi ablatam recuperet. ibid. num. 16.

Euicta res compenſari poteſt q. 183. num. 24.

Euictionis cauſa pendente venditor non teneatur ad ſumptus litis, cum eas emptor recuperare poſſit ab euincente, ſed expectanda eſt ſententia, licet ſecus ſit, quando certum eſſet eas recuperari non poſſe q. 184. num. 29.

Euictio, vbi eſt ſecuta in dubio venditor tenetur ad omnes expenſas etiam factas in intimanda lite. q. 184. num. 32.

Fallit, vt ibid.

Euictio locum habet re euicta etiam de iure ſpeciali. quæ 199. num. 1.

Euicta re per minorem vel Eccleſiam per reſtitutionem in integrum, ceſſat euictionis, actio, & remedium ad intereſſe, nempè ad duplum, quia iure quodam ſpeciali, & extraordinario res euincitur. q. 189 num. 6

Declaratur procedere, quando contractus fuit ſimpliciter celebratus, ſed non quando in eo fuit promiſſa euictio, quia eo caſu vt promiſſio inefficax & inutilis non ſit, intelligi debet, etiamſi à minore euincatur, ibid. num. 7.

Euicta re per reſtitutionem in integrum non datur ipſi aduerſario vtilis actio contra venditorem, à quo ipſe habuit. q. 189 num. 8

Sed contrarium habetur ibid. num. 9. vbi de ratione.

Primò ampliatur procedere in reſtitutione, quæ datur ex edicto minorum. ibid. num. 10.

Secundò ampliatur etiam in ciuitatibus. ibid. num. 11.

Limitatur, vt procedat actio iſta in ſimplum, non autem in duplum. ibid. num. 12

Euictionis promiſſio vbi fit per mulierem in alienatione rei minoris, in qua non interuenit decretum, valet, & agi poteſt contra illius bona, quæ promiſit de euictione. q. 189. n. 13. & num. 15.

Intellige, vt ibid n. 14.

Fallit in venditione neceſſaria facta per minorem, quia non intrat diſpoſitio, & ſolemnitas legis municipalis requirentis ſolemnitates in contractibus minorum.

Et de ratione ibid. n. 16. & ſeq.

Quicquid Bar. & alij contrarium aſſerant. ibid. num. 17.

Declaratur ibid. n. 18.

Extenditur idem locum habere in muliere & minore quietantibus ex cauſa neceſſaria, in qua non attenditur ſolemnitas ſtatuti. ibid. num. 19. & ita iudicatum legitur. ibid n. 20.

Euictionis actio non datur emptori, cui obijci poteſt malè quid egiſſe, vel extorſiſſe. q. 190. n. 10.

Euictio aſtringit venditorem inſtitore, ſeu procuratore emente, licet ſub ſuo nomine proprio, ſi res poſtea domino tradita euincatur. q. 193. n. 19

Euictionis remedium, an præſtetur in alluuione, pendet ab intellectu l. ex mille, ff de euict. q. 195. n. 1.

Euincens fundum euincit etiam incrementum alluuionis, licet ante motam litem foret adiectum. q. 165. n. 30.

Euictio Caſtri. Vide in verb. Euicto Caſtro.

Euictio non debetur, cum aliquid euicto imputari poteſt. quæ. 198 n 2.

Nec quando prouenit ex ſententia iniuſta. ibid. n 3.

Fallit, vt ibid. n. 4.

Euictionis ac defenſionis promiſſio etiam quod non appareat de rei traditione, præſupponere videtur in conſequentiam promiſſionem de re tradenda. q. 198. n. 15.

Euictionis promiſſio demonſtrat quæ in venditione comprehenduntur. q 198. n. 16.

Euictionis obligatio debetur etiam poſt decem annos, ſi res fuerit euicta ibid. n. 21.

Euictionis promiſſio, ſi fuit limitata pro certa quantitate, licet res vendita ſit pro pluri refertur ad omnes res, & ſingulas, prout caſus euictionis euenit, ita quod qualiacunque ex bonis venditis euincantur, venditor tenetur ad eorum euictionem, quam promiſit conuentam. ibid. n 5 a

Euictio non debetur emptori, qui cauſam iuramento euincentis decidi paſſus eſt. q. 199 n. 1.

Fallit, quando locus eſſet compromiſſo neceſſario ex forma ſtatuti, & per arbitros admitteretur dictum iuramentum. ibid num. 6.

Cum id ſpectet ad iudicem. ibid num. 7.

Extenditur procedere etiam in arbitris voluntarijs. ibidem num. 7.

Sed

Digitized by Google

Sed author contra. ibid. num. 10.
Euictio quando debetur, an ſufficiat cauere nuda cautione, & quando, & quomodo præſtanda, q. 200. num. 6.
Euictionem imminere, cum allegatur quid agendum. qu. 200. num. 13.
Euictionis exceptio in limine contractus impedit inſtrumenti executionem, q. 200. num. 13.
Euictionis actio vbi non datur, reſtituitur pretium. quæſt. 200. num 23.
Euictionis iudicium agi debet coram iudice emptoris. quæſt. 200. num. 34.
Et quid ſi clericus ſit author. ibid. num. 35.
Euictionis tenetur, qui ſciens, & in dolo fuit repertus, q. 200. num. 37.
Euictionis cauſa pendens in vno tribunali vnienda eſt cum cauſa principali, quæ agitur in alia tribunali, ne contingat ferri diuerſas ſententias q. 200. num. 38.
Declaratur procedere in diuerſitate cauſarum, dato, quod rei ſint diuerſi fori. ibid. num. 39.
Et de ratione. ibid. num. 40.
De euictione agi poteſt pro omnibus rebus euictis, & ſi non fuerit promiſſum, ſiue euincantur omnes res, ſiue pars earum. q. 200 num. 65.
Euictionis ſtipulatio intelligitur ſecundum naturam actus, & ſic ad pretium tantum, vbi ad illud tantum agi poteſt. q. 200. num. 68.
Præſertim, ſi adſit iuramentum. ibid. n. 69.
Euictio vbi præſtanda eſt, illa præſtari non debet rei per hæredem redemptæ, & poſtea per eum traditæ legatario, a quo fuit euicta, ſed hæres cedit actionem contra venditorem. q. 200. num. 76.
Euicto Caſtro ædificia non habentur in conſideratione. quæſt. 196. num. 1.
Sed habetur reſpectus ad redditum de proximo in proximum recipiendum ex dicto Caſtro. ibid. n. 14.
Euictio non debetur pro legato ſpeciali, & in re certa. quæſt. 63 num. 13.
Et de ratione ſupra n. 12. & infra n. 17. ibid.
Primò declaratur, vt locum non habeat, quando culpa ipſius hæredis res legata fuit euicta. ibid. n. 19
Secundò declaratur, non procedere in legato facto coniunctæ perſonæ. ibid. n. 26. & ſeq. & n. 40.
Quod ampliatur primo locum habere etiam quod legatum factum fuerit rei alienæ. ibid. n. 21.
Quia vbi non datetur actio de euictione, datetur actio legataria. ibid. n. 22.
Secundò ampliatur, vt ſi res præſtari non poſſit, vt quia aliena, debeatur æſtimatio. ibid. num. 23. Sed vide n. 26.
Tertiò ampliatur, quando amico valdè dilecto, vel coniuncto legatur. ibid. n. 24.
Primò fallit dicta ampliatio, quando etiam hæres eſt coniunctus. ibid. n. 25.
Secundò fallit, quod fuit dictum de æſtimatione, quando ex veriſimili mente teſtatoris colligitur, quod fuit legata res ipſa. ibid. n. 26.
Tertiò declaratur, quando res legata erat aliena, quo caſu hæres tenetur de euictione. ibid. n. 27.
Quartò declaratur non procedere, quando non vni ſoli hæredum teſtator fecit prælegatum, ſed vtrique, quia tunc debetur euictio. ibid. n. 28.
Et de ratione. ibid. n. 29.
Ampliatur, euictionem etiam dari in portione hæreditaria. ibid. num. 33.
Quintò declaratur non procedere in legato facto pro legitima. ibid. num. 37.
Intellige, vt num 38.
Sextò declaratur non habere locum, cum teſtator ſciens rem a ſe poſſeſſam obligatam eſſe conditionibus extinctiuis, eam ſcienter legauit. ibid. n. 39.
Euictio in re legata in genere debetur. q. 63. n. 14.
Limitatur primo, ſi res legata ſit vniuerſalis, quia patit damnum legatario. ibid. n. 15.
Secundò limitatur, quando legatum eſſet incertum de certis, quia dicitur legata ſpecies ibid. n. 16.
Euictio ceſſat in legato rei communis, ſiue teſtator ſciat, vel ignoret. q. 63. n. 18.
Euictio non debetur inter hæredes pro re in teſtamento diuiſa. quæſtione 63. numer. 31.
Fallit, quando res titulo legati fuit relicta. ibid. num. 32. vbi de ratione.
Euictio non datur in re prælegata, quæ poſſidebatur a teſtatore, niſi excipiendo. q. 66. n. 1.
Secus ſi legauit teſtator rem ab alio poſſeſſam, quia tunc euictio datur etiam agendo. ibid. num. 2.
Et de ratione. ibid. n. 3.
Primò limitatur concluſio præmiſſa quæ fundatur in §. euictis, vt procedat, quando per teſtatorem prælegaretur res aliena ab ipſo tamen teſtatore poſſeſſa, quam credebat eſſe ſuam, ſecus ſi legaretur res aliena ab extraneo poſſeſſa. ibid. num. 4.
Secundò limitatur non habere locum, ſi cohæres non eſſet perſona coniuncta, quo caſu etiamſi teſtator ignoraret lagaſſet, habet regreſſum de euictione contra cohæredem, cum tunc non ſint in pari cauſa. ibid. num. 5.
Tertiò limitatur, niſi tale prælegatum eſſet neceſſarium, vt eſt, quando factum fuit filio, quod in legitimam deberet imputare. ibid. n. 8.
Quartò limitatur, quando diuiſio facta eſſet a teſtatore, ſecus ſi facta ſit a partibus, vel a iudice. Ibid. n. 9.
Euictio in legato ſeu prælegato non debetur iure actionis etiamſi fiat coniunctæ perſonæ. q. 67. n. 1.
Ampliatur id procedere quoque in diuiſione facta a teſtatore. num 2.
Primò fallit, ſi legatum ſit computandum in legitima. ibidem num. 3.
Secundò fallit, quando diuiſio fit a parte, vel a iudice. ibidem num. 4.
Euictione ſecuta iudicis authoritate emens ad publicum incantum agendum eſt contra illum cui fit ſolutio pretij, & ad cuius inſtantiam res fuit tradita. q. 67. n. 14.
Euictio in contractu emptionis venit iure actionis. quæſt. 67. num. 22.
Euictio ideo non debetur in donatione, quoniam donatario nihil obeſt q. 68. n 7. vid. Plura in ver. Donatio.
Euictio ideo debetur in venditione, quoniam emptor ſoluit pretium. ibid. n. 6.
Euictate in dotem data per mulierem, nulla marito competit actio. ibid. n. 8.
Euictio non debetur ex donatione, quæ incæpit a vera traditione a principio. q. 69. num. 1.
Primò ampliatur, vt procedat etiam in traditione ficta. numer. 2.
Ratio affertur ibid. num. 3.
Secundò ampliatur, quando donator emit rem, quam donauit, & alteri tradidit, & ea fuit euicta a donatario per verum dominum. ibid. n. 4.
Tertiò ampliatur in quacomque donatione titulo gratuito facta. ibid. n. 5.
Quod exemplificatur in augmento dotis facto mulieri. ibid.
Quartò ampliatur, quando aliquis contractus non præcedit. num. 7.
Primò limitatur vt locum non habeat, ſi donator expreſsè promiſerit de euictione. ibid n 9.
Ampliatur primo, vt etiam ſufficiat promiſſio de conſeruando indemnem a quacumque lite & controuerſia donatarium. ibid. num. 10.
Secundò ampliatur, etiam ſi fiat promiſſio de faciendo bonam donationem. ibid. n. 11.
Tertiò ampliatur vt procedat, ſiue promiſſa ſit euictio verbis ſpecialibus, ſiue etiam generalibus pro ſuo dato, & facto, ſiue per ſtipulationem, ſiue pacto nudo. ibid. n. 12.
Sublimitatur dicta limitatio, vt non procedat, quando donatarius aſſeruit Principi, rem ad eum ſpectare, quæ non ſpectabat, quia ex quo fundatur ſuper mendacio, donans non obligatur. n. 14.
Secundò limitatur, ſi dolus donatoris interceſſit. ibidem numer. 15.
Tertiò limitatur non procedere in donatione facta filio per patrem, qua euicta poteſt filius agere aduerſus hæredes patris. ibid. num. 16.
Et de ratione. ibid. n. 17.
De veriori traditur. ibid. num. 18.
Sed contrarium, quod in huiuſmodi donatione non detur euictionis actio habetur. ibid. n. 19. vbi de ratione.

Fallit

INDEX.

Fallit hæc vltima relata ſenteutia, ſi filio donatio fiat pro legitima.ibid.num.21.
Sublimitatur,ſi euictio ſequatur culpa. ibid. num. 22.
Quartò limitatur in donatione remnneratoria,in qua donator de euictione tenetur, licet a traditione cæperit. ibidem num.26.
Rationes adducuntur. ibid.num.30.& 31.
Extende idem procedere in donatione dotis cauſa facta,quæ non eſt mera donatio.ibid.oum.33.
Declaratur ita demum babere locum, ſi ſeruitia ſunt talia, quod pro eis alias data fuiſſet actio aduerſus donatorem. ibidem.num.34.
Quintò limitatur, vt non procedat in Prælato conferente præbendam,qui de euictione obligatur, quæ tamen limitatio vſu non recipitur.ibid.num. 37.
Sextò limitatur non procedere io feudo alicui conceſſo, quo euicto feudatario datur actio de euictione. ibidem numer. 38.
Septimò limitatur in donante rem alienam, aſſerente tamen eſſe ſuam.ibid.n.40.
Octauò limitatur in donatione propter merita, vel ea cauſa. num.41.
Nonò limitatur in donatione reciproca,in qua datur euictionis actio.ibid n.42.
Decimò limitatur,ſi donator obligauerit rem donatam. numer.43.
Vndecimò limitatur in venditione, in qua vnditor delegauit pretium certis ſuis creditoribus,qui dooent pretium.ibidem num. 44.
Primò ſublimitantur limitationes,qnibus dicitur, douantem donatario de euictiooe non teneri, non procedere, ſi culpa donatarij proceſſit.ibid. num 45.
Secundò ſublimitatur, quando donator promiſit tradere ad hunc effectum,ne teneretur de euictione.ibid.num.46.
Et de ratione.ibid. num.47.
Tertio ſublimitatur, quando euictio ſecuta fuit virtute hypothecæ ignoratæ. ibid.n.48.
Quartò ſublimitatur in donatione facta per libertum in fraudem patroni.ibid.num. 49.
Extende idem ſibi tribuere in patre reuocante alienata donationis titulo per filium in eius fraudem. ibid.num. 50.
Euictio non datur in dote, quando contractus incipit a traditione,non a promiſſione q.70. n.7.
Et de ratione ibid.num. 11.
Primò limitatur,ſi mulier ſciens bona eſſe alteri obligata, & aliena, eadem tamquam propria & libera in dotem dedit, quia tunc de euictione tenetur,ſeu de dolo.ibid. num.8.
Secundò limitatur in caſu,quo vaor,quæ alia bona habebat, dotem dedit de bonis reſtitutioni fideicommiſſi ſubiectis, quæ deinde a ſubſtitutis fuerunt euicta, quia eo caſu maritus agit de euictione.ibid.num 9.
Sublimitatur dicta limitatio vt procedat,quando mulier ſciebat,rem eſſe fideicommiſſo obnoxiam. ibid. num.10
Tertiò limitatur procedere in dote quam dedit extraneus, qui incontinenti non fuit ſtipulatus eam ſibi reddi, quia tunc donata cenſetur, quæ ſi incipit a traditione non datur euictio,ſecus ſi pater dotem dederit ibid.n.13.
Quartò limitatur,quando dos præſtatur ab extraneo, qui incontinenti ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi.ibid. num.14.
Euictio dotis ſolutæ per vnum ex hæredibus ſi ſequatur, agi deinde poteſt etiam contra cohæredem pro parte ſua.quæſt. 75.num.16.
Euictio & defenſio in contractu dotis non eſt de illius natura q.76.num. 16.
Et de ratione.ibid.n.17.
Euictionis promiſſio facta pro re in dotem data extenditur ad aliam rem ex pretio rei in dotem datæ acquiſitam, & in illius locum ſubrogatam,ſi fuerit euicta.q. 76.n.18.
Extenditur ad rem ex pretio maioratus emptam. ibidem numer. 19.
At vide ibid.num.20.21.
Euictionis promiſſio facta a renunciante eo præmortuo habetur pro non facta q.77.num. 2.
Euictio, ſeu auocatio quando tollat, ſeu deſtruat obligationem,vel non,diſtingue,vt in q.78.n.19.& ſeq.
Euictio quando non deſtruit obligationem, agitur primæua actione.q.78.n.25.& q 80.n.31.
Euictio regulariter non cadit in emptione dubij euentus. q. 79.num 31.
Fallit in venditione actionum, vt euictio præſtari non debeat,quia nihiluminus venditor tenetur demonſtrare non eſſe,quæ aſſerit.ibid.n.32.
Ampliatur procedere, ſi imprudens quid dixerit quando ei eſt imputandum,cum temere aſſeruerit id,quod ignorauit. ibid.num. 33.
Euictio ſecuta quando deſtruit obligationem, non datur actio primæua,ſed agitur de euictione tacita, ſi de expreſſa non fuit promiſſum.q 80 n. 30.
Declaratur procedere, dummodo præceſſerit litis denunciatio ibid. n. 31.
Euictio venit ex natura contractus.q.81. num.1.
Et fortius, ſi de ea fuit ſtipulatum, quo caſu etiam agitur ex ſtipulatu.ibid.n.2.
Euictio locum baber in annuis redditibus.q. 82. num.1.
Euictio locum baber in cenſu,quando fuit promiſſa. quæſt.82, num. 2.
Euictio tunc dicitur imminere,quando pretium non eſt ſolutum, & eſt mota lis.q.85.n.12.
Et ſufficit quod lis mota ſit ſuper parte rei, & ſuper poſſeſſorio, vel ſuper aliqua ſeruitute, ſeu obligatione, etiamſi calumnioſa ſit,ſi tamen declarari non fuerit petitum. ibi n. 13.
Euictio non dicitur imminere, ſi pater vendit rem cuius proprietas eſt filij,nec per hoc cogitur pater ſatisdare viuente filio.q. 85.num.22.
Sed contrarium habetur.ibid.n.23.
Euictio licet immineat,venditor allegare poteſt eius creditum eſſe liquidum ex inſtrumento venditionis, vt agere valeat ad illius executionem.q.85. num.24.
Euicta res dicitur, cum per ſententiam abducitur. quæſt. 86. num 7.
Nec ſufficit emptorem fuiſſe condemnatum ad rem reſtituendam,niſi effectualiter, & executiuè fuerit ablata. ibid. num. 8.
Intellige,vt num. 13.
Et agitur dicto caſu ad pretium, licet non ad duplum.ibidem num. 9.
Euictis rebus hæreditarijs extra quod cogitauit teſtator, an minuantur legata q.95.n. 14.
Exactio facienda de aliquo,quatenus facere poteſt, importat, quod exigatur non quantum redigeretur ex venditione ædificiorum, quia non habetur reſpectus ad qualitatem ædificij,ſed ſolum ad quantitatem fructuum.q. 196.n. 5.
Exceptio læſionis, & petitio iuſti pretij non excluduntur per promiſſionem non contraueniendi, nec per alias clauſulas contractus,etiam quod iuratæ ſint q...nu. 17. 18.& 19.
Declaratur procedere,ſi enormiſſima ſit læſio.ibid.n.20.
Exceptio,quæ non eſt contraria iuramento per iuramentum non tollitur.q.4.num.38.
Exceptiones, quas opponere poſſit neceſſarius defenſor veniens ad iudicium.vide q.6. num.10.
Declara,vt n.16.
Exceptio ſiue retentio rei non liberè traditæ non datur ei, qui ſciuit rem alteri obligatam q. 27.n.1.
Exceptio implementi venditoris non retardat executionem obligationis Cameralis q.57.n 13.
Præſertim vbi ſuper exceptione lis pendet.ibid. n. 13.
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.quæſt. 68. num. 5.
Exceptio competens contra venditorem competit etiam contra illius ceſſionarium petentem.q 85. n.4.
Exceptio non adimplementi locum habet,quamuis non interſit illorum,quibus aliquid fuit promiſſum. q.90.num.40.
Et talis exceptio eſt fundata non ſolum in intereſſe, ſed & in violatione fidei, licet in minimo implementum non fuerit. ibid.num 41.
Exceptio, tu non impleuiſti pro parte tua ſemper opponi poteſt,licet ſtatutum opponi exceptiones prohibeat. q. 98. n.7.
Exceptio,tu non impleuiſti pro parte tua adeo eſt fauorabilis, vt iudex parte non opponente ſuppleat.q 98. num.10.
Exceptio non implementi eſt notoria ex inſtrumento quod facit probationem.ibid.n.13.
Exceptio, tu non impleuiſti pro parte tua ſemper opponi poteſt.q.103.num 45.
Exceptio pretij non ſoluti opponi poteſt in executione, quan-

do

do emptor agit ad rem tradendam,& reportauit ſententiam fauorabilem.q 97.num. 11.
Et de ratione.ibid. num. 12.
Exceptio pretij non ſoluti repellit emptorem non obſtante ſtatuto q.98 num.6.& q. 103.num.44.
Fallit,vt ibid.num. 8.
Exceptio rei non traditæ repellit venditorem agentem ad pretium, ſi rem non integram, vel non liberam tradidit, licet emptor per publicum inſtrumentum promiſerit, & ſtatutum mandet, quod inſtrumenta paratam habeant executionem q.98.num 5.& q.103.num.43.
Exceptio, quæ deſcendit ex ventre inſtrumenti comprehenditur a ſtatuto, quod prohibet exceptionem opponi aduerſus inſtrumentum.ibid.num.9.
Quamuis aliqui contrarium teneant.ibid.num,11.
Excipiens in ſuis exceptionibus actoris vices ſuſtinet. qu. 108. num.7.
Excipi poteſt quod venit ex natura contractus. q. 150.num.7.
Exceptio quando eſt turbida, non impeditur executio obligationis Cameralis.q 150.num.25.
Exceptio non dicitur turbida, vbi de illius veritate conſtat per claras allegationes iuris abſque aliqua facti probatione. ibid. num.30.
Fallit, quando neceſſariæ forent probationes factæ. ibidem num.31.
Exceptio retentionis melioramentorum ſi opponatur in executione ſententiæ ſufficit,quamuis non fuerit oppoſitum in ipſa lite.q.154.num. 12.
Exceptio,tu debebas inueſtigare non procedit, quando ignorantia emptoris prouenit ex dolo venditoris.q.162.num.25.
Excuſſio quando facienda eſt per creditorem extra territorium iudicantis,& alterius prouinciæ,quando locus non eſt remotus, & fieri poteſt ſine incommodo creditoris. remiſſiuè.q.164.num.30
Excoſſio.Vide in verb. Fiſcus.
Executio iudicij regulatur a iure principalis litigatoris. qu. 6. num. 6.
Executio ſententiæ.Vide in verb. Sententia.
Executio pro maiori ſumma, quam ſit creditum,non ſuſtinetur pro vera parte crediti.q.146. n.9.
Executio obligationis Cameralis non impeditur, nec retardatur,quando exceptio eſt turbida. q.150.num.25.
Executio ſententiæ latæ in actione perſonali aduerſus tertium poſſeſſorem fieri non poteſt.q.177.num.45.
Siue cæperit ante litem motam poſſidere,ſiue poſt, & quandocunque ante executionem. ibid.
Siue etiam condemnatus dolo deſierit poſſidere, ſiue non. ibidem num.46.
Executio in cenſibus & annuis redditibus fit contra hæredes inſolidum q.200 num.63. vbi videas.
Executiuè non agitur contra tertium, niſi in inſtrumento adſint clauſulæ conſtituti, præcarij, & facultas ingrediendi propria authoritate.ibid.num.60.
Executor vniuerſalis poteſt requiſito hærede vendere bona pro teſtatoris vltima voluntate exequenda.q.192. num.1.
Quamuis id particulari tegetur.ibid num.2.
Fallit, ſi vendendi facultatem teſtator illi expreſsè conceſſerit.ibid.num.3.
Adita prius hæreditate ibid.
Primò ampliatur procedere, etiamſi tacitè id mandauerit teſtator.ibid. num.4.
Secundò ampliatur, ſi teſtator diſponat,rei pretium debere per hæredem,aut executorem in alios diſtribui,quo caſu videtur eidem conceſſa facultas alienandi. ibid.num.5.
Fallit, ſi ſimpliciter executor a teſtatore fuerit inſtitutus nulla forma ſibi præfixa,quia id tantum exequi poteſt,quod per leges,aut canones eſt permiſſum. ibid. n.6.
Executores plures vbi dati ſunt, omnes in exequendo conueniri debent,ex quo coniunctim dati cenſentur. q. 192.nu 7.
Fallit, ſi de fauore animæ agatur,quia vnus exequi poteſt ſine cæteris. ibid.num.8.
Executor datus ad vendendum agere poteſt,vt hæres vendat, ſi poſſidet,& emptori tradat. ibid. num 9.
Quia etiam ipſe poteſt bona fide vendere, cuius factum obligat pauperes,vt a defuncto geſtum.ibid.num.10.
Et poteſt in ſolutum dare eis, quibus diſtribuenda erat pecunia.ibid.num. 11.
Executoribus poteſt teſtator facultatem concedere vendendi bona hæreditaria etiam ante aditam hæreditatem. ibidem num.12.
Ampliatur procedere, etiam ſi ſimpliciter fuerit conceſſa facultas alienandi.ibid.num. 13.
Contrarium habetur.ibid.num.14.
Prior tamen relata ſententia probatur.ibid. n.15. Quæ.
Declaratur procedere,dummodo facultas ſit ſpecialis ad vendendum tale prædium.ibid.num. 16.
At executor cautius aget,ſi hæredem nominat ibid.num. 17.
Executoribus vbi conceſſa fuit per teſtatorem alienandi facultas ſine hærediſconſenſu, acquiritur dominium licet non poſſeſſio.ibid. num.18.
Executor hæred, irrequiſito poteſt bona vendere pro ſoluendis legatis piis vt defuncti voluntatem impleat. ibid. nu.19.
Sed contrarium.ibid num. 20.
Præſertim ſi rei pretium pro ſoluendis legatis hæres offerat, vel ſe ſoluturum caueat infra certum tempus.ibid. num. 21.
Et vbi minor eſt hæres tutor citandus eſt.ibid. num.22.
Prior ſententia probatur, licet executor de ſuo teneretur, ſi minoris vendidiſſet.ibid.num.23.
Executor tenetur hæredi ad damna,& intereſſe, ſi rem meliorem alienet.ibid.num.24.
Ampliatur eo magis procedere, ſi emptor & executor in vendendo participes ſint fraudis,quia nulla eſt alienatio. ibidem num. 25.
Vel ſi per dolum hærede irrequiſito vendita res fuerit. numer.26.
Executor teſtamenti ad pias cauſas bona hæreditaria alienare, & diſpenſare poteſt hæreditate non adita. ibid num.27.
Ampliatur procedere,etiamſi agatur de eligendis pauperibus ibid.num.28.
Executor contra hæredem vel debitorem defuncti exercere non poteſt.q.192.num.30.
Fallit fauore piæ cauſæ.ibid.num.31.
Ampliatur habere locum,etiam ſi commodum aliquod ex legato remaneat ipſi executori, quia tunc non ſolum in piis cauſis,ſed etiam in illis, in quibus ius aliis, ſibi actio datur. ibid num.32.
Executor quando quis cenſeatur conſtitutus ſub nomine miniſtri nudi.ibid.num.33.
Executores quando plures dati ſunt,vnus poteſt alium conuenire,qui debitor ſit hæreditatis, vt in iuncto muneri ſatisfaciat.ibid.num. 34.
Declaratur verum eſſe nullo dato cohærede vniuerſali. ibid. num. 35.
Executor aduerſus alterum executorem agere non poteſt hærede vniuerſali inſtituto.ibid.num. 36.
Quamuis ſecus procedat, vbi agitur de exequendis piis voluntatibus.ibid.num.37.
Executor ad certum actum particulariter datus non cenſetur hæres, niſi ex verbis teſtamenti appareat teſtatorem aliud ſenſiſſe.ibid.num.38.
Et dicitur colligi mens, quando alius actus fuit eidem commiſſus, ne inducatur confuſio ex interuentu perſonarum. ibidem numer. 39.
Executor in caſibus, in quibus licitè vendere poteſt bona teſtatoris pro exequenda illius voluntate, res vendendæ ſubhaſtari debent.ibid.num.40.
Fallit,ſi executor mandatum habuerit a teſtatore ad vendendum.ibid.num. 41
Declaratur,ſi ſpeciale prædium teſtator vendi iuſſerit, ſecus ſi generaliter vendendi licentia data fuerit, quoniam ſubhaſtatio eſt neceſſaria.ibid.num.42.
In qua ſubhaſtatione prius mobilia vendenda ſunt, ac deinde ſtabilia.ibid.num. 43.
Et aduertendum eſt, ne pro exiguo debitores magni valoris alienetur,ne de nullitate opponatur ibid. num. 44.
Et quod alienatio fiat præſente pecunia,non autem habita fide de pretio.ibid.num. 45.
Nec ſufficiat confeſſio,ſi præſertim aliunde numeratum non conſtet. ibid.num.46.
Primò limita hoc vltimum, niſi teſtator confitendi dederit poteſtatem.ibid.num 47.
Secundò limita, vt locum non habeat in executore expreſſum habente mandatum cum libera. ibid.num.48.
Licet vendere non poſſit quouis pretio, dato quod plenam ha-

Digitized by Google

I N D E X,

habeat vendendi poteſtatem.ibidem numer. 49.
Executor vniuerſalis nullo dato hærede, hæredis vice fungitur.quæſt.193. num.1.
Præſertim,ſi datus ſit ad pias cauſas.ibid. num.2.
Executor vendens pro exequenda teſtatoris voluntate, ad inſtat hæredis de euictione conueniri poteſt. quæſt.193. numer.3.
Primò fallit, ſi inter pauperes bona defuncti ſunt diſtributa, quia tunc non tenetur,& de ratione.ibid.num 4.
Secundò fallit in executore particulari, qui de euictione non tenetur.ibid.num.6.
Executores vendentes tenentur omnia teſtatoris inſtrumenta circa rem emptori dare, qua euicta emptor agit aduerſus hæredem.q 193.num. 7.
Executor officij nomine contrahens non tenetur de ſuo.quæſt. 193.num.8.
Et ſufficit quod probet,ſe talem eſſe, qualem aſſeruit in contrahendo.ibid. num 9.
Et talis executor contrahere non videtur, ſed hæres. ibidem num. 11.
Executor contrahendo non tenetur, niſi quando non probat ſe talem eſſe,qualem ſe fecit.q.193.num.10.
Executor contractus de euictione non tenetur, ibidem numer.13.
Fallit,ſi nomine proprio ſe obligauit.ibid.num 14.
Nam alias periculum ſpectat ad emptorem.ibid.num. 15.
Qui regreſſum habet contra debitorem, cui profuit ſolutio, & fuit liberatus.ibid.num.16
Si tamen inſtante minore iudex pronunciauerit nullam obligationem,nec contra eum exequetur.ibid.num.17.
Aut dolo malo, vel contumacia venditor vteretur. ibidem num.18.
Executor ſententiæ, ſi vendat rem Iure Magiſtratus, de euictione non tenetur,cum id ex neceſſitate officij præſtet.ibid. num.20.
Sed debitor de euictione tenetur, cuius principaliter geſtum fuit negocium.ibid.num. 21.
Et de ratione.ibid.num.23.
Idem dicitur in pignore.ibid.num.22.
Executor. Vide in verb. Venditio.
Expenſæ neceſſariæ quænam deducantur in contractu emptionis & venditionis.vide q.28.num.9 10 & ſeq.
Expenſæ & onera deducuntur in beneficijs & cæteris diſpoſitionibus ad cognoſcendam veram æſtimationem rei. q. 28. num.17.
Expenſa.Vid.in verb Impenſa.in verb.Melioramenta in verb. Meliorationes in verb.Emptor.in verb. Fur.
Expenſæ ac meliorationes non debentur emptori nuliter, ac ſcienter ementi.q.176. num.1.
Contrarium firmatur.ibid.num.4.vbi de ratione.
Et contrarijs reſpondetur.ibid. num. 5.
Primò limitatur,vt procedat,ſi expenſæ ſunt vtiles,vel neceſſariæ,non autem ſi voluptuariæ.ibid. num.20.
Secundò limitatur, vt locum non habeat,quando iſtæ expenſæ, licet alias vtiles, nimis tamen graues eſſent, & factæ a poſſeſſore non abſque dolo,vt puta,quia cogeret minorem, ac verum dominum illam rem magis relinquere.ibid.nu.21.
Et in hoc traditur cautela.ibid. num.22.
Tertiò limitatur vt locum habeat, quando verè ſunt vtiles, non autem quando damnum afferunt. ibid. num. 33
Ampliatur vt locum ſibi vendicet etiam in Eccleſia, quæ fortè reſtitutionem petat aduerſus locationem, vel emphyteuſim,quia debet reſtituere, & reficere meliorationes factas a conductore,vel emphyteuta.ibid.num. 24.
Expenſæ ac meliorationes triplicis ſunt generis, videlicet neceſſariæ,vtiles,& voluptuariæ.q 176. num 6.
Expenſæ neceſſariæ, ſeu meliorationes,quamuis factæ a malæ fidei poſſeſſore deducuntur,quando is cogitur rem reſtituere.q.176.num.7.
Expenſæ.Vide in verb Poſſeſſor malæ fidei, & bonæ fidei. in ver Venditor.in ver.Promittens.in ver. Impenſæ.
Expenſæ ſeu meliorationes voluptuariæ non deducuntur ibid. num.17.
Contrarium ibid. num.18.
Sed prima opinio probatur.ibid. num.19.
Expenſarum in deductione ſpectatur id quod minus eſt,ibid. num.25.
Æſtimantur tamen habita ratione temporis, quo reſtituuntur.ibid.num. 26.
Intellige procedere in ædificijs vrbanis.ibid.num.27.
Vbi quid ſeruandum ſit in æſtimandis arbuſtis, vitibus,& alijs arboribus.
Expenſæ factæ in lite ſibi mota non recuperantur ab emptore, qui obtinuit aduerſus venditorem.q.184.num.9.& 24.
Maximè, ſi aliter dictum non fuerit per partes. ibid.num 10, & 11.
Contrarium verius dicitur.ibid.num. 12.& ſeq.& num.18.
Affertur ratio.ibid.num.14 & 16
Expenſæ nedum teſtium & inſtrumentorum debentur a venditore,ſed etiam ſalaria procuratorum,aduocatorum,& notariorum.q.184.num.27. & 28.
Expenſæ quando a venditore non fuerunt promiſſæ, illæ directò non petuntur,ſed petitur intereſſe, quia venditor non defendit,in quo veniunt ſumptus, & expenſæ.ibid.num.35.
Expenſæ,quæ culpa & delicto emptoris,ſeu procuratoris acciderunt,non reficiuntur.q.185. num.1.
Expenſæ paſſæ per emptorem ob delictum procuratoris, vel ſui ipſius,non repetuntur a venditore.ibid num.7.
Primò ampliatur procedere, licet venditor, ſeu dominus ſe obligaſſet ad refectionem expenſarum, cum talis promiſſio intelligenda ſit de illis, quæ iuſtè fiunt, non autem illicitè. ibid.num.8.
Secundò ampliatur, vt locum habeat etiam ſi venditor ſe obligauerit ad omnes caſus fortuitos, cum non veniant illi, qui ex culpa partis occurrunt.ibid.num. 9.
Expenſæ factæ ab emptore pro defenſione rei emptæ reficiuntur quæſt. 185.num. 12.
Prout ſi pro conſecutione rei venditæ emptor aliquid legitimè ſoluit, quia poteſt id totum loco damnorum,& intereſſe repetere. ibid.num.13.
Expreſſum habetur in contractibus id, de quo ſi contrahentes interrogati fuiſſent, ita veriſimiliter reſpondiſſent. quæ ſ. 159.num.31.
Extraiudicialis moleſtiæ etiam fieri debet denunciatio. qu. 4. num.6.

F

FActum patris reputatur factum hæredis in euictionibus. quæſt.10.num.4.
Ampliatur. vt ibid.num.5.
Factum iniuſtum ſuperioris reputatur caſus fortuitus. qu. 19. num.15.& quæſt.20.num.14.
Factum contra proprium nemo auditur.q. 62 num.4.
Fallit, quando quid factum fuit contra legem. ibid.numer.6. & ſeqq.
Factum venditoris aliquando nocet emptori. qu.99.num.1.& ſeqq. vbi declaratur.
Et an factum emptoris noceat venditori, & quando. qu. 99. num.23. 24. & 25.
Factum iudicis ſupplet factum partis q.114. ſub num 3.
Factum iudicis dicitur factum partis.q.123. num.25.
Factum Præpoſitorum habetur pro facto ſingulorum. q.132. num.7.
Factum ſuperioris connumeratur inter caſus fortuitos qu. 19. num.15.q.20 num.14 q.200.num. 31.
Ideò in qualibet promiſſione reſeruata intelligitur authoritas ſuperioris, dicta q. 200.num. 32.
Falſa demonſtratio Vide in ver. Demonſtratio.
Falſa cauſa in contracto parit repetitionem.q.116.num.5.
Feneſtram promittens,vel obligans vicino non extruere. Vide in verb.Promittens.
Feudum dicitur titulus oneroſus. q.23.n 8.
Feudum. Vide in verb.Alienatio.
Feudum alienatum a patre. Vide in ver Pater, qui vendidit.
Feudum eſt donatio, quia appellatur beneuola actio tribuens gaudium capienti q.69.num.39.
Feudum emens,ſi ſit in bona fide repetit pretium. quæſt. 106. num 42.
Fallit,quando ſcienter emit ſine conſenſu domini.ibidem numer.43.
Ampliatur duobus modis,ibid.num.44.& 45.
Feudi euictio præſtatur.q.118. num.1.
Saltem quoad pretium.ibid.num.2.

Et

Digitized by Google

Et ad intereſſe. ibidem numer. 3.
Pro quo agitur actione ex empto. ibid. num. 4.
Et venditor, ſi ſoluendo non ſit, res in commiſſum non cadit, ſed ſuccurritur emptori ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, etiam ſi expreſsè conuentum fuerit, ne de euictione teneretur. ibid. num. 5.
Vel ſi in contractu de euictione actum non fuiſſet. ibidem num. 6.
Diſtinguitur tamen, an ſciuit, aut ignorauit emptor. ibidem num. 7.
Feudi emptor. Vide in verb. Emptor. in ver. Euictio Fundum.
In feudo ignorantiæ, & ſcientiæ diſtinctio tunc adhibetur, cum naturaliter & ſine culpa feudum aperitur. ibid. num. 39.
Feudum naturaliter non aperitur, ſi hominis facto libero aperitur. ibid. num. 40.
Feudi refutatio. Vide in verb. Refutatio.
Feudum vbi conceſſum fuit cum clauſula ſaluis iuribus alienis, Princeps de euictione non tenetur. q. 119. num. 8.
Feudum viuentis in caſum mortis dominus ſi promittat ſecundo, ad euictionem vel intereſſe tenetur, ſi prior illud conſecutus fuit ibid. n. 10.
Declaratur non procedere, ſi adiecta ſit clauſula, ſaluis iuribus alienis, quia qui promittit cum dicta clauſula, aliud promittere non videtur, vel dare, quam ius quod in illa re habet. ibid. num. 11.
Ampliatur locum habere, etiamſi poſterior ſciuerit, quod alteri antea promiſſum foret. ibid. num. 12.
Feudi conceſſio, ſi poſt, aut per mortem Titij, aut alia ratione deuoluatur, dicitur conditionalis, & conditione deficiente expirat, & dominus de euictione non tenetur. ibidem numer. 13.
Ampliatur etiam ſi dictum ſit, concedo Mæuio quando per mortem Titij mihi aperietur. ibid. num. 14.
Fallit, ſi dominus poſſeſſori poſtea conſenſit, vt feudum hoc vendat, qua ratione ob eius mortem non aperiatur, quia de euictione tenetur. ibid. num. 15.
Feudi conceſſio ſi facta ſit Mæuio poſt mortem Titij, quod poſt illius mortem aperietur, ſi Mæuius ignorat quod non aperietur ex eo quod ſuperſint agnati dicti feudi capaces, tunc dominus de euictione tenetur. ibid. num 16.
Intellige, niſi Inueſtitus ſciuerit. ibid. num. 17.
Fallit, ſi dominus id conceſſerit ad preces, ſeu ſupplicationem ipſius Mæuij. ibid. num. 19
Feudo euicto dominus de euictione tenetur, dummodò vaſallus inueſtitus denunciauerit, & feudum per iudicis ſententiam ſit euictum. ibid. num. 20.
Vbi etiam, quod quando quis fuit impeditus, ne denunciaret, vel pacto remiſſa ſit denunciandi neceſſitas. ibid.
Feudi poſſeſſione euicta contra dominum agi poteſt ad id, quod vaſalli intereſt. ibid. num. 21.
Saltem pro portione euicta, ſi pro parte euincatur, ſi in totum pro tota. ibid. num. 22.
Contrarium, quod re particulari euicta dominus non teneatur, habetur. ibid. num. 23.
Feudorum maiorum diui[illegible]o non eſt licita. q. 120. num 11.
Feudi in diuiſione non præſtatur euictio, quando contingit ex ſui natura. ibid num. 12.
Primò ampliatur, vt nec etiam pretium rei feudalis peti poſſit ibid. n. 13. vbi de ratione.
Secundò ampliatur, etiamſi de euictione quis ſibi caueri curauerit, niſi in ſpecie dictum ſit, cum non ſufficiat ſimplex & generalis promiſſio de euictione. ibid. n. 14.
Limitatur, niſi fortè alienabilis eſſet, & adiectæ diuiſioni tales clauſulæ, vt renunciatum videatur, quod ex propria natura feudum deberet redire ad agnatos. ibid. num. 5.
Contrarium, vt hoc caſu generalis promiſſio de euictione ſufficiat, etiam ſi ſequatur euictio de ſui natura. ibid. n. 16.
Quæ vltima ſententia declaratur. Ibid. n. 17.
At videas ibid. n. 18. & 19.
Feudi quando defunctus nullum habebat titulum, ſeu iniuſtum, & euictio non venit ex natura rei, diſtinguitur, an quis ſciuerit, vel ignorauerit. q. 120. n. 20.
Feudum euictum qualiter æſtimetur, remiſſiuè ibid. n. 24.
Feudum retinere poteſt emptor, ſi ignorauit rem eſſe inalienabilem, & non participauit de fraude vſquequo fuerit ſibi de pretio, ſeu ſuo intereſſe ſatisfactum. q. 121. n. 2.
Feudi euicti pretium. Vide in ver. Pretium Filius. Euictio.
Feudum alienatum quando eſt antiquum, & agnatus reuocans nititur diſpoſitione legis, non tenetur de euictione, quæ ſequitur ex facto authoris, & ex natura rei. ibid. nu. 5.
Feudum antiquum agnatus habere debet iure inueſtituræ, & non ob ſolutionem pretij, quia tunc diceretur habere ex cauſa noua pretio mediante. ibid. n 8. & 13.
Feudum etiam ex pacto, & prouidentia agnatis deferri poteſt cum qualitate hæreditaria. ibid n. 18.
Et agnatus debet eſſe hæres vltimi decedentis ſaltem in feudo ibid. n. 19.
Feudi alienatio quando fuit facta ſecundum conſuetudinem, vt puta per ſubinfeudationem quæ fit lege permittente, ſi agnatus vult illud reuocare in vita alienantis debet pretium reſtituere. ibid. n. 20.
Primò fallit ſi poſt mortem agnatus ſuccederet iure proprio, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. ibidem num. 21.
Affertur ratio ibid. n. 22.
Secundò fallit in alienatione facta iure non permittente, quo caſu agnati proximiores ſtatim reuocant nullo pretio ſoluto. ibid n. 23.
Feudi pars quando fuit alienata in agnatum remotiorem poſſidentem alteram partem ipſius feudi, ſi alienans filios non habebat, proximior mortuo alienante nullo dato pretio reuocat, ſecus ſi alienans adhuc viuat. ibid. n. 24.
Si autem filios habebat reddito pretio reuocare poteſt etiam in vita alienantis ibid. n. 25. Et de ratione. ibid.
Feudo euicto non præſtatur duplum, ſed tantum æquiualens, quod etiam procedit in emphyteuſi q. 122. n. 5.
Feudum vaſallus ignorans ſi vendat, tenetur ad intereſſe. q. 173. n. 26.
Feudum non amittitur ob non ſolutum canonem, nec pœna incurritur, ſi dominus recepit canonem abſque proteſtatione. q. 199. n. 34.
Fictiones plures circa idem concurrere non poſſunt. quæſt. 36. num. 5.
Fictio & veritas quando concurrunt, veritas magis inſpicitur. q. 194. num. 25.
Fideicommiſſi ſcientia non habetur in conſideratione ſtante expreſſa alienationis prohibitione. q. 58 n. 27.
Fideicommiſſi bona pro exoluendo ære alieno alienari poſſunt, ſi creditores vrgeant. q. 72. n. 5.
Aut ſi æs alienum maneat ſub vſuris. ibid. n. 6.
Fideicommiſſi reſpectu emptor non poteſt recuſare contractus executionem, & pretij exhibitionem. q. 106. n. 3.
Præſertim præſtita cautione emptori de indemnitate pro futuro fideicommiſſo. ibid. n. 4.
Fideicommiſſarius vniuerſalis inhibere non poteſt hæredi, ne vendat. q. 106. n. 5.
Fideicommiſſo bona ſubiecta vendens, vel alteri obligata emptori tenetur de euictione, & ad damna, & intereſſe. ibidem num. 6.
Etiam euictione non ſecuta. ibid. n. 9.
Minor , vel mulier contrahens contra vel præter formam ſtatuti non obligatur,q.174. num.1.

Minor reſtituitur aduerſus euictionis obligationem , in diem adiectionem, ſubhaſtationem , vel alia acceſſoria venditionis.q.189.num.2.

Minor, vel Eccleſia quando euincit per reſtitutionem in integrum ceſſat euictionis actio, & remedium ad intereſſe, vi-

de-

delicet ad duplum, quia iure quodam ſpeciali, & extraordinario res euincitur. q. 189 nu. 13. Declara, vt nu. 7.

Minor in alienatione ex cauſa neceſſaria, validè quietat ſine ſolemnitatibus. q 189. num 19. & 20.

Minor in contractibus, in quibus eſt deceptus reſtituitur, licet ſecus in contractibus, bene geſtis. q. 190. n. 2.

Minor. Vide in verb Euicta re. Et in verb. Euictionis promiſſio..

Miſſus in poſſeſſionem ex cauſa iudicati tenetur damnis ex ſua culpa, & negligentia contingentibus, ſi tempus ad redimendum datum non fluxerit. q. 9. n. 59. vbi vide rationem.

Mobilia ſunt vendenda, vt ex eorum pretio emantur ſtabilia, & ex illorum fructibus præſtentur alimenta. quæſt. 196. numer. 10.

Moleſtiæ non ſolum iudicialis, ſed etiam extraiudicialis facienda eſt denunciatio. q. 4. nu. 6.

Moleſtia. Vide in verb. Emptori.

Moleſtiam non inferre promittens intelligitur promiſiſſe, niſi quis agat ſecundum naturam contractus, q. 150. n. 1.

Et niſi controuerſia de natura contractus oriatur, ibid. n. 4.

Moleſtia & impedimentum cenſetur Euictio. vide in verb. Euictio.

Moleſtia ſola quandoque ſolet eſſe euictio, & ſi non ſoluit emptor pretium, conueniri poteſt, niſi venditor det ſibi fideiuſſores in caſu euictionis, ita vt inſtrumentum non debeat aliter exequi. q. 150. nu. 15.

Monetæ probibitionem futuram emptor ſciens, ſi eam ſtatim expendat, ſeu ſatisfit creditori, tenetur eam recipere, & bonam, & expendibilem loco eius reſtituere. q 100 nu. 7.

Licet communis ſchola Theologorum aliter ſentiat, ibidem num. 8.

Mora quando committatur per dominum ex denunciatione facta procuratori remiſſiuè. q. 3. n. 11.

Mora non inducitur per iuramentum, quando debitum non præceſſit illud, ſed eodem tempore quo interponitur debitum contrahitur. q. 4. n. 37.

Moram, vt incurrat venditor circa litis aſſumptionem præcedere debet proteſtatio, q. 5. n. 13.

Fallit reſpectu pupilli data ſcientia venditoris, ibid. n. 14.

Mora eſt dolus, qui non cadit in perſona ficta, vt in hereditate iacente, nec in pupillo. q 53 n. 6.

Moræ purgatio in ſocietate officij admittitur ſoluendo intereſſe quoad conſeruandum actionem, ſecus quoad illam quærendam, vt dicantur ſuperlucratæ pecuniæ, q. 91. numer. 30. & 31.

Mora non eſt neceſſaria quoad lucrum captandum, ſed ſolum ad pænam euitandam, ibid. n. 32.

Mora vbi non eſt, res domino perit. q 98. n. 20.

Moræ purgatio admittitur in foro Eccleſiæ ad euitandam pœnam, q. 199 num. 25.

Morbus quid ſit. q. 25. n. 4.

Morbus vbi à venditore prætenditur quod acciderit ex immoderato labore emptoris, onus eſt venditoris id probare, qu. 25. num. 16.

Ratio eſt quia non præſumitur, ibid. nu. 17.

Morbus equi licet præſumatur affuiſſe tempore contractus, vtile tamen eſt emptori, ſi probet tempus vtili ante ipſam venditionem, & venditorem morbum ſciuiſſe. q. 25. n. 18.

Morbum, ſeu vitium præceſſiſſe venditionem qualiter probetur. q. 25. nu. 20.

Motus proprius Papæ in beneficialibus non facit ſecundum impetrantem præferri primo, niſi in ſecundis litteris de priori conceſſione ſpecialis mentio fiat. q. 172. n. 11.

Mozz de contract. tit. de empt. Rubr. de accidental. empt. reprobatur, q. 103. n. 23.

Mulieri non præiudicat denunciatio facta eius viro. q. 3 nu. 9.

Mulier ſi vendidit rem pro vndecim libris, & in proxeneticis expendit vnam libram, de venditione detrahitur vna libra, & contractus iudicabitur validus in decem libris qu. 28. num. 15.

Mulier ſola, vel ipſa, & maritus vbi dotem alienauit, ipſa mulier de euictione non tenetur. q 70. n. 21.

Tenetur tamen reddere pretium bonæ fidei emptori, ſi conuerſum ſit in eius vtilitatem. ibid. n. 22.

Idem ſi promiſerit per ſtipulationem ibid. n. 23.

Mulier, quæ cum viri conſenſu fundum dotalem alienauit, vendicare illum poteſt. q. 71. n 10.

Et de ratione, ibid. nu. ſeq.

Primo ampliatur procedere etiam in marito, qui alienauit fundum dotalem contra legem, vt is poſſit venire contra factum ſuum proprium, vti nu liter factum, & rem alienatam vendicare pretio reſtituto, ibid. num 12.

Limitatur dicta ampliatio non habere locum ſoluto matrimonio, quo caſu maritus non admittitur dicere de nullitate, ib. num. 13.

Licet eo caſu rectè agat mulier, ibid. n. 14.

Secundò ampliatur, vt vir rem dotalem alienatam reuocare poſſit ex perſona vxoris, ibid. nu 15.

Ratio adducitur. ibidem. nu. 16. & 17.

Primo extende procedere quoque in illo, in cuius fauorem probibita eſt alienatio. ibid. num. 18.

Secundo extende etiamſi cum iuramento facta eſſet alienatio. ibid. num. 19.

Et ſi emptor ignoraſſet rem eſſe dotalem. ibid. nu. 20.

Contrarium, quod imò eo viuente alienatio iurata ſit valida. ibid. num. 21.

Primo declaratur ſuperius firmata concluſio, vt ſibi tribuat, niſi in alijs viri bonis mulieri cautum ſit. ibidem num. 22.

Secundo declaratur, ſi vir fundum dotalem in eum alienet, qui dotalem eſſe ignoret, quoniam emptori ad pretium, & ad intereſſe tenetur, ſi de euictione non promiſit. ibidem num. 23.

Limitatur, ſi ſcienti vendidit; quatenus tamen de euictione non ſe obligauerit. ibid n. 24.

Nec generalis euictionis ſtipulatio ſufficit. ibid. n. 25.

Tertio declaratur ſibi non vendicare, ſi maritus viuente vxore agat, & ad vxoris commodum, ſecus ea mortua ad proprium commodum, ibid. n. 27.

Intellige, quatenus ille dotem lucretur. ibid. n. 28.

Quarto declaratur non procedere, ſi modica ſit res. numer. 29.

Mulieris obligatio, & contractus vbi eſt ipſo iure nullus, de iure communi iuramentum nil operatur. q. 71. num. 11.

Mulier ex facto mariti damnum pati non debet, quæſt. 72. num. 17.

Ampliatur procedere etiam ſi patris dotantis conſenſus acceſſerit ibid. nu. 18. & ſeq.

Mulier, ſi eius ſit ætatis, vt nulla ſuſpiciendæ prolis ſit ſpes, dotis conditionem deteriorem facere poteſt. q. 72. nu. 24.

Mulier ſola, ſi vendat fundum dotalem, ſi illa, vel ſui hæredes contrauenIant, nec ipſa, nec eius fideiuſſor de euictione tenetur. q. 72. nu. 25.

Mulier & maritus inſimul ſi alienant fundum dotalem, & maritus in eodem fundo partem habet, pro eadem parte de euictione tenetur, ſi eam expreſsè promiſerit. quæſt. 92. num. 29.

Mulier agit ad rei dotalis vendicationem, quando mariti conſentientis bona non ſuperſunt, & hæredes non ſunt ſoluendo, q. 73. nu. 1.

Extende idem procedere in viro ad vtilitatem vxoris, & filiorum. ibid. nu. 2.

Etiam quod agatur de illius commodo. ibi. nu. 3.

Et iuramento non obſtante. ibid. nu. 4.

Primo ampliatur id eſſe adeo verum, vt emptor nullatenus præſcribere poſſit. ibid. nu. 5.

Secundo ampliatur, vt emptor teneatur ad fructuum reſtitutionem a die mortis mariti, ibid. n. 6.

Fallit in emptore ſecundo ob bonam fidem, vt non teneatur niſi de perceptis a die litis conteſtatæ. ibid. nu. 7.

Extende, vt nec etiam cum melioramentis compenſet; nu. 8.

Declaratur. ibid. n. 9.

Mulier dotem alienare non poteſt conſtante matrimonio in præiudicium viri, etiam in filios, q 73. n 23.

Mulier dotem recuperans ob vergentiam viri ad inopiam, eam alienare non poteſt. ibid. nu. 27.

Mulier ad rei alienatæ recuperationem non admittitur, ſi in venditione mentiatur eam eſſe talem. ibid. n. 28.

Fallit, ſi emptor ſciat eſſe dotalem, quia punitur amiſſione pretij, ibid. nu. 29.

Mulier ſola, vbi fundum dotalem vendidit cum viri conſenſu, ſi ipſa fateatur totum pretium accepiſſe, ex eo quod de re ad vxorem pertinente agitur, eius confeſſioni ſtatur, ſi tunc dotis reſtitutioni locus eſſe potuit, alias ſecus. q. 75. n. 9.

Et

Et ita ipſa pretium reſtituere debet, niſi in communem viri, & familiæ vtilitatem, vel neceſſitatem verſum probet.
Et de ratione.ibid.num.10.
Mulier ex cauſa neceſſaria abſque mariti conſenſu fundum dotalem alienare non poteſt,q.76.n.5.
Licet obligetur iuramento ad fauorem emptoris,& ſi non in præiudicium viri,ibid.n.6.
Intellige,vt ibid.nu.11.
Prout nec iuramentum mariti vxori, & filiis præiudicat, quin illorum nomine ipſe agat.ibid.n.7.
Mulier an caueat marito de euictione, remiſſiuè,qu.77. numer.20.
Mulier vbi cedit nomen debitoris, vel vendit, tenetur ſolum manutenere quod ſit verum, niſi tamen pacto ſpeciali ſe obligauerit quod ſit bonum,vel exigibile,q.77.n.17.
Mulier licet marito inſcio fundum dotalem non poſſit alienare,poteſt tamen permutare,q 141.nu.36.
Intellige,vt ibid. n.38.
Mulier non excuſatur,quæ ignorauit ſtatuta loci, vnde maritus erat ortus,q.151.n.9.
Mulier promittens de euictione in alienatione rei minoris ſine ſolemnitatibus obligatur, & de euictione conueniri poteſt.q.189.n.13. & 15.
Intellige,vt ibid.n.14.
Mulier validè quietat ex cauſa neceſſaria abſque ſolemnitatibus,q.189.n.19.& 20.
Mutuum eſt vſurarium, ſi mercator eo animo det merces, vt recipiens totum mutuum, vel partem in mercibus accipiat, cum tamen non egeat q.175.n.1. & ſeq.
Et de ratione.ibid.n.2.& 3.

N

De NAtura contractus, quæ ſunt ſemper in ſunt etiamſi non exprimantur,q.141.n.14.
Neceſſitas qualiter ſit conſideranda in parte vendente rem filii.q.62.nu.22.
Negatiua magis negat, quam affirmatiua affirmet. quæſt 68. num.4.
Negatiuam aſſerens, ſeu in ſe fundans, debet illam probare.q. 108. nu.4.
Fallit, quando is habet præſumptionem pro ſe. ibidem numer.20.
Negligentia aliquando emptori nocet. q.9.nu.57. & ſequent.
Negligens cauſæ defenſionem magis propter abſentiam victus videtur,quam quod malam cauſam habuerit. quæſt.9. num.8.
Negligentia beneficium actionis de euictione emptori contra venditorem aufert.q.9.n.9.
Negligentia ſua,qui ſe excludit, ſibi imputari debet. quæſt. 9. nu.10.
Negligentiæ damno cedunt incendia, quæ per negligentiam eorum apud quos orta ſunt,extincta non fuerunt, quæſt.9. num.12.
Negligentia probatur, vbi emptor non exhibuit iura, & probationes q.9.num 2.
Seu non appoſuit exceptionem declinatoriam. ibidem. n.31.
Vel indoctum aduocatum admiſit.d.q.9.nu.3.
Vel fuit contumax.ibid n.4.vbi declara.
Negligentia ſua cadens a poſſeſſione, agit de euictione ratione petitorii,q.12.n.17.
Negligentia venditoris non obeſt, quando emptor periculum in ſe ſuſcepit.q.26.n.18.
Negligentia diuturna,& aperta æquiparatur voluntati.quæſt. 31.num.22.
Et præſertim quando negligens monitus eſt a iure,vel ab homine.ibid n.23.
Negligens promiſſa implere tenetur ad intereſſe. q.178. nu.1.
Negotiorum geſtor an poſſit pro alio denunciare. Vide in verb.Denunciatio.
Nemo auditur contra proprium factum.q.62.n.4.
Fallit,quando quid factum fuit contra legem. nu. 6. & ſeqq.
Nemo ſibi ipſi debet.q.117.nu.25.
Nemo priuatur iure quæſito ſine ipſius facto,vel culpa.quæſt. 139.num.2.
Etiam ſi ſpe ſit quæſitum.ibid.nu.3.
Ampliatur, vt procedat etiamſi ſimul vtrumque concurrat, nempè quod ius ſit mihi quæſitum, & quod ſpe tantum competat, ibid.nu.4.
Nomen debitoris qualiter dignoſcatur fuiſſe datum æſtimatum.q.77.n.11.
Nomen debitoris vbi fuit datum inæſtimatum, ſi maritus neglexit illud exigere,tenetur,ibid.n.12.
Fallit, ſi ei nulla poſſit imputari culpa, quia tunc liberatur retrocedendo actiones,ibid.n.15.
Nomen debitoris quando in dotem datur cum pacto, quod ſoluto matrimonio liceat vxori nomen aſſumere, ſi non fuerit exactum, vel pecuniam petere,ſi viro mortuo eligat pecuniam, & nomen fuit datum inæſtimatum, hæres illud cedere poteſt,& à pecuniæ petitione liberari. quæſt.77. numer.16.
Nomen debitoris vbi mulier cedit, vel vendit tenetur ſolum manutenere quod ſit verum, niſi tamen pacto ſpeciali ſe obligauerit quod ſit bonum,& exigibile. ibid.num.17.
Nomen debitoris. Vide in verb.Ceſſio. Cedens. Vendens.
Nomen debitoris vbi eſt difficultas exactionis,& non idonei, emi poteſt minori pretio,& qualiter.q.69.n.19.
Nomen debitoris ceſſum, vbi euincitur, vel aliter impeditur illius exactio, ceſſionarius agit de euictione contra eum, qui dedit.qu.80.n.9.
Nomen debitoris vbi datur in ſolutum,periculum contingens poſt ceſſionem ſpectat ad ceſſionarium.q.80. n.11.
Nomen debitoris vbi euincitur, venditor tenetur de euictione.ibid.nu.12.
Nomen debitoris ſolui poteſt pro quantitate. ibidem. numer. 24
Et perinde eſt,ac ſi res debita ſolueretur.ibid.n.25.
Declaratur,vt locum habeat, quatenus traditum, & ſolutum pro diſſolutione obligationis manet irreuocabile. ibid.
At ſecus è contra,ſi ſit euictum.ibid.n.28.
Nomen debitoris, ſeu creditum quando ceditur pro parte rei venditæ, debent conſignari iura, & ſcripturæ, quæ enunciantur in inſtrumento,q 81.n.11.
Neque ſufficit indicare notarium, penes quem adſunt inſtrumenta ibid.n.13.
Et præſertim ſtante actu correſpectiuo, quo caſu ſcripturæ ſunt realiter tradendæ, ita quod qui non dederit inſtrumentum,teneatur de culpa.ibid.n,14.
Nomen debitoris vbi legatur, conſignandum eſt legatario creditum,& illius inſtrumentum,q.81.n.12.
Et de ratione.ibid.n.15.
Nomina debitorum vendi poſſunt,ac cedi q.92.n.29.
Nominatus in dominium, quando poſſit appellare. Vide in verb Appellare poteſt à ſententia.
Nominatus ad iudicium ſi compareat, omnia debent cum eo agitari,q.198.n.9.
Alioquin aliter actum nullum eſt, eique non præiudicat.ibi. num.10
Notarius tacitè intelligitur rogatus euictionis promiſſionem in contractu apponere, q.20.n.2.
Intellige,niſi aliter fuerit conuentum,ibid.
Nouatio fit ſtante incompatibilitate ſine aliqua expreſſione. q.27.n.8.
Nullitate alienationis ſtante hæres quandoque ex propria perſona contrauenire poteſt.q.109. nu.22.
At videas.ibid
Nullitatem quilibet tertius allegare poteſt.q.126.n.6.
Præſertim vbi habet intereſſe.ibid.n.8.
Et nullitas eſt detecta.ibid.n.9.

O

OBlatio eiuſdem rei cum damnis,& intereſſe ſatisfacit obligationi,quando ſola poſſeſſio auocatur. vide in verb. Poſſeſſio.
Oblatio requiritur tam in eo qui vult actionem & illius exercitium contra alium ex ſuo implemento, quam in eo, qui vult excludere ius acquiſitum aduerſario.q.97.nu 3.
Et ſi conditio impleta eſſet non ſufficit,niſi liquidetur,& conſtet iudici.ibid.n.4.
Oblatio facienda ab eo,qui tenetur implere, fieri poteſt etiam iudicio pendente.q.97. n.6.
Oblatio eiuſdem rei non liberat venditorem à pœna. quæſt. 183.num.1.

Oblatio rei euictæ inducit cum effectu liberationem, quia per eam videtur ceſſare intereſſe, ex quo rei æſtimatio quodammodo cenſetur ipſa res. ibid. n. 4.

Et tunc res euicta ſolui poteſt, quando eamdem omnino tribuit vtilitatem, prout intereſſe præſtatio, ibid. n. 5.

Sed quod non ſufficit rei euictæ oblatio, niſi etiam offerantur expenſæ, ac intereſſe. ibid. o. 6.

Vbi tamen præſtatio rei euictæ eamdem non præſtaret vtilitatem prout quantitas debita. ibid. nu. 7.

Fallit, quando vltra euictionem fuit promiſſa pœna duplæ, in qua non ſufficit oblatio rei euictæ. ibid. n. 12. & 14.

Intellige, vt ibid. n. 13.

Neque etiam pretium, præſertim vbi copulatim promittitur pœna, reſtituto pretij, & intereſſe, ibid. n. 13.

Oblatio eiuſdem rei non admittitur, quando euictio fit ratione proprietatis, ac dominij, vel quaſi, etiam quod offeratur omne intereſſe. ibid. n. 15.

Secus ſi res euincatur ratione hypothecæ. ibid. n. 16.

Oblatio Vide in ver. Emptor. Venditor.

Oblatio non facta in prima inſtantia poteſt fieri in ſecunda. q. 47. n. 11.

Oblatio fieri poteſt a ſecundo creditore primo. q. 47. nu. 12.

Sed vide in ver. Creditor ſecundus. vbi ampl. & limit.

Obligatio rem tradi in venditione admixtam habet obligationem rem dati. q. 8. o. 16 & q. 23. n. 20.

Obligatus pro indemnitate, vel releuatione ad alterum eorum, vel ad vtrumque, tenetur in ſubſidium. q. 10. n 18.

Ampliatur etiam quod promiſſa non ſit indemnitas. ibidem, nu. 21.

Et præſertim quando promiſſio eſſet iurata, ibid. nu. 22.

Intellige, vt nu. 23. & ſeq.

Obligatus pro facto ſuo ſi nulliter emerit a minore ſine ſolemnitate, agnatus non agit de euictione, q. 11. n. 42.

Limitatur, vt ibid.

Obligatio rei alienæ, ſeu pignoris datio non conſiſtit. quæſt. 30 nu. 4.

Obligatio, & promiſſio de euictione ob incertitudinem diei dicitur conditionalis, q. 6 nu. 1.

Obligatio rei alienæ valet, vbi poſtea incipiat eſſe in bonis debitoris, q. 37. nu. 3.

Obligatus tradere rem liberam, ſufficit ſi ita ſatiſdet, vt certum faciat emptorem, ſe damnum non paſſurum. quæſt. 38. num. 2.

Obligatio realis tranſit contra quemcumque non ſolum in re ſpecialiter obligata, ſed etiam in acceſſorijs, quæſt. 40. numer. 11.

Obligatio de euictione vti ſeparata a prima actione, non debet impediri per alium. quæſt. 45. nu. 3.

Obligatio quæ per hæreditatis aditionem eſt confuſa, facta venditione renaſcitur, quia emptor hæreditatis locum hæredis tenet. q. 51. nu. 11.

Obligatio ſemel extincta, regulariter non reuiuiſcit. quæſt. 51. num. 12.

Obligatio & contractus mulieris vbi eſt ipſo iure nullus, de iure communi iuramentum nihil operatur. q. 71. o. 11.

Obligatio eſt perempta ex primo actu ſolutionis. qu. 74. nu. 4. videas num. ſeq.

Obligatio legalis ita durat quantum remanet cauſa finalis inductiua ipſius obligationis, ſeu ipſa neceſſitas, q. 74. nu. 5

Obligatio, & actio primæua quando competat ſecuta euictione. q. 80. n. 32.

Obligatio fideiuſſoria alteratur per clauſulam, principaliter, & inſolidum, cum alias fideiuſſor non teneatur ſe ita obligare, q 88. num 30.

Obligans ſe ad ſenſum ſapientis emptoris, qualiter intelligatur ſe obligaſſe. ibid. n. 31.

Obligans ſe principaliter, & inſolidum cum iuramento, dicitur in omnibus, & per omnia effectus principalis. quæſt. 88. num. 32.

Qui ad effectum, vt teneatur, ſufficit, ſi habeat notitiam litis motæ per intimationem, ibid n. 33.

Obligationes hinc inde ſtant in ſuſpenſo per aditionem hæreditatis cum benefic. leg. & inuentarij. q. 53. n. 8.

Obligatio non inducitur præter intentionem. q. 68. nu. 15.

Nec abſque conſenſu, ibid. n 16.

Obligatio fundi inducitur, quando quis dixit, mutua mihi centum ſuper fundo Mæuiano q. 101. n. 17.

Et quando fundus fuit expreſſus per modum taxationis, & ſpecialis limitationis. ibid. nu. 16.

Obligatio. vide in verb. Venditio. Euictio, Hypotheca.

Obligatio legalis non debet minus operari, quam conuentionalis, q. 124. n. 52.

Obligatio fideiuſſoria tollitur per dationem inſolutum quæſt. 145. num. 7.

Præſertim in materia fauorabili, non autem ſtricta, & odioſa. ibid. num 8.

Limitatur, vt non procedat dicta concluſio, ſi quis dixerit, quod per illam dationem in ſolutum ab obligatione fideiuſſoria recedere non intendit. ibid. nu. 9.

Declaratur. ibid. nu 10 & ſeq.

Diſtinguit tamen auctor. ibid. nu. 14. & 16.

Obligatio correſpectiua facit, vt ſi ceſſat cauſa delegationis ceſſet quoque ipſa obligatio. q. 145. o. 44. & 45.

Obligatio cameralis admittit ſolum exceptionem ſolutionis, falſitatis, & nouæ conuentionis, q 150 n 24.

Sed quod immo ex verſori vltra illas tres exceptiones alias contineat, quæ tacitè, & intrinſecè veniunt ex natura contractus, cui talis obligatio addicitur, ibidem numero 26. & ſeqq.

Vt puta exceptio implementi tacita, & intrinſeca contractus licet non ſit de tribus ibid. n. 27.

Obligationis cameralis executio non impeditur, nec retardatur, quando exceptio eſt turbida. q. 150. n. 25.

Obligationes camerales adiectæ in locatione effectus reſoluuntur, reſoluto locationis contractu. ibid. n. 28.

Obligatus reinueſtire pretium in re vna immobili pro euictione non ſatisfacit, ſi emat plures. q. 164. n. 1.

Sed videas, ibid. nu. 10. & 12.

Ampliatur procedere, etiamſi promiſſum ſit reinueſtire in aliqua re immobili, ibid. nu. 2.

Primo declaratur non habere locum, quando ſolum ageretur de euictione, & ſecuritate, quæ tantum prodeſt, ſi in duabus quam ſi vna adimpleretur. ibid. num. 5.

Secundo declaratur ſibi non tribuere, quando conſtat de diligentia facta per obligatum de reinueſtiendo pretium conuentum in vna re immobili, quia ſtante difficultate, neceſſitas facit licitum quod alias eſſet prohibitum, ibid. num. 7.

Obligatus præſtare fideiuſſorem non auditur volens dare duos diuiſim, quoniam exactio ſciſſa plura habet incommoda, q. 164. num. 3. vbi ratio affertur.

Obligatus dare fideiuſſores ſatisfacit dando pignora inuito creditore. q. 164. nu. 14.

Fallit, quando à lege aliud præcisè diſponeretur, vel expreſſe, actum eſſet de fideiuſſore. ibid. n. 5.

Contrarium habetur, ibid. n. 16.

Declaratur hæc vltima ſententia, vt procedat, quando debitor nollet liberare creditorem à periculo cuſtodiæ, ſecus ſi paratus ſit hoc facere. ibid. n. 17.

Obligatus rem tradi eſt indiuidua, nec ideò promiſſor traditione partis liberatur. q. 65. nu. 6.

Fallit, quando obligatio eſt plures res tradendi. ibid. nu. 10.

Obligatio intereſſe. Vide in verb. Intereſſe obligatio.

Obligationem ſuam quandoque creditor ex cauſa mutare cogitur 174. num. 30.

Obligatus de euictione tenetur ad damna, expenſas, & intereſſe. q. 179. nu. 1. Vide in verb. Damnum.

Obligatio contrahi non poteſt ſine conſenſu, quæſt. 186. numer. 17.

Obligans ſe nomine appellatiuo, ſi ſubſequatur nomen proprium, in dubio non tenetur. quæſt. 186. n. 21.

Fallit, ſi ad ſint coniecturæ, ex quibus aliud præſumatur de intentione præceſſiſſe, ibid. nu. 22.

Contrarium habetur, ibid. n. 23.

Quod facilius procedit, quando procurator habebat mandatum ad contrahendum cum certa perſona, quia tunc vterque tenetur. ibid. nu. 24.

Declaratur habere locum, quando contractus fuit celebratus cum procuratore abſente conſtituto, quia tunc tenetur quaſi quod contrahentes habuerint reſpectum ad procuratorem, cum quo contrahebant. ibid. num. 25.

Sed videas eodem loco, n 27.

Quod etiam firmatur, nu. 26. in caſu, qui accidit in ciuitate Piſauri, vt ibid.

Cuius contrarium tenet auctor, & reſpondet rationibus Caſtr. ibid.

Digitized by Google

ſtr.ibid. num.27. Cuius tamen ſententia ſaluatur in duobus caſibus,vt ibid. verſ. Caſtrenſis tamen.
Obligatio in diuiduis inter hæredes diuiditur pro portionibus hæreditariis,q.200.n.62.
Odium quod habet iudex erga venditorem non debet nocere emptori.q.16 n.15.
Offerre debet pretium emptor cum ex empto agit aduerſus venditorem.q.98 n.3.
Omiſſio remediorum doli præſumptione inducit, quæ.14. num.29.
Omiſſum cenſetur in ſententia, quod in condemnatione non eſt expreſſum.q.184.nu.8.
Et quando in ſententia includatur non expreſſum, cum ſuis declarationibus.ibid.
Omnis contractus,in quo dominium transfertur,dicitur titulus onerofus,q.23.n.12.
Onora te alia tranſeunt ad quemcumque vadant qu.224. numer.57.
Ampliatur etiam ad fiſcum, & Eccleſiam. ibidem numero 58.
Onus ſoluendarum collectarum, ſeu tributorum pertinet ad emptorem,qui percipit fructus.q.178.n.9.
Opinio, quæ vltimo loco refertur, cenſetur approbata. qu. 74.nu.14.
Opponere ex inſtrumento, non eſt opponere contra inſtrumentum.q.98.n.8.q.103. n.46.
Oratio vniuerſalis limitatur, & reſtringitur ad veriſimiliter cogitata.q.17.n.14.

P

PActum etiam in litis denunciatione intimandum eſt venditori.q.4.n.16.
Pacto tollitur in denunciatione,ibid.n.27.
Amplia duobus modis.ibid.n.28.& 29.
Pactum, quod quis de euictione non teneatur,non ſubſiſtit, quando is fuit in dolo.q.11.n.26.
Pactum, quod creditor poſſit bona debitoris propria authoritate apprehendere,ſi iudicem creditur adeat, beneficio talis pacti amplius vti non poteſt.q.14.n.23.
Pactum appoſitum in contractu,quod pretium rei inueſtiatur in aliqua re immobili pro cautione ipſius emptoris, operatur,vt venditor teneatur de euictione ex natura rei. quæſt. 22.num.6.
Effectus huius pacti quis ſit ibid.n 7.
Ampliatur, vt hoc prælationis priuilegium locum habeat etiam contra creditorem ex cauſa dotis.ibid.n. 8.
Sed contra.ibid. n.9.
Declaratur, ſi obligatio fiant ante rei traditionem. ibidem, num.10.
Sed vide,nu.11.
Traditur cautela ad euitandas difficultates.ibid.nu.12.
Pactum, & diſpoſitio de pluribus non verificatur in vno. qu. 22.nu.5.
Quod intellige,vt ibid.n.19.
Pactum, quod venditor non teneatur de euictioni circa tria non prodeſt.q.48.n.40.41.42.& 43.
Pactum factum inter coniuges, vt poſt obitum bona vadant ad fratrem mariti,poteſt mutuo donantium conſenſu tolli. q.57.num.5.
Pactum euictionis,vbi non generaliter concipitur,ſed ad certam cauſam, & perſonam ſit reſtrictum actio ad pretium, non datur.ibid.nu.1.
Contrarium.ibid.n 2.
Pactum valet inter emptorem, & venditorem, quod ſi res vendita non tradatur in termino,vel tradita euincatur, alia ſit empta.q.57.n.17.
Pactum reſtituendæ dotis in ipſo contractu ſemper ſubintelligitur,etſi de dote reſtituenda non ſit conuentum, & executionem habet.q.70.nu.2.
Primo ampliatur locum habere etiam in bonis hęredis mariti acquiſitis poſt aditam hæreditatem ex rebus hæreditariis per acceſſionem naturalem ibid.nu.3.
Secundo ampliatur procedere,ſiue dos ſine ſcriptis fuerit data,vel promiſſa,vel ſuſcepta.ibid.nu 4.
Tertio ampliatur,ſiue ipſæ principales perſonæ,ſiue aliæ pro his dotes dederint,vel promiſerint,vel ſuſceperint. ib. nu.5.
Pactum in dotis præiudicium non procedit, ſi nulla vrgeat neceſſitas.q.72. num.14.
Pacta dotalia vt alterari valeant duo requiruntur, mulieris ſcilicet conſenſus,& eius vtilitas.q 72.nu.21.
Nec ſatis eſt pactum eſſe ta e, quod melior fieri poſſit mulieris conditio, niſi ex euentu concurrat eius vtilitas. ibid. num.22.
Pactum gratuitum non præiudicat ceſſionario habenti cauſam onerofam.q.80.nu.1.
Nec dicto caſu ſit diſtinctio,an quis ſciuerit,vel ignorauerit. ibid n 2.
Pacta continentia moroſum debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis,vel ad certas expenſas, vel ſalaria, annullantur per conſtitutionem Pontificiam Pij V.qu.83. nu 10.
Declaratur procedere quoad intereſſe vigore pacti, ſecus quoad intereſſe vigore iuris ſine pacto.nu.11.
Pactum,quod ſi venditor fuerit moroſus, puta per bimeſtrem à ſolutione cenſus,is teneatur reſtituere pretium, valet.qu. 84.num.20.
Pactum inter emptorem, & venditorem, quod emptor non teneatur ad pretij ſolutionem, nec ad intereſſe, donec venditor non dederit fideiuſſorem, non intelligitur, quod eo dato, emptor non teneatur pro tempore præterito ad vſuras fructuum recompenſatiuas, licet fideiuſſor præſtitus non fuerit per aliquod temporis ſpatium,quæſt.91. numer. 2.5.& 11.
Pacta contrahentium non digrediuntur ad alias perſonas pręter hæredes.q 91.nu.14.
Pactum in ſocietate officij appoſitum, quod in caſu præſtationis fideiuſſoris, teneatur qui ad fructus decurſos, & ad damna,& intereſſe, non prodeſt.ibid.nu.29.
Pacta non egrediuntur perſonas nominatas, quæſt.124. numer.85.
Et de ſui natura debent reſtringi, & non ampliari. ibid. numer.86.
Neque valet pactum de defendendo rem alienam diuiſam, & de non contraueniendo.ibid.
Pactum executiuum exerceri poteſt contra tertium negotio nondum liquidato, & non conſtito etiam quod cauſam habeat a contrahente.q.140.n.13.
Pactum in permutatione puta emphyteuſis factum, quod ſecuta euictione prædij liceat redire ad rem ipſam permutatam,non valet abſque domini noua licentia, q.141.nu.1.
Sed contra.ibid.n.3.9.& infra,
Pactum inter emptorem, & venditorem, vt ſoluatur certa quantitas, quæ fructuum æſtimationem excedit, vbi pactum eſt in vim annui redditus cum pacto redimendi, valet q.148.nu 34.
Pacto poteſt ſubmoueri,quod eſt de natura contractus q.150. num.6.
Prout, & quod vendit ex natura contractus excipi poteſt, num.7.
Pactum euictionis appoſitum cum dictione taxatiua ſuper contractu eius eſt naturæ, vt promiſſor teneatur de facto auctoris,vel ſucceſſoris q.159. nu.26.
Pactum legis commiſſoriæ valet.q.190.n.24.
Pacta vtilia apponi ſolent in inſtrumentis ad effectum, vt venditores de euictione teneantur.q.200. n.14.
Paria ſunt promittere euictionis indemnitatem,& litem in ſe ſuſcipere.q.2.n.13.
Paria ſunt quid conſuiſſe impletum per rei traditionem, vel quod res tradita ſit euicta.q.141.n.7.
Paria ſunt,quod res non tradatur, vel quod tradita ſit euicta. q.126.n.26.
Paria delicta mutua compenſations tolluntur.q.183.n.21.
Pars feudi.Vide in verb.Feudi pars.
Pars dotis amiſſæ abſque culpa filiæ dotatę a patre, vel fratre eſt eidem reddenda, ſicut quando tota dos fuit deperdita. q. 74.num.17.
Fallit,vt ibid nu. 18.
Pater, ſi eo viuente filio donauit, & poſt donationem fecit fideicommiſſum,filius non poteſt contra factum patris venire.qu 35. num.14.
Patris factum reputatur factum hæredis in euictionibus, qu. 10.num.4.
Ampliatur,vt ibid nu 5.
Pater legitimus adminiſtrator poteſt alienare bona filij abſq;
decre-

I N D E X.

decreto,ſecus quando eſt vſufructuarius. quæſt.35. numer. 22.
Pater in his, in quibus non habet vſumfructum, non eſt legitimus adminiſtrator ibid.n.23.
pater non teneatur reddere rationem de rebus filii, nec facere inuentarium.ibid.n.24.
Fallit.num.25.
Pater filiis poteſt præiudicare in acquiſitis per ipſum pro ſe, & filiis.qu.56.n.1.
pater in feudo nouo filijs, ac deſcendentibus præiudicare non poteſt ex receptiori.q.56.nu.7.
Præſertim ſi ſint hæredes cum beneficio legis, & inuentarii, quo caſu facilius reuocari poteſt.ibid. nu.8.
Etiam quod feudum aliena tam a defuncto eſſet mixtum. ibid.num.9.
Et de ratione.ibid.nu.10.
pater ſtipulans emphyteuſim pro ſe, & filiis, poteſt filiis præiudicare duobus concurrentibus ibid.n.15.
Primo, ſi filii ſunt in poteſtate.
Secundo,ſi quid impendit in bonis acquirendis.
patris ſtipulatio ad filiorum fauorem in acquiſitis per eum ſua pecunia,eſt quædam tacita donatio, quę locum habet ad fauorem illorum exiſtentium in poteſtate.ibid.nu.16.
Ampliatur procedere etiam in feudo per patrem empto. numer.18.
pater, qui vendidit bona, ſeu feudum ex conceſſione Principis filiis debitum, tenetur de euictione, ſi id tacuit. ibidem num.34.
Etiam quod promiſerit de ſuo dato, & facto tantum.
Et in verb. Alienatio patris.
patris promiſſio ſeu renunciatio non præiudicat filijs etiam hæredibus, qui ex nouo iure agunt poſt obitum patris. ibid. num.38.& nu.42.
Præſertim,quando adeſt taxatiua.ibid.nu.39.
pater alienans bona aduentitia,non poteſt ea vendicare.quæſt. 62.num.3.
Contra.ibi.nu.5.& ſeq.
Quamuis de euictione teneatur.ibid.n 7.
Fallit,ſi pater vendens graui egeſtate laboret.ibi. n.18.& 20.
Et de ratione nu.19.
Pater compellitur conſentire filio vendicanti bona per illum alienata, quamuis promiſerit non venturum aduerſus alienationem q.62.num.15.
pater alienando rem filii aduentitiam, ſi ea recuperetur a filio,perdit vſumfructum,qui filio applicatur.ibid. nu.16.
Et de ratione,vide ibid. n.17.
pater poteſt ex cauſa neceſſitatis vendere filium.ibid.num.20. & 21.
pater rem filii alienando ex cauſa neceſſitatis,qualiter ſit conſideranda neceſſitas.ibid.n.22..
pater, qui dotem nurus recepit illam debet reſtituere filio habitanti ſeorſum,& onera ſuſtinenti.q.98.nu.11.
pater legitimus adminiſtrator bonorum aduentitiorum filii, habet in ipſis bonis vſumfructum etiam filio inuito. quæſt. 72.nu.11.
Eorumdem tamen bonorum alienatio regulariter niſi interdicitur.ibid.nu.12.
Intellige de alienatione voluntaria,non de neceſſaria. ibidem num.13.
patri non permittitur citra conſenſum filię conditionem illius mutare,& deteriorem facere,q.72.n.19.
Fallit,ſi poſtea filia ſit illius hæres,ibid.n.20.
pater quamuis teneatur redotare filiam, non tamen frater ſororem.q.74.nu.10.
Sed contra,quod frater teneatur redotare,etiam quod dotauerit de ſuis bonis. ibid.n.11.
pater ex ſua aſſertione non poteſt præiudicare legitimæ filiorum,q.108.n.28.
Declaratur.ibid.n.29.
Pater non poteſt bona filia aduentitia,in quibus habet vſumfructum,alienare.q.155.n.2.
patientia in locatione inducitur per vſum rei locatæ etiam violentæ,q.149 n.16.
Et patientiæ ſatisfit, ſi per locatorem a principio præſtatur cautio.ibid.n.17.
patiens quid fidei ſuo nomine cenſetur facientem præponere ſili miniſterio,& mandatum dare, ſi non venit ad iudicium ad defendendum eum,quod poteſt etiam inuitum. qu.177. num.14.
Licet non ſic videatur conſentire. ibid.
Geſta tamen in ſubſidium præiudicabunt tibi, & ſententia mittetur executioni contra te.ibid.n.15.
Fallit,ſi id ignoretur. ibid.n.16.
patrimonii quantitas inſpicitur tempore mortis.q.65. n.8.
patrocinium præſtans ſcienter petenti rem propriam ſui ipſius patrocinantis ſibi præiudicat.q.186.n.30.
patronus, qui reuocat alienata per libertum pretium tenetur reſtituere emptori.q.168.n.4.
Paul.Caſtrenſ requiſita, vbi emptor agit ad damna ratione euictionis,emptor probare non cogitur. q.20.n.30.
Exemplum vide.ibid.n.31.
pecunia,verbum,in ſubhaſtationibus non recipitur pro ea,quę ad numerum datur,ſed pro ſatisfactione.q.45. n 20.
Declaratur procedere, dummodo cum effectu ſatisfactio interueniat, & non ſi promiſſio de auocando cenſum, aut quid ſimile.ibid n.21.
Neque depoſitum etiam poſt multos dies poſtea factum eſt vendendum.ibid.n.22.
pecunia quando ſoluitur pro pecunia, ſi euictio non eſt promiſſa, agitur primæua actione, ſiue pecunia a principio facta non fuerit accipientis, ſiue deſinat ex poſt facto.qu.80. num.29.
pecuniæ reputantur inter mobilia.q.157 n.13.
pecuniam recipiens ex cauſa tranſactionis, ſi concedat omne ius, quod ſibi competit in tali re, tunc locum habet titulus pro emptore, & præſtatur euictio, ſecus ſi ſimpliciter concederet quicquid iuris haberet.q.143 n.23.
Ex pecunia quaſi vſusfructus percipitur.q.157.n.1.
pecunia ſubrogatur loco rei, & ſortitur naturam ſpeciei, in cuius locum ſubrogatur.ibid.n 2.
Penſitatio. Vide Hypotheca.
periculum vbi totum ſpectat ad venditorem poteſt comparere,& aſſiſtere liti, & ſuſcipere totum iudicium in ſe omnibus inuitis abſque tamen nouatione q.5.n.15.
Et de ratione.ibid.
periculum caſus fortuiti pertinet ad emptorem.qu.16.nu.4.& q.17 n.2.& q 18.nu.3.
Declara id procedere poſt perfectam venditionem, vt ibid.& q.19.nu.14.
Primo ampliatur ſiue empta ſit res certa, ſiue incerta. ibid. num.5.
Secundo ampliatur etiamſi ſit conuentum, quod emptor non teneatur ad pretium, ſe vendita non poſſint poſſideri, donec recuperentur.ibid.num 6.
Tertio ampliatur, quando ab euentu litis conſtat, quod emptor recuſauerit rem venditam abſque iuſta cauſa recipere. ibid.num.8.
Quarto ampliatur, quando ſtetit pro emptorem, quin res traderetur.ibid.nu.9.
Primo fallit,quando venditor ſuſcepit in ſe periculum omne caſus fortuiti.ibid.nu. 10.
Secundo fallit,ſi venditio fiat ad menſuram.ibid. num 11.& ſeq.
Tertio fallit in venditione gabellarum ad incantum, ſi contingat damnum dum facta eſt oblatio ad haſtam, ſed non deliberatio,ibid nu.15.
periculum mutuum tam in re vendita, quam in re aſſignata loco pretii cum vtroque caſu poſſit contingere augmentum,vel diminutio,tollit remedium euictionis.q.18 n.14.
periculum caſus fortuiti venditor, & emptor licitè poſſunt poſt contractum ſuſcipere.ibid.n.16.
Fallit,vt ibid.num.17.
periculum caſus fortuiti ſuſcipiens emptor, vel venditor,tenetur etiam de caſu contingenti culpa a terius partis. ibidem nu.18.
periculum rei venditæ emptor ſubiens, tenetur etiam ſi res conſignata non ſit.ibid. num.22.
Intellige,vt ibid n.23.
Ita vt nullum damnum ſeu intereſſe petere poſſit ab altera parte. ibid.nu.24.
Ratio aſſignatur.ibid.n.25.
periculum euictionis ab emptore ſuſceptum non liberat venditorem a pretij reſtitutione, niſi etiam conuentum ſit, ne ad pretium teneatur.ibid.n.26.

Digitized by Google

Periculum rei venditæ ſpectat ad venditorem.q.48.n.13.
Periculum eſt venditoris, ſi res prius quam tradita ſit, fuerit furto ſubtracta.q.98.n.15.
Et de ratione nu.16.
Fallit,ſi fuit emptori menſurata, ſeu numerata.ibid.nu.17.& ſeq.
Periculum rei venditæ poſt venditionem perfectam pertinet ad emptorem, dummodo ceſſet culpa, & mora debitoris, q. 98.num.23.
Et etiam quando prouenit ex natura rei, quo caſu non datur euictio,nec reſtituitur pretium.ibid.n.24.
Maximè,ſi emptor ſciuerit naturam rei.ibid.nu.25.
Quæ ſcientia requiritur.ibid.nu.26.
Vnde datur cautela, quod emptor faciat venditorem obligare de euictione per verba prægnantia cum clauſula qualitercunque,& quomodocunque, ibid.n.27.
Periculum, vt per venditorem transferatur in emptorem,debet fieri rei menſuratio,ſeu tradi poſſeſſio q.101.nu.1.& 2.
Periculum interitus vel deteriorationis poſt perfectam venditionem, an, & quando pertineat ad emptorem. Vide Regulam cum limitationibus. q.103.num.1.& plur.ſeqq. Et in ver. Emptione perfecta.
Et vid.q.148.nu.6.& ſeq.244.
Periculum interitus rei vendibilis in pondere, numero, vel menſura conſiſtens,ſi guſtari ſolet, & guſtata non ſit, pertinet ad venditorem. q 103.n.8.
Periculi, & commodi rei venditæ concernentia diſpoſita per iura ad naturalia emptionis ſpectant. q.103.n.24.
Periculum interitus venditione perfecta eſt emptionis. q.148. num.6
Etiam ſi reſeruetur dominium.ibid.n.12. & 13.
Extenditur procedere in locatione accidentali, vt ſcilicet periculum pertineat ad conductorem, nec vlla ſit mercedis remiſſio.ibid.nu.7 8 & 11.& 12.
Quia eo caſu penſio ſolui videtur pro re non locata, ſed pro intereſſe pretii non ſoluti.ibid.n.9.
Ampliatur procedere non ſolum quando venditio eſt perfecta,ſed etiam quando eſſet imperfecta, vt quia ſubſit ſolum pactum de vendendo, quando tamen tota res non pet emptа.ibid.n.10.
Periculum fluminis.Vide in verb. Fluminis periculum.
periculum euictionis pertinet ad venditorem, quando euictio habet originem tempore venditionis, vt quia res vendita erat aliena,vel alteri obligata.q.152.n.29.
periculum alluuionis.Vide in verb.Alluuio.in verb.Euincens. in verb.Empti actio. in verb.Fundus.
peritus quis in arte non præſumitur, niſi a partibus fuerit electus q.153.n.31.
peritis in eligendis, ſi partes non conueniunt, iudex eis citatis eligit, & ſi duo haberi non poſſunt, ſufficit vnius electio. ibidem num 34.
Et quatenus duo eligantur,non ſufficit alterum ſolum referre.ibid.num.35.
periurium ſine dolo non committitur.q.107.n.13.
periurium ac dolum quælibet cauſa excuſat. quæſt 199. num. 21.
Et ſufficit allegare ignorantiam, & credulitatem ibid.num. 22.
permutatio dicitur titulus oneroſus. q.23.n 2.
permutationis ex contractu,an & quando detur euictio.Vide in verb.Euictio.
Permutanti datur regreſſus ad rem ſuam, ſi aduerſarius rei ſuæ dominium non tranſtulit.q.140.n.5.
permutanti datur regreſſus ad rem exiſtentem penes tertium, ſi res ſibi data fuerit euicta. Et de ratione ibid.n.6.
Primo limitatur in rei venalis permutatione,cum nempè ſpecies permutatur pro alia venali, quia tunc euictione ſecuta non datur conditio ob cauſam ad repetendam rem datam pro euicta,ibid.n.7.
Secundo limitatur, quando facta bonorum permutatione inter duos, ſi datum vni euincatur per tertium, non poteſt is,a quo euictum fuit,agere ad recuperationem dati per ipſum alteri contra tertium poſſeſſorem cauſam habentem ab ipſo altero,cui dederat. ibid.n.8.
Et de ratione n.9.
Nec minus conueniri poteſt actione perſonali, cum nihil ipſo permutante geſſerit.ibid.n.10.
Ampliatur vt procedat dicta limitatio etiam ſi vnus tantum permutantium tradidiſſet, & alius non,& qui recepit vendiderit, quo caſu ſingulari poſſeſſor, & emptor non poterit a permutante moleſtari, cui traditio facta non eſt. ibidem num.11.
Sublimitatur non habere locum,quando contrahens pro obſeruantia obligauit omnia bona ſua cum clauſula conſtituti, quia datur actio contra tertium poſſeſſorem, & ſingularem ſucceſſorem.ibid.n.12.
permutanti, qui rem ſuam recuperare non poteſt vice rei ſibi traditæ iudicialiter euictæ, ſuccurritur pro indemnitate contra ſecundum permutantem.ibid.n.14.
permutatione beneficiorum nō ſortita effectum,vt quia is,qui reſignauit,obiit,non licet authoritate propria ad ſuum redire beneficium, ſed exigitur nouus titulus, quia primus per conſignationem fuit pænitus extinctus,vel ſaltem collatio, ibid.nu.15.
Quod.ibid.declaratur.
Contrarium ibid.n.16.& 17.
permutans ſi declarat in inſtrumento nolle de euictione teneri, pactum illud non liberat ab obligatione exhibendi acquirenti publicum acquiſitionis ſuæ inſtrumentum ibidem num.18 & 23.
permutatio, venditio, ſeu ceſſio non dicitur ſufficienter facta,ſi non dantur inſtrumenta,& aliæ ſcripturæ. ibid. n.23.
permutanti ad rem permutatam datur regreſſus etiam ante ſecutam euictionem, vbi aduerſarius rei datæ dominium non tranſtulit. 141.n.4.
Ampliatur procedere etiam ſi res fuerit penes tertium. ibid. num.8.
permutatio eſt contractus innominatus.ibid. n.5.
permutatio vbi facta eſt cum Eccleſia, & quæritur,an melior ſit conditio Eccleſiæ,inſpicitur tempus permutationis. ibid. num.15.
Ita quod ſi res data Eccleſiæ fiat deterior, vel ſi res ab Eccleſia tradita poſt permutationem ſit effecta melior, permutatio reſcindi non poteſt ibidem num. 16
Quidquid a iur ſit,quando permutatio eſſet nulla, & poſtea ſequeretur ratihabitio ibid n.17.
Vel non eſſet vtilis, vt quando cenſus, vel canon datus in recompenſam non eſt cum decreto, dummodo,& cum deuolutione.ibid.n.18.
præſumitur autem vtilis, quando fuit cum debitis ſolemnitatibus,vel eſt confirmata.ibid. n.19.
Et dicenti eſſe damnoſam Eccleſiæ incumbit onus probandi læſionem,vel non euidentem vtilitatem. ibid.n.20.
Permutatio. Vide in verb. Regreſſus. in verb. Res. in verb. Fratres.
permutatio non cenſetur prohibita, quando fuit prohibita alienatio.ibid.n.30.
Intellige,ſi meliorando permutetur. ibid. n.31.
Etiam quod fiat ignorante,& diſſentiente fideicommiſſario, ibid.nu 32.
Niſi tamen eſſet res ad quam teſtator principaliter habuerit particularem affectionem, vt quia fuerit res maiorum ſuorum.ibid.n.33.
Vel illa res particulariter fuerit prohibita ibid.n.34.
Quamuis inter fideicommiſſarios prohibitos alienare permutatio prohibita non cenſeretur ibid n.35.
permutatio fundi dotalis conceditur mulieri,licet non alienatio inicio vito,ibid.n.36.
Intellige,vt ibid.n.38.
permutatio longè minus affert damnum,quam venditio, ſi ſine damno fiat ibid n.37.
Permutans tenetur ad dandum, q.146.nu.25.
permutanti datur regreſſus ad rem exiſtentem penes tertium, ſi res ſibi data fuit euicta.ibid.nu 27.q.140.nu.6. vbi de ratione. ibid.344.
Fallit, quando ſpecies datur pro pecunia, quia tunc celebratus eſt contractus venditionis. ibid.n 28.
perſecutio ſimpli. actiones omnes continet, quibus rem, ſeu æſtimationem perſequimur.q.1.n.13.
Declaratur.ibid.n.4.
perſona miſerabilis coram quo conueniatur. remiſſiuè quæſt. 6.num.33.
perſona loquens non includitur in generali ſermone. quæſt. 114.num.19.

per-

Digitized by Google

I N D E X.

perſona omnis Eccleſiaſtica reuocare poteſt bona Eccleſię malè alienata.q.131.n.8.

Perſona coniuncta ſine mandato an poſſit denunciare litem. qu.4.num 23.

perſonalia iura regulariter cedi non poſſunt.q.156.n.7.

petitio euictionis fit ſecundum ea quæ ſunt præſcripta in venditione,q.1.nu.10.

pignus, vel hypotheca tacitè contrahitur, ſi ex pecunia militis res empta ſit.q.22 n.29

Secundo, ſi vtiliter ematur ex pecunia, quæ ad iſtum effectum mutuo data ſit.ibid.n.30.

Tertio quando fundus deſignatur, ex quo alimenta percipi debent.ibid.n.31.

Quarto, quando res a tutore empta eſt ex pecunia pupilli. ibid.num.32.

Declaratur procedere, ſi pupillus elegerit pecuniam. ibidem num.33.

Quinto, ſi pecunia pupilli ſit mutuo alicui data pro emenda aliqua re. ibid.n.34.

Declaratur,ibid.n.35.

Sexto,quando quis tranſigit non animo nouandi.ibid. num 36.

Extende idem procedere, ſi tranſactio facta fuit animo nouandi, & is, cum quo fuit tranſactum, dolum admiſit, vel dolo malo tranſactionem non ſeruauit.ibid n.37.

Septimo, quod Colonus partiarius tacitam habet hypothecam in fructibus.ibid.n.38.

pignoris datio confirmatur ex iure ſuperueniente. quæſt.29. num 39.

pignus prætorium quando inſtante creditore diſtrahitur, creditor de euictione non tenetur.q.44.n.3.

primo fallit,ſi vt dominus vendat,vel nuncupatim de euictione promittat,aut doloſè verſatus ſit.ibid.n 4.

Præſtari tamen debent quæ aſſeruntur per Gloſ. vt ibid. nu. 5. alias de euictione tenetur.

Secundo fallit, ſi pro pluri, quam ſit, creditor diſtrahat, cum pro illo pluri teneatur.ibid.n.6.

Tertio fallit,ſi falsò aſſueuerit ſe creditorem in tanta quantitate,licet creditum eſſet in parte verum.ibid. n.7.

Et vltra pretium tenetur intereſſe præſtare. ibidem numer. 8.

Nec ſufficit dolum abeſſe, ſed ſatis eſt defectus crediti non veri.ibid.nu.9.

pignus & hypotheca extinguitur per dominii acquiſitionem. q.47.num.9.

Declaratur procedere, quando dominium irreuocabiliter fuit acquiſitum,ſecus ſi reuocabiliter.ibid.nu.10.

Pignoratitia actio quando ceſſet. Vide in verb. Creditor cum pignore.

pignorata res. Vide in ver. Res pignorata.

pignus. Vide in Verb. Vſusfructus.

Plura in neceſſarium conſequentiam fieri permittuntur, quæ principaliter prohibentur.q.127. n.11.

Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem, quando deficeret rationis diſparitas, & connexitas, vel quando diſponentis voluntas repugnaret.q.164.n.10.

Nec quando de neceſſitate requireretur pluralis numerus. numero 11.

Fallit, quando ex pluralitate poteſt quis eſſe magis cautus. ibid.num.13.

Plures vbi vocati ſunt in ſucceſſione teſtati non coniuncti, tunc agens ſolum prætendere poteſt partem ſuam. q.166.n. 10.

Extende idem procedere,quando verbis ſunt coniuncti. numer.11.

Primo intellige procedere non conſtito de repudiatione, ſeu incapacitate aliorum.ibid.n.12

Secundo intellige non præſtita cautione, de qua ibidem. numer.17.

Pæna, ſeu mora non committitur aduerſus hæreditatem iacentem.q.53.n.6.& 7.

Pænæ ſunt odioſæ,& reſtringendæ.q.181 n.10.

Declaratur procedere in dubio, non autem in certis, numer.14.

Pæna. Vide in Ver. Venditur.

pæna priuationis locum non habet, niſi in caſibus a iure expreſſis.q.156.n.13.

pænæ ſunt odioſæ,& ideo temperandæ,non extendendę. quęſt. 182.n.23.

Pæna appoſita in primo compromiſſo non trahitur ad ſecundum,prout nec ſtipulatio pænalis adhibita in primo contractu locationis videtur repetita in ſequenti locationes. ibid. num.25.

Et præſertim in tacita recondnctione,ibid.n.26.

Quin etiam nec repetita cenſetur alia obligatio, quæ non ſit de propria natura illius contractus ibid. n.27.

Ampliatur procedere tam in pæna conuentionali, quam etiam legali.ibid.n.30.

Pænam non euadit venditor per oblationem eiuſdem rei. qu. 183.num. 1.

pænæ promiſſiu in contractu venditionis non fit intuitu rei euictæ,ſed ad puniendum permittentem euinci.quæſt.183. num.9.

pænam petere poteſt qui eam non commiſit.ibid.nu.20.

pæna non venit damni appellatione,q.184.n.2.

Neque damnum eſt propriè pæna,ſed largè. ibid.n.3.

Sicut nec in ſpecie, quamuis in genere ſit pæna.ibid. num.4.

portio accreſcit portioni,q.194.n.4.& 23.

Portio deficiens abſque alia ſubſtitutione accreſcit fideicommiſſario.ibid.n.7.

At videas in propoſito.ibid.nu.26.

portio accreſcens per alluuionem cedit fideicommiſſario. qu. 195.num.16.

Idem quando fundus alienus impetu fluminis adiiaitur fundo fideicommiſſario.ibid.num.17.

portio,quæ pro diuiſo vni aſſignatur,loco portiones ſuccedit quam quis prius pro indiuiſo poſſidebat in diuiſione. qu. 114. ſub num. 3.

poſſeſſio quando ſola auocatur per oblationem eiuſdem rei cum damnis,& intereſſe ſatisfit obligationi.q.12. n 9.

Et tunc magis propriè agitur, quaſi re non liberè tradita, vt libera tradatur.ibid.n.10.

Habetque euictio hæc exceptionem, niſi luatur pignus. ibid. num.11.

Declara,vt ibid.nu.12.

Poſſeſſio dicitur vacua, quæ a nemine poſſidetur. quæſt. 33. num.1.

Vel etiam detinetur, quia fortè detentor ſit in poſſeſſione cauſa rei ſeruandæ.ibid.n.2.

Extenditur procedere,quod tradatur res quæ debet aliquam ſeruitutem realem.ibid.n.3.

Rei vendicatio. Vide in ver.Remedia poſſeſſoria.

Releuationem promittens ad quid teneatur.q.10. nu.18.

Et quid ſi adſit iuramentum.ibid.n 22.

Releuare quando non teneatur venditor emptorem. q.17.n. 1.3.& ſeq.

Remediorum omiſſio doli præſumptionem inducit.quæſt.14. num.29.

Remedium l.2. C.de reſcind.vend. quæ loquitur in venditione,procedit etiam in tranſactione.q 142.n 25.

Remedia poſſeſſoria, vel rei vendicatio, vel publiciana non competunt accipienti in ſolutum non ſecuta traditione contra tertios poſſeſſores.q.144.nu.21.

Remedium l.diffamari, C. de ingen.locum habet in diffamatione ciuili.q.197.n.2.

Et domino rei datur actio de dolo,& ad intereſſe contra diffamantem,aut actio in factum,ibid.n.4.

Remittens litem, & controuerſiam de euictione ſatiſdare non tenetur q.143.n.24.

Remiſſio iuris proprij non præſumitur, vbi alia cadere poteſt coniectura.q.152.num.27.

Remittentibus iura ſua non datur regreſſus. quæſt.163. num. 21.

Renunciatio generalis non comprehendit exceptiones futuras.q 27.n.5.

Fallit,ſi ſit cogitatum ibid.num.7.

Renunciatio de ſui natura habet tacitam conditionem, ſi hæreditas deferatur,& rebus ſic ſtantibus.q.35.n.18.

Ampliatur, vt etiam locum habeat iure de nouo ſuperuenicnte ibid.n.19.

Renuncians bonis paternis,renunciaſſe quoque cenſetur feudis paternis.q.51 nu. 28.

Renunciatio euaneſcit præmortuo renunciante ei, cuius bonis renunciauit ex communi.q.77. nu. 1.

Renunciatio generalis fideicommiſſi non egreditur perſonas paciſcentium ad præiudicium ſubſtitutorum, & legatariorum.q.91.nu.12.

Renunciatum non cenſetur fideicommiſſum purum, ſeu purificatum per emptionem factam a fideicommiſſario. q 109. num. 1.& 2.

Contrarium habetur.ibid.nu.3.5.6. & 7.

Ampliatur, locum habere quoque quando fideicommiſſarius,vel legatarius emit rem alienam,vel ipſius hæredis ſibi purè relictam,ibid.n.8.

Declaratur dicta concluſio, vt procedat, quando fideicommiſſarius,vel legatarius emit rem ipſam fideicommiſſariam titulo particulari fideicommiſſi, vel legati, ſecus ſi emit rem vnam ex comprehenſis in fideicommiſſo particulari. ibid. num.9.

Subdeclaratur non intelligi remiſſum fideicommiſſum reſpectu aliarum rerum, ſecus reſpectu rei emptæ. ibidem num.10.

Renunciatio iuris ſibi competentis non præſumitur, quando actus præſumi poteſt factus alia de cauſa, quam remiſſionis,ſeu renunciationis,q.109.nu.15.

Renunciatio perſonalis fideicommiſſi, ſi promittatur de euictione,non præiudicat vocatis,q.109.nu.21.

Renunciatio fideicommiſſi.Vide in ver.Emens.in verb.Fideicommiſſum.in ver.Pretium.

Renuncians,ſeu conſentiens cenſetur renunciare,ſeu conſentire iuri in eius fauorem introducto, non autem iuri ſpectanti ſuo hæredi ex propria perſona.q.112 n.34.

Renunciatio fideicommiſſi quando inducatur per diuiſionem. Vide in verb.Euictio.

Renunciatio expreſſa fideicommiſſi ignoranti non ſubſiſtit, etiam quod tranſactione munita ſit.q.115.nu.19.27.& ſeq. & num.37.

Nec ſufficit ſcientia præſumpta.ibid nu.38.& 39. vbi reſpondetur contrarijs.

Et multo magis, quando non conſtat illud fuiſſe renunciatum, etiam quod apponantur verba generalia generaliſſima,ibid.num.20.

Et ſpecialis requiritur renunciatio, l.de his de tranſact.ibid. num.21.& 25.

primò ampliatur procedere etiam quod fuerit renunciatum omni legum,& iuris auxilio.ibid.num.22.

Secundò ampliatur etiamſi in tranſactione fuerit renunciatum omni fideicommiſſo debito, & debendo cum expreſſa renunciatione l.de his,quia nihilominus fideicommiſſo igno-

caro

rato non cenſetur renunciatum.ibid.num.23.

Tertio ampliatur etiamſi iureiurando partes conuenerint perpetuo obſeruare contenta in inſtrumento.ibid. n.24.

Renunciatio nulla datur de his ,ſquæ dependent ex teſtamento,niſi viſis,lectis,cognitis,& benè inſpectis illius verbis, q. 115.num.29.

Et ſcientia eius ſpecialis , & non generalis probanda eſt per eum,qui ſe fundat in renunciatione.ibid.nu.30.

Renunciatio fideicommiſſi vt valeat, duo requiruntur , & quæ quæſt.115.num.31.

Prodeſt tamen renunciatio cum iuramento , l.de his, quæſt. 115.num.32.

Renuncians iuri , quod quis habet, vel habere ſperat, non intelligitur renunciare iuri,quod ex noua cauſa ſuperuenit, 134.num.9.

Renunciare quis poteſt retractui , ſiue expreſsè, ſiue tacitè id fiat.q.137. nu.1.

Nec renunciatione facta locus eſt pænitentiæ.ibid.num.2.

Ampliatur procedere etiam quando facta fuit promiſſio de non mouendo contrauerſiam , quia intelligitur de iure futuro,ac ſuperuenienti.ibid.nu.6 & ſeq.

Vel fuit dictum non inferre moleſtiam , præſertim quando eſt facta promiſſio de euictione ibid.n.9. & 10.

Ita vt ſtipulatio ſtatim committatur etiam non expectata ſententia,quando per promiſſorem mouetur controuerſia , quidquid aliud ſit,quando per alium.ibid.n 7.

Renunciatio inducitur per alienationem rei communis , quia vnus cenſetur aliis conſentire.q.137.nu.3.

Renuncians omni legum , & ſtatutorum auxilio , vel etiam vendens rem iure proprio , & in perpetuum , excluditur a iure retractus.Ibid. n.11.

Et per dicta verba cenſetur quis ſibi præiudicaſſe omnibus iuribus , quæ tam in re,quam in ſpe competere poſſent . ibidem num.12.

Renunciari poteſt iuri retractus agnatitii,& remitti a ſe abdicando,non tamen,vt ceſſionarius poſſit iure vllo vti prerogatiuè aduerſus alios.ibid.n.13.

Renuncians liti & cauſæ ſuper fundo , dominium non transfert.q.142.n.3.

Renunciatio, ſicut non obſtat renuncianti , ita nec eius hæredibus.q.35.nu.21.

Renuncians non tenetur renunciare iuri , quod ex noua cauſa ſuperuenit.qu 152.n.3.

Renunciatio iuris ſuperuenientis ex noua cauſa poſt contractum non præſumitur per generalia verba tendentia in futurum.q.152.n.30.

Ampliatur etiam procedere , ſi dictum ſit, quod quis renunciat omni iuri quod habet,vel in futurum habere ſperat. ibi. num.31.

Repetitio non datur eorum, quæ ſpontè præſtantur mediatoribus,& proxenetis nullo cogente.q.28.n.18. & 19.

Repetitio pretii conceditur pro quantitate pretii ſoluti , & non pro æſtimatione , quanti nunc res valet . quæſt. 112. num.47.

Repetitio non tollitur per iuramentum in contractu appoſitum,quæ ob errorem competit per condictionem indebiti, nec requiritur abſolutio q 116.n.12.

Fallit in ignorante , qui ob iuramentum excluditur a beneficio ſibi competenti.ibid.n.13. vbi de ratione.

Repetitio melioramentorum . Vid. in verb. Melioramentorum.

Requiſita ad hoc vt competat euictionis actio ſunt octo , & quæ,q.3 nu.1.

Res,quando euincitur per extraneum ex facto extranei,tunc is,qui nullo modo vult de euictione teneri , tenetur ad pretii reſtitutionem.q.10.nu 12.

Ampliatur etiam ſi venditor dixerit , ſe nolle teneri de euictione,niſi pro ſuo dato,& facto tantum.ibid.n.13.

Res vendita , ſi in bonitate promiſſa ab initio non tradatur emptori agendo,& excipiendu eſt perpetuo conſultum. qu. 24.num 3.

Et ad totum actio datur , ſi emptor vitium ignorauit , neq fuerit empturus. ibid.n.4.

Et ad intereſſe.ibid.n.5.

Secus ſi ſciuerit emptor,& clarius exprimi non curauit . ibid. num.7.

Ampliatur procedere etiam quod euictio promiſſa ſit ex cauſa qualibet cogitata , & non cogitata , quia etiam ſcienter emens rem ſeruituti ſubiectam , agere non poteſt de euictione.ibid.nu.8.

Ratio dictæ ampliationis affertur.ibid.nu.9.

Res vbi venditur minori pretio ob ſeruitutem, ſi huiuſmodi ſeruitus incontinenti eſt finita , commodum illud eſt emptoris.q.24.nu.30.

Ampliatur procedere in augmento, quod prouenit ſi creſcat rei æſtimatio,ibid.n 31.

Res retracta ex diſpoſitione ſtatuti vbi euincitur per tertium, agnatus eo caſu agere non poteſt de euictione contra emptorem , ſed contra primum venditorem . quæſt. 138. num.23.

Fallit vt ibid.nu.ſeq.

Res aliena vendi poteſt emptore exiſtente in bona fide , & ignorante alienam eſſe.q.29.nu.51.

Res aliena alienari non poteſt,ſicut vendi.q.30. n.1.

Contrarium.ibid.nu.7.

Et de ratione.ibid.

Res furto ſubtracta aut per vim a domino vendicari poteſt . quæſt.31.num.1.

Et de ratione ibid.

Licet non dicatur nominatim a quo res illa ablata fuerit. ibid. num.4.

Sufficitque quod probetur fuiſſe ablatam a me impeꝛſonaliter ibid.nu 5.

Ampliatur etiam ſi inter ſcientes rem illam eſſe alienam facta ſit venditio, nec valeat , cum vergat ad crimen . ibidem num.6.

Rem alienam ſcienter accipiens , ſeu retinens ex cauſa emptionis, vel aliter,ſi non reſtituat, reputatur fur . quæſt.31. num.12.

Et non minus dicitur moroſus,ibid nu.13.

Ampliatur,etiam ſi nullam ex ea re vtilitatem accipiat . ibid. num.15.

Primo limitatur , quando res fuit acquiſita iuris authoritate fundata ſuper veritate , vt quia quis acquiſiuit præſcriptione.ibid.n 17.

Vel etiam acquiſierit in bello iuſto.ibid.n.18.

Sùblimitatur,ibid nu.19.

Secundo limita,vt locum non habeat in iis,quæ a latronibus emuntur,quorum dominus ignoratur, quia emitur quaſi a domino.ibid.nu.28.

Intellige,vt ibid.n.29.

Tertio limita,ſi res empta ſit bona fide, & poſtea emptor nouit eſſe alienam, quia poteſt eam furi reſtituere,& pretium ſolutum recipere.ibid.n.30.

Quod ibid.comprobatur.nu.31.

Contrarium ibid. num.32.

Declaratur,ibid.num.33.

Affertur concordia dictarum opinionum.ibid. n.34.

Quæ non tenetur.ibid.n 35.

Sed ab authore probatur dicta limitatio.ibid. n.36.

Quarto limitatur quando quis rem habuit , & retinuit bona fide.ibid nu.37.

Declaratur ibid.nu.38.

Subdeclaratur ibid. n 39.

Res an prius tradenda ſit in venditione, quam pretium. q.33. numero 36.

Res aliena obligari poteſt , ſi poſtea eſſe cœperit in bonis debitoris.q.37.num.3.

Res empta vbi eſt comprehenſa ſub obligatione omnium bonorum , emptori ſuccurritur per fideiuſſionem . quæſt.38. num.1.

Res vendita hac lege , vt ſi res diſpliceat, ſit inempta , talis diſplicentia declarari debet intra 60.dies.qu.39.nu.21.

Res ſemper tranſit cum onere,& cauſa ſua. q.42.n.6.

Re alienata lite pendente , & alio translata , vel in potentiorem,reus tenetur aliam loco illius ſubrogare de iure canonico.qu.60.n 6.

Et de iure ciuili tenetur in duplum æſtimationis pretij . ibid. num.7.

Et de ratione nu.8.

Res litigioſa vbi alienatur , tam vendens , quam etiam acquirens punitur.q.60 n.9.

Fallit,ſi ignorauerit.ibid.nu.10.

Re euicta per ſtatutum de re paterna luenda venditor de eui-

euictione non tenetur.quæſt.134.num.47.

Fallit vt ibid.nu.ſeq.

Re pretio lite pendente vendita, duplicatur pretium fiſco, & res vendita reſtituitur venditori.q.60.n.16.

Et quid quando non fuit pretio vendita, ſed permutata, vel donata.ibid.n.17.

Et venditor tantum ſciuit.ibid. n 18.

Re euicta fideiuſſor euictionis liberandus eſt à fideiuſſione. q.61.nu.12.

Præſertim ſtantibus moleſtijs paſſis per fideiuſſorem. numer.13.

Rei appellatione etiam pars continetur, ſiue agatur affirmatiuè, ſiue negatiuè, q.74.num.21.

Res empta ex pecunia dotali, dicitur dotalis, quando res agitur inter virum, & vxorem, vt nempè dotis reſtitutio fiat in re empta ex pecunia dotali.q.76. n.22.

Et præſertim etiam, quando res emitur cum vxoris conſenſu, quo caſu illa dicitur habere actionem ex empto, n.23.

Res empta per mulierem, quando euincitur a marito, cui data fuit in dotem, committitur actio de duplo aduerſus authorem mulieris, legitima facta denunciatione. qu.77.nu.18.

Et vxor agit contra authorem, non autem maritus. ibidem num.19.

Res, quę oneri cenſus ſubiicitur, vbi eſt tanti valoris, vt omnes obligationes, quibus erat ſubiecta ſatisfieri poſſint abſque damno emptoris, cenſus eiuſdem pretium non petitur, nec concedi debet.q 83.n.9.

Res, ex qua cenſus eſt venditus, ſi euincatur, atque ita etiam penſio non ſoluatur, tunc ad intereſſe, hoc eſt valorem cenſus, & ſic ad pretium agi poteſt.q.84.nu.21.

Res vendita, vbi apparet alteri hypothecata, & de hoc nihil dictum fuit in ipſo venditionis contractu, ac pretium nondum fuit ſolutum, emptor poteſt per pretii retentionem ſibi proſpicere, vt illud non ſoluat, niſi re ſibi libere tradita, quod locum in creditoribus putis.q.86.n.27.

Extende idem procedere poſt pretium ſolutum. ibidem num. 29.

Res dicitur vt libera vendita, etiam ſi non dicatur, nec appareat obligata.q.86.n.28.

Res particulares hæreditariæ, ſi pereunt ſine dolo, & culpa, & mora hæredis, pereunt periculo fideicommiſſarii vniuerſalis de illis rebus.q.95.n.11.

Item pereunt periculo legatariorum, ibid.n.12.

Limitatur non procedere in legatariis quantitatum. ibidem num.13.

Res perit ei, cuius eſt, aut cui eſt debita.q 95.n.20.

Res vendita vbi præſtita non fuit, ſed eſt furto ſubtracta, priuſquam ſit tradita emptori, periculum eſt venditoris. quæſt. 98.nu.15.

Res perit domino, quouſque is, cui res debetur non eſt in mora, ibid. nu.20.

Res vbi fuit furto ſubtracta ſine culpa venditoris, & ipſe venditor eam poteſt vendicare, vel condicere condictione furtiua, emptori ſatisfit, ſi actio cedatur. ibid.n.29.

Extenditur, vt ibid.n.30. & 31.

Rem emens ab eo qui non eſt dominus, ſi poſtea efficiatur illius hæres, illam vendicare nequit, & repellitur exceptione doli tamquam iniuſtè conetur rem a ſe venditam euincere. ibid num.32.

In emptoris tamen electione eſt, hoc detecto, rem retinere, ſi velit, intentione actoris per exceptionem eliſa, ſeu potius eam reſtituere, & duplum conſequi euictionis nomine aduerſus eundem.ibid.n.33.

Vel ſi res euincatur, emptor agere quoque poteſt de euictione contra eum ad duplum euictionis nomine ibidem numer. 34.

Quod declaratur ibid.

Res vbi eſt menſuranda, id fieri debet infra ſexaginta dies, quibus elapſis peti amplius non poteſt menſuræ reintegratio.q.102.nu.13.

Intellige procedere, quando fuit conuentum de re menſuranda nullo expreſſo tempore, ſecus quando nil eſt dictum de menſura facienda, ibid.nu.14.

Quo vltimo caſu ſupplementum deficientis menſuræ peti poteſt infra 30.annos.ibid.n.15.

Res aliena non venit in venditione, nec menſurari debet, etiam ſi incluſa eſſet in confinibus.ibid.n.30.

Res vendibilis in pondere, numero, vel menſura conſiſtens, ſi ſi guſtari ſolet, & guſtata non ſit, periculum interitus pertinet ad venditorem, q 103 n.8.

Res vendita, ſi eodem modo penes emptorem periiſſet, periculum non eſt venditoris.q.123.n.21.

Limitatur, ibid.n.22.

Rem alteri obligatam ſcienter vendens de euictione tenetur, & ad damna, & intereſſe.q.106.nu.6.

Etiam euictione non ſecuta.ibid.nu 9. Vide in verb. Alienatio, vbi dantur ampliationes, declarationes, & limitationes.

Res quando promittitur libera, intelligitur, dummodo emptoris interſit.q.107.n.14.

Res alienari prohibita quando venditur non fauore publico, ſed fauore venditoris, venditor, & emptor puniuntur. ibid. num.15.

Rem alienans, vel vendens, qui eſt in mala fide, poteſt eam redhibere ab eo, qui alienauit.ibid.nu.17.

Sed contra.ibid.n.18.

Rem, quæ irreuocabiliter non eſt mea, poſſum emere, licet eſſet mea reuocabiliter, & valet emptio.quæſt.nu. 109.num. 16.

Rem fideicommiſſo ſubiectam emens qualiter conſtituatur in mala fide.ibid. nu.23.

Et qualiter reddatur tutus.ibid. num.24.

Res, quando euincitur, quæ a re vendita deſcendit, non tamen venditionis tempore erat in rerum natura, non debetur euictio veluti fructus agri.q.114 nu.77.

Rei euictæ valor, vt habeatur inſpicitur tempus ſententiæ, & non tempus præteritum, vel futurum quæſt. 120. numer. 23.

Res aliena vendi poteſt quoad venditoris præiudicium. quæſt. 125.nu.7.

Rerum Eccleſiaſticarum alienatio. Vide in verb. Alienatio.

Res in dubio alienata præſumitur tamquam allodialis animo præiudicandi domino, ſi in alienatione nulla fiat mentio emphyteuſis, vel exprimatur qualitas, ex qua id apparere poſſit.q.126.nu.19.

Rerum, quarum non eſt commercium, non eſt venditio. qu. 129.nu.4.

Res ſacræ, & religioſæ vendi non poſſunt, quia in nullius bonis ſunt, cum ſint diuini iuris.q.129.nu.6.

Intellige, vt procedat, niſi quis ignorans eſſe ſacras, vel religioſas pro prophanis emerit.ibid. numer.14. Vide etiam in verb. Aedes,

Rei ſpiritualis euictio non datur, cum illius venditio ſit per legem interdicta.q.129.num.9.

Nec datur actio ex empto, nec pro recuperatione pretii. ibi. num.10.

Declaratur procedere in eo, qui ſcienter emit rem ſpiritualem a ſcienter vendente ob parem culpam, ac dolum, ſecus ſi ignorans loca ſacra, & religioſa pro prophanis emerit. ib. num.15.

Quinimo data etiam ſcientia, ſecuta euictione datur actio ad repetendum pretium iam exburſatum per emptorem. num.12.

Rei Eccleſiæ alienatio. Vide in verb. Alienatio.in verb. Solemnitates.

Rem eſſe ſolitam alienari non ſtatur aſſertioni partis, ſed probari debet.q.130.nu.21.

Res Eccleſiæ vt ſolita ſit alienari, requiritur, quod præcedat vna locatio ſolemnis, vel duæ cum ſpatio decem annorum. ibidem num. 22.

Non tamen requiritur neceſſario, quid ſint conformes. ibid. num.23.

Et ſufficit quod vna ſit valida.ibid. nu.24.

Ad effectum tamen quod ſit valida, non præſumitur ſolemnitas ſpatio 30.annorum.ibid.n.25.

Res Eccleſiæ ſolita locari, tunc demum ſine ſolemnitatibus poteſt locari, ſi adſit eadem cauſa conceſſionis, ibid.numer. 26.

Rem cum alio communem vendens, tenetur eam liberè tradere.q.133.n.1.

Et ad omne intereſſe.ibid.n.2.

Et ad reſtitutionem pretii.ibid.nu.3.11. & 12.

Res plures ſi vnico pretio vendantur vna euicta, venditor tene-

netur reſtituere pretium, ſi partem ſolum emptor nō fuiſſet empturus.ibid num.4.
Licet alias reſciſſio contractus daretur pro parte,& pro alia patte contractus cenſeretur validus.ibid. num.5.
Rem habens cum pacto retrouendendi, ſeu addictionis in diem & legis commiſſoriæ,poteſt vti priuilegio retractus.q. 139.num. 14.
Res permutata vbi tradi non poteſt, quia fuerit medio tempore ab alio occupata, pro ea agitur ad pœnam,& intereſſe q. 141.nom.21.
Et loco pignoris datur retentio, ſi ille pro parte ſua non impleuit.ibid.n.95.
Res permutata quando fuit euicta datur condictio ſine cauſa. q.141.nom.28.
Et actio præſcriptis verbis.ibid.nom.29.
Res quando traditur ex cauſa tranſactionis transfertur dominium,quando tradens eſt dominus q.142.n.4.
Res data in ſolutum. Vide in verb. Dans in ſolutum. in verb. Datio in ſolutum.
Res in ſolutum datæ, quando euincuntur perinde eſt,ac ſi ſolutum non extitiſſet,& ideo datur regreſſus ad primæua iura.q.144.num.34.
Res pignorata quando in dotem datur,non aliter eius ſolutio liberat,quam ſi ex euentu certum ſit,eam apud maritum remanere.q.145.n.13.
Res data in ſolutum, ſi euincatur, qui eam accipit,vel ſui hæredes agere poſſunt contra debitorem dantem primæua actione.ibid.oum.19.
Vel actione vtili ex empto.ibid. n.20.
Vel actione in factum.ibid.num.21.
Res plures vbi vnica mercede fuerunt locatæ, conductor poteſt a conductione reſilire,etiamſi vna tantum re vti ſit prohibitus.q.149.n.21.
Rem alienam ſcienter conducens cogitur ſoluere penſiones, ſecus ſi ignoranter.q.150.n.32.
Res, quando euincitur ex ſui natura, & negotij,euictio non debetur.q.152 n 4 & ſeq.
Niſi ſpecificè hoc in caſu euictio promittatur, ibidem numer.5.
Et præſertim, ſi emptor ſcinerit qualitatem & naturam rei, quia debuit ſibi proſpicere.ibid.nu.6.
Res fideicommiſſo ſubiecta condicitur, vt poſſit pro expenſis retineri.q.154 n.2.
Res non parit fructum non domino, & non poſſeſſori. q.157, num.15.
Rei mutata forma citra hæredis culpam, ea non debetur. qu. 157.num.16.
Res creditori addicta vigore rei iudicatæ, licet poſtea euincatur,tamen creditor non poteſt amplius agere via executiua, ibid.num.18.
Res, quæ fuit vni relicta, ſi a fiſco per in integrum reſtitutionem redimatur pretio reſtituto,legatarius pretium illud habebit.q.158.n 6.
Res an euincatur primo, vel vlteriori emptori,non refert.qo, 161.num.1.
Res mihi vendita, ſi alij eſt obligata,& eam tibi vendidi, ſi ex antecedenti cauſa, tibi euincatur, non teneor, niſi de facto meo.ibid.n.11.
Res vendita vbi eſt feudalis, non excuſabitur illius venditor, vbi dixerit,ſe ſolum vendere ius,quod habet,niſi exprimat, rem eſſe feudalem.q.162.num.20.
Res captæ ab hoſtibus, vt emptoris efficiantur,quæ requirantur q.170.nom.10.& ſeq.
Res vbi euincitur ex noua cauſa,non imputatur venditori,ſed emptori.q 178.num.13.
Maximè vbi concurrit culpa ipſius emptoris. ibidem numero 14.
Res euicta compenſari poteſt.q.183.n. 24.
Res empta à tutoribus, vel curatoribus pupillorum, & minorum eis acquiritur,& hæreditati.q.188 n.15.
Intellige,vt ibid.num.16.
Ampliatur procedere,etiamſi ſuppreſſo nomine tutor, vel curator emiſſet nomine proprio, quia ex officij neceſſitate tenebantur conuertere pecuniam in emptionem prædiorum ibid.num.17.
Res vendita ſi euincatur pro aliqua parte, & pro illa parte venditor ſoluit emptori quadringenta, ſi deinde tota euincitur,debet haberi reſpectus ad illa quadringenta ſoluta, & venditor tenetur reſtituere primo ſexcenta reſtantia, & pro intereſſe ſimplum pretij,ideſt mille vltra ſexcenta, qu.195. num.18.
In quo computantur expenſæ,& fructus.ibid.nom.19.
Fallit,ſi mandato venditoris emptor ſuſtinuit litem,quo caſu tenetur ad omnes fructus.ibid.n.20.
Re euicta per reſtitutionem ſtipulatio duplæ non committitur,ſed agitur ex empto q. 200.n.72.
Quæ ſtipulatio vt committatur ſcientia eſt neceſſaria.ibi.nu, 73.
Ita vt per eam fiat, quod qui non agit ob eius malam fidem, ex contractu emptionis agat,ſi eſt interpoſita ſtipulatio.ibidem num.74.
Etiam ſi ſequatur per imperitiam iudicis ibid.n 75.
Reſciſſio contractus Vide in verb. Venditio plurium.
Reſciſſo contractu principalis donationis,ſeu venditionis, reſcinditur acceſſorium,q.173.n. 3.
Reſciſſoria vbi actum eſt, & ſecuta eſt euictio ex capite nullitatis,illa ſequi non poteſt,niſi pro pretio ſoluto.quæ.73. numero 35.
Et ſi in aliquo vlterius fuiſſet, puta fideiuſſor obligatus,obligatio ad intereſſe non extenderetur vltra duplum. ibidem num.36.
Reſciſſio venditionis. Vide in verb.Venditionis reſciſſio. in verb.Venditio.in verb. Vſuræ.
Reſeruatio facta a iudice in ſententia emptori ad agendum pro euictione non tollit defectum denunciationis, ſi illa fuerit omiſſa.q.4.n.3.
Reſolutio, ſiue receſſus a contractu quando permittatur emptori ob non implementum.Vide cum limitationibus. q.24. num.34.& ſeq.
Reſoluto locationis contractu reſoluitur etiam effectus obligationis cameralis adiectæ in ipſa locatione. quæſt.150.numer 28.
Reſpondere poſitionibus an teneatur emptor. vide q.8. nu.20. & q.9.0.44 vbi negatiuè reſpondetur.
Reſpublica tenetur de euictione etiam quod illa ſequatur ex iniuſtitia,vel iudicis imperitia. q. 16. numer.16.vbi vide rationem.
Reipublicæ procuratori vel ſindico facta denunciatio, nocet ipſi Reipublicæ. q. 3 n.10.
Reſtitutio pretii ſuccedit loco intereſſe in euictione. q. 2. numero 8.
Reſtitutio in integrum conceditur creditori non comparenti infra tempus proclamatis, quando proclama ignorauit. q.9. num 71.vbi n.72 quod opus eſt noua cognitione.
Reſtitutio no caſu in ſpecie peti debet. ibid.n.73.
Reſtitutio minori conceſſa aduerſus venditionem fideiuſſori non prodeſt,q.93.n.5.
Ratio affertur.ibid.n.6.
Ampliatur,vt fideiuſſor de euictione teneatur etiam ſi euincatur res ipſi emptori ab ipſo minore. ibid.n.7.
Primo fallit, quando dolus in contractu interueniſſet, quia tunc fideiuſſor de dolo agere poteſt ex perſona ſua. ibidem numer.8.
Secundo fallit, quando ipſe quoque fideiuſſor eſſet minor. Ibid.num.9.
Reſtitutio a Principe ex gratia conceſſa delinquentibus non trahitur ad bona alienata,& in tertium tranſlata.quæſt.167. num. 1.
Et eſt concluſio communiter probata. ibid n.2.
Et de ratione.ibid.num,3.& 7.
Primo ampliatur procedere etiam in gratia facta motu proprio.ibid.num.4.
Secundo ampliatur locum habere etiam in iure quæſito ad rem.ibid.num.5.
Ac etiam in iure quæſito ſpe,licet non re.ibid num.6.
Limitatur,quando Princeps gratioſè reſtituit ad bona in tertium alienata.ibid.num.9.
Sed contra ibid.n.10.
Quæ vltima ſententia procedit, ſiue bona fuerint in aliom tranſlata titulo oneroſo, ſiue titulo lucratiuo. Ibidem numer.11.
Et de ratione.ibid.n.ſeq.
Limitatio tamen adducta ſaluatur, quando Princeps faceret ex cauſa legitima.ibid.num.13.

Digitized by Google

Reſtitutio facta de bannito, an trahatur ad bona alienata, vel requiratur ſpecialis expreſſio remiſſione.q.167. nu.21.

Reſtitutio facta de bannito per viam iuſtitiæ plenè ſuccurrit etiam quoad bona,& iura in aliom tranſlata. ibid.n.22.

Si tamen Princeps vendidit de euictione tenebitur. ibidem num.23.

Fallit, quando alienatio facta eſſet titulo lucratiuo donationis, vel quando Princeps reſtitueret ex cauſa publicæ vtilitatis.ibid.n.24.

Primo ſublimitatur, quando is,in quem bona ex ſententia bannitoria tranſiuerunt,eadem alienaſſet, quia reſtitutio ad ea bona in aliam peruenta non traheretur.ibid. n.25.

Secundo ſublimitatur, quando ex contractu bona ad aliquem rediiſſent.ibid.n.26.

Reſtitutio. vide in verb.Emptor Emens.

Reſtituere qui tenetur ſolum ratione rei acceptæ tenetur reſtituere ſi rem habeat, & ſolum in quo ditior factus eſt qu. 170.num.24

Nec tenetur reſtituere quod bona fide conſumpſit, ibid. num. 25.

Intellige,ſi factus non ſit locupletior.ibid.n.26.

Reſtituendum eſt quoque incrementum quod proceſſit ex re ipſa,ſecus vero ſi proceſſerit ex labore,induſtria,ac diligentia emptoris, qui poſtea maiori pretio reuendiderit, ibidem num 27.

Reſtitutio, etiam poſt lapſum quadriennij conceditur debitori aduerſus venditionem à fiſco factam ſolemniter, vbi conſtat de notoria iniuſtitia.q.171.n.17.

Quia diſpoſitio l.Omnes.& l.Bene a Zenone ſunt rigoroſæ, & ſtrictiſſimè interpretandæ,ibid.

Et quilibet error, & modicus defectus facit ceſſare rigorem illarum legum.

Reſtitutio pretii, & præſtatio intereſſe intrinſeci circa rem a pari procedunt in caſu nullitatis alienationis. quæſt. 173. num.23.

Reſtitutionis in integrum occaſione re euicta per minorem, vel Eccleſiam,ceſſat euictionis actio, & remedium ad intereſſe,ſcilicet ad duplum,quia iure quodam ſpeciali,&extraordinario res euincitur.q.189.nu 6.

Declaratur verum eſſe, quando contractus fuit ſimpliciter celebratus, ſed non quando in eo fuit promiſſa euictio, quia eo caſu,vt promiſſio inefficax & inutilis non ſit, intelligi debet etiam ſi a minore euincatur.ibid.n.7.

Reſtitutioni occaſione ſi ſit euicta res non datur aduerſario vtilis actio contra venditorem,a quo ipſe habuit.quæſt.189. num.8.

Contrarium ibid. n.9. vbi de ratione.

Primo ampliatur procedere in reſtitutione,quę datur ex edicto minorum.ibid n.10.

Secundo ampliatur etiam in ciuitatibus, ibid.n.11.

Limitatur, vt procedat actio iſta in ſimplum, non autem in duplum ibid.n.12.

Retentio, ſeu exceptio rei non libere traditæ non datur ei, qui ſciuit rem eſſe alteri obligatam. q.27.n.1.

Retentio conceditur emptori pignoris, cuius pecunia abſque pacto ipſius dimiſſi ſunt priores creditores aduerſus ſecundum creditorem vendicantem pignus.q.47.n.18.

Retentio conceditur hæredi pro credito inuito fideicommiſſario,q.49.n.3.

Et de ratione. ibid.

Retentio poſt ſolutum pretium non datur, neque actio. qu. 85.num 7.

Declaratur procedere, vbi pretium fuit verè ſolutum, ſecus ſi fictè.ibid num.8.

Retentio melioramentorum datur contra euincentem, qu. 154.num.1.& plur. num.ſeqq vbi videas ampliationes, & declarationes.

Retentio pretii penes emptorem operatur, vt teneatur fructus reponere.vide in verb.Emptor.in verb.Fructus.

Retinens fundum, & alium tradens occaſione tranſactionis de euictione tenetur q.159.num.18.

Et de ratione.ibid.n.20.

Retrahere velle, ſi denunciet conſanguineus emptori iure conſanguinitatis,ſeu vicinitatis, & interim res pereat, perit emptori, non autem conſanguineo, vel vicino. quæſt 98. num.21.

Fallit,vt ibid.nu. 22.

Retractus ratione,quando concedatur euictio. Vide in verb. Emptor.in verb.Euictio.in verb. Venditor. in Verb. Filius. verb Ius retractus.in ver.Libellus. in verb. Recuperatio.in verb.Renunciatio.

Retractus iure vti volens ante omnia pretium offerre debet emptori,ſi res eſt tradita, denunciet, ſi non eſt tradita venditori denunciare ſufficit.q.135.n.17.

Dominus tamen,ſi emptor illi debeat,poteſt compenſare.ibid.

Dummodo liquidum,vel infra tempus liquidetur ſoluendi, ibid.

Item dummodo pretium ſit certum, vel ſi ſit incertum deponat cum oblatione,& proteſtatione ſe integrum ſoluturum, cum de pretio certior fuerit factus. ibid.

Nam ad conſequendum hoc ius id in primis impleri debet, ibid.nu.18.

Nec ſatis eſt pignora,aut fideiuſſores offerre.ibid.n.19.

Etiamſi pretium,quod emptor, aut dare paratus eſt,aut promiſit, aut iam numerauit, iuſtum rei valorem excederet, ibidem num.20.

Adeo,vt etiam tempus ſit pars pretii.ibid.num.21.

Et eiſdem conditionibus, & terminis ſoluendum eſt a retrahente.ibid n.22.

Et ſumptus tempore contractus refunduntur.ibid. n.23.

Quamuis plures contrarium teneant.ibid.n.24.

Excepto ſi conuenerit,ne alii,quam conſorti vendatur,ibidem num.25.

In quo diſtinguit Afflict.ibid.nu.26. licet auctor non probet, ibidem.

Et præmiſſa conceduntur, dummodo fiant abſque fraude. ib. num.27.

Quin agnatus non audiretur offerens pretium ſolum ſecundum rei valorem. ibid.n 28.

Et quid dicto in caſu agendum,ibid.nu.29.

In retractibus attenduntur conſuetudines,vbi res eſt ſita. qu. 136.num.4.

Quicquid ſenſerint aliqui.ibid.n 6.

Retractus re partim vendita, partim donata, in parte tantum vendita locum habet ibid n.12.

Quid ſi parui vendatur, & quod reliquum eſt donatur, remiſſiuè.ibid.n.13.

Retractus locum non habet in permutatione.ibid.n.14.

Nec in datione in ſolutum, ſi pro aliqua quantitate debita, aut æſtimanda detur, & hoc ſiue iuſſu iudicis, ſiue ſponte fiat.ibid.nu.5.

Neque in tranſactione. ibid.n.16.

Niſi præceſſerit contractus, in quo iuri congrui locus ſit. ibid.num.17.

Vel niſi fraudolenter nomen tranſactionis additum ſit. ibid. num.18.

Non etiam procedit in locatione,niſi ad longum tempus fiat. ibid.nu.19.

Retractus actio vbi proponi poteſt coram ordinario, in arbitrio actoris eſt eam coram iudice rei ſitæ, el domicilii proponere ibid.nu.20.

Retractus in cauſa agi poteſt confeſſoria. ibid nu.21.

Retrahendi tempus Vide in verb. Tempus.

Retractus agnatitii effectus qualis,declaratur. quæſt.138. numer.21.

Retractus competit conſanguineo etiam ſi emptor ex interuallo admiſerit venditorem ad redimendum.q.139. n.1.

Ampliatur etiam ſi ipſe venditor rem iam redimerit, ibidem num 11.

Intellige, ſi ſit translatum dominium per traditionem, ibid. num.5.

Sed videas nu.ſeq.

Retractus conſanguineo, non competit re nondum tradita, præſertim ſi retrahente ab ea diſceſſerint.ibid.ibid. n.9.

Sed quod ex ſola venditione ſit locus retractui n.10.

Retractus, & ius congrui non admittitur in venditione conditionali,tamquam imperfecta.ibid.n.16.19.& 20.

Contrarium ibid.n.21.& 22.

Retrahens rem vicinalem dum erat dominus, illam tradere non tenetur, cui fit reſtitutio, licet retrahenti ſoluatur pretium expenſum à fideicommiſſario,ibid.n.24.& 25.

Retractus ratione agi non poteſt, quando in venditione fuit promiſſum de euictione, & non moleſtare per verba lata, & pinguia,& agendo exceptione repellitur.q.152.nu.19.

I N D E X.

Prout ſi fuit renunciatum omni legum, & ſtatutorum auxilio. ibid.n.22.
Sed vide num.ſeq.
Retrotractionem impedit inhabilitas extremorum.qu.36.numer. 6.
Sed videas ibid.n.7.& ſeq.
Retrotractio numquam fit in aliorum præiudicium, ſed eorum tantum,qui actum faciunt.q.167.n.8.
Reuiſio menſuræ factæ petenda eſt intra annum a die prioris menſuræ.q.102.n.18.
Extende idem procedere in emendatione Cataſti, quæ pariter peti debet intra annum,& non poſt.ibid. n.19.
Reus probare debet qualitatem quam allegat ad fundandam propriam intentionem.q.108.n.5.
Reus excipere non poteſt de iure aliorum cohæredum, quando non conſtet de illorum acceptatione.q.166 num.8.
Rip.in l.priuilegia n.42.ff.de priuil. credit. reiicitur, vel declaratur.q.36 n.17.verſ. Ripa,vel non eſt.
Ripa debet menſurari, ſi id in venditione fuit expreſsè conuentum, & venditor fuit illius legitimus poſſeſſor. quæſt. 102.num.29.
Ripa non eſt menſuranda, quando tacitè accedit venditioni. q.102.nu.31.
Nec quando expreſsè id non fuit conuentum, quia Riparum vſus eſt publicus,ibid.n.32.
Ripa, an menſurari debeat, poteſt deprehendi ex qualitate pretii diſtributi per ſingula iugera. ibid.n.33.
Ruyn.conſ.42.n.24.lib. 1.reiicitur,q.48.n.10.

S

SAluianum interdictum datur pro legatis.q.66.n. 21.
Intellige, vt ibid.n.26.
Et qualiter in eo petendum, & pronunciandum ſit. ibidem num.22.
Saluiano interdicto res euicta.vide in verb Euicta res.
Saluianum non datur neque vlla actio ceſſante hypotheca.qu. 126.n 15.
Satiſdatio admittitur conſenſus.q.23. n 35.
Satiſdare quando non poteſt venditor, qui bona non habet, pretium reponitur in emptionem bonorum immobilium, quæ cenſentur hypothecata emptori.q.107.n.7.
Satiſdatio.vide in verb.Cautio.
Satiſdatio quando præſtari debeat a venditore poſt purificatum fideicommiſſum. Et generaliter quid agendum per emptorem,cui res fideicommiſſo ſubiecta fuit euicta,remiſſiuè.q.107.nu.8.
Satisdatio, ſi non datur, non dicitur ſatiſdatum. quæſt. 74. num.2.
Satiſdatio neceſſaria dicitur, quæ ex legis diſpoſitione præſtari debet, quamuis cauſa ob quam inducitur neceſſitas præſtandi ſit voluntaria.q.164. nu.32.
Scientia venditoris facit eum teneri emptori ad intereſſe, quando ſciuit rem vēditam onere aliquo affectam. q.2.n.7.
Et intereſſe loco ſuccedit reſtitutio pretii.ibid. n.8.
Scientia venditoris non tollit defectum denunciationi, ſi ab emptore omittatur.q. 4.n.15.
Scientia ſimplex non ſufficit aliunde conquiſita, cum vltra illam requiritur aliquis actus poſitiuus.q.4.n 26.
Scientia venditoris rem ab eo venditam eſſe alienam facit, vt is,teneatur ad pretij reſtitutionem,etiam ſi expreſsè dictum eſſet,ſe nolle teneri.q.11.n.39.
Et quid, ſi ſciuit emptor rem eſſe retractui ſubiectam. ibid. num.45.
Scientia litis tertio,qui vult appellare,non ſufficit,ſed requiritur ſcientia ſententiæ.q.15.no 11.
Scientia præſumitur in venditore, licet non in emptore. qu. 24.num.14.
Scientia emptoris rem eſſe dotalem, illi præiudicat in amiſſione pretii.q.73.nu.29.
Scienti,& volenti non fit iniuria,neque dolus, q.118.n.11.
Scire factum quis non dicatur abſque qualitatibus.ibidem numer.29.
Scire non dicitur, qui certè non ſcit ea, quæ ad ſubſtantiam pertinent.ibid.n.27
Sciens ſibi plus deberi, ſi minus accipiat, ſibi non præiudicat. q.145.n.18.
Scientia hypothecæ an requiratur in emptore. Vide in verb. Emptor.
Scientia in emptorem, rem ſcilicet venditam alteri eſſe obligatam,ex quibus arguatur, q.151 n.21.
Securitas. Vide in Verb.Cautio.in verb. Debitor. in verb.Obligatus.
Sententia requiritur, vt agi poſſit de euictione q.1. n.5.
Fallit quatuor modis.vt ibid.n.6.8.9.& 10.
Sententia, in qua reſeruatur emptori ius agendi pro euictione non tollit defectum denunciationis, ſi illa fuerit ab emptore omiſſa.q.4.n 3.
Sententia in cauſa euictionis formatur in perſonam emptoris q.7.n 10.
Sententiæ latæ cum emptore, non nocent venditoris cui lis non fuit denunciata.q.7.n.11.
Fallit, quando inſimul cum emptore fuit quoque citatus venditor.ibid.n.12.
Primo ſublimitatur, quando venditor, & emptor ſimul poſſident, & ambo probationes faciunt, & cauſam defendunt, ſecus ſi venditor non defendit.ibid.n.13.
Rationem vide ibid.n.14.
Sed contra per Rip.ibid.n.15.
Prima tamen opinio probatur.ibid.n.16.
Secundo ſublimitatur, quando euictio fuit promiſſa cum iuramento.ibid.n.17.
Sententia vna ſi ſit lata contra emptorem, non poteſt agi de euictione,niſi illa confirmetur. q.8.n.7.
Et ampliatur etiam quoad expenſas ibid n.8.
Sententia iudicis incompetentis quid operetur in materia euictionis.q.8.n.29.
Sententia iniuſta quid operetur ibid n.30.
Sententiæ in iudiciis executiuis quid operentur in materia euictionis,q.8.n.48.
Sententia contra vnum lata,vt noceat tertio, inter alia requiritur,quod ſit viriliter defenſa.q.9.n.25.
Intellige,vt ibid.n.26.& 27.
Sententia lata aduerſus maioratus poſſeſſorem, ſucceſſoribus præiudicat.q.9.n.5.
Fallit,vt ibid.n.6.
Sententia, quamuis habeat præſumptionem pro ſe, admittit tamen probationem in contrarium q.14 n.6.
Sententia lata contra principalem debitorem, non exequitur contra fideiuſſorem abſque nouo proceſſu.q.89. nu.16.
Sententia cum venditore lata, vt emptori noceat, requiritur citatio ipſius emptoris q.99.n.6.
Sententia lata contra auctorem nocet ſucceſſori non citato ibid.num.7.
Fallit in eo, qui ius, & cauſam habet ante inſtitutum iudicium.ibid n.8.
Sententia lata contra mortuum eſt nulla.q.51.n.22.
Sententia contra auctorem lata, vt noceat habenti cauſam ab eo,requiritur,quod ſciuerit cauſam agi.q.99. n.12.
Sententia exequi non poteſt abſq; nouo proceſſu contra eum, qui ſucceſſit ante litem motam, etiam ſi agatur de iure reali,ibid.n.13. & ſeq.
Fallit,ſi ſimus in vltima voluntate,ibid.nu.14.
Sententia,decretum, & executio inualida pro parte poteſt ſuſtineri.q.146.n.4.
Sed contra ibid.n.5.6.7.8.& 9.
Sententia reſpectu ſummæ eſt indiuidua, ideo nec in parte verè debita ſuſtinetur.ibid.n.8.
Sententia iniuſta quando res fuit ablata, emptor a fiſco agit de euictione contra venditorem.q.171.n.20.
Sententia lata contra emptorem conuentum in cauſa euictionis,mandari poteſt executioni in bonis defenſoris neceſſarii.q 177 nu.1.& ſeq.
Primo limitatur,vt procedat, quando emptor non habet vnde ſoluat,ſecus,ſi ſit ſoluendo.ibid.n.4.
Secundò limitatur non habere locum, cum agitur ad certam rem euictam exiſtentem penes emptorem, & ſententiæ executio facienda eſt in eadem, non autem in aliis. ibidem num.5. & 7.
Declaratur,ibid nu.17.
Sublimitatur dicta limitatio, vt non procedat quoad fructus, expenſas,& intereſſe, in quibus emptor fuit condemnatus, pro quibus exequi poteſt ſententia in bonis venditoris neceſſarij defenſoris.ibid.n.6.

Digitized by Google

Tertio limitatur, ſententiam contra emptorem latam exequi poſſe contra venditorem, quando venditor ſuſcepit iudicium perinde ac poſſideret, & cum promiſſione ſub pœna reſtituendi rem, licet non poſſideat. ibid. n. 10.

Sententia lata contra condemnatum exequitur contra illum, quando condemnatus vel obligatus in inſtrumentum conſtituit ſe creditoris nomine poſſidere, quo caſu etiam contra ſingularem ſucceſſorem exequi poteſt ſententia vel inſtrumentum non excuſſo principaliter obligato q. 177. n. 17.

Creditor tamen eo caſu probare debet illud ius executorium ſibi competere, ideoq; prius ſucceſſor ſingularis eſt citandus, & docere debet quod ſit talis, contra quem competat executio. ibid. n. 18.

Sententia lata contra venditorem exequi poteſt contra illum, qui rem litigioſam emit. ibid. n. 19.

Extenditur etiam ad ſucceſſorem mediatum. ibid. n. 20.

Et abſque citatione. ibid. n. 21.

Contrarium habetur ibid. nu. 22. & ſeq. & nu. 8. vbi quod citatio omnino requiritur.

Sententia lata contra debitorem poſt contractum pignus, nocet creditori, quominus ius pignoris retineat. ibid. n. 31.

præſertim ſi fuerit ignorans, & non citatus. ibid. numer 33. & ſeqq.

Fallit, ſi lata ſit ſententia ante ius pignoris contractum, quia præiudicat, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit. ibid. n. 34.

Sententia valet, quando citatus eſt is, de cuius intereſſe principaliter agitur. ibid. n. 36.

Quamuis tertio non præiudicet. ibid. n. 37.

Sententia contra emptorem lata, contra venditorem exequi poteſt. ibid. n. 41.

Intellige ita demum procedere, ſi lite mota contra emptorem venditor ſuſcepit iudicium ibid.

Non autem, quando directò agitur contra ipſum venditorem. eod. loco.

Sententia lata contra venditorem non præiudicat emptori ignoranti litem eſſe motam. ibid. n. 42.

Et lata contra debitorem non præiudicat creditori, licet ſcienti, & patienti, quando debitor non tradidit pignus creditori, ſed per ſolam hypothecam ſe obligauit. ibid. n. 43. vbi de ratione.

Sententia lata contra venditorem hæreditatis ita demum nocet emptori, ſi contra vtrumque cognitum fuit, ſiue proceſſum, alias ſecus ibid. n. 44.

Sententiæ executio, vide in verb. Executio. in verb. Emptor.

Sententia lata poſt alienationem factam iudicio pendente per debitorem in fraudem creditoris ſuper actione perſonali exequi non poteſt contra tertium, in quem pendente iudicio res lite iam mota eſt tranſlata ibid. n. 47.

Et qua actione contra tertium agatur. ibid. n. 48.

Sententia contra venditorem lata, tunc nocet emptori, & contra eum exequi poteſt, quando in proceſſu contra venditorem acto, emptor contra quem petitur executio, fuit citatus. ibid. num 49.

Sententiæ verba ſunt ſtricte intelligenda. q. 184. n. 5.

Ita quod nil vltra includant, quam ex eis de neceſſitate infeκatur. ibid. n. 6.

Neque in ea venit interpretatio lata ibid. n. 7.

Et quando in ea includatur non expreſſum cum ſuis declarationibus. ibid. n. 8

Separatio thori propria authoritate fieri non debet, ſed Eccleſiæ iudicium expectandum eſt. q. 75. n. 21.

Sequeſtrum præſumitur mendicatum, quando creditor ſequeſtrans prius poterat agere via ordinaria q. 86 n. 41.

Et ideo talia ſequeſtra ſunt reiicienda tamquam doloſa, & fraudulenta. ibid. n. 42.

Sermo generalis non includit perſonam loquentis. q. 114. nu. 19. & q. 152. n. 25.

Seruitia obſequialia non faciunt donationem remuneratoriam. q. 69 nu. 35.

Seruitus rei inhærens non eſt pars pretii, ſed qualitas, queſt. 24 num. 2.

Seruitus ſi ſit detecta poſt perfectam venditionem, ob quam res redditur maioris æſtimationis, pretium augetur quando pluris emptor veriſimiliter fuiſſet rem illam empturus, quæſt. 24 nu. 28.

Fallit in commodo ſeruitutis ſuperueniente poſt perfectam venditionem à caſu, ſeu fortuna. ibid. nu. 29.

Seruituti rem obnoxiam ſi quis alienauit tenetur actione quanto minoris. q. 24. nu 1. & ſeq. & nu 6

Seruitutes reales rei mutatione non pereunt, q. 158. nu. 15. & ſeq.

Seruum dans pro noxa de euictione obligatur, q. 144. nu. 8.

Sed videas ibid. nu. 11. & 12.

Ratio eſt, quia agitur de cauſa oneroſa, licet ſecus ſi ageretur de cauſa lucratiua. ibid. nu. 9.

Seruis pluribus diuerſi officij venditis vno pretio, vnius ſolum vitioſi redhibitio conceditur, in reliquis venditione firma manente etiam altera parte contradicente. q. 165. nu. 20.

Fallit, ſi ſint eiuſdem officii, quia tunc omnes redhibentur. ib. nu. 21. vbi de ratione.

Idem dicitur in caſu, in quo in ſingula capita pretium eſt conſtitutum, intelligendo, vt ibid. nu. 22.

Simpli perſecutio actiones omnes continet, quibus rem, ſeu æſtimationem perſequimur, q. 1. nu. 13.

Declaratur, vt ibid. nu. 4.

Simulatio in ceſſione ex quibus præſumatur. Vide q. 79. & vide in verb. Ceſſio actionis.

Simulationis exceptio datur illi, contra quem facta fuit ceſſio, quicquid alias talis exceptio allegari poſſit. quæſt. 79. num. 26.

Simulatio arguitur, quando emptor dubii euentus curauit ſibi promitti de euictione. q. 79. nu. 29

Simulatio, & turpitudo, licet agendo allegari non poſſit, poteſt tamen allegari excipiendo, q. 100. nu. 3.

Et præſertim contra participem ſimulationis, ſeu turpitudinis. ibid. nu. 4.

Simulatio, & nullitas rectè allegatur à venditore, vbi venditio eſt nulla, & inualida. q. 107. nu. 20.

Singularis ſermo ex vi vocabuli non adaptatur ad plures, qu. 22 nu. 15.

Singularitas reſoluitur in pluralitatem, & è contra vbi adeſt eadem ratio, vel æquitas. q. 22. nu. 19.

Idem, ſi ex neceſſitate verificari non poſſit in ſingularitate, ibid. nu. 20.

Quid ſi ſit data pro forma ibid. nu. 21.

Vel de neceſſitate exigeretur pluralis numerus. ib. nu. 22.

Singularis ſucceſſor quando conueniri poſſit pro re permutata occaſione euictionis. Vide in ver. Euictio. in verb. Permutanti.

Singularis ſucceſſor Vide in verb. Succeſſor ſingularis.

Singularitas reſoluitur in pluralitatem, vbi materia de qua diſponitur eſt verificabilis q. 164. n 8.

Socer perdit beneficium, ne teneatur vltra quam facere poſſit, ſi ſciens præſtare non poſſe, generum induxit ad contrahendum. q. 41. n 20.

Extende idem procedere in ſocio. ibid. nu 21.

Ratio adducitur, ibid. nu. 23.

Declaratur, ibid. n. 24.

Subdeclaratur ibid. nu. 25.

Societatem officii non lucratur, qui promiſit præſtare fideiuſſores, non dedit q. 91. nu. 26.

Societas officii non amittitur, etiam ſi dati non ſint promiſſi fideiuſſores, vbi fructus illius fuerunt poſtea recepti. ibidem num 33.

Societas contracta pro maiori quantitate fructuum, quam officium, reddat, ſiue pro maiori ſumma, quam valeat officium, quoad illam quantitatem, eius officium eſt capax, remanet valida. q. 175. nu. 14.

Societates initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio ſuſtinentur ſolum vſque ad valorem officii, & non vltra. ibi. num. 15.

Socius non cogitur redotare filiam ſocii, quæ dotem amiſit. q. q. 74. num. 16.

Solemnitates non requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ facta authoritate Papæ, q. 130 num. 7

Dummodo authoritas Papæ legitimè ſit interpoſita. ibidem num. 8.

Non tamen ſupplet defectum cauſæ. ibid nu. 9.

Prout non requiritur alia ſolemnitas in alienatione facta coram Papa, quia eius præſentia ſupplet omnes defectus. ibid. num 10.

Idem procedit, ſi cum ipſo Papa contrahatur. ibid. num. 11.

Ampliatur etiamſi contractus fuerit factus cum Papa, qui vt priuata perſona contraheret. ibid. num. 12.

So-

Solemnitates non requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ nondum incorporatæ,ſed in ipſa acquiſitione facta. ibidem num.13.

Nec ad effectum alienationis habetur in conſideratione momentanea acquiſitio.ibid.n.14.

Declaratur procedere, quando ex actu,qui fit ad renunciandum reſoltat acquiſitio, ſecus ſi fierent duo actus ſeparatim, licet incontinenti, quia tunc non poteſt fieri ſine ſolemnitatibus ibid.n.15.

Non etiam in ceſſione delatæ hæreditatis Eccleſiæ neceſſariæ ſunt ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiaſticæ acquiſitæ.ibid.n.16.

Limitatur, ſi ante ceſſionem hæreditas fuiſſet adita.ibid.numer.17.

Solemnitates non requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ ſolitæ alienari.ibid.nu.19.

Dummodo ſolitum non alteretur.ibid.n.20.

Solemnitates vt præſumantur in alienatione rei Eccleſiæ non deducitur tempus vitæ relati in alienatione, licet ſecus ſit ad effectum præſumptionis,ibid.n.29.

Solemnitates in alienatione rei Eccleſiæ. Vide in verb. Alienatio.in Verb Emens.in verb.Emptor.

Solemnitates,ſi non fuerunt ſeruatæ in alienatione rerum ciuitatis, ab emptore reſtituuntur bona vna cum fructibus a die alienationis.q.132.nu.15.

Emptoribus tamen datur actio de euictione contra particulares perſonas,quæ vendiderunt.ibid.n.16.

Solemnitates eædem requiruntur in tranſactione ſuper rebus Eccleſiæ,quæ in alienatione q.142.n.35.

Declaratur procedere, quando res Eccleſiæ per Prælatum alij dantur, cum alienantur, ſecus ſi Eccleſia retineat, licet aliquid det,vel faciat,ibid,n.36.

Solemnitates in venditione rerum debitoris fiſci,quæ.Vide in verb. Venditiones.

